3 2044 019 307 677

Digitized by Google

C5501.4



BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).

Nov. 9, 1868.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

MULTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SPECTANTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODIERUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLVII.

GEORGIUS CODINUS. DUCAS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBROISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

C55014

1868, Nov. 9.

Salisbury Fund.

HARVARD UNIVERSITY
LIBRARY
APR - 0 1979

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA

SÆCULUM XV. ANNI 1400-1462.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GEORGII CODINI

OPERA OMNIA.

ACCEDIT

DUCÆ, MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

A JOANNE PALÆOLOGO, ANNO CHRISTI 1341, *AD ANNUM* 1462;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1400-1462.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLVII CONTINENTUR.

GEORGIUS CODINUS CUROPALATA.

Georgii Codini Vita, res gestæ, scripta. col. 9

De officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitanæ, ex edit. P. Jacobi Goari et Jacobi Gretseri. 17

Jacobi Gretseri, S. J. in librum Codini de officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitanæ Commentariorum libri tres; quibus insertæ sunt J. Goari notæ et observationes. 123

Georgii Codini Excerpta de originibus Cpolitanis, ex editione Petri Lambecii. 429

De forma et ambitu urbis Cpolitanæ. 469

De signis, statuis et aliis spectatu dignis in urbe Cpoli. 475

De ædificiis Cpolitanis. 545

De structura templi S. Sophiæ. 613

De annis ab orbe condito usque ad imp. Constantini Magni et de iis qui in Cpoli regnarunt usque dum ab Agarenis capta est. 635

Anonymi breves Enarrationes chronographicæ, editore et interprete Ans. Bandurio in *Imperio Orientali.* 651

De sepulcris imperatorum quæ sunt in templo SS. Apostolorum, ex ejusdem editione ibid. 725

DUCAS.

Ducæ Vita, res gestæ, Scripta, ex Hankio De rer. Byzant. Script. Græc. 739

Historia Byzantina, res in imperio Græcorum gestas complectens a Joanne Palæologo, anno Christi 1341, ad annum 1462; ex edit. Luparea Ismaelis Bullialdi. 745

Anonymi Chronicon breve, quo Græcorum, Venetorum et Turcorum aliquot gesta continentur usque ad annum 1523. 1167

Parisiis. — Ex typis J. P. MIGNE.

Digitized by Google

GEORGIUS CODINUS

NOTITIA.

(Fabric., Bibl. Gr. ed. Harles tom. VII.)

Georgius Codinus, amplissimo in aula CPolitana munere Curopalatæ pridem functus, posteriis Palæologorum (*a*) temporibus claruit, et imperio ipsi superstes fuit, siquidem libellum de imperatoribus CPolitanis claudit (*b*) commemoratione captæ ab Agarenis sive Turcis urbis ann. 6961, hoc est Christi 1453. Ex ejus scriptis exstant :

1. Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλλατίου Κωνσταντινουπόλεως βασιλέων καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας : *De officiis et officialibus aulæ imperatorum et magnæ* (*c*) *ecclesiæ CPolitanæ.* Agit etiam Codinus *De festis plerisque* et *de imperatoris coronatione, inauguratione patriarchæ*, aliisque ; unde in altero Bavarico codice ms. (*d*) titulus prioris partis conceptus est sic : Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλλατίου, ἔτι δὲ

(*a*) Confer Allatium, De *Georgiis*, pag. 361; Hanckium, *De Byz. rerum scriptoribus*, cap. 10; Warthonum Appendice ad hist. litterariam Cavei ad annum C. 1461, et Petrum Lambecium in brevi Diss. De Codini vita et scriptis, qui negat, se Curopalatæ nomen in mss. Codicibus sex, quos vidit, offendisse, putatque, impositum potius ideo, quod de officiis Palatii scripsit, quam quod ipse dignitate curopalatæ functus fuerit. Cum tamen nomen hoc Curopalatæ invenerint Junius et Gretserus, non video quare incredibile videri debeat, dignitatem Curopalatæ gessisse. Quia autem in aliquibus codicibus omittitur, hinc apparet, esse nomen dignitatis, neutiquam vero proprium, quod non est quærendum aliud quam Codini. (Fabr.) Add. C. Oudin. Com. De scriptt. Eccl. lib II, cap. 10. Hamberger Z. N. IV, p. 733 sqq. Et Saxii *Onom.* II, p. 450 sq. (Harl.)

(*b*) P. 82 edit. Lambecii : Ἐπὶ τούτου (de Constantino Palæologo, ultimo imp. loquitur) : ἐγένετο, οἶμαι, ἡ ἅλωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν ἔτει ,ςῳξα', καὶ ἐγένετο δορυάλωτος ἡ πρὶν βασιλὶς πασῶν τῶν πόλεων, ὃς καὶ ἀπεκτάνθη παρ' αὐτῶν ἐντῇ γενομένῃ Χαλάστρᾳ αὐτός τε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδὸν, καὶ ἐκομίσατο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, μὴ θελήσαι προδοῦναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατοῦ ὄντος.

(*c*) Primum statim caput de officialibus magnæ Ecclesiæ, Goaro non videtur esse Codini, et in duobus regiis mss. Codicibus atque in uno eorum, quos e bibl. Bavarica Gretserus evolvit, desideratur. Deinde ordo etiam capitum in diversis codicibus est diversus. Vide Goari præfat. et notas p. 20. [Et notit. codd.]

(*d*) Secundum catalog. codd. Gr. bibl. elect. Bavar. p. 71, sunt in cod. 185 Liber de officiis et festis palatii CPolit. et de coronatione imperatoris; itemque de designatione despotæ et patriarchæ, editus nomine Georgii Codini, curopalatæ ; descriptio Cpolis sub ejusdem Codini nomine edita ; itemque magnæ ecclesiæ Sophiæ ; Catalogus imperatorum CPolit. usque ad Manuelem Palæologum ; Catal. patriarcharum CPolitan. usque ad Isaiam etc. — Pag. autem 74, in altero cod. 195 : Curopalata, de officiis aulæ CPolitanæ, et expositio Andronici, quæ nunc episcopales subjectæ sint patriarchali sedi CPolitanæ. Adjiciam simul brevitatis studio aliorum codd. notitiam. — Florentiæ, in bibl. Laur. Medic. cod. 15 plut. 70, 1. Excerpta ex libro *Chronicorum de originibus CPolitanis*, et unde urbs dicta sit Byzantium, in quo tamen cod. multa ex hoc libro fuisse ab exscriptore prætermissa, et alia transposita, animadvertit Bandin. de illo codice copiosus in Cat. codd. Gr. Laur. 2, p. 675. — 2. Ejusdem liber de officiis Magnæ Ecclesiæ et aulæ CPolitanæ, itidem diversus ab edit. Veneta, tom. XVIII, part. I p. 1 sqq ; præcedit autem elenchus argumentorum capp. XIV, quorum prima XII concordant cum illis, quæ ex cod. Regio 1119 afferuntur, notante eodem Bandinio. — 3. Ejusdem aliud opusc. sine titulo ; sed est de annis ab. O. C. usque ad imperium Constantini M. et de iis, qui in ipsa urbium regina regnarunt a Constantino M. usque ad Constantinum, Palæologorum ultimum, sub quo ab Agarenis capta est. Sequuntur de excidio CPolis, quæ vero amanuensi potius, quam auctori adjudicanda videntur Bandin. l. c. qui illam particulam, et alia quædam, quibus codici finis imponitur, Gr. exscribi fecit. — Taurini, in bibl. Regia cod. 189, 1. Excerpta ex libro *Chronicorum* (Hesychii) *de originibus CPolitanis*, etc. — 2. Codini Op. de officialibus palatii, cui præmittitur capitum index : qui cum diversus nonnihil sit ab eo, qui legitur in edit. Veneta ann. 1729. Confector Cat. Gr. codd. Taur. pag. 284, edidit illum Græc. cum versione Latina ; animadvertit tamen, duo postrema de imperatoribus, qui CPoli imperarunt usque ad illius eversionem, ab Agarenis factam, et de patriarchis ejusdem CPolis, versibus iambicis, non reperiri in editionibus ; penultimum tamen edidisse Lambecium una cum excerptis Codini (compara, quæ paulo post de cod. Paris. notantur). Insuper adnotat, expleto indice eadem legi verba, quæ indici Gretseriano libro II ejusdem commentariorum in Codinum capite primo subscripta sunt : quæ quidem quid ad indicem pertineant, non videt auctor catalogi. Denique idem adnotat, non omnia capita, quæ exhibeantur in elencho, esse etiam in textu codicis ; deesse nonnula, desiderari caput de officialibus Ecclesiæ aliaque recedere ab ordine aut lectione editionis. — In cod. 257. (pag. 370. cat.) 1. Excerpta ex *Chronicis de originibus urbis CPoleos.*

Digitized by Google

καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως δεσπότου καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. Hunc librum e codice Julii Pacii descripsit, et Græce cum versione sua, notis et indicibus amplissimis primus edidit Franciscus Junius, latens sub nomine Nadabi Agmonii, ann. 1588, apud Joannem Mareschallum (*e*) Lugdunensem, 8. Postea hæc eadem editio, additis aliquot plagellis novoque titulo, in quo Francisci Junii nomen, exposita est in Commelini officina 1596, 8. Quanquam Jacobus Gretserus Junium reprehendit, *quod novam editionem non adornarit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adjutus codicibus bibliothecæ Palatinæ, et Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum codicis optimi Augustani : nam codicem olim fuisse in bibliotheca inclytæ reipublicæ Augustanæ, testis est Hieron. Wolfius præfatione ad Nicetam, et ipse Seilerus, qui inde Græce descripsit et Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. Dico olim fuisse, jam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex amplissimo domino, Marco Velsero, duumviro Augustano, intellexi : nescitur, cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis* (a Frehero, cui a. 1596 librum dicavit) *instructus Junius, præsertim* translatione Seileriana *debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere.* Ab eo tempore nonnulla satis acerbe, ut solet, castigavit ac reprehendit in Junii versione et adnotationibus idem Gretserus notis ad tomum operis *De cruce*, Ingolstadt. 1600, 4, editum p. 577, 587, seq. 599 sq. 606 sq., 609 sq., 615 sq., etc. Idem a. 1602, 8, Ingolstadii edidit notas et varias lectiones in Codinum ex duobus mss. codd. bibliothecæ Bavaricæ et uno Lautherianæ, ad calcem commentariorum Mureti in Aristotelis *Ethica*, *Œconomica*, Platonis *De Rep.* libros duos et Xenophontis Ἀνάβασιν Cyri. Deinde ejusdem Gretseri facula, Codino accensa, prodiit ibid. 1601, 8, una cum Mureti notis ad Sallustium et quinque primores Annalium Taciti libros. Denique totum Codini opus ad tres illos codices castigatum cum nova versione sua, et tribus commentariorum, observationum et emendationum libris, et dissertatione de imaginibus non manufactis Gretserus vulgavit Paris. 1625 fol. ex officina Seb. Cramoisii (*f*). Quanquam vero multa recte Gretserus in Codino vidit, multa etiam Meursiano Glossario (*g*) Græco-Barbaro adjutus potuit rectius interpretari : non minus tamen Spicilegium et ipse sat amplum Jacobo Goaro præbuit, qui in editione Co-

— 2. De officiis et officialibus aulæ CPolitanæ, tum de annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini M. et de iis qui a Constantino M. CPoli regnarunt, una cum opusc. de templo S. Sophiæ. — Opus de officialibus palatii CPolitani est quoque in cod. 107 n. 1, cum appendice de officiis Magnæ Ecclesiæ ; et in cod. 282. fol. 208. (pag. cat. 214 383.)— *Paris.* in bibl. publ. est Colin. De originibus CPolitanis aut excerpta ex illis in novem cod. — De officiis aulæ CPolit. in quinque codd. et de ædis Sophiæ structura in codd. 1726, n. 4, 1766, n. 5, 1788. V. Indicem ad vol. II catalog. mss. Paris. bibl. In cod. 1726, n. 2, Codino de officiis, capp. XII, index est prælixus, qui addit caput XIII, cujus priore parte exhibetur Catal. chronologicus et historicus imperatorum a Constantino M. ad Constantinum Palæologum ; altera autem, patriarcharum CPolitanorum a Metrophane ad Isaiam nomenclatio, versibus iambicis, Græca lingua vulgari. Sed utrum Codinus capitis illius auctor sit, dubitat confector catalogi II, pag. 393.— In codd. 1788, n. 1, Cod. de signis, statuis et aliis spectatu dignis, quæ CPoli conspiciuntur. — Vindobonæ, in bibl. Cæsarea, cod. 133, n. 16, Codini Catal. officiorum magnæ eccl. CPolitanæ S. Sophiæ, quem Lambec. in comm. VII, pag. 531, cum ed. Goari conferre suadet : idem in vol. VIII, pag. 126 sq. corrigit et supplet Codini librum de ædificiis CPolit. — In cod. vol. VIII, pag. 968 sqq. cod. 50, fuse recensetur, in quo est n. 2, nomine auctoris non addito, narratio de structura templi CPol. S. Sophiæ, ibique contra Franc. Combefisium, adversarium, multa pro se dicit, loca quædam emendat ex codice, et de tempore, quando et quandiu templum illud sit exstructum, disserit. — In cod. 292 n. 11, Excerptum ex Codini Origin. etc. (Lambec. V, p. 526.) secundum catal. codd. Angliæ tom. I, in bibl. Bodl. inter codd. Heur. Savilii, n. 655, Codini *Origines*, etc., cum Catalogo imperatorum et patriarcharum. — Tom. II, in Cat. codd. eccles. Westmonaster. n. 1094, Cod. *Origines CPol.* — Inter codd. Voss. n. 2129. De origin. etc., cum emendatt. et notis manu Jos. Scaligeri. — In bibl. Jacobæa, n. 8582, Codini πάτρια Κωνσταντινουπόλεως etc. et n. 8585, de officiis Magnæ Ecclesiæ et palatii. — In bibl. Escorial. Codin. De honoribus, dignitatibus et officiis palatii CPolit., teste Pluero in *Itiner. per Hisp.* pag. 170. — Matriti, in bibl. Regiæ cod. 29, Curopalatæ (n. Georgii Codini) De officialibus palatii CPolitani et Magnæ Ecclesiæ liber, item notitia metropoleon, archiepiscopatuum et episcopatuum Græcorum, incerto auctore ; singula et quibus in rebus cod. hic differat ab editione, curate recenset Iriarte, in bibl. reg. cod. Gr. pag. 128 sqq. (HARL.)

(*e*) Francofurti prodiisse hanc editionem, scribunt Henckius et Warthonus. Sed puto Heidelbergæ potius, licet Francofurtensi senatui sit ab editore qui Francofurti ad Mœnum illo tempore versabatur, dedicata. (FABR.) Copiose recenset hanc et reliquas edit., enarrat controversiam et de Codino atque Junio agit Freytag. in *Appar. litter.* I. p. 554 sqq. (HARL.)

(*f*) Iterum Gr. et Lat. cum comment. in Gretseri Operibus, tom. XV, p. 1. sqq. Ratisbonæ, 1734. (HARL.)

(*g*) Goarus in præf. : *Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit, Meursii in pluribus locis demonstrat emendatio, et instituta per Gretserum versio ac in amplis dissertisque commentariis ejusdem Codini illustratio : sed cum ea qua Gretserus ætate vivebat, voces illæ neotericæ Græciæ nondum in occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sane de re litteraria bene meritus. — Non enim ille solus est, qui ad scopulos, quos Meursii Glossarium ex potiori parte ὁλοβάρβαρον exponit, allidat. Is enim cum germanam Græcarum ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Græcanicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur, ac infinitis propemodum, quæ possent addi, dictionibus* (uti a Cangio postea feliciter et docte præstitum est), *augeatur, facilem adhuc seculoris præbebit lapsus occasionem.*

Digitized by Google

dini nova Regia Parisiensi 1648, fol. (*h*) Græca ad duos codices bibl. Regiæ et tertium Alatianum emendavit, versionem per singulas paginas castigavit, novasque peretudjtas notas suas, in quibus et Junius aliquando, ut p. 76) vindicatur (*i*) addidit. **798** Adjunxit etiam ineditos ante officialium Ecclesiæ et aulæ CPolitanæ catalogos ex mss. Regiis p. 5, 7, 36, et ex Mazarinianis Matthæi, *presbyteri, monachi et medici* (μοναχοῦ (*k*) καὶ θύτου) opusculum, versibus scriptum politicis, περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ παλλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως pag. 8, 38, et alterius Anonymi, versibus iambicis p. 40; nec non ex Allatianis, pag. 9. Præterea Græce et Latine *Græcorum episcopatuum* διατύπωσιν, ante octingentos annos a Leone Sapiente imp. digestam et in Caroli a S. Paulo Geographia ecclesiastica pridem editam, sed per Goarum ad alium codicem castigatam, p. 337 — 362. 2) Ἀναχεφαλαίωσιν πατριαρχῶν καὶ συναριθμησιν τῶν ἀποστολικῶν θρόνων, pag. 363 — 381. Quam idem Carolus a S. Paulo e codice Vaticano dederat. 3) Τάξιν προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούντων μητροπολιτῶν καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων p. 381 —399 ex editione Gretseri ad Codini calcem, pag. 113 collata cum ms. Regio et cum jure Græco-Romano Freheri, pag. 90 sq. 4) Ἔκθεσιν βασιλέως κύρου Ἀνδρονίκου τοῦ γέροντος, ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως p. 400—409. Hanc Andronici Senioris Palæologi imp. Expositionem primus ad Codini calcem Junius, p. 219, et illius exemplo Gretserus, p. 117, ediderat. 5) Ἔκθεσιν νέαν, ὅπως νῦν γράφει ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης τῷ πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς πατριάρχαις καὶ ἀρχιεπισκόποις καὶ μὴν καὶ τοῖς μητροπολίταις καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διϊθύνουσιν. *Expositionem novam, quomodo CPolitanus patriarcha ad papam, reliquos patriarchas et archiepiscopos, sed et metropolitanos, cunctosque sæculares dignitates moderantes nunc scribat*, p. 410 — 419. 6) Parthenii, patriarchæ CPol. epistolam formatam, qua prosecutus est Philippum de Harlay Comitem de Cely, legatione functum regis Christianissimi ad Turcarum imp. et Urbani VIII papæ Romani epistolam ad eumdem Harlæum, p. 420 sq. Ut ad Codini librum revertar, illius mss. codices præter eos quos jam laudavi, etiam Vaticanum, Scoriacensem et Sfortianum memorat Allatius, *De Georgiis*, p. 362, notatque, stylo incompto ac barbaro et, qui ea ætate in populi plebisque usu erat, scripsisse: *Præter enim*, inquit, *rerum ac nominum difficilem intelligentiam, sæpe etiam ipse modo loquendi agresti et duro sententiam obturbat et obscœcat, quem etiam exscriptorum errata, dictionesque exteræ loco propriarum, doctorum incuria intrusæ, reddunt obscuriorem. Pleraque ex Cantacuzeno aliisque recentioribus historicis prope verbatim excripsit, ut inter alios adnotarunt Pontanus (l) et Gretserus.*

Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως· *Excerpta ex libro Chronico de originibus CPolitanis.* Librum chronicum intellige Hesychii illustris, de quo dixi supra pag. 544 sq. [ubi v. not. (*i*)] ubi et de variis hujus libri editionibus: ex illo enim pleraque verbotenus Codinus expressit, cæteris, ut Lambecio notatum, additis e Glycæ *Annalibus*, *Chronico Alexandrino* et alio hactenus non edito Julii Pollucis, Christiani scriptoris, qui antiquo illo Polluce, cujus *Onomasticon Commodo* imp. dedicatum habemus, aliquot sæculis est recentior. Prodiere hæ Codini παρεκβολαὶ primum cum Georgiis Dousæ, Iani F. versione Heidelbergæ apud Commelinum 1596, 8, et additis Jo. Meursii notis Gener. 1607,8; denique cum versione et eruditis notis Petri Lambecii Paris. e typographia Regia, 1655, fol. (*m*). Hic Lambecius longe locupletissimam Codinianorum excerptorum editionem dedit in qua longe plura Græce et Latine exhibentur, collatis codicibus mss. compluribus, duobus Holstenianis, quorum unum Holstenius, Lambecii avunculus, a Peirescio acceperat, alterum e Vaticano codice descripserat, tertio Is. Vossii ex codice Britannico: quarto Iac. Sirmondi, quinto regio Paris. et sexto denique Romano e bibl. Vallicellana. Inde in Lambeciana editione post illa de originibus CPol. sequuntur: Περὶ τῆς σχηματογραφίας Κωνσταντινουπόλεως, *De forma et ambitu urbis CPolitanæ*, pag. 11. Περὶ Ἀδιαβήνης, *De Adiabene*, regione Asiæ ultra Tigridem, fluvium in qua Naphtha provenit, p. 13. Περὶ ἀγαλμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως *De signis, statuis* (*n*) *et aliis spectatu dignis CP. ibid.* Quæ in Lambeciana editione leguntur pag. 19 B. a verbis Εὐφημίας τῆς γυναικὸς usque ad p. 21 D. τοῦ πραοτάτου, ea Græce e codice Bavarico vulgaverat Gretserus, lib. III Observationum ad Codinum *De officiis*, cap. 19, quemadmodum et illa, quæ pag. 25 B a verbis Περὶ τοῦ κίονος τοῦ φόρου

(*h*) Recus. Venet. in Corpore Byzant. etc. 1729. V. supra in h. vol. pag. 526, et Baumgarten *Nachrichten von einer Hallisch. Bibl.* tom. V, pag. 449 sqq. (HARL.)

(*i*) Non pauca etiam, quæ pro Junio, socero suo, possit reponere, habere se professus est Vossius lib. III *De historicis Græcis*, p. 368, testatus insuper præf. ad libros de historicis Latinis, Junium novam fuisse molitum Codini editionem, solo typographi consilio suppressam, in qua magnam partem erepturus fuisset Gretsero occasionis ita in eum debacchándi.

(*k*) In ms. Vindobonensi, triginta versibus auctiore pro ἰατροῦ legitur οἰκτροῦ. Vide Lambecium III, p. 469. Θύτης vero est hieromonachus. Matthæum hunc post Alexii Angeli tempora scripsisse notat Hanckius, II, 8, p. 680, de scriptoribus Byz. Fortasse is haud diversus a Matthæo Blastare.

(*l*) Jac. Pontanus, ad Cantacuzeni lib. I, cap. 41, pag. 991; Gretserus, ad Codinum III, 12, p. 270, edit. Cramoisianæ.

(*m*) Hanc Lambecii edit. recenset Kollarius in Lamb. comm. de bibl. Cæsar. vol. I, p. 448 sq. Add. Baumgarten, *Nachr. von einer Hallischen Bibl.* tom V, pag. 445 sqq. — Rec. est illa edit. Venetiis in corpore etc. V. supra in h. vol. p. 525. (HARL.)

(*n*) Pleraque hujus partis vulgaverat etiam G. Dousa.

Digitized by Google

usque ad verba pag. 28 C. Τὸ αἰδοῖον φανῆναι μοιχευθείσης. Cæterum, quæ de signis sive simulacris gentilium Codinus hic narrat, desumpsit e Phornuto et Jo. Lydi, Philadelphiensis, libro *De mensibus* (*o*) e quo Suidas etiam, ut Lambecio observatum, eadem hausit. Reliqua de statuis et rebus, in urbe spectatu dignis, ad verbum fere descripsit ex anonymi collectaneis antiquitatum CPol. quibus titulus Παραστάσεις σύντομοι χρονικαί, quas primus e codice regis Galliæ Lambecius cum notis suis ad calcem Codini, pag. 85 — 105, vulgavit Græce, observatque, excerptas esse e Theodoro Lectore, Papia, Eusebio Socrate, Marcello lectore et compluribus aliis scriptoribus. Anonymi Collectanea eadem longe emendatius ab illo tempore Græce et Latine cum versione sua et notis dedit Franciscus Combefisius in *Fasciculo rerum CPolitanarum*, ad calcem Allatii *De Simeonibus*, Paris. 1664, 4. Cumque Lambecium in notis illis non raro perstringat, Lambecius ei respondere voluit in nova, quam pollicitus est, Codini editione, quam supplemento Corporis Hist. Byzantinæ ex bibl. Cæsarea potissimum instrumento inserere voluit. Vide lib. III Commentar. de bibl. Vindobon. p. 126. [libr. VIII, p. 970 Koll.] Sed illud Supplementum nunquam lucem vidit (*p*). Sequitur in prima illa et ultima Lambeciana Codini editione ejusdem scriptoris Περὶ κτισμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *De templis, monasteriis et aliis ædificiis CPolitanis*, pag. 37 — 64; et Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, *De structura templi S. Sophiæ* et SS. Apostolorum p. 64 — 74. Quæ pars etiam in Georgii Dousæ editione legitur, ac denique Περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν αὐτῇ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως, *De annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini Magni; et de iis qui a Constantino Magno in ipsa urbium regina regnarunt, usque dum ab Agarenis* (a. C. 1453) *capta est*, pag. 75 —83. [De codd. jam supra egimus.]

Subjicitur in calce voluminis Ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας ἃ διερμηνεύθησαν κατὰ τάξιν. Anonymi explicatio officiorum S. ac Magnæ Ecclesiæ CPol. secundum eorum ordinem : quam Bernardus Medonius, Tolosas, e ms. codice Caroli Monchalli, archiepiscopi Tolosani, primus edidit, Latinamque versionem suam et Glossarium, atque in margine notulas adjunxit.

Exstat quoque, sed quam Lambecius merito omisit, ab eodem Codino versa Græce *M a Gregorii I papæ*, quam cum illa Græca interpretatione (utraque lingua, non Græce tantum, ut Warthonus scribit) Paris. 1595, 8, edidit Fed. Morellus, quocum illam communicaverat Joannes a S. Andrea, ecclesiæ Parisiensis canonicus. In bibliotheca Barberina memoratur præterea editio Paris. 1583, 8, quam non vidi. Exstat et Græce et Latine in Frontonis Ducæi Auctario Bibl. Patrum Paris. 1624 tom. XII. *Scias, lector*, inquit Allatius, *De Georgiis*, p. 362, *hanc eamdem Missam, multo auctiorem et perfectiorem legi in bibl. Barberina cod.* 75, *quæ tamen dicitur ab Emanuele Chrysolora esse in linguam Græcam conversa :* Λειτουργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικήν, παρὰ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ. Initium idem est, quod in illa, quæ Codino tribuitur : Ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεύς, etc.

Prodiit etiam cum Codino Lambeciano ejusdem Emmanuelis Chrysoloræ (*q*) epistola ad Joannem Palæo-

(*o*) Edit. a Nicol. Schow. Lips. 1794. 8. (Harl)

(*p*) Fasciculum tamen schedarum variar. ad ed. suam reliquit, de quo vid. Kollarium in Suppl. ad Lamb. p. 775 sq. et Nessel. cat. VI, p. 146. (Harl.)

(*q*) Hic est qui ex Græcia, a Turcis opprimi cœpta, virisque ejus nobilibus et eruditis inter primos Græcas litteras in Latium reduxit et in Italia ipse substitit, cum Joannis Palæologi nomine legationem pro auxilio adversus hostes impetrando obiisset. Docuit Græcas litteras Venetiis primum, deinde Florentiæ et Romæ ac tandem Ticini, atque e vita decessit Constantiæ a. C. 1415. Ejus Epitaphium Lambecius Epistolis præmisit, quod etiam legitur in *Historia concilii Constantiensis*, quam viro præstantissimo Hermanno ab Hardt debemus, tom. I, p. 10 sq. Addes, si vis, Jovii Elogia, p. 41; Martinum Crusium, lib. V, *Germano-Græciæ*, p. 54 (ubi etiam de Joanne Chrysolora, Francisci Philelphi socero, viro itidem doctissimo,) Isaaci Bullartii *Academiam scientiarum*, tom. I, pag. 265; Hanckium, De *scriptoribus Byz.* lib. I, cap. 57; Kœnigium, in bibl. Pauli Freheri, *Theatrum virorum illustrium*, p. 1423, sq. etc. [*H.* Von der Hardt, *memoria Chrysoloræ*, Helmstad. 1718, 8. — C. Oudin. *Comm. de scrip. eccl.* tom. III, p. 1252. — Osservazioni di D.G. intorno a Emanuello Chrysolora, *Ristoratore delle lettere greche in Italia*, in Raccolta d'opusc. scientif. tom. XXV, p. 241 sqq. ubi quoque pag. 291 et 323 sqq. insertæ sunt Andr. Juliani Orat. in funere Man. Chrysoloræ, et Guarini Veronensis epistolæ IV de Chrysolora. — Mehus in *Vita Ambrosii Camaldulensis*, p. 557-564. — Humphr. Hodius, *De Græcis illustribus L. Gr. instauratoribus*, Londin. 1728, 8, p. 12, ex quo indicem librorum, ab Emman. Chrysolora confectorum, et alia paucis repetii, et plura de codd. atque editt. præcipue Erotematum collegi : aliosque VV. DD. laudavi. — Editionis Aldinæ (in fine : Venetiis in ædibus Aldi MDXII), cujus exemplar nactus sum, inscriptio plenior hæc est : Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ. Περὶ ἀνωμαλίων ῥημάτων. Περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων ἐκ τῶν Χαλκονδύλου. Τὸ τέταρτον τοῦ Γαζῆ, περὶ συντάξεως. Περὶ ἐγκλιτικῶν. Γνῶμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν. *Erotemata Chrysoloræ. De anomalis verbis. De formatione temporum ex libro (Demetrii) Chalcondylæ. Quartus Gazæ de constructione. De Encliticis. Sententiæ monostichi ex variis poetis. Aldus*, cum ejus insigni typogr. in 8. — Bandinius in Catal. codd. gr. Laurent. I, p. 139 sq. plura scripsit de Manuele et Demetrio, Chrysoloris, recensuit cod. 20, plut. 6, in quo continetur 1) Man. Chrysoloræ comparatio antiquæ et novæ Romæ, epistola ad Jo. Palæologum imp. r. Hæc eadem est epist. quam cum duabus sequentibus in ed. Venet. p. 81 sq. 97 et 98 a Lambecio editam esse, jam adnotavit Fabric., et quam a Francisco Aleardo, Veronensi, Latine versam esse, ex Mabillonii *Museo italico*, tom. I p. 98 animadvertit Baudin. 2) Ejusd. Man. Chrysol. altera epistola. Romæ ad Joannem Chrysoloram exarata ; 3) Ejusd. tertia ep. ad Demetrium Chrysoloram, Romæ itidem data, in qua se multum delectari vetustis statuis significavit ; 4) Ejusd. quarta epistola ad Pallantem de morte sui fratris Manuelis, consola-

Digitized by Google

logum imp., qua σύγκρισις sive comparatio veteris ac novæ Romæ continetur pag. 107 — 196, Græce et Latine, cum ejusdem Lambecii versione. Sequuntur deinde, sed Græce tantum, binæ ejusdem Emmanuelis jam ὁμογέροντος, epistolæ ad Joannem Chrysoloram et Demetrium Chrysoloram, Roma scriptæ et Græciæ absentiam Romæ laude solantes. [Conf. D. Bœrner, De doctis hominibus Græcis Litterarum Græcarum in Italia restauratoribus, Lips. 1750, 8 ; de Emm. Chrysol. pag. 1 sqq. in specie de ejus epp. pag. 10 sq. et 22 sq. (HARL.)

In notis ad Codinum, pag. 187, Lambecius Græce publicavit ineditam ante *orationem*, habitam a Photio, CPolitano patriarcha, *in Encæniis novæ ecclesiæ* (r) B. Virginis a Basilio Macedone post a. C. 879, quo restitutus est Photius, in imperatorio palatio CPolitano Kalendis Maii dedicatæ. Titulus est : Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἔκφρασις τῆς ἐν τοῖς βασιλείοις νέας ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης. Incipit : Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον. Eamdem orationem Græce et Latine cum versione sua dedit Franciscus Combefisius in *Manipulo rerum CPolitanarum*, ad calcem Allatii de Simeonum scriptis Paris. 1664. 4, pag. 304 seq. De Photii Bibliotheca et aliis scriptis infra suo loco.

toria, docta quidem et diserta, cujus initium speciminis loco Græce evulgavit Baudin. l. c. pag. 140, et in nota 1, plura de illa aliisque Chrysoloræ epistolis attulit. — Epistolæ ad regem Jo. Chrysoloram, Demetrium Chrysol. ad Pallantem in obitu germani fratris Manuelis consolatoria, a Bonav. Vulcanio Latine versæ, exstant in in Bibl. Leidensi. V. Catal. p. 345, n. 30. — Adde de tribus Chrysoloris infra in vol. X, p. 592 sqq. [HARL.] — Hujus Emmanuelis Chrysoloræ *Erotemata Grammatica* prodierunt Græce Argentor. 1516. 4. [m. 8.] Venet. 1549, 8, et cum Latina versione Paris. apud Wechel. Cæterum non dubito, librum Chrysoloræ *De antiqua et nova Roma*, quem Gesnerus Græce refert exstare in bibl. Medicea, et quem Vulcanius voluit in lucem dare, illam ipsam epistolam longiorem esse, quam Lambecius Græce et Latine edidit. Ejus *De processione Spiritus sancti* contra Græcos, quod laudat Allatius contra Creygthonum, miror non editum esse in ejusdem Græcia orthodoxa. Incipit : Ῥωμαίοις γράφων.

(r) In Vita Basilii, scripta a Constantino Porphyrog. n. 55, templum illud, sive νέα βασιλικὴ ἐκκλησία, condita traditur in honorem Christi, Michaelis archangeli et Eliæ Thesbitæ.

GEORGII CODINI

DE

OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIÆ ET AULÆ CPOLITANÆ

LIBER.

—

EMINENTISSIMO S. R. E. PRINCIPI

MICHAELI MAZARINO

AQUENSIUM ARCHIEPISCOPO.

—

Quanto magis æmula Græcarum Gallia litterarum, eminentissime cardinalis, primæva non inferior pietate, imperii dignitate nunc potior, tanto sibi Græcia pristinæ eruditionis religionis majestatis memor quærit ardentius Galliæ præsidium ; et quo vehementius Galli proceres sapientiæ Athenæum ambiunt, eo majori gestit ubertate gaudiorum Codinus σοφωτάτου nomen adeptus suum hoc de officiis ecclesiasticis et palatinis opus a Gallis æterna consecratione dedicari. Extra patriam, licet non ignotus, errare videretur, ni patrios suos ecclesiasticos proceres in sacrarium tuum reciperet, aulicos in palatium induceret, in quo avitæ religioni, simul ac regiæ majestati sedem pararet. Albicantis sub tua purpura vestis candore perspecto, intimum animi tui candorem conjecit nec imparem eminentiæ nobilitatem ; patriarchamque suum cum ecclesiæ magnæ optimatibus modo, cum nec luget nec jejunat illa, candido colore fulgentem, modo, si luctum vel jejunium indixerit, purpureo

Digitized by Google

coruscum, in sacris tuis ædibus te colere ; imperatorem vero curiali suo comitatu stipatum, aureum quamvis et purpureqm undequaque, si majestatem nullo mœrore obnubilatam proferat, candidis contra vestibus amictum, si luctum testetur, te venerari et in musei tui secretiore penetrali tuis pedibus advolvi exoptat, et nunc amisso imperio, ad felicitatis reparandæ omen, priusquam iterato se proferat in tuo nomine apparere postulat. Id sane Codini opus est, quod non crediderit merito quispiam tot dicendum hominibus quot Officia percensuit, sed ei soli vovendum quem plurima respiciunt officia, et cujus in fronte præfixum nomen pars libri sit potissima. Sic est profecto, cardinalis eminentissime : per te Codinus mirum in modum augetur, nempe qui non officia solum enumerat Magnæ ecclesiæ et aulæ Cpolitanæ, sed etiam ampliores, quas in Te colligis, utriusque palatii Regii et Vaticani dignitates videtur expressius repræsentare. Quapropter auctorem hunc tuo nomine consignasse sincere et sine fuco profiteor præcipuam ex meis ad eum notis. Ita non foret iste meus, nisi tuus. Utinam olim Codino datum tuo frui conspectu : unus ei fuisses satis ad novam officiorum bene longam seriem contexendam ; quam luculentas in illum nunc commentationes ederem ! quam ingens implerent volumen, ubi circa singula, quibus perfunctus es, munera, quanta te gessisses in unoquoque prudentia, integritate, laude, curiosius adnotassem ! At quid vana mentis oblectatione ludor ? quasi vero notis indigeat quod omnibus notum ? neminem hoc fugere potuit. Te quotusquisque facile suspiciendum habuit, quem decora virtutum ante purpuram ubique statuerunt eminentissimum. Te talem purpuræ fulgor invenit, non fecit. Nihil ad veritatem addo : sic apud me supremum æterni Numinis in te consilium, non desultoria cogitatione sed accurato mentis examine, soleo pensitare. Te, fausto prorsus omine, decrevit allectum in Prædicatorum familiam, in qua meritorum suffragio vere fores purpuræ candidatus. Te natum in salutem hujus imperii voluit ad doctoratus gradum promoveri, quæ laurea non obscure lauros alias adumbraret ; et quod antiquitas fabulosum cecinit, veritatis prænuntium ac præconium posteritas comprobaret, Palladem e Jovis cerebro natam, laureatis armis instructam, Athenarum ac scientiarum omnium sibi compasse præsidium, ac subinde ad oleam pacis argumentum Athenis plantandam atque pacem ipsam in orbem universum propagandam animum convertisse. Quem cœlum designabat proregem ordo provincialem renuntiavit : sacri palatii magistrum prius instituit pontifex quam regum supremus Gallici ministrum. Virtuti proclive per descensum gradatim ascendere ; quod deinde bonum contigit Aquensibus, à debant toti Prædicatorum ordini in comitiis Genuensibus Galli et Itali, quorum judicium vel ex eo sapiens comprobatum est, quod unum e multis te Gallia censuerit universa dignum qui principem referres, cui nescit orbis æqualem. Prudenter haud dubie tibi tum Roma purpuram obtulit, cum regem esses exhibiturus ; sed quam probe te novit, tam verecunde in hoc ipso purpuræ dono novum ac ampliorem fatetur accepisse splendorem. Illum velut admirantis turbæ unus, (cujus enim animum tantus fulgor non alliceret aut exhilararet ?) deposito non amisso pudore, vicinior intueri sum ausus, quo meo labori et operi lucis plurimum affulgeat. Levidense offero tibi munus, sed affectu grande ; meritis impar, verum in quo cunctis ceu congestis in acervum dignitatibus, quantum illa sibi jure deposcerent, bono in lumine pono. Hoc igitur observantiæ in te meæ monumentum velim excipias, et oculis quibus meum rapuisti pridem animum, benigne inspice. Vale et vive Ecclesiæ ad utilitatem, Galliæ ad omne genus felicitatis, Ordini nostro ad ornamentum, tibi ad beatam gloriam. Ita vovet submissi animi

Eminentiæ tuæ deditissimus servus

F. JACOBUS GOAR ord. Prædic.

E conventu tuo Parisiensi S. Mariæ Annuntiatæ.

P. JACOBI GRETSERI

PROŒMIUM.

Ante viginti, et quod excurrit, annos libenter et diligenter legebam libellum Georgii Codini *De officiis et officialibus Magnæ Ecclesiæ et aulæ Cpolitanæ*. Testimonio esse possunt notæ ad secundum tomum de S. Cruce, et notæ ad Codinum cum Ethicis Mureti publicatæ, et Facula Codino accensa, evulgata cum ejusdem Mureti in Tacitum Commentariis, consultis et cum editione Juniana collatis tribus calamo exaratis exemplaribus, duobus nimirum Boicæ bibliothecæ, tertio Lautherianæ.

Sæpe a me petierunt viri docti ut Codinum de integro interpretarer. Paruissem jam dudum, si per alias occupationes, qua publicas in scholis qua privatas domi, licuisset. Nunc cum perpetuus capitis totiusque corporis languor sat luculentum otium mihi pepererit, Codinum, ne plane otiosus essem, in manus sumpsi, verti, commentaria adjeci, errores gravissimos Junii detexi, utique id aut non facturus aut

Digitized by Google

parce facturus, quamvis innumeros ejus errores dissimulaverim, nisi Junius homo arrogantissimi supercilii et catholicæ fidei immanissimus hostis fuisset ; qui cum a suis haberetur et venditaretur omniscius, perspicue ostendit edito Codino sibi hac opinione et fama fieri injuriam, si tamen volenti fieri potest injuria, quia Junius hanc de se opinionem et famam volebat et fovebat, qui Curopalatam primo edidit anno Redemptoris 1588 ex bibliotheca Julii Pacii, suppresso suo nomine, vel potius in Judaicum commutato : Nadabus enim Agmonius senatui Francofortensi Codinum dedicabat ; et ne non satis dedicatus esset, eumdem Pacius dedicavit Hippolyto a Collibus, suo in prætorio Heidelbergensi collegæ. Postea nactus Junius a Marquardo Frehero integriora exemplaria, adjectis priori editioni aliquot pagellis, quibus lacunas nonnullas explevit, nomen suum professus est, Codinumque Frehero inscripsit, ita ut Curopalata jam tribus patronis stipatus in publicum venerit. Merito tamen culpandus est Junius, quod novam editionem non adornarit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit adjutus codicibus bibliothecæ Palatinæ et Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum optimi codicis Augustani : nam Codinum olim fuisse in bibliotheca inclytæ rei publicæ Augustanæ testis est Wolfius præfatione ad Nicetam et ipse Seilerus, qui inde Græce descripsit et Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. Dico olim fuisse : jam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex amplissimo domino Marco Welsero II viro Augustano intellexi : nescitur cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis instructus Junius, præsertim translatione Seileriana, debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Verum nihil horum præstitit, nisi quod, ut antea dictum, pauculas pagellas primæ ac mendosissimæ suæ editioni assuit, mutato titulo, addito novo patrono appositoque suo nomine. Quo ipso fucum lectoribus fecit, quasi novam editionem promeret, anno 1596, cum non fuerit nova sed prima, illa nimirum ipsa quæ anno 1588 prodierat.

De mea editione et commentariis non habeo quod dicam. Æquos lectores laboris mei arbitros esse volo. Æquos, inquam ; nam iniquos non moror. Si quid mutatum sit, cujus ratio in commentariis non redditur, noveris id aut ex duobus Boleis et Lautheriano codicibus aut ex perspicua ratione petitum. Vale feliciter, mi lector. Ingolstadii anno salutis 1620.

P. JACOBUS GOAR

LECTORI.

Quod usu solet evenire illis qui inter expurganda dirutorum ædificiorum rudera veteres offendunt et effodiunt nummos, illud idem hactenus Codiniani operis interpretibus contigisse neminem, qui legerit, infitias iturum puto : illi siquidem ubi præter omnem spem in aliquod numisma incidere, se locupletes existimant ; unde facto impetu irruunt, et quasi foret reconditi thesauri argumentum, majori conamine terram hinc inde eruunt, gaudent, mirantur, sperant, et quodnam sit metalli genus aut monetæ species unusquisque, prout menti occurrit, interpretatur. Me Hercule, si non felices omnino, si non divites illi, beata numismata quæ in illorum devenere manus, quarum opera contractam amittunt rubiginem, et quidquid squalidum adhæserat deponunt, ita ut si non pristinum valorem, restitutum saltem ex aliqua parte recipiunt splendorem. Fossores vero nec ditiores nec feliciores appello, si pretium nullum sit, si cujus principis inscriptionem numisma ferat aut imaginem repræsentet ignorent. Exesos rubigine characteres perlustrant ; ac nisi vaticinari noverint aut aliunde acceperint quid litteræ vel figuræ significent, non explanabunt. Verumtamen quod ad Codini opus attinet, etiamsi præ vetustate non sit rancidum, præ novitate tamen, quæ majorem lucem ut plurimum deberet promittere, invenitur obscurum. De nupera namque solum Græcia Codinus agit, non vocibus tantum novis, sed, quod mirum est, jam obsoletis. Usus quippe, qui recentiores ritus, mores, officia, vestes, integrum denique Græciæ statum invexit, Orientis everso imperio funditus interiit ; et sub ipsius Cpolis ruinis, quæ ante ducentos tantum annos in ea vigebant consuetudines, quia ferme novo et ignoto loquendi genere expressæ, jacent misere consepultæ. Paucos ea de causa reperire est qui aspectu primo non demirentur, quamvis rari sint qui propius inspicientes litteras auctoris ac ejus scribendi characterem vel evolverint vel penetrarint. Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit, Meursii pluribus in locis domonstrat emendatio et instituta per Gretserum versio ac in amplis disertisque commentariis ejusdem Codini illustratio ; sed cum ea qua Gretserus ætate vertebat, voces illæ neotericæ Græciæ nondum in Occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sane de re litteraria bene meritus, cujus scripta multam doctrinam continent, doctrina pietatem sapit et ad sanctitatem accedit pietas, si aliorum mentem secutus in eorum menda prolapsus impegerit. Non enim ille solus est qui ad scopulos

Digitized by Google

quos Meursii Glossarium ex potiori parte ὁλοβάρβαρον exponit, allidat : is enim cum germanam Græcarum ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Græcanicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur ac infinitis propemodum, quæ possunt addi, dictionibus augeatur, facilem adhuc secuturis præbebit lapsus occasionem. Fateor Gretserum eruta metalla examinasse, a plerisque situm et squalorem detersisse, in exponendis emblematibus Œdipi gessisse personam, et characterum, qui vix dignoscebantur, reconditam significationem investigasse : sed cum omnino sit impossibile vel nihil ignorare vel omnium votis satisfacere, complures et egregii quidem viri aliquid præter ejus laborem, quo labor ipsemet amplificatus excresceret, exspectabant. Illa me desideria moverunt ut multa illustrarem, explanarem alia, de meo nonnulla conferrem : utinam homine Gallo monstrante viam, nemo in posterum etiam aliunde natus in Græcia peregrinus aberret ! In alienam messem non adeo falcem quam uberiores segetes immitto. Gretsero sua sarta tecta reliqui, et velut data ex tripode responsa sum veneratus. Superest ut quæ mea sunt et juris publici facienda paucis proponam, accuratam scilicet Codinjani textus cum alterutro vel simul cum duobus Regiæ bibliothecæ exemplaribus collationem. Textum ipsum, non ad abundantioris doctrinæ ostentationem, sed ad utilitatem respiciens, emendavi : emendationem vel lectionum varietatem in marginem rejeci. Ubi cum utroque Regio minus convenire comperi, locos hoc indice *utr. Reg.* (1) designavi : ubi vero unum illorum a textus lectione discrepat, primum numeralis character Arabicus 1 indigitat, ac 2 alterum (2). Et si quando defectu alicujus notæ laboraveris, lector, ad præcedentem, quæ vices ejus supplebit, recurre.

Et ne quis putet me data opera Gretseri censorem agere, ipsum inter et me quemlibet statuamus arbitrum, qui de feliciori textus expositione dijudicet. Et quamvis in Gretseri favorem feratur sententia, non debui perceptum a me novum sensum prætermittere, quem qui Codinianum textum legerit emendatum, non longius requiret, cum oculis subsit in versionis margine.

Parum sane, licet nonnihil splendoris Codino contulissem, si in solo textu vel ejus versione restituenda tempus impendissem : debui, quod operæ pretium erat et operis erit utilitas et oblectamentum, ut ignotos recentiorum Græcorum mores, ita Codinianæ dictionis abstrusos et reconditos sensus elucidare, catalogos de ecclesiæ vel palatii Officialibus ex Regiæ vel illustris Mazarinæ bibliothecæ codicibus mss. alios ac omnino diversos proferre, ritus istos velut regulas factis et exemplis confirmare, de meo referre pauca vel ferme nihil, a me relata cuncta vel Græcis scriptoribus vel iis qui viva voce docuerunt ascribere. Quodsi mihi fidem non faciat quæ fide laborare Græcia præsumitur, si meum testimonium in suspicionem veniat, qui fieri potest ut tam multi auctores in notis ad singula capita adjectis catervatim prolati fide vacent, aut quis eorum suffragia voluerit in dubium vocare ?

Unum restat quod moneam, primum caput de Officialibus Magnæ ecclesiæ non mihi videri Codini. Cujus sententiæ rationem subjungo, nimirum catalogum in quo officialium nomina recensentur, a reliquis Codini capitibus sæpius in Regils mss. distinctum reperiri. Et integrum opus absque catalogo in sua recto ordine capita videre est distributum ; quod et ipsi quibus usus est Gretserus comprobant codices. Cum tamen in Codinum scriptorem plerique referant, quin Codinum agnoscat parentem non invideo (3). Alios ipso ampliores inter notas adjungo. Ipsas etiam notas utrisque ac toti Codini operi volui connexas, ut auctoris arridente textu ejus expositio nullam tibi relinquat animo dubietatem. Codinum igitur plenius ac integre magis explanatum suspice, et intererrime vale.

(1) Nunc AB.
(2) Nunc A et B.
(3) Cf. Gretser. commentar. 1 1 extr.

Digitized by Google

ΤΟΥ
ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΑΛΙΩΝ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

ΚΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ.

—

SAPIENTISSIMI CUROPALATÆ

DE OFFICIALIBUS

PALATII CONSTANTINOPOLITANI

ET DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIÆ,

ET PRIMUM DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIÆ,

Jacob Gretsero interprete.

—

INDEX CAPITUM HUJUS LIBRI.

Πρὸ τοῦ πεζεῦσαι τὸ φοσσάτον ἀπερχόμενος ὁ τῆς βίγλης μέγας δρουγγάριος καθίστησι τὸ λεγόμενον ἡμερονύκτιον, ὡς παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου προσετάχθη. Καὶ οἱ μὲν ἡμέρας βιγλίσοντες ἀπέρχονται εἰς τὴν βίγλαν αὐτίκα (ἀπέρχεσθαι δὲ σύνηθές ἐστι φοσσάτον ἐλαφρὸν διὰ τὸ τόξα φέρειν αὐτούς· οἱ καὶ οὐδαμῶς κατὰ τὴν νύκτα βιγλίζουσι·), πρὸς δὲ τοὺς αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς βιγλίσοντας ἀπερχόμενος οὗτος δὴ ὁ μέγας δρουγγάριος πρὸ τῆς τοῦ δειλινοῦ ὥρας λέγει οὕτως· « Ἄρχοντες, ἑτοιμάσθητε, δειπνήσατε, καὶ δότε τροφὴν τοῖς ἵπποις. » Καὶ ὅταν ὁ τεταγμένος καὶ πρέπων τῆς βίγλης ἔλθῃ καιρός, ἐκβάλλει τούτους τοῦ στρατοπέδου. Ἔπειτα εἰ μὲν ὁ μέγας δομέστικος ἐθελήσῃ, ἀπέρχεται καὶ ἵστησι τούτους δ' ἑαυτοῦ, ὅπου ἂν διακρίνοι· εἰ δὲ μή, ἀνατίθησι τῷ μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τὸ περὶ τούτου, ὃς καὶ ὑπηρετεῖ τοῦτο ἀντ' αὐτοῦ. Ὀφείλει δὲ οὗτος ἀπέρχεσθαι πρὸς τὴν εἰρημένην τῆς νυκτὸς βίγλαν καὶ ἐπιτηρεῖν καὶ ἀνακρίνειν αὐτήν. Καὶ εἰ μὲν ἐγγύς ἐστι πολεμίων, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δίς· εἰ δ' ἀνέσεως εἴη καιρός, ἅπαξ τοῦτο ποιεῖ.

C

D

Magnus adnuntiastes adest et ipse, quando exercitus a magno domestico lustratur. Si reperiantur qui careant equis vel armis aliquibus, consignatis nominibus curat ut quæ desunt supplentur.

Ὁ δὲ μέγας ἀδνουμιαστὴς τοῦ φοσσάτου ἀδνουμιαζομένου παρὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πάρεστι μὲν καὶ αὐτός· ἐὰν δέ τινες ὧσιν ἀπὸ τούτων στερούμενοι ἀλόγων ἢ ὁρμάτων τινῶν, ἀπογραφόμενος οὗτος τὰ λείποντα ἐπιμελεῖται ἀναπληροῦσθαι ταῦτα.

Omnes igitur, ipsi etiam imperatoris filii, vigilant cum illis quos sub se habent. At magnus domesticus nunquam. Ratio est ista: quia cum quilibet ex aliis proceribus et ducibus sit tantum pars exercitus, magnus autem domesticus universo exercitui imperet, ut dictum est, oportet ut semper universum exercitum obeat et omnes in ordinem cogat, ne si fortassis hostium insultus oriatur, exercitus

Πάντες μὲν οὖν, καὶ αὐτοὶ οἱ τοῦ βασιλέως υἱοί, βιγλίζουσι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτούς, ὁ δὲ μέγας δομέστικος οὐδαμῶς. Ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη, ὅτι ἑκάστου μὲν τῶν ἀρχόντων μέρους φοσσάτου ὄντος, ἄρχοντος τοῦ μεγάλου δομεστίκου καθόλου, καθὰ εἴρηται, δεῖ παρεῖναι διὰ τοῦτο τοῦτον ἀεὶ ἐν παντὶ τῷ φοσσάτῳ διατάττοντα πάντας, ἵνα μὴ ἐφόδου πολεμίων γενομένης, εἰ τύχοι, χωρὶς ἡγεμόνος τὸ κα-

Digitized by Google

θύλου στράτευμα εὑρεθῇ. Διά τοι τοῦτο καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδημοῦντος ὁ μέγας δομέστικος ἐν ᾧ τόπῳ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ φοσσάτον εὑρίσκεται.

Ἀπὸ τοῦ κούρσου πρῶτον μὲν δίδοται ἡ πενταρουρία λόγῳ τοῦ βασιλέως, δεύτερον ἀπὸ τοῦ καθόλου φοσσάτου λόγῳ τοῦ μεγάλου δομεστίκου, τρίτον δὲ λόγῳ τῶν μερικῶν κεφαλάδων, ἀφ' οὗ μέρους ἕκαστος ἄρχει.

Ἐάν τινα ἀπὸ τῶν ῥογατόρων στρατιωτῶν ἄπαιδα συμβῇ τελευτῆσαι, τὸ τοῦ πολέμου ἄλογον ἐκείνου καὶ τὰ ἅρματα πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον κομίζονται.

Εἰ δεήσει διελθεῖν τὸν μέγαν δομέστικον εἰς ἡγεμονίαν τινὸς τῶν ἀρχόντων, τὸ ἐκεῖσε φοσσάτον τοῦτον ἐρωτῶσι, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς τὸ τί γενέσθαι δεῖ.

A generali duce careat. Quamobrem absente imperatore tenet ille in exercitu locum, quem imperator teneret, si adesset.

Ex spoliis primum quidem quinta pars datur imperatori, secundo ab universo exercitu magno domestico, tertio particularibus capitaneis seu ducibus a particularibus turmis, quibus quilibet præest.

Si quis ex stipendiariis militibus moriatur sine liberis, equus, quo ille in bello utebatur, et arma ad magnum domesticum deferuntur.

Si oporteat magnum domesticum per alicujus procerum præfecturam transire, qui ibi reperitur exercitus eum prius quam suum ducem interrogat, B quid facto sit opus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ στεφηφορίας βασιλέως.

Τοῦ μέλλοντος στεφθήσεσθαι κατὰ τὴν πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἑσπέραν εἰς τὸ μέγα παλάτιον ἐρχομένου μετὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἄλλων οἰκειακῶν αὐτοῦ καὶ διανυκτερεύοντος, διαλαμπούσης ἡμέρας συναθροίζονται ἐκ πρωΐας εὐθὺς οἵ τε ἀξιώματα ἔχοντες καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρχοντες, τὸ φοσσάτον τε καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν πλῆθος τῆς πόλεως πανδημεί. Περὶ δὲ ὥραν τῆς ἡμέρας ταύτης δευτέραν ἀπέρχεται μὲν ὁ νέος βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, εἰθισμένον δὲ ὂν τὴν τῆς αὐτοῦ πίστεως ὁμολογίαν οἰκείαις χερσὶν ἐγγράφως παραδιδόναι, ποιεῖ τοῦτο οὕτως. « Ὁ δεῖνα ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων οἰκείᾳ χειρὶ προέταξα. » Οὕτω μὲν ὁ στεφανωθεὶς τῆς ἑαυτοῦ προτάσσων ὁμολογίας γράφει. Ἂν δὲ υἱὸς αὐτῷ ᾖ, εἰ μὲν ἐνδίδωσιν ὁ πατήρ, γράφει καὶ αὐτὸς προτάσσων οὕτως, ἤτοι, «Αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων» εἰ δ' οὔ, « Πιστὸς ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ δεῖνα. »

« Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, » καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ὅρου τῆς πίστεως μέχρι τέλους. Κἄι μετὰ τοῦτο· « Ἔτι στέργω καὶ ὁμολογῶ καὶ βεβαιῶ τὰς ἀποστολικὰς καὶ θείας παραδόσεις, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς διατάξεις καὶ διατυπώσεις τῶν ζ' οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν κατὰ καιροὺς τοπικῶν, ἔτι δὲ καὶ τὰ προνόμια καὶ ἔθιμα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Προσέτι γε μὴν βεβαιῶ καὶ στέργω ὅσαπερ ἐδογμάτισαν καὶ ἐθέσπισαν οἱ κατὰ τόπους ἁγιώτατοι Πατέρες ἡμῶν ὀρθῶς καὶ κανονικῶς καὶ ἀνεπιλήπτως. Ὡσαύτως ὑπισχνοῦμαι ἐμμένειν καὶ διηνεκῶς εὑρίσκεσθαι πιστὸς καὶ γνήσιος δοῦλος καὶ υἱὸς τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας· πρὸς τούτοις εἶναι καὶ δεφένσωρ καὶ ἐκδικητὴς αὐτῆς, καὶ εἰς τὸ ὑπήκοον εὐμενὴς καὶ φιλάνθρωπος κατὰ τό εἰκός τε καὶ πρέπον, καὶ ἀπέχεσθαι φόνων καὶ ἀκρωτηριασμῶν καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις κατὰ τὸ δυνατόν, κατανεύειν τε εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην. Καὶ ὅσα ἀπεβάλοντο καὶ ἀνεθεμάτισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες, ἀποβάλλομαι καὶ

86 CAPUT XVII.

De coronatione imperatoris.

Qui coronandus est, is pridie ejus diei circa vesperam venit ad magnum palatium cum principibus aliisque familiaribus suis, ibique pernoctat. Illucescente die congregantur statim sub diluculum qui in dignitate constituti sunt, et omnes alii proceres, exercitus et reliqua civitatis promiscua multitudo. Circa horam secundam abit junior imperator ad Sanctam Sophiam. In more autem positum est ut tradat propria manu scriptam fidei suæ confessionem. Quod hunc in modum facit : « Ego N. in Christo Deo nostro fidelis rex et imperator Romanorum propria mann hæc præmisi ac præscripsi. » Sic C quidem jam coronatus imperator fidei suæ confessionem præscribens auspicatur. Si vero filium habeat, præfigit et ipse confessioni suæ illud : « Imperator Romanorum, »si pater concesserit : si minus, istud solummodo præfigit : « Fidelis in Christo Deo nostro Romanorum rex N. »

« Credo in Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium, » et reliqua symboli apostolici, usque ad finem. « Præterea amplector, confiteor et approbo apostolicas et divinas traditiones. Insuper etiam constitutiones et definitiones septem 87 œcumenicarum synodorum, et localium, quæ tempore suo celebratæ sunt: ad D hæc etiam privilegia et consuetudines sanctissimæ magnæ Dei Ecclesiæ. Præterea confirmo et amplector quæcunque statuerunt et definierunt diversis locis sanctissimi Patres nostri recte, canonice et inculpate. Similiter promitto me perpetuo mansurum fidelem servum et genuinum filium sanctæ Ecclesiæ ; ad hæc defensorem et vindicem ejus, clementem insuper futurum et humanum erga subditos, quatenus æquitas et decentia id sinent. Abstinebo etiam a cædibus et mutilationibus et id genus aliis, quantum fieri poterit ; omnemque veritatem et justitiam sequar ; et quæcunque repudiarunt et anathematizarunt sancti Patres, ipse etiam repudio et anathematizo, et assentior tota mente, anima et

Digitized by Google

corde meo supradicto sancto Symbolo. Hæc omnia me custoditurum promitto coram sancta Dei catholica Ecclesia. Mense N, die et indictione N, anno N. ἐνώπιον τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Κατὰ μῆνα τόνδε, εἰ, τὰς τόσας, ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἰνδικτιῶνι τῇδε, τοῦδε τοῦ ἔτους. »

A ἀναθεματίζω καὶ αὐτὸς, καὶ πιστεύω ὅλῃ μου γνώμῃ καὶ ψυχῇ καὶ καρδίᾳ τῷ προειρημένῳ ἁγίῳ συμβόλῳ. Ταῦτα δὲ πάντα ὑπισχνοῦμαι φυλάττειν

Id vero quod initio præscripsit, rursus factæ fidei professioni subscribit, illud nimirum : « N. in Christo Deo nostro fidelis Romanorum imperator, vel rex Romanorum, propria manu subscripsi, tradoque sanctissimo meo domino et œcumenico patriarchæ domino N. et sanctæ, quæ cum ipso est, synodo. »

Ὁ δὲ προτάσσων, τοῦτ' αὐτὸ πάλιν καὶ μετὰ τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν ὑποτάσσων γράφει, ἤγουν τὸ, « Ὁ δεῖνα ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ἢ βασιλεὺς Ῥωμαίων, οἰκείᾳ χειρὶ ὑποτάξας παραδίδωμι τῷ παναγιωτάτῳ μου δεσπότῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ κυρῷ.... καὶ μετ' αὐτοῦ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ. »

88 Post hæc ascendit imperator ad triclinium quod vocatur Thomaites, ad Augusteonem respiciens, ubi universa multitudo plebis cum exercitu B stat.

Μετὰ τοῦτο τοίνυν ἀνέρχεται ἐπὶ τὸν τρίκλινον τὸν λεγόμενον Θωμαΐτην, πρὸς τὸν Αὐγουστεῶνα ἀφορῶντα, ὅπου τὸ πλῆθος ἅπαν ἵσταται μετὰ τοῦ φοσσάτου.

Antequam ergo imperator se conspiciendum præbeat, per aliquem de senatu, cui id imperator præceperit, jaciuntur in populum ea quæ nominantur epicombia. Quæ talia sunt. Frustilla ex pannis resecant, et in quolibet segmento tria aurea, argentea totidem numismata, et tria ex obolis illigantes projiciunt in multitudinem. Projiciunt autem talium fasciculorum tot millia, quot imperator præceperit. Consuetudine receptum est ut hujusmodi epicombia jaciantur in atriis Magnæ Ecclesiæ, nempe in prædicto Augusteone, stante eo qui projicit in Augusteonis gradibus.

Πρὸ τοῦ φανῆναι οὖν αὐτὸν διά τινος τῶν συγκλητικῶν, ᾧ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεὺς, ῥίπτονται εἰς τὸν λαὸν ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια. Ἔστι δὲ τοιοῦτον. Τμήματα ἐκ πανίων κόπτοντες, καὶ ἐν ἑκάστῳ τμήματι νομίσματα χρυσᾶ μὲν τρία ἀργυρᾶ δὲ τοσαῦτα καὶ τρία ἐξ ὁβολῶν περιδήσαντες, ῥίπτουσιν εἰς τὸ πλῆθος. Ῥίπτουσι δὲ τοιούτους ἀποδέσμους ἀριθμὸν χιλιάδων ὅσον ἂν προστάξοι ὁ βασιλεύς. Εἰθισμένον δέ ἐστι ῥίπτειν τὰ τοιαῦτα ἐπικόμβια ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ, ἤγουν ἐν ᾧ εἴρηται Αὐγουστεῶνι, ἱσταμένου τοῦ ῥίπτοντος ἐπάνω τῶν τοῦ Αὐγουστεῶνος βαθμίδων.

Post hæc novus imperator in scuto sessitans tollitur in altum, et ab universa multitudine infra C stante conspicitur. Tenent vero priores partes clypei imperator parensque renuntiati, si adhuc sit in vivis, et patriarcha. Partes a latere et retro tenent qui dignitate præcipua excellunt, videlicet despotæ et sebastocratores, si fuerint. Sin minus, munus hoc obeunt præstantiores et nobiliores ex proceribus. Si non superest novi imperatoris pater, anteriores partes clypei tenet excellentior ex illis qui in dignitate sunt, aut aliquis ex proceribus cum patriarcha. Partes posteriores tenent quos jam antea commemoravimus.

Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ νέος βασιλεὺς ἐπὶ σκουταρίου καθεσθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος, καὶ φαίνεται πᾶσι τοῖς κάτωθεν ἱσταμένοις πλήθεσιν. Κατέχουσι δὲ τὰ μὲν ἔμπροσθεν τῆς ἀσπίδος αὐτός τε ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ τοῦ ἀναγορευομένου, ἐὰν ζῶν ᾖ, καὶ ὁ πατριάρχης, τὰ δὲ ἐκ πλαγίων καὶ ὄπισθεν οἱ ἐν ἀξιώμασιν ὑπερέχοντες, ἤγουν δεσπόται καὶ σεβαστοκράτορες, ἐὰν ὦσιν· εἰ δὲ μὴ, οἱ κρείττονες καὶ εὐγενέστεροι τῶν ἀρχόντων. Εἰ δ' οὐκ ἔστι πατὴρ, τὰ μὲν τῆς ἀσπίδος ἔμπροσθεν ὁ ἐντιμότερος τῶν ἀξιωματικῶν ἢ τῶν ἀρχόντων μετὰ τοῦ πατριάρχου, τὰ δέ γε ὄπισθεν, οὓς εἴπομεν.

89 Populo et universo exercitu faustis acclamationibus personante, descendit de scuto, ducitur- D que ad Sanctæ Sophiæ templum, in quo coronandus est. Est autem ibi hunc in usum lignea ædicula exstructa, in qua novum imperatorem introductum induunt sacco et diademate, episcoporum benedictione prius consecratis. In capite non fert certum quid ac definitum, sed vel sertum, vel quid aliud arbitratu suo. His peractis liturgia peragitur. Porro prope ædiculam illam ligneam, de qua jam diximus, ædificata est lignea anabathra pannis rubris vestita in qua pro numero imperatorum ponuntur aurei throni, at non tales quales sunt alii imperatorum throni, sed adeo excelsi ut habeant quatuor vel quinque gradus, in quibus egressi ex lignea ædicula imperatores, si non unus sed plures fuerint, residunt. Ascendunt et cum illis dominæ uxores eorum

Ἐπευφημίσαντος δὲ τοῦ λαοῦ καὶ φοσσάτου παντὸς κατέρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ σκουταρίου, ἄγεται δὲ εἰς τὸν τῆς ἁγίας Σοφίας ναὸν, ὅπου δεῖ αὐτὸν καὶ στεφθήσεσθαι. Ὑπάρχει δὲ ἐκεῖσε προκατεσκευασμένον ξύλινον οἴκημα μικρὸν ἕνεκα τῆς χρείας ταύτης· εἰς ὃ ξύλινον οἴκημα εἰσάγοντες τὸν νέον βασιλέα ἐνδύουσι τὸν σάκκον καὶ τὸ διάδημα, εὐλογούμενα ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων. Ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ οὐ νενομισμένον τι φορεῖ, ἀλλ' ἢ στέφανον ἢ ἕτερον ὅ τι ἂν δόξῃ. Τούτων δὲ γινομένων τελεῖται ἡ λειτουργία. Πλησίον δὲ οὗ εἴπομεν ξυλίνου οἰκήματος κατασκευάζεται ἐκ ξύλων ὁμοίως καὶ ἀναβάθρα, καὶ ἐνδύουσι ταύτην πάντοθεν διὰ βλατίων ἐρυθρῶν. Ἐπάνω δὲ ταύτης τίθενται κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν βασιλέων θρόνοι χρυσοῖ, οὐ τοιοῦτοι δὲ ὁποῖοί εἰσι καὶ ἄλλοι θρόνοι τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τοσοῦτον ὑψηλοὶ ὥστε ἔχειν βαθμίδας δ' ἢ καὶ ε'.

Digitized by Google

Ἐφ' οὗς ἐξερχόμενοι ἀπὸ τοῦ ξυλίνου οἰκήματος οἱ βασιλεῖς, ἐὰν μὴ εἷς, καθὼς εἴπομεν, ἀλλὰ πλείους ὦσιν, καθίζουσιν. Ἀναβαίνουσι δὲ καὶ μετ' αὐτῶν καὶ αἱ δέσποιναι αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ καθίζουσιν καὶ αὐταὶ ἐφ' ἑτέρους θρόνους, παρισταμένων ἄνωθεν τῶν δεσποτῶν καὶ τῶν βασιλισσῶν. ἡ μὲν οὖν προεστεμμένη καὶ μήτηρ τοῦ ἀναγορευομένου φοροῦσα καὶ τὸ ἑαυτῆς στέμμα, ἡ δὲ νέα βασιλὶς φορεῖ καὶ αὐτὴ στέφανον.

A quæ et ipsæ in aliis thronis sedent, astantibus supra despotis et reginis. Mater igitur renuntiati imperatoris jam olim coronata gestat coronam suam, nova vero imperatrix sertum.

Τῆς οὖν θείας, ὡς εἴπομεν, τελουμένης λειτουργίας, πρὸ τοῦ τρισαγίου ὕμνου ἐξερχόμενος ὁ πατριάρχης τοῦ βήματος ἀναβαίνει ἐπὶ τὸν ἄμβωνα, καὶ μετ' αὐτοῦ οἱ ἐντιμότεροι τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας, τὰς ἱερὰς αὐτῶν φοροῦντες στολάς. Σιωπῆς δὲ μεγάλης καὶ ἡρεμίας γινομένης ἐν τῷ ναῷ, πέμπων ὁ πατριάρχης προτκαλεῖται τοὺς βασιλεῖς, οἵτινες καὶ ἔρχονται ἐπὶ τὸν ἄμβωνα, ὅπου B ὁ πατριάρχης ἐστίν. Ἐλθόντων δὲ ἀγαγινώσκει οὗτος τὰς ἐπὶ χρίσει βασιλέων συντεθειμένας εὐχάς, τὰς μὲν μυστικῶς, τὰς δὲ καὶ ἐκφωνῶν, ἱκετεύει δὲ καὶ εὐμενίζει τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος χρισθήσεσθαι βασιλέως. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπαίρει μὲν ὁ νέος βασιλεὺς ὅ τι ἂν φορῇ ἐπὶ κεφαλῆς, εὐθὺς δὲ πάντες ὅσοι εὑρίσκονται ἐν τῷ ναῷ ἀποκαλύπτουσι τὰς κεφαλὰς ἵστανται. Ὁ δὲ πατριάρχης χρίει σταυροειδῶς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως τῷ θείῳ μύρῳ, ἐπιλέγων μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸ «Ἅγιος.» Οἱ δὲ ὄντες ἐν τῷ ἄμβωνι πάντες περὶ τὸν πατριάρχην, διαδεχόμενοι τὴν φωνὴν, λέγουσι καὶ αὐτοὶ ἐκ τρίτου τὸ «Ἅγιος.» Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ πλῆθος ἐκ τρίτου λέγει τὸν αὐτὸν λόγον.

Dum igitur, ut diximus, divina liturgia celebratur, ante hymnum trisagium egreditur patriarcha ex tabernaculo, et ascendit in ambonem, 90 et cum illo digniores ex ecclesiæ proceribus, sacris amicti stolis. Magno autem silentio facto et quiete orta in templo, misso quopiam vocat patriarcha imperatores, qui in ambonem ad patriarcham veniunt. Quibus præsentibus legit patriarcha ad unctionem imperatorum compositas preces, partim tacite, partim clara voce : supplicat autem Deo pro illo qui in imperatorem inungendus est, eumque eidem propitium reddere studet. Posthæc tollit novus imperator capitis tegumentum, qualecunque illud fuerit. E vestigio autem, quotquot in templo reperiuntur apertis capitibus astant. At patriarcha crucem in formam caput imperatoris divino unguento inungit, accinens elata voce illud : «Sanctus.» omnes porro qui cum patriarcha sunt in ambone excipientes vocem canunt et ipsi tertio illud : «Sanctus.» Quos similiter reliqua populi multitudo sub sequitur, ter illud : « Sanctus, » admodulantes,

Μετὰ δὲ ταῦτα, εἰ καί τινες λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τῆς C ἁγίας τραπέζης κεῖται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως, ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο· ἐντὸς δὲ τοῦ ἁγίου βήματος κρατούμενον ὑπὸ διακόνων τὰς ἱερὰς φορούντων στολὰς ἄγεται ἐπὶ τὸν ἄμβωνα.

Posthæc, licet sint qui tradant stemma seu coronam imperatoris in sancta mensa repositum esse, id tamen secus est, quia intra sanctum tabernaculum tenetur a diaconis sacras vestes ferentibus, deportaturque in ambonem.

Εἰ οὖν, ὡς προείπομεν, πάρεστιν ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ αὐτοῦ, αὐτός τε καὶ ὁ πατριάρχης λαβόντες τὸ στέμμα ἐπιτιθέασι τῇ κεφαλῇ τοῦ νέου βασιλέως, καὶ ἐκφωνεῖ ὁ πατριάρχης τὸ «Ἄξιος.» Εἰ δὲ οὐκ ἔστι πατὴρ αὐτοῦ, ποιεῖ τοῦτο μόνος ὁ πατριάρχης. Ὥσπερ δὲ πρότερον ἐν τῇ τοῦ μύρου τὸ «Ἅγιος,» διαδεχόμενοι, ὁμοίως καὶ ταύτην τὴν φωνὴν οἱ ἐπὶ ἄμβωνος, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ πλῆθος βοῶσιν ἐκ τρίτου τὸ «Ἄξιος.» Εἶτα ἀναγινώσκει πάλιν ὁ πατριάρχης εὐχὰς, καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος, οὐκ ἐκ τοῦ μέρους, μέντοι οὗπερ ἀνῆλθεν, ἧς τοῦ πρὸς τὰς Ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν καὶ τὸ ἅγιον βῆμα.

Si igitur, ut antea dictum, adest imperator pater ejus, ipse et patriarcha acceptum stemma imponunt novi imperatoris capiti, patriarcha illud imponente : «Dignus. » Si pater non adsit aut etiam non adsit, 91 solus patriarcha hoc facit. Quemadmodum vero antea in imperatoris unctione illi qui in ambone stabant et tota reliqua corona illud : «Sanctus» ter insonabant, ita et nunc ter recipiunt illud : «Dignus. » Deinde patriarcha iterum recitat preces, descenditque imperator ex ambone, non ea parte D qua ascendit, ea scilicet quæ ad Speciosas portas respicit, sed ex altera soleæ et sancto tabernaculo obversa.

Ἐὰν οὖν συμβῇ μὴ ἔχειν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον γυναῖκα τὸν βασιλέα, εὐθὺς μετὰ τοῦ κατελθεῖν τοῦ ἄμβωνος ἀνέρχεται πάλιν εἰς ἀναβάθραν καὶ καθίζει ἐπὶ τοῦ θρόνου· εἰ δὲ ἔχει γυναῖκα, πᾶσά ἐστιν ἀνάγκη στεφθῆναι τότε καὶ αὐτήν. Γίνεται δὲ καὶ τοῦτο οὕτως.

Si igitur eo tempore imperator necdum uxoratus sit, statim post descensum ex ambone ascendit rursus in anabathram, seu tabulatum, et sedet in throno suo. Si jam uxorem habeat, plane necessarium est ut et ipsa coronetur ; quod fit hunc in modum.

Ἡ μὲν προεστεμμένη καὶ μήτηρ τοῦ νέου βασιλέως, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ βασιλέως, τοῦ πατρὸς δηλονότι τοῦ νέου βασιλέως, ἱσταται στεφηφοροῦσα, κατέχουσα τῇ χειρὶ βάϊον χρυσοῦν, ἔχον τε ἀπὸ τῆς κορυφῆς καὶ κάτωθεν ὅσον σπιθαμιαῖον μῆκος μαργαρίτας καὶ λιθάρια ἐμπεπηγ-

Imperatrix prius coronata et mater novi imperatoris, si vivat adhuc maritus ejus imperator et pater novi imperatoris, stat stemmate conspicua, tenens aureum ramum (sceptrum ita dictum), habentem a vertice usque ad imum, quasi in longitudinem spithamæ margaritas et uniones in ramo

Digitized by Google

infixos. Si vidua sit, ramum quidem et stans et sedens tenet, fert vero indumentum nigrum, quod himatium appellatur et mandyam coloris violacei. Ai nova imperatrix stans et ipsa, et sustentata utrinque a propinquissimis cognatis, si autem cognatis propinquis et genuinis careat, a duobus eunuchis, descendit ex anabathra et veniens 92 stat ante soleam. Descendens igitur de ambone imperator maritus ejus, acceptum ex patriarchæ manu prius benedictum stemma imponit capiti uxoris suæ, non ejus formæ cujus est stemma imperatoris, sed alterius, quod prius hanc in rem præparatum fertur et ipsum vel a genuinis cognatis vel a duobus eunuchis. Illa, stemmate imperatoris et conjugis sui manu capiti imposito, statim adorat imperatorem et conjugem suum, quasi per delatam reverentiam aperte fatextur se illi subjectam esse. At patriarcha prope soleam stans et ipse recitat alteram orationem pro imperatore et imperatrice omnique populo subdito.

μένα κυκλόθεν. Εἰ δὲ τύχοι οὖσα χήρα, τὸ μὲν βάϊον κατέχει καὶ ἱσταμένη καὶ καθημένη, φορεῖ δὲ ἔνδυμα μέλαν λεγόμενον ἱμάτιον καὶ μανδύαν ὀξύν. Ἡ δὲ νέα βασιλὶς ἱσταμένη καὶ αὐτὴ, καὶ κατεχομένη ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ὑπὸ δύο συγγενῶν τῶν γνησιωτάτων, ἢ εἰ μὴ ἔχει γνησίους, ὑπ' εὐνούχων δύο, κατέρχεται ἀπὸ τῆς ἀναβάθρας, καὶ ἐρχομένη ἵσταται πρὸ τοῦ σωλέου. Κατερχόμενος οὖν τοῦ ἄμβωνος ὁ βασιλεὺς καὶ ἀνὴρ αὐτῆς, λαμβάνει ἀπὸ τῆς τοῦ πατριάρχου χειρὸς τὸ στέμμα εὐλογηθὲν πρότερον παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἕτερόν τι σχῆμα προητοιμασμένον ὑπάρχον, καὶ βασταζόμενον καὶ αὐτὸ ἢ ὑπὸ γνησίων, ὡς εἴρηται, συγγενῶν αὐτῆς ἢ ὑπὸ δύο εὐνούχων. Ἡ δὲ ἐπιτεθέντος τῇ κεφαλῇ αὐτῆς τοῦ στέμματος παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως καὶ ἀνδρὸς αὐτῆς χειρὸς εὐθὺς προσκυνεῖ τὸν βασιλέα καὶ ἄνδρα αὐτῆς, ὥσπερ ὁμολογοῦσα διὰ τῆς προσκυνήσεως ὑπ' αὐτὸν εἶναι καὶ ὑποτετάχθαι αὐτῷ. Ὁ δὲ πατριάρχης πλησίον τοῦ σωλείου ἱστάμενος καὶ αὐτὸς ἀναγινώσκει ἑτέραν αὖθις εὐχὴν ὑπέρ τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς βασιλίδος καὶ παντὸς τοῦ ὑπηκόου λαοῦ.

Et sic quidem coronatus imperator coronat etiam propriam uxorem. Si imperator prius coronatus fuerit, coronatur imperatrix a proprio conjuge suo et imperatore, quando ducta illa in uxorem nuptialem solemnitatem peragit.

Καὶ οὕτω μὲν στεφόμενος ὁ βασιλεὺς στέφει καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ γυναῖκα· εἰ δὲ συμβῇ προεστεμμένον εἶναι τὸν βασιλέα, στέφεται ἡ βασιλὶς παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς καὶ βασιλέως ὁμοίως, ὅταν ἀναδόμενος αὐτὴν εἰς γυναῖκα ἐπιτελῇ τὴν ἐπιγάμιον τελετήν.

Si autem, ut prædiximus, fiat, postquam novus imperator propriam uxorem et imperatricem coronavit, et postquam illa eumdem debita veneratione affecit, ascendentes simul in anabathram seu tabulatum, rursus considunt in thronis, imperator quidem tenens crucem (sceptrum suum), nova vero imperatrix ramum seu palmam, ut antea ostensum; dumque 93 mystagogia peragitur, imperatores sedent. At decantato trisagio, vel apostolicis Scripturis divinisque Evangeliis lectis, surgunt et ipsi. Cum autem utraque ex parte templi ligneæ anabathræ hunc ipsum in usum exstructæ sint, illas occupant protopsaltæ et domestici et lectores, quos veteri more in hujusmodi panegyricis festis et initiationibus clamatores vocant, qui canunt cantica quædam huc facientia et accommodata; qui utraque ex parte tenent tres hastas, circulis ligneis insignitas, ex quibus in orbem panni serici coccinei et candidi dependent quasi duarum spithamarum. Quæ (hastæ) peracta liturgia imperatorem antecedunt, iis et qui ipsas portant præeuntibus et cantantibus usque ad magnum palatium. Quo autem modo hoc fiat, ratio quæritur.

Ἂν δὲ ὡς προείπομεν γένηται, μετὰ τὸ στέψαι μὲν τὸν νέον βασιλέα τὴν ἰδίαν γυναῖκα καὶ βασιλίδα, ἐκείνην δὲ, ὡς εἴρηται, προσκυνῆσαι, ἀναβάντες καὶ οἱ δύο εἰς τὴν ἀναβάθραν κάθηνται αὖθις ἐπὶ τὸν θρόνον, ὁ μὲν βασιλεὺς κατέχων σταυρὸν, ἡ δὲ νέα βασιλὶς βάϊον, κατὰ τὸ εἰρημένον. Καὶ τῆς μὲν ἄλλης μυσταγωγίας γινομένης κάθηνται οἱ βασιλεῖς, τοῦ τρισαγίου δὲ ὕμνου ᾀδομένου ἢ τῶν ἀποστολικῶν Γραφῶν ἢ τῶν θείων Εὐαγγελίων ἀναγινωσκομένων ἀνίστανται καὶ αὐτοί. Ἐξ ἑκατέρων δὲ μερῶν τοῦ ναοῦ ξυλίνων οὐσῶν ἀναβαθρῶν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πεποιημένων, ἱστάμενοι ἐπάνω οἵ τε πρωτοψάλται καὶ οἱ δομέστικοι καὶ οἱ ἀναγνῶσται, οὓς ἐξ ἔθους παλαιοῦ κράκτας ἐν ταῖς τοιαύταις ὀνομάζουσι πανηγύρεσι καὶ τελεταῖς, ψάλλουσιν ᾄσματά τινα συντελοῦντα καὶ ἡρμοσμένα εἰς τὰ τοιαῦτα. Κατέχουσι δὲ ἐξ ἑκατέρων μερῶν ἀνὰ τρία κοντάρια, ἔχοντα ἕκαστον γύρους ἐκ ξύλων, ἐκκρεμαμένας ἔχοντα κυκλόθεν μετάξας κοκκίνας καὶ λευκάς, ὅσον δισπιθάμους· ἃ καὶ μετὰ τὸ τελεσθῆναι τὴν λειτουργίαν προηγοῦνται τοῦ βασιλέως, τῶν κατεχόντων αὐτὰ προϊόντων καὶ ψαλλόντων μέχρι καὶ τοῦ μεγάλου παλατίου· τίνι δὲ τρόπῳ γίνεται τοῦτο, ὁ λόγος ζητεῖται.

Quando igitur in magno introitu inchoatur hymnus, accedentes ex honoratioribus ecclesiæ diaconis invitant imperatorem. Ille cum illis se confert ad locum qui prothesis appellatur, ubi sancta reposita sunt. Cæterum adhuc extra prothesin stans indnit super saccum et diadema mandyam aureum; dextra manu tenet crucem, prout moris est ferre

Ἀρχομένου δὲ ψάλλεσθαι τοῦ ἐπὶ τῇ μεγάλῃ εἰσόδῳ ὕμνου, ἐρχόμενοι οἱ ἐντιμότεροι τῶν διακόνων τῆς ἐκκλησίας προσκαλοῦνται τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ ἔρχεται μετ' αὐτῶν εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν, ἔνθα κεῖνται τὰ ἅγια. Ἔτι δὲ ἔξω τῆς προθέτεως ἱστάμενος ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου καὶ τοῦ διαδήματος μανδύαν χρυσοῦν. Καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ

Digitized by Google

κατέχει τὸν σταυρὸν, ὡς σύνηθές ἐστι κρατεῖν τὸν βασιλέα, ὅταν καὶ τὸ στέμμα φορεῖ, τῇ δὲ ἀριστερᾷ κατέχει νάρθηκα. Ἐπέχει γὰρ τότε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν ἣν καλοῦσι τοῦ δεσποτάτου. Κρατῶν οὖν ἀμφότερα ὁ βασιλεὺς, ἤγουν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν νάρθηκα, προηγεῖται τῆς εἰσόδου πάσης· ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τῶν μερῶν συμπαρακολουθοῦσιν αὐτῷ οἵ τε βάραγγοι πάντες πελεκυφόροι καὶ νέοι εὐγενεῖς ἔνοπλοι περὶ ἑκατόν. Οὗτοι μὲν οὖν ἀκολουθοῦσιν ἐκ πλαγίων, ὡς εἴρηται, ἐχόμενα δὲ τοῦ βασιλέως εὐθὺς μετ' αὐτὸν ἔρχονται οἵ τε διάκονοι καὶ οἱ ἱερεῖς, σκεύη δέ τε ἄλλα τῶν ἱερῶν κρατοῦντες καὶ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια. Περιελθόντες δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν τὸν ναὸν ἔρχονται μέχρι καὶ τοῦ σωλέου. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἵστανται ἐκτός· μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος, τὸν σωλέαν εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θύρια. Τὰς οὖν αὐτῶν καὶ ἀμφοτέροις κεφαλὰς, ὁ μὲν πατριάρχης ἔσωθεν, ὁ βασιλεὺς δὲ ἔξωθεν, εἰς σχῆμα δῆθεν χαιρετισμοῦ κλίναντες ἵστανται. Καὶ μετὰ τοῦτο ἔρχεται ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ κατέχων θυμιατὸν, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ λεγόμενον ὠμοφόριον τοῦ πατριάρχου. Καὶ εἰς μὲν τὸ παλαιὸν εἶχε καὶ ἡ ἐκκλησία ἀρχιδιάκονον, νῦν δὲ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἔχει τοῦτον ὁ κλῆρος τοῦ βασιλέως. Ἡ αἰτία ζητεῖται. Ὡσαύτως οὐδὲ πρωτοψάλτην ἔχει ἡ ἐκκλησία, ἀλλὰ δομέστικον· ὁ δὲ βασιλικὸς κλῆρος καὶ ἀμφοτέρους. Καὶ ὁ μὲν πρωτοψάλτης τοῦ βασιλικοῦ ἔξαρχος κλήρου, ὁ δέ γε δομέστικος τοῦ δεσποινικοῦ· καὶ ποτὲ μὲν ἔχει καὶ ἡ ἐκκλησία ἕτερον δομέστικον παρὰ τὸν δεσποινικὸν, ποτὲ δὲ ὁ αὐτὸς ἀμφοτέροις τοῖς κλήροις ὑπηρετεῖ, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ πρωτοπαπᾶς. Ἔχει μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς πρωτοπαπᾶν εἰς τὸν κλῆρον αὐτοῦ, ἔχει δὲ ἡ ἐκκλησία· ἔστι δ' ὅτε ὁ αὐτὸς εὑρίσκεται καὶ εἰς ἀμφοτέρους τοὺς κλήρους. Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως,

imperatorem, quando gestat stemma. Sinistra tenet narthecem seu ferulam, habetque tunc locum ecclesiasticum quem vocant deputati. Imperator **94** igitur utrumque portans, nempe crucem et narthecem, eorum qui sacrorum donorum ingressum perficiunt ducem se præbet. Ex utraque parte comitantur illum Barangi, omnes securiferi, et juvenes nobilitate eximii, armati circiter centum. Isti ergo comitantur imperatorem a latere, ut dictum est. Imperatorem proxime subsequuntur diaconi et sacerdotes cum alia sacra vasa tum ipsa sancta portantes. Circumeuntes, ut consuetum est, templum, veniunt usque ad soleam omnibus aliis extra stantibus. Solus imperator, transita solea, reperit patriarcham in foribus sanctis stantem, Ambobus igitur, patriarcha intus, imperatore foris in speciem salutationis capita inclinantibus, suo quique loco subsistit. Deinde venit secundarius diaconus dextra manu turibulum gestans, sinistra id quod dicitur pallium seu humerale patriarchæ. Et olim quidem etiam ecclesia habebat suum archidiaconum, nunc vero nequaquam ; sed habet illum clerus imperatoris, Causa quæritur. Similiter neque protopsalten habet ecclesia, sed domesticum ; imperatorius clerus utrumque habet. Et quidem protopsaltes cleri imperatoris præpositus est, domesticus autem cleri imperatricis exarchus est. Et olim quidem habebat ecclesia alterum domesticum præter illum imperatricis, Aliquando idem utriquæ clero inservit, quemadmodum protopapas quoque. Habet **95** imperator protopapam in suo clero, habet et ecclesia. Est cum idem utrique clero annumeratur. Et de his quidem hunc in modum dictum sit,

Ὁ δευτερεύων δὲ τῶν διακόνων θυμιᾷ τὸν βασιλέα, καὶ κλίναντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν βοᾷ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸ, « Μνησθείη Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ κράτους τῆς βασιλείας σου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. » Εἶτα ἐπιλέγει τὸ Ἀμήν. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ πάντες οἱ μετ' αὐτὸν ἐρχόμενοι λέγουσι, διάκονοί τε καὶ μετ' αὐτοὺς ἱερεῖς. Λέγουσι δὲ πάντες οὗτοι τοῦτο καὶ εἰ, τὸν πατριάρχην, ἐρχόμενοι εἰς τὸ βῆμα, ἤτοι, « Μνησθείη Κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντοτε νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. »

Cæterum secundarius diaconorum ius imperatori adolet, ipsoque caput inclinante magna voce insonat illud : « Recordetur Dominus Deus potentiæ regni vestri in regno suo, ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum, » Deinde addit, Amen. Idem accinunt post ipsum venientes diaconi, et post hos sacerdotes quoque. Et omnes isti ad tabernaculum progressi patriarchæ itidem hoc canticum incinunt : « Recordetur Dominus pontificatus tui in regno suo ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. »

Τούτου δὲ τελεσθέντος, αὖθις τὸν πατριάρχην ὁ βασιλεὺς προσαγορεύσας ἀποδύεται ὄνπερ εἴπομεν χρυσοῦν μανδύαν. Ἀπαίρειν δὲ αὐτὸν σύνηθες τὸν τῆς ἐκκλησίας ῥαφερενδάριον. Ὁ δὲ βασιλεὺς πάλιν ἐρχόμενος εἰς τὴν ἀναβάθραν κάθηται, ἀνιστάμενος μόνον ἔν τε τῇ ἀναγνώσει τοῦ ἁγίου συμβόλου καὶ ἐν τῇ τοῦ « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς » προσευχῇ καὶ ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ Δεσποτικοῦ καὶ ἁγίου σώματος. Γενομένης δὲ τῆς ὑψώσεως, εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ὁ βασιλεὺς πρὸς κοινωνίαν ἕτοιμος, κάθηται ἐπὶ θρόνου μέχρι τέλους τῆς ἁγίας λειτουργίας· εἰ δὲ παρεσκευασμένος ἐστὶν εἰς τοῦτο, προκαλοῦνται

Hoc peracto imperator, salutato patriarcha, exuit aureum mandyam, de quo antea diximus. Consuetum vero est ut eum tollat ecclesiæ referendarius. At imperator anabathram repetens considet, solumque assurgit in lectione Symboli et in Oratione Dominica « Pater noster, qui es in cœlis, » et in elevatione Dominici et sancti corporis. Post elevationem, si imperator non est paratus ad communionem, sedet in solio suo usque ad finem sanctæ liturgiæ seu missæ. Si vero ad communionem præparatus **98** est, invitant illum prædicti diaconi, cum quibus ingreditur imperator in tabernaculum

Digitized by Google

seu in Sancta sanctorum ; et accepto turibulo incensat, crucis in speciem, sacram mensam, primum quidem ad orientem, deinde ad septentrionem, postea ad occidentem et tandem ad meridiem. Deinde iterum ad orientem incensans suffitu quoque patriarcham honorat. Ipse autem salutato imperatore eidem incensi et suffitus honorem redhibet. His peractis imperator deposita de capite corona tradit eam diaconis. At patriarcha postquam pretiosum Domini corpus sumpsit, tradit quoque imperatori in manus Dominici corporis particulam ; qua sumpta sumit etiam vivificum sanguinem ; communicat autem, patriarcha sanctum calicem tenente, ipse os ad calicem applicans, quemadmodum sacerdotes solent.

Postquam divinorum mysteriorum particeps effectus est, imposita rursus capiti corona egreditur e sacro tribunali, finita liturgia et populo pane sanctificato, quod antidorum nominamus, distributo ; de quo postquam et ipse participavit, et benedictionem a patriarcha cæterisque præsentibus episcopis accepit, eorumque manus deosculatus est, ascendit ad locum Catechumena dictum. Lignea ibi quoque anabathra, sed modica, præparata, et positis thronis, qui quotidiano sunt in usu, ascendunt novus imperator et uxor ejus imperatrix cum imperatore patre **97** et imperatrice matre, præsentibus itidem supradictis protopsaltis et domesticis, aureis velis anabathram velantibus, ne imperatores videantur. Cantores cantant illud : « Exoriamini. » Statim igitur sublatis velis, omnes illi qui in Catechumenis sunt faustis acclamationibus imperatores extollunt. Quo facto descendunt imperatores, abeuntque cum imperatricibus in palatium stemmata capitibus ferentes ; et hi quidem soli in equis, alii omnes a despota usque ad novissimum pedites.

Erat olim consuetudo ut imperatoris equus tali in panegyri circa collum et retro sellam supra scapulas ferret ea quæ vocabantur χαιώματα, ex margaritis et unionibus confecta ; paululum autem supra talos circumligata serica rubra, quæ appellantur flocci. Nunc quidem cætera desierunt, flocci vero adhuc sunt in usu.

Mensa ibidem præparata accumbentes epulantur, stemmatibus suis insigniti, quibus ministrat magnus domesticus. Si non sit magnus domesticus, ministrat despota, aut alius ex illis qui dignitates nuncupantur, quales sunt despota, sebastocrator, Cæsar, panhypersebastus et protovestiarius soli. Sin minus, honoratior ex proceribus, præsentibus omnibus circumstationis imperatoriæ consortibus cum suis ornamentis, quibus non porriguntur fercula.

93 Hac igitur die ibidem manentes postridie ad alia palatia se conferunt, ubi rursus in populum ab aliquo

A τοῦτον αὖθις οἱ προρρηθέντες διάκονοι. Εἰσέρχεται οὖν βασιλεὺς μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, καὶ λαμβάνων θυμιατὸν θυμιᾷ τὴν ἱερὰν τράπεζαν σταυροειδῶς, πρῶτον μὲν κατὰ ἀνατολάς, εἶτα πρὸς ἄρκτον, ἔπειτα πρὸς ἑσπέραν, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς μεσημβρίαν. Εἶτα πάλιν πρὸς ἀνατολὰς θυμιῶν θυμιᾷ καὶ τὸν πατριάρχην. Αὐτὸς δὲ προσαγορεύσας, καὶ λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως χειρὸς τὸν θυμιατὸν, ἀντιθυμιᾷ τὸν βασιλέα. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκβάλλων ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς τὸ στέμμα ἐγχειρίζει τοῖς διακόνοις· ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ τιμίου σώματος δίδωσι καὶ τῷ βασιλεῖ εἰς τὰς χεῖρας μερίδα τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος· οὗ καὶ μετασχὼν κοινωνεῖ ὁμοίως καὶ τοῦ ζωποιοῦ αἵματος. Κοινωνεῖ δὲ τοῦ μὲν πατριάρχου
B τὸν ἅγιον κρατῆρα κατέχοντος, αὐτὸς δὲ προσάγων τῷ κρατῆρι τὸ στόμα, ὥσπερ καὶ οἱ ἱερεῖς.

Μετὰ δὲ τὸ κοινωνῆσαι τῶν θείων μυστηρίων, περιθέμενος αὖθις τὸ στέμμα τῇ κεφαλῇ, ἐξέρχεται τοῦ ἁγίου βήματος· καὶ τελεσθείσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, καὶ τοῦ διαδιδομένου τῷ λαῷ ἁγιάσματος, ὃ φαμεν ἀντίδωρον, αὖθις μετασχὼν, καὶ εὐλογηθεὶς παρά τε τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν παρόντων ἀρχιερέων, καὶ κατασπασάμενος τὰς αὐτῶν χεῖρας, ἀνέρχεται εἰς τὰ λεγόμενα Κατηχούμενα. Ξυλίνους δὲ κἀκεῖσε ἀναβάθρας μετρίας οὔσης προκατεσκευασμένης καὶ θρόνων τῶν καθ' ἡμέραν συνήθων ἐπικειμένων, ἀνέρχονται ὅ τε νέος βασιλεὺς καὶ ἡ αὐτοῦ γυνὴ καὶ βασιλὶς μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς καὶ τῆς δεσποίνης καὶ μητρὸς, συμπροόντων καὶ
C τῶν εἰρημένων πρωτοψαλτῶν καὶ δομεστίκων. Χρυσῶν δὲ βηλοθύρων τὴν ἀναβάθραν σκεπόντων ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἱ ψάλται ᾄδουσι τὸ «Ἀνατείλατε.» Αἰρομένων οὖν εὐθὺς τῶν βηλοθύρων εὐφημοῦνται οἱ βασιλεῖς ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς κατηχουμένοις ὄντων ἁπάντων. Γενομένου δὲ καὶ τούτου κατέρχονται οἱ βασιλεῖς, καὶ ἀπέρχονται μετὰ τῶν δεσποινῶν εἰς τὸ παλάτιον στεφηφοροῦντες, οὗτοι μὲν ἔφιπποι μόνοι, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες πεζῇ, ἀπὸ τοῦ δεσπότου μέχρι καὶ τοῦ μικροτέρου.

Ἦν δὲ πρότερον μὲν συνήθεια φορεῖν τὸν τοῦ βασιλέως ἵππον ἐν τῇ τοιαύτῃ πανηγύρει περὶ τὸν τράχηλον καὶ ὄπισθεν τῆς σέλλας ἐπάνω τῶν σκαπουλίων ἅπερ ὠνομάζοντο χαιώματα, ἐκ μαργάρων
D καὶ λίθων συγκείμενα, μικρὸν δ' ἄνωθεν τῶν ἀστραγάλων περιδεδεμένας μετάξας ἐρυθρὰς, ἅπερ ὀνομάζονται τούβια. Νῦν οὖν τὰ μὲν ἄλλα οὐκ εἰσὶ, τὸ δὲ τῶν τουβίων γίνεται.

Τραπέζης δὲ ἐκεῖσε προητοιμασμένης οὔσης καθήμενοι εὐωχοῦνται στεφηφοροῦντες. Ὑπηρετεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ μέγας δομέστικος. Ἂν δὲ μὴ ὑπάρχῃ μέγας δομέστικος, ὑπηρετεῖ ὁ δεσπότης ἤ τις τῶν ἀξιωματικῶν· εἰ δὲ μή, ὁ ἐντιμότερος, παρεσταμένων πάντων ἀρχόντων μετὰ τῶν ἑαυτῶν φορεμάτων· οὐ μὴν δὲ δίδονται πρὸς αὐτοὺς τότε μίνσοι.

Ταύτην οὖν τὴν ἡμέραν ἐκεῖσε μένοντες, τῇ μετ' αὐτὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἔρχονται παλατίοις, ὅπου καὶ

Digitized by Google

αὖθις ῥίπτονται ἐπικόμβια παρὰ μὲν συγκλητικοῦ τῷ λαῷ. Ὁ δέ γε βασιλεὺς καὶ αὐτὸς κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἐξέρχεται μὲν ἐν τῇ αὐλῇ, ἐν ᾧ τόπῳ ἡ εἰκών ἐστι τοῦ μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου, ἵσταται δὲ πλησίον αὐτοῦ ὁ τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου ἄρχων, καὶ ἔχει ἐντὸς τοῦ ἱματίου αὐτοῦ νομίσματα χρυσᾶ κεχυμένα πολλά· ὧν καὶ δραττόμενος ὁ βασιλεὺς σκορπίζει εἰς τοὺς περιεστῶτας ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχοντόπουλα, ἐφ' ὅσον ἂν δοκεῖ τοῦτο. Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης διαδόσεως τῶν νομισμάτων ἐστὶν τὸ βούλεσθαι τὸν βασιλέα συνευφραίνεσθαι αὐτῷ ἄρχοντάς τε πάντας καὶ ἀρχοντόπουλα καὶ τὸ φοσσάτον καὶ τὸν δῆμον, ἐσθίοντας καὶ πίνοντας ἐξ ἀναλωμάτων βασιλικῶν. Δέκα δὲ ἑφεξῆς ἡμέρας ἢ πλείους ἢ ἐγγὺς ἐλάττους τούτων (οὐδὲ γάρ ἐστι νενομισμένος ἀριθμὸς ἡμερῶν, ἀλλ' ὅπως ἂν βούλοιτο ὁ βασιλεὺς) ἑορτάζουσι πολυτελῶς, τὰς συνήθεις καθημερινὰς στολὰς λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς οὔσας φέροντες.

A senatorii ordinis epicombia sparguntur. Imperator hac die in aula confert se ad eum locum ubi est imago magni martyris Georgii. Stat vero prope ipsum imperatorii vestiarii seu ærarii præfectus, tenetque intra vestem suam multa aurea numismata confusim sparsa. Quæ imperator apprehensa dispergit in circumstantes proceres et honorarios pueros, quotquot ipse volet. Causa hujus distributionis numismatum est, quod imperator cupiat omnes proceres et honorarios pueros, exercitum et populum simul lætari, edentes et bibentes ex imperatoris impensis. Decem consequentibus diebus, aut pluribus aut pauciorib (neque enim est certus dierum numerus, verum quoties imperatori placuerit), perfectas ferias agunt, splendidis suis et B sumptuosis quotidie induti vestimentis.

Γίνονται οὖν κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, ἃς εἴπομεν, εὐωχίαι καὶ δεῖπνα πολυτελῆ· καὶ καθήμενοι οἱ τῆς συγκλήτου πάντες εὐωχοῦνται εὐφραινόμενοι ἔμπροσθεν τῶν βασιλέων, εὐωχουμένων καὶ αὐτῶν ἐν τῇ ἑαυτῶν τραπέζῃ. Ὑπηρετεῖ δὲ τότε αὐτοῖς ὁ δομέστικος καὶ ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης· εἰ δ' οὔ, τῶν ἐκ γένους τις τοῦ βασιλέως ἀσκεπής, ᾧ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεύς. Ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐν τῷ προσήκοντι αὐτῷ τόπῳ μετὰ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν ἀνακείμενος καὶ αὐτὸς εὐωχεῖται. Ἡ τοιαύτη δὲ τάξις ἀπαραλλάκτως γίνεται καὶ ἐν τοῖς γάμοις τῶν βασιλέων.

Instituuntur ergo his diebus, quas diximus, epulæ et cœnæ opiparæ omnibus de senatu cum lætitia epulantibus coram imperatoribus, qui et ipsi in propria sua mensa epulantur. Quibus tunc ministrat domesticus et præfectus mensæ; sin minus, aliquis honorarius ephebus, capite non tectus, ex imperatoris stirpe, cui id imperaverit imperator. At **99** magnus domesticus in loco sibi debito cum aliis senatorii ordinis accumbens epulatur et ipse. Et hic ordo servatur etiam sine ulla variatione in imperatorum nuptiis.

C

Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ εὐωχήσει τὸ ἑαυτοῦ φορεῖ στέμμα, εἰ προεστεμμένος ἐστί. Κάθηται δὲ ἐν τῇ ἀναβάθρᾳ οὕτως, ὡς ἐν τῇ στεφηφορίᾳ προείρηται.

Sciendum et hoc, imperatorem benedictionem nuptialem suscipientem ferre suam coronam, si prius coronatus fuerit. Eodem autem modo sedet in anabathra quo in die coronationis suæ, ut ante dictum.

Δεῖ δὲ γινώσκειν καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπηνίκα φορεῖ τὸ ἑαυτοῦ στέμμα ὁ βασιλεὺς ἢ ἐν προβλήσει πατριάρχου ἢ δεσπότου ἢ καθ' οἱανδήτινα χρείαν ἄλλην, συνήθειά ἐστι παρίστασθαι τούτῳ τέσσαρας ἀπὸ τῶν ἐντιμοτέρων ἀρχόντων τῆς πολιτείας, ἀνὰ δύο ἐξ ἑκατέρου μέρους, φοροῦντας μὲν ἐπιλούρικα χρυσᾶ καὶ σκαρανίκα κόκκινα, κατέχοντας δὲ ἐν χερσὶν ἕκαστοι ἀσπίδα στρογγύλην γεγραμμένον τὸν βασιλέα ἔχουσαν ἔφιππον, καὶ κοντάριον κεχρυσωμένον ἔχον τὸ ξύλον. Τὰ μὲν οὖν κοντάρια ταῦτα ὀνομάζονται ῥομφαῖαι, οἱ δὲ κατέχοντες ῥομφαιοκράτορες.

Nosse etiam hoc oportet, moris esse ut imperatori quoties fert suum stemma, sive in creatione patriarchæ sive despotæ, sive ob aliam quamcunque necessitatem, assistant quatuor ex honoratioribus proceribus politicis, duo ex qualibet parte; qui gestant aurea epilorica et scaranica coccinea, tenentque singuli in manibus clypeum rotundum, equestri imperatoris imagine insignitum et hastam inaurato ligno constantem. Quæ hastæ vocantur rhomD phææ, et qui eas tenent, rhomphæocratores.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ προβλήσεως δεσπότου.

Ποιοῦσιν ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἔνθα ὁ βασιλικὸς ἵσταται θρόνος, διάφραγμα διὰ βλαττίων χρυσῶν τόν τε θρόνον διαχωρίζον καὶ τὴν παράστασιν. Καὶ τῶν μὲν ἀρχόντων τὰ οἰκεῖα φορούντων παράσημά τε, σκαρανίκα δηλονότι καὶ τὰ λοιπά, ὑποδύουσι τὸν δεσπότην ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ὁρίσοι ὁ βασιλεύς, ἐντὸς τοῦ τρικλίνου περὶ τὸ ἄκρον, τά τε διβολέα πέδιλα καὶ καββάδιον ὁξὺ ἢ κόκκινον μαργαριταρέτινον. Ὁ δὲ βασιλεὺς φορῶν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ

CAPUT XVIII.

De creatione despotæ.

Faciunt in triclinio, ubi stat imperatorius thronus, sepimentum aureis splendidum pannis, quod thronum et circumstationem separat. Et **100** proceribus quidem sua insignia gestantibus, utpote scaranica et id genus alia, induunt despotam proceres ii quos imperator præscripserit, intra triclinium, in summa ejus parte, nempe duplici colore cothurnis, caligadio violaceo vel coccineo, margaritis distincto. At imperator gestans suo in conclavi stemma suum

Digitized by Google

et reliqua, procedit ad locum throni sui. Sepimento A
tollitur patefacto omnes precantur multos annos.
Deinde duo ex honoratioribus proceribus adducunt
despotatus candidatum, et statuunt ante imperato-
rem, quem stans sic affatur : «Imperium meum *sive*
Majestas mea creat te despotam; » et statim omnes
iii multorum annorum apprecationem erumpunt.
Sciendum vero imperatorem non solum stare, quan-
do despotam creat; sed quandocunque aliquod offi-
cium confert, licet minimum sit, id stans facit. At
despota pedem imperatoris osculatur. Ut surrexit,
imponit imperator propria manu capiti ejus coro-
nam ex unionibus et margaritis confectam, haben-
tem quatuor parvulas camëras seu fornicula ante,
retro et ab utroque latere, si ad despotatum evec-
tus sit filius imperatoris : sin autem gener, tum an-
te duntaxat; quod septum appellatur etiam stemma-
togyrium ; iterumque multos annos apprecantur.
Deinde clauso interstitio imperator ad suum con-
clave abit; despota itidem in suum cum omnibus
prædictis gestaminibus, **101** comitantibus eum
proceribus in equis, quorum singuli sua propria
gestant ornamenta, ut antea dictum.

CAPUT XIX.

De creatione sebastocratoris et Cæsaris.

Sebastocratoris et Cæsaris inauguratio eodem
modo, sine ulla mutatione, peragitur quo despotæ,
exceptis gestaminibus capitis. Hæc enim quæ anti-
quitus fuerint, adhuc quæritur. At imperator Can-
tacuzenus, cum uxoris suæ fratres Manuelem et
Joannem Asanios ad sebastocratoris dignitatem
evexisset, concessit iisdem ut gestarent coronas ex
unionibus cæsii coloris et ex margaritis, una et sola
camëra seu fornicula ab anteriore parte constantia.

Deducunt autem illos in proprias ædes universi
proceres suis gestaminibus conspicui, prout etiam
despotæ deduci solet.

CAPUT XX.

De electione et inauguratione patriarchæ aliorumque patriarcharum et episcoporum.

Congregantur, qui tunc Cpoli degunt, episcopi,
licet plures fuerint : sin minus, duodecim ; præterea
etiam ex vicinis ecclesiis evocati. Si **102** vero ne-
que ex iis qui peregre advenerunt, neque ex finiti-
mis ecclesiis duodenarius numerus episcoporum
confici queat, tunc necessario in loco suffragii fe-
rendi sedent tot quot reperti fuerint, tresque in
patriarcham eligunt, quos scilicet Deus ipsis inspi-
raverit ; quorum nomina scripto consignata defe-
runt selecti ecclesiæ proceres ad imperatorem, qui
ex illis eligit aliquem, quem Deus in mentem ejus
miserit. Deinde ablegat imperator principes, qui
simul cum ecclesiasticis proceribus perferunt ele-
ctionem ad electum, electum, inquam, et ab Eccle-
sia et ab imperatore. Si electus electioni annuat,

τὸ στέμμα καὶ τὰ λοιπὰ ἔρχεται ὅπου ἐστὶν ὁ θρό-
νος αὐτοῦ. Τοῦ γοῦν διαφράγματος ἀνοιγέντος πο-
λυχρονίζουσι πάντες· εἶτα τῶν ἐντιμοτέρων ἄρχον-
τες δύο φέρουσι τὸν ὑπόψηφον δεσπότην, καὶ
ἱστᾶσιν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, καὶ λέγει πρὸς
αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος οὕτως· « Ἡ βασιλεία
μου προβάλλεταί σε δεσπότην, » καὶ αὐτίκα πάλιν
πολυχρονίζουσι πάντες. (Ἰστέον δὲ ὅτι οὐχ ὅτε
μόνον προβάλλεται δεσπότην ὁ βασιλεὺς ἵσταται·
ἀλλὰ καὶ ὁπηνίκα τῶν ὀφφικίων ποιήσει τι, κἂν
ἐλάχιστον ᾖ, ἱστάμενος· τοῦτο ποιεῖ. Ὁ δέ γε δε-
σπότης τὸν τοῦ βασιλέως κύψας ἀσπάζεται πόδα.
Ἀναστάντος οὖν, ὁ βασιλεὺς περιτίθησιν οἰκειοχεί-
ρως τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ στέφανον διὰ λίθων καὶ
μαργάρων, ἔχοντα καμάρας μικρὰς τέσσαρας ἔμ-
B προσθέν τε καὶ ὄπισθεν καὶ ἐκ πλαγίων, εἰ ἄρα ὁ
χειροτονηθεὶς βασιλέως υἱός ἐστιν, εἰ δὲ γαμβρὸς
τύχοι ὤν, ἔμπροσθεν μόνον· ὃς δὴ στέφανος καλεῖ-
ται καὶ στεμματογύριον. Καὶ πολυχρονίζουσιν αὖ-
θις. Ἔπειτα κλεισθέντος τοῦ διαφράγματος, ὁ μὲν
βασιλεὺς ἀπέρχεται εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ὁ δέ γε
δεσπότης εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὑπόπιτιον μετὰ τῶν ῥηθέν-
των αὐτοῦ φορεμάτων, πάντων ἀρχόντων ἐφίππων
ἀκολουθούντων αὐτῷ, ἑκάστων τὰ ἑαυτῶν φορούν-
των φορέματα, καθὰ προείρηται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Περὶ προβλήσεως σεβαστοκράτορος καὶ Καίσαρος.

Ἡ τοῦ σεβαστοκράτορος καὶ τοῦ Καίσαρος πρό-
C βλησις ἀπαραλλάκτως ὡς καὶ ἡ τοῦ δεσπότου γίνε-
ται, πλὴν τῶν ἐπὶ κεφαλῆς φορεμάτων. Ταῦτα γὰρ
τὰ μὲν παλαιὰ ζητεῖται· ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντα-
κουζηνὸς τοὺς γυναικαδελφοὺς αὐτοῦ Μανουὴλ καὶ
Ἰωάννην τοὺς Ἀσανίους τιμήσας σεβαστοκράτορας,
ἐφόρεσε καὶ στεφάνους διὰ λίθων ἡρανέων καὶ
μαργάρων, ἔχοντας ἕκαστον αὐτῶν ἔμπροσθεν ἀνὰ
μίαν καὶ μόνην καμάραν.

Συναπέρχονται δὲ καὶ μετ' αὐτῶν εἰς τὰ αὐτῶν
ὑπόπιτια πάντες οἱ ἄρχοντες μετὰ τῶν αὐτῶν φορε-
μάτων, ὡς καὶ εἰς τὸ τοῦ δεσπότου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Περὶ προβλήσεως πατριάρχου καὶ περὶ χειροτο-νίας τοῦ αὐτοῦ καὶ ἄλλων πατριαρχῶν τε καὶ ἐπισκόπων.

D Συνάγονται οἱ ἐπιδημοῦντες τῇ Κωνσταντινου-
πόλει ἀρχιερεῖς, εἰ μὲν καὶ πλείους τύχοιεν ὄντες,
εἰ δ' οὖν, δώδεκα· ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων
ἐκκλησιῶν μετακεκλημένοι. Εἰ δὲ μήτε ἐπιδημοῦν-
τες τύχοιεν μήτε ἐν ταῖς πλησιοχώροις ἐκκλησίαις
ὦσιν ἀρχιερεῖς δώδεκα, κάθηνται ἐν τῷ ψηφηφο-
ρείῳ ἐξ ἀνάγκης ὅσοι ἂν εὑρεθῶσι, καὶ ἐκλέγονται
εἰς πατριάρχην πρόσωπα τρία, οὓς ἂν ὁ Θεὸς χο-
ρηγήσει εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν· ὧν τὰ ὀνόματα δια-
κομίζουσιν ἐγγράφως τῷ βασιλεῖ οἱ τῶν ἀρχόντων
τῆς ἐκκλησίας ἔκκριτοι, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκλέγεται
ἀπὸ τούτων ὃν ἂν ὁ Θεὸς ἐμβατεύσει εἰς τὴν γνῶσιν
αὐτοῦ. Εἶτα ἀποστέλλονται ἄρχοντες παρ' αὐτοῦ
οὓς ἂν διακρίνοι, καὶ οἱ δηλωθέντες ἐκκλησιαστικοὶ
ἄρχοντες, καὶ διακομίζουσι τὸ ψήφισμα πρὸς τὸν

Digitized by Google

ψηφισθέντα καὶ ἐκλεγέντα ὡς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τε καὶ τοῦ βασιλέως. Κἂν μὲν δέξηται τοῦτο, ἤδη καλόν· εἰ δὲ μή, ἀπέρχονται εἰς τὸν ἕτερον· εἰ δὲ καὶ οὐχ οὗτος, εἰς τὸν λοιπόν. Εἰ δ' ἴσως οὐδ' ὁ τρίτος, γίνονται αὖθις ψῆφοι ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς, καὶ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν ψηφισθέντα τὸ μήνυμα, προβάλλεται τοῦτον ὁ βασιλεὺς οὕτως.

A bene est; si abnuat, eunt ad alterum. Si neque iste consentiat, ad tertium se conferunt. Si et hic recuset, rursus de integro et alio quasi principio sumpto suffragia ferunt. Postquam electus suffragationi assensum præbuit, hunc in modum ab imperatore renuntiatur.

Γινομένης ἀναβάθρας διὰ ξύλων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ τρικλίνου, περισκεπομένης διὰ βλατίου κοκκίνου, ἐφ' ἧς ἵσταται θρόνος βασιλικὸς ὁποῖος ἐν τῇ τοῦ βασιλέως στεφηφορίᾳ εἴρηται, ὁ μὲν τρίκλινός ἐστι διαπεφραγμένος βλατίοις, καθὰ καὶ ἐν τῇ τοῦ δεσπότου προβλήσει δεδήλωται, ὁ δὲ βασιλεὺς τό τε στέμμα καὶ τὰ λοιπὰ φορῶν ἐλθὼν ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ καθίζει ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐρχόμενος ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ, πάντων τῶν ἀρχόντων παρισταμένων ἔξω τοῦ διαφράγματος μετὰ τῶν παρασήμων καὶ φορεμάτων αὐτῶν. Καὶ θρόνου ἠρανέου τεθέντος κατὰ τὸ τοῦ τρικλίνου τρίτον μέρος ἀπὸ τοῦ τοίχου πρὸς τὸν βασιλέα, περισκεπομένου διὰ βλατίου χρυσοῦ, ἔρχεται ὁ ὑπόψηφος πατριάρχης (ὑπόψηφος γὰρ μέχρι τότε λέγεται) καὶ καθίζει ἐπ' αὐτοῦ. Εἶτα τῶν βλατίων τοῦ διαφράγματος αἰρομένων ἀνίστανται ἀμφότεροι, καὶ πάντες αὐτίκα πολυχρονίζουσι. Καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων τις, τοῦτ' ἔστιν ἢ δεσπότης ἢ σεβαστοκράτωρ ἢ Καῖσαρ, φέρει τὸν ὑπόψηφον (οὐδὲ γὰρ ἐνδημοῦσιν οὗτοι ταῖς τῶν πατριαρχῶν προβλήσεσι τῇ αἰτίᾳ ὅτι τοῦ πατριάρχου καθημένου ἀνοικεῖόν ἐστιν ἱστασθαι τούτους· πάλιν δὲ τῆς τῶν βασιλέων εὐφημίας γινομένης οὐκ ἐφεῖται τούτους καθῆσθαι· διὰ τοῦτο καὶ οὐ πάρεισιν), ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀρχόντων ὁ κρείττων καὶ διαφορώτερος ἐπαίρων διὰ χειρὸς φέρει τοῦτον ἔμπροσθεν τῆς ἀναβάθρας. Τοῦ οὖν πατριαρχικοῦ δικανικίου ἐκεῖσε ἐν τῷ ῥηθέντι διαφράγματι εὑρισκομένου, λαβὼν τοῦτο ὁ βασιλεὺς διά τινος τῶν μὴ φορούντων σκιάδια εὐγενῶν, ἱσταμένου καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰ πάρεστιν ἐκεῖσε, μεγάλῃ φωνῇ λέγει οὕτως· « Ἡ ἁγία Τριὰς διὰ τῆς παρ' αὐτῆς δωρηθείσης ἡμῖν βασιλείας προβάλλεταί σε ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην. » Καὶ οὕτως αὐτίκα πολυχρονίζουσι πάντες. Εἶτα ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῆς ἀναβάθρας ἀνελθὼν λαμβάνει τὸ δικανίκιον ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως χειρὸς, καὶ εὐλογῶν αὐτὸν εὐθὺς κατέρχεται. Καθεσθέντων οὖν ἑκατέρων ἐπὶ τῶν θρόνων αὐτῶν, γίνεται ἡ εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ τοῦ πατριάρχου. Καὶ μετὰ τὴν εὐφημίαν κλεισθέντος τοῦ διαφράγματος, ὁ μὲν βασιλεὺς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ὁ δὲ πατριάρχης ἀπέρχεται ἱππότης εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, τοῦ ἵππου αὐτοῦ περισκεπομένου σαγίσματι ἐκ πανίου λευκοῦ μέχρι καὶ κεφαλῆς. Συναπέρχονται δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες μετ' αὐτοῦ τὰ ἑαυτῶν ἐνδεδυμένοι παράσημα.

Exstructa lignea anabathra ad initium triclinii, operiaque coccineis sericis, in qua stat talis imperatoris thronus qualis in coronatione imperatoris descriptus est, triclinium quidem intersepitur ejusmodi velis et pannis quales in despotæ inauguratione adhiberi solent. At imperator stemma et alia gestamina gestans sedet in throno suo, egressus ex conclavi **103** suo, omnibus proceribus extra septum consistentibus cum suis insignibus et ornamentis; positoque cæsio throno circa tertiam triclinii a pariete distantem partem, versus imperatorem, qui aureis velamentis instratus est, venit electus seu suffragiis adhuc obnoxius (eo usque enim hoc nomine appellatur) et sedet in illo. Deinde sublatis septi velamentis surgit uterque; et mox omnes ora in apprecationem multorum annorum resolvunt. Post hæc non aliquis summa in dignitate constitutus, puta vel despota vel sebastocrator vel Cæsar, sistit electum (neque isti patriarcharum renuntiationibus interesse solent, hac de causa, quia patriarcha sedente insolitum est ipsos stare: rursus fausta acclamatio imperatoribus facta non sinit ut isti sedeant; quamobrem non adsunt), sed ex proceribus dignior et eminentior manu prehensum ducit ante anabathram. Reperto autem intra septum patriarchali pedo, imperator, ministerio nobilis adolescentis ex iis qui sine pileo in aula obambulant, accipit illud, stansque tam ipse quam filius ejus, si adsit, magna voce ita fatur: « Sancta Trinitas per imperium ab ipsa nobis concessum constituit te archiepiscopum Cpoleos, novæ Romæ, et œcumenicum patriarcham. » Et mox universi multos annos accinunt. Deinde patriarcha ascendens in anabathram ab imperatoris manu pedum accipit, dataque ei benedictione **104** statim descendit. Sedentibus igitur utrisque in thronis suis, fausta acclamatione tam imperatorem quam patriarcham prosequuntur. Post acclamationem clauso septo imperator abit in conclave suum, patriarcha eques se confert ad Sanctam Sophiam; et equus illius tectus est operimento ex candido panno usque ad caput; quem comitantur principes, suis quique insignibus spectabiles.

Ἰστέον δὲ ὅτι ὑπόψηφος ἔτι ὢν καὶ ἐρχόμενος προβληθῆναι ἔξω τῆς τοῦ παλατίου αὐλῆς πεζεύει, μετὰ δὲ τὴν πρόβλησιν ἐντός. Σκεπάζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ σαγίσματι, καθὼς εἴρηται.

Sciendum est, patriarcham, dum adhuc tantummodo electus est, ubi accedit ut ab imperatore promoveatur, extra palatium pedibus ambulare, quando ad renuntiationem suam venit, post renuntiationem vero tantum in palatio. Tegunt autem et equum ejus velamento, ut dictum est.

Ἀπελθὼν οὖν εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν μετὰ τὸ προ-

Profectus igitur ad Sanctam Sophiam post suam

Digitized by Google

renuntiationem, ut ostensum est, epulum init cum episcopis et proceribus ecclesiæ. In ordinatione ejus et consecratione venit imperator ad Sanctam Sophiam, ferens consuetam sibi in diebus singulis stolam. Ordinatur vero patriarcha ab episcopo Heracleæ, quia Byzantium olim ad episcopatum Heracleæ spectabat.

Scire oportet alios quidem episcopos duplici crucis signatione sive benedictione accepta eligi, ex quibus primam nominant parvam, alteram magnam, quæ est ipsa consecratio; patriarcham vero solum bina ordinari **105** et consecrari, quandoquidem imperatoris renuntiatio parvæ per crucem signationis vicem supplet.

Ad eumdem modum sine ulla variatione peragitur aliorum patriarcharum proclamatio et designatio, nimirum Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum; quin et archiepiscopi primæ Justinianæ, Achridis et totius Bulgariæ: nam secunda Justiniana est Cyprus, tertia Carthago.

Episcopi postquam electi et a patriarcha consecrati sunt, conferunt se post aliquot dies ad palatium, vota ibi precesque pro imperatoribus et subjecto populo facturi et imperatorem veneraturi. Recitat quivis sacram precationem, circumstante comitatu aulico.

At archimandritæ et protosyncelli, sed et præfecti venerabilium monasteriorum, postquam a patriarcha electi sunt, abeunt et ipsi ad palatium venerantur imperatorem, et ab imperatoris manu pedum pastorale accipiunt. Episcopi quidem ad honorem imperatori habendum profecti, ut dictum est, venerantur illum palliis suis undulatis induti. Ecclesiæ vero proceres epirrhiptariis seu capitum tegminibus tunicisque ornati.

106 CAPUT XXI.

De lugubribus imperatoris gestaminibus.

Patre imperatoris mortuo vel uxore, quin si filio et nepote, si imperatores fuerint, imperator, quamdiu placuerit, et pro libito, fert candida vestimenta, deinde citrina sine margellis, postea splendidis vestibus amicitur. Si mortem obierit patruus aut amita ex patre, vel frater ejus despotæ honore decoratus, et quamvis hoc etiam honore careat, vel soror vel filius, citrina fert tunc quoque indumenta, absque margellis, postea cum margellis. Quo tempore imperator gestat albas vestes, ut dictum est, propter suos propinquos defunctos, omnes pullas vestes ferunt, non proceres modo, sed et populus: propinqui vero ejus qui obiit, imperatore citrina gestante, nigris vestimentis etiam coram imperatore usque ad quadragesimum diem utuntur; postmodum cæsiis sive subviridibus, donec imperator vestes mutet; et tunc ipsi quoque candidis vestibus amiciuntur.

Præter hos de quibus diximus, si contingat ali-

A δληθῆναι, ὡς δεδήλωται, εὐωχεῖται μετὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας. Ἐν δὲ τῷ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας καιρῷ ἔρχεται μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, τὴν καθ' ἡμέραν συνήθη φέρων στολήν· χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ Ἡρακλείας, ἐπεὶ τῆς Ἡρακλείας ἐπισκοπὴ ἦν τὸ Βυζάντιον.

Δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς χειροτονοῦνται σφραγιζόμενοι ἐκ δευτέρου (τὴν μὲν πρώτην σφραγῖδα καλοῦσι μικράν, τὴν δὲ δευτέραν μεγάλην, ἥτις ἐστὶ χειροτονία), ὁ δὲ πατριάρχης χειροτονεῖται μόνον· ἐπεὶ ἡ τοῦ βασιλέως πρόβλησις ἀντὶ τῆς μικρᾶς λογίζεται σφραγῖδος.

B Ὁμοίως καὶ ἀπαραλλάκτως γίνεται καὶ ἡ τῶν ἑτέρων πατριαρχῶν πρόβλησις, τοῦ τε Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου πρώτης Ἰουστινιανῆς· Ἀχρίδος καὶ πάσης Βουλγαρίας, ἐπεὶ δευτέρα Ἰουστινιανή ἐστιν ἡ Κύπρος, καὶ τρίτη ἡ Καρχηδών.

Οἱ μέντοι γε ἀρχιερεῖς μετὰ τὰς ψήφους αὐτῶν χειροτονούμενοι παρὰ τοῦ πατριάρχου, μεθ' ἡμέρας τινὰς τῆς χειροτονίας αὐτῶν, ποιῶν εὐχὴν ἕκαστος ὑπὲρ τῶν κρατούντων καὶ τοῦ ὑπηκόου, ἀπέρχεται προσκυνῶν τὸν βασιλέα, καὶ ἀναγινώσκει ταύτην τῆς παραστάσεως ἱσταμένης.

C Οἱ δέ γε ἀρχιμανδρῖται καὶ πρωτοσύγκελλοι, ἀλλὰ δὴ καὶ καθηγούμενοι τῶν ἐντίμων μοναστηρίων, μετὰ τὸ τὴν σφραγῖδα παρὰ τοῦ πατριάρχου λαβεῖν, ἀπέρχονται καὶ προσκυνοῦσι καὶ οὗτοι, καὶ λαμβάνουσι τὸ δικανίκιον ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως χειρός· καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς εἰς προσκύνησιν τοῦ βασιλέως, ὡς εἴρηται, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύων αὐτῶν ποταμοὺς προσκυνοῦσιν αὐτόν, οἱ δέ γε τῆς ἐκκλησίας ἄρχοντες μετὰ τῶν ἐπιρριπταρίων καὶ ἱματίων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.

D Πατρὸς βασιλέως ἀποθανόντος, ἢ μητρὸς ἢ γυναικὸς αὐτοῦ, ἢ μὴν υἱοῦ καὶ ἐκγόνου βασιλέων ὄντων, ὁ κρατῶν λευκὰ φορέματα φορεῖ μέχρι καιροῦ ὅσον ἂν βούλοιτο, εἶτα κίτρινα ἄνευ μαργελλίων, ἔπειτα τὰ αὐτὰ πάλιν μετὰ μαργελλίων, καὶ μετὰ ταῦτα λαμπροφορεῖ. Εἰ δὲ θεῖος ἢ θεία πρὸς πατρὸς, ἢ ἀδελφὸς αὐτοῦ, δεσπότης ὢν εἴτε καὶ μή, ἢ ἀδελφὴ ἢ υἱὸς, κίτρινα μὲν καὶ τότε, χωρὶς δὲ μαργελλίων, εἶτα μετὰ μαργελλίων. Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ βασιλεὺς λευχειμονεῖ, ὡς εἴρηται, διὰ τοὺς ἑαυτοῦ γνησίους, πάντες μελανειμονοῦσιν, οὐκ ἄρχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ λαοῦ. Οἱ δὲ τοῦ τεθνεῶτος γνήσιοι, τοῦ βασιλέως κίτρινα φοροῦντος, μέλανα οὗτοι ἐνδύονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἕως ἡμερῶν τεσσαράκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα ἡρᾶνεα μέχρις ἂν ἀλλάξοι ὁ βασιλεὺς, καὶ τότε λαμπροφοροῦσι κἀκεῖνοι.

Ἄνευ δὲ ὧν εἴρηται, εἰ συμβῇ τινα ἕτερον τῶν

καθ' αἷμα συγγενῶν αὐτοῦ τελευτῆσαι, οὐδαμῶς φορεῖ κίτρινα ὁ βασιλεύς. Ἂν δέ τινος τῶν γνησίων αὐτοῦ ἢ θείου ἢ ἀνεψιοῦ ἢ ἐξαδέλφου γυνὴ τελευτήσῃ ἢ ἀδελφὸς ἢ υἱὸς, ὁ τὸν τεθνεῶτα ἀποβαλὼν διαβιβάζει ἐν τῷ ἑαυτοῦ ὀσπιτίῳ τὰς τεταγμένας πενθίμους ἡμέρας, ἤτοι μέχρι καὶ τῶν νενομισμένων ἐννάδων, καὶ μετὰ τοῦτο ἔρχεται νυκτὸς καὶ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα μελανειμονῶν, καὶ ἔκτοτε ἐκτὸς μὲν ἐνδεδυμένος ἐστὶ μέλανα, τὸν δὲ βασιλέα προσκυνῶν φορεῖ ἡεράνεα· οὐδὲ γὰρ ἐνδεδομένον ἐστὶ μελανειμονεῖν ἐν τῷ παλατίῳ.

A quem alium ex sanguine junctis mori, nunquam et nuspiam fert citrina imperator. Si alicujus ex cognatis, puta patrui, consobrini vel patruelis, uxor in fata concedat, vel frater vel filius, is ex cujus domo funus prodiit, domi **107** diebus luctui destinatis, videlicet usque ad nonum diem, se continet. Et postea noctu venit, indutusque nigris vestibus imperatorem adorat. Et ab hoc tempore extra palatium induitur vestimentis nigris, cum vero ad imperatorem venerandum procedit, portat cæsia : neque enim fas est nigras vestes in palatio ferre.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ μελλονύμφης δεσποίνης.

Χρὴ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι δεσποίνης νύμφης ἐρχομένης ἔξωθεν ἢ διὰ ξηρᾶς ἢ διὰ θαλάσσης, κατὰ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν μέλλει ἀποσωθῆναι εἰς τὴν πόλιν ἐγνωσμένην οὖσαν, προυπαντᾷ ταύτῃ ὁ βασιλεὺς καὶ ἀνὴρ αὐτῆς ὁ νεόνυμφος μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς αὐτοῦ, εἰ περίεστιν· εἰ δ' οὖν, αὐτὸς μόνος. Καὶ εἰ μὲν διὰ ξηρᾶς ἔρχεται, πεζεύειν αὐτὴν εἴθισται περὶ τὴν Πηγὴν, εἰ δὲ μετὰ τριηρῶν, πλησίον τοῦ ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν ἔξω τῆς πόλεως, ὅπου ἂν τύχοι εὔναι ἐπιτήδειον. Προκαταλαμβάνουσαι τοίνυν τὴν καταγωγὴν ἢ ἐνταῦθα ἢ ἐκεῖ, αἱ τῶν ἀξιωματικῶν καὶ συγκλητικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων γυναῖκες αἱ κρείττους καὶ εὐγενέστεραι ὑποδέχονται τὴν δέσποιναν καὶ νεόνυμφον ἐρχομένην, φιλοφρονούμεναι βασιλικῶς αὐτὴν καὶ θεραπεύουσαι, προσυπαντώντων καὶ τῶν βασιλέων, ἢ καὶ ἀμφοτέρων ἢ τοῦ νεονύμφου καὶ μόνου, ἂν μὴ καὶ πατὴρ ᾖ, καθάπερ εἴρηται. Εἰ μὲν οὖν μετὰ τριήρεως ἔρχεται, προϋπαντᾷ αὐτῇ περὶ τὴν ἀκρόπολιν εἰς τὴν τοῦ Εὐγενίου πύλην ἔφιππος ὢν ὁ βατιλεὺς μετὰ τῶν ἀρχόντων, εἰ δ' ἀπὸ ξηρᾶς, ἔξω τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴρηται. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν βασιλεῖς ἢ ὁ βασιλεὺς ἀπέρχεται καταλιμπάνων αὐτὴν ἐκεῖσε· ἀπὸ δὲ τῶν εἰρημένων ἀρχοντισσῶν ὑποδοῦσιν αὐτὴν τὰ ἐρυθρὰ ἢ βασίλισσαι, ἐὰν ὦσιν, ἢ σεβαστοκρατόρισσαι, ἢ Καισάρισσαι, ἢ αἱ εὐγενέστεραι τῶν λοιπῶν. Ὄντων δὲ προητοιμασμένων καὶ φορεμάτων βασιλικῶν, σταλεῖσα βασιλικῶς καὶ προπεμπομένη ἀπέρχεται εἰς τὸ παλάτιον ἔφιππος, τελουμένων μετὰ τοῦτο καὶ τῶν γαμικῶν τελετῶν ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ.

CAPUT XXII.

De futura sponsa et imperatrice.

Oportet et hoc scire. Domina sponsa peregre adveniente vel terra vel mari, ubi dies ille quo appulsura et urbem ingressura est innotuit, occurrit ei imperator maritus ejus, novus sponsus, cum imperatore patre suo, si sit superstes : sin minus, ipse solus. Et quidem, si terra adveniat, consuetudine receptum est ut appellat ad locum quem ad Fontem nominant; sin in triremibus, tunc excendit prope templum Blachernarum extra civitatem, ubi commodum fuerit. Præoccupato igitur sive hic sive illic diversorio, eorum qui in suprema dignitate sunt et senatorum et reliquorum principum uxores præstantiores et nobiliores excipiunt dominam et novam sponsam, regie illam et omni humanitatis genere prosequentes atque honorantes, occurrentibus etiam imperatoribus, vel utroque vel novo sponso solo, si pater non superest, prout explicatum est. Si ergo in triremi veniat, obvius fit illi circa arcem ad portam **108** Eugenii equo insidens cum proceribus. Sin terra advenerit, occurrit ei extra civitatem, ut dictum est. Postea abeunt imperatores vel imperator, ibidem ea relicta. Ex prædictis primariis feminis vel reginæ et imperatrices, si fuerint, vel Sebastocratorissæ vel Cæsarissæ vel aliæ reliquis nobiliores calceant eam rubris calceis, paratisque imperatoriis ornamentis et gestaminibus regifice comitata ac deducta proficiscitur equo insidens in palatium. Et postea præstituto die nuptiarum solemnitas peragitur.

Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς οἱ παρδόβαλλοι, ὁπηνίκα φέρουσι τοὺς πάρδους, ἱππόται εἰσέρχονται εἰς τὸ παλάτιον καὶ ἱππόται ὁμοίως ἐξέρχονται. Ὡσαύτως καὶ οἱ τὰ κρυοτήρια φέροντες παροινοχόοι ἔφιπποι καὶ αὐτοὶ ἐντὸς τοῦ παλατίου εἰσέρχονται.

Sciendum et hoc, pardorum venatores, quando adducunt pardos, equites ingredi in palatium, et equites similiter egredi. Sic et illi qui refrigerando potui glaciem afferunt, equites palatium intrant.

Ἕως ὧδε τὰ τῶν ὀφφικιαλίων τῶν βασιλέων Κωνσταντινουπόλεως ὀνόματα καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μητρὸς ἐκκλησίας.

Hucusque officialium imperatorum Cpoleos nomina et officiorum matris ecclesiæ.

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI S. J.

[illegible]

GEORGII CODINI CUROPALATÆ

[illegible]

COMMENTARIORUM LIBRI TRES

[illegible]

[illegible]

JACOBI GOAR ORD. PRÆDICAT.

[illegible]

LIBER PRIMUS.

111 CAPUT I.

Quis Codinus, Quando. Quæ libri inscriptio. Varia ejusdem vocabuli apud recentiores Græcos scriptura, numerus clericorum in magna ecclesia.

Quo tempore [illegible] Codinus Curopalata, et quo [illegible], non habeo dicere; ut nec illud, num Curopalatæ nomen sit cognomen an officii palatini [illegible] sequuntur jam Græcia, et cum [illegible], floruisse, post Cantacuzenum [illegible] vel cum illo.

Præter hunc librum, qui nobis est in manibus, [illegible] Codinus παρεκβολὰς ἐκ τῆς βίβλου τοῦ [illegible] περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, selecta ex libro chronico de originibus Cpoleos, quæ jam [illegible] et Latine exstant, tametsi longe [illegible] in bibliotheca Bavarica asservantur. Titulus [illegible] Georgii Codini liber de officialibus palatii Cpolitani et officiis magnæ ecclesiæ. Nam alter titulus, quem ex ms. quidam [illegible] [illegible] Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν [illegible] τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἄλλων [illegible] παρὰ Γεωργίου Κωδινοῦ. Nihil [illegible], ad hunc locum hic titulus facit, [illegible] de originibus Cpoleos, cui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

iste de [illegible] παρεκβολῶν appellationem tulerit, [illegible] quod ex libro, cujus inscriptio est Chronicum, excerptus fuerit. *Chronicum hoc fuisse publicum palatii Cpolitani, in quod acta curopalatæ retulerint, in quorum custodia idem quoque liber fuerit.* Quid est nugas agere, si hoc non est? cum epigraphe ista non ad hunc librum, sed ad alium de originibus Cpoleos **112** spectet, prout ab interprete totidem verbis eidem libro præfixus est.

Recentiores Græci in orthographia dictionum, præsertim peregrinarum, varii sunt. Addunt, ut παλλάτιον, κουροπαλλάτης, διβέλλιον, πριμμικήριος, φλάμμουλον, et in pure Græcis χρέμμασθαι, pro παλάτιον, κουροπαλάτης, διβέλιον, πριμικήριος, φλάμουλον, χρέμασθαι. Addunt etiam initio B vocabulorum, si inchoentur a β vel π, β mutato in π, ut βαΐουλος μπαΐουλος, Βελλαρμῖνος Μπελλαρμῖνος, apud Gabrielem episcopum Philadelphi. in libro de sacramentis, μπάλλα *palla*, *pila*, Μβασίας *Basia*, et id genus alia sine numero. Imo in ipso etiam vocabulo suum hoc μ adjiciunt ante β vel π ut Ῥομπέρτος pro Ῥοπέρτος apud Annam in Alexiade, ταμπάριον pro ταπάριον. Detrahunt: σέλα, σακελάριος pro σέλλα, σακελλάριος vel σακκελλάριος. Nec tamen hæc nimis scrupulose observant: hinc τὸ π sine adjectione τοῦ μ sæpissime invenias, ut πατέλλα, πατέλλιον, πατρίκιος, πατριάρχης et id genus alia innumera. Vide Glossarium Græcobarb. littera π.

C Cave autem ne novem pentadas clericorum per[illegible] suspiceris etiam ætate Codini non fuisse [illegible] magnæ ecclesiæ quam bis novem [illegible] [illegible] [illegible] tantum

hoc indice continentur. Olim quidem fuisse numerosissimum clerum liquet ex Novella tertia Justiniani, qui, ne nimium diffunderetur, ad certum numerum restrinxit. *Sancimus*, inquit, *ne quando in sacrosancta majore ecclesia ultra* 60 *presbyteros, diaconos vero mares* 100, *feminas* 40 *et subdiaconos* 90, *lectores autem ultra* 110, *cantores ultra* 25 *exsistant, ut universus reverendissimorum clericorum majoris ecclesiæ numerus in* 425 *personis et* 100 *præterea ostiariis (ut vocant) consistat. In sanctissima igitur majore almæ hujus urbis nostræ ecclesia et tribus illis sacris ædibus ei coadunatis, tanta clericorum multitudo esto, neminem eorum qui nunc sunt ejiciendo, tametsi multo major numerus exsistat quam a nobis definitus est; nemine item de cætero per ullum ordinem, qui hoc tempore est, adjiciendo, donec intra hunc numerum mensura consistat.* Heraclius imperator in diplomate de numero definito clericorum magnæ Ecclesiæ tom. I Juris Græco-Romani: *Religiosorum presbyterorum catalogus ad* 80, *diaconorum vero marium ad* 150, *feminarum diaconissarum ad* 40, *subdiaconorum ad* 70, *lectorum ad* 160, *cantorum ad* 25, *ostiariorum ad* 75, *quacunque tandem causa, redigatur.* Idem imperator clericos officiales hoc numero definivit, nimirum ut essent syncelli 2, cancellarii 12, defensores 10, referendarii 12, notarii 40, sceuophylaces presbyteri 4, sceuophylaces diaconi 6, lectores 2, etc., quæ cum officialibus Codini non satis concinunt. Sed in his nihil erat apud Græcos constantius quam ipsa inconstantia et mutandi mos indesinens.

Index primus officialium, qui novem pentades antecedit, non videtur esse a Curopalata: cur enim bis battologice, nec satis constanter, eosdem eodem propemodum loco percenseret? nolui tamen **113** omittere, cum in editione Juniana exstet, et nisi me fallit memoria, etiam in altero codice Bavarico (1). GRETS.

CAPUT II.

Dubitationes quædam circa primum catalogi quinarium; de exocatacœlis deque magno œconomo.

Catalogus officialium magnæ ecclesiæ deest in altero ms. Bavarico, quemadmodum et in Lautheriano: sed cum ab aliis exemplaribus repræsentetur, minime omitti debuit, quandoquidem ab ipso etiam libri titulo promittitur.

Ante novem pentadas seu quinarios officialium magnæ ecclesiæ præmittitur officialium index, qui sola vocabula continet, at nec omnia nec ordinate, ut antea dictum. Noluimus tamen præterire, ne quis fidem nostram desideraret. Pleraque non tam sunt officiorum indigitamenta quam inanium titulorum crepitacula, etiam extra Cpolim ad alias Græcanicas ecclesias prolata, ut videre est in Turcogræciæ l. IV, ubi exstat epistola clericorum insulæ Chii ad patriarcham Cpolitanum, in qua invenies *sacellarium Chii, logothetam Chii, protosyngelum Chii, caliarchum pneumaticum et protecdicum Chii, cantrisium Chii, protapsalten Chii, dicæophylacem Chii, nomophylacem Chii, referendarium Chii, doctorem evangelii, doctorem apostoli.*

[P. 3. *Τῶν ὀφφικίων.* Deo optimo maximo, patriarchæ, templo, populo Christiano præstanda in ecclesia CP. cum honoris splendore obsequia constituunt ejus officia. Ministeriis insudant Θεωροὶ, δεσπουτάτοι καὶ καμισάτοι: hi tus, carbones, aquam et alia præparant; cereos præferunt Evangelio deputati; vigiles vasa supellectilemque sacram custodiunt. Officiorum tamen appellationem sibi vindicare vetat usus ecclesiæ. Quid causæ est? Οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα ἄλλοις ἁρμόζουσαι· *non sunt officia, verum ministeria tantum sacro tribunali, id est altari, ab his nec non ab aliis quibuspiam impendenda,* ait ecclesiasticus ordo in Euchologio. Ideo vero maxime, quia patriarchis non placuit illa officiis connumerari, quod viliora forent hæc obsequia, et auxilia superioribus honoris elationem adeptis accedentia. Verumenimvero cum dignitatis decus officio conjunctum assevero, ne, precor, superiorum et infimorum ordine servato, cuncta deinceps officia **114** unius, quod aiunt, classis et rationis censenda facile credideris. Exstant ex iis suprema, ἀρχοντίκια μεγάλα, nobili præcipuoque reddendo patriarchæ ministerio deputata, jurisque populo Christiano dicundi præfecturam obtinentia: τὰ γὰρ ἀρχοντίκια καὶ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὑπηρεσίαν τῷ ἀρχιερεῖ γεγόνασι καὶ εἰς κρίσιν τῶν ἐν βίῳ προσαγομένων. Alia sunt minus nobilia, ἀρχοντίκια μικρά, suntque tam protopapas quam qui sequuntur inferiores officiales, sinistri chori assessores, majores siquidem dextrum cum patriarcha obtinent et præcipuis ubique coluntur privilegiis. Tertii tandem generis officia λιτὰ nuncupantur, ita nimirum ut nullum habeant dignitatis annexum decus, nec lites cum patriarcha dijudicent: sunt etenim privati patriarchæ ministri, archidiaconus ac secundus ab eo diaconus. Ἔξωθεν, inquit typus Allatianus in Euchologio, τῶν δεκαπέντε ὀφφικίων καὶ κληρικάτων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας (quæ ἀρχοντίκια μεγάλα, primarum trium pentadum

(1) Is ita habet: ὁ μέγας οἰκονόμος. Ὁ μέγας σακελλάριος. Ὁ μέγας σκευοφύλαξ. Ὁ χαρτοφύλαξ. Ὁ σακελλίου. Ὁ πρωτέκδικος. Ὁ πρωτονοτάριος. Ὁ λογοθέτης. Ὁ κανστρήσιος (Allat. mss. κανστρήνσιος et κανστρίνσιος). Ὁ ῥεφερενδάριος. Ὁ ὑπομνηματογράφος. Ὁ ἱερομνήμων. Ὁ ὑπομνησκων Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου. Ὁ διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου. Ὁ διδάσκαλος τοῦ ψαλτηρίου. Ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων. Ὁ ἐπὶ τῶν χρίσεων. Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. Ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων. Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν. Ὁ ἄρχων τοῦ ἀρχιμανδρίου. Ὁ ἄρχων τῶν ξένων. Ὁ ῥήτωρ. Ὁ πρωτοστατιάριος. Ὁ νομοδότης. Ὁ πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν. Ὁ νοτάριος. Ὁ πρωτοπαπᾶς. Ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων.

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI S. J.

IN LIBRUM

GEORGII CODINI CUROPALATÆ

DE OFFICIIS ET OFFICIALIBUS MAGNÆ ECCLESIÆ ET AULÆ CPOLITANÆ

COMMENTARIORUM LIBRI TRES

Quibus non tantum Codinus, sed et varia alia tam Græcorum quam Latinorum monumenta explicantur et illustrantur.

INSERTÆ SUNT *

JACOBI GOAR ORD. PRÆDICAT.

NOTÆ ET OBSERVATIONES.

LIBER PRIMUS.

113 CAPUT. I.

Quis Codinus. Quando. Quæ libri inscriptio. Varia ejusdem vocabuli apud recentiores Græcos scriptura, numerus clericorum in magna ecclesia.

Quis fuerit Georgius Codinus Curopalata, et quo sæculo vixerit, non habeo dicere; ut nec illud, num Curopalatæ nomen sit cognomen an officii palatini. Illud liquet, sequiore jam Græcia, et cum ad interitum tenderet, floruisse, post Cantacuzenum scilicet vel cum illo.

Præter hunc librum, qui nobis est in manibus, scripsit idem Codinus παρεκβολὰς ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *selecta ex libro chronico de originibus Cpoleos*, quæ jam Græce et Latine exstant, tametsi longe copiosiora in bibliotheca Bavarica asservantur. Titulus ita a Junio formatus est: *Georgii Codini liber de officialibus palatii Cpolitani et officiis magnæ ecclesiæ*. Nam alter titulus, quem ex ms. quodam codice adducit, prorsus nihil ad hunc librum facit: Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατριῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, συντεθεῖσαι παρὰ Γεωργίου Κωδίνου. Nihil, inquam, ad hunc locum hic titulus facit, quia est illius alterius de originibus Cpoleos, cui etiam ab editore recte præfigitur, licet non ut Junius, τῶν πατριῶν a recto πατριά, sed melius τῶν πατρίων a plurali τὰ πάτρια nobis exhibeat; quo titulo etiam Hesychius Milesius librum scripsit, qui jam vulgatus est. Et nota sunt ex Suida Diogenis Cyzicæni τὰ πάτρια Κυζίκου, *res patriæ* seu *origines Cyzici*.

Et tamen suavissime nugatur Junius, cur liber iste de officiis παρεκβολῶν appellationem tulerit, nempe *quod ex libro, cujus inscriptio est* Chronicum, *excerptus fuerit, Chronicum hoc fuisse publicum palatii Cpolitani, in quod acta curopalatæ retulerint, in quorum custodia idem quoque liber fuerit.* Quid est nugas agere, si hoc non est? cum epigraphe ista non ad hunc librum, sed ad alium de originibus Cpoleos **112** spectet, prout ab interprete totidem verbis eidem libro præfixus est.

Recentiores Græci in orthographia dictionum, præsertim peregrinarum, varii sunt. Addunt, ut παλλάτιον, κουροπαλλάτης, διβέλλιον, πριμμικήριος, φλάμμουλον, et in pure Græcis κρέμμασθαι, pro παλάτιον, κδυροπαλάτης, διβέλιον, πριμικήριος, φλάμουλον, κρέμασθαι. Addunt etiam initio vocabulorum, si inchoentur a β vel π, β mutato in π, ut βαΐουλος μπαΐουλος, Βελλαρμίνος Μπελλαρμίνος, apud Gabrielem episcopum Philadelphi. in libro de sacramentis, μπάλλα *palla*, *pila*, Μβασίας *Bassa*, et id genus alia sine numero. Imo in ipso etiam vocabulo suum hoc μ adjiciunt ante β vel π ut Ῥομπέρτος pro Ῥοπέρτος apud Annam in Alexiade, ταμπάριον pro ταπάριον. Detrahunt: σέλα, σακελάριος pro σέλλα, σακελλάριος vel σακκελλάριος. Nec tamen hæc nimis scrupulose observant: hinc τὸ π sine adjectione τοῦ μ sæpissime invenias, ut πατέλλα, πατέλλιον, πατρίκιος, πατριάρχης et id genus alia innumera. Vide Glossarium Græcobarb. littera π.

Cave autem ne novem pentadas clericorum percurrens suspiceris etiam ætate Codini non fuisse plures clericos magnæ ecclesiæ quam his novem quinariis enumerentur: nam officiales tantum

* Uncis distinctæ.

Digitized by Google

hoc indice continentur. Olim quidem fuisse numerosissimum clerum liquet ex Novella tertia Justiniani, qui, ne nimium diffunderetur, ad certum numerum restrinxit. *Sancimus*, inquit, *ne quando in sacrosancta majore ecclesia ultra 60 presbyteros, diaconos vero mares 100, feminas 40 et subdiaconos 90, lectores autem ultra 110, cantores ultra 25 exsistant, ut universus reverendissimorum clericorum majoris ecclesiæ numerus in 425 personis et 100 præterea ostiariis (ut vocant) consistat. In sanctissima igitur majore almæ hujus urbis nostræ ecclesia et tribus illis sacris ædibus ei coadunatis, tanta clericorum multitudo esto, neminem eorum qui nunc sunt ejiciendo, tametsi multo major numerus exsistat quam a nobis definitus est; nemine item de cætero per ullum ordinem, qui hoc tempore est, adjiciendo, donec intra hunc numerum mensura consistat.* Heraclius imperator in diplomate de numero definito clericorum magnæ Ecclesiæ tom. I Juris Græco-Romani : *Religiosorum presbyterorum catalogus ad 80, diaconorum vero marium ad 150, feminarum diaconissarum ad 40, subdiaconorum ad 70, lectorum ad 160, cantorum ad 25, ostiariorum ad 75, quacunque tandem causa, redigatur.* Idem imperator clericos officiales hoc numero definivit, nimirum ut essent syncelli 2, cancellarii 12, defensores 10, referendarii 12, notarii 40, scenophylaces presbyteri 4, scenophylaces diaconi 6, lectores 2, etc., quæ cum officialibus Codini non satis concinunt. Sed in his nihil erat apud Græcos constantius quam ipsa inconstantia et mutandi mos indesinens.

Index primus officialium, qui novem pentades antecedit, non videtur esse a Curopalata : cur enim bis battologice, nec satis constanter, eosdem eodem propemodum loco percenseret? nolui tamen **113** omittere, cum in editione Juniana exstet, et nisi me fallit memoria, etiam in altero codice Bavarico (1). GRETS.

CAPUT II.

Dubitationes quædam circa primum catalogi quinarium ; de exocatacœlis deque magno œconomo.

Catalogus officialium magnæ ecclesiæ deest in altero ms. Bavarico, quemadmodum et in Lautheriano : sed cum ab aliis exemplaribus repræsentetur, minime omitti debuit, quandoquidem ab ipso etiam libri titulo promittitur.

Ante novem pentadas seu quinarios officialium magnæ ecclesiæ præmittitur officialium index, qui sola vocabula continet, at nec omnia nec ordinate, ut antea dictum. Noluimus tamen præterire, ne A quis fidem nostram desideraret. Pleraque non tam sunt officiorum indigitamenta quam inanium titulorum crepitacula, etiam extra Cpolim ad alias Græcanicas ecclesias prolata, ut videre est in Turcogræciæ l. IV, ubi exstat epistola clericorum insulæ Chii ad patriarcham Cpolitanum, in qua invenies *sacellarium Chii, logothetam Chii, protosyngelum Chii, caliarchum pneumaticum et protecdicum Chii, cantrisium Chii, protapsalten Chii, dicaophylacem Chii, nomophylacem Chii, referendarium Chii, doctorem evangelii, doctorem apostoli.*

[P. 3. *Τῶν ὀφφικίων.* Deo optimo maximo, patriarchæ, templo, populo Christiano præstanda in ecclesia CP. cum honoris splendore obsequia con- B stituunt ejus officia. Ministeriis insudant θεωροὶ, δεσποτάτοι καὶ καμισάτοι : hi tus, carbones, aquam et alia præparant ; cereos præferunt Evangelio deputati ; vigiles vasa supellectilemque sacram custodiunt. Officiorum tamen appellationem sibi vindicare vetat usus ecclesiæ. Quid causæ est? Οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα ἄλλοις ἁρμόζουσαι · *non sunt officia, verum ministeria tantum sacro tribunali, id est altari, ab his nec non ab aliis quibuspiam impendenda,* ait ecclesiasticus ordo in Euchologio. Ideo vero maxime, quia patriarchis non placuit illa officiis connumerari, quod viliora forent hæc obsequia, et auxilia superioribus honoris elationem adeptis accedentia. Verumeniamvero cum dignitatis decus officio con- C junctum assevero, ne, precor, superiorum et infimorum ordine servato, cuncta deinceps officia **114** unius, quod aiunt, classis et rationis censenda facile credideris. Exstant ex iis suprema, ἀρχοντίκια μεγάλα, nobili præcipuoque reddendo patriarchæ ministerio deputata, jurisque populo Christiano dicundi præfecturam obtinentia : τὰ γὰρ ἀρχοντίκια καὶ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὑπηρεσίαν τῷ ἀρχιερεῖ γεγόνασι καὶ εἰς κρίσιν τῶν ἐν βίῳ προσαγομένων. Alia sunt minus nobilia, ἀρχοντίκια μικρά, suntque tam protopapas quam qui sequuntur inferiores officiales, sinistri chori assessores, majores siquidem dextrum cum patriarcha obtinent et præcipuis ubique coluntur privi- D legiis. Tertii tandem generis officia λιτὰ nuncupantur, ita nimirum ut nullum habeant dignitatis annexum decus, nec lites cum patriarcha dijudicent : sunt etenim privati patriarchæ ministri, archidiaconus ac secundus ab eo diaconus. Ἔξωθεν, inquit typus Allatianus in Euchologio, τῶν δεκαπέντε ὀφφικίων καὶ κληρικάτων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας (quæ ἀρχοντίκια μεγάλα, primarum trium pentadum

(1) Is ita habet : ὁ μέγας οἰκονόμος. Ὁ μέγας σακελλάριος. Ὁ μέγας σκευοφύλαξ. Ὁ χαρτοφύλαξ. Ὁ σακελλίου. Ὁ πρωτέκδικος. Ὁ πρωτονοτάριος. Ὁ λογοθέτης. Ὁ κανστρήσιος (Allat. mss. κανστρήνσιος et κανστρίνσιος). Ὁ βεφερενδάριος. Ὁ ὑπομνηματογράφος. Ὁ ἱερομνήμων. Ὁ ὑπομνησκιών. Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου. Ὁ διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου. Ὁ διδάσκαλος τοῦ ψαλτηρίου. Ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων. Ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων. Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. Ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων. Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων. Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν. Ὁ ἄρχων τοῦ ἀρχιμανδρίου. Ὁ ἄρχων τῶν φώτων. Ὁ ῥήτωρ. Ὁ πρῶτος ὀστιάριος. Ὁ νομοφύλαξ. Ὁ ῥητορικὸς τῶν ἀναγνωστῶν. Ὁ νοτάριος. Ὁ πρωτοπαπᾶς. Ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων.

Digitized by Google

diaconos exornantia) διώρισαν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι ἀρχοντίκια μικρὰ εἰς ὑπηρεσίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας. Ὁ μέγας ἀρχιδιάκονος καὶ ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων αὐτά εἰσιν ὀφφίκια. Et alibi : Ὁ μέγας ἀρχιδιάκων καὶ ὁ δεύτερος τῶν διακόνων οὐ τάσσονται μετὰ τῶν ἀρχοντικίων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ἀλλ' ὀφφίκιά εἰσι καὶ μόνα. Goar.

[P. 4. *Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας*, ædificii amplitudine, throni præcellentia, ministrorum numero, redituum ubertate, cultus observantia.

[*ibid. Πρῶτον περὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας*. Officiorum magnæ ecclesiæ catalogum plura licet ostentent exemplaria mss., pauca, quæ ordinem ac numerum eumdem observant, reperias. Hæc rerum humanarum conditio, ut mutationem in ecclesiam, quia mortalium cœtus est, etiam inducat : hæc rerum novandarum in patriarchis libido, ut prioribus recentia vellent addita, antiquis nova succedere, cuncta nonnunquam detruncarent : ac ut reor, ex eorum placito fluxit ut exemplarium in iis recensendis diversitas, eo quod diversis ætatibus pro diverso ecclesiæ officiorumque statu exscriberentur, emerserit. Integriores uberioresque percupis ? Brevis enim est, truncus ac imperfectus a Codino exaratus. Hos tibi variis ex mss. et nostris Euchologicis depromptos, gratiores multo futuros, percurrendos accipe.

I. *Ex regiis manuscriptis.*

Ὁ μέγας οἰκονόμος κρατῶν τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων· ὁ μέγας σακελλάριος ἐνεχόμενος εἰς τὰ ἀνδρῶα καὶ γυναικεῖα μοναστήρια· ὁ μέγας σκευοφύλαξ φυλάσσων τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας· ὁ μέγας χαρτοφύλαξ κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων, καὶ δεξιὰ χεὶρ τοῦ πατριάρχου· ὁ σακελλίου τὴν ἐνοχὴν ἔχων τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν· ὁ πρωτέκδικος τοὺς πρόσφυγας ἀναδεχόμενος καὶ κρίνων τὰς ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις. Οὗτοι οἱ ἐξωκατάκηλοι.

Πρώτη πεντάς. Ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῶν ἐξωκατακήλων καὶ πρῶτος τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων· ὁ λογοθέτης ποιῶν λόγους κατηχητικοὺς πρὸς τὸν λαὸν, δίκαιος τοῦ πατριάρχου· ὁ κανστρίσιος κρατῶν τὸ κανστρίον τῶν θυμιαμάτων ἐν ταῖς λειτουργίαις· ὁ ῥεφερενδάριος ἀναφορεὺς τῶν πρὸς βασιλέα μηνυμάτων· ὁ ὑπομνηματογράφος γράφων τὰ πατριαρχικὰ ὑπομνήματα.

Δευτέρα πεντάς. Ὁ ἱερομνήμων κρατῶν τὸ κοντάκιον τὸ πατριαρχικὸν ἐν ταῖς λειτουργίαις, δεχόμενος καὶ τὰς ἐγγραφὰς τῶν ἀρχιερέων· ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων ἀναφέρων τῷ πατριάρχῃ τὰς τῶν δεομένων ἀναφοράς, πεμπόμενος πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ ῥεφερενδαρίου· ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων καθιστῶν τὸ πατριαρχικὸν σέκρετον ἀθόρυβον καὶ ἀτάραχον, εἰσάγων τοὺς κρινομένους· ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως **115** λέγων λειτουργοῦντος τοῦ πατριάρχου τὸ « Στῶμεν καλῶς· » ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων φορέσων τῷ πατριάρχῃ τὸ ἐπιγονάτιον.

Τρίτη πεντάς. Ὁ ὑπομιμνήσκων ἀσχολούμενος (1) τῷ πατριάρχῃ ἐν τῇ λειτουργίᾳ τὰς εὐχὰς καθ' ἑκάστην ὑπομιμνήσκων· ὁ ῥήτωρ γράφων λόγους διδασκαλικοὺς ἀπὸ προτύπου τοῦ ἀρχιερέως· ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου· ὁ διδάσκαλος τοῦ ἀποστόλου· ὁ διδάσκαλος τοῦ ψαλτῆρος.

Τετάρτη πεντὰς τῶν ἱερῶν ἀρχόντων. Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν μοναστηρίων μετὰ προτροπῆς τοῦ μεγάλου σακελλαρίου· ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν μετὰ προτροπῆς τοῦ σακελλίου· ὁ ἄρχων τοῦ Εὐαγγελίου κρατῶν ἐν ταῖς λιταῖς τὸ Εὐαγγέλιον· ὁ ἄρχων τῶν φώτων ἀναδεχόμενος τοὺς εἰς τὸ βάπτισμα εὐτρεπιζομένους, διδοὺς καὶ τὰ κηρία τοῖς κληρικοῖς ἐν ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς· ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων διδοὺς τὰ ἀντιμίνσια δι' ὧν καθιεροῦνται οἱ θεῖοι ναοί.

Πέμπτη πεντάς. Ὁ ὁστιάριος κρατῶν τὴν λαμπάδα τοῦ πατριάρχου καὶ ἐν ταῖς ψήφοις τὰς θύρας· ὁ νομοδότης διδοὺς τὰ νούμια τοῖς κληρικοῖς καὶ τοῖς πένησιν· ὁ πρωτοπαπᾶς· ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων καὶ ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων.

Ὁ πριμμικήριος τῶν νοταρίων καὶ οἱ νοτάριοι, ὁ δομέστικος, ὁ λασσυνάκτης, ὁ πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν, ὁ ἄρχων τῶν κονταχίων, ὁ ἐπὶ τῆς εὐταξίας, ὁ δομέστικος τοῦ σεκρέτου καὶ οἱ ἐπισκοπειανοί, ὁ πριμμικήριος τῶν ἐξκουβίτων.

II. *Ex iisdem regiis mss.*

Τάξις τῶν ὀφφικίων τῆς ἐκκλησίας. Ὁ μέγας οἰκονόμος κρατεῖ τῆς ἐκκλησίας τὰ κτήματα, ὁ μέγας σακελλάριος τὰ γυναικεῖα μοναστήρια, ὁ μέγας σκευοφύλαξ τὰ σκεύη καὶ τὰ ἱερὰ πάντα τῆς ἐκκλησίας. Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ εἰς τὸ μετάζειν καὶ εἰς τὰς σημειώσεις. Ὁ σακελλίου κρατεῖ τὴν σακέλλην. Ὁ πρωτέκδικος εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰχμαλώτων. Ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων. Ὁ λογοθέτης εἰς τὸ λογογραφεῖν τὰς ἑορτὰς, ὁ κανστρίνσιος εἰς τὸ κανστρὶν καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα, ὁ ῥεφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὸν βασιλέα δι' ὑποθέσεις, ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα, ὁ ἱερομνήμων εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν· κρατεῖ καὶ τὸ κοντάκιον καὶ τὸν κώδικα τῶν χειροτονιῶν. Ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων κρημνᾷ τὸ ἐπιγονάτιον τοῦ ἀρχιερέως. Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου, εἰ ἐπίσταται, ἑρμηνεύει δημηγορῶν. Ὁ ἐπιμιμνήσκων εἰς τὸ ῥυθμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. Ὁ ἐπὶ δεήσεων ἀπέρχεται εἰς τὸν βασιλέα ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων. Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων καὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς τὰ ἀνδρῶα μοναστήρια, ὁ ἐπὶ σεκρέτων εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν εἰς τὸ κρίνειν, ὁ ἐπὶ ἱερᾶς καταστάσεως εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν, ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν. Ὁ ὁστιάριος κρατεῖ εἰς τὰς χειροτονίας τὰς θύρας. Οἱ διδάσκαλοι τοῦ ψαλτῆρος δύο. Ὁ πρωτοπαπᾶς ἔκδικος τῶν κρίσεων. Ὁ δευτερεύων εἰσοδεύει τοὺς ἱερεῖς, ἐὰν οὐκ ἔνι πρωτοπαπᾶς, καὶ ἄρχει τῶν ἱερέων ἀπὸ τοῦ πρωτοπαπᾶ. Οἱ δύο κατηχηταὶ εἰς τὸ κατηχίζειν τοὺς βαπτιζομένους.

(1) Ἀσχολουμένῳ?

Digitized by Google

Ὁ ἄρχων τῶν φώτων εἰσάγει τοὺς νεοφωτίστους. Ὁ A νομοδότης εἰσάγει τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν. Ὁ πριμμικήριος τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων. Οἱ δύο δομέστικοι τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας (adde χοροστασία). Ὁ λαοσυνάκτης. Ὁ πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν. Ὁ δομέστικος τοῦ ἄμβωνος.

116 III. EX BIBLIOTHECA EMIN. D. CARDIN. MAZARINI.

Ματθαίου μοναχοῦ περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

Ἰατροῦ μοναχοῦ ταυτὶ Ματθαίου θύτου.

Τῆς ἐκκλησίας τὰς τιμὰς καὶ τὰς διακονίας,
αἳ διαιροῦνται Πνεύματι κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον,
ἀπεριθμεῖ πρὸς ὄνομα νῦν μοναχὸς Ματθαῖος.
πεντάδος πρώτης πέφυκεν ὁ μέγας οἰκονόμος,
ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας σκευοφύλαξ,
ὁ χαρτοφύλαξ μετ' αὐτοὺς καὶ μέντοι σακελλίου· B
ἀλλά γε καὶ πρωτέκδικος συναριθμεῖται τούτοις,
οἷσπερ ἑξωκαταικοίλοις πᾶσι προσωνυμία.
ὁ δὲ πρωτονοτάριος πεντάδος τῆς δευτέρας,
ὁ λογοθέτης μετ' αὐτὸν σύν γε τῷ καστρησίῳ,
ὅ τε ῥεφερενδάριος, ὑπομνηματογράφος.
ἱερομνήμων τρίτος τε, καὶ μὴν ὑπομιμνήσκων,
οἱ τρεῖς ἐσθλῆς διδάσκαλοι, πρῶτος εὐαγγελίου,
τοῦ ἀποστόλου μετ' αὐτὸν, τρίτος ὁ τοῦ ψαλτῆρος
τῆς δὲ τετάρτης πέφυκεν ὁ γὰρ ἐπὶ γονάτων,
ὅ τε τὰς κρίσεις ἐφορῶν, ὅ τε δεήσεις φέρων,
ὅ τε τῆς καταστάσεως ἱερᾶς καὶ ὁ σεκρέτων.
τῆς πέμπτης ἄρχων τῶν μονῶν, ἄρχων ἐκκλησιῶν τε,
ἄρχων εὐαγγελίων τε, ἄρχων ἀντιμησίων,
ἄρχων τῶν φώτων μετ' αὐτοὺς, πλήρων πεντάδα C
πέμπτην.
ὅρα τὸν λαμπρὸν ῥήτορα, διπλοῦν, ὁστιαρίους,
τὸν νομοδότην τε ὁμοῦ, πριμμικήριον νοταρίων.

IV. EX ALLATIANIS (1).

Χορὸς ὁ δεξιός.

Ὁ ἐπίσκοπος (2)

Πεντὰς πρώτη (3). Ὁ μέγας οἰκονόμος, ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας σκευοφύλαξ, ὁ χαρτοφύλαξ, ὁ σακελλίου. Πεντὰς δευτέρα. Ὁ πρωτονοτάριος, ὁ κανστρήνσιος, ὁ ῥεφερενδάριος, ὁ λογοθέτης, ὁ ὑπομνηματογράφος. Πεντὰς τρίτη. Ὁ πρωτέκδικος, ὁ ἱερομνήμων, ὁ ὑπὸ γονάτων, ὁ ὑπομιμνήσκων, ὁ διδάσκαλος.

Χορὸς ὁ εὐώνυμος.

Ὁ πρωτοπαπᾶς, ὁ δευτερεύων, ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, ὁ ἔξαρχος, ὁ κατηχητὴς, ὁ περιοδευτὴς, ὁ βουτιστὴς, οἱ δύο ἔκδικοι (4), οἱ **117** δύο δομέστικοι, οἱ δύο λαοσυνάκται, οἱ δύο πριμμικήριοι, ὁ πρωτοψάλτης, ὁ πρώϊμος, ὁ δεσπότατος, οἱ θεώριοι, ὁ (5) ἐπὶ τῆς εὐταξίας, ὁ κατηγορητήρης, ὁ κουβούκλης, ὁ δεκανὸς (6), οἱ λαμπαδάριοι, ὁ περιεισερχόμενος, ὁ βασταγάριος, ὁ μυροδότης (7).

[P. 3. *Τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια ἔχουσιν οὕτως.* Ecclesiasticorum palatinorumve officiorum catalogus in mss. occurrit frequentius; at quam diverse, nonnihil perspicax oculus advertet; nonnunquam sola nominum series apponitur: etiam quandoque nominum expositio et officiorum varia ministeria cernuntur exscripta. Quæ sequuntur in textu, proferunt hæc; solum catalogum jam supe ius percurristi. Porro cum expositio plura officia quam catalogus exhibeat, hunc foris ascitum et ab hac alienum merito quis poterit suspicari. GOAR.]

Dividit Codinus officia Magnæ Ecclesiæ in novem pentadas seu quinarios. Exstant etiam istæ pentades tom. I Juris Græco-Romani l. 4, in ipsa calce, sed tribus pauciores, quia index ille tantum sex pentadas adducit.

In prima ergo pentade apud Codinum continetur: 1. *magnus œconomus*, 2. *magnus sacellarius*, 3. *magnus sceuophylax* seu *custos sacrorum vasorum*, 4. *chartophylax*, 5. ὁ σακελλίου, *curator* seu *præfectus sacelli*, 6. *protecdicus seu defensor primus*. Ubi mirum vocari pentadem quæ sex complectatur. Sed hanc admirationem eximet nobis Joannes episcopus Citri in Responsis ad Constantinum Cabasilam Dyrrhachii archiepiscopum, ita scribens l. v Juris Græco-Romani, tom. I, fol. 527: Τὸ τοῦ πρωτεκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς **118** ὑποδεδηκόσιν ὃν ἐκπαλαι ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πανυπερτριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. Τῇ πράξει δὲ ταύτῃ ἐπηκολούθησε καὶ γνώμη γενναία τοῦ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Εὐσταθίου, ἐπαινοῦσα καὶ ἐξαίρουσα τὸ γεγονὸς ὡς εὐλόγως καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. Cum ergo

(1) Allatianum hunc indicem habet etiam, quam duobus e codicibus, Monchalliano et Pugetiano, Bernardus Medonius edidit, ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐκκλησίας, ἃ διηρμηνεύθησαν κατὰ τάξιν (M.)

(2) ὁ ἐπίσκοπος om. M.

(3) πρώτη πεντάς M, et mox δευτέρα πεντάς et τρίτη πεντάς.

(4) οἱ δύο ἔκδικοι, ὁ βουτιστὴς M.

(5) οἱ M.

(6) ὁ δεκανὸς, ὁ κουβούκλης M.

(7) Post ὁ μυροδότης M ὁ μέγας ἀρχιδιάκονος, ὁ δευτερεύων των διακόνων. Addit præterea hæc: Οὐ τάσσονται μετὰ τῶν ἀρχοντικίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἀλλὰ ὀφφικιά εἰσι καὶ μόνα. Γίνωσκε δὲ τοῦτο ὅτι εἴ τις ὃ ἂν ἔχῃ ἀπὸ τὰς τρεῖς σφραγίδας ταῦτα ὑπορεῖ να σέβῃ εἰς οἷον ὀφφίκιον θέλει κεκληρηκότων, οἷον ἀναγνώστης, ὑποδιάκονος, ἱεροδιάκονος, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀρχιδιάκονος καὶ ὁ δευτερεύων τῶν διακονων· οὐκ ὀφείλει γὰρ εἶναι τὸν ἱερὰ κληρικὸν, διότι τοῖς ἱερεῦσιν ἔταξεν ὁ κανὼν ἱερουργεῖν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν καὶ οἰκείας τοῦ ἀρχιερέως μὴ εἶναι. Τὰ γὰρ ἀρχοντίκια καὶ ὀφφίκια τῆς ἁγί ς ἐκκλησίας εἰς ὑπηρεσίαν τῷ ἀρχιερεῖ γεγόνασι καὶ εἰς κρίσεις τῶν ἐν βίῳ προσαγομένων, καὶ διερμηνευόμενα κατὰ τάξιν ἓν ἕκαστον τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν καὶ ὑπηρεσίαν *Non adnumerantur ista inter magnæ Ecclesiæ archonticia, sed officia tantum sunt. Observa igitur obire officia ministrantium, quales sunt lector, subdiaconus, hierodiaconus, archidiaconus et diaconorum secundus, nemini eorum licere qui tria suffragia, hoc est ordines, ut aiunt, majores, ad sacerdotium susceperint: quippe indecens et indecorum esset sacerdotem servire patriarchæ, cum sacerdotibus præcipiat canon ut incruentam sacrificent hostiam atque ab omni erga patriarcham servili ministerio absineant. Dignitates et officia sanctæ Ecclesiæ ad patriarchæ præstandum ministerium et in eorum quæ in vita solent accidere judicium constituta sunt. Singula autem secundum eorum ordinem, vicem, munus et ministerium quod obtinent, explicantur.*

Digitized by Google

olim quinque duntaxat hoc quinario comprehenderentur, jure Codinus πεντάδα nominavit, respiciens nimirum ad antiquiorem, non ad illum a Xiphilino introductum numerum. Nam e Balsamon in *Melete* seu disceptatione sua de officio chartophylacis et protecdici, tom. I Juris Græco-Romani, fol. 456, quinque tantum in hac prima classe ponit, omisso protecdico, cosque dicit esse quasi quinque sensus patriarchæ, quibus tanquam instrumentis negotia omnia exsequatur. Vocat etiam horum quinque ecclesiasticorum procerum ministeria πέντε σεκρετων εὐαγῆ λογοθέσια, hoc est, ut interpres vertit, *quinque secretorum religiosa ratiocinia*. Rectius forte : *quinque secretorum consistoria*. Nos *rebus expediendis præfectos*. Et quivis horum habebat sua in functione plures adjutores, quos Balsamon vocat *chartularios*, τοῦ κόπου συμμερισταὶ καὶ σεκρετικοὺς διακονητάς, *laboris consortes, senatusque illius seu consistorii seu consilii administros*.

Appellabantur iidem ἐξωκατάκοιλοι ἄρχοντες, ut Balsamon docet et Joannes Citrius, etsi in hujus Responsis scribatur hoc nomen in penultima non per ο sed per η, ἐξωκατάκηλοι, et Latine Exocataceli, ut in editione Bonefidii. Sed vitiose : nam recta scriptura est ἐξωκατάκοιλοι, Latine *exocatacœli*. Graviter errat Junius, cum p. 4, verbum hoc in duo dividit, ἔξω κατακοίλων, itaque interpretatur, *catacœlorum, qui foris sunt*. Nugæ : unicum vocabulum est, non duo; quare legendum ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων. Hinc etiam reformanda lectio c. 9, p. 66 5 et 12, ubi Junius ἐξ κατάκοιλοι, redditque *sex catacœli*. Quam lectionem vitiosam esse, licet in Bavaricis quoque codicibus appareat, vel ex descriptione protonotarii discere poterat, ubi scriptum in suis etiam exemplaribus reperit ἐξωκατακοίλων, quamvis male disjunxit quæ conjungenda erant. Quomodo ergo nunc ex ἔξω procudit nobis ἐξ ? Eo item nomine non potest ferri illa lectio, quia ἄρχοντες isti vocabantur tunc etiam ἐξωκατάκοιλοι quando erant tantum quinque, ut ex Balsamone planum ; non ergo a numero dicti sunt ἐξ κατάκοιλοι.

Sed quæ notio hujus nominis ἐξωκατάκοιλοι ? Ut Junio suaviter *de vallibus et de ecclesiis in editiore loco Cpoli semper extructis* philosophanti assentiar, committere non possum. Sed eum qui ex *exocatacœlis* nobis *catacœlos* procudit, falsam itidem originationem fabricare nec insolens nec novum videri debet, cujus falsitas cuivis absque mora subolebit, qui hæc Junii verba cum sensu perpenderit : *Maximæ ecclesiæ præerat patriarcha, reliquis pastores sui, qui dicebantur catacœli*, κατὰ τὰς κοιλάδας *singuli commorantes*. Scilicet Cpoli omnes parochi habitabant in vallibus, nullus in excelsiore urbis **119** loco : alioquin *Junfani catacœli* nomen tueri non potuissent. Nec plures in tanta civitate parochi erant quam quinque aut summum sex : nomen enim *catacœli* seu, ut nos scribimus, *exocatacœli* quinque vel sex duntaxat obtinebant.

Nec magis verisimilia de istis apponit nobis Petrus Gregorius Tolosanus Syntagm. universi Juris 15, 9, ubi dicit a Græcis vocari *evicellos* episcopos nonnullos, nulli metropolitano subjectos, patriarchis familiares et suffraganeos semperque astantes ; quales describit Wilhelmus Tyrius Belli sacri 14, 12, quos ipse Tyrius dicit a Græcis appellari *cancellos*. Petrus Gregorius suspicatur subesse mendum : forsan enim scripsit Tyrius *catacelos*, ut rectus sit κατάκηλος, κατάκηλοι a κατακηλέω, quod est *permulceo, suavitate animum delinio*, hinc κατακηλητικός *vim demulcendi habens*. Et cur non hinc itidem κατάκηλος ? illud alterum *evicellos* format Petrus Gregorius παρὰ τὸ εὐκήλους : hoc enim nomine significant Græci *stantes sine motu, quietos ;* hinc apud Hesiodum πόντος ἀπήμων, εὔκηλος. Sed hæc nihil ad exocatacœlos nostros faciunt, sive isti *evicelli* a P. Gregorio allati aliquando in rerum natura exstiterint, sive ex cerebro eximii illius jureconsulti prognati fuerint, ut ego quidem existimo : legendum enim apud Tyrium *concellos*, id est syncellos, ejusdem cellæ socios et habitatores. Et nupera editio Tyrii syncellos exhibet, tametsi prior illa lectio melior et scripturæ vulgatæ propior sit. Adde concellos istos fuisse episcopos, tametsi suffraganeos, ut Tyrius appellat. Et exocatecœli nostri non erant episcopi sed patriarchales diaconi. Valeant ergo isti *evicelli*, antehac inauditi, Tyriusque suos *concellos* et Codinus suos *exocatecœlos* retineat.

Nescio an audeam proponere conjecturam meam, quam diu jam premo : sed promatur, quandoquidem nullius periculo prometur. Quid si unica litterula mutata legamus ἐξωκατάκοιτοι ? *qui foris dormiunt, qui foris cubant*, non in patriarcheo : olim namque proprias ecclesias administrabant, et sic sua domicilia extra magnæ ecclesiæ limites incolebant, in iisque quietem capiebant. Canon Trullanus 46 de monialibus : Παντελῶς δὲ αὐταῖς ἐξωκοιτεῖν οὐκ ἔξεστι. Ubi Zonaras Græcus interpres : Καὶ μηδὲ ἔξω τῆς μονῆς τὴν νύκτα διάγειν· τοῦτο γὰρ τὸ ἐξωκοιτεῖν. Probabilior redderetur conjectura, si ἐξωκαταχοιτεῖν legeretur. Verum prior quoque lectio suspicioni nostræ aliquid verisimilitudinis conciliat ; longeque plus fulcimenti adhuc accederet, si aliquis ms. codex ἐξωκαταχοίτους nobis repræsentaret. Apud Nicetam in Vita Ignatii lege Λέων ὁ καλούμενος κατακοίλας : sed nihil hic ad rhombum. Tempore Leonis Armenii, et ante itidem, clerici palatini non in palatio sed foris in privatis ædibus commorabantur, et tertia circiter vigilia noctis ad Elephantinam (portam) congregabantur, indeque ad ecclesiam abibant et matutinas preces Deo persolvebant, ut scribit Joannes Curopalata in Leone Armenio. Postea in aula seu regia habitarunt, eo quod **120** interfectores Leonis Armenii nocte Nativitatis Domini his clericis im-

Digitized by Google

misti templum ingressi essent et Leonem trucidandi occasionem nec frustra captassent. Quid si exocatacœlis quoque mos extra patriarchicum pernoctandi fuit? erant olim isti exocatacœli sacerdotes, postea ab patriarcha quopiam in patriarchalium diaconorum numerum redacti, ut patriarcha dictus solemnioribus ministris honorationibus non careret, ut patet ex ipso Codino c. 9, p. 66, 8 et sequentibus.

Magnæ fuerunt auctoritatis *exocatacœli*, quam ex his pauculis Codini verbis colligas, p. 4, 11: Οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως. Chartophylaci, uni ex istis, moverunt aliquando litem episcopi διὰ τὸ πρόκαθῆσθαι αὐτὸν τῶν ἀρχιερέων, ὀφηνίκα δέοι τούτους συνέρχεσθαι κατά τινα χρείαν καὶ συνεδριάζειν κατὰ ταυτὸν πρὸ τῆς εἰς τὴν ἁγιωσύνην σου εἰσελεύσεως. Verum pro chartophylace rescripsit Alexius Comnenus. Exstat Novella ejus inter illas quas cum Ecloga seu Synopsi Juris Romani edidit Leunclavius.

Eorumdem fit mentio in concilio Florentino tanquam auctoritate et dignitate in clero Græcanico valde excellentium: Καὶ τὸν πάπαν ὁ πατριάρχης ἠσπάζετο ἱστάμενον ἐν τῇ παρειᾷ, ἡμεῖς δὲ καθημένου τὴν δεξιὰν αὐτοῦ καὶ τὴν παρειὰν σὺν τοῖς ἐξωκατακοίλοις. Παραγενομένου ἐν αὐτῷ τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου, τῶν καρδηναλέων καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἐξωκατακοίλων. Hactenus de exocatacœlis in genere.

Quod attinet ad œconomum, qui primus inter exocatacœlos, ejus officium his verbis describit Codinus, p. 3, v. *penult.* Ὁ μέγας οἰκονόμος κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν· καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Quæ sic interpretatur Junius: *Magnus œconomus, qui in omnes possessiones ecclesiæ auctoritatem habet, omnemque reditum qui ex eis percipitur. Ministrat autem sacerdoti summo et ecclesiæ hac œconomica procuratione.* Quanto brevius et distinctius dixisset *magnum œconomum esse illum qui in omnes facultates proventusque ecclesiæ jus habet procuratorque est episcopi simul ac ecclesiæ.* Breviter eumdem descripsit Balsamon: Καὶ ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων τὴν πρόνοιαν ὁ μέγας οἰκονόμος. Natum est autem illud ὁ μέγας ex recentium Græcorum ambitione, qui officiis et dignitatibus titulum μεγάλου admodum liberaliter præponebant, et sæpe duo officia, ceteroquin paria, aliter non distinguebant quam vocis τοῦ μεγάλου appositione. Qua in re longe parciores et restrictiores sunt semperque fuerunt Latini; qui et ad omnes, etsi virtute et eruditione præstantes, raro hoc elogium quasi prænomen aut cognomen transtulerunt, cum tamen apud Græcos nihil sit frequentius quam illud ὁ μέγας. Sæpe ex musca μέγαν elephantem facere solent. Et jam quoque ex **121** ingenito fastu μεγάλου titulo mirifice sese circumspiciunt, ὁ μέγας ῥήτωρ, ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας οἰκονόμος, cum sint omnium prope mortalium longe miserrimi propter jugum Turcicum. Grets.

[P. 3 *penult.* ὁ μέγα οἰκονόμος. Œconomi munia recensent uberius Allatiana. Ὁ μέγας οἰκονόμος τῶν κτημάτων ὀφείλει εἶναι ἱεροδιάκονος. Ὅταν δὲ λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς, φορῶν τὸ στιχάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὡράριον ἵσταται ἐν τῇ (δεξιᾷ add. M) μερίδι τῆς ἁγίας τραπέζης, βαστάζων καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ καὶ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον. Προσφέρει δὲ καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κληρικὸν τῷ ἀρχιερεῖ. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ πᾶν κτῆμα τῆς ἐκκλησίας, ἐξετάζει εἰσόδους καὶ ἐξόδους καὶ λογαριασμοὺς ἀπὸ πᾶν πρᾶγμα τῆς ἐπισκοπῆς. Κρατῶν καὶ χαρτουλάριον ἀναφέρει ταῦτα, καὶ τετράκις τοῦ χρόνου (δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ M) ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ, ἐπισκοπεύων καὶ τὴν χηρευομένην ἐκκλησίαν, πάντα τὰ ὀγαθὰ αὐτῆς, μέχρι τῆς ἐλεύσεως τοῦ ἐπισκόπου. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀρχιερέως. Addunt alia: Ἔστι καὶ ἐπὶ ψήφους τοῦ ἐπισκόπου πρῶτος, διανέμων καὶ τὰ δικαιώματα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τὰ εἰσερχόμενα δίκαια τῆς ἐπισκοπῆς. Uno verbo Regia scripserunt: Ὁ μέγας οἰκονόμος ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων ἐπιμέλειαν. Œconomum diaconum tantum voluere posteriores Græci: Joannem enim Tabennisiotam Zenonis tempore ex presbytero et œconomo patriarcham Alexandriæ factum memorat Theophanes: idem sub Heracleona Paulum CP. pariter patriarcham ex eodem officio presbyteriique dignitate refert assumptum. Ab imperatore quondam instituebatur; ab Isaacii Comneni tempore a patriarcha. Zonaras in Isaacii Comneni Vita: Τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων οἰκονομίαν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπένειμε μέχρι τότε τοῦ μεγάλου οἰκονόμου προχειριζομένου παρὰ τοῦ βασιλεύοντος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ σκευοφύλακος, ὅστις δὲ καὶ ἄμφω ὑπὸ τὴν τοῦ πατριάρχου ἔθετο ἐξουσίαν. Vide Balsamonem in Canon. 9 edicti Theophili. Goar.]

CAPUT III.

Quis magnus sacellarius et quis ὁ τακελλίου.

Ὁ μέγας σακελλάριος appellatur a Joanne Citrio ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης. At ὁ τοῦ σακελλίου vocatur quoque ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης ἤγουν ὁ σακελλάριος. In Turcograecia non male dicitur *sacellius*. Quid vero σακέλλη seu sacella seu σακέλιον seu σακέλην seu σακέλλιον? His enim nominibus utuntur recentiores Græci, a quibus sacellarii magni et minoris nomina deducunt. Σακέλλιον, inquit Suidas, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ οὗ καὶ σακελλάριος. Hesychius: σακέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται. Σακέλλιον ὁμοίως. Nec dubium nomen hoc ad Græcos venisse ex Latino seu potius multis communi vocabulo, *saccus, sacculus, sacellus*, extrito altero *c*. Hinc Germanicum *sæklein* et *seckel* pro *loculis*; et *seckelmeister* quæstor, *præ-*

Digitized by Google

fectus sacculi seu *saccelli*. Quare si duos istos propriis nominibus afficere velimus, tum ὁ μέγας σακελλάριος erit nobis *der gross oder grosse seckelmeister*, ὁ τοῦ σακελλίου seu sacelli *der klein seckelmeister*, **122** quia ecclesiæ pecunias curabant, asservabant, expendebant. Et hæc est primaria appellationis hujus ratio, petita nimirum a *sacculo*, hoc est ab ærario ecclesiastico, cui præerant.. GRETS.

[P. 4. Ὁ μέγας σακελλάριος. Ἀπὸ τοῦ σακελλίου dictus. Σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ait Suidas: loculorum itaque et pecuniarum custos est sacellarius. Hanc expositionem mihi suggerit Balsamon Medit. de protecdico : Παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις σάκκελλον παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν ἐστί. Λέγεται οὖν σακελλάριος ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητής. Viri Latinorum ignari dirige vel corrige linguam : mentem percipe, quasi dicat : « Sacellum administrationis custodiæque rationem secum vehit; ubi ergo sacellarii mentio, confestim monasteriorum administrator obversetur oculis. » Optime : nam et Stephanum Persam, quem Nicephorus patriarcha ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρημάτων, Theophanes σακελλάριον vocat. Quod igitur œconomus magnæ ecclesiæ, id sacellarius monasteriis præstat; ut nimirum eorum bonis custodiendis invigilet. Perpende hæc ex Allatianis excerpta : Ὁ μέγας σακελλάριος ἐπισκοπεύων καὶ ἐρευνῶν τὰ ἀνδρίκια μοναστήρια ἐκ πάντων τῶν συνερχομένων δικαωμάτων. Ἐπαίρει δὲ λογαριασμὸν, εἰσόδους καὶ ἐξόδους, βίους δὲ καὶ πολιτείας τῶν μοναχῶν ἐρευνῶν, καὶ δὶς (τρὶς M) τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει αὐτὰ τῷ ἀρχιερεῖ. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ οἰκονόμου. Adjungunt alia : Προσφέρει καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι εἰς ἱερέα, στηκόμενος πλησίον τοῦ μεγάλου οἰκονόμου. Non omnium porro et ubique sitorum monasteriorum præfecturam sibi vindicat sacellarius, sed, ut aiunt Regia num. 1039, τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν περατικῶν, *eorum quæ in regia urbe nec non et trans portum in Sycena sive Galatensi regione sunt condita.* (M : ὁ μέγας σακελλάριος φορῶν τὸ στιχάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὠράριον στήκεται ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς ἁγίας τραπέζης, βαστῶν τὸ ἅγιον ῥιπίδιον.) GOAR.]

Interim alia quoque munia obibant : nam *magnus sacellarius potestatem habet in viroram et mulierum monasteria, quo in munere administro utitur illo qui antistes monasteriorum appellatur*, de quo Codinus in quinta pentade, sicut et ὁ τοῦ σακελλίου adjutorem habet ἄρχοντα τῶν ἐκκλησιῶν, de quo in quinto quinario. GRETS.

[*Ib.* Ἔχων ὑποργόν. Allatiana (et M) vocant χαρτουλάριον. Ex quo percipe χαρτουλάριον *scribam inferiorem* denotare. GOAR.]

Non absimilia Balsamon : *Magnus sacellarius curam gerit monasteriorum, tam eorum quæ sunt intra urbem quam* τῶν περατικῶν, hoc est quæ sunt in Pera seu Peræa, cum civitatis imperatricis decima tertia regio sit Pera seu Peræa, ut patet ex descriptione urbis Cpolitanæ, inter cujus regiones locum decimum tertium obtinet *Sycena*, quæ alio nomine *Pera* et hodie *Galata*. Cum ergo ad Cpolitanam urbem pertineat, non immerito curam et inspectionem habet *sacellarius* in monasteria quæ in Pera sita sunt, quæque Balsamon vocat *Peratica* : a Pera enim urbe deduxit hoc nomen.

Minor sacellarius seu *sacellius catholicas ecclesias sua in potestate habet et sacelin sive sacellium*, inquit Codinus. Ubi mentio fit sacelli, ne cogites curam ecclesiarum excludere *sacellium* proprie dictum. Et quamvis in descriptione officii *magni sacellarii* denuo non repetatur cura *sacellæ*, attamen ipsum nomen id satis indicat : nemo enim proprie, imo forsan ne apte quidem nominatur **123** absolute *sacellarius*, eo quod curat tam virorum quam virginum monasteria. *Minori sacellio* tribuit Balsamon, in sua disceptatione de chartophylace, etiam curam et administrationem emphyteusium. Ait enim : Ὁ σακελλίου *præfectus sacelli* curam gerit τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, *catholicarum ecclesiarum* (inepte interpres *ecclesiarum in genere*; quem errorem non semel errat), πρὸς δὲ καὶ ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν. GRETS.

[Regia de sacello præposito ac ejus appellatione : Ὁ σακελλίου τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν ἔχει· σάκελ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ διοικεῖν ἐστὶ καὶ φυλάσσειν· ἀπὸ τούτου μετωνόμασται σακέλλη ἡ τοὺς κακουργοὺς φυλάττουσα, καὶ τὸ σακκούλιον. Allatiana de eodem : Ὁ σακελλίου, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, ἱστώμενος καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως. Ἔχων δὲ ἐπισκοπεύειν τῶν γυναικείων μοναστηρίων ἐρευνᾷ καὶ ἀναθεωρεῖ αὐτὰ κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων ἀκρίβειαν. Κρατῶν δὲ φυλακὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐν φυλακῇ ἀποστελλομένους παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, κρατῶν αὐτούς. Elucidant hæc Simeonis Thessalonicensis verba : Ὁ σακελλίου τῶν εὐαγῶν οἴκων κατὰ τὴν πόλιν διερευνᾷ καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἐπιμέλεται εὐταξίας, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τε καὶ τῷ βήματι, μή ποτε καὶ παρὰ τὸ δέον εἴη γενόμενον καὶ τὰ ἱερὰ ἀμελῆται. Ex his τοῦ σακελλίου nominis duas rationes collige : primam, quod ut sacellarius muliebrium monasteriorum, ita hic virilium bona custodiat; alteram, quod patriarcha'em carcerem, σακκέλην σακέλιν vel σακέλλιον dictum, sub sua dispositione teneat. Balsamon Medit. de chartoph. et protecd. l. VII Juris GR : Ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν φύλακα, σακελλάριον καὶ τὸν σακελλίου. Παρὰ γὰρ Ῥωμαίοις τὸ σακέλλιον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ ἡ τοὺς κακουργοὺς φυλάττουσα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντεῦθεν καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασται, ὥσπερ δὲ καὶ τὸ σακούλιον. Λέγεται γοῦν σακελλάριος ὁ τῶν μοναστηρίων διοικητὴς, καὶ ὁ σακελλίου ὑποχοριστικῶς ὁ τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν φροντιστής. Nusquam itaque τὸν σακελλίου minorem sacellarium affirmaveris, qui majores regit ecclesias, nec sacellarii potestati subjectus dignoscitur, cui licet loco cedat (monastica quippe sacellario commissa,

Digitized by Google

et alia quævis ad monachos spectantia summo cultu prosequitur orientalis Ecclesia), non veretur auctoritatem, et ambo ex æquo patriarcham suis obsequiis colunt et ei in jure dicundo assident. (M: Ὁ σακελλίου ἐστὶν οἰκέτης τῆς πρώτης πεντάδος, κρατῶν καὶ τὴν φυλακὴν τῆς ἐπισκοπῆς, ἔχων οὖν καὶ ἐν τῇ ἐπισκέψει αὐτοῦ τῶν μοναστηρίων γυναικείων τὴν σκέψιν.) GOAR.

[P. 4. *Τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας.* Virorum monasteria et in eis constructæ ecclesiæ viris tantum, mulierum mulieribus sunt apertæ. Ea vero ecclesia quæ viris et mulieribus, quales sunt parœciæ, patet, καθολική est. Auctor vitæ Nili junioris: Βίλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ τοῦ κάστρου. Interpres posuit *cathedralem*. Verum non cathedrales modo, sed et parœciæ maxime monasteriis opponuntur: catholicas autem ecclesias monasteriis opponit Balsamon jamjam lectus, quod hæc sacellii præfecto, illas (etsi minus nobiles) ceu præfectum superiorem nactas sacellario subjectas asserat. Sunt itaque catholicæ ecclesiæ eædem quæ parœciales, cum pleræque hujusmodi reperiantur in urbe CP., cathedralis unica, magna nimirum ecclesia. Catholicis et monasticis ecclesiis adjungit Jus Gr. fol. 255 εὐκτηρίους οἴκους, ecclesias nimirum non dedicatas, et vel in agris vel in urbibus cunctis pervias, at parœciæ jure privatas: Κἂν μοναστήρια ὦσι, κἂν ἐκκλησίαι καθολικαὶ, κἂν εὐκτήριοι οἶκοι. Adverte demum auctorem Balsamoni socium tam virorum quam mulierum monasteria sacellario, communes vero ecclesias CP. repertas sacelli præfecto regendas tribuere, **124** Allatiana vero sacellario virilia, alteri feminea deputare; quæ quidem diversa licet, potuere tamen alio et alio modo variis temporibus disponi. GOAR.]

In Turcogræcia subditur alia cura, nempe supplicum et confugientium ad ecclesiam. Interea non expungitur cura proprie dicti *sacellii*; tametsi nescio quam vere Turcogræcia hoc munus sacellio transcribat, cum ibidem paulo post idem munus assignet protecdico, τοὺς πρόσφυγας ἀναδέχεσθαι, *confugientes ad ecclesiam recipere*, ut interpretatur Turcogræcus Crusius. Utut sit, ὁ σακελλίου a *minori sacello pecuniario seu ærario* nomen habet, ut *major sacellarius a majore sacello*, non aliunde; neque talis nominatur nisi respectu ad curam sacelli. Quare non satis assequor quod Balsamon affirmat in Melete sua de chartophylace et protecdico: Τὸ σάκελλον παρὰ Ῥωμαίοις εἶναι παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν. Aut enim loquitur Balsamon de derivatione vocis; et tunc σακέλλιον non magis est παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν quam παρὰ τὸ τύπτειν καὶ μάχεσθαι. Aut loquitur de significatione vocum; et tunc verum est *præfectum sacellio* seu *sacellarium* esse διοικητὴν καὶ φύλακα, et hanc præfecturam esse φυλακήν, *custodium*. Sed non ideo omnis φύλαξ est *sacellarius*, nec omnis φυλακὴ *custodia sacelli*, sed ille tantum φύλαξ est *sacellarius*, cui *sacella* credita est, et illa tantum *custodia* A *sacellæ*, quæ circa sacellam occupatur. Alioquin si omnis phylax esset *sacellarius*, etiam opiliones et caprarii essent *sacellarii*, quia sunt φύλακες, *custodes*, ut alias absurditates taceam. Quodsi quid aliud *sacellii* nomen obtinuit, ejus curatorem seu custodem quo minus *sacellarium* vel *sacellium* appelles non impedit. Ἡ τοὺς κακούργους δὲ φυλάττουσα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντεῦθεν καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασται, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ σακούλιον. GRETS.

[P. 4. *Σακέλλιν*, vel ut scribit Balsamon σακέλλην, *patriarchalem carcerem*, in quo nimirum clericos sibi subjectos, si sontes fuerint, patriarcha coartat. GOAR.]

Sed nec a custodia nec propter custodiam patriarchicus carcer dictus est *sacella*, sed aliam ob B causam, quæcunque illa fuerit: alioqui omnis carcer, quatenus custodia est, vocaretur *sacella*; quod non est ita; sicut et apud Germanos non omnes carceres, sed certi quidam vocantur *sacci*, *sack*, non ob custodiam præcise, quia alioqui omnes carceres appellarentur *sacci*, quia omnes sunt custodiæ, sed alias ob causas, quas nominis impositor spectavit. Quoad carcerem, *sacellæ* nomen tulerunt virginum monasteria, cum sint quasi quidam carceres, quia nulli egredi licet nisi gravissima urgente causa, nec sine honesto comitatu, qui ducant et reducant, ut præcipitur in 46 canone Trullano. Et huc spectant illa quæ in Turcogræcia C p. 203 ex Augustano ms. Pachymeris codice adnotantur: Οὗτος (ὁ μέγας σακελλάριος) ἐπιτηρεῖ τὰς ἱερὰς σακέλλας, δηλονότι τὰ γυναικεῖα μοναστήρια. Si quis ob hujusmodi sacellas earum curatorem velit quoque sacellarii nomenclaturam tulisse, cum hoc non pugnabo, dummodo non abnuat sacellarium primario nominatum **125** a sacello pecuniario seu ab ærario, ut supra diximus. S. Anastasius Sinaita in suo Hodego dicit *sacellarium* esse nomen Syriacum: σάκελλα γὰρ τὸ δέχεσθαι εἴρηται, *nam sacella est receptaculum, a recipiendo sic dictum*. Nec mirum *saccum* et *sacellum* omnes linguas pervagatos etiam in Syriacam irrepsisse.

Ex his quæ hactenus dicta, facile erit judicium facere quam vera sint quæ de *sacellario* et de D *præfecto sacelli* Junius commentatur p. 245 et 246. *Nomen est ambiguum* σακελάριος, inquit Junius. Sit ita, quandoquidem Joannes Citrius τὸν ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης etiam *sacellarium* nominat, cujus plura forte exempla non reperies; aptius *sacellius* vocabitur, si uno nomine vocare velis. *Nam modo personarum respectu dicitur, qui sacris hominibus et Deo dicatis præfectus est, modo rerum locorumque; puta is qui templis domibusque sacris.* At ὁ τοῦ σακελλίου non modo parietibus templorum præerat, sed et clero ad illa templa pertinenti, et confugientibus quoque ad illa templa: hoc enim est κρατεῖν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας. Ergo et ὁ τοῦ σακελλίου non modo in res et loca, sed et in personas jus habuit, atque ac

Digitized by Google

magnus sacellarius. Cadit ergo hæc Juniana distinctio : *Hominum procuratio et præfectura dicitur sacellaria, locorum vero sacellium.* Ex quo auctore probas hoc discrimen? Quis ille qui priore illo vocabulo tua notione utitur? Certe *sacellarium* deducit Balsamon a *sacella*, et hanc a *sacello*, ut et τὸν τοῦ σακελλίου, quod ait esse ὑποχοριστικόν seu diminutivum, a *sacello* seu *saccello* : nam diminutivum a diminutivo formari, ut a *sacello sacellium*, sicut Latine a sacculo *saccellum saccellulum*, nemo nescit.

Nec verum illud : σακελλίου, *id est rerum ad sacras ædes et sacella pertinentium.* Nihil minus, quia nihil hic de sacellis quæ Latinis *sacella*, *cappellæ*, unde sacellanus et cappellanus; nec ὁ τοῦ σακελλίου a sacris sacellis, quæ sunt cappellæ, nomen habet; nec ad curam ejus spectabant sacræ vestes, vasa, reditus et id genus alia ad templa seu sacella sacra (quas Græci vocant παρεκκλησία; seu πυρεκκλήσια) pertinentia, quia hæc alios curatores habebant, ut ex ipso Codino notum est p. 3; noster autem *sacellarius et sacellius* nomen hoc habent a *sacello;* et si primam originem repetere velimus, a *sacco*, ut supra probatum est.

Coronidis loco addamus et hoc *sacellarii* nomen eadem formatione et notione ne Latinis quidem ignotum fuisse. Ascribam verba Onuphrii ex libello de interpret. obscurarum vocum ecclesiasticarum : *Sacellarius, alias saccularius, a saccello pecuniarum quas erogabat dictus*, etc. *Hunc hodie thesaurarius repræsentat. Cujus muneris Bibliothecarius* (Anastasius) *sæpe mentionem facit. Dictus autem est a sacco saccularius, vel a sacello, id est parvo sacello, sacellarius; quæ vox apud Augustinum exstat in commentariis Psalmorum.* Hæc Onuphrius. *Sacelli* nomen pro thesauro seu ærario usurpat quoque Corippus De laudibus Justini IV, 334; ubi quem memorat, fuit Calinicus iste *sacellarius*, sed aulicus, non ecclesiasticus. S. Gregorius Magnus **126** l. IV, epist. 34, nominat se *sacellarium* Romanum. *Putavi interdum*, inquit Baronius (tom. VIII, anno Christi 595, num. 17) *in textu Gregorii pro sacellarium legi debere saccellarium, quasi a saccellis sumptum nomen, quod satis ipse Gregorius docet, dum ostendit sacellarium fuisse thesaurarium pecuniæ publicæ, cujus rei gratia oportuit ipsi creditos esse pecuniarum sacculos, ob idque sacellarium dictum esse. Huic meæ sententiæ suffragatur idem Gregorius in epistola ad Honoratum diaconum, ubi agens de solutione consuetæ pecuniæ pro dignitate consulari adipiscenda ait :* « *Magis ex se agat dilectio tua, quatenus oblatis in saccella consuetudinibus honores mereatur accipere.* » *Ubi per saccella certum est intelligi principis pecuniariam capsam, et proinde per saccellarium thesaurarium. In quam sententiam et Isidorus,* « *Fiscus, inquit, est saccus publicus.* » Sed nil opus ulla mutatione; nam et *sacellarius* est *saccellarius a sacello*, simplici *c*, vel a *sacella*, quam nobis paulo ante Corippus descripsit, quia Latini Græcos imitati aliquando alterum *c* expungunt. Idem ergo est *saccellarius* et *sacellarius*. Quapropter probare non possum ejusdem magni viri discrimen, quod statuit hunc in modum : Apud Latinos, si *saccellarius* scribitur a saccellis, thesaurarius ecclesiæ intelligitur; si vero per simplex *c*, *sacellarius* a sacello, qui scilicet *sacello* (cappelle) præest, significatur. Secus se res habet, ut ex dictis planum relinquitur. Vide etiam Cujacium, Observat. X, 27, ubi de *sacculario* a sacculo et *saccellario* a sacello multa scribit, etsi alio significatu horum nominum.

CAPUT IV.

De chartophylace.

P. 4. Chartophylacem male vocant Leunclavius et alii *chartularium* : nam *chartularius* alterius officii et inferioris nomen est, continenturque in nona pentade officiorum ecclesiasticorum: at *chartophylax* principem locum tenet, quippe quartus inter exocatacœlos. Junius Latine *præfectum chartis* nominat, nescio quam idonee. Ego libenter vocem retineo Græcam. Unde componatur et derivetur, liquet absque meo admonitu. Plus tamen significat quam ipsa vocabula fronte prima præ se ferant. Quocirca Balsamon in sua disceptatione de chartophylace refutat illos qui volunt chartophylacem παρωνυμίζεσθαι ἐκ τοῦ φυλάττειν μεμβράνας καὶ κωδίκια, quamvis si nomen præcise considerare velimus, hæc notatio a veritate non recedat : sed in impositione nominum monent sapientes non tam videndum esse *a quo*, quam *ad quid* nomen imponatur. Ea de causa licet a custodia *chartæ* nomen traxerit, longe tamen plura ad ejus curam et administrationem pertinebant : ipse enim sua in potestate habebat ἐκκλησιαστικὰ χαρτῶα δικαιώματα, *litteras in quibus jura et privilegia* **127** *Ecclesiæ continebantur;* uno verbo *archivum* dicere possis. Κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις, *judex omnium ecclesiasticarum causarum et matrimonialium controversiarum.* Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσειν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ, *quin et in cæteris clericorum causis cognitor et judex est, et tanquam dextra patriarchæ manus* ; quo nomine afficitur etiam a Balsamone, qui *chartophylacem os et labra* patriarchæ vocat, aitque esse patriarchæ id quod Moysi fuit Aaron et Baruch Jeremiæ; cujus chirotoniam et ordinationem copiose describit. Fieri namque consuerat cum impositione manuum et appensione βουλωτηρίου de pectore instar *rationalis* Aaronici dependentis, claviumque traditione, quorum omnium mysteria fusius enarrat Balsamon, ipse etiam hoc munere aliquando functus, ut testatur in disceptatione quadam matrimoniali l. VII Juris GR tom. I, fol. 458, qui et his verbis officium ejus exaggerat : Τὰς πατριαρχικὰς διαγνώσεις καλλιγραφεῖ καὶ ὑπογραφαῖς οἰκείαις καὶ σφραγῖσι κατεμπεδοῖ, καὶ

Digitized by Google

μεγάλου δικαστηρίου προκάθηται, καὶ δικαιοδοτεῖ κατὰ μὲν παντὸς ἀνθρώπου, καὶ οἵας ἂν εἴη τύχης καὶ φύσεως, περὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων καὶ σφαλμάτων ψυχικῶν διορθώσεως, κατὰ δὲ ἱερωμένων καὶ μοναχῶν περὶ πάσης ἐγκλημ̣ατικῆς καὶ χρηματικῆς αἰτιάσεως.

Etiam ante episcopos sedebat, quæ prærogativa cum multorum telis olim appeteretur, defensa est proprio edicto ab Alexio Comneno, quod Leunclavius edidit totumque recitat Balsamon in sua *Melete* seu disceptatione pro chartophylace contra protecdicum, qui et ipse chartophylaci litem de loco et statione moverat, sed Balsamonem patronum et advocatum non indisertum et in hoc munere satis exercitatum reperit ; quem solum ait ex toto τῶν προκαθημένων numero honestatum esse geminis ecclesiasticis ordinibus, nimirum *episcopatus* et *secreticis*, quia non modo causas temporales cognoscebat tanquam judex, sed et spirituales animæque salutem concernentes dijudicabat, eamque fere his in rebus potestatem habebat, qua nunc præditi sunt episcoporum nostrorum vicarii.

Olim quoque aurea tiara insignitus foras prodibat, licet hunc morem jam sua ætate desiisse Balsamon scribat. In festo tamen sanctorum notariorum maxime magnificus erat chartophylax; cujus gloriam ita describit Balsamon ad Photii Nomocanonem tit. 8, c. 1 : Ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἰδίκτου δικαιοῦται καβαλλικεύειν κατὰ τὴν λιτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. Ἔδει δὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὡς καλδηναρίου πατριαρχικοῦ σκέπεσθαι μετὰ τῆς χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ ἀπόκειται. Græci cardinalem vocant καρδινάριον, καρδινάλιον, καλδινάριον, mutato ρ in λ.

Suos habebat in hoc munere administros, et inter cæteros **128** duodecim notarios. Locus in quo jus dicebat, et quæ suæ functionis erant, tam asservabat quam peragebat, χαρτοφυλακεῖον dicebatur ; quod nomen reperies tom. I Juris Græco-Rom., fol. 256, et de notariis chartophylaci subservientibus mentio quoque fit fol. 249. Scribitur et χαρτοφυλάκιον a Suida, de quo hanc præscribit regulam, nescio quam veram : Τὰ παρὰ τὸ φυλάσσω πάντα διὰ τοῦ ῶτα γράφεται καὶ προπαροξύνεται, οἷον χαρτοφυλάκιον, θησαυροφυλάκιον, σκευοφυλάκιον καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, πλὴν τοῦ σιτοφυλακείου.

Porro cum Balsamon et alii chartophylacem omnibus omnino præponere videantur, sive negotiorum sive privilegiorum magnitudinem et multitudinem spectes, merito mirari possis, cur Codinus tantæ dignitatis virum quarto loco in prima pentade collocet. An ordinem dignitatis non servavit ? An et cæteri *exocatacœli* episcopis anteponebantur, tametsi diaconorum quasi munere fungerentur, sicut et jam in Ecclesia Romana diaconi cardinales antecedunt omnes episcopos ? Et certe isti *exocatacœli* videntur in Cpolitana Ecclesia quasi *cardinales* fuisse.

Coronidis loco addamus definitionem chartophylacis quam Turcogræcia affert fol. 203 ex Pachymere Augustano : Χαρτοφύλαξ ὁ πᾶσαν ὑπόθεσιν διάγων. Quæ tamen definitio restringenda, ne cæteris *exocatacœlis* nihil prorsus quod agant remaneat.

Apud Joannem Citrium proponitur hæc quæstio : *An liceat antistiti, præsente chartophylace, alteri cuivis committere potestatem signandi vel sigillandi* (τοῦ σημειοῦσθαι), *idque vel semper vel tantum semel aut aliquoties.* Respondet Citrius non licere : nam τὸ σημειοῦσθαι τὰ παρεμπίπτοντα, *signare quæ in dies incidunt, inviolabiliter chartophylacis officio annexum esse, nisi forte hujusmodi quid faciendum sit longe dissito in loco ; tum enim præsulem mittere posse quem velit. Absentis autem vel ægrotantis vicem obire commentariensem.*

De chartophylace ita scribit Anastasius Bibliothecarius in notis ad Actionem secundam synodi octavæ abs se in Latinam linguam conversæ : *Chartophylax interpretatur chartarum custos. Fungitur autem officio chartophylax apud Ecclesiam Cpolitanam quo bibliothecarius apud Romanos, indutus videlicet infulis ecclesiasticorum ministrorum et agens ecclesiastica cuncta prorsus obsequia, exceptis illis solis quæ ad sacerdotale specialiter ac proprie pertinere probantur officium. Sine illo præterea nullus præsulum aut clericorum a foris veniens in conspectum patriarchæ intromittitur ; nullus ecclesiastico conventui præsentatur ; nullius epistola patriarchæ missa recipitur, nisi forte a cæteris patriarchis mittatur ; nullus ad præsulatum vel alterius ordinis clericorum sive ad præpositurum monasteriorum provehitur, nisi iste hunc approbet et commendet, atque de illo ipsi patriarchæ suggerat et ipse præsentet.* GRETS.

129 [P. 4. Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ. Regia: Ὁ δὲ μέγας χαρτοφύλαξ οὐκ ἔστιν, ὥς τινές φασι, φύλαξ τοῦ σεκρέτου καὶ θυρωρὸς (τοῦτο γὰρ τῶν ὁστιαρίων ἐστὶν ἀρχαῖον ἐπάγγελμα), ἀλλ' ἔστιν ἐπισκοπικῶν δικαίων φροντιστὴς καὶ οἱονεὶ δικαίῳ τῶν ἀνηκόντων τῷ πατριάρχῃ. Alia ejus munia in Allatianis occurrunt. Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, ὅταν λειτουργεῖ ἀρχιερεύς, ἵσταται (ἀλλάσσει καὶ ἵσταται M) πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων (θυρῶν M). Λέγει ὁ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος, «Προσέλθετε τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ.» Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας. Ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς καὶ ἀποστέλλων τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος, εὐλογεῖν αὐτάς. (Ἔστιν οὖν καὶ εἰς μνηστείας ἀβ̣βαδῶνος γενομένου ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγράφει ὄνομα τοῦ ἱερέως τοῦ μέλλοντος εὐλογῆσαι τὸν γάμον. M) Ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον ἀρχιερέα. Ἔχων δὲ αὐτὸς χαρτούλην, ἀναγράφει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις καὶ αὐτὰς τῷ

Digitized by Google

ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. Adde (cum M) : Ἐν τῇ ἁγίᾳ μετ- A
αλήψει αὐτὸς λέγει, « Ἱερεῖς, προσέλθετε. » Ἔστι δὲ
καὶ ἐκ προσώπου ἀρχιερέως εἰς πᾶσαν κρίσιν διδό-
ναι τὰς ἀποφάσεις. Hinc ejus tribunal, de quo Ju-
ris GR. p. 258, episcopatus nomine decoratum a
Balsamone in 9 can. Trull. Ἐπεὶ δὲ τὸ μεγαλεῖον
τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν σέκρετα ἔχει
ὑφ' ἑαυτὸ, καὶ ἰδικῶς δὲ ὡρίσθησαν τῷ σεκρέτῳ τοῦ
χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια, καὶ ὁ κατὰ
κυρὸν χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δικαίῳ κατὰ καιροὺς
ἁγιωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ τούτῳ ἀνήκοντα ὡς
ἐπισκόπῳ (ἀφορίζει γὰρ, διορθοῦται ψυχικὰ σφάλ-
ματα, διακόνους καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι,
τὰ τῶν ἱερολογιῶν πινάκια ἐκτίθεται, καὶ ἄλλα
τοιαῦτά τινα), καλῶς ἐπισκοπεῖον κληθήσεται τὸ
χαρτοφυλακεῖον. Hinc ejus administri ἐπισκοπεια- B
νοὶ dicti Juris GR. fol. 171 et 172. De aliis ejus mu-
niis et privilegiis videndus Balsamon Meditato de eo-
composito Juris ejusdem GR. 7, acta et subsigna-
tiones ejus fol. 235 et 270, quos sibi titulos vindi-
cat, ipse chartophylax perorans in actis 6 synodi,
P. Francisci Combefisii diligentia propediem com-
plendis, eloquitur : Ὁ ἁμαρτωλὸς ἐγὼ καὶ πάντων
ἐλάχιστος Ἀγάθων, ἀνάξιος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ
τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης Ἐκκλη-
σίας, καὶ τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχικοῦ σεκρέτου πρω-
τονοτάριος καὶ καγκελλάριος δεύτερος. Unde vero
μεγάλου appellatio eidem accesserit, refert Canta-
cuzenus II, 1 : Τὸν χαρτοφύλακα ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο
(Ἀνδρόνικος) ἀπὸ τῆς τοῦ χαρτοφύλακος ἀξίας εἰς C
ἑτέραν μείζονα μετενεχθῆναι, αὐτὴν ἑαυτῆς ἐποίησεν
ἐντιμοτέραν, μέγαν χαρτοφύλακα προσαγορεύσας·
καὶ ἀπ' ἐκείνου ὡς δεῦρο τῷ χαρτοφύλακι σώζεται
τὸ μέγας. Legant hæc qui Græcorum miseriæ li-
bentius ac facilius insultaturi pristinæ eorum digni-
tati obtrectant, et vanæ imputant ambitioni ut offi-
ciis et dignitatibus non parce τὸ μέγας præponant,
et sæpe duo officia cæteroquin paria aliter non dis-
tinguant quam voeis τοῦ μεγάλου appositione. An
injurie vero factum ? An non ordo clarior, ubi
unus alium quadam eminentiæ præcedit nota ? Si
œconomus in ecclesia Blachernensi, si alius in Χρυ-
σοπηγῆς, cur Ecclesiæ Magnæ œconomus, ut iis di-
gnior vel ab eis dignoscendus, μεγάλου nomen re-
cuset ? Videntur, inquies, inanium titulorum cre-
pitacula. Verum si apud te imperatorum decreta
ecclesiasticas dignitates titulis istis augentia, si
nihil ipsius ecclesiæ splendor, si ratio jam prolata
nil obtineant, vide ne Latinam Ecclesiam paribus
probris objicias, ac non absimili ratione tibi sit ei
facili ad obloquendum ore conviciandum. GOAR.]

130 CAPUT V.

De sceuophylace et protecdico.

Sceuophylax est is quem multis in locis *custodem* appellant ; cui in supellectilem sacram arbitrium et auctoritas. Τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν ἔχει ὁ μέγας σκευοφύλαξ, inquit Balsamon. Nec aliter Codinus : Sceuophylax κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. Quidam vertunt *sacristam*, non incommode, nisi forsan refragetur judicium illius, qui res veteres novis vocibus significanter exprimi patienter ferre non potest. *Hinc* σκευοφυλάκιον, ubi sacrum instrumentum asservatur. Neque enim agnoscit Suidas σκευοφυλακεῖον convenienter regulæ suæ, de qua antegresso capite p. 125 in. GRETS.

[P. 4. *Ὁ μέγας σκευοφύλαξ.* Allatiana (et M) : Ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήκεται ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου, καὶ εἴ τι δ'ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροὺς καὶ ἀλλαγὰς, ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας, ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρευομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις, φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς κληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοὺς ταῦτα. His adjunge : Δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ, καί ἐστιν εἰς τὰς κρίσεις. Brevius Regia : Τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν πρόνοιαν ἔχει. GOAR]

Protecdicus vertitur a Bonefidio *primarius actor*. Rectius *primus defensor*. Ejus officium erat, teste Codino, τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, curam gerere captivorum. GRETS.

[P. 4. *Τοὺς αἰχμαλώτους.* Quos nimirum ipsi Christiani sibi volunt servos facere. Blastares c. 33 τοῦ Ε στοιχείου · Οἱ τῆς βοηθείας δεόμενοι, οὗτοι ἄρα εἶεν οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσπεφευγότες, ἐπηρείας δυναστῶν ἐκτρεπόμενοι, ἢ πρίν τι πταιτίσαντες ἢ εἰς δουλείαν ἑλκόμενοι καὶ ζητοῦντες ἐπικουρίαν, δι' οὓς καὶ οἱ ἔκδικοι γίνονται. De his Alexii Novella 11 Juris GR. l. II. Regia vero aliquoties citata : Ὁ πρωτέκδικος ἔχει τὴν οἰκονομίαν τῶν ἐκδίκων, καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ζητούντων τὴν ἐκκλησιαστικὴν βοήθειαν χάριν ἐλευθερίας καὶ τῶν λοιπῶν προσφύγων, εἴτε ἀντιποιεῖσθαι καὶ ἐκδικεῖν ἀπὸ τῶν ἐπηρεαζόντων αὐτούς. GOAR.]

Vocatur ab eodem κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων, judex controversiarum quæ in accusatione versantur. GRETS.

[P. 4. *Ὁ πρωτέκδικος.* Allatiana, ὁ πρωτέκδικος κριτὴς (ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως M) μετὰ δώδεκα (τῶν δύο M, qui infra : οἱ δύο ἔκδικοι κρίνουσι μετὰ D
τοῦ πρωτεκδίκου μικρὰς ὑποθέσεις) ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ (ἐρευνᾷ). Ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ. Ejus tribunal ad S. Sophiæ vestibulum : Εἰς τὸ προσκήνιον τοῦ νεὼ, ὁ πρωτεκδικεῖον κικλήσκεται. (Nicetas.) GOAR.]

Quocirca non probo descriptionem quam Turcograecia adducit fol. 218 : Ὁ πρωτέκδικος ὁ τοὺς πρόσφυγας ἀναδεχόμενος, *qui confugientes ad ecclesiam recipit*, ut interpretatur **131** auctor Turcograeciæ, sed male. Nam confugientium ad ecclesiam cura pertinebat πρὸς τὸν τοῦ σακελλίου, ut supra dictum c. 3. Itaque, si definitio hæc probanda sit, aliter explicari debebit, ut per πρόσφυγας intelligamus illos qui ex captivitate ad Christianos spe libertatis confugiunt, non autem illos qui confugiunt

Digitized by Google

ad ecclesiam tanquam ad asylum impunitatis gratia. Dicitur πρωτέκδικος respectu aliorum ἐκδίκων seu defensorum : plures enim erant ; ad quorum munus pertinebat quoque pauperum et infirmorum cura, ne opprimerentur a potentioribus, ut docet Balsamon in sua de chartophylace et protecdico disceptatione. Et olim quidem laici hoc officio fungebantur, postea tamen clericis commissum est. Protecdicum retulit inter exocatacœlos Xiphilinus patriarcha, ut c. 2 diximus : antea enim minoris subsellii magistratus erat. Ἐκδικεῖον apud Balsamonem locus est ubi οἱ ἔκδικοι, quæ muneris sui sunt, asservant, consultant et peragunt. Ἐκδίκησις est ipsa defensio seu τῶν ἐκδίκων actio. A

Observandum est etiam in Romana Ecclesia fuisse antiquitus *defensores*, unumque ex illorum numero præcipuum, qui *primus defensor* audiret. Quorum officium breviter describitur (verba Onuphrii refero) a Pelagio in *Rescripto* ad Antoninam patriciam, quæ postulabat monachum fieri *defensorem*, in quo ostendit officium monachi et *defensoris* convenire non posse: « *Illis enim*, inquit, *quies, oratio, labor manuum* (competit): *at iis causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, et quæcunque vel ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas poscit.* » Ex decreto Urbani patet procuratoris nomine intelligi quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia præpositum, œconomum, vicedominum, defensoris nomine advocatum sive castaldum et judicem, etc. Quorum quidam defensores sine adjectione, quidam defensores regionarii dicti sunt, quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps primicerius defensorum dicebatur, magnæ in Ecclesia Romana existimationis. Hæc Onuphrius in explicat. vocum ecclesiastic. Docet Baronius *regionarios defensores* institutos fuisse a S. Gregorio anno Domini 598, ut sicut erant septem *regionarii notarii* et totidem *regionarii diaconi*, ita etiam essent septem *defensores regionarii*, cæteris dignitate præstantiores ; de quibus qui plura cupit, is Baronium consulat anno Christi 598. GRETS. B C

[P. 4. *Συνόδῳ.* Non omnium vel ex cunctis provinciis episcoporum quorumdam simul coactorum concio σύνοδος est : conflant eam ex more pontifices in urbem advenæ. Ab ea tamen primi sex diaconi nequeunt abesse : οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ. Similibus in synodis, quæcunque lib. III et IV Juris GR. legis, sunt definita. GOAR.] D

Hæc de prima pentade officiorum et officialium ecclesiasticorum. GRETS.

132 CAPUT VI.

De secunda pentade officiorum et officialium.

[P. 4. *Ἡ δευτέρα πεντάς.* Quid est quod quinarium titulus superior, sicut et hic promisit, at non ita velut hic quinque officiales exposuit? Respondeo, protecdico quondam quinarii tertii primam sedem obtinente, prout Allatiani catalogi declarant in Euchologio, primum quinarium plures officialibus quinque non continuisse : at vero postmodum superioribus adnumerato, ne se dejectos quinarii secundi officiales conquererentur, primo visum est illum aggregandum. Ἀλλά γε, dixit in præcedentibus Matthæus Iatrus, καὶ πρωτέκδικος συναριθμεῖται τούτοις, senarium componeret, nisi quinarii nomen vellent esse retentum. Rationem profert Joannes Citrius Resp. 8 Juris GR. l. v : Τὸ δὲ τοῦ πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἔκπαλαι, ὕστερον ἐν τοῖς ὑπερέχουσιν συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου ΚΠ. Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. Promotionis origo fuit lucrum ex hujusmodi ortum officio, quod nullus nisi invitus deserebat, ut volente patriarcha superiorem locum teneret : vel ambitus honor suggessit evectionem, ne qui officio ditescebat, semper in humili sede jaceret. Vide Balsamonem in can. 34 Carthagin. GOAR.]

In secunda continentur 1 protonotarius, 2 logotheta, 3 ὁ κανστρίσιος, 4 referendarius, 5 ὁ ὑπομνηματογράφων. GRETS.

[*Ibid.* *Ὁ πρωτονοτάριος.* Explicant ejus officium Allatiana : Ὁ πρωτονοτάριος ἱστάμενος ἐν τῷ ἀγίῳ βήματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑψώσεως δίδοται νίψιμον τῷ ἀρχιερεῖ, κρατῶν καὶ τὸ δικήριον. Γράφει δὲ ὅ τι ἂν βούλεται ὁ ἀρχιερεὺς μηνύματα εἰς πάντα ἄρχοντα. Ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τοὺς νομικοὺς δι' ἑαυτοῦ, σκεψάμενος δὲ καὶ συμφωνήσεις, πράσεις, διαθήκας καὶ ἐλευθερίας. Καὶ ἀναφέρει τὰς εἰσερχομένας ὑποθέσεις τῷ ἀρχιερεῖ. (M : Ὁ πρωτονοτάριος εἵστηκεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ κρατῶν τὸ καλαμάριον αὐτοῦ παρίσταται ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ γράφει ὁ τοιοῦτος εἴ τις χρεία ἐστίν. Ἀναθεωρεῖ καὶ τοὺς νομικούς, γράφει καὶ διατάξεις, καὶ ἐλευθερίας, καὶ προστάγματα καὶ τὰ τούτων ὅμοια.) GOAR]

Post exocatacœlos primus est protonotarius, inquit Joannes Citrius. Ex quo liquet, quare vocetur θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων, nimirum quia proximus a primis est et quasi janua seu primus ingressus ad exocatacœlos. GRETS.

[*Ibid.* *Θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων.* Eo quod officium adeptus inter omnium supremos et ἔξω τῶν κατακοίλων incipiat numerari. Protecdico vero nondum evecto superius erat adhuc protonotarius θύρα τῶν ἔξ κατακοίλων, janua ad numerum sex illorum patriarcha inferiorum attingendum. At de exocatacœlis uberius alibi loquemur. Est et catalogus in Euchologio protecdicum exocatacœlorum, protonotario rejecto, recensens ultimum ; verum orta inter eos lite, pacem, quam citius, pro libito patriarcha conciliabit. GOAR.]

Hinc evanescunt commenta Junii, qui de *janua* seu *thyra* multa nugatur *ex usu* non *Orientalium*, sed suo. Ait θύραν seu januam dici, *quisquis aditum ad superiorem præbet ; quem Latine*, inquit, *cum Festo admissivum aut cum recentioribus admissionalem commode nuncupaveris.* Quo fit ut ex

Digitized by Google

protonotario faciat *ostiarium* seu janitorem *exocatacœlorum*. Quis autem unquam audivit **133** protonotarium esse θυρωρόν seu ostiarium? Θύρα igitur, hoc est *janua*, nominatur, non quod sit *janitor* seu *admissionalis*, sed quia est proximus ab exocatacœlis. Nec est quod Junius a *Janizaris* subsidium petat: alii enim nomen hoc non a *janua*, sed ab alio longe diverso vocabulo deducunt, ut in Pandecte Turc. videre licet.

Illud insuper festivum est, cum ait *protonotarii fuisse ut quæ foris a catacœlis vel per catacœlos ad patriarcham afferebantur, ea acciperet*. Quo auctore hoc affirmas? Nam dicenti duntaxat si crederemus, omnia crederemus, etiam aperte falsa. *Protonotarii* fuit curare *pittacia*, ut inquit Codinus. *Pittacia*, ait Cujacius ad tit. 37, lib. XII cod. Justinianei, *sunt rationes et commentarii annonarum militarium. Eodem nomine significantur etiam epistolæ, album, notaria*. Ita in jure civili: hic *militares annonæ* locum non habent. Est ergo πιττάκιον proprie quod nos vocamus, ecclesiastica consuetudine et appellatione, *breve* hinc *breve* apostolicum, et Germanicum *brief* pro epistola, et in Annalibus Latino-Barbaris *brevigerulus, ein briefträger*, seu *breviculum* seu *breviarium*, unde Germanicum *brevier* formarunt, pro libro sacerdotali ex quo horæ canonicæ persolvuntur. Occurrit hæc vox *breve* aliquoties in legibus Francicis et in synodo Meldensi can. 4. Glossarium: Πιττάκιον, *pittacium, brevis*. Anna in *Alexiade* sua: Καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τηνικαῦτα προὐτίθετο· βρεβία ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει ὄντα κειμήλια. Hæc notavit Pithœus ad leges Francicas. Hujusmodi ergo *brevibus* conficiendis præerat protonotarius, et posset forte ὁ εἰς τὰ πιττάκια unico et etiamnum ecclesiasticis functionibus usitato vocabulo dici *abbreviator* vel potius *breviator*; qua voce utitur etiam Justinianus Novell. 105. Est etiam *breve*, et per consequens *pittacium, inventarium*; quod ab Optato l. I vocatur *commemoratorium*. Item *brevis: brevis*, id est index, *auri et argenti Cæciliano traditur, adhibitis testibus*. Et absolute indicem et summariam rei comprehensionem significat. Inde in legibus Francicis et apud Nithardum Histor. l. IV verbum *inbreviare*, hoc est aliquid in breve seu inventarium referre. De pittacio vide etiam Heribertum Rosweidum nostrum in Onomastico ad Vitas Patrum. Zonaras in concilii Carthaginensis canones: Βρέβιον ἡ ἐπιτομὴ λέγεται καὶ σύντομος γραφή. Βρεβίω γὰρ κατὰ Λατίνους τὸ τέμνω, καὶ βρεβίτας ἡ συντομία.

P. 4. De origine vocis πιττακιον hæc Moschopulus: Πεττύκια Δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων, ἀφ' οὗ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. GRETS.

[Moschopulus πεττύκια Dorice pronuntiat, et *membranas* sive pellicean chartam sive pergamenum significat. In eodem sensu audies vulgus Græcorum λεμπρηνόν dicere. Nonnunquam tamen *diploma tabulas breve codicillos* refert; tumque materiam

A ne contempleris, sed in scriptis lectisque tibi sistendum. GOAR.]

134 Etiam Latinæ Ecclesiæ protonotarius usitatus fuit, qui et primicerius notariorum; de quo vide Onuphrium in Explicat. vocum obscurarum ecclesiast.

Sequitur *logotheta*, quem Nicetas l. VII rerum a Manuele gestarum Latinis ait esse *cancellarium*, qui a *cancellis* nomen habet, ut ipsum nomen satis indicat. *Erat moris*, inquit Casaubonus in Flavium Vopiscum, *ut principum et magistratuum secreta (ita vocarunt loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant) in aditu primo vela et deinde cancellos haberent: Græci hos vocant* κιγκλίδας, δρυφάκτους, *ut et Cassiodorus fenestratas*
B *januas. Qui vela servabant, velarii dicti, qui cancellos, cancellarii. Vox non admodum antiqua, nec multo ante Vopisci tempora cœpta usurpari. Cancellariorum præcipuum munus erat, ut ad cancellos hærerent, admissiones curarent, et ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, audiretur prospicerent. Simillimum munus hodie in curia eorum qui ostiarii dicuntur; quare ut re, sic et nomine conveniunt, quod acceperunt hi ab ostio, illi a cancellis qui pro ostio erant*. Hæc origo nominis, quod successu temporis amplissimæ dignitatis tam in Ecclesia quam in regum et principum aulis indicium esse cœpit. Vide Onuphrium lib. jam sæpius citato, et Cujacium in Paratitlis ad lib. I. Cod. Justinianei, tit. 51.

C Redeamus ad logothetam; qui a ponendis seu discutiendis rationibus hoc nomen traxit. Hinc *discussor rationum* a quibusdam appellatur; et forte non male *rationalem* vocaveris, etsi *rationalis* generali notione quivis procurator dicitur, ut docet ad Lampridium et Capitolinum Casaubonus. Sed nil vetat generalem notionem restringere, præsertim cum Codinus dicat logothetam esse εἰς τὸ λογογραφεῖν, *ad conficiendas et scribendas et discutiendas rationes*. Talis profecto nec male nec absurde *rationalis* appellabitur. Hinc etiam non inepte appellabitur λογογράφος: si enim ejus est λογογραφεῖν, cur non παρὰ τὸ λογογραφεῖν appellaretur λογογράφος? Non ignarus sum quid in codice Justinianeo lib. X, l. 1, de logographis decernatur, et quid
D ad illam quoque legem tradat Cujacius: sed nos ecclesiasticarum duntaxat appellationum vim et originem hoc loco indagamus et pro viribus explicamus. GRETS.

[P. 4. Ὁ λογοθέτης. Hæc de illo Allatiana: Ὁ λογοθέτης ὑποκρατῶν τὴν βοῦλλαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἴ τι ἂν γράφει ὁ ἀρχιερεὺς, σφραγίζεται παρ' αὐτοῦ. Ὁμοίως καὶ εἰς πᾶσαν εἴσοδον τῆς ἐπισκοπῆς. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χρίσεις. Præterea κρατῶν καὶ τὸν δίσκον μετὰ τοῦ ἁγίου ἀντιδώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διδομένου τοῦ κατακλαστοῦ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. Quale patriarchæ sigillum et qualis fuerit ejus subscriptio, hæc loca ἐκ τῶν σημειώσεων καὶ σιγιλλίων, *ex publicis instrumentis et brevibus sigillatis* demonstrant Juris GR. p. 236: Εἰς εἴδησιν

Digitized by Google

εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουνίῳ, ἐπινεμήσεως πέμπτης, διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρός. Ἀπῃώρητο δὲ καὶ κάτωθεν μολιβδίνη βοῦλλα, ἔχουσα ἐν μὲν τῷ ἑνὶ μέρει τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον παλάμαις φέρουσαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ γράμματα ταῦτα, « Γερμανὸς ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος **135** ΚΠ. νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. » Mensem itaque et indictionem propria manu scribebat ille, nomen bullæ sive sigillum indicabat. Hæc véro modo plumbea modo cerea coloris viridis fuit. Vidisti plumbeam : adverte modo ceream. P. 240 : Εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινεμήσεως η', καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγῖδα. P. 242 : Εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινεμήσεως η', διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρὸς, καὶ τὴν συνήθη μολιβδίνην βοῦλλαν. P. 256 : Ἐν ὑπομνήμασιν ἐκτιθέντα τῇ συνήθει διὰ μολίβδου σφραγῖδι ἐβεβαιώθη, καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἐπινεμήσεως ια', ἔτους ,ϛφλϛ'. Animum porro non apponebat patriarcha ; hic ceu exemplo tantum adjungitur. Et p. 259 : Τῇ διὰ μολίβδου σφραγῖδι ἐπιστώθη καὶ ἐπεδόθη μηνὶ Νοεμβρίῳ ἐπινεμήσεως ια' ἔτους ,ϛφλϛ'. Est insuper alius Cantacuzeni de sua coronatione loquentis insignis locus, III, 36 : Πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τὴν ἀξίαν ἀμείβειν οὐκ ἐνῆν, εἰς σεμνότερόν τι περιέστησε τὸ σχῆμα, καὶ ἐν τε ταῖς ὑπογραφαῖς ἠρανέῳ χρώματι ἐχρῆτο· *colore inter cæruleum et viridem medio usus est*, Cæsarum videlicet more. Gradus enim hic est inter colores ut primus sit purpureus, tum ruber sive flammeus, tertius violaceus, quartus cæruleus, deinde subviridis sive cæsius ; sequitur viridis purus, qui prasinus, quem excipit citrinus etc. ; de quibus c. 3. Goar]

P. 4. Addit Codinus ejusdem logothetæ fuisse τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Junius vertit : *Logotheta rationibus et quidem rationibus ad populum principemque sacerdotum pertinentibus præscribendis præest.* Male : vertendum enim : *Logotheta præest discutiendis et conscribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe quam qui ex ordine ecclesiastico.*

Exstat apud Joannem Citrium quæstio, ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι τίς πρῶτος καὶ τίς δεύτερος, etc. Responsio est : Primus est magnus œconomus, secundus magnus sacellarius, etc. Isti enim, et alii quos Citrius commemorat, habebant ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, horumque negotia sunt et appellantur ἀρχοντικαὶ ὑποθέσεις, non autem illa tantum, quæ ad ipsum patriarcham seu episcopum pertinent. Grets.

[*Ibid.* Optime interpres τοὺς ἀρχοντικοὺς ad ordinem ecclesiasticum pertinere æstimat : quo gradu vero non apposuit. Sunt igitur ἀρχοντικοί, qui habent ὀφφίκια ἀρχοντικὰ ecclesiæ CP. clerici ; quos Jus GR p. 215 et 269 vocat δεσποτικοὺς ἄρχοντας, eo quod patriarchæ obsequio mancipati (is enim δεσπότης est) procerum Ecclesiæ supremum attingant gradum. Ὑπόθεσις porro non rationem, sed *negotium* indicat. Simon Portius : ὑπόθεσις, ὕλη, ὑποκείμενον. Goar]

Cæterum infra c. 5 ita describit Codinus magnum logothetam, ut prorsus in cancellarios nostros descriptio illa competat. Ait enim magni logothetæ esse *curare imperatoris mandata et litteras ad reges, sultanos et toparchas.*

Ibid. Post logothetam adest *canstrisius* ; quem Boneffidius in Jure suo Orientali vocat *castrensem*, male : nil enim loci *castrensi* in ecclesia et ecclesiasticis officiis. Dicitur ergo *canstrisius* quasi *canistrius* a *canistro*. Jus ei erat εἰς τὸ κάνστριον, inquit Codinus, *in canistrum*, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν ἀρχιερέα. Ejus etiam munus erat patriarcham seu episcopum, quando vestes in re divina peragenda **136** mutandæ erant, adjuvare et induere una cum hieromnemone : sic enim Joannes Citrius : *Hieromnemonis officium* διακόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήκει, ἐπειδὴ συνυπουργός οὗτός ἐστι τῷ κανστρισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱεροπρακτεῖν. Itaque *canstrium* nihil aliud videtur hic esse quam vestiarium seu locus vestium sacrarum, et ipse *canstrisius* nihil aliud quam is qui inter palatinas dignitates appellatur *vestiarius*. Fuit et in Romana Ecclesia peculiaris *vestiarii* dignitas et officium, ut ex Anastasio Bibliothecario docet Onuphrius. In Turcogræcia fol. 285 dicitur κανστρίσιος, *qui in liturgia tenet* τὸ κάνστριον τῶν θυμιαμάτων, *quod ego turibulum interpretor*, inquit auctor. At inscite : quis enim unquam audivit κάνστριον esse turibulum ? nisi forte etiam canistrum sit turibulum : nam a *canistro* seu diminutivo *canistrio* fit *canstrion* per syncopen, idemque est quod κάνεον, contracte κανοῦν, ita ut κανστρίσιος integre sit κανιστρίσιος, *præfectus canistrio* seu *canistro* ; cujus præfecturam extendit quoque Junius ad *penariam*. At nobis, et ipsi etiam veritati, nisi fallor, satius videtur *canstrisii* officium vestiario circumscribere, et *canstrii* nomine nihil aliud accipere quam locum ubi vestes pontificales asservabantur, uno verbo *vestiarium*. Grets.

[P. 4. Καναστρήνσιος quoque, nec non καστρίνσιος et καστρήνσιος scriptum reperies, ac pro variis Græcis characteribus Latinis quoque varie redditum. Sensus requiratur, ubi vix juvat character. Κανστρίσιον ἀπὸ τοῦ κανστρίου dictum video ; κάνστριον vero panis benedicti *lancem*, vel potius turis *arculam*, vel denique *canistrum* recipiendis patriarchæ vestibus idoneum interpretor : κανοῦν enim idem quod πινάκιον vasculum apud Nicetam, pro variis lectionibus. Allatiana (et M) de canstrensio : Ὁ κανστρήνσιος ἀλλάσσων τῷ ἀρχιερεῖ τὴν αὐτοῦ στολὴν, κρατῶν δὲ καὶ τὸν θυμιατὸν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, καὶ τὸν ἀέρα (velum calicis et disci) ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ, ῥαντίζων καὶ τὸ ὕδωρ εἰς τὸν λαὸν ἐν τῷ τριαδικῷ ὕμνῳ, κρατῶν δὲ καὶ τὸ κιβώτιον τῶν ἀρωμάτων, καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις. Goar.]

Referendarius a referendo nomen trahens hodie etiam in ecclesiæ usu manet : mittebatur ex officio

Digitized by Google

ad imperatorem καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. Male Junius *ad sacerdotem maximum* : nam ὁ μέγας ἄρχων dignitas erat palatina, ut clarum ex ipso Codino c. 2. GRETS.

[*Ibid.* Súidas : Ῥεφερενδάριος Ῥωμαϊκὸν ἀξίωμά ἐστιν, ἤγουν ἀναφορεύς. Nicetas in Alexio secundo : Τοῦ πατριάρχου στείλαντος εἰς τὴν δέσποιναν τὸν ἑαυτοῦ ὑπηρέτην, ὃς ἐκ τοῦ προβάλλειν εἰς τὰ ἀρχεῖα καὶ διαπορθμεύειν τοῖς βασιλεῦσι τὰ βουλητέα καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἐκεῖθεν αὖθις μεταφέρειν παλατῖνος ὠνόμασται. Allatiana : Ὁ ῥεφερενδάριος ὁποστελλόμενος εἰς (ἄρχοντας καὶ M) μεγάλους ἀνθρώπους μηνύματα παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως φέρει, καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις. GOAR.

Ibid. *Ὁ ὑπομνηματογράφων.* Latine *a commentariis* seu *commentariensis, scribendis commentariis præfectus*, qui Græcis etiam ὑπομνηματογράφος et κομενταρίσιος. Nomen officii non tantum ecclesiastici, sed et politici, saltem apud Latinos, de quo multa Baronius ad Martyrolog. tom. XXVII die Martii. Bonefidius vertit *actuarium*. GRETS]

137 [P. 4. Allatiana : Ὁ ὑπομνηματογράφος καθεζόμενος εἰς ψήφους ἐπισκόπων, καὶ γράφει, εἴ τι αὐτὸν ὁρίσωσιν ἀληθῶς (οἱ ἀρχιερεῖς M qui addit : ἔστι δὲ οἰκέτης τῆς δευτέρας πεντάδος). Joannes Citri episcopus in Resp. juris GR. l. v : Νοσοῦντος μέντοι τοῦ χαρτοφύλακος ἢ ἀποδημοῦντος ἀντ' ἐκείνου τῷ ὑπομνηματογράφῳ ἀνείται ἡ ἔκθεσις καὶ ἀνάγνωσις τῶν τοῦ χαρτοφυλακικοῦ σεκρέτου ὑπομνηματισμῶν. Ex quo ejus munus chartophylacis officio videtur conjunctum et operas etiam habere connexas. GOAR.]

Porro Joannes Citrius in suis responsis alio ordine collocat et enumerat has ecclesiasticas dignitates. Nam post exocata cœlos primo loco ponit protonotarium, secundo ὑπομνηματογράφον, tertio logothetam, quarto canstrisium, quinto hieromnemona, qui apud Codinum primus est in pentade tertia, sexto referendarium, qui in pentade secunda quartum locum tenet. GRETS.

CAPUT VII.

De tertia pentade officiorum et officialium.

P. 5. Tertiæ pentadis primas tenet ὁ ἱερομνήμων, qui Bonefidio *sacrorum memorialis* et uno verbo *sacrimemor*, Junio deterius *sacrorum præsul*. Ego Græcum retinendum censeo, quando nulla vox Latina satis apta suppetit. GRETS.

[*Ibid.* Allatiana rursus : Ὁ ἱερομνήμων κρατῶ νὲν τῇ παραδόσει (φυλακῇ M) αὐτοῦ τὸν κώδικα (τὸ κοντάκιον M) τῆς ἐκκλησίας βουλλωθέντα παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τοῦ ἀρχιερέως ἐμβαλάντιον. Καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος, μᾶλλον ἐγκαινίζει ἐκκλησίαν νέαν. Σφραγίζει δὲ καὶ ἀναγνώστας. Hunc Græci volunt esse diaconum, cum subserviat pontifici, cui diaconi ex officio debent ministrare. Vide Citrium apte et erudite de hoc disserentem loco superiori nota citato. GOAR.]

De ejus officio hæc Citrius : *Hieromnemonis officium ad diaconum necessario pertinet. Nam hic simul cum canstrisio subservit induendo sacris vestibus sacrificaturo pontifici. Si vero hieromnemon sit sacerdos, solo nomine* ἱερομνημονεῖ : *neque enim ei licet* ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν τηρεῖν. Videtur dicere hieromnemona pontifice sacris operante non posse diaconi officio fungi, si sit sacerdos, et sic solo nomine hieromnemona esse. Quod Citrius hausit ex recentiorum Græcorum erroribus, qui reprehendunt Latinos quod in eorum Ecclesia sacerdotes sæpe fungantur munere diaconi, dum sacrosanctum missæ sacrificium offertur. *Improbe profecto*, inquit Manuel Caleca contra Græcos IV, 21 : *ignorant enim, quia is quidem qui quod majus est habet, etiam quod minus est ejusdem generis habet necessario, non autem e converso. Homo enim rationalem habens animam sensibilem quoque et vegetabilem sub ea habet : neque tamen, quæ vegetabili anima utuntur, sensibili etiam et rationali potiuntur. Atque itidem in aliis, sive humana sive divina inspicere quis velit.* **138** *Nempe et Dominus, secundum hominem primus exsistens et maximus sacerdos, non ideo, quia ministri habitum et ministerium pedes abluendo monstravit, sacerdotii confudit ordinem. Et hic igitur sacerdos, quoniam inferioris sacerdotii gradus in se ipso continet, constat quia omnibus quæ sub se sunt legitime utetur.* Hæc præclare Caleca, apud quem plura leges, si velis.

Addit ad extremum Citrius injuste facere illos pontifices, qui hieromnemoni testimonia de vita et moribus eorum qui ad sacros ordines aspirant discutienda et examinanda tradunt : hoc enim pertinere ad officium chartophylacis.

Codinus hæc tria hieromnemoni tribuit, βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τοῦ ἀρχιερέως, *videre vota*, hoc est *suffragia, in electionibus, pone sacerdotem summum*, vel a tergo summi sacerdotis, hoc est patriarchæ ; deinde κρατεῖν τὸν ἐνθρονιασμόν, *habere jus collocandi electum in throno*, seu, ut vulgo loquimur, *inthronizandi ;* tertio κρατεῖν καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας, habere etiam jus *auspicandi seu canendi contacium in ordinatione cantari consuetum.* Ita quidem Junius, cui, quod κοντάκιον *canticum* interpretatur et hic fol. 10 et fol. 114, assentiri prorsus non possum. *Canticum* enim generale est : quidquid enim cani potest, id utique recte dici potest *canticum*. At κοντάκιον est peculiare quoddam genus, ut patet ex Græcorum libris ritualibus, sicut et apud eosdem εἱρμοί, *troparia, canones, odæ, theotocia*, στιχηρὰ, καθίσματα, προσόμοια, etc., peculiaria quædam sunt ecclesiastici ritus modulamina ; quemadmodum etiam apud Latinos *versus, versiculi, antiphonæ, graduale, tractus, sequentia* et similia tam in divino missæ sacrificio quam extra in precibus ecclesiasticis usitata. Quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur.

Secundo vehementer dubito, num βλέπειν εὐχάς

Digitized by Google

sit illud quod vult Junius : nam εὐχὰς pro *suffragiis* accipi apud Græcos, etiam receptiores, nescio num exemplo aliquo demonstrari queat. Latine quidem vulgo accipimus *vota* pro *suffragiis* : sed nescio num Græcis hæc notio recepta sit ; certe vix credo. Et quid tandem illud est, *pone sacerdotem vota seu suffragia inspicere ?* nisi istud ὄπισθεν usurpetur pro *post*, ut sensus sit, post pontificem inspici suffragia, quæ Græcis et ipsi Codino passim ψῆφοι, ab hieromnemone. Nec per εὐχάς intelligi arbitror τὰς ἐγγραφὰς τῶν μαρτύρων, scriptas testium depositiones de vita et moribus ordinandorum, quarum examen ait Citrius commissum ex imperitia aliquorum hieromnemoni. In eam igitur sententiam inclino εὐχὰς significare apud Codinum preces seu precationes, eumque nihil aliud velle quam hieromnemonem tanquam diaconum pontifici in liturgia sacras preces recitanti pone assistere, eo modo quo etiam apud nos diaconi assistere sacrificantibus et preces quas recitant aspicere et folia itidem vertere solent. GRETS.

[P. 5. Qua de causa τὸν κώδικα τῆς ἐκκλησίας penes se tenet, patriarchicum **139** videlicet cæremoniale vel euchologium, orationum promptuarium, ut quæ sunt agenda dicendave suggerat. GOAR.]

Enthronismus seu enthroniasmus et jus *contacii* in chirotonia, hoc est ordinatione seu inauguratione, distincta sunt a priore munia. GRETS.

[P. 5. Reliquiæ sub altari reconditæ in ecclesiæ consecratione ἐνθρονίζονται, teste Euchologio in eodem officio. Ipse episcopus consecratione peracta sedens cum presbyteris ἐν συνθρόνῳ, *in throno altare circumambiente*, rursus ἐνθρονίζεται vel ἐνθρονιάζεται. Idem demum ad præsulatum primum evectus, concessamque sedem recenter occupans, verius ἐνθρονιάζεται : unde Cedrenus in Constantio τὸν μὲν inquit Παῦλον ἐξορίζει, τὸν δὲ Μακεδόνιον ἐνθρονιάζει. Lego quam dilucide Juris GR. p. 431 ἐνθρονισμόν pro *sportula*, quæ pendebatur ab episcopo pauperioribus clericis, cum in solium collocaretur : satius tamen asseram vel litteras ecclesiæ consecratæ, vel similes ipsius episcopi consecrati testes, vel denique ipsum ordinandi episcopi ac in solium collocandi ritum esse ἐνθρονιασμόν. Ea de causa observo hieromnemonem adhuc tenere, prout subditur. GOAR]

Ex his quæ de contaciis et εὐχαῖς diximus, quivis eruditus nullo negotio judicium feret de illis quæ commentatur in scholiis suis Junius fol. 248, 249 ; quotiescunque enim *contacium cantionem* seu *cantationem* vertit, toties hallucinatur, nec ullo ex loco Codini verum et solidum errori suo patrocinium invenire potest.

Ascribam hic Anconitani cujusdam origine Græci judicium de contacio, cujus tam frequens in ritualibus Græcorum libris et in Codino mentio, qui super hac re rogatus hunc in modum rescripsit : **Κοντάκιον *non Latinam vocem, sed Græcam esse arbitror, licet vernaculam* Κοντόν *enim hodie Græcis*** A *est* τὸ βραχύ, τὸ σύντομον καὶ συνεσταλμένον, *id est breve, compendiarium et contractum. Proinde a brevitate canticis ejuscemodi nomen inditum puto, non quidem quod omnium brevissima, sed quod inter brevissima sint. Hujusmodi vero nomenclatura nulli mira videatur, cum in Græcorum ritualibus huic similes multæ reperiantur, imo etiam nonnullæ voces quæ vel Latinæ omnino sunt vel Latinis affines et ab illis quasi deductæ ; cujusmodi sunt* ὡράριον, μανουάλιον, φακέλλιον *et similia. Quin etiam si tempora et ætatem* τοῦ ποιητοῦ τῶν κοντακίων *scrutemur, nomen* τοῦ κοντακίου *haud insolens videbitur, cum Romanus diaconus Emesenus, ut habetur in Menæis Græcorum mense Octobri die prima, primus* τῶν κοντακίων *auctor et concinnator* B *Anastasii imperatoris ætate, id est circa annum Domini quingentesimum, floruerit, quo tempore pene corruptus et adulteratus erat Græcus sermo, ut hoc idem nomen ostendit et ejus ætatis locutio.* Et hæc quidem recte ac docte Græcus iste.

Cæterum κοντάκιον adhuc unam notionem subjectam habet : significat enim etiam librum seu volumen seu codicem. Balsamon ad Marcum patriarcham Alexandrinum, Respons. 5 : Ἔχοντες τῶν συνήθων ἁγίων εὐχῶν ἀπαράλλακτα, ὡς μεταγραφέντα ἐκ κοντακίων καλλιγραφηθέντων, διὰ γραμμάτων Ἑλληνικῶν. Ἀπροσδιονύσως **140** trahitur a Glossario ad hanc notionem contacion de quo Codinus c. 7 ψάλλοντες τὸ κοντάκιον : nam hic *contacion* non est codex seu volumen seu liber, C sed odarium sacrum, nempe illud cujus initium, Ἡ παρθένος σήμερον. Sic apud Citrium in Responsis ad Cabasilam (ἄρχων τῶν κοντακίων) per *contacia* non codices, sed sacras odas accipe. In nostro tamen proposito non injuria dubitari posset, num contacion librum an odarium significet : videtur enim τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας esse liber ritualis, in quo ordo chirotoniæ seu sacræ ordinationis insit, quem hieromnemon teneat. Nihil definio, sed solum suspicionem meam promo. Hæc de contacio, quod sæpius nobis occurrit. GRETS.

[P. 5. *Τὸ κοντάκιον χειροτονίας · Ordinationum omnium ordinem ac earum ritualem librum* : illum enim κοντάκιον hic manifestat, quamvis alibi *librum* D missalem vulgo indicet, vel etiam brevem modulum inter officia divina decantandum, de quo nos abunde in Euchologicis. GOAR]

P. 5. Secundum locum in hac tertia Pentade obtinet ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, *minister a genibus*, χρεμῶν τὸ ἐπιγονάτιον τοῦ ἀρχιερέως, *appendens genuale patriarchæ seu summi sacerdotis.* Ita Junius ; qui etiam τὸ ἐπιγονάτιον vocat *instratum genuum, quia*, ut inquit, *cum patriarcha circumferebatur, ut perpetuum ipsius ad fundendas preces officium significaretur.* Mystica explicatio, eaque propter pulchra et festiva. Forsan idem mysterium significatur per pulvinum, qui principum genibus subjici et in eum usum circumferri consuevit.

Addit Junius : *Hoc autem* ἐπιγονάτιον *appendebatur*

Digitized by Google

non patriarchæ, sed pluteo seu pegmati in quod procumbere solebat oraturus, ut magnatibus fieri solet. Mirum, si ita est, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. Logi meri. Ἐπιγονάτιον, quod in ritualibus Græcorum libris etiam ὑπογονάτιον appellatur, una est ex vestibus quibus episcopi sacrificium peracturi induuntur, dependens a lumbis super genua; unde etiam *supergenuale* nominatur. Qui igitur pontificem hoc ἐπιγονατίῳ ex officio amiciebat, is erat ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων.

Ascribam verba Balsamonis, quibus imperitia Junii proscribetur. Exstant responsa quædam Balsamonis tom. I Juris GR. ad nonnullas quæstiones, inter quas et hæc fol. 381, *an licite sacerdotes, qui hegumeni seu antistites sunt, item protopapas et episcopus, epimaniciis et epigonatiis condecorentur.* Respondetur: Τῶν ἐπιμανικίων καὶ ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐσθῆτα μίτρας ἀρχιερεῦσι περιλοτίμηται, *sacratissimus epimaniciorum et epigonatiorum amictus solis episcopis concessus est tanquam figuram Domini et Servatoris nostri Dei Jesu Christi gerentibus, et hinc etiam peccata remittentibus, et alia ad imitationem Christi facientibus quæ sacerdotibus non sunt concessa. Quare neque epimaniciorum neque epigonatiorum amictu insigniuntur. Nam epimanicia typus sunt vinculorum, quibus Christi manus colligatæ fuerunt quando ad passionem tendebat. Epigonatium autem (supergenuale vocat interpres) figura est ἐντεῖ, quod induit Dominus cum* **141** *discipulorum pedes lavit. Quemadmodum igitur episcopis non conceduntur ea indumenta quæ patriarchis concessa sunt, ut saccus et polystaurion, vestis crucibus undequaque conspicua, ita nec ea privilegia quæ episcopis concessa sunt ad sacerdotes transferri possunt.* Hæc Balsamon. Ex cujus verbis liquet epigonatium episcopale vestimentum seu indumentum esse, non autem id quod Junius lectoribus venditat. GRETS.

[P. 5. Ἐπιγονάτιον ornamentum est ecclesiasticum, plus quam palmare, et quadrum, ex angulo et fune serico zonæ appensum, ac genu sinistrum, unde illi nomen datum, obumbrans, ut Ecclesiæ sponsum gladio super femur accinctum et armatum adumbret; ejusque soli pontifices ac præcipua dignitate præclari nacti sunt usum; et ab eo, qui pontificum zonis affigit minister, ὁ ἐπὶ, vel ut alii, ὑπὸ τῶν γονάτων appellationem hic accipit. De quo Allatiana: Ὁ ὑπὸ γονάτων, ὅταν ἀλλάσσουσι τὸν ἀρχιερέα, φορεῖ αὐτῷ τὸ ὑπογονάτιον, κρατῶν δὲ καὶ τὸν ὄπισθον ἐν τῇ λειτουργίᾳ διδομένου παρ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου ἄρτου τῷ λαῷ. GOAR.]

Vocatur etiam γονάτιον quasi *genuale*. Cabasilas in Glossario: Καὶ τύπον τινὰ ῥομφαίας περιζωννύουσι αὐτὸν, τὸ λεγόμενον γονάτιον, ὃ πρὸς σχῆμα ξίφους ἐσχημάτισται. GRETS.

[*Ibid.* Ἐπιγονάτιον. Alias ὑπογονάτιον. GOAR.]

Lepidum et risu dignum arbitror quod Salomon Sweiggerus, prædicans Noricus, l. II sui Hodœporici c. 62 vestem hanc vocat ποδογονάτιον, a pogone seu barba. Ita pogonati nostri nequam barbæ suæ oblivisci possunt.

Ibid. Tertius in tertia pentade est ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, *magister libellorum supplicium*, inquit Junius, seu *præfectus supplicationibus: hujus erat pro injuria affectis accedere imperatorem.* Non meminit hujus functionis Citrius, nisi forte apud Citrium legendum sit ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων pro ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων, quem ipse undecimo loco ponit. Nominat initio Codinus τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων, licet eum postea in nulla pentade collocet, si tamen primus officialium index est Codini. GRETS.

[Deest in Allatianis hoc officium, ut et sequens, accensi ecclesiastici silentium, quietem et ordinem in secretis, hoc est pontificiis tribunalibus, indicentis. GOAR.]

Ib. Quartus est ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων, quem *secretarium* dicere liceret, nisi *secretarii* vox usu recepto jam *actuarium* seu *scribam* seu *notarium* significaret. At noster iste ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων aliud munus habebat: erat enim institutus εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν, *compescendo populo, ut judicia habeantur*, inquit Junius, perperam. Verte: *Ejus qui secreto præest munus est ut, dum judicia habentur, populum in officio contineat*, nimirum ut silentium servaret nullasque turbas cieret; quod munus olim erat *velariorum et cancellariorum*, ut supra notavimus ex Casaubono ad Augustam historiam; ubi etiam dictum *secreta* vocari loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant. Inde in Jure GR. aliquoties σεκρετικὸν ἀξίωμα, *dignitas curialis* **142** sive *senatoria*. Hinc et palatina dignitas apud Codinum p. 10, c. 2 πρωτασηκρῆτις, vox ex Græco et Latino compacta (*protosecretarium* aliqui nominant), longe diversus ab isto nostro qui dicitur ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων: nam ille judex erat, hic judicum et senatus administer. Quare ut nomine cum Latinis Græci conveniant, neutro tamen modo conveniunt re significata: Latinis enim *secretarius* jam vulgo est *actuarius* seu *scriba*, etc. Etsi hac notione vox hæc apud Græcos quoque occurrat, qui et hanc *a secretis* suam fecerunt et in unam conflarunt, ἀσεκρῆτις vel ἀσεκρήτης. Apud Citrium tenet ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων locum decimum. Ἀσηκρήτειον apud Cedrenum in Michaele imperatore est curia seu locus secretioris consilii, vel locus ubi secretarii conveniunt. In Pseudocarolino opere *De imaginibus*, IV, 9, unica dictione occurrit *Asecreta*.

P. 5. Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus sacro consistorio*, ait Junius. Rectius in Jure GR. *præfectus sacræ stationi*, cujus est ἐντὸς τοῦ βήματος, *intra tabernaculum, intra altare ipsum*, εὐταξίαν, rectum debitumque ordinem, conservare inter ministros et alios. Errat enim Junius, qui præfecti hujus munus alio trahit. *At locis illis secretioribus*, inquit Junius, *judices ad tribunal consilio capto veniebant, ubi ordinem is qui proxime sequitur procurabat*, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως scilicet. GRETS.

Digitized by Google

[*Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως*. Si, ut consentit Allatius, idem qui ἐπὶ εὐταξίας fuerit, de illo hæc ejus mss. : Ὁ ἐπὶ εὐταξίας ἵσταται καὶ δέχεται τοὺς ἄρχοντας καὶ στήκει αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ καὶ νὰ καθίσουν. Addunt alia : Νὰ ὁρίζουν ἵνα φιλοχαλοῦν καὶ νὰ πλύνωσι τὰς κανδήλας. Verum nominum omisso discrimine, dicendum manifesto περὶ τοῦ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως : de quo non Allatiana mss., sed Allatii ipsius manus, ubi de recentiorum Græcorum templis. Ne ministri, qui ut plurimum juvenes sunt, ad ludendum prompti, ineptias agant et risum excitent, præfectus illis ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus sacro consistorio* in Jure GR., et Gretsero *præfectus sacræ stationi*, quam recte, ipsi viderint. Ego verterem *moderandis moribus* vel *dirigendis ritibus sacris ac constitutionibus*, ex recentioris linguæ Græcæ proprietate ; in ea siquidem κατάστασις non est *statio*, sed ipsa hominis conditio, ritus, ordo, constitutio et mores : hinc hominem dicunt ἀκατάστατον, non qui non stat, sed qui improbis insulsisque moribus est. Sic cum vident aliquem nulla discretione præditum, quasi admiratione ducti ἴδε κατάστασιν, quod alii σύστασιν. Neque aliud nobis innuit quod apud Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Sabæ legitur : Ἔχων μεθ' αὑτοῦ δευτερεύοντα τῆς τῶν κοινοβιακῶν καταστάσεως φροντίδων, *habebat secum præfecti vices gerentem, cui cœnobitici ordinis servandi cura commissa est.* Et infra : Ἀναγκάζεται δὲ τὴν ἀκαταστασίαν εἰπεῖν φρατριασάντων ἐξήκοντα. Et rursum : Τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου σοφῶς ἀγαναχτοῦντος, καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀνατρέψαι καὶ συγχέειν πειρωμένου. Εἰ : Τοῦ τὴν ἕνωσιν καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν συγχέειν σπουδάζοντος καὶ ταραχῆς καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πληρώσαντος. Et hypotyposis Studii : Ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ καταστασίας τῆς μονῆς τῶν Στουδίων. Εὐταξία porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi recteque constituti, quemadmodum oppositum ἀταξία male morigeratos notat. Propterea ut juventutis impetus compescerent et immoderatos juvenum mores frenarent ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν **143** ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως in bemate, ad sacri altaris latus, constituerunt, qui juvenes irrequietos et faciles, sua auctoritate sedatos, ab injuriis et contentionibus et indecoris actibus ad bonam frugem reduceret. Non placet ? Sit ille *in rebus sacris dirigendis præfectus* : id namque illi incumbebat, ut ex præscripto et sanctorum Patrum sancitis res divina perageretur, caveretque ne quis extra præscriptos limites pedem efferret. Hæc ille. Placet præ secunda prior expositio : ut enim prior ἐπὶ τῶν σεκρέτων in judiciis ordinem et quietem, ita hic in sacro tribunali morum compositionem indicit ; nec ἐπὶ τῶν σεκρέτων leges ponit, nec hic Patrum sancita, nisi ad modestiam spectent, observanda proponit. Regia superius allata : Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν. GOAR.]

CAPUT VIII.

De quarta pentade officiorum et officialium.

P. 5. Primas in quarta pentade obtinet ὁ ὑπομιμνήσκων, *monitor*, inquit Junius, εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. Ego, si usus ferat, malim *suggestorem* : nam ὑπομιμνήσκειν est *suggerere, menti subjicere*, et ut Codinus loquitur, ἐνθυμίζειν, quasi aliquid *in mente ponere;* et est quiddam restrictius minusque fusum quam *monere :* nam et memorem monere possumus. Videtur ergo officium τοῦ ὑπομιμνήσκοντος hoc fuisse, ut patriarchæ sacrificanti vel verba ad populum facienti assisteret, eique, si alicubi memoria laberetur, *mystice*, hoc est clam, occulte, suggerendo subveniret. Si quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre et efferre velit, putetque τὸν ὑπομιμνήσκοντα fuisse similem illi qui inter officia palatina a Codino c. 2, p. 11, appellatur ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων, quemque Latini *a memoria* seu *magistrum memoriæ* nominant, cum eo non contendam : neque enim a vero alienum est hujusmodi officium fuisse in Ecclesia Cpolitana, non modo intra, sed et extra templum. In concil. Lugd. in epist. ad Greg. X vocantur οἱ ὑπομιμνήσκοντες *rememoratorii*. GRETS.

[Allatiana : Ὁ ὑπομιμνήσκων δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομνημάτων (commendationes memorialium) τῶν ἐρχομένων ἐν τῇ κρίσει· καὶ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῷ κλήρῳ. Ὑπομνήματα non possum *commentaria* exponere, cum Regia scribant ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα. Commentaria, relictis memorialibus, non sunt hic conjicienda. GOAR.]

Ibid. De reliquis hujus pentadis nulla est difficultas : nam unde *interpres Evangelii*, *interpres apostoli*, *interpres psalterii* nomina hæc sumpserint, per se notum est. Videntur autem uniuscujusque generis fuisse gradus diversi. Nam c. 6. p. 46, nominat Codinus protapostolarium, id est *primum interpretem apostoli*. GRETS.

[*Ibid.* *Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου*. Hujus et sequentium sacrorum oratorum munera ad unius officium revocant Allatiana : Ὁ διδάσκαλος **144** ἑρμηνεύει τὸ Εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς, καὶ εἰ δυνατόν ἐστι καὶ τὸ ψαλτήριον. Hinc perspicis cur SS. PP. quædam homiliæ in Evangelia, aliæ in Psalmos, in Apostolum nonnullæ, etc. Adverto τοῦ ἀποστόλου quandoque διδασκάλους plures simul repertos, quorum antesignanus πρωτοαποστολαρίου nomen habuit. [M : Κρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς. Ἔστι δὲ καὶ οἰκέτης τῆς τρίτης πεντάδος.] (1) GOAR.]

(1) Addit M : Οὕτως περιέχει ἡ τρίτη πεντάς.
Τέλος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ.
Ἴσθι οὖν καὶ αὐτὸ εἰς τὴν τῶν κληρικῶν διάκρισιν. Τὸ μὲν ἅγιον Εὐαγγέλιον τοῦ βαιοφόρου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ πρωτονοταρίου, τὸ τῆς μεγάλης δευτέρας ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ ἱερομνήμονος, τὸ τῆς μεγάλης τετράδος ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σακελλαρίου, τὸ τῆς μεγάλης πέμπτης ἀναγινώσκεται

Digitized by Google

P. 5. *Rhetoris* officium est generatim Scripturas sacras interpretari ; et videtur ille quem nos *concionatorem* nominamus. GRETS.

CAPUT IX.

De quinta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In quinta continetur 1, Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, socius et adjutor magni sacellarii, de quo jam suo loco, 2, Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, socius et adjutor curatoris sacellii, de quo itidem supra. GRETS.

[P. 5. *Τῶν ἐκκλησιῶν.* Καθολικῶν intellige, de quibus supra Allatiana : Γράφει τὰ ἀντιμίνσια (ἀντίμηνσα M) καὶ τὰ σταυροπήγια. *Altaria portatilia signat, et litteras quibus cruce data a diœcesanis exemptiones conferuntur monasteriis.* De his Euchologium fuse. Idem, ceu parœciis præfectus, κρατεῖ ἐν τῇ φυλάξει αὐτοῦ τὸ μύρον, *sacrum unguentum*, in confirmatione adhibendum a privatis sacerdotibus ceu consuetis apud Græcos ejus sacramenti ministris, *suæ custodiæ commissum tenet.* GOAR.]

Ibid. Ὁ ἄρχων τοῦ Εὐαγγελίου, εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς, cujus officium est *gestare Evangelium seu codicem Evangeliorum in supplicationibus et processionibus.* Hoc tamen non videtur consentire cum Joanne Citrio, qui diserte scribit τὸ ἐν ταῖς λιταῖς βαστάζειν τὸ Εὐαγγέλιον *esse* τοῦ δευτερεύοντος τῶν διακόνων, quem Codinus in sexta pentade collocat. Et fieri potest ut hæc res aliter se habuerit tempore Citrii et aliter ætate Codini : nam ut ipse Citrius conqueritur, hæc sæpius patriarchæ arbitratu suo mutabant, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες, ita ut in illos quadraret parœmia ἄνω ποταμῶν χωρεῖν λέγουσα τὰς πηγάς, καὶ τὰ παρὰ Ἰουδαίοις **145** δευτερόπρωτα σάββατα, καὶ παρὰ τοῖς δεινοῖς σοφισταῖς τὰ πρωϑύστερα, ut scite ait Citrius. GRETS.

[*Ὁ ἄρχων τοῦ Εὐαγγελίου.* Consule, si laborem meretur, Euchologium nostrum fol. 770 et 811 περὶ λιτῆς et Evangelio in ea legendo. GOAR.]

Ibid. Sequitur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, quem Bonefidius vocat *luminarium*, Junius *præfectum luminibus.* Ejus erat curam gerere φωτιστῶν, recens illuminatorum seu baptizatorum : veteri enim Ecclesiæ phrasi *baptismus* appellatur φωτισμός, et *baptizati* φωτιστοί, forsan non sine respectu ad cæremoniam quamdam quæ baptismum subsequebatur : dabantur enim baptizato cerei accensi in signum fidei et gratiæ acceptæ, et quod a potestate tenebrarum translatus esset ad lumen et sortem sanctorum. Meminit hujus cæremoniæ Nazianzenus, orat. *In sanctum lavacrum*, et S. Augustinus in illud psal. LXV : *Transivimus per ignem et aquam*, etc. Junius ritum hunc involvit, ne emineat. *Accendebantur*, inquit, *luminaria.* At non tantum hoc, sed et accensa tradebantur baptizatis. *Atqui hic*, inquit, *ritus ordinarie ad baptismum observabatur.* Cur igitur vos mutastis et abrogastis ? *Prætereu vero anniversarie in singularibus quibusdam diebus festis per lampadarium, ut in hoc libro appellatur* p. 44 (accendebantur hæc luminaria) ; at *lampadarius* iste nihil huc facit ; erat enim officium ejus palatinum, non ecclesiasticum ; præferebatque lampadem accensam non singularibus duntaxa festis et anniversarie, sed quoties imperator in publicum procedebat, ut ex Basalmone infra ostendam ad p. 45. Longe ergo alius ὁ ἄρχων τῶν φώτων, et alius ὁ λαμπαδάριος. Neque tantum semel vel aliquoties in anno usus luminum erat in templis, sed perpetuo et toto anno, etiam tunc quando nulli νεοφώτιστοι aderant : neque enim moris erat Græcis liturgiam sine luminibus celebrare. GRETS.

[*Ibid. Ὁ ἄρχων τῶν φώτων.* Hoc officium in quatuor videntur. Allatiana dispertiri, hoc pacto : Ὁ κατηχητὴς κατηχίζει (τὸν λαὸν καὶ M) πάντας τοὺς εἰσερχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ὡς ἵνα τὸ ἅγιον βάπτισμα δέξωνται. Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδευόμενος (ὁδηγῶν M) τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει (εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν M). Ὁ βουτιστὴς ἵσταται ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχάς, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σταυρώνει τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ βουτιστὴς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι. Ὁ μυροδότης ἵνα ὑποκρατῶν τὸ ἅγιον μύρον, καὶ ὅπου τὸ ὁρίζει ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ δοῦναι μύρον. GOAR.]

P. 5. Ultimus in hac pentade est ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων seu ἀντιμινσίου, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *præfectus antimensiorum, inducens eos qui sacram communionem accipere volunt.* GRETS.

[*Ibid.* Chartophylax, ut supra visum est, ad ecclesiasticam, hic ad laicam communionem invitat. GOAR.]

Junius *præfectus antecessui mensæ, adducens eos qui erant venturi ad communionem sacram.* Inepte prorsus, et adhuc ineptius in scholiis, ut satis mirari nequeam hominis hujus his in rebus seu ὀλιγωρίαν **146** seu ἀπαιδευσίαν. Examinemus singulas ejus ineptias. Τῶν ἀντιμινσίων, *adverbum, antimensalium*, inquit, etc. *A mensa denominati sunt* οἱ ἀντιμίνσιοι, *quasi dicat antemensales, qui ad sacram mensam primum recipiebantur et communionem eucharistiæ*, etc. *Hi enim prius quam admitterentur ad communionem sacram, solebant ecclesiis ante mensam sisti* διὰ τὸν τῶν ἀντιμασίων ἄρχοντα, *posteaque eodem prævente adduci ad communionem, ut palam testatum faceret, illos suos comites in unum corpus coaluisse cum Christo et Ecclesia ejus. Hic autem ritus* τὸ ἀντιμίνσιον *dictus est.* Fabulæ plus quam Æsopicæ ; quibus refellendis diu immorari nil erit necesse, ubi ipsam veritatem explicaverimus, nec aliunde nisi ex Græcorum monumentis. Quid igitur sunt *antimensia ? Antimensia*, inquit ille in Jure GR. fol. 239, *scimus fieri solita, quando episopus consecrato dedicatoque templo*

ὑπὸ τοῦ χαρτοφύλακος, τὸ τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σκευοφύλακος. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχατος ἀναγινώσκεται τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ὑπὸ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.

Ἐπληρώθη ὁ ἑξῆς χορὸς καὶ τὰ μεγάλα ὀψῴκια τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

Digitized by Google

pannum mensæ substratum mensamque seu altare tegentem, in frusta dissectum pictumque sacerdotibus distribuit, ut eo præditi sacrificium offerre queant Sunt igitur *antimensia* ea quæ apud Latinos *lapides consecrati* seu *aræ portatiles*, sine quibus sacrificium fieri non potest, si non offeratur in altari per se alioquin consecrato et dedicato. Dicuntur *antimensia*, quia sunt loco mensæ seu aræ consecratæ ejusque vicem subeunt; fiuntque ex panno diviso et in frusta dissecto, ex illo, inquam, panno qui altare ab episcopo de novo consecratum vestiebat et ornabat : hoc enim operimentum in partes minutas dissectum distribuebat episcopus sacerdotibus, ut postea partium istarum beneficio sacrificium in altaribus etiam non consecratis offerre possent. GRETS.

[P. 5. Antimensia, quasi *mensæ sacræ vice* assumpta, sunt Græcorum altaria portatilia, lintea nimirum sacris reliquiis ditata, unguento quoque sacro delibuta ac pontificis benedictione ad missam in iis celebrandam dedicata. Ut eorum usus est in communione, qui hujus curam suscipit, illis præfici asseritur. GOAR.]

Quocirca quærit ille in Jure Græco-Romano, *quid faciendum si desint antimensia, cum sine his celebrare non liceat?* Responsum his verbis datur : *Antimensia in omnibus sanctis mensis* (hoc est altaribus) *poni necesse non est, sed in iis de quibus incertum num consecratæ sint necne. Nam antimensia locum obtinent consecratarum mensarum, nec iis opus est ubi mensas consecratas esse constat.* Ex quibus liquido patet quæ sint *antimensia*, quis eorum usus, nempe idem prorsus qui apud nos *altarium portatilium* seu *lapidum*, ut vocamus, *consecratorum*, quorum beneficio potest quis etiam in non consecrato altari celebrare. Quod ergo nos possumus hoc medio, id Græci quibant per *antimensia*, hoc est per partes tegumenti illius quod novum altare, quando templum consecrabatur, operuerat.

Inter cæteras quæstiones Joanni Citrio propositas hæc etiam una erat, an *antimensia etiam valeant in aliis provinciis et diœcesibus, an solum in diœcesi episcopi antimensia illa consecrantis et conficientis.* **147** Responsio est *valere ubique, sicut et ipsum sacrum unguentum et alia sacra, quamvis uno in loco sanctificata, semel tamen sanctificationem adepta ubique eam retinent et exserunt*, inquit Citrius, qui et docet *antimensia non primo statim dedicationis die distributa, sed tum demum, ubi tegumentum altaris per sacrificia septem continuis diebus oblata sanctificationem accepisset, in partes divisum et pro antimensiis distributum esse.* In eamdem sententiam Nicephorus patriarcha Cpolitanus tom. I Juris GR. fol. 29, *Antimensia*, inquit, *ubicunque fuerit iis opus, mittuntur, nec vel hac vel illa regione circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam transferuntur sicut et sacrum unguentum.* Addit Nicephorus notationem nominis : *Sic autem appellantur* ὡς ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μίνσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν καὶ δεσποτικὴν τράπεζαν. Sunt enim ipsius consecratæ mensæ seu aræ *vicaria* : nam ut idem Nicephorus dicit, *proprie mensas* seu aras significant *quas consecratio non sanctificavit.* Monet etiam hoc Nicephorus : *Si per ignorantiam lotum fuerit antimensium, non propterea amittere sanctificationem nec profanum effici.* Pro quo alii, vitiose prorsus nulloque sensu, *si impletum fuerit antimensium* : nimirum pro πλυθῇ legerunt πληθυνθῇ. Quæ vitiosa lectio a Bonefidio profecta exstat etiam tom. VI Bibliothecæ SS. Patrum.

In Euchologio Græcorum præscribitur τάξις, hoc est modus et ordo consecrandi antimensia. *Quando*, inquit, *sacerdotes antimensia mensæ imponunt, illis ex œnanthe seu flore vini superinfundit episcopus ter quantum satis, recitato interim psalmo* : « *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.* » *Hoc ter dicto reliqua ejusdem psalmi adjungit, Deumque benedicens ait,* « *Benedictus Deus noster, nunc et semper et in sæcula sæculorum, Amen.* » *Postea accepto sacri unguenti vase, et diacono clamante,* « *Attendamus,* » *facit per antimensium cruces tres, unam per medium, utrinque duas, recitaturque psalmus* : « *Ecce quam bonum et quam jucundum,* » *usque ad finem; Deumque collaudans dicit episcopus* : « *Gloria tibi, sancta Trinitas, Deus noster in sæcula.* » *Deinde accepto turibulo incensum facit; et diacono dicente* : « *Oremus Dominum,* » *sic precatur pontifex.* Subduntur deinde preces, quas super *antimensia* pontifex fundit ; quarum desiderio qui tenetur, is Euchologium consulat.

Animi causa juvat addere quæstionem Joanni Citrio propositam, quid Græce significet *antimensium*, et quomodo scribendum sit, num per ἦτα an per ἰῶτα. Ad hanc quæstionem ita respondet Citrius: *Appellatio deducitur a mensa, quod secundum Græcos quidem significat* κανοῦν *canistrum, et secundum Italicam linguam* τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ἐψοποιοῖς ἐδεστόν. Interpres, *Venale propinatorum edulium* (quam bene Græcus, tam bene Græci interpres). Audiamus cætera. *Hac ratione et in mensis explicatæ mappæ nominantur mensalia, tanquam ad ornatum mensæ posita. Vulgari autem usu antimensia dicuntur ut in vestibus antipana* (antipanni). *Hæc autem in sanctis illis ponuntur mensis quas consecratio non sanctificavit.* **148** Subjungit Citrius : *Si templum non est dedicatum, quod ei deest, sanctificatoria vis antimensii implet. Ideoque in non consecrato templo sacrificium sine antimensio nunquam facere licet. Et sacerdoti qui hoc ausus fuerit, pœna erit depositio. Per iota autem scribitur* διὰ τὸ ἐθνικόν· τὰ γὰρ ἐθνικὰ κατὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὔτε παραγωγὰς οὔτε κανόνας ἔχουσιν. *Solent autem grammatici per iota et omicron et epsilon* τὰς ἐθνικὰς φωνὰς *scribere.* Quæ ratio Citrii quanti sit, in cujusvis arbitrio situm esto.

Ait insuper *antimensia* nullo modo licitum con-

Digitized by Google

ficere, nisi in novi templi dedicatione, quique secus agant, canones transgredi, nec referre num nuper templum sit exstructum ; satis esse quod non fuerit dedicatum, quandocunque demum exstructum fuerit.

His hunc in modum de antimensiorum ratione explicatis, in tenues auras evanescit Junianus ille *antecessui mensæ præfectus*, cum scholiis illis vere scoriis et insulsis. Nos præfectum *antimensiorum* vel *antimensii* nominemus ; cui præter curam *antimensiorum* etiam hæc incumbebat, ut corpus Domini accepturos ad communionem seu deduceret seu induceret. GRETS.

CAPUT X.

De sexta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In sexta pentade primum locum tenet *primus ostiarius* κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας, *qui fores custodit in ferendis suffragiis*, inquit Junius, *chirotoniam* pro *electione* accipiens. Ego malim *chirotoniam* accipere pro proprio suo significato, nempe pro consecratione seu ordinatione ministrorum Ecclesiæ, ita ut *primo ostiario* cura januæ demandata sit tunc quando diaconi, sacerdotes aliique ordinantur et consecrantur. Quamvis magnopere non repugnabo, si quis officium primi hujus ostiarii interpretetur de ipsa electione ministrorum Ecclesiæ, cum per suffragia eliguntur ab illis quibus jus et potestas eligendi : tunc enim vel maxime attento et circumspecto *ostiario* opus est. GRETS.

[*Ibid.* Huic aliud munus adjungunt Allatiana : Οἱ ὀστιάριοι βαστάζουν τὴν ῥάβδον τοῦ ἀρχιερέως. Cubicularii onus esse asserunt alia : Ὁ κουβούκλης ἵνα βαστάζῃ τὸ δεκανίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ. GOAR]

P. 5. *Secundus ostiarius* ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον, *qui tenet*, seu cui jus in *monobambylum* : ita edidit Junius. Quid vero hoc nominis ? vel potius quid monstri ? Junius hic multa, sed plane ridicularia. Quid ergo illi est *monobambylon* ? Duo loca chirotoniæ distinguit, *alterum, in quem a primo ostiario omnes admissos dicit quos noverat habere jus suffragii ferendi ; alterum secretiorem, in* **149** *quem ad patriarcham vel episcopum per secundum ostiarium intromissi fuerint, ut libere et intrepide optima fide dicerent quibus suffragarentur, quibus non suffragarentur, et quare. Hunc secretiorem singularis* χειροτονίας *locum, opinor, dixerunt Græci recentiores* μονοβάμβυλον, παρὰ τὸ μόνους ἢ κατὰ μόνας βαμβάλειν, *eo quod in loco ejusmodi rogatus quisque pro fide seorsim sententiam suam teneretur quamvis trepide enuntiare, si quem non esse ἀνεπίληπτον comperisset (hæc enim testimonia et accusationes nonnisi trepide et labris ferme trementibus efferri solent), aut certe alteri obstrepere et detrahere de existimatione ipsius. Est enim* βαμβάλειν *Græcis* ψοφεῖν τοῖς χείλεσι, *aut etiam, ut in Glossario leginus, hæsitare, vacillare, titubare : sed in locum* τοῦ α *Dorice* υ *suffectum est, et* μονοβάμβυλον *corrupte dictum.* Quid est nugari, si hoc non est ? Ut enim omittam vanissimas nugas de suffragatione et electione, quomodo admissi sunt ut libere et intrepide indicarent quibus suffragarentur, si hæc, ut postea ait, nonnisi *trepide* et *labris trementibus* efferri solent, etsi in his necesse est βαμβάλειν, *hæsitare* et *fluctuare* ? Sed valeat bambalio iste : nos legamus μονάμπουλλον seu μονάμπουλον. Ut enim prioris ostiarii est fores custodire, dum ministri Ecclesiæ, diaconi, subdiaconi, sacerdotes, episcopi, ordinantur et initiantur, ita hujus secundi ostiarii est tenere ampullam unam et solam, ut distinguatur a dibampulo, de quo infra ad p. 44. Erat autem in ampulla hac chrisma ad unctionem sacerdotum et episcoporum necessarium, eamque tenebat iste ostiarius, ut in promptu statim foret, si initiator reposceret. Porro voculam *ampulla* etiam Græci fecerunt suam ἀμπουλα vel ἀμπουλλα. Aetius, l. VII : Ἀμπουλλαν ὑελίνην πλήσας ἐλαίου, ut sit cur eo minus mireris τὸ μονάμβουλον καὶ τὸ διβάμπουλον. GRETS.

[P.6. Patriarchæ, sicut et imperatori, præfertur ignis in ecclesia, fax nimirum accensa hastæ quam ornatæ affixa. Vocatur illa μονάμπουλον διὰ τὸ μόνην ἅπτειν : aliud ejus nomen est λαμπρόν. Imperatori reservatur διβάμπουλον. De utroque fusius c. 15 in notis. Consule Balsamonis Meditatum de patriarcharum privilegiis Juris GR. l. VII. Porro secundum hunc ostiarium proprio nomine vocant Allatiana περιεισερχόμενον · ὁ περιεισερχόμενος, inquiunt, ἵνα φέρῃ λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. GOAR.]

Ibid. Nunc ad protopapam me confero ; quem sic describit Codinus : Ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως, *defensor et primus tribunalis* (sic enim Junius : ego *tabernaculi* seu altaris : βῆμα enim hic est locus interior et sanctior, ubi sacrificium peragitur), *proximas a pontifice obtinens.* Non tamen simpliciter (nam exocatacœli absque dubio potiores erant majorisque dignitatis et excellentiæ), sed inter sacerdotes, ut Citrius loquitur, κοινούς protopapa primus erat et sic proximus a patriarcha, seu, quod idem est, secundus a patriarcha ferens. GRETS.

[*Ibid.* Clarius Allatiana : Ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν ὀφφικίων τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς. Μεταδίδει αὐτὸς τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῷ ἀρχιερεῖ, ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ **150** πρωτοπαπᾷ, ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. Ut παπᾶς *sacerdotem* indicet, vide Euchologica. GOAR.]

Notio et origo nominis satis constat. Apud Balsamonem tom. I Juris GR. legimus *protopapadas*, ut rectius sit πρωτοπαπάδης. Interpres *primopapadas* : sed satius videtur in his et similibus retinere Græca. In Turcogræcia fol. 218 dicitur πρωτοπαπᾶς ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων. Jura illius in eadem Turcogræcia fol. 258 πρωτοπαπαδίκια appellantur.

P. 6. Sequitur ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων, *secundus sacerdotum*, εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, dux et antecessor sacerdotum et proximus a protopapa, quem Junius non male δευτεροπαπᾶν appellat. At male illud :

Digitized by Google

Qui sacerdotes introducit, εἰσοδεύων, *nimirum in tribunal, si quam causam agendam habuerint.* Nullo modo : nam εἰσοδεύειν est esse aliorum in sacris ministeriis, functionibus et supplicationibus ducem et quasi antecessorem et ductorem ; quod etiam ex descriptione τοῦ δευτερεύοντος diaconi, quæ proxime subjungitur, manifestum evadit. Deuteropapæ nullum, si recte memini, mentionem facit Citrius. GRETS.

[P. 6. Allatiana : Ὁ δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀρχιερέως (hoc est cum patriarcha, cum quo alias soli episcopi celebrant, ut cum episcopis sacerdotes). Ὅταν λείπει ὁ πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. GOAR.]

P. 6. Ultimus hac sexta pentade est ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, *secundus diaconus*, πρῶτος τῶν κοινῶν, primus ex communibus diaconis, καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους. Junius : *et diaconos intromittit :* additque hoc scholium : *in functiones et stationes ipsorum.* Tu corrige : qui diaconorum *ductor, rector, director* et ut sic dicam *dispositor est :* hoc enim est εἰσοδεύειν, quod significat quemlibet in viam suam quasi introducere, ut sciat quem ordinem et stationem tenere debeat. Vidit tandem Junius hanc notionem, sed quasi per nebulam, ut apparet ex scholio quod suæ interpretationi adjunxit. Ex quo tamen, tanquam in rebus ecclesiasticis Græcorum valde scilicet perito, quærendum erat, quare verbum εἰσοδεύειν interpretatus sit, loquens de sacerdote secundo, *introducens illos in tribunal, si quam causam agendam habuerint*, idemque verbum eadem significatione non interpretatus sit in descriptione secundi diaconi, præsertim cum diversæ notionis nullum prorsus indicium Curopalata dederit.

Verum ut accuratius intelligamus naturam et ut sic dicam indolem hujus diaconi, operæ pretium erit audire Joannem Citrium, cui hæc ignota non fuerunt, qui ait diaconum istum non eligi aut creari simpliciter ad unius arbitrium, sed κατ' ἐκλογήν, *per suffragia :* esse enim ejusmodi officium, quod desideret virum dextrum aptumque ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones ; quarum aliquas recenset. Prima est ingressis in templum imperatoribus et patriarchis faustis acclamationibus bene precari, et ut Codinus noster loquitur, **151** τὸν βασιλέα πολυχρονίζειν seu τὸ πολυχρόνισμα accinere seu πολυχρόνιον ποιεῖν. Qui mos ex antiquo more hodie quoque Græcis adhæret. Secunda est portare Evangelium in supplicationibus ac litaniis. Tertia τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. Inepte interpres : *connexiones et repetitiones in eis facere.* Correxerunt alii *collectas et preces.* Sunt συναπταὶ proprie quæ apud nos in horis canonicis vocantur *preces*, diebus jejuniorum potissimum usitatæ, non modo in matutinis, sed et in singulis horis. Et preces illæ quas post litanias pro omni hominum statu et ordine fundimus, ipsissimæ sunt Græcorum συναπταί, quanquam et quas nos vocamus *collectas* hoc nomine appellare nil vetat, quia Græcorum liturgiis astipulantibus fiet. Hæc autem ita esse intelliget lector cum ex aliis Græcorum *ritualibus*, libris tum ex Euchologio. Valeat igitur Bonefidius cum suis *connexionibus et repetitionibus.* Quarta est ἀπόντος ἀρχιδιακόνου διδόναι κηροὺς τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, *absente archidiacono dare cereos diaconis in ambone.* Ubi pessime interpres pro κηρούς legens καιρούς vertit : *tempora dare diaconis, qui amboni serviunt.* Quid, quæso, est *tempora dare diaconis ?* Neque correctores aut in Græca scriptura aut in Bonefidii interpretatione hunc tam turpem errorem animadverterunt ; ut vel hinc liqueat quam rudes rerum ecclesiasticarum isti a catholica religione aversi ad ritus Ecclesiasticos seu Græcos seu Latinos explicandos accedant. Dicit autem *absente archidiacono*, quia ut Codinus tradit p. 94, olim quidem Magna Ecclesia habebat archidiaconum, sed postea nullum habuit, quare ὁ δευτερεύων partes ejus supplevit. Hinc ait Citrius secundi diaconi esse etiam in aliis archidiaconi munus explere ; ex quibus forte hoc est, θυμιᾷν τὸν βασιλέα, imperatorem recens coronatum *incenso*, ut vocat Ecclesia, venerari, eique bene ominatum illud carmen accinere, « *Recordetur Dominus Deus* τῆς βασιλείας σᾶς, *regni tui, in regno suo, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.* » Sic idem fausta acclamatione prosequebatur patriarcham : Μνησθείη Κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου, *Recordetur Dominus pontificatus tui ubique nunc et semper et in sæcula sæculorum.* Nec hoc fiebat tantum eo die quo imperator inaugurabatur et coronabatur, sed quoties in ecclesiam ventitabat. Ea de causa ait Citrius : Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων, *Ipsius est imperatoribus et patriarchis in templum ingressis bene precari ;* nisi quis illud μετὰ τὴν εἴσοδον *post ingressum* referre velit ad ingressum in tabernaculum seu in Sancta sanctorum, ita ut fausta hæc acclamatio facta sit post absolutam supplicationem, in qua panis præsanctificatus ad sacrificium circumferebatur per templum et postea ad altare inferebatur. Quo fit ut secundus diaconus εὐφημίαν hanc instituerit regresso jam patriarcha ad altare et processione absoluta ; quod vero propius videtur.

Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων, non quod in ordine diaconorum Magnæ Ecclesiæ secundus esset, sed respectu ad archidiaconum, **152** qui tempore Codini nullus quidem erat, at aliquando fuerat ; unde et τῷ δευτερεύοντι τῶν διακόνων nomen mansit, sicut et τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων idem nomen mansisset, si protopapas in clero Magnæ Ecclesiæ desisset, quia cum *secundarii* nomine primus fuisset. GRETS.

[P. 6. Quid hoc rei est, ut hic diaconorum secundus scribatur ac insimul πρῶτος τῶν κοινῶν διακόνων asseratur ? Paucis hic plura evolvenda, quo proposita difficultas lucem accipiat. Temporibus ultimis diaconi tantum ad ἀρχοντίκια ὀφφίκια, *nobiliora officia*, sunt admissi, qui prioribus sacerdotes per-

Digitized by Google

mistim et diaconi esse poterant, œconomus, sacellarius, secuophylax, et reliqui quindecim tribus primis officiorum pentadibus comprehensi. Hi τῆς ἐκκλησίας καὶ πατριαρχικοὶ ἄρχοντες, δεσποτικοὶ ἄρχοντες, ἀρχοντίκια ὀφφίκια, ἀρχοντίκια μεγάλα, διακονικὰ ἀξιώματα, et (κατ' ἐξοχὴν) κληρικάτα nuncupantur. Idem vero, ut ecclesiæ altarisve proceres, patriarchæ assident in judiciis eidemque celebranti assistunt, at laboriosas illas operas non præstant quas archidiacono voluere reservatas ceu operoso altaris ministro. Qua de causa totus ministeriis intentus archidiaconus ὀφφίκιόν ἐστι μόνον, ut præmisimus nota hujus capitis 1; nec est ἀρχοντίκιον, nec inter proceres diaconos numeratur. Diaconorum tamen, quatenus ministerium aliquod implent, caput est et princeps, eisdemque quantumvis proceribus in diaconicis ministeriis præficitur. Hujus sententiæ auctor mihi est Joannes Citri episcopus juris GR. l. v. Postquam enim quæsiit τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον ποίας ἐστὶ τάξεως καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ προΐσταται τῶν ἑλῶν διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, καὶ εἰ προτιμᾶται πάντων ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων, respondet Citrius: Τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον οὐκ ἔστιν ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια, περιφορᾶς δὲ πολλῶν ἡλίων συμπέρασμα (hoc est ministeriorum a diaconis magistratibus obeundorum compendium). Διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἰδίου κόπου συμπέρασμα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποιοισοῦν τετίμηνται εἴτε καὶ μή, ἐν τῷ ναῷ καὶ ἐν τῷ βήματι καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων μυστηρίων. Uno verbo supergreditur diaconos proceres ex ministerio, non dignitate, aliamque classem solus componit; eumque sequitur vices ejus gerens ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, qui tertiæ classis communium diaconorum primus dux et caput censetur; et ob allatas rationes λέγεται δευτερεύων, ait Citrius idem superiore responso, οὐχ ὅτι δευτερεύει ἐν τῇ τάξει τῶν διακόνων. Instas nihilominus, et sollicitus rationem quæris cur ex officiis archidiaconi nomen sit expunctum? Aptius illi reddent qui palatinis archidiaconum accensuerunt. Vide postremas notas c. 2. GOAR.]

A

B

C

D

CAPUT XI.

De septima pentade officiorum et officialium.

P. 6. In septima pentade primas tenet protopsalta, *primus psaltes* seu *cantor*. Citrius vocat *domesticum psaltarum*, indicatque hoc nomen usitatius fuisse quam illud *protopsaltæ*. Mirum est quomodo Codinus in hac septima pentade collocet protopsalten, **153** cum ipse c. 17 diserte dicat Ecclesiam Magnam non habere *protopsalten*, sed *domesticum*; nisi dicere velimus officium esse idem, nomen diversum, inque catalogo officiorum ecclesiæ vocasse *protopsalten*, quem proprio nomine vocare debuisset *domesticum cantorem*. Quid sit domesticus, infra explicabitur ad p. 7. In palatino tamen clero erat protopsaltes, ut docet Codinus loco citato, qui simul erat *exarchus* cleri imperatorii. GRETS.

P. 6. Allatiana: Ὁ πρωτοψάλτης ἵσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιοῦ τε καὶ εὐωνύμου. Ἄρχεται δὲ καὶ τὴν ἔναρξιν τῆς ψαλμῳδίας. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ψάλται ὅλοι. Addunt alia, οἱ δομέστικοι καὶ οἱ πριμμικήριοι. Φορεῖ δὲ καὶ σφικτούριον (*tunicam brevem et strictam*). GOAR]

Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικος, *singularis domesticus*, ut interpretatur Junius, *primi et secundi chori*. Sed errat: legendum οἱ δύο δομέστικοι, *duo domestici, alter dextri, alter sinistri chori*. Clare Citrius duos nominat, ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ. Et facilis via fuit contrahendi vocabula disjuncta οἱ δύο δομέστικοι in unum ἰδιοδομέστικοι: cæcutiat qui hoc non videat. Nec obstat quod hac ratione sex futuri sint in septima pentade: nam et in prima pentade sex sunt, ut supra diximus, et tamen vocatur *pentas* seu *quinarius*. Quid sit *domesticus* in jure civili et apud alios passim scriptores Græcos et Latinos, explicat Cujacius ad lib. XII Cod. Justinianei, ad tit. 12, et Petrus Gregorius Syntagmatis VI, 8. Quid hoc nomine significarint Græci recentiores docet Citrius, cui cum hæc quæstio fuisset proposita, *Cujus linguæ est domestici appellatio, et quibus ecclesiæ ministeriis nomen hoc impositum est?* respondit: *Domestici* appellatio secundum Latinos ducem, ἐξάρχοντα, inceptorem, præpositum et præfectum significat, sicut et in functionibus imperatoriis invenire est *domesticum Orientis, Occidentis, scholarum*. Imo etiam *domesticum mensæ, domesticum mœnium, domesticum thematum*. Sic et in ecclesiasticis ordinibus *domestici* vox usurpatur. Εἶτ' οὖν ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης μελῳδιῶν καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domesticus igitur musicorum seu cantorum nihil aliud est quam præfectus, qui omnes regit ac dirigit, ipsosque simul ac cantiones cunctas disponit ac in ordinem redigit.* Est autem munus domestici cantorum seu protopsaltæ in vigiliis communibus clara voce pronuntiare illud, Εὐλόγησον, δέσποτα, quod nos dicimus *Jube, domine, benedicere*. Ex sententia igitur Citrii domesticus nil aliud est quam *præses, antistes, præfectus*, uno verbo primus in suo genere. Nec male Citrius notionem hujus vocabuli expressit, prout usurpatur a Græcis recentioribus, etsi haud scio an vox *domestici* in hac notione usitata sit Latinis, seu novis seu antiquis. In jure profecto alia notione usurpatur, ut et in communi loquentium consuetudine. **154** Ab hac voce formarunt Latini *domesticatum*, quod in jure exstat. Et apud Balsamonem in canone 17 apostolorum δομεστικάτα *officia domesticorum*, et apud Codinum c. 7 οἱ τοῦ δομεστικείου δομέστικοι, et c. 5 δομεστίκιον. GRETS.

P. 6. Domesticum dicemus aliquando præpositum significare. De istis duobus utriusque chori ducibus

Digitized by Google

Allatiana : Οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται ἐν τοῖς δύο χοροῖς μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοψάλτης. Domesticis adjungunt δύο πριμμικηρίους ἱσταμένους μετὰ τῶν δομεστίκων · ψάλλοντες καὶ αὐτοί. Goar]

Ibid. Sequitur λαοσυνάκτης, ad verbum *populi convocator et congregator*, Junio *cocio*, sed *nihili cocio*. Ejusdem meminit Citrius, eodem nomine interpres reddit, *populi coactor;* corrector correxit, *collector* sive *congregator*. Cujus officium publico signo populum ad rem divinam convocare. Grets.

[Duos scribunt Allatiana, et λαοσυνάπτας vocant : οἱ δύο λαοσυνάπται (—κται M) συνάγουσι τοὺς διακόνους, καὶ ἀναγορεύουσιν ἵνα μὴ λείπῃ κανείς. Συνάγουσι δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Goar.]

In Typico S. Sabæ videtur appellari κανδηλάπτης, *a candelis accendendis :* hujus enim etiam est κρούειν τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν, quæ illis loco *campanarum* erant, καὶ σημαίνειν τὸ μέγα σήμαντρον. Varia enim signa dabant, ut et apud nos fieri assolet. Vide Balsamonem in dissertatione cur monachi tribus signis suos ad sacra convocent, cum alii uno signo contenti sint.

Ibid. Quartus in hac pentade est ὁ πριμμικήριος τῶν ταβουλαρίων. Junius interpretatur *notarium*. Sic enim initio nominari videtur ab ipso Codino p. 1 ed. Jun. : cum enim notarium nominet, ac postea singula officia in pentadas digerens de notario prorsus sileat, credibile est Codinum nomine *primicerii tabulariorum* intellexisse *notarium*. Quod forte verum est, sed nescio quomodo cum Junii sententia conveniat, qui *primicerium* in quovis officio illum dici putet *qui primus inscriptus sit albo sive ordinis sui catalogo, et primas in suo ordine obtineat, prima cera, id est summa, inscriptus*. Hoc si verum est, idem ergo erit primicerius *tabulariorum* cum protonotario, qui, ut Junius dicit, *primicerius* primus est in *cera* seu *albo*, et tabularii sunt notarii, idemque igitur protonotarius seu primus notarius et *primicerius tabulariorum*. Ego nodi hujus solutionem non video, nisi quis dicere velit istum dici *primicerium tabulariorum* respectu illorum notariorum quos infra se habet, non respectu omnium, quo pacto ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων vocari posset *primicerius diaconorum*, non absolute, sed comparatione τῶν κοινῶν, ut Citrius et Codinus loquuntur.

Addam et hoc. Quid si per vocem ταβουλαρίων hic non intelliguntur *tabularii*, seu *notarii*, sed *tabularia* seu *archiva*, et ita ut primicerius *tabulariorum* ille dicatur qui præest *tabulario* seu *archivo*, socius in hoc officio et administer chartophylacis ? Nam *chartophylacium* Latinis est *tabularium*, et a Latino usu etiam Græcis. Sicut enim magnus sacellarius et ὁ τοῦ σακελλίου suos habuerunt adjutores, **155** ita et chartophylax videtur habuisse pimicerium tabulariorum. Grets.

[P. 6. Regia superius producta inter officia recen-

A sent πριμμικήριον τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων. Notarius vero et tabularius sensu coincidunt. Goar.]

Porro de voce primicerii, secundicerii, tertiocerii, quartocerii vide Cujacium ad tit. VII, lib. XII cod. Justinianei, et Onuphrium in explicat. vocum obscurarum ecclesiasticarum, et Petrum Gregorium Syntagm. 15, 22, qui ait pronuntiationem nominis *primicerii* exigere adjectionem ex relatione alicujus, vel certe postulare ut subintelligatur. Quod si verum est, tum necesse erit ut cum inter palatinas dignitates ὁ μέγας πριμμικήριος nominatur, dignitas aliqua subintelligatur, quia primicerius nomen hoc habet respectu alicujus functionis seu ministerii. Hinc *primicerius lectorum, primicerius aulæ, primicerius protectorum, primicerius domesti-*
B *corum*. Exstat in Decretalibus titulus de *primicerio*, ubi nihil adjicitur ; neque etiam satis apparet quid aut adjiciendum aut subaudiendum sit, nisi quis dicat subintelligi vocem *cantorum*. De quo vide Petrum Gregorium l. c. Hinc *primiceriatus* dignitas et officium primicerii.

Quod ad ipsum vocabulum attinet, non improbabiliter arbitratur Cujacius illud *cerius* esse tantum productionem verbi, sine ulla novæ significationis additione; ut proinde *primicerius* idem sit qui primus, *secundicerius* idem qui secundus, sicut et apud recentiores Græcos παιδόπουλος idem est quod παῖς, Φραγκόπουλος idem quod *Francus ;* ita ut illud πουλος sit paragoge absque ulla nova significatione. Alii tamen nomen hoc a *primo* et *cera* derivatum compositumque volunt, quibus qui volet, per
C me subscribat licet.

P. 6. Ultimus in hoc quinario est ὁ ἄρχων τῶν κοντακίων, *Præfectus canticis*, ait Junius. Imo *contaciis :* nam canticum generale nomen est ad omnia quæ cani aut solent aut possunt, at contacium certum quoddam genus est in Græcorum ritualibus libris, sicut et *troparium*, εἱρμός, *canon*, κάθισμα, προσόμοιον, τριαδικὸν, θεοτόκιον, σταυρώσιμον, ἀναστάσιμον, et apud nos *versus, versiculi, graduale, tractus, sequentia, responsoria* et hujus generis alia, quæ alie-
D na lingua aut prorsus exprimi aut commode exprimi non possunt. Miror autem quid correctoribus Bonefidii in mentem venerit, ut quem ille vocaret *præfectum contaciorum*, ipsi interpretarentur *præfectum pugillarium*. Ego quid sibi *pugillares* seu *pugillaria* hæc velint, mecum exputare nequeo. Est autem *præfectus contaciorum* ille cui cura inchoandi contacia commissa. Sed de contaciis plura habes supra c. 7. Grets.

[Κοντάκιον hic (alia namque præterea refert) *modulus* est brevior, ἀπὸ τοῦ κοντοῦ, *a brevitate*, nomen sortitus ; maximeque sanctorum, quorum non est officium, memoriis brevius faciendis deservit : *breviculum* alibi vocavi. Quique his cantandis præficitur et intendit, est auctori ἄρχων τῶν κοντακίων. Goar.]

156 CAPUT XII.

De octava pentade officiorum et officialium.

P. 6. In octavo quinario primas tenet *primicerius*

Digitized by Google

non patriarchæ, sed pluteo seu pegmati in quod procumbere solebat oraturus, ut magnatibus fieri solet. Mirum, si ita est, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. Logi meri. Ἐπιγονάτιον, quod in ritualibus Græcorum libris etiam ὑπογονάτιον appellatur, una est ex vestibus quibus episcopi sacrificium peracturi induuntur, dependens a lumbis super genua; unde etiam *supergenuale* nominatur. Qui igitur pontificem hoc ἐπιγονατίῳ ex officio amiciebat, is erat ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων.

Ascribam verba Balsamonis, quibus imperitia Junii proscribetur. Exstant responsa quædam Balsamonis tom. I Juris GR. ad nonnullas quæstiones, inter quas et hæc fol. 381, *an licite sacerdotes, qui hegumeni seu antistites sunt, item protopapas et episcopus, epimaniciis et epigonatiis condecorentur.* Respondetur: Τῶν ἐπιμανικίων καὶ ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμενία μόνοις ἀρχιερεῦσι πεφιλοτίμηται, *sacratissimus epimaniciorum et epigonatiorum amictus solis episcopis concessus est tanquam figuram Domini et Servatoris nostri Dei Jesu Christi gerentibus, et hinc etiam peccata remittentibus, et alia ad imitationem Christi facientibus quæ sacerdotibus non sunt concessa. Quare neque epimaniciorum neque epigonatiorum amictu insigniuntur. Nam epimanicia typus sunt vinculorum, quibus Christi manus colligatæ fuerunt quando ad passionem tendebat. Epigonatium autem* (*supergenuale vocat interpres*) *figura est scintei, quod induit Dominus cum* **141** *discipulorum pedes lavit. Quemadmodum igitur episcopis non conceduntur ea indumenta quæ patriarchis concessa sunt, ut saccus et polystaurion, vestis crucibus undequaque conspicua, ita nec ea privilegia quæ episcopis concessa sunt ad sacerdotes transferri possunt.* Hæc Balsamon. Ex cujus verbis liquet epigonatium episcopale vestimentum seu indumentum esse, non autem id quod Junius lectoribus venditat. GRETS.

[P. 5. Ἐπιγονάτιον ornamentum est ecclesiasticum, plus quam palmare, et quadrum, ex angulo et fune serico zonæ appensum, ac genu sinistrum, unde illi nomen datum, obumbrans, ut Ecclesiæ sponsum gladio super femur accinctum et armatum adumbret; ejusque soli pontifices ac præcipua dignitate præclari nacti sunt usum; et ab eo, qui pontificum zonis affigit minister, ὁ ἐπὶ, vel ut alii, ὑπὸ τῶν γονάτων appellationem hic accipit. De quo Allatiana: Ὁ ὑπὸ γονάτων, ὅταν ἀλλάσσουσι τὸν ἀρχιερέα, φορεῖ αὐτῷ τὸ ὑπογονάτιον, κρατῶν δὲ καὶ τὸν δίσκον ἐν τῇ λειτουργίᾳ διδομένου παρ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου ἄρτου τῷ λαῷ. GOAR.]

Vocatur etiam γονάτιον quasi *genuale*. Cabasilas in Glossario: Καὶ τύπον τινὰ ῥομφαίας περιζωννύουσι αὐτὸν, τὸ λεγόμενον γονάτιον, ὃ πρὸς σχῆμα ξίφους ἐσχημάτισται. GRETS.

[*Ibid.* Ἐπιγονάτιον. Alias ὑπογονάτιον. GOAR.]

Lepidum et risu dignum arbitror quod Salomon Sweiggerus, prædicans Noricus, l. II sui Hodœporici c. 62 vestem hanc vocat ποδογονάτιον, a pogone seu barba. Ita pogonati nostri nuspiam barbæ suæ oblivisci possunt.

Ibid. Tertius in tertia pentade est ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, *magister libellorum supplicum*, inquit Junius, seu *præfectus supplicationibus: hujus erat pro injuria affectis accedere imperatorem.* Non meminit hujus functionis Citrius, nisi forte apud Citrium legendum sit ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων pro ὁ ἐπὶ τῶν κρίσεων, quem ipse undecimo loco ponit. Nominat initio Codinus τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων, licet eum postea in nulla pentade collocet, si tamen primus officialium index est Codini. GRETS.

[Deest in Allatianis hoc officium, ut et sequens, accensi ecclesiastici silentium, quietem et ordinem in secretis, hoc est pontificiis tribunalibus, indicentis. GOAR.]

Ibid. Quartus est ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων, quem *secretarium* dicere liceret, nisi *secretarii* vox usu recepto jam *actuarium* seu *scribam* seu *notarium* significaret. At noster iste ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων aliud munus habebat: erat enim institutus εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν, *compescendo populo, ut judicia habeantur*, inquit Junius, perperam. Verte: *Ejus qui secreto præest munus est ut, dum judicia habentur, populum in officio contineat*, nimirum ut silentium servaret nullasque turbas cieret; quod munus olim erat *velariorum et cancellariorum*, ut supra notavimus ex Casaubono ad Augustam historiam; ubi etiam dictum *secreta* vocari loca ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebant. Inde in Jure GR. aliquoties σεκρετικὸν ἀξίωμα, *dignitas curialis* **142** sive *senatoria*. Hinc et palatina dignitas apud Codinum p. 10, c. 2 πρωτασηκρῆτις, vox ex Græco et Latino compacta (*protosecretarium* aliqui nominant), longe diversus ab isto nostro qui dicitur ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων: nam ille judex erat, hic judicum et senatus administer. Quare ut nomine cum Latinis Græci conveniant, neutro tamen modo conveniunt re significata: Latinis enim *secretarius* jam vulgo est *actuarius* seu *scriba*, etc. Etsi hac notione vox hæc apud Græcos quoque occurrat, qui et hanc *a secretis* suam fecerunt et in unam conflarunt, ἀσεκρῆτις vel ἀσεκρήτης. Apud Citrium tenet ὁ ἐπὶ τῶν σεκρέτων locum decimum. Ἀσηκρήτειον apud Cedrenum in Michaele imperatore est curia seu locus secretioris consilii, vel locus ubi secretarii conveniunt. In Pseudocarolino opere *De imaginibus*, IV, 9, unica dictione occurrit *Asecreta*.

P. 5. Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus sacro consistorio*, ait Junius. Rectius in Jure GR. *præfectus sacræ stationi*, cujus est ἐντὸς τοῦ βήματος, *intra tabernaculum, intra altare ipsum*, εὐταξίαν, rectum debitumque ordinem, conservare inter ministros et alios. Errat enim Junius, qui præfecti hujus munus alio trahit. *At locis illis secretioribus*, inquit Junius, *judices ad tribunal consilio capto veniebant, ubi ordinem is qui proxime sequitur procurabat*, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως scilicet. GRETS.

Digitized by Google

[*Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως*. Si, ut consentit Allatius, idem qui ἐπὶ εὐταξίας fuerit, de illo hæc ejus mss. : Ὁ ἐπὶ εὐταξίας ἵσταται καὶ δέχεται τοὺς ἄρχοντας καὶ στήκει αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ καὶ νὰ καθίσουν. Addunt alia : Νὰ ὁρίζουν ἵνα φιλοκαλοῦν καὶ νὰ πλύνωσι τὰς κανδήλας. Verum nominum omisso discrimine, dicendum manifesto περὶ τοῦ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως : de quo non Allatiana mss., sed Allatii ipsius manus, ubi de recentiorum Græcorum templis. Ne ministri, qui ut plurimum juvenes sunt, ad ludendum prompti, ineptias agant et risum excitent, præfectus illis ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *præfectus sacro consistorio* in Jure GR., et Gretsero *præfectus sacræ stationi*, quam recte, ipsi viderint. Ego verterem *moderandis moribus* vel *dirigendis ritibus sacris ac constitutionibus*, ex recentioris linguæ Græcæ proprietate ; in ea siquidem κατάστασις non est *statio*, sed ipsa hominis conditio, ritus, ordo, constitutio et mores : hinc hominem dicunt ἀκατάστατον, non qui non stat, sed qui improbis insulsisque moribus est. Sic cum vident aliquem nulla discretione præditum, quasi admiratione ducti ἴδε κατάστασιν, quod alii σύστασιν. Neque aliud nobis innuit quod apud Cyrillum Scythopolitanum in Vita S. Sabæ legitur : Ἔχων μεθ' αὐτοῦ δευτερεύοντα τῆς τῶν κοινοβιαχῶν καταστάσεως φροντίδων, *habebat secum præfecti vices gerentem, cui cœnobitici ordinis servandi cura commissa est.* Et infra : Ἀναγκάζεται δὲ τὴν ἀκαταστασίαν εἰπεῖν φρατριασάντων ἐξήκοντα. Et rursum : Τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου σοφῶς ἀγανακτοῦντος, καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀνατρέψαι καὶ συγχέειν πειρωμένου. Εἰ : Τοῦ τὴν ἕνωσιν καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν συγχέειν σπουδάζοντος καὶ ταραχῆς καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πληρώσαντος. Et hypotyposis Studii : Ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ καταστασίας τῆς μονῆς τῶν Στουδίων. Εὐταξία porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi recteque constituti, quemadmodum oppositum ἀταξία male morigeratos notat. Propterea ut juventutis impetus compescerent et immoderatos juvenum mores frenarent ac turbis rixisque modum ponerent, τὸν **143** ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως in bemate, ad sacri altaris latus, constituerunt, qui juvenes irrequietos et faciles, sua auctoritate sedatos, ab injuriis et contentionibus et indecoris actibus ad bonam frugem reduceret. Non placet ? Sit ille *in rebus sacris dirigendis præfectus* : id namque illi incumbebat, ut ex præscripto et sanctorum Patrum sancitis res divina perageretur, caveretque ne quis extra præscriptos limites pedem efferret. Hæc ille. Placet præ secunda prior expositio : ut enim prior ἐπὶ τῶν σεκρέτων in judiciis ordinem et quietem, ita hic in sacro tribunali morum compositionem indicit ; nec ἐπὶ τῶν σεκρέτων leges ponit, nec hic Patrum sancita, nisi ad modestiam spectent, observanda proponit. Regia superius allata : Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως εἰς τὸ ποιεῖν εὐταξίαν. GOAR.]

CAPUT VIII.

De quarta pentade officiorum et officialium.

P. 5. Primas in quarta pentade obtinet ὁ ὑπομιμνήσκων, *monitor*, inquit Junius, εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν ἀρχιερέα μυστικῶς. Ego, si usus ferat, malim *suggestorem* : nam ὑπομιμνήσκειν est *suggerere, menti subjicere*, et ut Codinus loquitur, ἐνθυμίζειν, quasi aliquid *in mente ponere;* et est quiddam restrictius minusque fusum quam *monere :* nam et memorem monere possumus. Videtur ergo officium τοῦ ὑπομιμνήσκοντος hoc fuisse, ut patriarchæ sacrificanti vel verba ad populum facienti assisteret, eique, si alicubi memoria laberetur, *mystice*, hoc est clam, occulte, suggerendo subveniret. Si quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre et efferre velit, putetque τὸν ὑπομιμνήσκοντα fuisse similem illi qui inter officia palatina a Codino c. 2, p. 11, appellatur ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων, quemque Latini *a memoria* seu *magistrum memoriæ* nominant, cum eo non contendam : neque enim a vero alienum est hujusmodi officium fuisse in Ecclesia Cpolitana, non modo intra, sed et extra templum. In concil. Lugd. in epist. ad Greg. X vocantur οἱ ὑπομιμνήσκοντες *rememoratorii*. GRETS.

[Allatiana : Ὁ ὑπομιμνήσκων δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις τῶν ὑπομνημάτων (commendationes memorialium) τῶν ἐρχομένων ἐν τῇ κρίσει· καὶ ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῷ κλήρῳ. Ὑπομνήματα non possum *commentaria* exponere, cum Regia scribant ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα. Commentaria, relictis memorialibus, non sunt hic conjicienda. GOAR.]

Ibid. De reliquis hujus pentadis nulla est difficultas : nam unde *interpres Evangelii*, *interpres apostoli*, *interpres psalterii* nomina hæc sumpserint, per se notum est. Videntur autem uniuscujusque generis fuisse gradus diversi. Nam c. 6, p. 46, nominat Codinus protapostolarium, id est *primum interpretem apostoli*. GRETS.

[*Ibid. Ὁ διδάσκαλος τοῦ Εὐαγγελίου*. Hujus et sequentium sacrorum oratorum munera ad unius officium revocant Allatiana : Ὁ διδάσκαλος **144** ἑρμηνεύει τὸ Εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ εἰ δυνατόν ἐστι καὶ τὸ ψαλτήριον. Hinc perspicis cur SS. PP. quædam homiliæ in Evangelia, aliæ in Psalmos, in Apostolum nonnullæ, etc. Adverto τοῦ ἀποστόλου quandoque διδασκάλους plures simul repertos, quorum antesignanus πρωταποστολαρίου nomen habuit. [M : Κρατῶν καὶ τὰ σχολεῖα τῆς ἐπισκοπῆς. Ἔστι δὲ καὶ οἰκέτης τῆς τρίτης πεντάδος.] (1) GOAR.]

(1) Addit M : Οὕτως περιέχει ἡ τρίτη πεντάς.
Τέλος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ.
Ἴσθι οὖν καὶ αὐτὸ εἰς τὴν τῶν κληρικῶν διάκρισιν. Τὸ μὲν ἅγιον Εὐαγγέλιον τοῦ βαιοφόρου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ πρωτονοταρίου, τὸ τῆς μεγάλης δευτέρας ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ ἱερομνήμονος, τὸ τῆς μεγάλης τετράδος ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σακελλαρίου, τὸ τῆς μεγάλης πέμπτης ἀναγινώσκεται

Digitized by Google

P. 5. *Rhetoris* officium est generatim Scripturas sacras interpretari; et videtur ille quem nos *concionatorem* nominamus. GRETS.

CAPUT IX.

De quinta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In quinta continetur 1, Ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, socius et adjutor magni sacellarii, de quo jam suo loco, 2, Ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν, socius et adjutor curatoris sacellii, de quo itidem supra. GRETS.

[P. 5. *Τῶν ἐκκλησιῶν.* Καθολικῶν intellige, de quibus supra Allatiana: Γράφει τὰ ἀντιμήνσια (ἀντίμηνσα M) καὶ τὰ σταυροπήγια. *Altaria portatilia signat, et litteras quibus cruce data a diœcesanis exemptiones conferuntur monasteriis.* De his Euchologium fuse. Idem, ceu parœciis præfectus, κρατεῖ ἐν τῇ φυλάξει αὐτοῦ τὸ μύρον, *sacrum unguentum*, in confirmatione adhibendum a privatis sacerdotibus ceu consuetis apud Græcos ejus sacramenti ministris, *suæ custodiæ commissum tenet.* GOAR.]

Ibid. Ὁ ἄρχων τοῦ Εὐαγγελίου, εἰς τὸ κρατεῖν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς, cujus officium est *gestare Evangelium seu codicem Evangeliorum in supplicationibus et processionibus.* Hoc tamen non videtur consentire cum Joanne Citrio, qui diserte scribit τὸ ἐν ταῖς λιταῖς βαστάζειν τὸ Εὐαγγέλιον *esse* τοῦ δευτερεύοντος τῶν διακόνων, quem Codinus in sexta pentade collocat. Et fieri potest ut hæc res aliter se habuerit tempore Citrii et aliter ætate Codini: nam ut ipse Citrius conqueritur, hæc sæpius patriarchæ arbitratu suo mutabant, τὰ ἄνω κάτω ποιοῦντες, ita ut in illos quadraret parœmia ἄνω ποταμῶν χωρεῖν λέγουσα τὰς πηγάς, καὶ τὰ παρὰ Ἰουδαίοις **145** δευτερόπρωτα σάββατα, καὶ παρὰ τοῖς δεινοῖς σοφισταῖς τὰ πρωϑύστερα, ut scite ait Citrius. GRETS.

[*Ὁ ἄρχων τοῦ Εὐαγγελίου.* Consule, si laborem meretur, Euchologium nostrum fol. 770 et 811 περὶ λιτῆς et Evangelio in ea legendo. GOAR.]

Ibid. Sequitur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, quem Bonefidius vocat *luminarium*, Junius *præfectum luminibus.* Ejus erat curam gerere φωτιστῶν, recens illuminatorum seu baptizatorum: veteri enim Ecclesiæ phrasi *baptismus* appellatur φωτισμός, et *baptizati* φωτιστοί, forsan non sine respectu ad cæremoniam quamdam quæ baptismum subsequebatur: dabantur enim baptizato cerei accensi in signum fidei et gratiæ acceptæ, et quod a potestate tenebrarum translatus esset ad lumen et sortem sanctorum. Meminit hujus cæremoniæ Nazianzenus, orat. *In sanctum lavacrum*, et S. Augustinus in illud psal. LXV: *Transivimus per ignem et aquam*, etc. Junius ritum hunc involvit, ne emineat. *Accendebantur*, inquit, *luminaria.* At non tantum hoc, sed et accensa tradebantur baptizatis. *Atqui hic*, inquit, *ritus ordinarie ad baptismum observabatur.* Cur igitur vos mutastis et abrogastis? *Prætereu vero anniversarie in singularibus quibusdam diebus festis per lampadarium, ut in hoc libro appellatur* p. 44 (accendebantur hæc luminaria); at *lampadarius* iste nihil huc facit; erat enim officium ejus palatinum, non ecclesiasticum; præferebatque lampadem accensam non singularibus duntaxa festis et anniversarie, sed quoties imperator in publicum procedebat, ut ex Basalmone infra ostendam ad p. 45. Longe ergo alius ὁ ἄρχων τῶν φώτων, et alius ὁ λαμπαδάριος. Neque tantum semel vel aliquoties in anno usus luminum erat in templis, sed perpetuo et toto anno, etiam tunc quando nulli νεοφώτιστοι aderant: neque enim moris erat Græcis liturgiam sine luminibus celebrare. GRETS.

[*Ibid. Ὁ ἄρχων τῶν φώτων.* Hoc officium in quatuor videntur Allatiana dispertiri, hoc pacto: Ὁ κατηχητὴς κατηχίζει (τὸν λαὸν καὶ M) πάντας; τοὺς εἰσερχομένους ἐκ τῶν ἑτεροδόξων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ὡς ἵνα τὸ ἅγιον βάπτισμα δέξωνται. Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδευόμενος (ὁδηγῶν M) τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει (εἰσελθεῖν εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν M). Ὁ βουτιστὴς ἵσταται ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ, καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχάς, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σταυρώνει τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ βουτιστὴς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι. Ὁ μυροδότης ἵνα ὑποκρατῶν τὸ ἅγιον μύρον, καὶ ὅπου τὸ ὁρίζει ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ δοῦναι μύρον. GOAR.]

P. 5. Ultimus in hac pentade est ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων seu ἀντιμινσίου, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *præfectus antimensiorum, inducens eos qui sacram communionem accipere volunt.* GRETS.

[*Ibid.* Chartophylax, ut supra visum est, ad ecclesiasticam, hic ad laicam communionem invitat. GOAR.]

Junius *præfectus antecessui mensæ, adducens eos qui erant venturi ad communionem sacram.* Inepte prorsus, et adhuc ineptius in scholiis, ut satis mirari nequeam hominis hujus his in rebus seu ὀλιγωρίαν **146** seu ἀπαιδευσίαν. Examinemus singulas ejus ineptias. Τῶν ἀντιμινσίων, *ad verbum, antimensalium*, inquit, etc. *A mensa denominati sunt* οἱ ἀντιμίνσιοι, *quasi dicat antemensales, qui ad sacram mensam primum recipiebantur et communionem eucharistiæ*, etc. *Hi enim prius quam admitterentur ad communionem sacram, solebant ecclesiis ante mensam sisti* διὰ τὸν τῶν ἀντιμασίων ἄρχοντα, *posteaque eodem præeunte adduci ad communionem, ut palam testatum faceret, illos suos comites in unum corpus coaluisse cum Christo et Ecclesia ejus. Hic autem ritus* τὸ ἀντιμίνσιον *dictus est.* Fabulæ plus quam Æsopicæ; quibus refellendis diu immorari nil erit necesse, ubi ipsam veritatem explicaverimus, nec aliunde nisi ex Græcorum monumentis. Quid igitur sunt *antimensia? Antimensia*, inquit ille in Jure GR. fol. 239, *scimus fieri solita, quando episopus consecrato dedicatoque templo*

ὑπὸ τοῦ χαρτοφύλακος, τὸ τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ σκευοφύλακος. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχατος ἀναγινώσκεται τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ὑπὸ τοῦ μεγάλου οἰκονόμου.

Ἐπληρώθη ὁ δεξιὸς χορὸς καὶ τὰ μεγάλα ὀφφίκια τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

Digitized by Google

pannum mensæ substratum mensamque seu altare tegentem, in frusta dissectum pictumque sacerdotibus distribuit, ut eo prædiți sacrificium offerre queant Sunt igitur *antimensia* ea quæ apud Latinos *lapides consecrati* seu *aræ portatiles*, sine quibus sacrificium fieri non potest, si non offeratur in altari per se alioquin consecrato et dedicato. Dicuntur *antimensia*, quia sunt loco mensæ seu aræ consecratæ ejusque vicem subeunt; fiuntque ex panno diviso et in frusta dissecto, ex illo, inquam, panno qui altare ab episcopo de novo consecratum vestiebat et ornabat : hoc enim operimentum in partes minutas dissectum distribuebat episcopus sacerdotibus, ut postea partium istarum beneficio sacrificium in altaribus etiam non consecratis offerre possent. GRETS.

[P. 5. Antimensia, quasi *mensæ sacræ vice* assumpta, sunt Græcorum altaria portatilia, lintea nimirum sacris reliquiis ditata, unguento quoque sacro delibuta ac pontificis benedictione ad missam in iis celebrandam dedicata. Ut eorum usus est in communione, qui hujus curam suscipit, illis præfici asseritur. GOAR.]

Quocirca quærit ille in Jure Græco-Romano, *quid faciendum si desint antimensia, cum sine his celebrare non liceat?* Responsum his verbis datur : *Antimensia in omnibus sanctis mensis* (hoc est altaribus) *poni necesse non est, sed in iis de quibus incertum num consecratæ sint necne. Nam antimensia locum obtinent consecratarum mensarum, nec iis opus est ubi mensas consecratas esse constat.* Ex quibus liquido patet quæ sint *antimensia*, quis eorum usus, nempe idem prorsus qui apud nos *altarium portatilium* seu *lapidum*, ut vocamus, *consecratorum*, quorum beneficio potest quis etiam in non consecrato altari celebrare. Quod ergo nos possumus hoc medio, id Græci quibant per *antimensia*, hoc est per partes tegumenti illius quod novum altare, quando templum consecrabatur, operuerat.

Inter cæteras quæstiones Joanni Citrio propositas hæc etiam una erat, an *antimensia etiam valeant in aliis provinciis et diœcesibus, an solum in diœcesi episcopi antimensia illa consecrantis et conficientis.* **147** Responsio est *valere ubique, sicut et ipsum sacrum unguentum et alia sacra, quamvis uno in loco sanctificata, semel tamen sanctificationem adepta ubique eam retinent et exserunt*, inquit Citrius, qui et docet *antimensia non primo statim dedicationis die distributa, sed tum demum, ubi tegumentum altaris per sacrificia septem continuis diebus oblata sanctificationem accepisset, in partes divisum et pro antimensiis distributum esse.* In eamdem sententiam Nicephorus patriarcha Cpolitanus tom. I Juris GR. fol. 29, *Antimensia*, inquit, *ubicunque fuerit iis opus, mittuntur, nec vel hac vel illa regione circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam transferuntur sicut et sacrum unguentum.* Addit Nicephorus notationem nominis : *Sic autem appellantur ὡς ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μίνσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν καὶ δεσποτικὴν τράπεζαν.* Sunt enim ipsius consecratæ mensæ seu aræ *vicaria* : nam ut idem Nicephorus dicit, *proprie mensas* seu aras significant *quas consecratio non sanctificavit.* Monet etiam hoc Nicephorus : *Si per ignorantiam totum fuerit antimensium, non propterea amittere sanctificationem nec profanum effici.* Pro quo alii, vitiose prorsus nulloque sensu, *si impletum fuerit antimensium* : nimirum pro πλυθῇ legerunt πληθυνθῇ. Quæ vitiosa lectio a Bonefidio profecta exstat etiam tom. VI Bibliothecæ SS. Patrum.

In Euchologio Græcorum præscribitur τάξις, hoc est modus et ordo consecrandi antimensia. *Quando*, inquit, *sacerdotes antimensia mensæ imponunt, illis ex œnanthe seu flore vini superinfundit episcopus ter quantum satis, recitato interim psalmo* : « *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.* » *Hoc ter dicto reliqua ejusdem psalmi adjungit, Deumque benedicens ait,* « *Benedictus Deus noster, nunc et semper et in sæcula sæculorum, Amen.* » *Postea accepto sacri unguenti vase, et diacono clamante,* « *Attendamus,* » *facit per antimensium cruces tres, unam per medium, utrinque duas, recitaturque psalmus* : « *Ecce quam bonum et quam jucundum,* » *usque ad finem; Deumque collaudans dicit episcopus :* « *Gloria tibi, sancta Trinitas, Deus noster in sæcula.* » *Deinde accepto turibulo incensum facit; et diacono dicente* : « *Oremus Dominum,* » *sic precatur pontifex.* Subduntur deinde preces, quas super *antimensia* pontifex fundit ; quarum desiderio qui tenetur, is Euchologium consulat.

Animi causa juvat addere quæstionem Joanni Citrio propositam, quid Græce significet *antimensium*, et quomodo scribendum sit, num per ἦτα an per ὦτα. Ad hanc quæstionem ita respondet Citrius: *Appellatio deducitur a mensa, quod secundum Græcos quidem significat* κανοῦν *canistrum, et secundum Italicam linguam* τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ἐψοποιοῖς ἐδεστόν. Interpres, *Venale propinatorum edulium* (quam bene Græcus, tam bene Græci interpres). Audiamus cætera. *Hæc ratione et in mensis explicatæ mappæ nominantur mensalia, tanquam ad ornatum mensæ posita. Vulgari autem usu antimensia dicuntur ut in vestibus antipana* (antipanni). *Hæc autem in sanctis illis ponuntur mensis quas consecratio non sanctificavit.* **148** Subjungit Citrius : *Si templum non est dedicatum, quod ei deest, sanctificatoria vis antimensii implet. Ideoque in non consecrato templo sacrificium sine antimensio nunquam facere licet. Et sacerdoti qui hoc ausus fuerit, pœna erit depositio. Per iota autem scribitur* διὰ τὸ ἐθνικόν· τὰ γὰρ ἐθνικὰ κατὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὔτε παραγωγὰς οὔτε κανόνας ἔχουσιν. *Solent autem grammatici per iota et omicron et epsilon* τὰς ἐθνικὰς φωνὰς *scribere.* Quæ ratio Citrii quanti sit, in cujusvis arbitrio situm esto.

Ait insuper *antimensia* nullo modo licitum con-

Digitized by Google

ficere, nisi in novi templi dedicatione, quique secus agant, canones transgredi, nec referre num nuper templum sit exstructum ; satis esse quod non fuerit dedicatum, quandocunque demum exstructum fuerit.

His hunc in modum de antimensiorum ratione explicatis, in tenues auras evanescit Junianus ille *antecessui mensæ præfectus*, cum scholiis illis vere scoriis et insulsis. Nos præfectum *antimensiorum* vel *antimensii* nominemus ; cui præter curam *antimensiorum* etiam hæc incumbebat, ut corpus Domini accepturos ad communionem seu deduceret seu induceret. GRETS.

CAPUT X.

De sexta pentade officiorum et officialium.

P. 5. In sexta pentade primum locum tenet *primus ostiarius* κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας, *qui fores custodit in ferendis suffragiis*, inquit Junius, *chirotoniam* pro *electione* accipiens. Ego malim *chirotoniam* accipere pro proprio suo significato, nempe pro consecratione seu ordinatione ministrorum Ecclesiæ, ita ut *primo ostiario* cura januæ demandata sit tunc quando diaconi, sacerdotes aliique ordinantur et consecrantur. Quamvis magnopere non repugnabo, si quis officium primi hujus ostiarii interpretetur de ipsa electione ministrorum Ecclesiæ, cum per suffragia eliguntur ab illis quibus jus et potestas eligendi : tunc enim vel maxime attento et circumspecto *ostiario* opus est. GRETS.

[*Ibid.* Huic aliud munus adjungunt Allatiana : Οἱ ὀστιάριοι βαστάζουν τὴν ῥάβδον τοῦ ἀρχιερέως. Cubicularii onus esse asserunt alia : Ὁ κουβούκλης ἵνα βαστάζῃ τὸ δεκανίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατεῖ. GOAR]

P. 5. *Secundus ostiarius* ὁ κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον, *qui tenet*, seu cui jus in *monobambylum* : ita edidit Junius. Quid vero hoc nominis ? vel potius quid monstri ? Junius hic multa, sed plane ridicularia. Quid ergo illi est *monobambylon* ? Duo loca chirotoniæ distinguit, *alterum, in quem a primo ostiario omnes admissos dicit quos noverat habere jus suffragii ferendi ; alterum secretiorem, in* **149** *quem ad patriarcham vel episcopum per secundum ostiarium intromissi fuerint, ut libere et intrepide optima fide dicerent quibus suffragarentur, quibus non suffragarentur, et quare. Hunc secretiorem singularis* χειροτονίας *locum, opinor, dixerunt Græci recentiores* μονοβάμβυλον, παρὰ τὸ μόνους ἢ κατὰ μόνας βαμβάλειν, *eo quod in loco ejusmodi rogatus quisque pro fide seorsim sententiam suam tenerotur quamvis trepide enuntiare, si quem non esse* ἀνεπίληπτον *comperisset* (*hæc enim testimonia et accusationes nonnisi trepide et labris ferme trementibus efferri solent*), *aut certe alteri obstrepere et detrahere de existimatione ipsius. Est enim* βαμβάλειν *Græcis* ψοφεῖν τοῖς χείλεσι, *aut etiam, ut in Glossario legimus, hæsitare, vacillare, titubare : sed in locum* τοῦ α *Dorice* υ *suffectum est, et* μονοβάμβυλον *corrupte dictum.* Quid est nugari, si hoc non est ? Ut enim omittam vanissimas nugas de suffragatione et electione, quomodo admissi sunt ut libere et intrepide indicarent quibus suffragarentur, si hæc, ut postea ait, nonnisi *trepide* et *labris trementibus* efferri solent, etsi in his necesse est βαμβάλειν, *hæsitare* et *fluctuare* ? Sed valeat bambalio iste : nos legamus μονάμπουλλον seu μονάμπουλον. Ut enim prioris ostiarii est fores custodire, dum ministri Ecclesiæ, diaconi, subdiaconi, sacerdotes, episcopi, ordinantur et initiantur, ita hujus secundi ostiarii est tenere ampullam unam et solam, ut distinguatur a dibampulo, de quo infra ad p. 44. Erat autem in ampulla hac chrisma ad unctionem sacerdotum et episcoporum necessarium, eamque tenebat iste ostiarius, ut in promptu statim foret, si initiator reposceret. Porro voculam *ampulla* etiam Græci fecerunt suam ἄμπουλα vel ἀμπουλλα. Aetius, l. VII : Ἀμπουλλαν ὑελίνην πλήσας ἐλαίου, ut sit cur eo minus mireris τὸ μονάμβουλον καὶ τὸ διβάμπουλον. GRETS.

[P.6. Patriarchæ, sicut et imperatori, præfertur ignis in ecclesia, fax nimirum accensa hastæ quam ornatæ affixa. Vocatur illa μονάμπουλον διὰ τὸ μόνην ἅπτειν : aliud ejus nomen est λαμπρόν. Imperatori reservatur διβάμπουλον. De utroque fusius c. 15 in notis. Consule Balsamonis Meditatum de patriarcharum privilegiis Juris GR. l. VII. Porro secundum hunc ostiarium proprio nomine vocant Allatiana περιεισερχόμενον · ὁ περιεισερχόμενος, inquiunt, ἵνα φέρῃ λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. GOAR.]

Ibid. Nunc ad protopapam me confero ; quem sic describit Codinus : Ἔκδικος καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως, *defensor et primus tribunalis* (sic enim Junius : ego *tabernaculi* seu altaris : βῆμα enim hic est locus interior et sanctior, ubi sacrificium peragitur), *proximas a pontifice obtinens*. Non tamen simpliciter (nam exocatacœli absque dubio potiores erant majorisque dignitatis et excellentiæ), sed inter sacerdotes, ut Citrius loquitur, κοινούς protopapa primus erat et sic proximus a patriarcha, seu, quod idem est, secundus a patriarcha ferens. GRETS.

[*Ibid.* Clarius Allatiana : Ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν ὀφφικίων τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς. Μεταδίδει αὐτὸς τὴν ἁγίαν μετάληψιν τῷ ἀρχιερεῖ, ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ **150** πρωτοπαπᾷ, ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. Ut παπᾶς *sacerdotem* indicet, vide Euchologica. GOAR.]

Notio et origo nominis satis constat. Apud Balsamonem tom. I Juris GR. legimus *protopapadas*, ut rectus sit πρωτοπαπάδης. Interpres *primopapadas* : sed satius videtur in his et similibus retinere Græca. In Turcogræcia fol. 218 dicitur πρωτοπαπᾶς ὁ πρῶτος τῶν ἱερέων. Jura illius in eadem Turcogræcia fol. 258 πρωτοπαπαδίκια appellantur.

P. 6. Sequitur ὁ δευτερεύων τῶν ἱερέων, *secundus sacerdotum*, εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, dux et antecessor sacerdotum et proximus a protopapa, quem Junius non male δευτεροπαπᾶν appellat. At male illud :

Digitized by Google

Qui sacerdotes introducit, εἰσοδεύων, *nimirum in tribunal, si quam causam agendam habuerint.* Nullo modo : nam εἰσοδεύειν est esse aliorum in sacris ministeriis, functionibus et supplicationibus ducem et quasi antecessorem et ductorem ; quod etiam ex descriptione τοῦ δευτερεύοντος diaconi, quæ proxime subjungitur, manifestum evadit. Deuteropapæ nullum, si recte memini, mentionem facit Citrius. GRETS.

[P. 6. Allatiana : Ὁ δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ ἀρχιερέως (hoc est cum patriarcha, cum quo alias soli episcopi celebrant, ut cum episcopis sacerdotes). Ὅταν λείπει ὁ πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. GOAR.]

P. 6. Ultimus hac sexta pentade est ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, *secundus diaconus*, πρῶτος τῶν κοινῶν, primus ex communibus diaconis, καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους. Junius : *et diaconos intromittit :* additque hoc scholium : *in functiones et stationes ipsorum.* Tu corrige : qui diaconorum *ductor, rector, director* et ut sic dicam *dispositor est :* hoc enim est εἰσοδεύειν, quod significat quemlibet in viam suam quasi introducere, ut sciat quem ordinem et stationem tenere debeat. Vidit tandem Junius hanc notionem, sed quasi per nebulam, ut apparet ex scholio quod suæ interpretationi adjunxit. Ex quo tamen, tanquam in rebus ecclesiasticis Græcorum valde scilicet perito, quærendum erat, quare verbum εἰσοδεύειν interpretatus sit, loquens de sacerdote secundo, *introducens illos in tribunal, si quam causam agendam habuerint*, ideoque verbum eadem significatione non interpretatus sit in descriptione secundi diaconi, præsertim cum diversæ notionis nullum prorsus indicium Curopalata dederit.

Verum ut accuratius intelligamus naturam et ut sic dicam indolem hujus diaconi, operæ pretium erit audire Joannem Citrium, cui hæc ignota non fuerunt, qui ait diaconum istum non eligi aut creari simpliciter ad unius arbitrium, sed κατ' ἐκλογήν, *per suffragia :* esse enim ejusmodi officium, quod desideret virum dextrum aptumque ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones ; quarum aliquas recenset. Prima est ingressis in templum imperatoribus et patriarchis faustis acclamationibus bene precari, et ut Codinus noster loquitur, **151** τὸν βασιλέα πολυχρονίζειν seu τὸ πολυχρόνισμα accinere seu πολυχρόνιον ποιεῖν. Qui mos ex antiquo more hodie quoque Græcis adhæret. Secunda est portare Evangelium in supplicationibus ac litaniis. Tertia τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. Inepte interpres : *connexiones et repetitiones in eis facere.* Correxerunt alii *collectas et preces.* Sunt συναπταὶ proprie quæ apud nos in horis canonicis vocantur *preces*, diebus jejuniorum potissimum usitatæ, non modo in matutinis, sed et in singulis horis. Et preces illæ quas post litanias pro omni hominum statu et ordine fundimus, ipsissimæ sunt Græcorum συναπταί, quanquam et quas nos vocamus *collectas* hoc nomine appellare nil vetat, quia Græcorum liturgiis astipulantibus fiet. Hæc autem ita esse intelliget lector cum ex aliis Græcorum *ritualibus*, libris tum ex Euchologio. Valeat igitur Bonefidius cum suis *connexionibus et repetitionibus.* Quarta est ἀπόντος ἀρχιδιακόνου διδόναι κηροὺς τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, *absente archidiacono dare cereos diaconis in ambone.* Ubi pessime interpres pro κηρούς legens καιρούς vertit : *tempora dare diaconis, qui amboni serviunt.* Quid, quæso, est *tempora dare diaconis ?* Neque correctores aut in Græca scriptura aut in Bonefidii interpretatione hunc tam turpem errorem animadverterunt ; ut vel hinc liqueat quam rudes rerum ecclesiasticarum isti a catholica religione aversi ad ritus Ecclesiasticos seu Græcos seu Latinos explicandos accedant. Dicit autem *absente archidiacono*, quia ut Codinus tradit p. 94, olim quidem Magna Ecclesia habebat archidiaconum, sed postea nullum habuit, quare ὁ δευτερεύων partes ejus supplevit. Hinc ait Citrius secundi diaconi esse etiam in aliis archidiaconi munus explere ; ex quibus forte hoc est, θυμιᾷν τὸν βασιλέα, imperatorem recens coronatum *incenso*, ut vocat Ecclesia, venerari, eique bene ominatum illud carmen accinere, « *Recordetur Dominus Deus* τῆς βασιλείας σου, *regni tui, in regno suo, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.* » Sic idem fausta acclamatione prosequebatur patriarcham : Μνησθείη Κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιερωσύνης σου, *Recordetur Dominus pontificatus tui ubique nunc et semper et in sæcula sæculorum.* Nec hoc fiebat tantum eo die quo imperator inaugurabatur et coronabatur, sed quoties in ecclesiam ventitabat. Ea de causa ait Citrius : Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ ἀρχιερέων, *Ipsius est imperatoribus et patriarchis in templum ingressis bene precari ;* nisi quis illud μετὰ τὴν εἴσοδον *post ingressum* referre velit ad ingressum in tabernaculum seu in Sancta sanctorum, ita ut fausta hæc acclamatio facta sit post absolutam supplicationem, in qua panis præsanctificatus ad sacrificium circumferebatur per templum et postea ad altare inferebatur. Quo fit ut secundus diaconus εὐφημίαν hanc instituerit regresso jam patriarcha ad altare et processione absoluta ; quod vero propius videtur.

Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων, non quod in ordine diaconorum Magnæ Ecclesiæ secundus esset, sed respectu ad archidiaconum, **152** qui tempore Codini nullus quidem erat, at aliquando fuerat ; unde et τῷ δευτερεύοντι τῶν διακόνων nomen mansit, sicut et τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων idem nomen mansisset, si protopapas in clero Magnæ Ecclesiæ desisset, quia cum *secundarii* nomine primus fuisset. GRETS.

[P. 6. Quid hoc rei est, ut hic diaconorum secundus scribatur ac insimul πρῶτος τῶν κοινῶν διακόνων asseratur ? Paucis hic plura evolvenda, quo proposita difficultas lucem accipiat. Temporibus ultimis diaconi tantum ad ἀρχοντίκια ὀφίκια, *nobiliora officia*, sunt admissi, qui prioribus sacerdotes per-

Digitized by Google

ministri et diaconi esse poterant, œconomus, sacellarius, secuophylax, et reliqui quindecim tribus primis officiorum pentadibus comprehensi. Hi τῆς ἐκκλησίας καὶ πατριαρχικοὶ ἄρχοντες, δεσποτικοὶ ἄρχοντες, ἀρχοντίκια ὀφφίκια, ἀρχοντίκια μεγάλα, διακονικὰ ἀξιώματα, et (κατ' ἐξοχὴν) κληρικάτα nuncupantur. Iidem vero, ut ecclesiæ altarisve proceres, patriarchæ assident in judiciis eidemque celebranti assistunt, at laboriosas illas operas non præstant quas archidiacono voluere reservatas ceu operoso altaris ministro. Qua de causa totus ministeriis intentus archidiaconus ὀφφίκιόν ἐστι μόνον, ut præmisimus nota hujus capitis 1; nec est ἀρχοντίκιον, nec inter proceres diaconos numeratur. Diaconorum tamen, quatenus ministerium aliquod implent, caput est et princeps, eisdemque quantumvis proceribus in diaconicis ministeriis præficitur. Hujus sententiæ auctor mihi est Joannes Citri episcopus juris GR. l. v. Postquam enim quæsiit τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον ποίας ἐστὶ τάξεως καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ προΐσταται τῶν ἄλλων διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, καὶ εἰ προτιμᾶται πάντων ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων, respondet Citrius: Τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον οὐκ ἔστιν ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια, περιφορᾶς δὲ πολλῶν ἡλίων συμπέρασμα (hoc est ministeriorum a diaconis magistratibus obeundorum compendium). Διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἰδίου κόπου συμπέρασμα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποιοισοῦν τετίμηνται εἴτε καὶ μὴ, ἐν τῷ ναῷ καὶ ἐν τῷ βήματι καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων μυστηρίων. Uno verbo supergreditur diaconos proceres ex ministerio, non dignitate, aliamque classem solus componit; eumque sequitur vices ejus gerens ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, qui tertiæ classis communium diaconorum primus dux et caput censetur; et ob allatas rationes λέγεται δευτερεύων, ait Citrius idem superiore responso, οὐχ ὅτι δευτερεύει ἐν τῇ τάξει τῶν διακόνων. Instas nihilominus, et sollicitus rationem quæris cur ex officiis archidiaconi nomen sit expunctum? Aptius illi reddent qui palatinis archidiaconum accensuerunt. Vide postremas notas c. 2. Goar.]

CAPUT XI.

De septima pentade officiorum et officialium.

P. 6. In septima pentade primas tenet protopsalta, *primus psaltes* seu *cantor*. Citrius vocat *domesticum psaltarum*, indicatque hoc nomen usitatius fuisse quam illud *protopsaltæ*. Mirum est quomodo Codinus in hac septima pentade collocet protopsalten, **153** cum ipse c. 17 diserte dicat Ecclesiam Magnam non habere *protopsalten*, sed *domesticum*; nisi dicere velimus officium esse idem, nomen diversum, inque catalogo officiorum ecclesiæ vocasse *protopsalten*, quem proprio nomine vocare debuisset *domesticum cantorem*. Quid sit domesticus, infra explicabitur ad p. 7. In palatino tamen clero erat protopsaltes, ut docet Codinus loco citato, qui simul erat *exarchus* cleri imperatorii. Grets.

P. 6. Allatiana: Ὁ πρωτοψάλτης ἵσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιοῦ τε καὶ εὐωνύμου. Ἄρχεται δὲ καὶ τὴν ἔναρξιν τῆς ψαλμῳδίας. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ψάλται ὅλοι. Addunt alia, οἱ δομέστικοι καὶ οἱ πριμμικήριοι. Φορεῖ δὲ καὶ σφικτούριον (*tunicam brevem et strictam*). Goar]

Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικος, *singularis domesticus*, ut interpretatur Junius, *primi et secundi chori*. Sed errat: legendum οἱ δύο δομέστικοι, *duo domestici, alter dextri, alter sinistri chori*. Clare Citrius duos nominat, ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ. Et facilis via fuit contrahendi vocabula disjuncta οἱ δύο δομέστικοι in unum ἰδιοδομέστικοι: cæcutiat qui hoc non videat. Nec obstat quod hac ratione sex futuri sint in septima pentade: nam et in prima pentade sex sunt, ut supra diximus, et tamen vocatur *pentas* seu *quinarius*. Quid sit *domesticus* in jure civili et apud alios passim scriptores Græcos et Latinos, explicat Cujacius ad lib. XII Cod. Justinianei, ad tit. 12, et Petrus Gregorius Syntagmatis VI, 8. Quid hoc nomine significarint Græci recentiores docet Citrius, cui cum hæc quæstio fuisset proposita, *Cujus linguæ est domestici appellatio, et quibus ecclesiæ ministeriis nomen hoc impositum est?* respondit: *Domestici* appellatio secundum Latinos ducem, ἐξάρχοντα, inceptorem, præpositum et præfectum significat, sicut et in functionibus imperatoriis invenire est *domesticum Orientis, Occidentis, scholarum*. Imo etiam *domesticum mensæ, domesticum mœnium, domesticum thematum*. Sic et in ecclesiasticis ordinibus *domestici* vox usurpatur. Εἶτ' οὖν ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης μελῳδιῶν καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domesticus igitur musicorum seu cantorum nihil aliud est quam præfectus, qui omnes regit ac dirigit, ipsosque simul ac cantiones cunctas disponit ac in ordinem redigit.* Est autem munus domestici cantorum seu protopsaltæ in vigiliis communibus clara voce pronuntiare illud, Εὐλόγησον, δέσποτα, quod nos dicimus *Jube, domine, benedicere*. Ex sententia igitur Citrii domesticus nil aliud est quam *præses, antistes, præfectus*, uno verbo primus in suo genere. Nec male Citrius notionem hujus vocabuli expressit, prout usurpatur a Græcis recentioribus, etsi haud scio an vox *domestici* in hac notione usitata sit Latinis, seu novis seu antiquis. In jure profecto alia notione usurpatur, ut et in communi loquentium consuetudine. **154** Ab hac voce formarunt Latini *domesticatum*, quod in jure exstat. Et apud Balsamonem in canone 17 apostolorum δομεστικάτα *officia domesticorum*, et apud Codinum c. 7 οἱ τοῦ δομεστικείου δομέστικοι, et c. 5 δομεστίκιον. Grets.

P. 6. Domesticum dicemus aliquando præpositum significare. De istis duobus utriusque chori ducibus

Digitized by Google

Allatiana : Οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται ἐν τοῖς δύο χοροῖς μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοψάλτης. Domesticis adjungunt δύο πριμικηρίους ἱστα,ένους μετὰ τῶν δομεστίκων · ψάλλοντες καὶ αὐτοί. Goar.]

Ibid. Sequitur λαοσυνάκτης, ad verbum *populi convocator et congregator*, Junio *cocio*, sed *nihili cocio*. Ejusdem meminit Citrius, eodem nomine interpres reddit, *populi coactor;* corrector correxit, *collector* sive *congregator*. Cujus officium publico signo populum ad rem divinam convocare. Grets.

[Duos scribunt Allatiana, et λαοσυνάπτας vocant : οἱ δύο λαοσυνάπται (—κται M) συνάγουσι τοὺς διακόνους, καὶ ἀναγορεύουσιν ἵνα μὴ λείπῃ κανείς. Συνάγουσι δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Goar.]

In Typico S. Sabæ videtur appellari κανδηλάπτης, *a candelis accendendis :* hujus enim etiam est κρούειν τὰς βαρέας καὶ τὸ σιδηροῦν, quæ illis loco *campanarum* erant, καὶ σημαίνειν τὸ μέγα σήμαντρον. Varia enim signa dabant, ut et apud nos fieri assolet. Vide Balsamonem in dissertatione cur monachi tribus signis suos ad sacra convocent, cum alii uno signo contenti sint.

Ibid. Quartus in hac pentade est ὁ πριμικήριος τῶν ταβουλαρίων. Junius interpretatur *notarium*. Sic enim initio nominari videtur ab ipso Codino p. 1 ed. Jun. : cum enim notarium nominet, ac postea singula officia in pentadas digerens de notario prorsus sileat, credibile est Codinum nomine *primicerii tabulariorum* intellexisse *notarium*. Quod forte verum est, sed nescio quomodo cum Junii sententia conveniat, qui *primicerium* in quovis officio illum dici putet *qui primus inscriptus sit albo sive ordinis sui catalogo, et primas in suo ordine obtineat, prima cera, id est summa, inscriptus*. Hoc si verum est, idem ergo erit primicerius *tabulariorum* cum protonotario, qui, ut Junius dicit, *primicerius* primus est in *cera* seu *albo*, et tabularii sunt notarii, idemque igitur protonotarius seu primus notarius et *primicerius tabulariorum*. Ego nodi hujus solutionem non video, nisi quis dicere velit istum dici *primicerium tabulariorum* respectu illorum notariorum quos infra se habet, non respectu omnium, quo pacto ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων vocari posset *primicerius diaconorum*, non absolute, sed comparatione τῶν κοινῶν, ut Citrius et Codinus loquuntur.

Addam et hoc. Quid si per vocem ταβουλαρίων hic non intelliguntur *tabularii*, seu *notarii*, sed *tabularia* seu *archiva*, et ita ut primicerius *tabulariorum* ille dicatur qui præest *tabulario* seu *archivo*, socius in hoc officio et administer chartophylacis ? Nam *chartophylacium* Latinis est *tabularium*, et a Latino usu etiam Græcis. Sicut enim magnus sacellarius et ὁ τοῦ σακελλίου suos habuerunt adjutores, **155** ita et chartophylax videtur habuisse pimicerium tabulariorum. Grets.

[P. 6. Regia superius producta inter officia recen-

A sent πριμμικήριον τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων. Notarius vero et tabularius sensu coincidunt. Goar.]

Porro de voce primicerii, secundicerii, tertiocerii, quartocerii vide Cujacium ad tit. VII, lib. XII cod. Justinianei, et Onuphrium in explicat. vocum obscurarum ecclesiasticarum, et Petrum Gregorium Syntagm. 15, 22, qui ait pronuntiationem nominis *primicerii* exigere adjectionem ex relatione alicujus, vel certe postulare ut subintelligatur. Quod si verum est, tum necesse erit ut cum inter palatinas dignitates ὁ μέγας πριμμικήριος nominatur, dignitas aliqua subintelligatur, quia primicerius nomen hoc habet respectu alicujus functionis seu ministerii. Illinc *primicerius lectorum*, *primicerius aulæ*, *primicerius protectorum*, *primicerius domesti-*
B *corum*. Exstat in Decretalibus titulus de *primicerio*, ubi nihil adjicitur ; neque etiam satis apparet quid aut adjiciendum aut subaudiendum sit, nisi quis dicat subintelligi vocem *cantorum*. De quo vide Petrum Gregorium l. c. Illinc *primiceriatus* dignitas et officium primicerii.

Quod ad ipsum vocabulum attinet, non improbabiliter arbitratur Cujacius illud *cerius* esse tantum productionem verbi, sine ulla novæ significationis additione; ut proinde *primicerius* idem sit qui primus, *secundicerius* idem qui secundus, sicut et apud recentiores Græcos παιδόπουλος idem est quod παῖς, Φραγκόπουλος idem quod *Francus;* ita ut illud πουλος sit paragoge absque ulla nova significatio-
C ne. Alii tamen nomen hoc a *primo* et *cera* derivatum compositumque volunt, quibus qui volet, per me subscribat licet.

P. 6. Ultimus in hoc quinario est ὁ ἄρχων τῶν κοντακίων, *Præfectus canticis*, ait Junius. Imo *contaciis :* nam canticum generale nomen est ad omnia quæ cani aut solent aut possunt, at contacium certum quoddam genus est in Græcorum ritualibus libris, sicut et *troparium*, εἱρμός, *canon*, κάθισμα, προσόμοιον, τριαδικὸν, θεοτόκιον, σταυρώσιμον, ἀναστάσιμον, et apud nos *versus*, *versiculi*, *graduale*, *tractus*, *sequentia*, *responsoria* et hujus generis alia, quæ alie-
D na lingua aut prorsus exprimi aut commode exprimi non possunt. Miror autem quid correctoribus Bonefidii in mentem venerit, ut quem ille vocaret *præfectum contaciorum*, ipsi interpretarentur *præfectum pugillarium*. Ego quid sibi *pugillares* seu *pugillaria* hæc velint, mecum exputare nequeo. Est autem *præfectus contaciorum* ille cui cura inchoandi contacia commissa. Sed de contaciis plura habes supra c. 7. Grets.

[Κοντάκιον hic (alia namque præterea refert) *modulus* est brevior, ἀπὸ τοῦ κοντοῦ, *a brevitate*, nomen sortitus ; maximeque sanctorum, quorum non est officium, memoriis brevius faciendis deservit : *breviculum* alibi vocavi. Quique his cantandis præficitur et intendit, est auctori ἄρχων τῶν κοντακίων. Goar.]

156 CAPUT XII.

De octava pentade officiorum et officialium.

P. 6. In octavo quinario primas tenet *primicerius*

Digitized by Google

lectorum, qui et apud Citrium comparet. GRETS.

[*Ibid.* Ὁ πρωτοψάλτης τῶν ἀναγνωστῶν. Allatiana simul cum Citrio cuncta officia in διακονικά, ἱερατικὰ καὶ τῶν ἀναγνωστῶν volunt esse divisa. Quindecim prima diaconis assignant, eosque ad patriarchæ latus in dextro choro, velut ejus curiam, locant: sequentia plura quam apte sacerdotibus conveniant, æquus lector ex primo obtutu judicat. Protopsaltæ vel hujus inferiores non nisi lectoribus conferri Citrius, auctore ipsi consentiente, determinat. GOAR.]

Ib. Sequitur ὁ νομικός, qui apud Codin. p. 1 ed. Jun. est ὁ νομοδότης, Junio *præceptar*, qui et in scholiis ista: *Præceptor est musicorum vel* ψαλτῶν, *gymnasiarchus, qui postea corrupta voce* μαΐστωρ, *id est magister, appellatur*, p. 44 et p. 60. Num hæc vera sint, facit ut dubitem Joannes Citrius, apud quem est νουμμοδότης, *nummi dator*, ut vertit interpres. Forte is est quem nos *eleemosynarium* appellare solemus; nisi quis arbitretur eum apud Græcos morem viguisse qui apud nos in multis ecclesiis, ubi præsentibus clericis aliquid pecuniæ dari solet; quam vocant *præsentz*, et illum cui munus distribuendi commissum, *præsentzer*. At cum Codinus uno loco habeat νομοδότην, altero expresse νομικόν, non videtur verisimile νουμμοδότην legendum esse; nisi quis etiam priore loco νουμμικόν nota forma a *nummo* restituendum contendat. Licet νομικός quoque παρὰ τὸ νόμος, ut *numum* seu *nummum* significat, deduci possit. Quodsi νομικός ad cantores pertinet, plane is videtur esse qui cantum cantoresque regit, et ut vulgo loquimur, *qui tactum præbet, der den Tact giebt*; nisi cui forte magis arrideat ut per νομικόν et νομοδότην intelligat jurisperitum seu juris interpretem: forsan enim in clero Magnæ Ecclesiæ tempore Codini erat is qui postea dictus est νομοφύλαξ, cujus mentio in Turcogr. l. VII, fol. 506. Nec est a vero alienum fuisse inter officiales ecclesiasticos aliquem qui de jure responsa daret. Glossarium Latinogr. *tabellio*, νομικός. GRETS.

[*Ibid.* Ὁ νομικός. Qui typis et ecclesiasticis rubricis apprime eruditus, quod quoque die legendum officium vel occurrat memoria facienda, sancit et publicat. Ita me docet Antonius Gralis CP. Alii eum esse volunt qui legem cantoribus ponit et choros regit. Solent nostrates musici elevata depressaque manu cantus modum et ordinem præfigere cantoribus, quod Græcis deesse nequit; quibus præterea illud est in usu, ut variis manus dextræ motibus diversisque digitorum et articulorum conformationibus varias vocum inflexiones in omnium conspectu melius quam musicæ notulæ designent, atque ita non scriptis, sed manus nutibus, quam χειρονομίαν dicunt, cantus leges ob oculos ponant. Hos cum Theophilo χειρονομεῖν scriberet Cedrenus: auctor νομικούς nuncupat.]

Ibid. Sequitur ὁ πρωτοκανόναρχος, *primus canonarchus*, inquit **157** Junius, cujus etiam Citrius meminit. Junius in schol. *canonarchus, qui canonibus synodalibus et aliis legendis præfectus est*; cujus rei exemplum habetur c. 6 et 15. Verum in priore loco non fit mentio *protocanonarchæ*, sed canonarchæ, qui duo diversi, sicut protonotarius et notarius. Verba Codini, p. 46, hæc sunt: legitur a canonarcha illud, Πολυχρόνιον, *diuturnum faciat Deus sanctum imperium tuum in multos annos*: idque tertio repeti dicit. Estne hic sermo de *protocanonarcha* an de *canonarcha*? Diciturne ipsius esse legere *acta synodica* et alia hujus generis? Estne fausta illa apprecatio *diuturnum faciat imperium tuum*, etc, canon synodalis, ut Junius loquitur? Multo minus id altero a Junio citato loco p. 82, reperire licet, ubi nullum verbum nec de canonarcha nec de protocanonarcha. Sed Junius tanquam cæcus in his ecclesiasticarum functionum vocabulis oberrabat, et dummodo aliquid diceret facile se inventurum fidem arbitrabatur apud illos qui præter prædicantes et ministros verbi nihil norunt.

Quis igitur *protocanonarcha*, et unde hoc nomen? Exponet nobis hoc Zonaras, qui in commentariis super canonas Anastasinos Joannis Damasceni ita commentatur: *Canon dicitur quia præfinitam et novem odis circumscriptam habet periodum*, ut videre est in Græcorum ritualibus libris. Ab his igitur canonibus apud Græcos magnæ auctoritatis et existimationis *protocanonarcha*, et qui sub illo erat, *canonarcha* nomen traxerunt: ipsorum enim erat canonas istos, quando in ecclesia decantandi erant, inchoare et reliquis quasi præire. Hinc, et non aliunde, hoc nomen originem ducit. GRETS.

[Κανών hymnus ecclesiasticus est longior et pluribus tropariis constans. Qui vero canonibus istiusmodi concinendis incumbit, κανονάρχου appellatione honestatur. Hoc autem pacto κανοναρχεῖ. Deficientibus libris prout apud nos, uncialibus litteris exaratis et in chori medio ad omnium obtutum expandendis, cononarcha troparii unius commata successim alta voce dextro choro primum, tum alterius troparii vel strophes commata choro alteri, non interrupto cantu, suggerit; ac ita fungitur officio quod est κανοναρχεῖν, *canonum* videlicet decantandorum *singula verba et periodorum membra* prudenter ob librorum defectum *suggerere, et quo tono sint cantanda monere*. GOAR.]

Quartus est ἔξαρχος, *exarchus, dux quidem*, inquit Junius, *et præses ministrorum ecclesiæ in ordinanda singulorum functione et ministerio*. Fallitur. Rectius in Turcogr. fol. 192, exarchus *legatus aut vicarius patriarchæ aut metropolitæ, sicut nos legatum apostolicæ sedis dicimus*. Et fol. 293 dicitur exarchos missos ad colligendum subsidium pro pendendo Turcis tributo: habere etiam potestatem τοῦ ἀργοὺς ποιεῖν καὶ ἀφορίζειν, *privandi officio ecclesiastico et excommunicandi*, δι' εὐλόγους αἰτίας, *ob justas causas*. Item jus absolvendi pœnitentes: et ad hoc proprlis litteris, quas συγχωρητικὰ γράμματα appellant, a patriarcha instruuntur. Fol. 219, duo no-

Digitized by Google

minantur patriarchales exarchi uno et eodem tempore, qui et interdum *eparchi*. De exarcho nihil, **158** quod sciam, Citrius. Exarchi dignitas olim clara fuit etiam extra Ecclesiam inter palatinas functiones et imperatorias. Hinc *exarchi* illi in Italia, quorum nusquam non mentio. Et Gennadius *exarchus Africæ*, ad quem scribit S. Gregorius Magnus l. I, epist. 37. Hinc *exarchatus* et *exarchia*. Ἔπαρχος palatina dignitas est apud Codinum cap. 2. GRETS.

P. 6. Ἔξαρχον eum hodie vocant, qui velut a latere patriarchæ legatus provincias ei subjectas obit, ac de clericorum moribus, de causis ecclesiasticis, de cultu divino, si non obsolescat, de conjugiis et eorum divortiis, de plebis pontificisque dissidiis, de canonum ecclesiasticorum observantia, de sacramentis, confessionis maxime, conferendis, de monachorum disciplina, de ecclesiarum a diœcesanis exemptarum legibus, etc. inquirit, et his cunctis ex æquo bonoque, dum, quod aiunt, visitationem peragit, consulit in posterum; præ omnibus vero census ex unaquaque ecclesia patriarchæ obvenientes et cuncta ad eum spectantia jura diligenter investigat, rigide colligit, et nonnunquam exinde perample auctus, ad patriarcham defert. Hoc ejus munus imperatoriis exarchis in Italia quondam residentibus non absimile : illi si quidem bello pacisque tempore cuncta imperatorum jura sarta tecta servabant; hi pariter, ceu patriarchæ vicarii ac ejus personam referentes, omnem eorum exercent potestatem, et omnem debitum census eorum nomine exigunt. Allatiana : Ὁ ἔξαρχος ἵσταται πλησίον τοῦ δευτερεύοντος ἐν ἐκκλησίᾳ, γυρεύει δὲ καὶ πᾶν σκεῦος καὶ ἀλλαγὰς τῆς περιοχῆς τῆς ἐπισκοπῆς. Ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς κρίσεις τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, εἰ ἐκρίθησαν δικαίως. Καὶ γράφει τὰ ἀντιμίνσια. Ἀναγυρεύει δὲ καὶ τῶν ἀνδρογύνων τὰ κωλύματα. *Antimensiis diei annique, quo consecrata sunt, notas apponit; et matrimoniorum impedimenta examinat.* Observa τὸ ἀλλαγή *vestem sacram* referre, τὸ ἀλλάσσω vero frequentius per totum hoc opus occurrens, *vestes sacras induere*. GOAR.]

Ibid. Ultimus est *ecclesiarcha*, *præfectus ecclesiæ*. Citrius nominat tres ἄρχοντας τῶν ἐκκλησιῶν, inter quos haud dubie unus, qui supra in quinta pentade dictus est, ὁ ἄρχων τῶν ἐκκλησιῶν μετὰ τοῦ σακελλίου. Bonefidius vertit, nescio quam bona fide, *tres magistratus ecclesiarum*. GRETS.

[Ὁ ἐκκλησιάρχης. Qui suæ curæ demandatam ecclesiæ curam tenet, ad officium divinum dat signa, lumina disponit et accendit, sedilia componit, sacras imagines profert vel recondit, ac denique munditiem ubique splendere providet, uno verbo sub sceuophylace magno vasorum custode sacristam agit. Ejus instituendi formam in Euchologiis protuli fol. 489. Socium ex Græcorum relatu τὸν διαβαστήν, *lectorem sermonum et homiliarum*, et κανδηλάπτην, *cereis lucernisque accendendis præfectum*, adjunxi. Huic, sicut et τῷ λαμπαδάπτῃ, signorum in ecclesia faciendorum studium committit Allatius de recentiorum Græcorum templis, fol. 101, proindeque, si non eorum munere fungitur, suæ saltem dispositioni tenet subjectos qui sequuntur in Allatianis. Ὁ πρώξιμος ὁρίζει, καὶ σημαίνουσιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ψαλμῳδίας ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. Ὁ καταγοριάρης (alias κατηγοριάρης) φιλοκαλῶν τὴν ἐκκλησίαν· ἅπτει δὲ καὶ τὰς κανδήλας, φέρει δὲ καὶ λαμπρόν. (Addunt alia : Ὑπομνίζει τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τοῦ λαοῦ, ἵνα σχολάσῃ.) Οἱ λαμπαδάριοι καθίζουσι (alia : καθαρίζουσι) τὰς λαμπάδας, ἅπτουσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὁ βασταγάριος, ἵνα βαστᾷ τὸν τῆς ἐκκλησίας ἅγιον εἰς λιτὰς καὶ ἑορτὰς ἐπισήμους. (M : οἱ θεώριοι νὰ θεωροῦν καὶ νὰ σκοπεύουν τοὺς ἄρχοντας, **159** ἵνα καθίζωνται καὶ εἱστήκουν εὔτακτα. Ὁ δεκανὸς, ἵνα καλῇ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὰς αὐτῶν δικαιώμασι καὶ προσφερώμασι. Ὁ κουβούκλης ἵνα βαστᾷ τὸ δικανίκιον τοῦ ἀρχιερέως, ὅταν περιπατῇ.) GOAR.]

CAPUT XIII.

De nona pentade officiorum et officialium.

P. 6. In nona pentade primas tenet domesticus τῶν θυρῶν, *præfectus januæ*, tertius nimirum *ostiarius* : nam in sexto quinario duos enumeravit Codinus, et Citrius tres ostiarios inter officiales ecclesiasticos nominat; quorum tertius hic forium domesticus seu præses, uno verbo *janitor*. GRETS.

[Sacri tribunalis fores subdiaconis commendatas testatur Maximus in Dionysii De eccl. hierar. c. 3 : Σημείωσαι, inquit, ὅτι οἱ διάκονοι τότε τὰς θύρας εἶχον, νῦν δὲ οἱ ὑποδιάκονοι. Suffragatur Thessalonicensis præsul Simeon : Φυλάσσει μὲν ὁ ὑποδιάκονος τὰς πύλας τὰς ἱερὰς, ἵνα μή τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ. Eam ob rem soleam locum ad sacras altaris fores situm, de quo cum auctore c. 17, subdiaconis lectoribusque ceu propriam sedem Thessalonicensis idem assignat : Ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σωλέαν, ὃς δὴ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. Inter subdiaconos autem vel lectores antesignanus ille, cui ceu potiori earum commendatur custodia, jure merito mihi δομέστικος τῶν θυρῶν nuncupetur. GOAR.]

Ibid. Sequitur *chartularius*, qui longe diversus a chartophylace; et inepte vocatur chartophylax *chartularius*, ut supra dictum (cap. 4). Citrius non unum, sed plures ponit : nam lectores enumerans collocat inter illos χαρτουλαρίους τῆς μεγάλης σακέλλης καὶ τοῦ σκευοφυλακίου, *chartularios magnæ sacellæ et sceuophylacii* seu *armarii vasorum*, inquit Bonefidius. Docuimus jam supra (cap. 2) ex Balsamone eos qui chartophylaci, sceuophylaci, magno sacellario subserviebant tanquam administri, appellatos esse *chartularios*, ita ut chartularii isti nihil aliud fuerint quam συμμερισταὶ τοῦ κόπου, *laboris consortes*, ut Balsamon loquitur. Nec scio quam apte huc quadret *registrator* Junii.

Nec Latinis chartularius ignotus fuit : nam S. Gregorius l. epist. 75 ad episcopos Numidiæ scribens nominat Hilarium *chartularium suum*, qui in Africam a prædecessore S. Gregorii missus

Digitized by Google

seriis apostolicæ loco causas ecclesiasticas cognoscebat et tanquam judex dirimebat et judicabat; mansitque in eodem officio in Africa etiam sub Gregorii Magni pontificatu, cujus ipse suis in epistolis crebro meminit. Verum chartularius Codini longe inferioris ordinis et dignitatis erat, inter lectores nimirum constitutus, et antepenultimus in ultima pentade.

Porro cum plures fuerint chartularii, ut Citrius expresse scribit, **160** cur Codinus unum duntaxat nominat? an unum nominando reliquos subintelligit? an iste chartularius qui in nona pentade, diversus est a chartulariis magnæ sacellæ, sceuophylacii etc? Sed quod officium? Junius expedite: utinam vere. Ὁ χαρτουλάριος *qui publicis litteris, tabulis instrumentisque curandis et retractandis constitutus est.* At hoc officium pertinet ad chartophylacem ejusque chartularios seu administros, item a l protonotarium et similes. An chartularius iste inter lectores peculiare quiddam obtinebat, ratione cujus chartularii nomen acceperat? Grets.

[Registrorum, chartarum, codicillorum onus sibi impositum vel solo nomine chartularius indicat: quorum vero commentariorum curam susceperit hic privatim, ex generica communique voce non facile assignaveris. Sacellario et œconomo pariter legimus in superioribus chartularium adjunctum, laboris, ut ait Balsamon, συμμεριστήν: hic vero lectores inter et cantores recensitus commentariis et memoriis non invigilat aliis quam quæ lectores et cantores decent, ecclesiasticis videlicet libris proferendis, quorum copia cum tricesimum superet numerum, custodem privatum non immerito sibi exposcit assignandum. Hæc Antonius Cralis CP. lector retulit; cui non displicet memoratum ab Allatianis decanum cum chartulario confundere. Ὁ δεκανὸς, inquiunt illa, τάσσει τοὺς ἱερεῖς ἐν τοῖς ἐρχομένοις αὐτῶν δικαιώμασι. Rursum: Ὁ δεκανὸς ἵνα καλῇ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὰ αὐτῶν δικαιώματα καὶ προσφερέματα. Quantis vero tabulis, chartis, codicillis et scriptis ratiociniis, quibus attendere solet chartularius, opus sit, etiam vir integerrimæ conscientiæ fidelissimæque memoriæ fatetur. Goar.]

Inter dignitates palatinas est ὁ μέγας *chartularius.* Quis fuerit, docet Zonaras in Leone Isaurico: Ὁ τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατῶν, *præfectus imperatoriis equisonibus.* Pertinuisse dignitatem hanc ad curam stabuli regii docet ipse Codinus, munus magni chartularii explicans c. 5; fuit inter militaria officia *chartularius.* Id liquidum ex Leone imperatore, qui diataxi tertia cum protonotario thematis et cum prætore sive judice thematis numerat quoque chartularium thematis, quem constitutum dicit πρὸς τὴν τοῦ στρατοῦ καταγραφὴν καὶ ἀναζήτησιν, *describendo et recensendo exercitui.* Vide Rigaltium verbo *protonotarius.* Qui sint *homines chartularii,* disces ex Cujacio Observat. IV, 5. Vide eumdem de chartulariis ab lib. X Cod. Justin. tit. 23 et infra lib. II, c. 3.

P. 6. Tertium locum obtinet ὁ δεποτάτος. Citrius numero multitudinis δεποτάτοι. Quantum errorem Junius commiserit fol. 194, deceptus scilicet lectione falsa, quam facile emendare poterat, jam alibi dictum est (ad pag. 93). In scholiis non minus ineptit. Ὁ διποτάτος, *barbare, chartulario adjunctus* ἀντιγραφεὺς, *quem vulgo, ut Budæus loquitur, contrarotulatorem vocant,* Præclare. Interim nos credamus Citrio, qui *deputati* munus non numerat inter officia, in quo a Codino dissentit, sed inter διακονίας seu ministeria. Sed quidquid sit de hoc, quod deputatorum munus esset, his verbis docet: Οἱ δεποτάτοι δὲ μανδυοφοροῦντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται τοῦ τε ἁγίου Εὐαγγελίου, ὁπότε ἀναφέρεται εἰς τὸν ἄμβωνα **161** πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τῶν ἁγίων δώρων ἔν τε τῇ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. Grets.

[P. 6. *Ὁ δεποτάτος.* Allatiana: Ὁ δεποτάτος περιπατῶν ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράταν, *viam populo mundam vacuamque reddit.* Alia: Ὁ δεποτάτος νὰ καλῇ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν ἀρχιερέα καὶ νὰ καθαρίζῃ τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν στράταν. Goar.]

Fuerunt etiam *deputati* inter officia militiæ, de quibus multa ex variis imperatorum constitutionibus Rigaltius in suo lexico, verbo δεποτάτοι, quem vide: nihil enim illi ad nos, qui ecclesiastica officia tractamus.

Ibid. Sequitur ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας. Junius *præfectus instrumento sacro.* De quo duo potius suspicor quam scio. Quid si ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας sit ille qui pavimenti in Magna ecclesia curam gerebat? Nam ποδέα est *solum, pavimentum;* unde Germanis *der Boden.* Et patet hoc ex Originibus Cp., ubi ambitus fori dicitur fuisse æqualis τῆς ποδέας τῆς κόρτης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Et ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας ideo etiam dici nequit *præfectus instrumenti sacri* seu *supellectilis,* quia distinctum et proprium officium est ὁ μέγας σκευοφύλαξ κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας. Quid si sit unus ex θεωροῖς, ex custodibus qui, ut ait Citrius, τὴν φυλακὴν καὶ τήρησιν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν, εἰ μάλιστα εὑρίσκονται ταῦτα λίθοις καὶ μαργάροις κοσμούμενα. Adde quod in Turcogr., p. 181, ποδαῖς pro *vestibus* seu *tegumentis* legitur: μετὰ εὐμορφοτάταις ποδαῖς. Interpres: *ornavit templum imaginibus pulcherrime vestitis;* in margine additur μετὰ ὡραιοτάτων ἐφαπλωμάτων, *cum venustissimis integumentis.* Quid si horum et similium cura ad istum spectabat? Grets.

[*Ibid.* Ποδέαν Meursius interpretatur *ministerium, utensilia.* Nisi quæ sint illa proferas, ministerio tuo non utar, Meursi. Prosunt amplius Græculæ mulieres, quæ ποδέαν partem vestis inferiorem crura pedesque suos velantem vocitant: utilius

Digitized by Google

adhuc me docuerunt viri, talaris cujuscunque tunicæ oram terram allambentem, quia pedes ambit, ποδέας nomen mereri. Profuere præ cæteris illi sacristæ Græci, qui anterius altaris ornamentum, sacrasque illas vestes sericas vel auro textas vel etiam ex auro solido vel argento confectas, ac imaginibus in ecclesiis circumponendas, ποδέας nuncupari asseruerunt. Fidem cunctis a me datam confirmat Nicetæ auctoritas in variis ejus lectionibus obviam facta, in Isaacio quidem Angelo l. 1: Οἰκήματα κατήρειψαν, τὸν ἔνδον πλοῦτον περιεβάλοντο, ἱερὰ ἀνηρεύνησαν φροντιστήρια, ποδέας ἀφείλοντο τῶν ἁγίων, cui ultimi commatis vice alia lectio reponit ἔπιπλα ἀφείλοντο παναγῆ. Ejusdem Isacii l. III: Τὸν ἐν ἀνακτόροις περιώνυμον ναὸν, ἣ νέα μονὴ κικλήσκεται, θείας πάσης ποδέας ἐψίλωσε. Alia lectio θείου παντὸς ἐπίπλου ἐψίλωσε. Ex his conjicio τὸν ἐπὶ ποδέας esse vel qui ecclesiæ stragulas vestes, sive muris sive altaribus ornandis, sub sua dispositione teneret, vel qui sanctas imagines fictis vestibus circumtegeret, vel denique, quod certius autumo, limbos pontificiarum vestium honoris gratia soleret e terra tollere, quod munus apud nos magnatibus a servis puerisque honorariis præstatur, cui etiam exsequendo officium *caudatarii* nomine pontifex summus et cardinales voluerunt in Romana curia institutum. Conjecturam approbavit Antonius Cralis memoratus, ab altari tamen et **162** ecclesia ministerium ejus semovit, et per vias tantum locaque gressibus difficilia monuit adhiberi consuetum. GOAR.]

[Ἴσθι δὲ καὶ τοῦτο. Τὸ συνοδικὸν καὶ ἡ ἀνάγνωσις ἅπασα, ὁ χαρτοφύλαξ ἀναγινώσκει αὐτά. Εἰ δὲ οὐκ ἔστι χαρτοφύλαξ, οἷος πρωτεύει τῶν ἀξιωμάτων.

Καὶ διερμηνευσόμεθα καὶ τὰ μήνεα τῶν κληρικῶν. Ἡ πρώτη πεντὰς τὰ διπλᾶ, ἡ δευτέρα πεντὰς ἓν καὶ ἥμισυ, ἡ τρίτη πεντὰς ἓν καὶ τέταρτον. Ἄρχεται οὖν καὶ ὁ πρωτοπαπᾶς εἰς τὰ διπλᾶ τοῦ.

Αὕτη ἐστὶν ἡ διάταξις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἣνπερ ἐνομοθέτησαν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι καὶ οἱ οἰκουμενικοὶ Πατέρες παρὰ τῶν ἁγίων συνόδων, καὶ ἐνέθησαν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ποιεῖν οὕτως; ὡς ἔφημεν. M.]

Porro sicut in primo quinario Codinus ponit sex, ita in hoc ultimo collocat duntaxat quatuor. Ταῦτα τὰ ὀφφίκια τὰ ἐκκλησιαστικὰ, inquit Codinus, *hæc sunt officia ecclesiastica*. Quæ etiam in epist. Græcorum ad Gregorium X papam ex parte commemorantur. *Magnus œconomus, protecdicus, logotheta, castrisius, referendarius; qui super judicia, qui super secreta, qui super sacrum et dona apostolica, qui primicerius patriarchalium notariorum; qui princeps ecclesiarum, qui super petitiones, qui rememoratorii, qui ostiarii, qui patriarchales notarii, qui protopapæ cum toto presbyterio archidiaconatus ecclesiastici, et qui domestici cum omnibus psalmistis et lectoribus.* Gregorius papa in epist. ad Græcos *sacellarium* addit. GRETS.

CAPUT XIV.

De aliis quibusdam officiis ecclesiasticis a Citrio enumeratis, deque illis quæ hodie apud Græcos usitata sunt.

In enumeratione officiorum ecclesiasticorum non convenit Citrius cum Codino, ut supra c. 6 monuimus. Causam addit, quia patriarchæ hæc omnia arbitratu suo mutabant depressosque in altum evehebant et evectos deprimebant et nova munia instituebant, prout huic vel illi gratificandi voluntas ferebat. Præter officia a Codino enumerata sunt istæc : Ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, *catechista, orphanotrophus, quatuor defensores*, καὶ ὁ περιοδευτὴς, *circitor* Bonelidio, correctoribus *visitator*. Quid si sit ille quem Typicum sancti Sabæ nominat ἐξυπνιαστὴν seu ἐξυπνίστην, *excitatorem*, cujus erat in vigiliis et ἀγρυπνίαις circuire et somnolentos excitare ?

Præter hos recenset Citrius *theoros* seu *custodes*, et deputatos, de quibus capite superiore ; itemque *camisatos*. Sed addit hæc : Οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα. Quod *camisatorum* sit officium, his verbis docet : *Camisati ferendis ad altare carbonibus et sacris lebetibus calefaciendis occupati sunt, ut illic more solito aqua fervens sacris calicibus tempestive infundatur.* Solent enim Græci, ut videre est in liturgia S. Chrysostomi et in Theoria rerum ecclesiasticarum Germani et in Expositione liturgiæ Cabasilæ, calici **163** jam consecrato sub ipsum communionis tempus infundere aquam calidissimam, quam a fervore vocant ζέσιν, et ipsum vasculum in quo adfertur ζέον, ut quemadmodum ex latere Christi in cruce pendentis utraque (sanguis et aqua) θερμότητος πεπληρωμένα profluxerunt, ita tempore communionis communicantes et sanguinem et aquam, et quidem utraque calentia, percipiant, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαυόντων. De qua consuetudine, quam rationi consentanea sit, nihil opus pluribus hic disquirere. Huic ergo aquæ calefaciendæ vacabant *camisati*, ut et carbonibus pro suffitu ferendis et fovendis; sic dicti a *camisiis*. Junius vertit *indusia* fol. 86. Nec est quod quis dubitet *camisia* Italis esse *indusia*. Sed si ecclesiastica vocabula ecclesiastico more intelligere et interpretari velimus, necessario dicendum est, apud Codinum per *camisia* intelligi id quod Germanice vocamus *den Chorrock* seu *Chorhemd* : nam de lectoribus agens Codinus ait eos stare in medio triclinio cum vestibus et epirriptariis suis, habentes *camisia* ἐπάνω τῶν ἱματίων. Sic c. 7 de mensa imperatoris Codinus : ingrediuntur *psaltæ* seu *cantores cum suis epirriptariis et camisiis*, hoc est *mit den Chorhemden;* quæ nullus ecclesiasticarum rerum peritus vocat *indusia*. Vulgo *vestes* superpelliceæ dicuntur. Ab his ergo *camisiis camisati* nomen venit : quos forsan non inepte vocaveris *linteatos*.

Præter hos sunt apud Citrium *patriarchales domestici* ; καὶ τοῦτο δὲ τὸ ὀφφίκιον τῶν ἀναγνω-

Digitized by Google

στῶν ἐστι. Functio hujus est τὸ ἐν ταῖς προσόδοις τοῦ πατριάρχου λέγειν εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα. Qua acclamatione mirum quam Græci delectati fuerint. Hinc nihil crebrius apud illos quam illa πολυχρονιάζειν, πολυχρόνισμα, πολυχρόνιον.

Quod attinet ad Græcos recentiores, præter multa ecclesiasticorum officiorum vetera nomina, habent sua et propria, quæ nec in Citrio nec in Codino apparent; quæ ex Turco-Græcia colligi possunt, ut est ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, πρωτοσύγγελος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐφημέριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *lampadarius magnæ ecclesiæ* (nam ὁ ἄρχων τῶν φώτων videtur fuisse alius apud Codinum), *magnus logotheta magnæ ecclesiæ*, ὁ μέγας ῥήτωρ. Meminit quidem Codinus rhetoris, sed absque τοῦ μεγάλου additione.

CAPUT XV.

De officiis ecclesiasticis aulæ Cpolitanæ, potissimum de archidiacono.

Ex clericis aulæ nominatim exprimit cap. 17, Codinus: 1) *protopsalten*, quem simul ait esse imperatorii cleri exarchum. 2) *domesticum*, quem ait esse exarchum cleri Augustæ, eumdemque aliquando simul esse domesticum ecclesiæ; aliquando vero ecclesiam **164** proprium domesticum habere. Erat autem domesticus unus ex psaltis seu cantoribus, et a protopsalta proximus, sub se habens alios psaltas seu cantores, *quos veteri consuetudine*, inquit Codin. c. 17, *nominant cractas*, hoc est, ut Germani dicere solent, *schrailing*. 3) *Protopapam*, qui et ipse aliquando unus et idem erat in ecclesia et aula, aliquando diversus, ut dicit Codinus ibid. 4) μαΐστωρα *magistrum*, qui et ipse cantor, c. 6. 5) *Canonarchas*. 6) *Lampadarium*, cujus erat imperatori lampadem præferre. 7) Archidiaconum: hunc enim non habebat ecclesia, sed aula, ut dicit Codinus ibid. De eodem multa cap. 8, 9, et alibi passim; ut et de protopapa, lampadario et cæteris ministeriis ecclesiasticis in aula.

Apud Citrium proponuntur multæ quæstiones de archidiacono: Τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον ποίας ἐστὶ τάξεως καὶ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ πρώτιστατα τῶν ὅλων διακόνων ὡς ἀρχιδιάκονος. Respondet Citrius *archidiaconicum officium non esse* ἀρχοντικὸν, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια. Bonefidius vertit: *Non est magistrale, neque ex liberalitate pontificali, ut magisterialia*. Correctores correxerunt: *Archidiaconicum officium non est ex officialium dignitatibus, nec tribuitur ex liberalitate pontificali, ut officialium dignitates*. Prima versio satis est *magisterialis* seu *magistralis*, secunda paulo propius scopum tangit. Archonticia officia et ἀξιώματα apud Citrium sunt illa quæ quis obtinet διὰ τῶν ἀρχοντικίων, hoc est *per litteras et codicillos* τῶν ἀρχόντων, *principum*, sive ii essent imperatores sive patriarchæ. Respondet ergo Citrius archidiaconi officium non esse ejusmodi quod per *archonticia* conferatur, seu ab imperatore seu a patriarcha, sed esse longi temporis et operæ diu præstitæ quasi remunerationem: Διὸ καὶ ὡς χρόνου καὶ ἴδίου τόπου δώρημα ὁ ἀρχιδιάκονος; ἔχει καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποιοισοῦν τετίμηνται εἴτε καὶ μή, ἔν τε τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων.

Quæsitum quoque fuerat num patriarcha posset per sola *pittacia*, et *brevia*, et mandato suo, præferre aliquos nullo officio insignitos illis qui priores fuerant, nullo tamen ipsi etiam officio decorati. Respondet Citrius hoc plane esse intolerandum, ut præferantur aliqui prioribus per *pittacia*, etiamsi, qui præferantur, habeant officia; sed quemlibet in loco et statione sua, quam tempore acquisivit, relinquendum esse: Ἡ γὰρ τάξις καὶ στάσις τῶν διανόκων τῷ χρόνῳ ῥυθμίζεται καὶ στηρίζεται, καὶ ἔστιν ἀμετακίνητος, inquit Citrius; qui et addit ei qui *archonticiis* seu *brevibus* hujusmodi honoratus est, satis esse ut quando patriarcha seu pontifex rem divinam facit, sit ipse primus ἐν τῇ εἰσόδῳ, *in ingressu* ad altare, seu in itu et in perceptione divinorum mysteriorum. In cæteris quemvis suum locum tenere debere; et iniquum esse ut ὁ προεισοδεύσας, *qui primas tenuit*, seu ut vulgo loquimur, *qui præcedentiam habuit*, de loco suo deturbatus alteri cedere cogatur. Ex quibus **165** recte intellectis judicium facere licebit de interpretatione Bonefidii et correctorum ejus. Promotionum per pittacia meminit etiam Balsamon ad 17 canonem apostolorum.

Quia vero in his officiis ecclesiasticis multa occurrerunt composita ex vocabulis ἀρχή et ἄρχων, aliquid super his notare lubet, ante omnia illud quod dupliciter cum aliis coalescant, primo quidem initio vocis, ut ἀρχιεπίσκοπος, ἀρχιπόλιμην, *archidiaconus*, *archistrategus*, *archidux*, *architriclinus*, *archiatrus*, *architectus*, *archipresbyter*; secundo in fine vocis, ut *patriarcha*, *ecclesiarcha*, *canonarcha*, *monarcha*, *toparcha*, *tetrarcha*, *ethnarcha*, *trierarcha*. Inde etiam est ἔξαρχος, ἔπαρχος et id genus alia, tam in ecclesia quam extra usurpata et usitata.

Hæretici nostri temporis, ut alia, ita et ipsa prisca vocabula sustulerunt, potissimum illa, quæ ex ἀρχή et ἄρχων compacta. Hinc *archiepiscopi* nomen exterminant, ut et patriarchæ, archidiaconi et id genus alia, tanquam *superba, fastuosa et simplicitati apostolicæ adversantia, quippe quæ imperium et potestatem in subditos denotent, non primum in aliqua functione seu ministerio, seu primum ordine in aliquo cœtu, absque tamen imperio et potestate in cæteros*. Hinc ipsi gaudent apostolicis illis et, ut loquuntur, modestissimis appellationibus πρεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπισκόπων, λειτουργῶν, διακόνων, δούλων. Verum nomina hæc esse retinenda ubi hactenus viguerunt, et revocanda ubi exoleverunt, fuse demonstrat Adriamus Saravia Calvinista, in libro quem de diversis gradibus ministrorum evangelicorum evulgavit, c. 25, sic tamen ut his

Digitized by Google

appellationibus nullum in alios imperium designetur, sed sola ordinis dignitas et ut sic dicam, *primitas* seu τὰ πρωτεῖα. Huic Calvinistæ opposuit se Calvinistarum antesignanus Beza proprio libro adversus Saraviam publicato, ubi contendit nomina hæc prorsus *non esse toleranda*, sed ex ecclesiis explodenda tanquam simplicitati apostolicæ prorsus repugnantia. Mihi conflictus iste inter hos duos Lapithas mire placet : nam in Saravia observo hæreticam arrogantiam, quæ cum omnia confuderit et permiscuerit, nunc quasi pœnitentia duceretur, honorifica illa patriarchæ, archiepiscopi, archidiaconi et similia cognomenta ambit iisque decorari gestit, ita tamen ut antiqua notione quasi exuta novam induant, nullamque potestatem et nullum imperium significent. In Beza autem id præ cæteris animadvertendum puto, quod non obscure suos Calvinistas Anglos, et Lutheranos in Germania et Suecia, perstringit, quia aliqui illorum sese *archiepiscopos* et *primates* et *archidiaconos* nominant, et ita etiam nominari et salutari volunt, pulchrisque sub nominibus turpem hæresin celant. GRETS.

166 CAPUT XVI.

De sacris vestibus ministrorum ecclesiæ.

Variis in locis sacrarum vestium ministrorum ecclesiæ mentionem facit Codinus ; ex quibus nonnullæ solis episcopis, aliæ etiam sacerdotibus et diaconis competunt. Primas teneat στιχάριον, *lucidi vestitus angelorum imitamen*, inquit Simeon Thessalonicensis lib. De templo. *Sæpius enim in veste fulgenti angelos apparuisse novimus, ut et illum in monumento Salvatoris coopertum stola candida. Præterea purum et ab omni inquinamento liberum sacerdotalem statum esse oportere docet ; propter quam puritatem etiam sacerdos hac gratia dignus judicatur ; quod ipsum testatur, cum se induens hæc verba pronuntiat. « Exsultabit anima mea in Domino, quia indvit me vestimento salutis, » et quæ sequuntur. Episcopi autem στιχάριον desuper descendentia habet flumina ; est enim undulatum, et gratiam docendi in ipso repræsentant. Nam et inter angelos non omnibus idem est ordo et gradus, sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina propter vocem Salvatoris in Evangelio dicentis : « Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. » Hoc idem pallio episcopali notatur. Flumina quidem habet propter ea quæ diximus, pocula vero pro typo veteris et novæ gratiæ. Quæ etiam fluminibus quasi innatant ; quod non aliud sibi vult quam magistro sive doctori ex duobus Testamentis ad docendum hauriendum esse.* Erant autem sticharia non solum candida, sed nonnulla etiam purpurea, quæ a sacerdotibus et diaconis tota quadragesima gestari testatur Codinus c. 9, excepto festo Annuntiationis, Palmarum et magno Sabbato Paschæ.

Inter cæteras quæstiones quas Bulgariæ archiepiscopo Demetrio Chomatiano posuit Constantinus Cabasilas archiepiscopus Dyrrachii, fuit ista, an consentaneum sit in purpureis pontificalibus vestimentis, quemadmodum et in albis, in stichario quidem *flumina*, in phænolio autem cruces gestare. Respondet Demetrius : *Consuetudo Ecclesiæ purpurea pontificalia indumenta simplicia vult esse et sine prædictorum fluminum cruciumque adjectione.* Meursius stichariun interpretatur *sticam* : nam Glossis Isidori *stica* est tunica. Sed nihil melius est quam in his et id genus aliis retinere Græca vocabula, quia nulla suppetunt Latina quæ vim et energiam Græcorum perfecte exprimant. Erant autem *sticharia* duplicia, nempe patriarchalia et episcopalia, insignita figuris instar gammæ litteræ Γ, ut apud Balsamonem legimus ; cujusmodi vestes appellabantur *gammadia* seu *gammatia*. Anastasius in Leone III : *Columnas argenteas octo et gammadia duo.* Paulo post apud eumdem scriptorem habes *gammadias chrysoclabas.* Quod autem Meursius existimat trigonia, quæ sunt in phænoliis, esse ipsam litteram Γ, id mathematicis Leidensibus persuadeat, si potest ; nos certe tres angulos ex littera Γ extundere non possumus.

2) Φελώνη seu φελόνη, imo etiam φαινόλιον, φαινόλης, φελόνιον. **167** Penulam hic qui vertunt, ii frustra sunt. Nulli penulæ inter vestes sacras locus est, tametsi non ignoro quid de penula apud S. Paulum epist. II ad Timoth. IV nonnulli philosophentur. Quæ vero ejus significatio ? *Sacrum* φελώνιον, inquit Simeon Thessalonicensis, *sublimiorem et superne collatam spiritus virtutem sub quadam effigie monstrat, in primis saccum quo per ludibrium Salvator indutus est ; idcirco et sacci formam habet : nec enim in eo sunt quæ appellantur* μανίκια *seu manicæ.* Φαινόλια patriarchica et episcopalia plena erant crucibus (unde ipsis *polystaurii*, quasi dicas *multicrucii*, appellatio), et repræsentant per totum orbem diffusam venerandæ crucis gloriam, ut inquit Balsamon in dissertatione de patriarcharum privilegiis. Formæ autem triangulæ, quæ in iisdem phænoliis visuntur, declarant angularem lapidem Christum Deum nostrum, qui disjuncta conjunxit, ut inquit idem Balsamon.

3) Epitrachelium. Heterodoxi interpretes vertunt *collare* seu *collarium* : sed id nimis profanum videtur. Retinemus ergo nomen Græcum. *Epitrachelium*, inquit Simeon, *e cœlo descendentem spiritus gratiam menti subjicit. Ob hoc enim et episcopus et sacerdos a capite illud induens : « Benedictus Deus, inquit, qui effundit gratiam super sacerdotes suos. » Unde eo quilibet sacerdos utitur, quotiescunque sacrificat.* Germanus in sua theoria rerum ecclesiasticarum : *Dextram partem epitrachelii significat arundo ludibrii gratia dexteræ Christi data ; sinistram partem indicat crucis in propriis humeris gestatio.* Epitrachelium, inquit Balsamon, *significat lorum illud quo vita ad mortem tracta est.* Quod autem Meursius opinatur τὸ ἐπωμάδιον esse τὸ ἐπιτραχήλιον, id difficile creditu erit illis qui

Digitized by Google

τὸ ἐπομάδιον proprius ad ὠμοφόριον quam ad ἐπιτραχήλιον accedere norunt.

4) Orarium. *Diaconus angelicum sortitus ordinem*, inquit Simeon, *fert in humeris quod* ὡράριον *nominant, quod quasi alas habet, ut illorum spirituum, qua præstant, intelligentiæ celeritatem demonstret. Quare et Cherubim facies obvelantia imitans, ipse quoque, dum cingitur, quodammodo ut rei divinæ particeps et administer futurus, operitur. In ipso item orario* Sanctus, Sanctus, Sanctus, *scriptum est, quo ministratorius sanctorum angelorum ordo exprimitur.* Gestabatur *orarium* in sinistro humero. S. Chrysostomus in Liturgia : Τὸ μὲν ὡράριον ἀσπασάμενος ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ. Figuram diaconi *orarium* portantis habes initio Gregoræ a Wolfio editi. Apage illos qui hoc orarium volunt esse ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου, *sudarium* sudori abstergendo, καὶ χειρόμακτρον, manibus purgandis et abstergendis. Sint enim *oraria* profanis scriptoribus ea quæ Arnobius vocat *muccinia*, hoc est lintea minuta, quibus et mucus narium et sudor ex vultu manans abstergitur, prout copiose ostendit Casaubonus in notis ad Flavium Vopiscum : in ecclesia tamen orarium sacra stola erat, et nullo modo a diacono induenda vel ferenda ut sudarii vicem subiret. Quis ergo ejus usus? Non omnium vestium sacrarum usus exquirendus est : sufficit omnes inventas et introductas esse ad ornatum **168** incruenti sacrificii seu liturgiæ, seu ut nos vocamus, missæ. Usum alium si habere cupis, en tibi hunc ex Matthæo Blastare in Synopsi conciliorum. Τοῖς διακόνοις δέδοται καὶ μόνοις τῷ λαῷ τῶν ὤμων τοῦτο περιτιθέναι· ἐκλήθη δὲ ὡράριον ἐκ τοῦ ὡρῶ τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ· οἱ γὰρ ἐξαρτῶντες τοῦτο διάκονοι, τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτηροῦντες εὐχάς, τῷ ὡραρίῳ τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. *Orario significant, quandonam tempus sit separandi voce publica catechumenos a fidelibus.* Lecto enim Evangelio diaconus exclamabat : *Exeant, qui non communicant.* Quo catechumeni exire jubebantur, fidelibus remanentibus. Hunc Blastaræ locum Casaubonus profecto perquam Calviniane explicat his verbis : *Diaconus, qui orarium gestabat, eum qui in ambone sacram Scripturam legebat, admonebat, quando vel ad fideles vel ad infideles deberet orationem flectere.* Glossa hæc Calviniani spiritus est, liturgiæ sacræ ritus et cæremonias ignorantis. Quodsi quis vocabulum *orarii* nimium urgens linteum tergendo ori significare contendat, eo quod ab ore formari videatur, is eadem solertia dicere poterit verbum *oro* idem esse, quod *edo*, eo quod ab ore deducatur, sicut et *adoro*. Alcuinus, De divinis officiis, c. 39, enumerans sacra ecclesiæ vestimenta. *orarium*, id est *stola, dicitur eo quod oratoribus, hoc est prædicatoribus, concedatur.* Etsi non his tantum, sed et sacerdotibus, qui stola utuntur inter sacrificandum, ut et diaconus et subdiaconus inter ministrandum. Sudori abstergendo serviebat sudarium, *quod ad tergendum sudorem in manu gestari mos est; quod usitato nomine* fanonem *vocamus*, inquit Alcuinus. Vide Glossarium ad codicem Legum antiquarum.

5). Ὠμοφόριον *humerale* dicas licebit, tametsi a nostro humerali vel superhumerali prorsus diversum. Proprium episcoporum gestamen, *quod ex lana confectum*, inquit Simeon, *in orbem humeros ante et retro convestit. Hoc genus indumenti sine dubitatione a verbo carnem ex Virgine propter nos susceptam humanæque naturæ assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque texitur, quoniam erraticam ovem, hoc est naturam nostram, signat, et quoniam ipse quoque agnus pro nobis occisus vocatus est. Ipsa item verba quæ humeris eo tegendis profert, sententiæ huic suffragantur*; *ait enim : « Sublata in humeros, Christe, natura quæ erraverat, assumptus Deo et Patri illam obtulisti. »*

6) Mandyas proprium episcoporum vestimentum; de quo jam sæpe supra c. 13 ; et l. III, com. c. 14 ad pag. 105. Scribitur etiam μανδύον et μανδύη.

7) Epigonatium, *supergenuale*, quod *victoriam adversus mortem* (verba sunt Simeonis) *nostræque naturæ immortalitatem et vires Salvatoris contra maligni dæmonis tyrannidem robustissimas ostendit. Quamobrem et rhomphææ simile est, et lumbis alligatur, ubi hominis* **169** *robur situm prædicant. Hoc ipsum verba quæ in cinctu adhibentur confirmant*, « Accingere rhomphæa tua super femur tuum, potentissime. »

8) Ἐπιμανίκιον. Idem Simeon : Τὰ ἐπιμανίκια *actionis divinæ omnia efficientis significantia sunt, et Jesum suis manibus sacrificium corporis et sanguinis sui per se obtulisse; cui conveniunt quæ iis induendis recitantur :* « Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute ; » *et* « Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me. » *Quin etiam vincula manuum Salvatoris, in quibus ad Pilatum deductus est, quidam per* ἐπιμανίκια *expressa volunt.*

9) Saccus ; de quo jam alibi (supra n. 3 et Codin. p. 15). Quærebat Cabasilas Dyrrachiensis ex Demetrio Chomatiano, an fas esset purpureum saccum facere et gestare. Respondit Demetrius : *Saccum purpureum nequaquam novit Ecclesia, quandoquidem saccus in tribus duntaxat anni celebribus Dominicis festis suum usum præbet, nimirum magno Paschatis Dominico, Pentecoste et Natali Christi. Hoc igitur satis plenam fidem facit, saccus ut sit purpureus necesse non esse, cum etiam sint luctus insigne purpurea hujusmodi vestimenta : in solis enim jejunii diebus et mortuorum memoriis usurpatur.*

10) Mitra seu infula non utuntur episcopi Græci in sacrificio, sed aperto capite totam liturgiam perficiunt. Aperto capite, inquit Simeon, *episcopi et sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino patriarcha, sacris funguntur, non ob humilitatem aliquam, sed ob causam altiorem et longe diviniorem*

Digitized by Google

videlicet, quam divinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, et oportere nos Christum caput nostrum honorantes caput inter orandum nudatum habere. Nec ob hoc tantum, sed quia etiam nudo capite, qui consecratur, consecrationem accipit, atque ita quemadmodum cum ordinatur, precibus et sacris operari debet. Et hierarcha potissimum, quoniam et dum consecratur, a Deo tradita eloquia sive sacrum Evangelium supra caput habet, in sacrificio divinissimo peragendo velato capite conspici non debet. Objiciat fortasse quispiam hinc sequi, Alexandrinum episcopum et alios quamplurimos ex veteri traditione tecto capite sacris operantes non rite ac sancte facere. Istuc non dico. Nam illi antiqua nixi traditione, quæ magis legi antiquæ respondet, ita faciunt, quando et legis sacerdos cidarim, quam et mitram vocabant, in capite gerebat; quo eodem nomine hierarchæ eas gestantes appellare consueverunt. Ac fieri potest ut eo capitis tegumento aut spineam Domini coronam aut sudarium, quod fuit super caput ejus, in mentem nobis revocent. Hæc ille. Si Græci non parcerent suo Alexandrino, procul dubio, ut alia multa adiaphora, sic et morem istum tecto capite litandi præcise ac simpliciter repudiarent damnarentque: illud enim schismatis ingenium est, ut præter id quod sibi placet, vix quidquam aliud placeat. Vocatur infula præsulis Alexandrini a scriptoribus *phrygium*, quod S. Cyrillo concessum fuit, quando in concilio Ephesino Cœlestini papæ Romani vicarius erat. A Cyrillo ad successores quoque *phrygium* seu mitra venit; dicebaturque 170 hæc tiara *phrygium*, quod Phrygio opere constaret. *Phrygii* mentio fit in diplomate Constantinianæ donationis, ubi ita Constantinus: *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, nec non superhumerale, videlicet lorum quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam et chlamydem purpuream atque tunicam coccineam et omnia imperialia indumenta*, etc. Quæ totidem verbis leguntur quoque apud Leonem IX pontificem in epist contra Michaelem Cpolitanum et Leonem Achridenum. Balsamon in Græca versione hujus edicti ubique per *lorum* intelligit *mitram* seu *tiaram* sive *phrygium*, ut et in meleta *de patriarcharum privilegiis* et in meleta *De officio chartularii*, cum tamen nemo alius *lori* nomen hoc significatu usurpet. Sunt qui suspicentur Balsamonem respexisse ad laurum seu lauream, usitatissimum olim coronæ genus: ex lauro enim facilem esse transitum in *lorum*. Utcunque sit, de sensu an lapsu Balsamonis satis constat. Illud ejusdem edicti in Latina versione, *sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est candido linteamine illustratis, sic utantur et clerici*, ut recte accipias, ipse textus Latinus facit, dum illud *cum udonibus* explicat *cum candido linteamine*, retento, deflexo tamen nonnihil Græco vocabulo, ὀθόνη seu ὀθόνιον, quod est linteum. Eodem edicto vocatur corona sacerdotalis, qua Sylvester in capite insignitus erat, παπαλήθρα.

Lubet hic referre quod adnotavit Sirmondus noster ad epist. 3, l. VI Epistolarum Sidonii: *Tonsura clericalis ita olim fiebat ut circulus tantummodo capillorum emineret, instar coronæ. Sic enim describit Gregorius Turon. de Nicetio Trevirorum episcopo: S. Nicetius, inquit, ab ortu suo clericus est designatus; nam cum partu fuisset effusus, omne caput ejus, ut est consuetudo puerorum, a capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu vero mediorum capillorum ordo apparuit, ut putares ab iisdem coronam clerici fuisse signatam. Hodie apud nos antiquam coronæ formam soli fere monachi retinent, et pueri vocales symphoniaci. Nam brevis ille orbis in vertice, quo cleri pars magna utitur, insolens olim atque insuetus in Ecclesia fuit, ut docet canon 40 concilii 4 Toletani.* Hæc ille.

Diximus Græcos non celebrare operto capite, excepto patriarcha Alexandrino et pauculis aliis, cum Ecclesiae Latinæ episcopi tiara seu infula caput tecti potissimum liturgiæ partem peragere soleant. Sed quid Alcuino contrarium affirmanti de divinis officiis c. 38, respondebimus? Audi ejus verba: *Hujusmodi vestis* (cidaris) *non habetur in Romana Ecclesia vel in nostris regionibus: non enim moris est ut pileati divina mysteria celebrent; apud Græcos autem hoc dicitur, qui pileos, hoc est cuphias* (scuphias), *gestant in capite, dum assistunt altaribus.* An dicemus tempore Alcuini viguisse alium morem quam posterioribus sæculis, Græcis suam consuetudinem deserentibus Latinisque eam complectentibus? GRETS.

171 LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De inscriptione hujus partis; de despota deque sebastocratore.

Post indicem officiorum et officialium Magnæ Ecclesiae subjicit Codinus catalogum officiorum et officialium aulæ Cpolitanæ, et quidem longe accuratiorem quam sit prior ille.

Circa inscriptionem et titulum hujus partis mss. codices non conveniunt: nam Bavarici ita habent: Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλλατίου. Ἔτι δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως; δεσπότου καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. *Officia palatii: ad hæc ritus et ordo qui servatur in palatio, in festis, et quomodo oporteat imperatorem coronari; de inaugurationibus despotæ*

Digitized by Google

et patriarchæ, et de consuetudinibus palatii. Eodem ferme modo codex Augustanus et apographum inde sumptum, citante Junio. Tres alii libri plura adhuc ingerunt, indicem scilicet et post indicem scholium satis longum. GRETS.

[Se monitum, ubi præfaremur, meminisse precor lectorem, e duobus integerrimis exemplaribus Regiis, quibuscum præsens opus contuli, neutrum caput de officiis Ecclesiae CP. continere; atque ita tanquam a primo, ab hocce de nominibus officialium palatii utrumque ordiri. Advertet exinde non eumdem in editis a Gretsero ac in Regiis esse capitum totius operis ordinem: quin imo in eo qui numero 1149 inscribitur, quodque e duobus *primum* (A) ubique nuncupo, diversam omnino distribuendi libri dispositionem servatam, eidem quippe in duodecim tantum sectiones singulis suis titulis illustratas partito, cuncti simul in ipso limine collecti præponuntur. GOAR.]

Πίναξ τοῦ βιβλίου.

Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου ἤτοι τῆς συγκλήτου. (καὶ τῶν ὀφφικίων, omissis τοῦ — συγκλήτου, A.)

Περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων. (τῶν τε ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων A.)

Περὶ τῆς ὑπηρεσίας ἑκάστου τῶν ὀφφικίων.

172 Περὶ τῆς τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τάξεως καὶ τῶν κατ' αὐτὰς τελουμένων ἐθίμων. (addit A: ἐν αἷς διαλαμβάνεται καὶ περὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὑπηρεσίας τοῦ τε πικέρνη, τοῦ δομεστίκου τῆς τραπέζης καὶ τοῦ ἐπὶ τραπέζης.)

Περὶ διαφόρων ἑορτῶν. (περὶ ἑτέρων διαφόρων ἑορτῶν, ἐν αἷς ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς, εἰ ἐνδιμῶν τῇ Κωνσταντινουπόλει εὑρίσκεται. A)

Περὶ τῆς ἐν φωσσάτῳ ἤτοι στρατῷ ὑπηρεσίας. (ἐν τῷ φωσσάτῳ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ὑπηρεσίας τοῦ τε μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλης, τοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ μεγάλου ἀδνουμιαστοῦ. A)

Περὶ στεφηφορίας βασιλέως.

Περὶ προβλήσεως δεσπότου.

Περὶ προβλήσεως σεβαστοκράτορος καὶ Καίσαρος.

Περὶ προβλήσεως πατριαρχῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων.

Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.

Περὶ μελλούσης δεσποίνης γινομένης. (καὶ περὶ μελλονύμφης δεσποίνης, omisso γινομένης, A)

Ἰστέον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φοροῦσιν οἱ ἀπὸ τοῦ πανυπερσεβάστου μέχρι τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, τὰ δὲ συρματέϊνα (συρματηρὰ Regii) οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου μέχρι τοῦ (παρακ. τῆς σφ.] κουροπαλάτου Regii) παρακοιμωμένου τῆς σφενδόνης, τὰ δὲ κλαπωτὰ οἱ ἀπὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου (πρωτοβεστιαρίτου Regii) μέχρι τέλους· ὁ γὰρ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, εἰ καὶ μεταξὺ τοῦ τῆς σφενδόνης καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου εὑρίσκεται, ἀλλ' οὖν μήτε συρματέϊνον μήτε κλαπωτὸν σκιάδιον φέρει, ἀλλὰ διὰ βλατίου ἀσπρὸν μετὰ μαργελίων (ὁ γὰρ — μαργελίων om. Regii.)Τὰ δὲ σκαράνικα (φορδοῦσιν addunt Regii) οἱ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν, τὰ δὲ κόκκινα οἱ (οἱ om. Grets.) ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου καὶ (καὶ om. Regii) μέχρι τέλους.

Sed hæc ipse Codino capitibus tertio et quarto dilucidiora evadent, tametsi non satis cum indice congruere videntur.

[Alium officiorum Palatinorum indicem Medonius edidit, et ante Medonium Leunclavius Jur. Græco-Rom. I, p. 184; is infra positus est.

Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου.

Ὁ δεσπότης, ὁ σεβαστοκράτωρ, ὁ Καῖσαρ, ὁ πανυπερσέβαστος, ὁ πρωτοβεστιάριος, ὁ μέγας δοὺξ, ὁ μέγας δομέστικος, ὁ πρωτοστρατάρχης, ὁ μέγας λογοθέτης, ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, ὁ μέγας πριμμικήριος, ὁ μέγας κοντοσταῦλος, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, ὁ πρωτοσέβαστος, ὁ ἐπικέρνης, ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης, ὁ παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος, ὁ μέγας βαΐουλος, ὁ κουροπαλάτης, ὁ πρωτοβεστιαρίτης, ὁ **173** δομέστικος τῆς βατιλικῆς τραπέζης, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ, ὁ μέγας παπιὰς, ὁ ἔπαρχος, ὁ μέγας δρουγγάριος τῆς βίγλης, ὁ μέγας ἑταιριάρχης, ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου, ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων, ὁ μέγας χαρτουλάριος, ὁ μυστικὸς, ὁ πρωτασηκρῆτις, ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου, ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, ὁ πριμμικήριος τῆς αὐλῆς, ὁ πρωτοσπαθάριος, ὁ μέγας ἄρχων, ὁ τάτας τῆς αὐλῆς, ὁ μέγας τζαούσιος, ὁ πραίτωρ τοῦ δήμου, ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν, ὁ μέγας λογαριαστὴς, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, ὁ ἀρχιδιάκονος, ὁ σκουτίριος, ὁ πρωτοκύνηγος, ὁ ἀμηρᾶλης, ὁ ἀκτουάριος, ὁ μέγας ἀδνουμιαστὴς, ὁ κοιαίστωρ, ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, ὁ πρωτοιεράκιος, ὁ κριτὴς τοῦ βήλου, ὁ μέγας διερμηνευτὴς, ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, ὁ δικαιοφύλαξ, ὁ ἀκόλουθος, ὁ ὀρφανοτρόφος, ὁ πρωτονοτάριος, ὁ κριτὴς τοῦ φωσσάτου, ὁ δομέστικος τῶν τειχέων, ὁ πρωταλογάτωρ, ὁ βεστιαρίου, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονακαβάλων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μουρτάτων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαχκόνων, ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων, ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων, ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, ὁ δομέστικος τῶν θεμάτων, ὁ πρωτοκόμης, ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων, ὁ δομέστικος τῶν δυτικῶν θεμάτων, ὁ προκαθήμενος τοῦ μεγάλου παλατίου, ὁ προκαθήμενος τῶν Βλαχερνῶν, ὁ λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς, ὁ μέγας διοικητὴς, ὁ νομοφύλαξ, ὁ βεστιαρίτης, ὁ ἑταιριάρχης, ὁ ἄρχων τῶν ἀλλαγίων, ὁ μέγας μυρταΐτης, ὁ κριτὴς τοῦ σεκρέτου, οἱ ῥαβδοῦχοι, ὁ καβαλλάριος, ὁ σεβαστὸς, ὁ προκαθήμενος κάστρου, ὁ δρουγγάριος στόλου, ὁ κόμης.]

P. G. Despota Junio *dominus*: sed ego Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, præsertim cum *despota* etiam Latinorum usu et calamis tritus sit; neque Latina vox *dominus* vim Græcæ illius *despota* assequitur. *Despotæ* inaugurationem habes c. 18; nec probo quod Glossarium affirmat, *despotæ nomine vocatos fuisse filios, fratres, generos imperatoris, sebastocratoras, Cæsares et patriarchas.* Nullus hoc nomine appellatur, nisi *despotæ* honore certisque ornamentis insignitus esset, sicut etiam nullus se-

Digitized by Google

bastocratoris aut Cæsaris nomen obtinebat, nisi per A inaugurationem hanc dignitatem consecutus fuisset. Loquor autem de posterioribus sequioris Græciæ temporibus, quæ nobis Cōdinus repræsentat; tametsi extra Cpolim transiit etiam sine inauguratione ad alios. Hinc princeps Serviæ vocabatur *despota* Serviæ; pro quo annales Latini sæpe *despotus*. Apud Gregoram, lib. III, et Ætoliæ et Epiri despota. Despota Serviæ etiam *cralen*, hoc est *rex* audiebat; et uxor ejus non tantum *despœna*, sed et *cralœna* seu *cralitza*: **174** nam ut est in Pandecte Turcico c. 54, Ungaris, Bulgaris, Serviis *kiral* aut contractius *kral* rex est et *cralna* regina; quæ Polonis *krol* et *krolna*. Nec dubium videtur illud *kiral* exstitisse ex Græco κύριος.

Proximus erat despota ab imperatore; quocirca B in syllabo dignitatum primum locum obtinet. Michael tamen Palæologus despotatu majorem honorem, tametsi anonymum, excogitavit; cujus vestigia Cantacuzenus sibi sequenda duxit, ita de se IV, 5, scribens: *Matthæum seniorem filium nulla nominatim dignitate cohonestat, honore tamen supra despotas effert, nempe ut esset imperatori proximus; quem honorem primus Palæologorum imperator Michael propter filium Constantinum Porphyrogenitum invenit; videbaturque ea dignitas despotarum dignitati antecellere.* GRETS.

[P. 6. Δεσπότης. Imperii collega, ut et senior imperator, dictus quondam Augustus; imperii vero designatus successor, vel ab imperatore primus, C ad Alexii Comneni, qui tyrannidem circa Christi annum 1117 invasit, nuncupabatur Cæsar. Alexius Nicephoro Melisseno nomen ac dignitatem Cæsaris jam adepto fratrem Isaacium præferre meditatus, sebastocratoris nomen, quo supra Cæsarem proximus ab imperatore cohonestaretur, adinvenit; ac tandem Alexius alter Angelus imperio potitus ex Alexio Theodoroque generis alterum creata recentius despotatus dignitate, sebastocratori Cæsarique superiorem, sibi secundum, auctore Phranze I, 1, effecit. Exin celebre despotæ in curia CP. nomen, urbeque a Latinis occupata et nondum a Græcis recepta Joannes Ducas Michaelem Thessalum filiumque Nicephorum τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι *despotatus honore* legitur extulisse apud Gregoram, II, 13. Sub Joanne Lascari, D memorati Joannis nepote, cum imperii administrandi curam in se suscepisset Michael Palæologus, ac ad ipsum imperii solium, quod solus hærede pulso teneret, omni arte totisque viribus contenderet. Ὀλίγαι πρῴλθον ἡμέραι, scribit præfatus Nicephorus, III, 10, καὶ δεύτερον συγκροτοῦσι βουλευτήριον οἱ αὐτοῦ σπουδασταὶ, οὐ δέον εἶναι φάσκοντες τὸν τὰ βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικοῦντα πράγματα καὶ πρεσβείας πολλῶν ἀναδεδεγμένον ἐθνῶν μὴ καὶ τῆς βασιλείας ἔγγιστα ἔχειν καὶ τὸ ἀξίωμα, τιμῆς ἕνεκα τοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους καὶ ἅμα βεβαιώσεως τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. Ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίωμα δέχεται παρά τε τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, Joannis nimirum Theodoro nati. Eo tamen titulo jam Michael alius Theodori gener gaudebat. Quo constet, ut in inveniendis subtiles, ita et in geminandis dignitatibus Græcos fuisse liberales. Lubens tamen fateor Michaelem hunc non eo nomine despotam vocatum, ut imperium hæres adipisceretur, sed ut Ætoliæ et Epiri *princeps* audiret, quo quidam alii dicti sunt Serviæ despotæ, hoc est reguli: quo etiam sensu Chaganus Turcarum dux ὁ μέγας δεσπότης ἑπτὰ γενῶν et κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης; ἑπτά legitur apud Theophylactum Simocattam l. VII De rebus Mauricii; nec non Bœsilas τῶν Μυσῶν δεσπότης apud Cantacuzenum, I, 55. GOAR.]

P. 7. Sequitur σεβαστοκράτωρ, novum inventum et commentum Alexii Comneni, de quo filia ejus B Anna Alexiad. III: Νέον ὄνοματοποιήσας ἀπό τε τοῦ σεβαστοῦ καὶ αὐτοκράτορος τἀδελφῷ ἔθηκε. Eadem Zonaras in Alexio Comneno. At Glossarium contendit nomen hoc longe fuisse antiquius Alexio Comneno, quippe principibus Thessaliæ a Constantino Magno concessum. Itaque novum **175** fuisse, sed in palatio, non extra. Et probat hoc ex l. VII Nicephori Gregoræ; apud quem tamen nihil hujus invenio. Verba ejus dabo: Ὁ δὲ Ῥωσικὸς τήν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου, ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τοῦ πρίγκιπος, ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς, ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν τὸ τοῦ μεγάλου πριμμικηρίου, ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσου Σικελίας τὸ τοῦ ῥηγὸς, καὶ ἄλλοι ἄλλα. Nec alio loco, quem adducit Glossarium, id affirmat Gregoras, sed tantum dicit, in postremo Thessaliæ principe, qui erat Joannes Ducas, defecisse majorum successionem et *sebastocratorum* principatum, qui ab Alexio Comneno talis esse poterat: ut enim nomen despotæ transiit ad alios principes, ita etiam nomen sebastocratoris ex aula ad principes Thessaliæ manasse videtur. Adde quo Anna dicit Alexium novum nomen composuisse ἐκ τοῦ σεβαστοῦ καὶ τοῦ αὐτοκράτορος. Quomodo ipse primus hæc duo in unum conflavit, si nomen hoc a Constantini Magni ævo descendit? Zonaras καινὸν ὄνομα vocat. Quomodo καινόν, si a Constantino Magno? Idem ex ipso Codino satis manifestum est. An nomen *superintendentis* ideo novum esset, licet Glossarii auctor scholiæ Leidensis superintendens salutaretur? Translatio quidem ad hunc hominem nova esset, sed vox ipsa nova non esset utpote jam pridem in novatorum circulis decantatissima. Etiam antecessores Alexii hoc morbo laborarunt, et in primis Leo Philosophus, qui teste Zonara Zautzen Stylianum non tantum designavit magistrum et dromi logothetam, sed et novo excogitato nomen βασιλεοπάτορα nominari voluit. GRETS.

[*Σεβαστοκράτωρ*. Dignitatis ejus instituendæ causam refert Anna Comnena institutoris filia Alexiados, l. III, Joannes Alexii filius concessos patruo honores servavit, ut in ejus vita narrat Nicetas. Joannes idem Manuelem quatuor filiorum ultimum

Digitized by Google

σεβαστοκρατορικαῖς ὑπεξῆρεν τιμαῖς. Joannis filius Manuel patre mortuo vocatus ad sceptrum Isaacium patruum etiam sebastocratorem vocatum, missis in urbem amicis, ne tum sanguinis jure tum ob dignitatem imperatoriæ proximam moliretur res novas, compescuit. Nicetas idem in Manuele, l. I : Μή πως περὶ τοῦ τῶν ὅλων αὐτὸς εἶναι κύριος διαμιλληθῇ ἄτε ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος. Ut potestate et insignibus, ita (usque ad despotam creatum) sanguine conjunctus fuit imperatori sebastocrator. Isaacius Angelus, anno 1184 imperium sortitus, fratrem Alexium regni successorem, ac patruum quoque Joannem ducem, sebastocratores declaravit ; Alexius hic Isaacium filiæ maritum priorem pari titulo insignivit. Plures insuper eo nomine simul ornatos refert memoratus Nicetas, ex quo hæc deprompta, qui et præfatis tertium addit, Alexium nempe alterum Manuelis nothum, Annalium Isaacii, l. III. GOAR]

Observa Junium verba illa p. 7 : Πρῶτος κατὰ τὸν χρόνον vertere *et facile primus per illud tempus.* Inepte. *Natu majorem* verte, vel Anna Comnena l. III judice, quæ de Isaaco fratre Alexii Comneni, πρῶτον τῶν ἀδελφῶν κατὰ χρόνον ὄντα ἐχρῆν τιμηθῆναι ἀξιώματι.

176 CAPUT II.

Cæsar, magnus domesticus, panhypersebastus, protovestiarius et plures hujus generis.

P. 7. Cæsar olim proximus ab imperatore, nunc in hoc censu apud Curopalatam tertius, qui forsan paulo post major vel minor erit, prout Favonius ex palatio Cpolitano aspiraverit ; cujus inaugurationem habes infra c. 19. GRETS.

[Ab imperio potiundo, cujus spe pristinis sæculis fovebatur, Cæsarem longe ablegavit Alexius, et sebastocratori supposuit. Longius amovit alter Alexius, despotæ dignitate eidem anteposita. Tertius itaque ab imperatore temporibus ultimis numerabatur Cæsar, ut Gregoras his IV. 1, verbis manifestat : Ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα, ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος, ὁ δὲ Καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. Ἐποίει δ' ἐπίσημον τὴν ἐκ τοῦ πενθεροῦ διαφορὰν, ὅτι ἐν τοῖς κυανοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοῦφεῖς αὐτῷ ἐνηρμόζοντο ἀετοί. Sebastocratoris præterea publicis in acclamationibus simul cum imperatoris pronuntiatum nomen audiebatur, quod superior observatio ex Anna Comnena declarat, Cæsaris nusquam : id enim per unius tantum anni spatium Alexio fratri concessit Michael Palæologus, ac ut pariter imperatoris pene more recuperata Cpoli triumphans incederet coronatus, de quo Gregoras laudati libri sect. 5 : Ἀντάξιον ἀπέδωκεν γέρας Ἀλεξίῳ τῷ Καίσαρι, ὅτι δι' αὐτοῦ τοῖς Ῥωμαίοις τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο. Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον συγκροτηθῆναι πολυανθρωπότατον καὶ περιφανέστατον κελεύσει τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Καίσαρα πομπεῦσαι ἐπὶ πάσης τῆς πόλεως, οὐ μόνον τοῖς τοῦ Καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ στεφάνῳ πολυτελεῖ καὶ μικροῦ δέω λέγειν βασιλικῷ. Ὁ δὴ καὶ γέγονε. Προσετετάχει δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς διὰ μνήμης τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἄγεσθαι ὁμοῦ τοῖς τῶν βασιλέων ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ἅπασι, πανταχῇ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἄχρις ἐνιαυτοῦ. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Καίσαρος εὐτυχήματα τοιαῦτα. GOAR.]

Ib. Magnus domesticus hic ordine tertius est. Græcis domesticus nihil aliud est quam προηγούμενος καὶ ἐπιστάτης, et in ecclesiasticis *domesticus* appellatur ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης μελῳδιῶν τε καὶ μελῳδῶν, ut est apud Citrium in Responsis ; de quo jam lib. I, c. 2. Ut autem domestici nomen sonantius esset, vocula μέγας appingenda fuit. Quæ duo Latini interdum conjungunt, ut Tyrius, *De bello sacro* II, 5 : *Cum esset in imperiali palatio plurimum honoratus, et megadomestici dignitate, quem nos majorem seneschallum nominare consuevimus, fungeretur, ab imperatore secundus.* Hinc δομεστικάτον dignitas seu officium domestici. Anna Comnena, l. VIII : Καὶ τὸ δομεστικάτον αἰτούμενος τῆς Ἀνατολῆς οὐκ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως. Utitur eadem vocula Turonensis, II, 8 : *Gaudentius pater Scythiæ provinciæ primoris loci, a domesticatu exorsus militiam, ad magisterii equitum culmen provectus est.* Verum tam μέγας domesticus quam alii domestici sæpius adhuc nobis sese spectandos exhibebunt. GRETS.

[Non unus, sed plures domestici, ecclesiastici, militares, civiles. Hic unus qui μέγας, de cujus nomine et officio pauca et huic 177 tantum loco congrua dicenda. Domesticus idem olim qui procurator, ac numerosæ familiæ totiusque domus curam gerens. Simocatta, VIII, 13 : Ἀναιρεῖται ὁ πραισεντῖνος ὁ τὰς τοῦ Πέτρου (στρατηγοῦ) πεπιστευμένος φροντίδας, ὃν δομέστικον εἰώθασι Ῥωμαῖοι ἀποκαλεῖν. Hic in fidem suam communia familiæ bona recipit, ac etiamnum hodie in monasteriis πιστικό; audit. Artabasdum Artabasdus alius Copronymi gener domesticum (procuratorem intellige) apud Theophanem efficit. Hinc cujuslibet rei vel ordinis præfectus ac præpositus vocatur domesticus a Græcis ; de quo Joannes Citri episcopus : Ἡ τοῦ δομεστίκου προσηγορία κατὰ Λατίνους τὸν ἐξάρχοντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δηλοῖ. A re itaque familiari ad militiam translata vox ducem exercitus supremum, et ut loquitur Comnena Alexiados I, στρατηγὸν αὐτοκράτορα, vel ut alii præfectum prætorio, quod militares copias sub imperatore duceret communiumque rerum administrationem ab eo sibi commendatam teneret, significat. Eadem occurrit primum apud Cedrenum in Theophilo, sub quo Manuel Romanas legiones ducit, Theophobus Persicam : ille vero domesticus mox declaratur. Legitur quoque primum apud Theophanem in Michaele Rangabe μέγας δομέστικος Theophilo antiquior. In Irene et Constan-

Digitized by Google

tino cernitur Antonius quidam domesticus cum militaribus copiis ad bellum missus : Ἡ βασίλισσα ἀπέστειλεν τὸν Ἀντώνιον σὺν τοῖς τάγμασιν. Antonius idem πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν scribitur in Copronymo. Unde conjicio supremum exercitus Romani ducem circa Copronymi ætatem domesticum, ac paulo post magni honore adjuncto vocatum, qui prius στρατηγὸς ubique audiebat : fatear licet alia iterum vice domesticum exstare in Justiniano II, at non exercitus, sed στρατόρων *equisonum* celebrari. Ejus igitur est exercitum educere, et belli res curare. Eapropter Michael Palæologus Joannis Angeli fratrem μέγαν χειροτονήσας δομέστικον, καὶ τὰ στρατεύματα παραδοὺς αὐτῷ, εἰς Δύσιν ἐκπέμψε κατὰ τοῦ ἀποστάτου Μιχαήλ. Φροντιστὴς etiam et ἐπιμελητὴς δημοσίων πραγμάτων ab auctore memoratur; cujus quidem ac amplioris etiam muneris descriptionem exhibuit Cantacuzenus, ipse magnus domesticus, II, 5. Goar.]

P. 7. *Panhypersebastus.* Etiam hoc ἀξίωμα καὶ ὄνομα est Alexii Comneni ποίημα, qui in his excogitandis fecundus et facundus fuit. Vide Zonaram in Alexio Comneno. Sed ut hic dicitur, iste panhypersebastus, ultra quem ambitio progredi non posse videbatur, invenit sequentibus annis parem Joannem Cantacuzenum, magnum domesticum, et paulo post majorem ac superiorem, ut et protovestiarium. Ita ceu pila ludebant isti et rebus et nominibus modo in altum elatis modo deorsum pressis. Andronicus senior imperator Joannem nepotem suum panhypersebasti dignitate decorans *eum longe augustiorem effecit quam antea fuerit, concessis vestimentis, calceis et equi ornamentis lutei coloris, ut inter imperatorium nobilitatem maxime illustris esset,* ut ait Gregoras l. VII. Ut autem uxor despotæ *despœna*, Cæsaris *Cæsarissa*, sebastocratoris *sebastocratorissa* dicta est (vide c. ult. Codini), ita uxor panhypersebasti *panhypersebasta* audiit; qualis apud Gregoram l. III filia Theodori Metochitæ, matrimonio juncta prædicto Joanni panhypersebasto.

[Ὁ πανυπερσέβαστος. De cujus dignitate ab Alexio Comneno inventa præter Zonaram hæc Anna filia : Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ τετίμηται καὶ ὁ Ταρωνείτης καὶ γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ βασιλέως πρωτοσέβαστός τε καὶ πρωτοβεστιάριος. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ πανυπερσέβαστος **178** ἀναδείκνυται καὶ σύντροφος τοῦ Καίσαρος γίνεται. Τούτων δὲ τῶν ἀξιωμάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατὴρ προσεξεύρατο ξυνθείς, τοῖς δὲ καὶ παραχρησάμενος · τὸ μὲν γὰρ πανυπερσέβαστος καὶ σεβαστοχράτωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συντεθεικέναι παραχρησάμενος φαίνεται · σεβαστοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέκαθεν κοινῶς ὠνομάζοντο, καὶ ἦν ἰδιαζόντως εἰς βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ σεβαστοῦ ὄνομα · αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρότερον κατήνεγκε τὴν τοιαύτην ἀξίαν. Erat enim, non Cæsare modo, sed et domestico, panhypersebastus humilior, unde et panhypersebastum, a quo sibi metuebat, promeriturus senior Andronicus ad Cæsaris dignitatem evexit. Gregoras, VIII, 20 : Ὅθεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς διὰ δέος μειζόνων κακῶν ἀπέστειλε πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν (πανυπερσέβαστον) καὶ ἅμα τῇ πρεσβείᾳ καὶ τὰ τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα. Illustriorem tamen a prima sua institutione reddiderat idem imperator, ut apud Gregoram ipsum reperies libri præcedentis sect. 28, et ut illustrem valde laudat Nicetas in Andronico l. I. Goar.]

P. 8. *Protovestiarius.* Primus præfectus vestiarii, cujus uxor *protovestiaria* salutabatur, ut est apud Annam Comnenam, l. VI *Alexiad.* De protovestiario sæpius dabitur dicendi locus. Grets.

[P. 8. Vestiarium adibit qui de protovestiario sollicitus est. *Vestiarium* nonnunquam *vestitus* est, *res vestiaria, quantum satis est vestium,* sicut calciarium quantum calceamentorum necesse est. Vestiarium in postremis libris Codicis et in Notitia imperii accipe, in quo vestes principis conduntur et reponuntur. Moschopulus, lib. cui titulus Συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων · βεστιοπράτης ὁ ῥάπτης · βεστία γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Guillelmus Tyrius, l. II *De bello sacro : Quo facto ex imperialibus vestiariis oblata sunt prædicto viro in auro vestibus, vasis et pretiosis lapidibus.* Vides in vestiario non *vestes* modo, sed et aurum, vasa, lapides pretiosos reponi, unde nonnulli vestiarii thesaurique unam acceptionem contendunt. Vestiarius itaque qui hujuscemodi curat, profert, recondit, asservat. Is βεστιάριος Græcis, ut Zonaræ in Eudocia, Joanni Damasceno monacho et aliis. Princeps omnium πρωτοβεστιάριος, de quo in præsenti, cujus nomen jam a Theophili temporibus agnitum apud Theophanem, a cæteris deinde historicis usurpatum, a magnis viris ambitum. Panhypersebasto nondum instituto a domestico dignitate secundus fuit, auctore Cedreno in Constantino Romani filio : Νικόλαον γὰρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ θαλαμηπόλων δομέστικον προεβάλετο τῶν σχολῶν καὶ παρακοιμώμενον, Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον τὰ δευτερεῖα φέροντα πρωτοβεστιάριον. Ut domestico proximus, ac rem vestiariam tractans sacras Christi fascias in ecclesiastica processione gestare manibus audet apud Cedrenum in Michaele Paphlagone. Illi ad cubiculum imperatoris nec non in ipso sacro cubiculo dormire fas erat. Leo Grammaticus in Michaele Theophili filio : Ἔνδοθεν δὲ τοῦ κοιτῶνος ἦν Βασιλισκιανὸς τῇ βουλήσει τοῦ βασιλέως ὑπνώσας ἐν τῇ κλίνῃ τοῦ Ῥενταχίου πρὸς φυλακὴν αὐτοῦ. Erat Rentacius ille protovestiarius, prius aliquo tempore a Michaele ad monendum de Basilio coronando patriarcham missus, et vestes regiumque apparatum omnem prolaturus. Goar.]

P. 9. Ὁ μέγας δούξ. Notum est unde Græci ducis nomen acceperint. Inde δούκαινα ducis uxor, Nicetæ in Alexio Comneno l. I, δουκᾶς, δουκάδος, δουκάδι, δουκάδα. Synodus Florentina : Καὶ οἱ μεγάλοι αὐθέντες καὶ ῥηγάδες καὶ δουκάδες. Legimus

Digitized by Google

etiam οἱ δοῦκαι, τὸν δοῦκα καὶ δοῦκαν. Tyrius *magni ducis* meminit, sed junctis et corruptis vocabulis, XX, 14: *Misit cum classe de suis principibus* **179** *megalducas consanguineum suum*, et XXII, 11: *Alexius megalducas, qui classi erat præfectus.* Usurpant etiam Græci δουκᾶτον pro *præfectura* et *ductu;* et pro *moneta*, quæ Germanis est *ein ducat.* δουκάτωρ *ductor.* Vide Meursium in Glossario Græco-Barbaro. Olim Atticæ et Athenarum princeps *magnus dux* audiebat, ut est apud Gregoram, l. VII. GRETS.

[Ut officia nunquam, ita nec officiorum appellationes temere confundendæ. Quamvis itaque in posteriorum imperatorum constitutionibus nuncupentur duces qui limitibus, militibus, provinciis et fœderatis præsunt (στρατιωτικοὺς καταλόγους τῇδε ἱδρύσατο, οἷς δὴ ἄρχοντα εἰσαεὶ ἐφιστάναι διώρισεν, ὃν Ῥωμαῖοι δοῦκα τῇ Λατίνων καλοῦσι φωνῇ, de Justiniano ait Procopius ubi de ejus ædificiis l. III) dux tamen magnus, de quo hic, navale solum sub sua dispositione tenere potest, ac ita vires imperii cum magno domestico dividit ut ipse maris, domesticus terræ potestatem sortiatur, prout cum auctore statim c. 5 legemus. Eam ob rem ubi magni domestici nomen terrestrium copiarum duci inditum, de quo nuper conjecimus, tunc vel non multo serius magni ducis, ut maris præfectum speciatim indicaret, vulgatum suspicor. Penes Gregoram itaque l. VII, sect. 6, fides est ut Atticæ et Athenarum princeps, cujus ditio imperii CP. fructulum rescissum fuit, jam a Constantini ætate magni ducis, ipse Romanis ducibus allectus, dignitatem fuerit adeptus. Memorat Leo Grammaticus τοῦ πλωΐμου τὸν δοῦκα. Magni nomen addidit Nicetas Manuelis Comneni l. II non uno loco. l. V : Ὁ Μανουὴλ στέλλει τὸν μέγαν δοῦκα τὸν Κοντοστέφανον Ἀνδρόνικον περὶ που τὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τριήρεις ἔχοντα, ὅτι μηδὲ τῶν Βενετικῶν ὁ στόλος ἦν ἐνδεέστερος. In Alexio Manuelis hujus F : Ὥρμησεν ὁ πρωτοσέβαστος τοὺς πιστοτάτους στόλῳ ἐπιστῆσαι τριηράρχαις, καὶ παραδοῦναι αὐτὸν τοῖς ἐκείνῳ κατὰ γένος ἐγγίζουσι. Τοῦ δὲ μεγάλου δουκὸς τοῦ Κοντοστεφάνου ἀντιπνεύσαντος, καὶ τῆς στολαρχίας παντὶ τρόπῳ ἐξεχομένου ὡς αὐτῷ καὶ οὐχ ἑτέρῳ δήπουθεν προσηκούσης, ἀναγκαστῶς τὴν βούλησιν μετατίθησιν. Subditur: Καὶ δὴ ὁ μὲν Κοντοστέφανος Ἀνδρόνικος κύριος καθειστήκει τοῦ στόλου παντός. Isaacii Angeli l. III : στέλλει Ἰσαάκιος τὸν ἴδιον ἐξάδελφον Κωνσταντῖνον, ὃν καὶ δοῦκα τοῦ στόλου προὐβάλετο. Anna Comnena μέγαν δοῦκα Ἰωάννην μετὰ στόλου μεγάλου in Cyprum refert missum l. VIII. Constantinum Dalassenum facta ad nomen allusione Θαλασσοκράτορα a patre Alexio, novorum nominum et dignitatum auctore, προχειρισμένον, ac inferius δοῦκα Κύπρου nominatum. Meminit etiam magni ducis Latinus Tyrius XX, 11 : *Misit cum classe megalducas consanguineum suum;* et XXII, 11 : *Alexius megalducas, qui classi erat præfectus.* Juncta corruptaque sunt hæc verba, aiunt quidam: a quo, non edisserunt. Certe non nisi a Tyrio scriptore barbare megalducas, μεγάλος δοῦκας vice, pronuntiante connexa. Vox μεγάλος trivialis licet, præ μέγας minus anomala est : fateor δοῦκας, vice δοῦξ, grammatico jure recentiore scribi. GOAR]

P. 9. *Protostrator.* Mendose codices nonnulli πρωτοστάτωρ. Nicetas existimat *protostratorem* esse Latinorum *mareschalcum :* ita enim in Balduino de Gofredo loquens : Μαρέσχαλκος ἦν ἀξίωμα ὁ ἀνὴρ, δηλοῖ δὲ καθ' Ἕλληνας ἡ φωνὴ τὸν πρωτοστράτωρα (ita scribendum, si Latinam quantitatem spectes: occurrit tamen crebro per o, πρωτοστράτορα). Joannes Curopalata in Theophilo vocat τῶν ἱπποκόμων πρῶτον, quia illis præerat. Etiam simplex στράτωρ usurpant. Suidas: Στράτωρ εἶδος ἀξιώματος. In donatione Constantini : Στράτωρος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. GRETS.

180 [P. 9. Stratorum erat equum freno tenere et considenti magistratui opem ferre. Spartianus in Caracalla : *Cum illum in equum strator ejus levaret.* Paulus Diaconus de gestis Langobard. : *Equus quamvis nunc inde a stratoribus verberibus cæsus, non poterat elevari.* Ἱπποκόμους eos dixere veteres Græci: Εὐθὺς οὖν καλεσάμενος τοὺς ἱπποκόμους καὶ τοῦ ἵππου ἐπιβὰς τῆς πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς φερούσης πορείας ἥψατο. Στράτωρας recentiores. Theophanes: Μετὰ σπαθαρίων καὶ στρατώρων τινῶν καὶ ἑτέρων βασιλικῶν ἀνθρώπων. Eorum primus πρωτοστράτωρ. Cedrenus in Theophilo: Μιχαὴλ ἱππο κόμων ὁ πρῶτος γενόμενος · πρωτοστράτορα τοῦτόν φασι. Eadem fere Curopalata apud Meursium. Theophanes in Michaele Theophili filio: Τοῖς εἰκείοις ἱπποκόμοις Βασίλειον ἐπέστησε · πρωτοστράτωρα τοῦτον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ διάλεκτος κοινή. Eadem ad verbum ex Theophane Zonaras Ann. 3. Alio nomine ἱπποκόμων στρατεύοντα vocavit Cedrenus in Michaele Rancabe, κόμητα τοῦ ἱπποστασίου in Isauro Leone. Δομέστικον quoque τῶν στρατώρων dixit in Justiniano II Theophanes: ibidemque πρωτοστράτωρα τοῦ ὀψικίου memorat, alium tamen a regio, comitatus nempe ὀψικίου vocati, stratorum primum. Magnum quoque scripsit Phranzes; at ubi decrescebat imperium. Acies protostratorem sæpius legimus duxisse apud Cedrenum, Zonaram, Gregoram et alios. Senatoria dignitate claruisse discimus ex Cantacuzeni I, 15: Πρὸς θύραις ταῖς σαῖς ἐφεστήκασι τῶν τῆς συγκλήτου τινές. Illi domesticus et protostrator erant. GOAR.]

P. 9. *Magnus stratopedarcha.* Græcum nomen et hic et alibi libenter retineo, quia vix suppetunt Latina, quæ talium vocum vim satis exprimant. GRETS.

[*Ὁ μέγας στρατοπεδάρχης.* Is non alius quam tribunus, qui militum causas definit, crimina etiam leviter castigat flagellisque cædi jubet, et absente exercitus præfecto in milites animadvertit, vigiliarum et profectionis tesseram dat. *Si miles crimen aliquod admiserit*, ait Vegetius XXII, 9,

Digitized by Google

auctoritate præfecti exercitus a tribuno deputatur ad pœnam. Arma militum, vestes, equi, annona ad curam ejus pertinent. Disciplinæ jus et severitas exercitus, non solum peditum, sed etiam equitum legionariorum, præcepto ejus quotidie curatur: ipse autem custos et diligens et sobrius legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem reformat et industriam, sciens ad præfecti laudem subjectorum redundare virtutem. Στρατοπεδάρχην vero tribunum esse declarat Theophanes in Joviano, quem eumdem τριβοῦνον, deinde στρατοπεδάρχην, mox χιλίαρχον appellat. Ultima quoque voce hoc officium ejus explicat Cedrenus; quem domesticorum præfectum Marcellinus, eorumdem primicerium scribit Hieronymus in Chronico. Στρατοπεδάρχην castrorum curam gessisse ex nomine scribunt alii, quibus assentior; id enim quoque muneris præstitit. Auctoritatem et alia ad caput quintum proferam. Eumathium, ut Cyprum recuperatam tueretur, stratopedarcham ab Alexio creatum refert Anna filia, l. VIII : δεῖν ἔγνω Ἀλέξιος τὰ κατὰ τὴν Κύπρον ἀσφαλίσασθαι, καὶ τὸν Φιλοκάλην Εὐμάθιον τὴν ταύτης ἀναθέμενος φρουρὰν στρατοπεδάρχην προεχειρίσατο, ναῦς πολεμικὰς δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἱππότας, ἐφ ᾧ τὰ κατὰ τὴν Κύπρον δι᾽ τε θαλάσσης καὶ ἠπείρου ἀσφαλίζεσθαι. Explicat Logotheta στρατοπεδάρχην voce Turcica jam Græcis satis familiari πελάρκαχιν : Leunclavius Peclarpax ait esse Begler-Beg, quem exponit *prætorem, præsidem*, et tandem *supremum castrorum principem*; additque vocem Græcam στρατοπεδάρχην. Magnum hunc stratopedarcham quatuor minoribus præfuisse scribit Meursius: at non magnus semper qui aliis præest, sed qui officio præstat. GOAR.]

P. 9. *Magnus primicerius.* De primiceriis jam egi, l. I, c. 2. **181** Illud hic observa, olim Bœotiæ et Thebarum principem *magni primicerii* nomen tulisse, teste Gregora l. VII, qui addit hunc ipsum principem posteris temporibus pro *magno primicerio* μέγαν κύριον appellatum esse, *a prima syllaba occasione sumpta*, a prima nimirum syllaba vocabuli κηρίου amputatis compendii gratia, ut vulgus solet, ex vocabulo *primicerii* duabus prioribus syllabis. Ex quo colligas jam tum η et υ eodem sono, instar iota, prolata fuisse: alioqui duas illas vocales κήριος et κύριος vulgi consuetudo non confudisset. GRETS.

[Si primicerius ex Suida πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης, ex Heraclio in Novell. II. Juris GR. ἐν ἑκάστῳ τάγματι πρῶτος, ut inter cantores, de quibus superiori cap., inter advocatos, de quibus Jus GR. p. 225, prior est *primicerius*, an ita hic magnus inter varios imperii primicerios ut cunctis imperet? Affirmat, ut nuper de stratopedarcha, Meursius. At cum sit in aula primicerius (πριμμικήριος enim τῆς αὐλῆς legitur frequentius in sequentibus), ideo *magnus* hic, quia illi cæterisque præeminet; et ea causa *primicerius*, quod, ut infra scribit auctor, sit εἷς τὸ φοσσάτον κεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως, *in exercitu imperatorii comitatus seu ministerii princeps*; qui vulgo aulici ministerii cum potestate curator, *le grand maistre*. Favet voci data a Gregora interpretatio, VII, 8 : *primicerium* enim quasi primum κύριον, et aptius μέγαν κύριον vertit. Καὶ μὲν δὴ ἔστιν ἃ τῶν τοιούτων παραφθορὰν τινα τῷ μακρῷ χρόνῳ παθόντα ἀμυδρῶς πως ὑπεμφαίνουσι τὴν ἀλήθειαν. Τὸν γάρ τοι τῆς Βοιωτίας καὶ τῶν Θηβῶν ἀρχηγὸν, ἀντὶ μεγάλου πριμμικηρίου, μεγάλον κύριον ὀνομάζουσι νῦν, εἰς τοῦτο παρενεχθέντες ἐκ τοῦ παρενεχθῆναι τὴν πρώτην συλλαβήν. Quod vero præmittit Bœotiæ principem jam a Constantino primicerii nomen adeptum, nullam apud me fidem meretur. GOAR.]

P. 9 Magnus contostaulus, comes stabuli, Gallis *connestable*. Nomen conflatum ex *contos* seu *conto* comes, et *staulos* stabulum. Cantacuzenus, I, 40 : *Comperiunt principem Sabaudiæ, quem Latinorum lingua conton vocat*; quia ea ætate princeps iste necdum erat dux sed comes. Synodus Florentina : Ἐκαθέζοντο δὲ καβαλλάριοί τε καὶ μαρκέσιοι, κόντοι καὶ δουκάδες. Est etiam recentioribus Græcis κοντόν *breve, curtum, kurz, parvum*; unde *contacium* sacri odarii genus. Cedrenus scribit quemdam appellatum esse Κονταλέοντα et alium Κοντοστέφανον ob parvitatem, quasi *parvum leonem* et *parvum Stephanum*. Est etiam κοντὰ, πλησίον, *prope*. Σταῦλον seu σταῦλος ex Latino *stabulum* detortum : nam extrita unica litterula *b* habes *staulum*. Hinc etiam Germanis est *Stall, Stallung, einstallieren*, quod barbaris *installare, stallum* seu stationem assignare. Nec mireris si talium origio a vocabulo *stabulum* repetatur, cum eadem vox contostaulo nomen tribuat, et quidem honorificum; hodieque *die stallmeister*, magistri stabuli, magno loco sunt in aulis principum. Scribitur etiam κονσταῦλος, sed rectius est prius illud. Habebant quoque veteres Franci comitem stabuli ut videri est in epist. 3 Hincmari, c. 16; quem vulgus corrupte appellabat constabulum, ut est apud Reginonem l. II, et apud Tyrium passim legere est *constabularius*. Habes et simplex *stabularius* apud anonymum VIII, 6, De bello sacro : *Conradus Henrici III stabularius*. GRETS.

182 [Habuerunt Romani *comites stabuli imperatorii*, de quibus Paulus Diaconus l. XVII, et l. XXIX c. Theodos. De annona et tributis l. XI. Græci pariter etiam vocibus consoni Badurium Justini fratrem κόμητα τῶν βασιλικῶν σταύλων, aliumque anonymum eadem appellatione insignitum apud Theophanem et Leonem Grammaticum in Theophilo jactant. Ab iis vetusti Franci regiorum stabulorum comites *connestables*, Græci recentiores suos κονεσταύλους κονοσταύλους vel κοντοσταύλου; deducunt : hos tamen ab istis. Rem paucis aperio. Comites neoterici κόντους (ne κοντούς, hoc est *breves*, dixeris) appellant, ut Nicetas in Andronico I. I : Οὐκοῦν τοῖς στρατηγοῖς ὀπτανόμενος, οὓς κόντους, εἴπῃ τις ἂν Λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος. *Stabula* σταῦλα vel σταύλους. Moschopulus : ἱππῶνες ἱπποστάσεις, σταῦλοι. Ex utroque nullo negotio κοντοσταῦλος

creatur. Ex Gallico *connestable* deduxisti, inquies. Dictum volo. Franci namque, ut Christianorum bono nati, ea qua gaudent in exteras regiones excurrendi licentia, frequentius a Græcis, fidem in Saracenos propugnaturi, stipendia promerebantur (ut Ruselius ille qui quadringentis Francis apud Curopalatem et Annam Comnenam adjunctus Græcorum exercitum ducebat), ducemque suum nonnisi appellatione apud suos colenda dictum voluerunt. Quæ vero *stabuli comite*, vulgo *canstabulario*, honoratior esse potuit aut sibi decentior, τοῦ *connestable*? Eu ut ad hanc vocem velut in fontem Græci referant suos κοντοσταύλους, inter quos Gregoras et Chalcondyles κονοσταύλους pronuntiant. Dictionem tamen apud auctores Alexio Comneno superiores, nec dignitatem eo priorem reperias: at de comite stabuli vel contostaulo ceu Francorum duce testatur auctor, c. 5. Goar]

P. 9. *Magnus logotheta.* Quid sit logotheta, jam l. I, c. 6, explicavimus. Et quamvis Nicetas dicat esse eum qui Latinis sit cancellarius, tamen id ubique locum habere non potest. Quis enim logothetam ἀγελῶν *pecuariæ* seu *gregum* vocet cancellarium, ut et logothetam τοῦ δρόμου, *cursus?* Grets.

[*Ibid.* Λογοθέτην a Cyrillo et a Chrysostomo De pœnit. ac primum a Cedreno in Anastasio memoratum, verum in alio quam qui pertractatur sensu reperio; præsens enim est non qui ærarii, sed qui publici regiminis *rationes ponit.* Magnus namque logotheta cum imperatore communis boni rationem habet, res unde reipublicæ commodum et simul principis thesaurus augescit administrat, et denique cunctis providet. De illo Gregoras, ubi de Muzalone, VI, 2 : Ἦν ὁ Μουζαλὼν (λογοθέτης) τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύων τότε, καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ δημοσίοις μεσιτεύων πράγμασι, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως μεγίστην κερπούμενος τὴν αἰδῶ διά τε σοφίαν καὶ γῆρας μακρὰν καὶ ποικίλην ἐμπειρίαν πραγμάτων μετὰ φρονήσεως ἔχων. Nicetas ubi de Hagiotheodorite, in Manuele, l. I : Μελεδωνὸν δὲ μεσεύοντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποδρηστῆρα διαταγμάτων τὸν Ἁγιοθεωδορίτην τίθησιν Ἰωάννην. Καὶ ἦν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὁπτανόμενος, καὶ τὰ τούτου ἐντάλματα ὅσα καὶ ἐμφάσεις ἐκ κρείττονος μοίρας δεχόμενος. Curopalates in Michaele Parapinacio : Εἰς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν καταστησάμενος, λογοθέτην αὐτὸν προβαλόμενος. Is non absimilis summo regii publicique juris administro quem supremum cancellarium Græco Niceta teste vocamus: Ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνὴ, καγκελλάριον. Ita scribit ejusdem Manuelis l. VII, ὡς δ' Ἕλληνες εἰποιεν λογοθέτην (ἦν δὲ οὗτος ὁ Μαγέντζης ἐπίσκοπος) ἔπεμψεν. Fax alia, qua vox illustretur, mihi superflua est. Animadverte modo logothetam prius fuisse qui publici ærarii quæstor vocatur; de quo sensu nos infra, ubi logothetam τοῦ γενικοῦ exponemus. Μέγαν hunc λογοθέτην ante Alexii tempora vix auditum scio: διοικητοῦ vocem ejus munus apud antiquos significasse fateor; A **183** ac tandem eum ab imperatore his verbis institutum: *Tu magnus logotheta esto;* quæ sibi dicta Phranzes asserit, quamvis clam ita creatus pro more officii imperatorem venerari ac publice adorare vetitus fuerit. Cæterum an hic μέγας λογοθέτης idem sit qui τῶν σεκρέτων et amplissimi senatus caput, mihi pene indubium: ubi enim hujus mentio, de illo altum fit silentium, ac cum magnus ille personat, alius secrete latitat: an non ideo quia binominem diversis temporibus se fecit hæc dignitas? Certe scrupulum omnem a terenda sententiæ hujusmodi semita Nicetas amovet in librorum titulo quo se λογοθέτην τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, secreti logothetam et judicis præpositum, et in Murzuphlo, ἐπὶ τοῦ ἄκρου στῆσαι τῆς συγκλήτου βα- B τῆρος καὶ ἐν τοῖς σεκρέτοις λογοθετῆσαι, in summo senatus solio consedisse et in secretis judiciorum rationem supremam habuisse affirmat: at quid hoc aliud quam magnum logothetam egisse? Logothetam insuper et urbis præfectum jubet Anastasius, referente Cedreno in ejus vita, consensu ambone Acephalorum hæresim proclamare: quid hoc aliud quam senatus præsidem populique rebus præpositum eidem voluisse favere et auctoritate publica confirmare? logothetam secreti Annæ Comnenæ l. III, et apud Nicetam statim sub historiæ limine, et in Isaacii Angeli l. III lego, magnum logothetam apud Nicephorum Gregoram et eo posteriores, logothetam nude sumptum vel τοῦ γενικοῦ addito apud omnes Niceta scriptore superiores. Goar.] C

P. 9. Protosebastus *primaugustus*, ut Wolfius vertere amabat. Rogerus in Annalibus Anglicanis: *Qui vocabatur Græce protosebastos; Latine comes palatinus.* Protosebasti dignitas dicitur hic ordine decima tertia; et ita est in nostro indice: in catalogo Juris Græcorum l. II, decimum quartum locum obtinet. In nostro magnus domesticus quartus est, in illo septimus. Grets.

[Ὁ πρωτοσέβαστος. Inauditum ante Alexii Commeni tempus nomen; ac ubi eum sebastocratoros et panhypersebasti commentum Anna filia narrat l. III, ibi generum Tarouitem protosebasti et protovestiarii dignitate auctum, Adrianum vero fratrem protosebastum clarissimum vocatum, refert : Ὁ D Ἀδριανὸς ὁ ἀδελφὸς τοῦ κρατοῦντος πρωτοσέβαστος ἀξιοῦται περιφανέστατος. Mox absque medio subdit : Τούτων δὲ τῶν ἀξιωμάτων τὴν καινοτομίαν ὁ ἐμὸς πατὴρ προσεξεύρατο. Alios protosebastos protovestiarii dignitate conjuncta Nicetas, Gregoras, Cantacuzenus recensent. Ad Alexium et Annam redeo. Ipsa ubi Venetos bellorum socios donis et honorum cumulis a patre compensatos narrat; ipsum reipublicæ ducem protosebastorum dignitate et stipendiis, patriarcham vero pervenerandi appellatione, collato non illiberali donativo, cohonestatum scribit. Verba ejus sunt : Ὃς διὰ πολλῶν τούτους ἀμειψάμενος δωρεῶν καὶ τιμῆς καὶ αὐτὸν τὸν ζοῦκα Βενετίας τῷ τῶν πρωτοσεβάστων ἀξιώματι μετὰ τῆς ῥόγας ἐτίμησεν, ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην

Digitized by Google

αὐτῶν ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀλόγου ῥόγας. Nusquam tamen erat ἄλογος ῥόγα, nec in rationem militabat, cum Venetos, ut sui patriarchæ sustentarent inopiam, pauco retro tempore, anno videlicet 1073, Gregorius septimus pontifex Romanus litteris fuisset hortatus, de quibus Baronius illo anno num. 51. Protosebasti pileus erat viridis, ut c. 4 legemus, viridisque liquor ei proprius, quo, sicut imperator rubro, subsignandi potestatem nactus est. Nicetas de Alexio protosebasto in Alexio Manuelis filio : Δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξήνεγκε, μὴ ἄλλως εὐπαράδεκτα οἴεσθαι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑποσημαίνεται γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθεῖεν τῷ Ἀλεξίῳ, καὶ οὕτω τὴν δεξιὰν τῷ βατραχείῳ ἐπιδοὺς χρώματι τὴν τοῦ ἐρυθροῦ ἐπισημασίαν βραβεύσειε. Goar.]

In nostro nullus est ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων, *summus philosophorum* : **184** at in altero 29 stationem obtinet. 86 locum tenent ῥαβδοῦχοι. Interpres vertit *lictores* ; noster index rhabduchis caret. Sunt et aliæ diversitates, quas lector mutua utriusque catalogi collatione deprehendet. Grets.

P. 9. Pincerna pocillator. Scribitur etiam πιχέρνης. In indice Juris Græco-Romani annotatur et approbatur lectio ista ὁ ἐπιχέρνης. Sed tueamur vulgatam : alioqui paulo post exsurget qui divisim legat ὁ ἐπὶ κέρνης. Grets.

[*Ibid. Pincerna* Latinis dictio cognita, ex qua, ut reatur quidam, Græcobarbara πιγκέρνης : at si mihi fidem non omnino dempseris, ipsa πικέρνης germane Græca est, quasi ἐπὶ κέρνης, *poculis præfectus*. Scis verbum κεράννυμι vini temperandi vel miscendi significantiam adeptum, cujus vice κεράω profert vulgus ; ab eo κέρνη *pocillatio et præbendi calicis ministerium*, ac ὁ ἐπὶ κέρνης *pocillationi sive pocalis præpositus* ; exinde duabus in unam contractis dictionibus fit per aphæresim πικέρνης, ex affinitate ad Latinum pincernam etiam πιγκέρνης vocatus, qui Cedreno in Theophilo οἰνοχοῶν, Nicetæ l. 1 Alexii κυλικιφόρος, l. 1 Andronici ὁ ἐπὶ κεράσματος (*vinum* κρασὶ sive κρασίον hodie dicunt), et Manassi denique ὁ ἐπὶ κέρνης scriptus. Ita me Deus amet, vates fuit Gretserus : his enim madida adhuc charta vix exaratis characteribus in eo primum legi : *Paulo post exsurget qui divisim legat* ὁ ἐπὶ κέρνης. Goar.]

Ib. Curopalata nomen, ut videtur, a *cura palatii* formatum. Evagrius, v, 1 : Τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπιστευόμενος, ὃν κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή. Quem descripsit Corippus. laud. Just. r, 185 et lib. II, 282. Latini nomen curopalatæ variedepravant : hinc apud Luitprandum in Legatione est *Leonis cgropalati*, et apud Leonem Ostiensem *curopiasi* ; κουροπαλάτισσα, uxor curopalatæ, et Κουροπαλατίκιον munus seu dignitas curopalatæ ; qua insigniebantur etiam absentes, et quibus Cpolis nec visa nec fortean videnda. Exempla invenies in libello Constantini Porphyrogeniti De administrando imperio.

De Curopalata passim Codinus in suo libello; A quem olim officium habuisse ait, sed ignotum, *nunc vero*, hoc est tempore Codini, *nullum*. Alemannus ad p. 28 Procopii duplicem Curopalatam statuit, alterum qui sub se habebat prætorianos milites, quorum plures ordines, *domestici*, *protectores*, *silentiarii*, de quibus Procopius, p. 108 : ex his alii in atrio et vestibulo regiæ versabantur, alii pro cubiculis desidebant et excubias agebant die noctuque : hi σωματοφύλακες, Latine excubitores vocabantur, ἢ φύλακες τοῦ παλατίου, custodes palatii, prætorii milites seu prætoriani, aulæ vel aulici milites. Præfectum his ordinibus *comitem prætorianum* seu *excubitorum* appellat Jornandes, Procopius *principem custodum palatii*, Corippus de laud. Just. Min. 2, 285 *curam palatii*. Alter curopalata erat præpo- B situs fabricæ palatii. De quo Cassiodorus libro VII Var. epist., 5, cujus magnam dignitatem fuisse credit Meursius in Glossario, *quod ante regem Theodoricum aurcam virgam gestans primus incederet. At Cassiodorus*, primus, *inquit*, inter obsequia numerosa, *hoc est non inter* **185** *singulares et primarios viros, patricios, senatores et consulares. Aurea vero virga est, quam Codinus* δικανίκιον *appellat, inferioribus etiam ordinibus concessa honoris ergo, idque ex eodem Cassiodori loco colligere est.* Plures aliquando erant Cpoli hac dignitate conspicui. Cedrenus : Μετὰ δὲ τὸν θάνατον Ἰουστινιανοῦ ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ κουροπαλάτων. Et apud Joannem Curopalatam in Isaacio Comneno : Ἰωάννην δὲ τὸν ἀδελφὸν καὶ Καταχαλὸν C τὸν κεκαυμένον Κουροπαλάτας καὶ ἀμφοτέρους τυφῷ. Nec Cpolitani tantum, sed et exteri hac dignitate honestabantur, maxime Iberes, ut constat ex Constantino imperatore dicto. De administrando imperio c. 45 et 46.

Cpolitanum palatium ita describit Luitprandus Ticinensis, lib. v rerum per Europam gestarum : *Cpolitanum palatium non pulchritudine solum, verum etiam fortitudine omnibus, quas unquam viderim, munitionibus præstat : quod etiam jugi militum stipatione non minima observatur. Moris itaque est hic post matutinum diluculum mox omnibus, patere, post tertium vero diei horam, emissis omnibus dato signo, quod est* mis, *usque in horam nonam cunctis aditum prohibere.* Sed quale hoc signum mis? an *missa* vel *missio*, quod est *ilicet*? at quid hæc Latina apud Græcos? an *misa*? nam posterioribus Græcis hæc dictio usurpata fuit. Vide Meursium v. Μίσα. Grets.

[Vox in Græciam serius invecta, a Latinis primum inventa, *cura palatii*, qua is magistratus intelligitur qui *palatii curam* agit et *curator palatii* nuncupatur in nonnullis editionibus cod. Theod. de Comit. et Trib. Scholar. l. VII, eumdemque reor quem Theophanes in Mauricio celebrat κουράτωρα τῶν βασιλικῶν οἴκων, ad cujus dignitatem ut imperatoriæ proximam summos viros vel aspirasse vel evectos fuisse memorant historiæ. Justiniani nepos Justinus κουροπαλάτης, ita scribit Theophanes, *ex cura palatii* (Fortasse Marcellino propria) conscendit imperium. Leo

Digitized by Google

nuncupatus Isaurus Artabasdum data in conjugem filia curopalatem fecit, ex eodem Theophane, qui Mauricium quo jure nepotem Domentiolum eo titulo refert auxisse. Hunc honorem Domentiolo fratri contulit Phocas, ut Cedrenus in ejus Vita, et pariter germano Theodoro Heraclius, ut Nicephorus in Breviario. Michael S. Ignatii pater ex curopalate factus est imperator. Bardas Ignatio infensus, summam ambiens potestatem, curopalates primum, tum Cæsar est salutatus. De ejus insignibus et ministeriis suo loco : plura et diversa reperies apud Meursium, Gretserum, Bulengerum, Fabrotum in Cedreni Glossario, Dempsterum de Antiq. Rom. I, 4, Savarum in Sidonii Apollinaris carmen 23. GOAR.]

P. 9. Ὁ παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης. Junius *accubitor fundæ*. In catalogo Juris Græco-Romani ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης : interpres *accubitor magnæ palæ*. Ego versione mea rem ipsam explicare studui, cum nihil suppetat quod Græca apte exprimat. Nam παρακοιμώμενος iste erat sigillifer seu custos annuli imperatorii, quo litteræ obsignabantur ; qui annulus per partem suam, nempe per σφενδόνην seu *palam*, significatur : pars enim hæc servit signaturæ, ut sic loquar. GRETS.

[Annulos signatorios sive sigilla in annulis adhuc postremis sæculis imperatores gestasse declarat Nicetas tum in Joanne Comneno statim **186** sub historiæ suæ limine, quo ipse εἴσεισι τὸν κοιτῶνα τὸν πατρικὸν, καὶ προσπεσὼν ὡς δῆθεν θρηνήσων ὑφαιρεῖται λάθρα τῆς ἐκείνου χειρὸς τὸν σφραγιστῆρα δακτύλιον : tum in Alexio laudati Joannis nepote ad calcem, ubi eo crudeliter obtruncato auris abscissa subula perforatur, trajectoque filo et apposita cera Andronici tyrannidem invadentis annulo signatur : Τιτρᾶται ὀβελίσκῳ τὸ οὖς, καὶ κρόκης ἐξαφθείσης κηρὸς περιπλασθεὶς τῷ Ἀνδρονίκου σφραγιστηρίῳ ἐνσημαίνεται δακτυλίῳ. Annulus ille et quodvis aliud sigillum σφενδόνης nomen accepit. Σφενδόνη, inquit Suidas, ἡ τοῦ δακτυλίου περιφέρεια, καὶ ἡ εἰς λίθου ἐπιβολὴν ἐπιτηδεία χρῆσις. Illius annuli et cujuslibet alterius regii sigilli custos fores ejus in quo reponitur loci observat, ad illas sedet, moratur, vigilat, et pro excubitorum more etiam somnum capit, παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης, *regiæ signaturæ antistes, sacri cerarii exarchus, garde des sceaux de l'empire*. GOAR.]

P. 9. Præfectus seu accubitor cubiculi ; aliqui addunt *sacri*, utpote imperatorii. Hodie in aulis vocantur *kammerherrn*, *camerarii*, aureis clavibus conspicui. GRETS.

[*Ibid.* Exponit Constantinus Manasses παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης, sub cujus dispositione erant πρόκοιτοι καὶ προφύλακες, de quibus Nicetas, qui ante fores excubabant et imperatorem custodiebant. Οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι ἄποθέν που τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς κατηύναζον, ait ille in Andronico. l. II. Ergo isti propius, ad fores nimirum principis ac juxta cubiculum, qui hac de causa κοιτωνῖται a Leone Grammatico et πρόκοιτοι a Zonara dicuntur in Theophili Vita, a Niceta in Joanne Comneno οἰκίδιοι καὶ πρόκοιτοι, a Theophane in Justiniano κουβικουλάριοι καὶ σπαθάριοι : armati quippe spathis sacrum cubiculum observabant. Eam ob rem somnio, quod interitus fuit oraculum, exterritus Mauricius apud Theophanem διυπνισθεὶς ἐκάλεσε τὸν παρακοιμώμενον αὐτοῦ, ut qui dormienti principi juxta nomen excubias agens accubaret. GOAR.]

Ib. Logotheta ærarii generalis. Ita verti Glossarium Græcobarbarum secutus. Junius, *logotheta publicæ rei*. Longe aptius quam interpres Joannis Curopalatæ historici, cui Nicephorus ὁ ἀπὸ γενικῶν est *Nicephorus a Genicis*. Interpres Juris GR *curatorem genici* indigitat. Wolfius vertit *generalem*, absolute, et *generalem logothetam*, quia Zonaras in imperio Irenes et Constantini filii Nicephorum γενικὸν λογοθέτην appellat. Theodori Metochitæ maximus encomiastes est Nicephorus Gregoras in sua historia, præcipue l. VII, non procul a fine. Hic Metochites etiam hujus logothetæ munere functus est. GRETS.

[Ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ. Lucem sibi mutuam accendunt hæ voces. Γενικὸν locus est Cpoli, quo jus tributorum subditi exsolvunt et negotiatores vectigalia pensant, quem Zonaras periphrastikῶς τὰ ἀρχεῖα τοὺς φορολόγους λογοπρακτοῦντα scripsit in Constantino Duca ; de quo Cedrenus in Basilio : Καὶ εἰς τὸ λεγόμενον Γενικὸν κατιὼν τοὺς εἰσπραττομένους ἐσκόπει παρὰ τοῦ δημοσίου, μή πού τι ; ἀδίκως εἰσπράττοιτο, καὶ οὕτως τοῖς ἀδικουμένοις ἐπήμυνε. *Et descendens ad Genicum, ærarii sedem, eos qui ab ærarii ministris vectigalia exigerentur, ne quis quid injuste persolveret, speculabatur, ac ita injuriam passis opitulabatur.* Γενικός exinde portorii vectigaliumque *exactor* est, ut aiunt, *generalis*. Suidas v. Γενικός : Ἀναστάσιος βασιλεὺς Ῥωμαίων αἰσθόμενος στολὴν Σαρακηνῶν ἔρχεσθαι κατὰ τῆς πόλεως, Ἰωάννην **187** ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου, διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν Γενικὸν καλοῦσιν. Cedrenus quoque Nicephorum exgenicum, ἀπὸ γενικοῦ, vel ut scribit Curopalates ἀπὸ γενικῶν, imperatorem factum testatur in historiæ limine : hinc ipse audivit γενικὸς λογοθέτης, qualem Theodotum quoque iniquissimum monachum reperies apud Theophanem et Cedrenum in Justiniano posteriore. Jam quo constet logothetam hunc a cancellario longe diversum, nec ejus aut similis alterius munere fuisse implicitum, sed summam ærarii præfecturam gessisse, observo, λόγον *computum*, *ratiocinia*, *rationem*, *fiscum*, æque ac alia referre ; qua de causa dixit Theophanes in Copronymo : Τὰ δὲ λεγόμενα πατριμώνια τῶν ἐν Ῥώμῃ ναῶν τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων, τὰ ἐκπαλαι τελούμενα τάλαντα τρία ἥμισυ, τῷ δημοσίῳ λόγῳ τελεῖσθαι προστάξεν, *publico ærario pendi, in fiscum referri, publicis rationibus accenseri jussit*. Λογοθέτης, ἀπὸ τοῦ λόγου, publicas rationes componit, quo pa-

Digitized by Google

clo Cyrillus τελωνάρχαις et πραχτοφηφισταῖς λογοθέτας adnumerat, et λογοθετῆσαι *rationem reddere, ratiocinia instituere* ex Photio reddidit Stephanus. Eam ob rem rapax et iniquus logotheta Theodotus scribitur a Theophane, ἐπὶ τοὺς πλείστους τῆς πολιτείας ἄρχοντας καὶ ἐμφανεῖς ἄνδρας, οὐκ ἐκ τῶν διοικητῶν μόνων, ἀλλὰ ἐκ τῶν τῆς πόλεως οἰκητόρων, εἰκῇ καὶ μάτην ἀπροφασίστως ἀπαιτήσεις καὶ ἐκταγὰς καὶ δημεύσεις ποιούμενος· *A pluribus reipublicæ proceribus illustribusque viris, non qui agros modo et rura, sed et qui præcipuam imperii civitatem incolerent, indicta causa, nullo demerito, absque rationis prætextu pecunias exigere, multas eis imponere, bona publicata rapere.* Apud eumdem Nicephorus Phocas avaritiæ rapacitatique deditus imperator ἐκέλευσε Νικήτᾳ πατρικίῳ καὶ γενικῷ λογοθέτῃ τὰ δημόσια τέλη τῆς ἐκκλησίας καὶ μοναστηρίων ἀναβιβάσαι. Alius Nicephorus ipse logotheta, referente Curopalate ad historiæ calcem, inquiritur ab adversariis περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων. Subdit: Οὐ τοσοῦτον ἔμελεν αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, quam ut logothetam sibi infensum e medio tollerent; ad eum siquidem, ut hoc ex Theophane addamus cumuli gratia, pertinent τὰ τοῦ γενικοῦ λογοθεσίου πράγματα, *generalium computorum negotia quævis*, et ut idem inferius habet, δημόσιοι τῶν λογοθεσίων κώδικες, *publici computorum libri*, δημόσια χειροθέσια, *publica ratiociniorum scrinia.* Illi ministri ascribebantur ἐκλήπτορες τῶν δημοσίων φόρων, *vectigalium receptores*, de quibus Theophanes in Justiniano posteriore; διοικηταί, *thesaurarii*, eidem et Paulo Diacono dicti in Leone Isauro; ἐξισωταί *pendendorum exæquatores*, quos memorat Cedrenus in Basilio et alii. Ultimi inter generales logothetas Theodori Metochitæ merita et honores, quem hic auctor memorat, reperies descripta Gregoræ l. VII. GOAR.]

P. 9. *Protovestiarites.* Diversus hic a protovestiario, ut tum ex catalogis, tum ex diversis officiis manifestum evadit. GRETS.

[Ὁ πρωτοβεστιαρίτης. Errant qui protovestiarium et protovestiaritem unum putant, quibus, sub non absimili penitus nomine, munus et ordo penitus diversa. Βεστιαρίτης *cubicularius* est, cujus onus ut vestibus sibi a vestiario prolatis principem induat et exuat. Indicat id βεστήτορος *vestitoris* dictio Latina, prioris vice posita: ubi enim scribit Cedrenus Justiniani anno 22 ἀπώλεσαν οἱ βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως, Theophanes habet ἀπώλεσαν οἱ βεστήτορες τὸ στέμμα τοῦ βασιλέως. Euchologium: ἐπαίρει τὸ χλαμύδιον ὁ πατριάρχης καὶ ἐπιβίβωσιν αὐτὸ τοῖς βεστίτορσιν (ita scribit illud) καὶ τὴν φιβλαν. Πρωτοβεστιαρίτην itaque *regii cubiculi magistrum*, sive *regiorum cubiculariorum principem* interpretabere; eumque opus ἀδέσποτον jam referendum εἰς οἶκον βασιλέως πράττειν, *in imperatoris cubiculo ministrare*, describit. GOAR.]

188 Qui sequuntur, domesticus mensæ et præfectus mensæ, satis noti sunt. GRETS.

P. 9. Præfecturam ac primatum super ejusdem ordinis reliquos constat ex dictis superius domesticum sortiri. Qua de causa domesticus mensæ, et ut Gregoras, VIII, 7 habet, ὁ τοῦ δομεστίκου τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς ὀσμυνόμενος ἐπικλήσει, censebitur is quem Pancirollus in Notitiam imperii Occidentis c. 44, castrensem sacri palatii vocat, qui mensam principis et totum palatium curat, quem nos *magnum hospitii magistrum*, regiæ mensæ structoribus præpositum ac in cæteros aulæ regiæ ministros jus exercentem, conspicimus. GOAR.]

P. 10. Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, qui τραπεζοποιός· mensæ structorem ac dapiferum, τὸν τῆς πάσης περὶ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον, ex Hesychio intelligimus; cujus officii titulo, jam a Constantini temporibus, Russiæ principem in imperatoris palatio gavisum auctor est Gregoras, l. VII, at certe unus est testis ubi ait: ὁ δὲ Ῥωσικὸς ἡγεμὼν τήν τε στάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου.

P. 10. [*Magnus pappias.* Pappias absolute pater, est idem quod πάπας seu πάππας. Palladius in Lausiaca Historia in Paulo Simplici: Καὶ δύνοντος τοῦ ἡλίου λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος· Παπία (nam et simplici π scribitur), θέλεις φάγωμεν ἄρτου κλάσμα; hic nomen palatinæ dignitatis est, de qua Codinus infra c. 5. GRETS.

[Abblandientium et balbutientium puerorum, patres et seniores appellantium, vox est παππίας. Eustathius in Iliados V: Κατὰ βρέφους προσφώνησιν καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν λέγομεν πάπας καὶ παπίας, πάτερ nimirum vice. Ille monachus apud Palladium in Lausiacis blande: Παπία, θέλεις φάγωμεν ἄρτου κλάσμα; et ille alius: Τί λυπεῖς καὶ ἀδημονεῖς, παπία; A privatis domibus et familiis aulæ CP reddita familiaris vox fidum et seniorem significat ministrum, cujus custodiæ palatium committeretur et integritati claves noctu traderentur asservandæ. Ita me monet Georgius Coresius in rescriptis; nec temere aut ignare: Constantini namque Manassis auctoritate fulcitur: Πρὸς τὸν τῶν οἴκων φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις, παπίαν λέγομεν αὐτὸν κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν. Addit Coresius idem aulæ clericis palatinisque ecclesiis fuisse præpositum, ac protopapæ (archipresbyterum intellige) nonnunquam munere donatum Egregie: nam et pro hujusmodi sententia hæ militant auctoritates. Prima, Irenes devotæ imperatricis in lecto duas imagines reperit impius conjux Leo Copronymi filius, ait Cedrenus, quas inquisitione facta εὗρεν ὅτι ὁ παπίας τοῦ παλατίου εἰσεκόμισεν αὐτάς, a clerico utique fidem et cultum imaginibus servante; altera: Leoni Armenio necem illaturi Michaelis Balbi socii, sacerdotum ornatibus assumptis simulataque religionis specie, simul cum palatinis clericis matutinas laudes in palatio decantaturis admissi sunt: Τῇ νυκτὶ ὁπλισθέντες, ἔνδοθεν τὰ ξίφη φοροῦντες, τοῦ παπίου ἀνοίξαντος, ὡς οἱ ἱερεῖς, μετὰ φελωνίων εἰσῆλθον. Papias itaque, cum eos admittere solitus, ex eorum numero fuit

Digitized by Google

unus. At cum papiæ dignitate promoti (quod nefas ecclesiasticis, ut optime disserit Anna Comnena) acies eduxerint in hostes et frequenter cum eis manus conseruerint, frustra clero conjiciuntur allecti; quin a clero quoque alieni sacras imagines inferre et palatii portas clericis, non segnius quam ipsi, reserare potuerunt. Clericus itaque sive fuerit seu etiam ecclesiastici ordinis exsors, nonnunquam claves palatii teste Leone Grammatico suæ fidei commendatas tenuit. Hoc ejus verba declarant in Basilio Macedone: Ὁ Ἀρτάβασδος εἰσδραμὼν πρὸς τὸν παπίαν καὶ ἅρας ἀπ' αὐτοῦ τὰς κλεῖς βιαίως ἤνοιξε τῷ Βασιλείῳ· καὶ γενόμενος **189** ἔνδοθεν Βασίλειος ἦρε τὰς κλεῖς τοῦ παλατίου ἐπὶ χεῖρας, καὶ τῇ ἔωθεν Γρηγόριον τὸν ἐπιλεγόμενον τοῦ Φιλήμονος ἐποίησε παπίαν. Eum in palatio habitasse, et facilem imperatori ad ejus sedem accessum fuisse, narrat Cedrenus in Leone Armenio. Cæterum pappiam vel papiam scribere, ne morarer in re nullius momenti, mihi semper pro variis auctoribus aut exemplaribus perinde fuit, ceu negotium in discrimen haud vocandum.

P. 10. [Ὁ ἔπαρχος. *Præfectus urbis.* Nicetas in Alexio III, l. III: εἰς δ' ἔπαρχον τῆς βασιλίδος σχηματίζεται πόλεως, Cedrenus in Theophilo: Ὁ ἔπαρχος ἐκ Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως γαληνότητος τὸ κρίνειν λαοὺς καὶ τοῖς πολιτικοῖς χρήσασθαι νόμοις: ex quo ἐπαρχικὸν βῆμα apud Leonem Grammaticum. Hoc ejus munus latius alio loco prosequendum. Circa nomen ejus ἀπὸ στοῦ ὑπάρχου discrimen observat Blastares Elementi E, c. 15: Ὑπαρχοι δὲ λέγονται οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἐξάρχοντες, ἔπαρχος δὲ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Hinc obscusior Cedreni locus in Justino II lucem accipit, et eparchum hyparchum fieri intelligimus: Καὶ ὁ ἔπαρχος ἔφη τῷ βασιλεῖ· « Νῦν, δέσποτα, ὅπερ ὑπεσχόμην ἐτελείωσα. » Καὶ ὁ βασιλεὺς πατρίκιον αὐτὸν ἐποίησε καὶ ὕπαρχον μέχρι τέλους τῆς ζωῆς αὐτοῦ, quia nimirum provinciæ vel urbis alterius præsidem officio non amovendum constituit. Vel ne dignitatem ejus qui præmium meruerat imminutam affirmem, *prætorio præfectum* eadem voce denotari asseram. Theophanes in Leone: Ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ἐξετασθῆναι Ἰσακάσιον παρὰ τῷ ὑπάρχῳ τῶν πραιτωρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει. In Justino: Τὸν Ἀπίωνα πατρίκιον ἐποίησεν ὕπαρχον πραιτωρίων. In Theodosio seniore: Τὸν ὕπαρχον ἐφόνευσαν. Sozomenus hunc ἡγούμενον τῶν τότε παρὰ τοῖς Ἰλλυριοῖς στρατιωτῶν asserit: ego *prætorio Illyrici præfectum* commode interpretor: ejus enim erat ludos Thessalonicensium populo, de quibus ibi serum, exhibere. Iterum Theophanes in Phoca: Θεόδωρος ὕπαρχος τοῦ πραιτωρίου. Correctius tamen videtur scripsisse Simocatta, VIII, 8: Ἔπαρχον τὴν ἡγεμονίαν τῶν φόρων τῆς ἑῴας πρό τινος καιροῦ ἀπό τινος καιροῦ ἀπειλήφει, ὃν ἔπαρχον πραιτωρίων ὀνομάζειν εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι. Ὕπαρχον demum pro urbis præfecto sumendum semel mihi apud Theophanem occurrisse non difficeor, ubi de Phoca scripsit: ἐπέτρεψεν Κώνσταν τὸν ὕπαρχον τῆς πόλεως. Goar]

P. 10. *Magnus drungarius* τῆς βίγλης. Detortum ex Latino *vigilia*. Δρουγγάριος, qui etiam δρούγγαρης, παρὰ τὸ δροῦγγος: *drungus* globus militum; vox nec Latinis ignota. Vopiscus in Aureliano: *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines in triumphum duxit.* Ubi Casaubonus: *In tacticis Græcorum libris omnis adunatio militum appellatur* δροῦγγος, *sive plurium sive etiam paucissimorum: nam et tres aut quatuor drungum faciunt. Inde est* δρουγγιστὶ τάττεσθαι, *quod Mauricius imperator libro* IV *opponit* τῇ μακρᾷ τάξει *et continuæ atque in longum porrectæ aciei.* Vide Rigaltium in Glossario v. δροῦγγος. Leunclavius *druncarium* vocat a *trunco, a baculo regiminis, bastone del reggimento*, magistratus insigni; nec pauciores milites mille nec plures 4000 suo *druncario* subjicit, in altero Onomastico, quod Historiæ Musulmannicæ adjunxit. Verum hæc exigui ponderis sunt, 1 quia *drungus* vox antiqua est, non nuper in recentiore Græcia nata; 2, quia recentiores Græci virgam seu baculum ejus qui magistratu bellico fungitur non vocant *druncum*, sed δικανίκιον vel sceptrum; 3, quia reclamant tactici scriptores, Constantinus de Thematibus, Leo in suis Tacticis, Mauricius Strategic. II, 3, **190** Codinus noster et alii. Hinc δρουγγιστὶ *globatim, rottenweise.* Quanquam ipsum quoque vocabulum *rott* pure Germanicum. Nicetas in Balduino Flandro: μοῖραν ἣν ῥοῦτταν ὠνόμαζον. Neubrigensis II, 27: *copias quas ruttas vocant.* Gretz.

P. 10. [Præfectum vigilum ab Augusto Romæ institutum, qui 7 cohortibus per 14 regiones dispositis a nocturnis grassatoribus et subitis incendiis urbem tutarentur, ex Suetonio et Dione demonstrat Dempsterus Ant. Rom. VII, 34. Hic cognoscebat de incendiariis, furibus, receptatoribus et aliis per vias et domos admissis flagitiis, nisi forte quam atrocia famosaque forent, ut ad urbis præfectum deferrentur, de quibus Pancirollus in Notitiam Orientis, c. 27. Officii hujusmodi tribunal Cpoli fuisse δρουγγαρικὸν δικαστήριον vocatum ex Alexii Comneni Nov. Juris GR. tom. II conjicio. Aliæ vigiliæ erant in castris, de quibus Dempsterus idem 10, 15, quarum appellatio profertur a Græcis βίγλα, Græce magis a Simocatta σκοπή, κατασκοπή, ἐπισκοπή. Præfectus, ὃς τῆς ἐπισκοπῆς τὰς φρουρὰς ἐγχειρίζεται eidem Simocattæ II, 9, præfectus, inquam, earum δρουγγάριος, quod ex militum drungo sive turma (δροῦγγος enim turma est) conflarentur. De ejus ministerio auctor in sequentibus: de nomine docte fuseque Rigaltius, Meursius, Gretserus, Bullengerus, Fabrotus in Cedrenum, et alii. Officium antiquum et notum: circa Copronymi tempora nomen vulgare primo scriptum in Theophane reperio. Goar]

Digitized by Google

CAPUT III.

Percurruntur reliqua officialium nomina, quæ continentur in catalogo capitis 2.

P. 10. *Magnus hetæriarcha.* Apud Tyrium 21, 16, *megaltriarcha.* Emendat Glossarium *magætæriarcha.* Forte nulla emendatione opus est, quia Tyrius forsan ex communi consuetudine vulgi hoc nomen extulit et in historiam intulit. Notum est autem a vulgo longe aliter hæc talia proferri solere quam proferantur vel scribantur a doctis. Et nupera etiam Tyrii editio a viro valde docto curata vulgatam lectionem retinet. Codinus dicit eum *hetæriarcham* dictum, quod ἑταίρους, *socios et amicos,* Romano imperio pararet, susceptis etiam profugis. Alii ab *hetæria*, militari cohorte, eum hoc nomen accepisse autumant; cujus cohortis mentio apud Joannem curopalatam in Michaele Rancabe; et duplex erat, major et minor: illius dux et præfectus magnus hetæriarcha dictus, hujus absolute hetæriarcha. Consule Glossarium. GRETS.

[Gothos belli socios Constantinum sibi adjunxisse ac *fœderatos* vocitasse scribit Jornandes; renovato deinde cum iis fœdere ad sua usque tempora perseverasse eorum agmina subjungit. Erant fœderatorum sociæ illæ turmæ in Tiberii secundi castris: Ἀγοράσας γὰρ σώματα ἐθνικῶν κατέστησε στράτευμα εἰς ὄνομα ἴδιον, ἀφιάσας καὶ καθοπλίσας αὐτοὺς, χιλιάδας δεκαπέντε, δεδωκὼς αὐτοῖς καὶ στρατηγὸν Μαυρίκιον τὸν κόμητα τῶν φοιδεράτων. Hæc ferme ad verbum ex Theophane Cedrenus, apud quem Leonem Armenium a Nicephoro κόμητα τῶν **191** φοιδεράτων Thomamque ab eodem Leone τουρμάρχην τοῦ φοιδεράτου τάγματος institutum legimus. Successu temporis φοιδερᾶτοι in ἑταιρίας mutati, quorum duci ἑταιριάρχου nomen impositum. Leo Grammaticus de Michaele Theophili filio: Παρέλαβεν Βασίλειον, ait, Ἀνδρέᾳ ἑταιριάρχῃ τοῦ ἄρξαι εἰς τὴν ἑταιρίαν. Ex Scythia siquidem, parentibus licet Macedonibus, oriundus erat Basilius. Hetæriarches itaque exteris belli sociis præfectus, ut turmam ex militibus variis nationibus ortis collegit, ita fœderatis κατὰ διαφόρους καὶ συμμιγοῦς φερομένοις πλήθους, ait Olympiodorus apud Photium, succedit. Iisdem tamen omnibus imperabat: Franci enim constabulario, Barangi Angli acolutho etc. suberant. Reperitur hetæriarches Persa Persis imperitans apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili. Vide Cantacuzeni I, 29. GOAR.]

P. 10 *Magnus chartularius.* Scribitur etiam χαρτουλάριος, a charta utique nomine ducto; qui et in ecclesia, ut supra meminimus, et in aula, ut iste de quo in præsenti; quem Zonaras in Leone Isaurico vocat τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα. Erat etiam dignitas cubicularia. Hinc Novella 8 Justiniani χαρτουλάριος τῶν θείων κοιτώνων. Et in notitia Consuetudinum habes χαρτουλλαρίους τοῦ θείου κουβουκλείου. Chartularius bellicus militem conquirebat et conscribebat, ut liquet ex Const. 5 Leonis imp. GRETS.

A [*Scriniarius*, inquit Meursius. Optime: nam et Etymologicum vetus chartularios commentarienses, publicis litteris, tabulis, instrumentis scribendis et retractandis præfuisse docet. At cum plures numerare possis hujusmodi, hunc qui cursus publici, τοῦ ὀξέως δρόμου, in Constantino Porphyrogenèta; alium divini cubiculi Novell. 25, τοῦ θείου κουβουκλείου, qui et τῶν θείων κοιτώνων in Ecloga LL. Leonis et Constantini; magistri equitum alium l. 5 cod. Theod. de divers. Offic. et Apparito. et proba. l. VIII; quartum Θεόδωρον τὸν Χοῦμνον χαρτουλλάριον ὄντα τῶν ἱπποστάσιμων apud Nicetam l. III Isaacii, et apud Zonaram in Leone Isauro βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα; in exercitu alium qui τοῦ θέματος, ex Constantino in Taeticis; alios magno logothetæ subditos apud Nicetam Manuelis l. I, quos describit ὑπουργοὺς (λογοθέτου) οὐκ ὀλίγους τῶν γραφομένων καὶ λεγομένων, λογίους ἄνδρας; et quotquot alios scriniarios ex imperii Notitia assignabis: hic tamen μέγας, ad quem cætera referrentur, aut qui reliquos honore præcederet. De ecclesiæ chartulario, ut alterius ordinis, nil in præsenti. Magno huic exercitus commissos legimus apud Nicetam in Manuele l. III, in Alexio ejus filio, in Isaacio Angelo l. III. GOAR.]

Sed quid in Legibus Francicis, l. VI, 108, *homo chartularius? Est*, inquit Pithœus in Glossario, *homo per chartam sive per epistolam liber factus. Liberti ecclesiastici erant*, ait alius in notis ad Paræneses, *quibus archidiaconus jubebat scribi chartas tabulasve missionis seu manumissionis. Unde chartularii et tabularii nominati.* GRETS.

Ib. [Ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου, *rationalis cursus, summus cursorum præses.* De cursu publico Procopius ἐν ἀνεκδότοις: *Romani imperatores qui antea fuerunt modum excogitarunt quo cuncta sibi quam celerrime possent nuntiari, et ut scirent quæ ubique inter hostes agerentur, et si qua in civitatibus seditio vel quid aliud improvisum e præsidibus vel aliud quomodocunque oriretur, et ut annua tributa velociter et tuto transmitterentur. Publicum ergo et celerem quemdam ubique cursum hoc modo instituerunt. Viro expedito ad iter diei stationes constituerunt, quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum* **192** *eveniebat. Quadraginta vero equi in singulis mansionibus stabulabantur, et ibidem hippocomi ad curandos quot poterant equos erunt destinati. Succedentibus vero sibi ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant, decem ferme dierum iter vicissim conficiebant, agentes quomodo significavimus.* Hæc ille. Qui rationes cursorum habebat, λογοθέτης appellabatur sæpissime τοῦ δρόμου, ut apud Theophanem Cedrenum, Zonaram, Nicetam et alios occurrit; nonnunquam τοῦ ὀξέος δρόμου, quod scripsit Theophanes in Copronymi filio Leone, correctius τοῦ ὀξέως δρόμου, quod Constantinus in Chorographia posuit. Latini e Græco logothetam *tu dromu et tu dromi* cum Paulo diacono pronuntiabant. Theopha-

Digitized by Google

nes iterum in Justiniano : Καὶ ὁ τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελούμενος ηὐτομόλησε παραδοὺς τοὺς δημοσίους ἵππους. Habebat ille sub sua dispositione protonotarium, de quo Constantinus citatus : Ἀπέστειλε χαρτουλάριον τὸν ὀξέως δρόμου. Qui nimirum cursorum equitationes, tradita, recepta annotaret. Theophanes in Michaele Theophili filio : Ἐν τούτῳ δὲ τὰ γράμματα τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου παρὰ τοῦ πεφθακότος ἅρτι ἐνεχειρίσθησαν, ὡς ἐν τοῖς Μελαγγείοις ἐστρατοπεδεύσαντο οἱ Σαρακηνοὶ διαγγέλλοντα. Ὁ γοῦν πρωτονοτάριος σκυθρωπήσας ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ προσῆλθε τῷ βασιλεῖ καὶ ὑπεδείκνυ τὰ γράμματα. De logotheta hoc divinat Leunclavius in Onomastico : *Arbitror*, ait, *ita dictum cancellarium dromi, cujusdam scilicet palatii CP, quod dromum vocabant.* Reperio in Jure Gr. p. 132, δικαστήριον τοῦ ἱπποδρόμου, ad Hippodromum nempe situm. Quid si de rebus in ipso Hippodromo contingentibus judicaret, ac λογοθέτης τοῦ δρόμου non cursus modo publici sed et equestris in circensibus ludis certaminis sumptus, rationes, census discuteret ? Suspicandi suggerunt ansam ea l. v Anthologiæ Epigrammatum quæ composuit Thomas patricius κριτὴς τοῦ δρόμου in Anastasium ac plures alios quatuor factionum in Circo de palma decertantium aurigas. Arget suspicionem Turnebus Advers. 11, 11, scribens : Erat et procurator dromi, quem ego credo ejus loci procurationem gessisse ubi equos suos Veneti aut alia factio exercere solebat. Dromus enim locum hic significat, ut in Hippodromo; estque plane Hippodromus, ut in illa epigrapha, *Procuratori Dromi Factionis Venetæ.*

P. 10. [Qui πρωτοασηκρῆτις, πρωτοασεκρῆτις, nec non πρωτοασεκρέτης scribitur, ut *primum secretarium* indicat, ita et *judicum omnium præstantissimum.* A secretis primarium significat, *secreta* siquidem τὰ ἀπόῤῥητα Procopius interpretatur, et *a secretis* arcanorum notarium, l. II *De bello Persico* : Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀποῤῥήτων γραμματέα· ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σηκρῆτα γὰρ τὰ ἀπόῤῥητα. Suidas : τῶν ἀποῤῥήτων γραμματέα, τουτέστι νοτάριον, ἀσηκρῆτις καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. Manasses in politicis carminibus : ἀνάκτων ὑπογραμματεύς, ὃν φασιν ἀσηκρῆτιν. Secretum secundo veteres glossæ δικαστήριον exponunt. Cassiodorus, l. XI præf. Quapropter administrator amplissimus (id est præfectus prætorio) si vacasse credatur, opprobrium est, cujus etiam secretum dicitur, quod tumultuosis actionibus verberatur. Vide *secretum* auditorium præfecti dictum ; ideo secretum quia in secretiore penetrali, minime tamen secretum, quia tumultuosis actionibus personans. Paulum Samosatenum damnat Eusebius VII, 25, quod σηκρῆτον, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, εἶχέν τε καὶ ὠνόμαζεν : Secretarium idem Latinis audit, et Græcis ἀσηκρητεῖον. Cedrenus in Leone Armenio : Δεξάμενος τὰς μηνύσεις ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις ἐκάθισε, καὶ ἀκριβὴς ἐξεταστὴς τῶν μηνυθέντων ἐγίνετο. Curopalates in Michaele Theophili : Ἡ φυγὴ δὲ πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀσηκρητεῖα· ἐκεῖ γὰρ τότε τὸ τῶν ἀσηκρῆτις καταγώγιον. Nicephorus et Ignatius patriarchæ sanctissimi a secretis fuere, ac ideo λαϊκοὶ a Cedreno scripti. Ex his colligo πρωτοασηκρῆτιν ab arcanis principis **193** præcipuum dicendum auctore Codino in Orig. Const. καθώς φησι Πλούταρχος πρωτοασηκρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ. Senatorum insuper judicumque præsidem hoc nomen mereri ceu πρῶτον inter ἀσηκρῆτις, et qui a Constantino lectore dicitur τῶν μεχρέτων πρώτιστος : qui etiam Hincmaro notissimus fuit epist. 3 16. Cui sociabatur summus cancellarius, qui a secretis olim appellabatur, etc. Verum quisnam hic de quo nos cum auctore πρωτοασηκρῆτις ? An arcana inter cæteros delectus excepit, vel supremo jure exercuit judicium ? Utrumque existimo, agnovit siquidem Menander in Eclogis τινὰ παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασιν ἐξυπηρετούμενον, ὃν εἴ τις Λατίνων χρήσαιτο φωνῇ, ἀσηκρῆτις προσαγορεύσειεν. Discrimen utriusque a secretis plura apud probos auctores confuse scripta perturbatimque legenda dilucidat Dempsterus. Artemius Anastasius et Photius, uterque πρωτοασηκρῆτις assumpti sunt, ille in imperatorem, alius in patriarcham CP.

P. 10. [Ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ. Bullengerus exponit τὸν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, *qui armamentario præest.* Apud Nicetam Alexii, l. III ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ὅπλων, apud Theophanem ἀπάνω τοῦ ἁρμαμέντου reperio scriptum : addit esse τοῦ στρατοπέδου κατεστάντα ὕπαρχον, ὃς τῆς δαπάνης χορηγὸς ὀνομάζεται. Τοῦ στρατοῦ φύλακα *exercitus custodem* vocat Nicetas. Metiendis castris præfectum ostendet auctor, c. 16.

Ib. [Ὁ μυστικός. Legebat olim Gretserus ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν : sed omnino prave. Legunt Regia absque addito ὁ μυστικός. Gretserus interpres nude vertit *mysticus* : mox domesticum scholarum addit. Perversa lectio ὁ μυστικὸς τῶν σχολῶν adegit me in Cedrenum, ut officium istud non civitati et legibus, sed castris ascriberem. Propius inspicienti, ut secretioris consilii senatorem τὸν μυστικὸν interpretarer, Joannis Tzetzæ epistolarum ultima compulit. Sic habet : Τῷ μυστικῷ, κυρίῳ Νικηφόρῳ τῷ Σερβιλίῳ. Ὀφθαλμὸ γερουσίας, ὑπεροχὴ τῆς ἀρχῆς, μυστηριῶτις βουλή, τῶν πρὶν Καισάρων Σερβιλίων ἀπάγονε. Nil dilucidius effusas a Gretsero tenebras potest discutere. Vim summam faciunt hæc duo verba, ὀφθαλμὸ γερουσίας ab ipsomet Tzetze Chil. 10 tit. 350, περὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ γερουσίας exposita : Οἱ παλαιοὶ μὲν ὀφθαλμοὺς ἐκάλουν βασιλέων τοὺς περιβλέπτους τῶν ἀνδρῶν, τοὺς πρώτους τῆς συγκλήτου. Potestas ejus in jure dicundo et bonis ecclesiæ vindicandis elucet Juris Gr. l. II, p. 155, et iterum, p. 168. Ex Mystico Nicolaum patriarcham factum legis apud Cedrenum in Leone Sapiente. Μυστογράφος scribitur Juris Gr. tom. II, p. 180. Forsan μυστικός, quod primus in secretiore consilio sisteret, quod *secretum* antiqui scripsere ; cui quadrat illud Achmetis apud Meursium · Μυστικὸς ἔσται τῷ Φαραὼ καὶ πρῶτος

Digitized by Google

τῶν ἀποκρύφων μυστηρίων αὐτοῦ. Clarius et aptius cadit in hunc sensum versus opusculi jamjam adjungendi, incerto licet auctore : Μυστικὸς βασιλικὸς πρώϊστος τοῦ σεκρέτου. Suidas, v. Ἡγεμονεία · Ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν μυστηρίων ἅμα τοῖς ἐπιμελητὰις προέστατατ. Causæ vero ad eum delatæ homicidia maxime erant et sacrilegia, eodem Suida auctore.

Ib. [*Ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν.* Scholas militantium ordines, κατ' ἀνείφρασιν ἀπὸ τῆς σχολῆς, *ab otio*, cui nullatenus vacarent, dictas, quin perpetuæ armorum exercitationi tam palatinæ quam forensi insudasse, notum est. *Domesticus* scholarum ultimis sæculis fuit, qui Theophani et aliis κόμης : domesticum enim ἐξάρχοντα esse superius posuimus. Scholas initio undecim numeratas scribit Justinianus ad senatum. Præpositum uniuscujusque vocat Theophanes in Anastasio πρίγκιπα : ὁ Βιταλιανὸς προστέθηκεν ἵνα καὶ οἱ πρίγκιπες ἑκάστης σχολῆς ὁμόσωσι. Domesticum omnibus præfectum reperio primum sub Nicephoro I, Bardanium videlicet, et mox Nicetam. Theophilus Manuelem ad se reversum **194** μάγιστρον αὖθις καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν ἐποίησε. Michael F. προβάλλεται Βάρδαν μάγιστρον καὶ δομέστικον τῶν σχολῶν. Sub Constantino tamen Prophyrogenito legitur apud Theophanem Constantinus alius non δομέστικος sed δοὺξ τῶν σχολῶν. Nomen tandem redisse, cum Alexium patrem Anna δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρισθέντα scribit l. 1 conjicimus.

P. 10. [*Ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου.* Quis drungarius, ex alibi dictis notum : quis in classe, exponit Leo imperator in Tacticis περὶ ναυμαχίας c. 19 : Ἐπὶ δὲ τῶν θεματικῶν δρομώνων καὶ δρουγγάριοι ἐπιστήσονται καὶ τουρμάρχαι · καὶ αὐτοὶ τῷ στρατηγῷ ὑποταγήσονται, καὶ τοῖς ἐκείνου παραγγέλμασιν εἴξουσιν. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτιπερ κατὰ τὴν δμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλωΐμου καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλώϊμοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντό ποτε τοῖς ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς κόμητες μόνον καὶ κένταρχοι · ἀλλὰ νῦν εἰς στρατηγίδα ἡ ἑκάστων τῶν δρουγγαρίων ἀρχὴ ἀναδέδηκε (hoc est cum prius hoc nomen non assumerent, postmodum se στρατηγοὺς τοῦ πλωΐμου inscripserunt) καὶ καλουμένη ταῖς στρατηγικαῖς καταμερίζεται τάξεσι. *Celocibus quoque per themata divisis drungarii et turmarchæ præficiuntur.* Erat namque classis imperatoria toti mari imperans : ad custodiam provinciæ sive thematis uniuscujusque certus celocium numerus deputabatur. Totius classis imperator erat magnus dux, de quo in præmissis ; celocibus per themata divisis drungarii præponebantur, inter quos nominatissimus Cibyræotarum (a Cibyra civitate selecto navali instructa) occurrit sexcentis in locis apud Theophanem, Leonem Grammaticum, Cedrenum, Zonaram et alios. Drungarium τοῦ βασιλικοῦ στόλου magni ducis vices gerentem scribit Nicetas Paphlago in Ignatii vita, quem τοῦ πλωΐμου quoque δρουγγάριον dicit ; hic μέγας δρουγγάριος est, et δρουγγάριος τῶν Κιβυρραιωτῶν, de quo nuper, a Theophane nominatur: Zonaras autem tum στρατηγοῦ tum δρουγγαρίου τῶν Κιβυρραιωτῶν meminit in Justiniano Rinotmeto.

Ib. [*Ὁ πριμμικήριος τῆς αὐλῆς. A cæremoniis, magister cæremoniarum*, qui a Philotheo patriarcha εὐταξίας dicitur in ecclesia, primicerius εὐτακτεῖ τοὺς ἐν αὐλῇ πάντας, *cunctos in aula componit*, cunctis ordinem, locum, tempus ministeriorum distribuit. Lege, si libet, auctoris caput quintum.

Ib. [*Ὁ πρωτοσπαθάριος, spathariorum dux.* Illi satellites, *spatha* ense armati. Spatha latior gladius. Σπαθίον et σπαθὶ vocant recentiores, quod ob asperam τοῦ θ pronuntiationem, nonnihil τοῦ φ similem, σπαφὴ scripsit Crusius in Turcogræcia. Protospatharios tam copiosos enumerat Eustratius in Jure Gr. ut quemcunque spatharium eo titulo fuisse ornatum conjiciam. Hos quatuor tot lineolis coartat : Πέτρον πρωτοσπαθάριον καὶ ἔπαρχον, Πόθον πρωτοσπαθάριον μεγάλον οἰκονόμον, Θεοδότιον πρωτοσπαθάριον καὶ οἰκονόμον τῶν εὐαγῶν οἴκων, Ἰωάννην πρωτοσπαθάριον καὶ χαρτουλάριον. Spatharios intelligit Nicetas ubi habet σωματοφύλακας τὰ ξίφη κραδαίνοντας.

Ib. [*Ὁ μέγας ἄρχων.* Hunc, quis sit, historiæ tacent, conjecturæ indicant. Petitur præcipua ex Ecloga Leonis et Constantini AA. tit. 6 : Τὸ τοῦ ἄρχοντος ὄνομα γενικόν ἐστι, καὶ σημαίνει καὶ στρατηγὸν καὶ ἀνθύπατον καὶ πάντας τοὺς ἐπαρχιῶν διοικητὰς, εἰ καὶ συγκλητικοὶ ὦσιν. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ἀνθυπάτου εἰδικόν ἐστι. Celebrat Cedrenus in Basilio et Constantino Romani FF ἄρχοντα Ἀντιοχείας et ἄρχοντα Ἀβασγίας, in Romano Argyro ἄρχοντα Παν-θέου, Novella 31 quatuor Armeniæ ἄρχοντας, Cedrenus iterum in Theophilo et Zoe ἄρχοντα ἀρχόντων : quem Saracenicum principem autumo, de quo Constantinus in Chorographia : Ἐκαθέζετο εἰς μεγάλην Ἀρμενίαν δοῦλος αὐτοῦ **195** βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, ὡς παρ' αὐτοῦ προβαλλόμενος καὶ τὸ τοιοῦτον δεχόμενος ἀξίωμα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ δεσποτούμενα κάστρα καὶ πολιτεία καὶ χωρία τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων εἰσί. Hunc nostrum μέγαν ἄρχοντα talem esse nusquam affirmarim, sed aliquem inter provinciarum rectores præcipuum, ob nomen vel præposituram a cæteris colendum. Τῷ ἄρχοντι τὰς τῶν ὀρφανῶν καὶ τὰς τῆς παρανοίας καὶ τὰς τῶν ἀποκλήρων ἐπιδικασίας reservatas asserit Suidas. V. ἡγεμονεία. Goar.]

P. 10. *Tatas seu tata aulæ.* Nomen est a patre, sicut et παππίας. Unde Germanis quoque *ein alter Tatel*, et Atta *athe*. Grets.

[Nomen a Theodoro Lascari videtur inventum : quæ dignitas fuerit, vix constat. Lascaris ille cum Theodoro Callimpani Prilapi vicinarumque regionum custodiam commisisset, τατᾶν τῆς αὐλῆς κατωνόμαζεν. At quis tatas ? an quasi ἐπὶ τὰ τῆς αὐλῆς εἰ τὰ τῆς αὐλῆς ἐπιμελούμενος ? Codex enim Regius ita semel legit, τὰ τῆς αὐλῆς : et in eam lectionem propendet Coresius. Τᾶ; τῆς αὐλῆς legit Matthæus monachus, et opusculum incerti

Digitized by Google

operis mox exscribendum τατῆς αὐλῆς. An ita tatas sicut pappias? Utraque siquidem dictione pueri appellant avos, παππίας, τατᾶς. Atque ita quibusdam abblandiri voluerint imperatores, ut puerili voce, quos *patrum* nomine vellent insignitos, τατᾶς quasi *patres aulæ* constituerent. Ea Marcianus, ait Theophanes, Tatianum et Julium prius heros, in aulam deinde vocatos, πατέρας αὐτοὺς ἀνεκήρυξεν; et hunc quidem Libyæ (Zonaras scribit Illyrici), alium urbis præfectum constituit. Theodosius Helionem ὡς πατέρα διὰ τιμῆς ἦγεν, filiis Arsenium, scribit Cedrenus, βασιλεοπάτορα dedit. Leo Sapiens apud Grammaticum προεχειρίσατο Ζαοῦτζαν εἰς βασιλεοπάτορα. Constantinus Leonis filius ad Romanum scribit: Ὡς φύλακα τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐγρηγορώτατον καὶ πιστότατον οὐδένα τῶν ὑπὸ χεῖρα ἢ Ῥωμανὸν εὑρηκώς, τούτῳ τὴν ἐμὴν φυλακὴν μετά γε Θεὸν ἐπίστευσα, καὶ ἀντὶ πατρὸς αὐτὸν ἔχειν ἔκρινα, σπλάγχνα μητρικὰ πρὸς ἐμὲ καὶ διάθεσιν ἐνδειξάμενον. Omitto a Francorum regibus plentissimis *pares* institutos quasi *patres*; Turcarumque principem superbia licet et ferocia insolescentem seniores aulicos *babas*, patres, nonnunquam vocitare solitum, GOAR.]

Ib. Magnus tzausius. Retinent hodie hoc nomen Turcæ in sua aula. Leunclavius in Onomastico: *Tzaus commissarius aulicus, hoc est cui variæ res a sultana et veziribus committuntur, ut eas expediat. Cujusmodi sunt diversæ legationes, exterorum legatorum deductiones, aut cum litteras ad principes extraneos et alios proceres perferre jubentur.* GRETS.

[Barbara vox in aulam CP inducta: *a mandatis, cursor, commissarius aulicus*, cui variæ res committuntur, est τζαούσιος, Theophani in Phoca πρωτοκούρσωρ. Officium nomenque a Turcis acceptum. Leunclavius in Onomastico: *Tzans-bassa, sive præfectus nobilium aulicorum, quibus variæ res expediendæ committuntur. Nomen est dignitatis in aula Sultanea magnæ, cum sub hoc bassa tzausii plus minus septingenti militent. Græci quoque* τζαουσίους *habuerunt in aulis imperatorum suorum, Barbaros in hoc imitati; tzausiorumque bassam sua lingua dixere* τὸν μέγαν τζαούσιον. De tzausiis Turcicis Busbequius: *Hi vicem accensorum apparitorumque implent, et mandata pleraque omnia seu principis Turcarum seu bassarum ferunt.* Amplius quid in aula CP. gessisse arbitror: nam et imperatoris comitatum in ordinem coegisse refert inferius auctor, εὐταχτοῦαι τὴν τοῦ βασιλέως σύνταξιν. Eapropter satellites sive stipatores fuisse Meursio constans negem: satellitibus tamen adjunctos **196** libens fateor. Suadet Apomazar in Myst. male a Meursio perceptus: Ζητητέον παρὰ σωματοφυλάκων καὶ τζαουσίων τί βουλητέον. Pontanus ex Phrantze: *Tzauchides* (tzausii) et *ῥαβδοῦχοι aulæ virgis ferreis et seuticis eos urgebant.*

P. 10. [Ὁ *πραίτωρ τοῦ δήμου.* De prætore in communi Justinianus: Πραίτωρας ἐκάλουν ἐκ τοῦ τῶν ἄλλων ἁπάντων προῖέναι καὶ προτάττεσθαι ταύ- A νητι αὐτοὺς δόντες προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς καὶ τὰ πολεμικὰ διοικεῖν καὶ τοὺς νόμους γράφειν ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ κατηγόρια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐνεχθῆναι φωνῆς. Potestas ejus cum militaris simul esset ac civilis, processu temporis divisa est; et politica quidem mansit penes hunc τοῦ δήμου, quem Simocatta, 6, 10 τῶν δήμων scribit; penes thematum prætores, militaris. Leo in Tact.: Προσέτι δὲ καὶ ὁ πραίτωρ ἦγουν ὁ τοῦ θέματος δικαστής. De primis Cpolis prætoribus fuse Pancirolus in Notit. Imp. Or. c. 29.

Ib. [Ὁ *λογοθέσης τῶν οἰκειακῶν. Sanctioris ærarii præfectus, sacratioris gazæ custos*, qui olim *comes privatarum*, quem Zosimus l. III τῶν ἀνηκόντων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμείων προβεβλημένον, Theodoretus Eccles. hist. III, 12, τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον, recentior Nicetas Alexii Comneni, l. III, τῶν ἔσω λεγομένων ταμείων φύλακα vocat. Publicas enim pecunias, quæ et regii thesauri ærariumque generale (τὸ βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ τὸ κοινὸν πρυτανεῖον Zonaræ dictum), logotheta τοῦ γενικοῦ vel, ut Nicetas in Isaacio Angelo, ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ταχθεὶς curabat. Duplex hoc ærarium prodit Cantacuzenus, II, 1: Ἀναλωμάτων ἕνεκα αὐτοῦ τε καὶ οἰκετικοῦ ἀπό τε τῶν δημοσίων φόρων τὴν λεγομένην παρέσχετο τοπικὴν, φέρουσαν ἐπ' ἐνιαυτὸν δισχιλίους ἐπὶ μυρίοις χρυσοῦς, καὶ ἕτερα χρήματα ἴσα ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ἐκέλευσε χορηγεῖσθαι ταμιείου. Tribunal ac sedes ejus erat τὸ σέκρετον τῶν οἰκειακῶν, *secretum domestici fisci*, de quo Jus GR. p. 375 et Nicetas in Alexio Manuelis F. Comes privatarum cognoscit περὶ τῶν ἀθεμιτογαμιῶν, ait Novella 12. In pœnam contractarum hujuscemodi ὁ δημόσιος, ait Alexius Comnenus Novell. 3, Juris GR. l. 2, διὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν τὸ τοῖς συμβολαίοις ἐγκείμενον ἐξ ἑπερωτήσεως πρόστιμον ἀφ' ἑκάστου αὐτῶν εἰσπράξεται κατὰ τὸ ὁλόκληρον. Manuel ejus nepos ibidem Novell. 2: Δώσει πρόστιμον λιτρῶν τριάκοντα νομισμάτων ἀπαιτηθησομένων ἀσυμπαθῶς ἐξ αὐτοῦ παρὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν.

Ib. [Ὁ *μέγας λογαριαστής. Rationum fisci magister, rationum ærarii disceptator, exedræ rationum præfectus.* Idem qui λογιστής, aliquus a logotheta, Meursius licet cum aliis doctis utrumque confundat. Nicetas Manuelis l. I: Καὶ τῶν μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιστὴν καὶ λογιστὴν μέγιστον τὸν ἐκ Πούτζης Ἰωάννην προβάλλεται, ubi vulgaris lectio ponit λογαριαστήν. Subdit Nicetas: Ἦν δὲ ὁ ἐκ Πούτζης Ἰωάννης δεινότατος τὰ δημόσια, φορολογίας παιπάλημα καὶ ἐπίτριμμα, καὶ τῶν μὲν ὄντων δοσμοφορτμάτων συζητητὴς ἀκριβέστατος, τῶν δὲ οὐκ ὄντων εὑρετὴς ἀπαράμιλλος. Auctor grammaticæ Basilii nomine: Λογιστὴς ὁ λογαριαστής. Moschopulus apud Meursium: Λογίζομαι τὸ διανοοῦμαι καὶ τὸ λογαριάζω. Λογισμὸς ὁ λογαριασμός. Λογιστὴς ἢ λογαριαστής.

Digitized by Google

Ib. [*Ὁ πρωτοκυνηγός.* Gallis magnus venator, regiæ venationi præest; de quo Meursius. Πρωτοκυνηγὸν Θεόδωρον memorat Gregoras III, 7.

P. 11. [*Ὁ σκουτέριος.* Italicum *scudiero* Græcobarbarum σκουτέριον procreavit. Eum denotat qui principis in publicum vel in aciem procedentis scutum gerit, et *scutigerulus* sive *scutifer* audit. Auctor de 197 illo c. 5. Officium obibat eo tempore præcipuum quo scuta coloratis insignibus et æmigmatibus depicta viri principes et nobiles ad cruenta ludicraque certamina vel ad solemnes conventus deferebant. Ornabat imperatoris Orientis scutum coccinus color, cui crux aurea eminebat: angulos sive spatia inter crucis ramos expansa littera *B* auro pariter exarata decorabat, ita tamen ut bis ad sinistrum latus posita gibbos verteret in exteriorem et sinistram partem, ac penitus inversa videretur, et quatuor dictiones, quarum singularum est initialis, indicaret: Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλεύσει: ita Marcus Vulsonius in Heroica scientia. At de his iterum. Consule interim opusculum retro notas præsentes ponendum, in quo non σκουτέριον, sed σκουτάριον (ἐκ τῆς ἀσπίδος τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν) lego.

Ib. [*Ὁ ἀμηράλιος.* Est qui putet vocem omnino Græcam, et quia classis magistratus est appellatio, ἀπὸ τοῦ ἁλμυροῦ et ἅλατος; quasi ἁλμυράλιος formatum. Et vere opusculum nuperrime laudatum ἀλὸς ἁλμυρᾶν ναυαρχῶντα, *almyram salis*, id est maris, *nauarchem præpositum* scribit. Itane sal ipsum sale condiendum, ἁλμυρὸν ἅλας; an sal infatuatum est, ut sale indigeat? Autumat alius Arabicam simul et Græcam, et quasi emir ἅλατος, *dominum principemque salis* significare, emir siquidem dominus est et præpositus. Ita sentit Junius apud Gretserum. Verum, cum alia sit Arabum, alia Græcorum lingua, qui conveniant dialectum in unam? Suspicarer esse τοῖς ἁλμυροῖς quibuscunque et ἅλατι præpositum, *salarium* nempe *mancipem* et *salinarum custodem*: fuit enim Alexius quidam Hypocauens apud Gregoram VIII, 6 τῶν ἁλῶν τὴν διοίκησιν ταμιευλκῶν. Nec moratur fidem, quod idem domesticus fuerit occideorum thematum: simul enim utrumque munus obire poterat. Et certe vox ad classis præturam et magistratum maritimum spectans, eumque qui magno duce et classis drungario primas tenentibus sit minor, ut auctor c. 5 declarat; ac mihi nil nisi Arabicum sonat, et quem *emir kalem* Leunclavius exponit in Onomastico, *dominum flammeolorum et vexillorum, qui scilicet supremus est sultani vexillifer. Omnibus etenim beglerbegis, et sanzacbegis cum ceantur, vexilla porrigit sultanus. Magnus flammeolaria, magnus flamularius dicitur apud Græcos.* Hi vero a Saracenis nonnulla sunt mutuati, ut ipsis propria rapuerunt illi. Ameralius itaque cum classis sub magno duce præturam sortiretur, regio simul vexillo ceu insigni cunctis conspiciendo donabatur, cujus usum haud parce describit Leo in Tacticis c. 19: Εἶναι δεῖ σημεῖον ἱστάμενον ἐν τῷ σῷ δρόμωνι εἴτε βάνδον εἴτε φλάμουλον εἴτε τι ἕτερον, εἰς τόπον περίοπτον, ἵνα δι' αὐτοῦ σημαίνοντός που τί δεῖ πράττειν εὐθέως; ἐπιλαμβάνωνται τοῦ δόξαντος ἔργου οἱ λοιποί. Ac equidem si auctorem inspicias c. 5, scutifero, de quo nuper sermo, vexillum imperatoris commendatum referentem, quid obstat quo minus ille in terra, hic in mari regium vexillum suæ fidei commissum teneat? Cumque dicat auctor potestatem omnem cum sub magno duce adeptum, potuit et regium in mari vexillum gerere: eumdem enim Georgium inter sanctos nominatissimum modo δοῦκα modo φλαμουλάρην vocat Damascenus Studites in ejus Vita.

Ib. [*Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων.* Insignitos hoc officio memorat Nicetas in Alexio II, et Andronico l. II, δεήσεις vocat Zonaras in Alexio δεητήρια δ.δακτικὰ, et quo proposito præsentarentur enarrat. Τεταγμένας ἡμέρας ὡρίσατο, καθ' ἃς ἐκεῖσε δημοσίως προὐκάθητο, ἀφορῶν πρὸς πεδιάδα πλατεῖαν. Τῷ βουλομένῳ δὲ εἰς ἐκεῖνον πάροδος συγχεχώρητο, καὶ ἕκαστος τῶν δεομένων ἐπανετείνετο δεητήριον διδακτικὸν ὅτου δέοιτο. Καὶ ταῦτα ἐνώπιον αὐτοῦ τιθέμενα ὑπέτασσε τοῖς ὑπογραμματεύουσιν ἐπιέναι καὶ γνωρίζειν αὐτῷ τὰς ἑκάστων αἰτήσεις. Καὶ αὐτίκα τὴν ἐφ' ἑκάστῳ ἀντιγραφὴν προσέτασσε γίνεσθαι καὶ βεβαιουμένην 198 τοῖς δεομένοις παρέχεσθαι. Congruam magis hujus officii expositionem opusculo inferius subdendo reperies.

P. 11. [*Ὁ κοιέστωρ.* Ut Theophanes, κοίστωρ, ut Leo Grammaticus et plures, κοιαίστωρ, ut Latinæ pronuntiationi cum Simocatta vicinius, κουαίστωρ. Non ignorant Græci a quærendo dictum. Moschopulus: Ἐστινὸ συζητῶν καὶ ἐρευνῶν ἐπὶ χρήμασι. Procopius, De bello Pers. I: Βασιλεῖ πάρεδρος, κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσιν. Leo Grammaticus in Theophilo: Ὡρίσθησαν δ τε κοιαίστωρ καὶ οἱ ἀντιγραφεῖς ἀπελθεῖν καὶ μέχρις θεμελίων ἐκλαφῆσαι τὰ αὐτοῦ οἰκήματα. Simocatta Mauricianæ historiæ statim in limine: Βασιλέως γλῶτταν τὸν Ἰωάννην ἐδείκνυεν, ἄνδρα ῥήτορά τε δεινὸν καὶ Ῥωμαϊκῶν νόμων ἐπιστήμονα, ὃς τοῦ βασιλέως τὰ προστάγματα τῷ διατόνῳ τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαλήγορει μεγαλοφροσύνης ἐτάξια. Τοῦτον ἐπιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλοῦσι κουαίστωρα. Κοιαίστωρα τοῦ θείου παλατίου vocat Ecloga Leonis et Constantini tit. 7. Goar.]

Ib. Magnus adnumiasta. Ἀδνούμιον *est descriptio nominum apud Romanos*, inquit Suidas: et ut alius ait, ἀδνουμιάζειν est κατ' ὄνομα διέρχεσθαι. Est ergo delectus et census militum: unde actio ἀδνουμιάζειν quasi dicas adnumerare; et ἀδνουμιαστὴς *censor, lustrator*, quasi *adnumerator*. Non improbabile est a Græcis ex Latio hanc vocem petitam esse: sonus sane non abludit, ut nec significatio. Vide Rigaltium. Grets.

[Glossarium bibliothecæ Reg. ἀδνούμιον κατάλογος στρατιωτῶν. Eos itaque censet adnumiastes. Exponit dictionem Rigaltius; ex eo plura mutuatur Meursius, ex Meursio Gretserus, ex utroque cun-

Digitized by Google

eta Bullengerus ad verbum. Eadem ingerere importunum. Theophobus apud Cedrenum in Theophilo: Πολλοὺς ἐκ τούτων ἐμπρέπειν τοῖς βασιλικοῖς ἀξιώμασι· πεποιηκὼς κώδιξι στρατιωτικοῖς (ἀδνουμίῳ) ἀναγράφεται, τάγμα Περσικὸν τούτοις ὀνομάσας. Nicetas in Isaacio: Μετῆει ὅσα τῶν στρατιωτικῶν εἰσὶ καταλόγων.

Ib. Ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ. Quatuor æraria numero apud Gregoram, l. VI: Τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου ἐδίδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ἰδιωτικῶν. Magnus logotheta sacras omnes gazas recognoscebat, τοῦ γενικοῦ publicas, τῶν οἰκειακῶν privatas, hic de quo sermo, in milites erogandas. Ærarium militare ab Augusto institutum scribit in ejus vita Suetonius: *Utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum rectigalibus novis instituit.* Curaverunt ærarium primo quæstores, teste Dione, l. XLIII, aliquando ædiles, narrante Suetonio in Augusto, nonnunquam prætores, eodem Suetonio referente: rediit iterum ad quæstores, ait Dio in Claudio; ac demum ejus omnis cura penes logothetas mansit. Hujus adhuc στρατιωτικοῦ, nempe λογοθέτου, sexta synodus act. 1 et septima act. 1 meminere: modo imperialem logothetam, modo quæstorem militaris ærarii reddidere interpretes. Laudes Cabasilæ logothetæ militaris prosequitur Cantacuzenus, I, 49.

Ib. [Ὁ πρωτοιερακάριος. Aucupum regiorum præfectus, quique enutriendis accipitribus, aquilis, falconibus et prædatricibus quibuscunque avibus ex imperatoris mandato vacat: magnus falconarius nostris dicitur. Andronicum juniorem refert Phrantzes, I, 12 accipitres supra mille quadringentos, totidemque qui curarent, aluisse.

Ib [Ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν. Armenta gregesque præcipuos fuisse regum antiquorum census sacræ Litteræ narrant: erant etiam agri **199** domus possessiones eorum divitiæ. Julianus Augustus in epist.: Γαλιλαίων τὰ χρήματα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις. Theodoretus, Hist. Eccles. III, 12, memorat Elpidium τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον. Ille, inquies, privatarum, hic de quo tractamus, gregum logotheta est. Verum greges in agris et possessionibus ille censebat; et jura nonnulla regia quibus equi, boves, cameli etc. ad comitatus usum pararentur, potuit hic exigere. Hinc equi curatoricii in codice Theodosiano memorati, a colonis et obnoxiis curatoricio nomine flagitati; hinc oves, gallinæ, etc., eodem nomine patriarchæ offerendæ, de quibus Jus GR. abunde.

P. 11. [Ὁ μέγας διερμηνευτής. Magnus et præcipuus, eo quod plures in aula CP. interpretes asserit Tyrius, De bello sacro, XVIII, 30: *Adsunt imperatoris CP. legati, primus vir illustris Guido Stephanus, ejusdem consanguineus; secundus maximus palatinorum interpretum, Trisillus, homo valde et pro negotiis imperialibus valde sollicitus.* Persicæ linguæ memorat Procopius, De bello Persico: Ὅσπερ αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἵπετο, σὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα οὔποτε γεγονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. Loquitur de Chosrois legato a Justiniano convivio excepto. Simocatta, II, 9: Ἑρμηνεὺς δ' οὗτος τοῦ Σαρακηνοῦ φύλου τοῦ ἐπικουροῦντος Ῥωμαίοις. Δραγόμενον vel δραγούμανον hodie vocant, voce Chaldæoturcica: Chaldæis enim תרגם est interpretari. *Drugemenz* scripsit Villahardonius antiqua Gallica jamque antiquata dictione, cui purior successit *truchement.*

Ib. [Ὁ ἀκόλουθος. Anglorum sive Barangorum sub imperatoris signis promerentium ipsiusque satellitum dux, ipsum imperatorem pone sequens, ac quos regebat Anglos præcedens, de quo rursus ce. 5, cum auctore Cedrenus in Constantino Monomacho: Διὸ καὶ κατὰ σπουδὴν ὁ βασιλεὺς τὸν ἀκόλουθον Μιχαὴλ μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς ἑσπέρας εἰς Ἰβηρίαν ἐκπέμπει· ὃς ἐκεῖ γενόμενος, καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἔν τε Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγγους καὶ Βαράγγους ἀγηοχὼς, κωλύειν ἠπείγετο τὸν ἐνόντα τρόπον τὰς ἐκδρομὰς τοῦ σουλτάνου. De Barangis inferius.

Ib. [Φοσσάτου. Scribitur etiam φωσάτον, φωσσάτον et φουσσάτον, *exercitus, acies*, a *fossato* sive vallo quo castra muniuntur; unde *fossatum* et vallum nonnunquam significat, sæpius et fere semper *exercitum.* Fossatum indicat in illa Cedreni sententia: Βελισάριος λαβὼν τοὺς ἵππους τῶν πολιτῶν καὶ ἐξοπλίσας λαὸν ἦλθεν εἰς Χίτου κώμην, καὶ ποιήσας φοσσάτον, ὅσους ἐκράτησεν ἐξ αὐτῶν, ἀπέκτεινεν. In hac Leonis in Tact. const. 11: Κυρίως φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται. Et infra: Ἀσφαλίζεσθαι ὀρύγμασιν ἢ πάλοις, ὁλοκλήροις τάφρῳ δ λέγουσι φόσσα. Exercitum vero indicat apud Leonem eumdem, Constantinum de Adm. imp., Turco-Græciam, Jus GR. et alios locis pene infinitis. Κριτὴς τοῦ φοσσάτου, qui jurgia, lites et disceptationes inter milites et exercitus duces ortas componit et insontes animadvertit. Leo per totam constitutionem II judicia ab eo exercenda definit, quæ tamen non ad κριτήν, sed ad ipsum ducem refert. Εἰ μέντοι ἀδικηθῇ παρά τινος, τῷ ἄρχοντι τοῦ τάγματος προσελθέτω. Εἰ δὴ παρὰ τοῦ ἄρχοντος αὐτοῦ ἀδικηθῇ, τῷ μείζονι ἄρχοντι προσελθέτω. Suidas quoque v. ἡγεμονεία: Τῷ πολεμάρχῳ εἰσάγονται ἐπιδικασίαι ὅσαι ἀποστασίου γραφὴν ἔφερον. Imperator Leo nihilominus inferiores judices in exercitu constitutos testatur Tact. constit. IV: Ὁ πραίτωρ ἤγουν ὁ τοῦ θέματος δικαστής, ὃς τὰς δίκας τῶν δικαζομένων διαλύει, ὃς εἰ καὶ τῷ στρατηγῷ ἔν τισιν ὑποτάσσεσθαι χρὴ, ἀλλ' οὖν τοὺς λόγους τῶν ἰδικῶν αὐτῶν διοικήσεων πρὸς τὸν βασιλέα ἀφορᾷν. Goar.]

200 P. 11. *Præfectus alogii et p.* 11, *Protalogator.* Vitiose ἀλλαγίου, et longe adhuc vitiosius προταλλαγάτωρ. Glossario tamen placet ἀλλάγιον et πρωταλλαγάτωρ, quia ἀλλαγαὶ *sunt loca mutandis equis in publico cursu destinata.* Hinc ἀλλάγιον *cursus publicus.* *Post*, et ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου *præfe-*

Digitized by Google

cius publici cursus, Postmeister, et πρωταλλαγάτωρ A ταλλαγάτωρ sic se habeant ut ille præcedat agmen hic sequatur; ille milites ducat, hic ordinet: ille paratos in aciem et hostes exemplo provocet, hic militiam deserturos, ut in ordine stent, vi compellat; ille recta fronte in hostes pergit, hic a tergo imperitis et sola facie conversis confestim, ex pedisequo, ductor apparet; unde ex honore quem tunc assequitur, et quia μετὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀλλαγίου dignitatem et onus bellandi ducendique dividit, πρωταλλαγάτωρος ei nomen in conditum. **201** Ille Leoni λοχαγός, hic οὐραγός dicitur in Tact. constit. 7: Στρατιῶται στρεφόμενοι ὡς ἵστανται ἀντιβλέπουσι κατὰ τοῦ νώτου, ἦγουν τὸ ὀπίσω μέρος, οὐκέτι τοῦ λοχαγοῦ εὑρισκομένου, ἀλλὰ τὸ ἑξκαιδεκάτου οὐραγοῦ. *Milites quemadmodum ante stabant conversi, solum ad tergum extremam aciem respiciant, lochago sive præstite in anteriorem partem minime, sed ultimano jam in fronte constituto, quem* οὐραγόν, *id est caudanum, nominant.* Superius dictis attestatur idem: Χρὴ δὲ τοὺς οὐραγοὺς παραγγέλλεσθαι, καὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν προωθεῖν καὶ ἀπορθοῦν αὐτὰς εἰς τὴν χρείαν, ἵνα μὴ ἀπομένωσί τινες, ὡς εἰκὸς, δειλιῶντες. Πρωταλλαγάτωρα Sennacherim laudat Cantacuzenus 1, 26; quem dum *equis cursoribus præfectum* autumat in margine interpres, in errorem equo celoce citius contendit.

P. 11. [Ὁ *μέγας διοικητής, collector tributorum* est. Leo Novella 61: Τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους διοικητὰς ἢ συνήθως ὁμιλίαν καλεῖν οἴδε. Cedrenus in Leone Isauro, cujus præcessor Theodosius fuerat διοικητής, quem modo *procuratorem*, modo *quæstorem* reddit interpres: Προσετέξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κανόνα, κατὰ νόμισμα, μιλιαρίσιον ἕν, καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τὰ τείχη. Κἀντεῦθεν ἀπεκράτησεν ἡ συνήθεια, παρέχειν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Frequentius quam ut referatur legitur apud Cedrenum eumdem, Theophanem, Leonem Grammaticum, Nicetam et alios recentiores historiæ Græcæ scriptores. Graphice τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως depingit ultimo memoratus auctor in Joanne Comneno, *qui speciatim urbica tributa legit*; cui favet Cedrenus jam productus.

Ib. [Ὁ *ὀρφανοτρόφος*. Clarior est dictio quam ut eam dicamus orphanis nutriendis præpositum, tanquam tutorem et curatorem minorum, significare: clarissimum quoque officium, quod jura non silent in Leg. *Orphanotrophos* in principio cod. de episcopis et clericis, et in lege, *Omnia privilegia*. Primus ei instituendo dedit ansam Constantinus qui ex Theophane σιτομέτριον κατὰ πόλιν ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις εἰς διατροφὴν διηνεκῶς χήραις καὶ ὀρφανοῖς καὶ ξένοις πένησί τε καὶ κληρικοῖς. Palatinum insuper, non ecclesiasticum fuit hoc munus, ut commode orphani educarentur. Alia vero pleraque misericordiæ, quæ circa corpus occupatur, exercendæ munia ecclesiastica fuere et episcopi recognitioni subjecta. Ecloga Leonis et Constantini AA. tit. 8: Ὥσπερ κληρικὸν οἷόν δήποτε

Ib. Ὁ πρωταλλαγάτωρ. Verius ac communius, in Regiis, apud Meursium, Matthæum monachum infra referendum, et Cantacuzenum superiori nota memoratum, lego πρωταλλαγάτωρ, vocem ab eadem radice qua præcedens deductam, ἀπὸ τοῦ ἀλλαγίου nimirum, ita tamen ut ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου et πρω-

Digitized by Google

βαθμοῦ ἐπὶ χρήμασι προβάλλεσθαι οὐκ ἀνεχόμεθα, οὕτως οὐδὲ ξενοδόχον ἢ πτωχοτρόφον ἢ νοσοκόμον ἢ ἄλλου οἵου δήποτε εὐαγοῦς οἴκου διοικητὴν ἢ οἷον δήποτε ἐκκλησιαστικὸν φρόντισμα χειρίζοντα. Et infra tit. 9 : Τοὺς οἰκονόμους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἅπαντας κληρικοὺς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ᾧ ὑπόκεινται, ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως πληροῦσθαι καὶ εἰσπράττεσθαι. Orphanotropheum locum orphanis educandis deputatum memorat Cedrenus in Leone Armenio ad S. Pauli ædem locatum.

Ib. [Ὁ πρωτονοτάριος, ita vocatus jam ab antiquo a Socrate quidem Græco, VII, 23, et a Marcellino Latinæ linguæ scriptore, l. XXV. Primicerium notariorum nuncupat Pancirollus in Notit. Imp. Or. c. 92, eidemque tres notariorum ordines, tribunorum, domesticorum et inferiorum tribunorum, supponit. Alios τοῦ βασιλέως, τῆς ὑπουργίας, τοῦ βασιλικοῦ ἰδικοῦ lego in Theophane et Leone Grammatico : protonotarios non paucos in Jure Gr. τοῦ δρόμου speciatim in Joanne Comneno et Andronico apud Nicetam. Ταχυγράφους si legas, semper notarios repulsa : verum cave ne valde dissitos scriptores ταχυγράφους et καλλιγράφους **202** confuderis : qui enim cito, prave, qui tardius, scribit quoque rectius et nitidius.

P. 11. [Ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων. *Memoriales*, quem *magistrum memoriæ* vocat imperii Notitia, putat Meursius institutum, ut laudationes eorum qui militiæ aut alibi fortiter se gessissent imperatori suggereret ac præmiis cohonestandos admoneret ; clarumque istiusmodi officii se reperisse gaudet monumentum tum apud auctorem c. 5, tum apud Agathiam l. IV. his verbis : Ἐκ βασιλέως τῷ Ῥουστίκῳ ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τὰ ποιούμενα εἰς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας τοῖς βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖσθαι. At non unicum hoc est memorialis munus, qui de omnibus ad rempublicam et principem spectantibus, de publico bono adaugendo, removendis incommodis, puniendis sceleribus æque ac virtute compensanda ipsum commonere ac commovere suscepit. Non repudiandum huic sententiæ testimonium promit Cedrenus in Justino, ubi præfectus urbis loquitur : Συγχωρείτω με ἡ βασιλεία σου εἰσέρχεσθαι πρός σε ἀκωλύτως τοῦ τὰ ἀνήκοντα ὑπομιμνήσκειν τὸ κράτος σου, καὶ βεβαιῶ μετὰ τριάκοντα ἡμερῶν μὴ εὑρίσκεσθαι τὸν ἀδικοῦντα ἢ ἀδικούμενον· εἰ δέ τις ὑπομνήσει περί τινος ὑποθέσεως ἧς ἤκουσα ἐγὼ καὶ οὐκ ἐξεδίκησα, κεφαλικῶς τιμωρηθήσομαι.

Ib. [Ὁ δομέστικος τῶν τειχέων. Reges, consules, imperatores muris urbes cinxisse non infrequenter legimus ; bellorum duces etiam hoc onus assumpsisse Belisarii Narsetisque res gestæ docent : transiit hoc studium ad ipsos urbium populos, ac demum plebis expensis, novo a Leone Isauro imposito tributo, nusquam tamen deinceps exstincto, fuere CPoli reparati. Theophanes in ejus Vita : Ἐπεκράτησεν ὁ σεισμὸς μῆνας δώδεκα. Ὁ οὖν βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείχη τῆς πόλεως πτωθέντα, διελάλησε τῷ λαῷ ὅτι ὑμεῖς οὐκ ἐκπονεῖτε τὰ τείχη κτίσαι. Ἀλλ' ἡμεῖς προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς, καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς τὸν κανόνα ὁλοκοτίνιν, μιλιαρίσιν. Καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τὰ τείχη. Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια δίδειν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Ac inde forsitan emanavit pariter ut murorum præfectus institueretur ; tunc enim primum occurrit, in Theophane, Nicetas quidam Anthrax ἄρχων τοῦ τείχους, qui, ut ex dictis de domestico patet, domesticus murorum non inepte potest scribi.

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. Præcipuus cubiculariorum ac sacri cubiculi præfectus, cujus curam et custodiam παρακοιμωμένῳ suppositus demandatam habet. Ita auctor ipse infra c. 5. Lectum etiam somno capiendo ac imperatori noctu custodiendo in sacro cubiculo habuisse constat ex Leone Grammatico in Michaele Theophili filio : Ἰγνάτιος δὲ κοιτωνίτης ἀπελθὼν τοῦ κλεῖσαι τὴν θύραν τοῦ κοιτῶνος εὗρε διεστραμμένην, καὶ ἀπογνοὺς ἐκαθέσθη ἐπὶ τῆς κλίνης, τίλλων τὰς τρίχας αὐτοῦ. Τοῦ δὲ βασιλέως ὕπνον θανάτῳ παραπλήσιον κοιμωμένου ἀθρόως ἐλθὼν Βασίλειος μετὰ καὶ ἑτέρων τὰς θύρας ἀνέῳξεν. Καὶ ἐμφοβος ἐξελθὼν Ἰγνάτιος ἀντέπιπτεν Βασιλείῳ μὴ εἰσελθεῖν. Curabat hic imperatoris defuncti corpus. Idem Leo paulo infra : Ἀπέστειλε δὲ Βασίλειος καὶ Παῦλον κοιτωνίτην τοῦ ἐνταφιάσαι τὸν Μιχαήλ. Callicrinitem προκαθήμενον τοῦ κοιτῶνας memorat Cantacuzenus, I, 19.

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου. De vestiario Hesychius : Βεστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. Ut vestes asservaï, vocatur alibi ab auctore τὸ ἐντὸς ἀλλαξιμάριον; *penetrale vestibus mutandis* dispositum, quasi dicas *mutatorium* ; ut ærarii munere defungitur, a Nicета l. III Alexii Comneni τὸ ἔξω ταμιεῖον, *internum ærarium*. Latinis idem præstat vestiarium ex bibliothecariis Guilielmo et Anastasio, illo quidem in Stephano VI scribente : *Quid mirum si vestiariorum gazas reperit ?* Hoc autem in Severino : *Sigillaverunt* **203** *omne vestiarium ecclesiæ seu cimelia episcopi.* Nec superflue duas istas significantias conjunctim ponendas censui : huic enim vestiarii curatori ut vestium custodia nullatenus denegauda, ita regia thesauri cura nec non rei domesticæ, æque ac privatarum, logothetæ et aliis tribuenda cum auctore c. 5, ubi postquam protovestiaritæ subjectum asseruit · Ὑπηρετεῖ δὲ, inquit, εἰς τὰς προσφερομένας καὶ ἐξερχομένας εἰσόδους τε καὶ ἐξόδους. Confirmat Anna Comnena Alexiados II vestiarium sive cubiculum imperatoris idem fuisse quod et ejusdem ærarium : Βυζαντίῳ δέ τινι καθ' ὁδὸν ἐντυχὼν, χρυσοῦ βαλάν-

Digitized by Google

τια ἱκανὰ ἐπιφερομένῳ καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἀπιόντι, ἤρετο αὐτὸν τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικόν· Τίς πόθεν εἶ ἀνδρῶν; καὶ ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν ὅτι τὸν παλὺν χρυσὸν ἐπιφέρεται ἀπό τινων εἰσπράξεων, καὶ ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον διακομίζει. Hodie pariter ærarium et fiscus pontificius *cameræ apostolicæ* nomine indigitatur, *la camera*; summusque camerarius apostolicis quoque gazis præficitur, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, quem Leo Grammaticus in Constantino Leonis filio πριμμικήριον τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου dixit.

P. 11. [Ὁ *βεστιάριος*. Vestiarium hunc cense protovestiario et vestiarii præfecto subjectum. Ejus præcipuum munus est summa circa vestiarium vigilantia ac ejus perpetua cura; unde ét expeditione marina suscepta triremi illud deportanti imperat, ac ejus triremis velut apotheca vestiaria imperatoriam sequitur. Auctor, c. 5.

P. 12. [Ὁ ἑταιριάρχης idem officio ac μέγας ἑταιριάρχης, verum ei suppositus.

Ib. [Ὁλογαριαστὴς τῆς αὐλῆς aulicus thesaurarius, qui meritis et obsequiis stipendia exæquat. At non tam rationum ærarii quam ministeriorum discussor ac disceptator exsistit. Auctor de illo uberius c. 9, nos de logariasta, ubi de magni hujus nominis officio.

Ib. [Ὁ *στρατοπεδάρχης τῶν Μουρτάτων*. Qui sint Murtati conjicere quidem, at non certo probare possumus. Est certe μοῦλτον *seditio, tumultus*, apud Constantinum Porphyrogenitum in Nov. Ἐπιβουλαῖς ἐπιχειρεῖν ἢ μούλτῳ. Cujus sententiam referens Matthæus Blastares Elementi Σ c. 11, in Nomoc. scribit μούρτῳ vice μούλτῳ; recentioribus enim λ in ρ mutare quam familiare, ut ἤρθες vice ἤλθες, ἁρμυρόν vice ἁλμυρόν. An vero ἀπὸ μούρτου Μουρτάτοι, non qui tumultum excitent, sed qui compescant silentiariorum vice, vel etiam si tumultum edant, ad reverentiam imperatori exhibendam, velut præsentis majestatis signum edunt, literatus lector judicabit. Murtatos porro stationarium militum agmen esse nulli dubium, ut eorum ducem στρατοπεδάρχην, qui Leoni in Tacticis καμπιδούκτωρ.

Ib. [*Τῶν Τζακώνων*. Laconas hodie vocari Tzacones recte observarunt ex Gregora l. IV Meursius Gretserus, Bullengerus: corrupte tamen τζ vice λ substitui inficior. Sunt itaque Tzacones germana popularique pronuntiatione a Tzaconia Peloponnesi monte, qui antiquis *Cronium* est vocatus, oriundi. Ita Gemistus apud Ortelium et Georgius Coresius in rescriptis. Magistrum porro Tzaconitam, de quo Luitprandus in legatione, esse hunc τῶν Τζακόνων στρατοπεδάρχην nullo auctore Meursius affirmat.

Ib. Μονοκάβαλλοι iidem qui μόνιπποι, unico pugnantes equo. Hos Palæphatus κέλητας vocat, Plinius XXXIV, 5, *celetes*, Seneca *singulatores* ab equo singulari quo utebantur. Κέλης Suidæ μόνος ἵππος, καὶ ὁ ἐπὶ τούτου φερόμενος· ὁ σελλάριος, ὁ γυμνός. Καὶ ἵππος δὲ κέλης ὁ γυμνός. Scholiastes Græcus, κέλης ἵππος μονάμπυξ. Plura Hermannus Hugo de militia equestri, III, 4.

204 P. 12. [Τζάγγρα *arcus*, τζαγγράτορας *sagittarios* quidam cum Meursio reddunt: quos autem arcus, quos sagittarios intelligant non exponunt. Breviter et sincere. Τζάγγρα *balistæ* sunt, de quibus Cantacuzenus, I, 38: Ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζάγγρων ἀφιέντες βέλη. Belle interpres in margine: *Inde tzangratores, qui arcubalistarii fuerunt, quorum usus in bellis tunc temporis plurimus.* Sunt et testimonia quæ arcus hujusmodi indicent, Annæ, l. VIII: Τὸ ἀπὸ τῆς τζάγγρας (femineum reddidit femina) βέλος ἐμπεσόν. Nusquam hoc de usitato arcu diceretur, sicut nec illa Heronis μαγγανότζαγγρα, *machinæ balistariæ*. Sunt et alia quæ balistarios ingerant, Niceteæ in Manuele Comneno, l. II: Φραξάμενοί τε, ὡς εἶχον, τὰ τείχη τοξόταις καὶ τζαγγράτορσι. At nisi τζαγγράτορες balistarii forent ab aliis sagittariis diversi, ut quid utrorumque mentio, ut ex iis mœnibus tutamen accederet? Arcus tamen est balista, balistarii quoque sagittarii sunt, quos proinde τζαγγροτοξότας nominat Nicetas in Alexio l. III. At Phranzis interpres Pontanus belle rursus de illis II, 14: *zangratores* (quidam enim codices habent ζαγγράτορες, alii τζαγγράτορες) *genus sagittariorum, alterius generis vestes et insignia habebant*, ab aliis nempe sagittariis Tzaconibus sive Laconibus diversa.

Ib. [*Τῶν μεγάλων παλατίων*. Plura fuere Cpoli palatia ab historicis ac speciatim Originum CP. auctore memorata: qui supremus omnium curator et custos, is est προκαθήμενος, de quo in præsenti. Leguntur Gillius et Pancirollus de 14 regionibus urbis CP. Unum fuit inter reliqua præcipuum. Leo Grammaticus βασίλειον, Nicetas, l. I Isaacii μέγιστον ἀρχεῖον, Manuelis l. I μέγα ἀρχεῖον, ἔνθα τῶν χρημάτων αἱ σωρεῖαι καὶ τὰ τῶν κρατούντων γενέσιστικὰ περιβλήματα. Alibi μέγα βασίλειον, rursus ἱερὸν ἀρχεῖον vocat. In eo regium satellitium ac solemnes excubiæ: ea propter occiso Michaele silentio illud occupare studuit Basilius Macedo, in Leone citato; Manuel vero Joannis Comneni filius a patre quantumvis renuntiatus, hoc unum sollicitus ambiebat, ut palatium imperii arcem teneret, in Niceta loco jam memorato.

Ib. [Ἐπὶ Βλαχέρναις ad maris sinum CPoli: τὸν ἐν Βλαχέρναις κόλπον memorat Cedrenus in Michaele Balbo, in eo non sacras modo Deiparæ, sed et regias imperatoribus Pulcheria construxit ædes, quarum custodiæ fuit sollicitus hic προκαθήμενος. Nicetas in Alexio Manuelis F. τοῦ Ἀνδρονίκου καταβάντος ἐκ τοῦ τυραννείου εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις βασίλειον, καὶ γενομένου κατὰ τὸν ἐντὸς τούτου ὑψηφερῆ δόμον, ὃς Πολύτιμος λέγεται. Incultum ruinasque vicinum describit Gregoras, IV, 7: Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις ἡμέλητο ἐκ πολλοῦ, καὶ ἦν τὸ πλεῖστόν γε ἐκ πολλοῦ καπνοῦ καὶ κόνεως ἐμπεπλησμένον, quapropter urbe recuperata in eo habitare negle-

Digitized by Google

βαθμοῦ ἐπὶ χρήμασι προβάλλεσθαι οὐκ ἀνεχόμεθα, οὕτως οὐδὲ ξενοδόχον ἢ πτωχοτρόφον ἢ νοσοκόμον ἢ ἄλλου οἵου δήποτε εὐαγοῦς οἴκου διοικητὴν ἢ οἷον δήποτε ἐκκλησιαστικὸν φρόντισμα χειρίζοντα. Et infra tit. 9 : Τοὺς οἰκονόμους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἅπαντας κληρικοὺς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ᾧ ὑπόκεινται, ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως πληροῦσθαι καὶ εἰσπράττεσθαι. Orphanotropheum locum orphanis educandis deputatum memorat Cedrenus in Leone Armenio ad S. Pauli ædem locatum.

Ib. [Ὁ πρωτονοτάριος, ita vocatus jam ab antiquo a Socrate quidem Græco, VII, 23, et a Marcellino Latinæ linguæ scriptore, l. XXV. Primicerium notariorum nuncupat Pancirollus in Notit. Imp. Or. c. 92, eidemque tres notariorum ordines, tribunorum, domesticorum et inferiorum tribunorum, supponit. Alios τοῦ βασιλέως, τῆς ὑπουργίας, τοῦ βασιλικοῦ ἰδικοῦ lego in Theophane et Leone Grammatico : protonotarios non paucos in Jure Gr. τοῦ δρόμου speciatim in Joanne Comneno et Andronico apud Nicetam. Ταχυγράφους si legas, semper notarios repuia : verum cave ne valde dissitos scriptores ταχυγράφους et καλλιγράφους **202** confuderis : qui enim cito, prave, qui tardius, scribit quoque rectius et nitidius.

P. 11. [Ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων. *Memoriulem*, quem *magistrum memoriæ* vocat imperii Notitia, putat Meursius institutum, ut laudationes eorum qui militiæ aut alibi fortiter se gessissent imperatori suggereret ac præmiis cohonestandos admoneret ; clarumque istiusmodi officii se reperisse gaudet monumentum tum apud auctorem c. 5, tum apud Agathiam l. IV. his verbis : Ἐκ βασιλέως τῷ Ῥουστίκῳ ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τὰ ποιούμενα εἰς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας τοῖς βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖσθαι. At non unicum hoc est memorialis munus, qui de omnibus ad rempublicam et principem spectantibus, de publico bono adaugendo, removendis incommodis, puniendis sceleribus æque ac virtute compensanda ipsum commonere ac commovere suscepit. Non repudiandum huic sententiæ testimonium promit Cedrenus in Justino, ubi præfectus urbis loquitur : Συγχωρείτω με ἡ βασιλεία σου εἰσέρχεσθαι πρός σε ἀκωλύτως τοῦ τὰ ἀνήκοντα ὑπομιμνήσκειν τὸ κράτος σου, καὶ βεβαιῶ μετὰ τριάκοντα ἡμερῶν μὴ εὑρίσκεσθαι τὸν ἀδικοῦντα ἢ ἀδικούμενον· εἰ δέ τις ὑπομνήσει περί τινος ὑποθέσεως ἧς ἤκουσα ἐγὼ καὶ οὐκ ἐξεδίκησα, κεφαλικῶς τιμωρηθήσομαι.

Ib. [Ὁ δομέστικος τῶν τειχέων. Reges, consules, imperatores muris urbes cinxisse non infrequenter legimus ; bellorum duces etiam hoc onus assumpsisse Belisarii Narsetisque res gestæ docent : tranquilli hoc studium ad ipsos urbium populos, ac demum plebis expensis, novo a Leone Isauro imposito tributo, nusquam tamen deinceps extincto, fuere CPoli reparati. Theophanes in ejus Vita : Ἐπεκράτησεν ὁ σεισμὸς μῆνας δώδεκα. Ὁ οὖν βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείχη τῆς πόλεως πτωθέντα, διελάλησε τῷ λαῷ ὅτι ὑμεῖς οὐκ ἐκπονεῖτε τὰ τείχη κτίσαι. Ἀλλ' ἡμεῖς προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς, καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς τὸν κανόνα ὁλοκοτίνιν, μιλιαρίσιν. Καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τὰ τείχη. Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια δίδειν τὰ δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. Ac inde forsitan emanavit pariter ut murorum præfectus institueretur ; tunc enim primum occurrit, in Theophane, Nicetas quidam Anthrax ἄρχων τοῦ τείχους, qui, ut ex dictis de domestico patet, domesticus murorum non inepte potest scribi.

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. Præcipuus cubiculariorum ac sacri cubiculi præfectus, cujus curam et custodiam παρακοιμωμένῳ suppositus demandatam habet. Ita auctor ipse infra c. 5. Lectum etiam somno capiendo ac imperatori noctu custodiendo in sacro cubiculo habuisse constat ex Leone Grammatico in Michaele Theophili filio : Ἰγνάτιος δὲ κοιτωνίτης ἀπελθὼν τοῦ κλεῖσαι τὴν θύραν τοῦ κοιτῶνος εὗρε διεστραμμένην, καὶ ἀπογνοὺς ἐκαθέσθη ἐπὶ τῆς κλίνης, τίλλων τὰς τρίχας αὐτοῦ. Τοῦ δὲ βασιλέως ὕπνον θανάτῳ παραπλήσιον κοιμωμένου ἀθρόως ἐλθὼν Βασίλειος μετὰ καὶ ἑτέρων τὰς θύρας ἀνέῳξεν. Καὶ ἐμφοβος ἐξελθὼν Ἰγνάτιος ἀντέπιπτεν Βασιλείῳ μὴ εἰσελθεῖν. Cubabat hic imperatoris defuncti corpus. Idem Leo paulo infra : Ἀπέστειλε δὲ Βασίλειος καὶ Παῦλον κοιτωνίτην τοῦ ἐνταφιάσαι τὸν Μιχαήλ. Callicrinitem προκαθήμενον τοῦ κοιτῶνας memorat Cantacuzenus, I, 19.

Ib. [Ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου. De vestiario Hesychius : Βεστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. Ut vestes asservaï, vocatur alibi ab auctore τὸ ἐντὸς ἀλλαξιμάριον; *penetrale vestibus mutandis* dispositum, quasi dicas *mutatorium* ; ut ærarii munere defungitur, a Nicета l. III Alexii Comneni τὸ ἔξω ταμιεῖον, *internum ærarium*. Latinis idem præstat vestiarium ex bibliothecariis Guilielmo et Anastasio, illo quidem in Stephano VI scribente : *Quid mirum si vestiariorum gazas reperit ?* Hoc autem in Severino : *Sigillaverunt* **203** *omne vestiarium ecclesiæ seu cimelia episcopi.* Nec superflue duas istas significantias conjunctim ponendas censui : huic enim vestiarii curatori ut vestium custodia nullatenus deneganda, ita regia thesauri cura nec non rei domesticæ, æque ac privatarum, logothetæ et aliis tribuenda cum auctore c. 5, ubi postquam protovestiaritæ subjectum asseruit· Ὑπηρετεῖ δὲ, inquit, εἰς τὰς προσφερομένας καὶ ἐξερχομένας εἰσόδους τε καὶ ἐξόδους. Confirmat Anna Comnena Alexiados II vestiarium sive cubiculum imperatoris idem fuisse quod et ejusdem ærarium : Βυζαντίῳ δέ τινι καθ' ὁδὸν ἐντυχὼν, χρυσοῦ βαλάν-

Digitized by Google

τια ἱκανὰ ἐπιφερομένῳ καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἀπιόντι, ἤρετο αὐτὸν τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικόν· Τίς πόθεν εἶ ἀνδρῶν; καὶ ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν ὅτι τὸν πολὺν χρυσὸν ἐπιφέρεται ἀπό τινων εἰσπράξεων, καὶ ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον διακομίζει. Hodie pariter ærarium et fiscus pontificius *cameræ apostolicæ* nomine indigitatur, *la camera;* summusque camerarius apostolicis quoque gazis præficitur, ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, quem Leo Grammaticus in Constantino Leonis filio πρωτομυκήριον τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου dixit.

P. 11. [Ὁ *βεστιάριος*. Vestiarium hunc censebo protovestiario et vestiarii præfecto subjectum. Ejus præcipuum munus est summa circa vestiarium vigilantia ac ejus perpetua cura; unde et expeditione marina suscepta triremi illud deportanti imperat, ac ejus triremis velut apotheca vestiaria imperatoriam sequitur. Auctor, c. 5.

P. 12. [Ὁ ἑταιριάρχης idem officio ac μέγας ἑταιριάρχης, verum ei suppositus.

Ib. [Ὁ λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς aulicus thesaurarius, qui meritis et obsequiis stipendia exæquat. At non tam rationum ærarii quam ministeriorum discussor ac disceptator exsistit. Auctor de illo uberius c. 9, nos de logariasta, ubi de magni hujus nominis officio.

Ib. [Ὁ στρατοπεδάρχης τῶν *Μουρτάτων*. Qui sint Murtati conjicere quidem, at non certo probare possumus. Est certe μοῦλτον *seditio, tumultus*, apud Constantinum Porphyrogenitum in Nov. Ἐπιβουλαῖς ἐπιχειρεῖν ἢ μούλτῳ. Cujus sententiam referens Matthæus Blastares Elementi Σ c. 11, in Nomoc. scribit μούρτῳ vice μούλτῳ; recentioribus enim λ in ρ mutare quam familiare, ut ἤρθες vice ἤλθες, ἁρμυρόν vice ἁλμυρόν. An vero ἀπὸ μούρτου Μουρτάτοι, non qui tumultum excitent, sed qui compescant silentiariorum vice, vel etiam si tumultum edant, ad reverentiam imperatori exhibendam, velut præsentis majestatis signum edunt, literatus lector judicabit. Murtatos porro stationarium militum agmen esse nulli dubium, ut eorum ducem στρατοπεδάρχην, qui Leoni in Tacticis καμπιδούκτωρ.

Ib. [Τῶν *Τζακόνων*. Lacones hodie vocari Tzacones recte observarunt ex Gregora l. IV Meursius Gretserus, Bullengerus: corrupte tamen τζ vice λ substitui inficior. Sunt itaque Tzacones germana popularique pronuntiatione a Tzaconia Peloponnesi monte, qui antiquis *Cronium* est vocatus, oriundi. Ita Gemistus apud Ortelium et Georgius Coresius in rescriptis. Magistrum porro Tzaconitam, de quo Luitprandus in legatione, esse hunc τῶν Τζακόνων στρατοπεδάρχην nullo auctore Meursius affirmat.

Ib. Μονοκάβαλλοι iidem qui μόνιπποι, unico pugnantes equo. Hos Palæphatus κέλητας vocat, Plinius XXXIV, 5, *celetes*, Seneca *singulatores* ab equo singulari quo utebantur. Κέλης Suidæ μόνος ἵππος, καὶ ὁ ἐπὶ τούτου φερόμενος· ὁ σελλάριος, ὁ γυμνός. Καὶ ἵππος ὃς κέλης ὁ γυμνός. Scholiastes Græcus, κέλης ἵππος μονάμπυξ. Plura Hermannus Hugo de militia equestri, III, 4.

204 P. 12. [Τζάγγρα *arcus*, τζαγγράτορας *sagittarios* quidam cum Meursio reddunt: quos autem arcus, quos sagittarios intelligant non exponunt. Breviter et sincere. Τζάγγρα *balistæ* sunt, de quibus Cantacuzenus, I, 36: Ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζάγγρων ἀφιέντες βέλη. Belle interpres in margine: *Inde tzangratores, qui arcubalistarii fuerunt, quorum usus in bellis tunc temporis plurimus.* Sunt et testimonia quæ arcus hujusmodi indicent, Annæ, l. VIII: Τὸ ἀπὸ τῆς τζάγγρας (femineum reddidit femina) βέλος ἐμπεσόν. Nusquam hoc de usitato arcu diceretur, sicut nec illa Heronis μαγγανότζαγγρα, *machinæ balistariæ.* Sunt et alia quæ balistarios ingerant, Niceteæ in Manuele Comneno, l. II: Φραξάμενοί τε, ὡς εἶχον, τὰ τείχη τοξόταις καὶ τζαγγράτορσι. At nisi τζαγγράτορες balistarii forent ab aliis sagittariis diversi, ut quid utrorumque mentio, ut ex iis mœnibus tutamen accederet? Arcus tamen est balista, balistarii quoque sagittarii sunt, quos proinde τζαγγροτοξότας nominat Nicetas in Alexio l. III. At Phranzis interpres Pontanus belle rursus de illis II, 14: *zangratores* (quidam enim codices habent ζαγγράτορες, alii τζαγγράτορες) *genus sagittariorum, alterius generis vestes et insignia habebant*, ab aliis nempe sagittariis Tzaconibus sive Laconibus diversa.

Ib. [Τῶν *μεγάλων παλατίων*. Plura fuere Cpoli palatia ab historicis ac speciatim Originum CP. auctore memorata: qui supremus omnium curator et custos, is est προκαθήμενος, de quo in præsenti. Legantur Gillius et Pancirollus de 14 regionibus urbis CP. Unum fuit inter reliqua præcipuum. Leo Grammaticus βασίλειον, Nicetas, l. I Isaacii μέγιστον ἀρχεῖον, Manuelis l. I μέγα ἀρχεῖον, ἔνθα τῶν χρημάτων αἱ σωρεῖαι καὶ τὰ τῶν κρατούντων γναρισικὰ περιβλήματα. Alibi μέγα βασίλειον, rursus ἱερὸν ἀρχεῖον vocat. In eo regium satellitium ac solemnes excubiæ: ea propter occiso Michaele silentio illud occupare studuit Basilius Macedo, in Leone citato; Manuel vero Joannis Comneni filius a patre quantumvis renuntiatus, hoc unum sollicitus ambiebat, ut palatium imperii arcem teneret, in Niceta loco jam memorato.

Ib. [Erant Blachernæ ad maris sinum CPoli: τὸν ἐν Βλαχέρναις κόλπον memorat Cedrenus in Michaele Balbo, in eo non sacras modo Deiparæ, sed et regias imperatoribus Pulcheria construxit ædes, quarum custodiæ fuit sollicitus hic προκαθήμενος. Nicetas in Alexio Manuelis F. τοῦ Ἀνδρονίκου καταβάντος ἐκ τοῦ τυραννείου εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις βασίλειον, καὶ γενομένου κατὰ τὸν ἐντὸς τούτου ὑψηφερῆ δόμον, ὃς Πολύτιμος λέγεται. Incultum ruinæque vicinum describit Gregoras, IV, 7: Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις ἠμέλητο ἐκ πολλοῦ, καὶ ἦν τὸ πλεῖστόν γε ἐκ πολλοῦ καπνοῦ καὶ κόνεως ἐμπεπλησμένον, quapropter urbe recuperata in eo habitare negle-

Digitized by Google

xit Michael Palæologus. Tandem sub imperio Turcico misere conflagravit. Lego Cantacuzeni, I, 56 : Πεπανόν τινα τῶν ἐν Βλαχέρναις προκαθήμενον βασιλείων, τῶν τῇδε τειχῶν τὴν φυλακὴν πεπιστευμένον. Hoc προκαθημένου hujus officium.

Ib. [*Ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων.* Magistrorum, ducum, comitum, Orientis et Occidentis prætorio præfectorum deplorandæ reliquiæ fuere hi duo domestici Orientalium ac Occidentalium copiarum, sub magno domestico, vix et pene nomine præpositi. Itaque præter δούκας, κόμητας ac στρατηλάτας τῆς ἑῴας καὶ τῆς ἑσπέρας, obviam apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Annam et alios passim reperiendos, observo etiam στρατηγούς ampliori potestate donatos, hos quidem in Oriente, illos in Occidente imperitasse. De Orientis præfecto loquitur Theophanes in Zenone : Ὁ βασιλεὺς θέλων τὸν Ἶλλον πληροφορῆσαι ἐποίησεν αὐτὸν στρατηγὸν τῆς ἑῴας πάσης, δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν πᾶσαν, ὥστε καὶ δοῦκας ποιεῖν. Ἀνατολικοὺς στρατηγουμένους ὑπὸ Λογγίνου celebrat idem Theophanes in Copronymo, et sub ejus filio Leone, **205** Ῥωμανὸν στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν ; Leo Grammaticus Bardæ consobrinum μονοστράτηγον εἰς τὰ δυτικὰ θέματα. Exin domesticatus nomine inducto, de quo superius, occurrent in Oriente δομέστικος τῆς ἀνατολῆς τιμηθείς, apud Nicetam in Isaacio Angelo apud Annam l. VIII, quemdam τὸ δομεστικάτον αἰτούμενον τῆς ἀνατολῆς, apud eamdem, l. II, δομέστικον τῆς ἑσπέρας, l. VII προκειρισθέντα μεγάλον δομέστικον τῆς δύσεως, apud Nicetam laudatum et Cantacuzenum δομέστικον τὸν δυτικῶν θεμάτων reperies.

P. 12. [*Ὁ μεγας μυρταΐτης.* Georgius Coresius jejune quamvis, solus tamen hanc vocem exponit in epistolis, et vult esse ducem satellitum, quorum insigne fuit myrti ramus in pileo gestatus.

Ib. [*Ὁ πρωτοκόμης.* Qui principem ducem vel agminis bellici caput hic intelligit, errat. Comes, de quo sermo, θαλάσσιος, officium habet in classe, ait auctor c. 5, versus finem, et magnum ducem, drungarium magnum et amiralium pone sequitur, juxta dignitatis gradum. Uno verbo eretarcha est, *remigii præfectus, qui remiges agit*, et dux est impellendis remis, adestque gubernatori in regenda triremi : *comite, officier de galère.* Leo in Tacticis const. 19 : Οὐχ ὡς ἔτυχε πάντων τῶν δρομώνων πορευομένων, ἀλλ' ἐπιστήσεις αὐτοῖς ἄρχοντας ἢ κατὰ πέντε ἢ κατὰ τρεῖς δρόμωνας ἕνα τὸν λεγόμενον κόμητα, ὅστις ναύαρχός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν ὑπ' αὐτὸν δρομώνων ὑπάρχων φροντίσει προσεχέστερον περὶ πάντων εὐκόλως, καὶ διατίξει πρὸς ἕκαστα. Et paulo infra : Στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντό ποτε τοῖς ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς κόμητες καὶ κένταρχοι. Eustathius quoque Iliad. I : Ναύαρχον τὸν τοιοῦτον φασὶν, εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὁ καὶ κόμης παρὰ τοῖς ὕστερον. Qui cunctis hujusmodi præest, πρωτοκόμης. Matthæo monacho jam exscribendo πρωτοκόμης τῶν ναυτωλῶν dicitur.

Ib. [*Ὁ παππίας.* Minor hic alio qui μέγας παππίας. Intellige idem de eo qui sequitur, drungario et myrtaïte.

Ib. [*Δρουγγάριος.* Leo in Tact. const. 4 : Δρουγγάριος λέγεται ὁ μιᾶς μοίρας ἄρχων. Μοῖρα δὲ ἤτοι δροῦγγος τὸ ἐκ ταγμάτων ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομήτων συγκείμενον πλῆθος. Κόμης δέ ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ἤτοι βάνδου ἀφηγούμενος. Drungarius itaque chiliarchus est sive tribunus, nobis *maistre de camp.*

Ib. [*Ὁ σεβαστός.* Imperator Latinis Augustus quondam dictus, Græcis σεβαστός. Alexium nihilo secius ante tyrannidem arreptam ropério hoc nomine ab imperatore et senatu decoratum. Anna ejus filia, l. I : Ταῦτα μὲν ἔστω πλεονεκτήματα καὶ πρὸ τοῦ θρόνου κατορθώματα, ὧν ἁπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν, σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου. Erat adhuc sub Constantino Monomacho non multis annis Alexio superiore honoris plena σεβαστὸς appellatio. Alanam enim pellicem ille σεβαστὴν ὠνόμασεν, inquit Zonaras, καὶ εἰ μὴ τὴν βασιλίδα, τὴν Θεοδώραν λέγω, πεποίητο δι' αἰδοῦς. βασίλισσαν τὴν ἐρωμένην ταύτην ἂν εἶπε. Iterum : τετίμητο δὲ ἡ γυνὴ σεβαστὴ, αὐτῇ πρώτῃ τῆς πρώην βασιλίσσης ἀπονεμηθείσης καὶ ἀξίας καὶ κλήσεως, καὶ ὠνομάζετο δέσποινα. Alexius tertium fratrem Nicephorum renuntiavit sebastum, et iterum Zonaras, et Anna in patris Vita : Νικηφόρος ὁ ὕστατος ἀδελφὸς μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου προβέβληται, τὴν τῶν σεβαστῶν καὶ οὕτως ἀνάκλησιν μετειληχώς. A sanguine regio alienis dignitas hæc postmodum collata : recenset enim Nicetas quemdam Georgium σεβαστὸν, fratrem Andronici nondum imperium adepti uxoris ; viluitque deinceps magis ac magis, legiturque in Isaacio Angelo, l. III : Σταλεὶς ὁ σεβαστὸς, κύριος Θεόδωρος ὁ Χοῦμνος, χαρτουλάριος ὢν τῶν ἱπποστάθμων. In hac dignitatum notitia **206** οὐραγοῦ vices obtinet, qui Alexii tertii tempore circa CP captam πανσέβαστος σεβαστὸς ridicule audiebat, Juris GR p. 285 in suprema margine. Goar.]

P. 12. *Ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἦν.* Male Junius : *Canicleo socer imperatoris præerat atque vehebatur.* Sensus verus est quem expressi : tanta enim erat caniclei dignitas ut posset impetrare filio suo filiam imperatoris et filiæ filium. Exemplum invenies apud Gregoram l. VII, et Cantacuzenum l. I. Græcis unico vocabulo dicitur κανακλεῖον *canacleum*. Apud Tyrium, 22, 6, *Canaclinus* appellatur, ut et in Ligurino Guntheri l. 8 : *Græci cognominis usu Hinc caniclinus erat, nobis camerarius idem Esse potest.* Radevicus *cancellarium* interpretatur l. I De gestis Friderici imp. c. 47 ; *Unus de servis palatii, canaclinus videlicet, quem nos cancellarium dicere possumus.* Verum nec camerarius nec cancellarius erat, sed ordinis longe celsioris et augustioris. Erat canacleum augustissimum et magnificentissimum palatium, cui sub Theophilo imperatore iconoma-

Digitized by Google

cho caniclei titulo præerat Theoctistus, tanta gratia apud Theophilum pollens ut quasi secundus imperator esset, teste Zonara in Theophilo. Adjunctum erat ejusdem nominis monasterium, in quod Nicephorus Botoniates Alexii Comneni et aliorum conjuratorum matrem et conjuges amandavit, ut scribit idem Zonaras in Alexio Comneno.

De canicleo seu præfecto caniclei Codinus p. 17 ed. Jun. : Ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὀχούμενος, equo scilicet vel alio vehiculo intra aulam Cpolitanam; quod nulli alteri concessum. Magna erat dignitas, cujus passim fit mentio apud historicos Græcos. Joannes Curopalata in Michaele Rangabe : *Animæ quasdam maculas simulat se cuidam religioso explicare velle per Theoctistum, quem postea caniclei dignitate honoravit.* Eadem de caniclei præfecto Theoctisto Cedrenus, ubi de cæde Leonis Armeni agit. Idem Cedrenus scribit occiso prædicto Theoctisto a Barda, Bardam dignitatem caniclei in se transtulisse. Curopalata in Constantino Leonis filio : *Paulo post missus est ab Augusta patricius Basilius caniclei præfectus.* De eodem caniclei præfecto Theoctisto Zonaras in Theophilo imperatore : *Uxorem et caniclei præfectum multum obtestatus est* (Theophilus) *ne paterentur venerandas imagines reponi.* Idem Zonaras in Alexio Comneno : *Comneni rebus suis jam in tuto collocatis, matrem et conjuges* ἐκ τῆς μονῆς τοῦ κανικλείου, *ex monasterio caniclei, ad regiam accersiverunt.* Ubi Wolfius interpres, *ex Canicleo monasterio.* Ex qua versione suspicari quis posset canicleum fuisse monasterium, tametsi adjuncto palatio : nam monasteriis, nominatim ei quod Hodegetria nominabatur, et templis præcipuis, ut Blacherniano, adjungebantur palatia, in quibus imperatores vel pietatis vel recreationis causa aliquando versabantur. Hinc Junius τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου putat præfectum fuisse arcis et monasterii hoc nomine in urbe Cpolitana. Quæ fuit etiam sententia Wolfii in indice ad Zonaram. *Canicleum*, inquit, *monasterium* **207** p. 123 et 224. Xylander in notis ad Cedrenum num. 196 ingenue fatetur se nescire quid sit *caniclei dignitas.* Nicephorus Gregoras, lib. VII : *Erat tum procurator negotiorum imperii vir prudens et ob industriam et reipublicæ gerendæ scientiam imperatori charus, unde et auctoritate et opibus pollebat, Nicephorus caniclii præfectus. Is blandis sermonibus et obsequiis lenitate imperatoris conciliata, petit et accipit generum filium ejus Joannem, indignante quidem et refragante imperatrice, sed tamen accipit.* De eodem Nicephoro caniclei præfecto Cantacuzenus, I, 14 : *De senatu palatino præsentes aderant magnus logotheta Metochites, cujus antea meminimus, et Nicephorus qui canicleo præerat et vehi solebat, admirabili sapientia consilioque præditus, et ab imperatore benevolentia honoreque singulari dignatus, ita ut etiam Irenem filiam ejus Joanni despotæ filio suo nuptiis conjungeret. Hic Nicephorus prius imperatoris domestica administrabat : tum autem podagra conflictatus functione illa abierat. Nihilominus summo eum honore imperator prosequebatur.*

Ex hoc et prædicto Gregoræ loco intelligis quare præfectus caniclei *consocer* imperatoris appellaretur; quia tanta erat hæc dignitas, ut præfectus caniclei posset filio suo impetrare filiam imperatoris et filiæ filium. Hinc συμπένθερος; nam præfectus caniclei a filia imperatoris, si nupta filio esset, vocabatur socer, et imperator a filia præfecti caniclei socer. Idem factum quando filius imperatoris in matrimonio habebat filiam præfecti canicleo.

Idem Cantacuzenus, IV, 40 : *Palæologus præsidem caniclei Angelum legatum mittit.* Nicetas Choniates lib. I de rebus gestis Manuelis Comneni, de Stypiota agens : *Tandem ad caniclei magnificum munus et intimam etiam imperatoris familiaritatem promotum magis etiam extulit.* Hanc tamen tantam dignitatem sua granditate inferiorem duxit Constantinus Mesopotamita, ut libro II de Alexio Comneno scribit idem Nicetas : *Caniclei officium*, inquit, *quod Isaaco imperante obtinuerat, et rursus offerebatur, ut suo fastigio inferius renuit.* Georgius logotheta Acropolita in Chronico Cpolitano, non procul a fine : *Misit imperator ad regem Siciliæ apostatæ generum per Nicephorum canicleum;* ubi ipse canicleo præfectus *canicleus* appellatur, ut et in disputatione Gregentii κανικλείων.

Duravit hæc dignitas ad imperii Cpolitani extrema usque tempora. Palæologus apud Pharanzem, II, 17 : *Duxi ego uxorem Helenam filiam Alexii Palæologi Exemplaconis, qui canicleo præerat.* In disputatione Gregentii imperator : *Erbæ* seu Herbano *patrinus seu susceptor in baptismo factus Leonis nomen imposuit, et hypecclesionem* (ὑπεκκλησίωνα) *eum fecit, quem Romani patricium et caniclionem appellant.* Exstat hæc disputatio t. IV Biblioth. Patrum, cujus occasione Meursius varia philosophatur in suo Lexico, v. Πατρίκιος. Observa non omnem patricium fuisse caniclionem, sicut hæc disputatio Gregentii affirmare videtur, quia unus canicleo præfectus erat, multi autem **208** patricii. Contingere quidem poterat ut canicleo præfectus patricius esset, sed id non erat necessarium.

Observa secundo falsum esse quod Meursius scribit : *imperatorem ecclesiæ et rebus ecclesiasticis præfuisse veluti supremum caput.* Nullus imperator orthodoxus hunc titulum sibi arrogavit : schismaticorum et hæreticorum hoc proprium est. Orthodoxi imperatores norunt se esse oves Ecclesiæ, non pastores, subditos, non capita. Defensores itidem ecclesiæ sunt : capitis nomen summo pontifici, Christi vicario Petrique successori non inviti relinquunt. Ne Calvinistæ quidem Puritani capitis ecclesiastici nomen regibus tribui ferunt. Notum est quam limis oculis Calvinus regem Angliæ ob hunc titulum assumptum aspexerit, et in Belgio quam ferventiores Calvinistæ obsistant ne fœderati

Digitized by Google

ordines pro capite ecclesiæ efferantur et agnoscantur.

Observa tertio falsum esse quod Meursius dicit, patricium aliquem ὑπεκκλησίονα dictum tenuisse vicem imperatoris in hoc, ut ita loquar, *capitaneatu* ecclesiæ. Sed ut fictitium est ullum imperatorem catholicum pro capite Ecclesiæ sese venditasse, ita fictitius est iste patricius vicarius imperatoris in rebus ecclesiasticis. Et tamen hoc semel effudisse non contentus, id v. ὑπεκκλησίων recinit. Scilicet imperator Judæum recentem a baptismo suum in rebus ecclesiasticis vicarium constituisset, etiamsi pro capite ecclesiæ se venditasset, rudem adhuc rituum Christianorum et ecclesiasticæ politiæ ignarum. Politica igitur dignitas erat, non ecclesiastica, quemadmodum et patriciatus et præfectura caniclei.

Longe alia et aliter de præfectura caniclei doctissimus vir Nic. Alemannus : nam in commentario ad Ἀνέκδοτα Procopii, quæ ipse nuper evulgavit, in illud p. 29, v. 2 : *Colore imbutus quo scribere mos est imperatoribus*, ita scribit : *Gregorius Secundus ad Leonem Isaurum imperatorem :* Litteræ tuæ et non alienæ sigillis imperatoriis obsignatæ diligenter essent, et accuratæ intus subscriptiones per cinnabarim propria manu tua, ut mos est imperatoribus subscribere. Cinnabarim *vocavit ob coloris similitudinem : sed imperatorium* encaustum *purpureum erat ex murice.* Sacri affatus, quoscunque nostræ mansuetudinis in quacunque paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu penitus aut colore nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur, scilicet ut cocti muricis et triti conchylii ardore signentur. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum aut concessum habere, l. 6 *C. De divers. rescript.* Encaustum *hodie in Italia dicimus* enchiostro ; encausta et encaustaria *legendum in l.* 9. *C. De Agric. Liquor ille purpureus, quem hic non atramentum sed purpuramentum vocare licet, servabatur in atramentario, nisi dicere malis etiam purpuramentario ; quod cum caniculi formam effigiemque præ se ferret, quales atramentariorum formas hodieque usurpamus, ob id* caniculus *est appellatum. Et a* caniculo *erat qui Cæsari ejusmodi purpuramentarium ministrabat. Anastasius Bibliothecarius ad octavam synodum Act.* 10 : 209 Præpositus caniculi est qui curam et custodiam gerit caniculi, id est atramentarii, ex quo imperator phœniceas litteras scribit in chartis : *Ad nomen si quid præterea Cæsari subscribendum erat, id præpositus caniculi manu sua exarabat, quod in calce ejusdem synodi Christophorum Basilii imperatoris a caniculo fecisse liquet. Præficiebantur caniculo primarii a secretis, quorum magna dignitas et auctoritas fuit, utpote quæ solis fere imperatoris sanguine propinquis concederetur. Quæ Junius de hoc officio apud Codinum, ungæ sunt.* Hæc Alemannus ; cujus sententiam non improbabilem Anastasii Bibliothecarii auctoritas elicit. Nec a caniculo abludit nomen, quo Græci utuntur, quibus solemne Latina vocabula nonnihil inflectere et ad Hellenismum quoad licet conformare. Porro verba actionis decimæ, ad quæ Anastasius supra dictam notam adjecit, sunt ista : *Post hos piissimi et amatores Christi imperatores Basilius et Constantinus figentes quidem propria manu in quinque voluminibus* (seu etiam pluribus) *pretiosæ crucis figuram, Basilio Magno imperatore, similiter etiam et Constantino figente crucem pro se et fratre suo Leone subscribente quoque nominatrium imperatorum propria manu, et subscriptionis residuum subscribente Christophoro protoasecretis et præposito caniculi.* Græca editio Romana ita habet : Καὶ μετὰ τούτους οἱ βασιλεῖς Βασίλειος Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, πηξάντων μὲν ἰδιοχείρως ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν τύπον τῶν βασιλέων, καὶ γεγραφότων τὰς οἰκείας ὀνομασίας, τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου πρωτασηκρήτου καὶ ἐπὶ τοῦ χανικλείου. *Quod reliquum erat, Christophorus protoasecretis et præfectus caniclii subscripsit.* Gretser. *in Addend.*

P. 12 [*Ἐπὶ τοῦ χανικλείου.* Nugas referrem, si appictos a quibusdam τῷ χανικλείῳ sensus in medium producerem. Ad propositum veri scopum recta pergo. Κάνεον non *canistrum* modo, sed et *lanx* et *patella* est Homero. Κάνιον quoque *caliculus fusorius* vertitur : nam τοὺς μεταλλικοὺς τοὺς ἐργαζομένους τὰ χανία *metallicos fabros fusoriis caliculis utentes* dixit Eleutherius Zebelenus. Uno verbo δοχεῖον quodvis exiguum, quale ἀλάβαστρον, φωκάδιον, μυροθήκη, est χανίον sive χαννίον, *vasculum, ampulla, myrothecium, acetabulum.* Κλέος quoque gloriam dignitatemque referre non ignorat qui Græca summis degustavit labiis. Erit itaque χανικλεῖον vasculum inter cætera dignitate vel gloria præcipuum, quale fuit illud in quo gloriæ dignitatisque suæ insigne, liquorem videlicet purpureum quo chrysobullis et sacris diplomatibus subsignabant, imperatores jubebant asservari. Ille vero cui vasis hujusmodi custodiam demandabant, ὁ ἐπὶ τοῦ χανικλείου salutabatur. Lego etiam χανίκλειον apud Lemnem Grammaticum et Cedrenum. De eodem Gregentius : Οὓς οἱ Ῥωμαῖοι καϊνικλείονα προσαγορεύουσι, *quem Romani canicleonem exponunt.* Radevicus et Guntherus reddunt *caniclinum.* At non contortam in varias formas vocem, sed sensum e vulgo et ex Niceteæ testimoniis quam dilucide profero. Manuel Comnenus, inquit ille Vitæ ejus l. 1, 4, Theodorum Styppiotam εἰς τὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ χανικλείου μεγαλοπρεπῆ προβιβάζει τιμὴν καὶ τὴν παρὰ τῷ βασιλεῖ μεγάλην οἰκείωσιν. Invidet propterea æmulus quidam logotheta : Οὐκοῦν κατὰ καρδίας ἀνταλαν πληγὴν εἰληφὼς ὁ δηλωθεὶς λογοθέτης ἐκ τοῦ τῷ Στυππιώτῃ δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον, scribit idem l. III ; is igitur idem est qui canicleo præficitur et qui vasculi purpurei coloris custos est, ac ideo τὸ χανικλεῖον est δοχεῖον ἐρυθροδάνου, quod et 210 χρυσόβουλλον : ita namque reponit alia lectio vulgarior, χρυσόβουλλον δοὺς

μετὰ λίθων λαμπρῶν. Hinc si τοῦ ἐπὶ κανικλείου A iisdem librariorum vitio et affinitate vocum mendum ὀφφίκιον, ut habet Nicetas in Alexio, III, 3, camerarii cum Gunthero vel cancellarii cum Radevico proprium debeat asserere, æquus lector judicaverit. Illud circa Leonis Armenii tempora primo inventum vel auditum ex Theophane et Cedreno in ejus Vita conjicio. Munus etiam ejusdem fuit imperatorum subscriptionibus attestari. Sic cum subscripsissent octavæ synodi actioni decimæ imperatores Basilius, Constantinus et Leo, exaratis nimirum ante scripta nomina crucibus, τὸ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γέγραφε Χριστοφόρος πρωτασηκρήτης καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. Hoc est unicuique nomini scripto ipse sua manu adjunxit, ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεύς. Addit hæc Bullengerus auctoris tacito nomine: Μανουὴλ εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλωμα καὶ τοῦ βασιλέως ὑπογραφὴν ταύτην, Μανουὴλ ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ κάτωθεν ἀπῳωρημένην βοῦλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὀξείας, καὶ ἔξωθεν τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου καὶ δικαιοδότου Θεοδώρου. Quod in Christianissima curia exsequuntur secretarii, ubi principis subscriptione inferius vel a tergo proprium nomen apponunt. Ex his de *canicleo* et *canículo* collectis a Gretsero copiosis testimoniis desiderata lux accessit.

P. 12. [*Συμπέθερος*. Qui filium vel filiam alterius filio vel filiæ in matrimonium locat, fit ei συμπένθερος. Innumeri vero a consoceris hujusmodi distincti dignitatem caniclei obtinuerunt.

Ibid [*Ὀχούμενος*. Corrupta lectio corrigitur, si légatur ὁ Χοῦμνος. Istæ vero emendationis instituendæ sunt rationes. Prima, quod inusitata sit Græca phrasis ad adeptæ dignitatis indicium ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὀχεῖσθαι. Secunda quod, cum interpres reddiderit hic *ad dignitatem evehi*, in commentariis absque auctore exposuit canicleum, *ut equo veheretur*, in palatio jus habuisse. Tertia, cum præsenti hoc capite constet auctorem paulo post Andronicum seniorem, de quo scripsit, floruisse, non incongruum est eum de coætaneo sibi canicleo, qui consocer imperatoris fuerit, habuisse sermonem: is autem fuit Νικηφόρος ὁ Χοῦμνος, quem Gregoras in Andronico l. VII, p. 168 vet. edit., Νικηφόρον τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου nominat, de quo Cantacuzenus, I, 14: Ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου Νικηφόρος ὁ Χοῦμνος σοφὸς ἀνὴρ καὶ θαυμάσιος ἐν φρονήσει, πολλῆς τε ἀπολαύων πρὸς βασιλέως εὐνοίας τε καὶ τιμῆς, δι' ἣν καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Εἰρήνην τῷ υἱῷ αὐτοῦ δεσπότῃ Ἰωάννῃ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἤγαγεν ὁ βασιλεύς. Et quamvis Pontanus interpres olim legerit ὀχούμενος ac reddiderit *vehi solebat*, nullum tamen ejus sententia consequitur sensum, *Nicephorus qui canicleo præerat et vehi solebat*. Eam ob rem novus scholiastes ascripsit margini: interpres legit ὀχούμενος, male; nam est ὁ Χοῦμνος. Ultima, quæ litem omnem dirimit, ex Regiis exemplaribus petitur, in quibus non ὀχούμενος, sed ὁ Χοῦμνος manifeste legitur; et ex

irrepsisse conjicimus. GOAR.]

P. 13. *Magnus bajulus*. Pædagogus vel imperatoris, cum junior esset, vel filiorum imperatoris. Moschopulus: Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. Cedrenus: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον, τὸν βαΐουλον αὐτοῦ παπᾶν ἐποίησε. Etiam Latini hoc vocabulum hac notione usurparunt. Lupus Ferrariensis epist. 54: *Non ergo admittentur a vobis monitores, quos bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur*. Hincmarus, epist. 2, ad Carolum Crassum imp. c. 2: *Istis juvenibus, fidelibus filiis vestris, regibus nostris, maturos ac prudentes* B *atque sobrios bajulos singulis constituite*, **211** *qui oderint avaritiam et eos verbo et exemplo justitiam diligere doceant, secundum Scripturam dicentem: Diligite justitiam, qui judicatis terram*. Eadem epist. c. 6: *Ipsi autem bajuli magnopere providere debent ne super socios suos se extollant, sed* [agant] *juxta Scripturam dicentem: «Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.»* Idem epist. 3, c. 1: *Legimus quomodo Alexander in pueritia sua habuit bajulum nomine Leonidem, citatis moribus et incomposito incessu notabilem, quæ puer quasi lac adulterinum sugens ab eo sumpsit. Unde in adulta ætate sapiens et rex fortis se ipsum reprehendebat et vitare volebat, sed ut legitur, cum omnia regna vicerit, in hoc se ipsum vincere* C *non potuit*. GRETS.

[Βαΐουλος, qui βάγυλος quoque Theophani in Leone Copronymi F. scribitur, ἐπίτροπος καλεῖται, ait Gregoras, IV, 9. Moschopulus παιδαγωγὸν καὶ παιδοτρίβην τὸν βαΐουλον asserit. De Theodosio Theodosii Junioris bajulo Theophanes et Cedrenus, in quem nos alia, pluraque vir eruditissimus Fabrotus collegit, ac a Meursio diversa. Hæc nobis qui pueros non regimus de bajulo satis, ne forte aliena dicta huc congerentes infames bajuli fiamus. GOAR.

(I) CATALOGUS AUCTIOR CODINEO AC MUTATO NONNIHIL ORDINE DISPOSITUS,

ex octo circiter Regiis MSS ad invicem collatis exscriptus. D

α'. ὁ δεσπότης. β'. ὁ σεβαστοκράτωρ. γ'. ὁ καῖσαρ. δ'. ὁ πανυπερσέβαστος. ε'. ὁ πρωτοβεστιάριος. ς'. ὁ μέγας δούξ. ζ'. ὁ μέγας δομέστικος. η'. ὁ πρωτοστράτωρ. θ'. ὁ μέγας λογοθέτης. ι'. ὁ μέγας στρατοπεδάρχης. ια'. ὁ μέγας πριμμικήριος. ιβ'. ὁ μέγας κονοσταῦλος. ιγ'. ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. ιδ'. ὁ πρωτοσέβαστος. ιε'. ὁ ἐπὶ κέρνης. ις'. ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης. ιζ'. ὁ παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος. ιη'. ὁ μέγας βαΐουλος. ιθ'. ὁ κουροπαλάτης. κ'. ὁ πρωτοβεστιαρίτης. κα'. ὁ δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης. κβ'. ὁ ἐπὶ τραπέζης. κγ'. ὁ λογοθέτης τοῦ Γενικοῦ. κδ'. ὁ μέγας παπίας. κε'. ὁ ἔπαρχος. κς'. ὁ μέγας δρουγγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλης. κζ'. ὁ μέγας ἑταιρειάρχης. κη'. ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου. κθ'. ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων. λ'. ὁ

Digitized by Google

μέγας χαρτουλάριος. λα'. ὁ μυστικός. λβ'. ὁ πρωτασηκρήτης. λγ'. ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ. λδ'. ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου. λε'. ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν. λς'. ὁ πριμμικήριος τῆς αὐλῆς. λζ'. ὁ πρωτοσπαθάριος. λη'. ὁ μέγας ἄρχων. λθ'. ὁ τατᾶς τῆς αὐλῆς. μ'. ὁ μέγας τζαούσιος. μα'. ὁ πραίτωρ τοῦ δήμου. μβ'. ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. μγ'. ὁ μέγας λογαριαστής. μδ'. ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. με'. ὁ ἀρχιδιάκονος. μς'. ὁ σκουτέριος. μζ'. ὁ πρωτοκυνηγός. μη'. ὁ ἀμηράλης. μθ'. ὁ ἀκτουάριος. ν'. ὁ μέγας ἀδνουμιαστής. να'. ὁ κοιαίστωρ. νβ'. ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ. νγ'. ὁ πρωτοτζερακάριος. νδ'. ὁ κριτὴς τοῦ βήλου. νε'. ὁ μέγας διερμηνευτής. νς'. ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν. νζ'. ὁ δικαιοφύλαξ. νη'. ὁ ἀκόλουθος. νθ'. ὁ ὀρφανοτρόφος. ξ'. ὁ πρωτονοτάριος. ξα'. ὁ **212** κριτὴς τοῦ φοσσάτου. ξβ'. ὁ δομέστικος τῶν τειχέων. ξγ'. ὁ πρωταλλαγάτωρ. ξδ'. ὁ βεστιαρίσιος. ξε'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μονοκαβάλλων. ξς'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν μουρτάτων. ξζ'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζακόνων. ξη'. ὁ στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων. ξθ'. ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων. ο'. ὁ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. οα'. ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου. οβ'. ὁ δομέστικος τῶν θεμάτων. ογ'. ὁ πρωτοκόμης. οδ'. ὁ δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων. οε'. ὁ δομέστικος τῶν δυτικῶν θεμάτων. ος'. ὁ προκαθήμενος τοῦ μεγάλου παλατίου. οζ'. ὁ προκαθήμενος τῶν Βλαχερνῶν. οη'. ὁ λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς. οθ'. ὁ μέγας διοικητής. π'. ὁ νομοφύλαξ. πα'. οἱ βεστιαρῖται. πβ'. ὁ ἑταιρειάρχης. πγ'. ὁ ἄρχων τῶν ἀλλαγίων. πδ'. ὁ μέγας μυρταΐτης. πε'. ὁ κριτὴς τοῦ σεκρέτου. πς'. οἱ ῥαβδοῦχοι. πζ'. ὁ καβαλλάριος. πη'. ὁ σεβαστός. πθ'. ὁ προκαθήμενος τοῦ κάστρου. ρ'. ὁ δρουγγάριος στόλου, ὁ καὶ κόμης.

213 (II) EX BIBLIOTHECA MAZARINA.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

Περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

Ἰατροῦ μοναχοῦ ταυτὶ Ματθαίου θύτου.

Ἀξιωμάτων ἀριθμὸν τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις,
Ὀνομαστὴν σκοπήσωμεν τὴν τάξιν τῶν τοιούτων]
Μετὰ τὸν αὐτοκράτορα πρῶτός ἐστι δεσπότης,
Σεβαστοκράτωρ μετ' αὐτὸν καὶ Καῖσαρ μετ' ἐκεῖνον·]
Ὧν κεφαλῆς τὸ κάλυμμα κεκόσμηται μαργάροις,
Τῶν δ' ἀετῶν τοῖς σχήμασιν αἱ τῶν ποδῶν [ἐμβάδες.

μς'. Archidiaconus, dicrophylax et nomophylax catalogo seq. et ejus notitiis exponuntur.

πα'. *Οἱ βεστιαρῖται.* Alii catalogi singularem notant.

πε'. *Ὁ κριτὴς τοῦ σεκρέτου.* Primi omnium tribunalis (a quo ἀσηκρῆται et πρωτοασηκρῆται) ab aliis βήλου, ἱπποδρόμου, τοῦ γενικοῦ, τῶν πραιτωρίων etc. distincti. Observo judicum omnium zonam fuisse insigne; quapropter derisum heli judicem, qui Castamonitæ epilepsia oppresso, zona deposita, tulerat opem, refert Nicetas in Isaacio Angelo l. III: Ἀλλά καί τις τῶν τοῦ βήλου κριτὴς παρστὰς (τὸ δὲ ὄνομα ἐκὼν ὑπερβήσομαι), διαχαλάσας τὴν ἐσθῆτα, ἐδέσμει τὰς γαστροκνημῖδας τοῦ λογοθέτου τῇ ζώνῃ τῆς ὀσφύος, ἐπισχήσειν τὸ ἀνωφερὲς τῆς ὕλης ἐντεῦθεν πειρώμενος. Πλὴν ὁ μὲν οὗτος ἀλύτως εἶχε τῆς τῶν φρενῶν παρακοπῆς, ὁ δὲ τῶν παρὰ πάντων εὖ μάλα ὠφλίσκανε γέλωτα διά τε τῶν ἱματίων τὸ ἄνετον καὶ τὸ τῆς γνώμης εὐάγωγον. Zonas hujusmodi ἐκ χρυσοῦ πεποιημένας celebrat Cantacuzenus, I, 55.

πς'. *Ῥαβδοῦχοι manglabitæ, satellites fustibus armati*, de quibus in loco. Nicetas τὰ ὀσγινοβαφῆ φοροῦντας ῥαβδούχους in Andronico, l. II, ῥαβδοφόρους vocat in hujus præcessore Alexio. Ducem, προεστῶτα τῶν ῥαβδοφόρων, Isidorus in glossis ἀρχιραβδοῦχον.

πζ'. *Καβαλλάριος eques cataphractus*, satellitio imperatoris deputatus. Anna Alexiades II: Ἀπεπειρῶντο τοῦ τείχους διὰ πελταστῶν καὶ δορυφόρων καταφράκτων ἀνδρῶν. Leo in Tacticis: Ἐξόπλισον δὲ τὸν μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον, αὐτόν τε καὶ τὸ ἱππάριον αὐτοῦ.

πθ'. *Προκαθήμενος τοῦ κάστρου.* Καστροφύλακας hujusmodi recensebit Codinus in sequentibus, quos superius προκαθημένους πόλεων appellavit, *rectores urbium.* Κάστρον enim etiam *urbs* est, sed munita. Justinianus Nov. 128: Καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις. Cantacuzenus, I, 55: Τὴν πόλιν εἶχεν ἐν φυλακῇ ἕνεκα αὐτοῦ. I, 1: Τὴν Βυζαντίου δὲ ἀρχὴν τῷ πρωτοστράτορι παρέσχεν ὁ βασιλεύς. Is vero forsan est unicus προκαθήμενος τοῦ κάστρου.

ρ'. *Κόμης.* Qui nimirum sub protocomite, remigiorum supremo præfecto, ipse substitutus eretarcha est; vel qui unam tantum cohortem ducit. Leo in Tact. const. 4: Κόμης ἐστὶν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ἤτοι βάνδου ἀφηγούμενος. Cæterum non unus est ejusdem nominis in aula CP. minister; quis enim unum comitem in ea fuisse diceret, nisi ignarus unam tantum quoque cohortem affirmaret? Ut comites itaque plures, ita non unus drungarius, plures myrtaitæ, chartularii plures: unus autem recensetur, ut ex istius ad alios ordine locum suum et gradum percipiant reliqui, inter quos unus summus, qui πρώτου nomen obtinet, frequentius.

Ματθαίου μοναχοῦ. Iambo sequenti nomen hujusce opusculi prodit auctor, qui gente, non professione, ἰατρόν se celebrat. Vitæ forma fuit monastica, cui sacerdotium honorem adjunxit. Hinc μοναχὸς θύτης scribitur, qui vulgo ἱερομόναχος, sicut diaconus monachus ἱεροδιάκονος audit, relicta sæculari sacerdoti vel diacono solitaria ἱερέως vel διακόνου appellatione. Non adeo notus hic Matthæus, ut patriam, parentes, socios laudatiores reddat: ætatem conjicimus, et ob memoratos imperatorem et imperatricem nondum capta a Turcis urbe, ob laudatum etiam Chumnum et Metochitem post Andronicum seniorem, cujus hi fuere ministri, scripsisse vitaque functum constat. Præsens opusculum versibus politicis composuit, in quibus numerus syllabarum ad cantum, non ad exactæ poeticæ prosodiam observatur. Octava syllaba, ubi cæsura est, medium versus tenet; reliquæ septem perficiunt. His recentiores ὁμοιοτέλευτα, pariter cadentium exitum, quem rhythmum dicimus, addidere. Politicos vocatos arbitror, quod vulgo Cpoli per compita canerentur: πόλιν enim, κατ' ἐξοχήν et sermonis contractionem, Cpolim appellant, πολιτικὰ quæcunque ibi nata vel inde asportata: πολίτην tamen virum ex ea ortum. Vel certe quod amatoriæ meretricieve cantilenæ hujusmodi compositionem habuerint, ἀπὸ τῆς πολιτικῆς denominatione deductæ, quæ mulierem per urbem suo corpore quæstum facientem sonat.

V. 5. *Ὧν κεφαλῆς.* Vide caput sequens statim in limine.

V. 6. *Τῶν δ' ἀετῶν.* Codinus c. seq. p. 13.

Digitized by Google

Οἵσπερ ἐπιφημίζουσιν πρόσρησιν βασιλεία;. A
Ὁ πρωτοθεστιάριος, [ὁ] πανυπερσέβαστός τε,
Οἱ σκιαδίοις ἐρυθροῖς χρυσῷ καθυφασμένοις
Ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν χρῶνται νομίμως [μόνοι,
Πρασίνοις δ' ὑποδήμασιν ὁ μὲν, ὁ δὲ κιτρίνοις.
Τὴν πρώτην δ' οὗτοι φέρουσι πεντάδα τῶν ἐν [τέλει.
Τῆς δὴ δευτέρας μέγας δοὺξ, μέγας δομέστι- [κός τε,
Ὁ πρωτοστράτωρ πέφυκεν, ὁ μέγας λογοθέτης,
Μέγας στρατοπεδάρχης τε, ὧν ἐρυθρὰ τὰ πίλα,
214 Διάχρυσον ἐμφαίνοντα τὸ μέρος ἄνω μόνον.
Τρίτη μέντοι πεντὰς χρῶνται πίλοις τοῖς συρ- [ματίνοις,
Ὁ μέγας πριμμικήριος, ὁ μέγας κονοσταῦλος, B
Ἐπὶ τοῦ κανικλείου τε, τῶν σεβαστῶν ὁ πρῶτος,
Ὁ ἐπικέρνης τε ὁμοῦ. Τῆς δὲ τετάρτης οὗτοι,
Ὁ γε παρακοιμώμενος μεγάλης τῆς σφενδόνης,
Τοῦ δὲ κοιτῶνος ἕτερος, μέγας βαΐουλός τε,
Κουροπαλάτης, μετ' αὐτὸν πρωτοβεστιαρίτης.
Ἀλλὰ καὶ τούτοις ἔξεστι πίλοις τοιούτοις χρῆ- [σθαι.
Τῆς δὲ πέμπτης κλαπωταὶ τοῖς πᾶσιν αἱ κα- [λύπτραι, ὧν
Ἔστιν ὁ δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης,
Ἐπὶ τραπέζης ἄλλος τε, γενικοῦ λογοθέτης,
Ὁ μέγας ἂν (αὖ) παππίας τε, καὶ ἔπαρχος σὺν [τούτοις.
Τῆς ἕκτης μέγας ἄρχεται δρουγγάριος τῆς βί- C [γλης,
Μέγας ἑταιριάρχης τε, λογοθέτης τοῦ δρόμου,
Ὁ φιλοσόφων ὕπατος, χαρτουλάριος μέγας.
Ἑξῆς ἑβδόμης μυστικὸς, κλεινὸς πρωτασηκρῆτις
Εὐθὺς ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, δρουγγάριος τοῦ στόλου,
Ὁ τῶν σχολῶν δομέστικος. Οἱ δ' ἑξῆς τῆς ὀγδόης.
Αὐλῆς ὁ πριμμικήριος πρωτοσπαθάριός τε,
Ἄρχων ὁ μέγας μετ' αὐτοὺς καὶ ὁ τὰς τῆς [αὐλῆς τε,
Ὁ μέγας τε τζαούσιος. Οἱ δ' ἑξῆς τῆς ἐννάτης.
Πραίτωρ τοῦ δήμου, οἰκειακῶν ὁμοῦ [ὁ] λογοθέτης,
Τῶν λογιστῶν ὁ μέγιστος, ὅ τε δεήσεις φέρων.
Μεθ' οὓς ἀρχιδιάκονος. Οἱ δ' ἑξῆς τῆς δεκάτης,
Σκουτάριος, πρωτοκύνηγος, ἀμηράλης ὁμοῦ [τε].
Ναὶ μὴν ἀκτουάριος καὶ ἀδνουμιαστὴς μέγας.
Τῆς ἑνδεκάτης πέφυκεν ὁ ἔνδοξος κοιαίστωρ,
Ὁ τε στρατιωτικοῦ καταλόγου λογοθέτης.
215 [Ὁ] Πρωτοτερακάρχης, δ τεκριτὴς τοῦ [βήλου,
Ὁ μέγας διερμηνευτής. Οἱ δὲ τῆς δωδεκάτης.
Ὁ λογοθέτης ἀγελῶν, ὅ τε δικαιοφύλαξ,
Καὶ μετὰ τὸν ἀκόλουθον εὐθὺς ὀρφανοτρόφος.
Πρῶτος τῶν νοταρίων τε. Τῆς δὲ τρισκαιδεκάτης
Ὅρα φουσάτου τὸν κριτὴν, δομέστικον τειχέων,
Τόν τε πρωτολαγάτορα καὶ τὸν βεστιαρίτην,
Στρατοπεδάρχην καθεξῆς τὸν τῶν μονοκαβάλλων.
Τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τ' ἔστιν ὁ τῶν μουρ- [τάτων,
Ὁ τῶν τζαϊκόνων, ἕτερος ὁ τῶν τζαγγρατόρων,
Ὁ τῶν ἀναμνήσεων, ἑξῆς τε τοῦ κοιτῶνος
Ὁ προκαθήμενος. Ὁμοῦ τῆς πεντεκαιδεκάτης
Ἕτερος προκαθήμενος, ὁ τοῦ βεστιαρίου,
Καὶ μετ' αὐτὸν δομέστικος ἁπάντων τῶν θε- [μάτων

V. 7 *Οἵσπερ ἐπιφημίζουσι.* Idem Codinus c. seq. p. 16, 6.

V. 9. *Οἱ σκιαδίοις ἐρυθροῖς.* Codinus c. 4, p. 17, 8 et p. 18, 1.

V. 11. *Πρασίνοις δ' ὑποδήμασι.* Protovestiarii nimirum, cui apud Codinum eodem c. p. 16, 10, prasinus color in insigne tribuitur.

Ibid. Ὁ δὲ κιτρίνοις. Panhypersebastus, ex Codino cap. eod. p. 18, 6.

V. 12. *Πεντάδα.* Non ecclesiasticorum modo sed et palatinorum officiorum catalogos per quinarios divisere Græci.

V. 16. *Διάχρυσον ἐμφαίνοντα τὸ ἄνω μέρος μόνον.* Pilei inferior pars ἀήρ Codino vocatur, quo cum caruerint, ut ait c. 5, p. 18, 14 et seqq. horum officialium σκιάδια vel πίλα, illa Codinus scripsit χρυσοκόκκινα κλαπωτὰ ἄνευ ἀέρος, quæ hic Matthæus διάχρυσον ἐμφαίνοντα τὸ ἄνω μέρος μόνον asseruit.

V. 19. *Ἐπὶ τοῦ κανικλείου.* Retro cunctos numeravit Codinus c. 2 in calce. Ratio penes ipsum est.

Ibid. Τῶν σεβαστῶν ὁ πρῶτος. Πρωτοσέβαστος.

V. 22. *Βαΐουλος* omnium ultimum recensuit Codinus c. 2, p. 13, 3.

V. 24. *Ἔξεστι πίλοις τοιούτοις χρῆσθαι.* Codinus c. 4, p. 20, 21.

V. 25. *Κλαπωταί.* p. 20, 20.

V. 31. *Ὁ φιλοσόφων ὕπατος.* Prave quidam interpretantur philosophorum *consulem* qui *supremus* quasi ὑπέρτατος. Ornatum hac dignitate nominatissimum Psellum refert Cedrenus ad historiæ calcem; quem Anna Alexiados l. v, φιλοσοφίας ἁπάσης προεστῶτα διδάσκαλον καὶ ὕπατον τῶν φιλοσόφων χρηματίσαντα vocat. Consulatur, magni enim est, Allatii nuperum et doctissimum opusculum de Psellis. Hunc officialem omisit vel ignoravit Codinus in catalogo.

V. 36. *Ὁ τὰς.* De nominis ejus varietate nos cap. superiore.

V. 40. *Ἀρχιδιάκονος.* Qui palatinis in ecclesiis ministrabat, ac de oratione et sacris cunctos aulicos pro munere monebat.

V. 42. *Ὁ ἀκτουάριος.* Actuarius cui annonæ militaris cura commissa est: ita Notitia Imperii, Lexicon juris. Rursus de illo catalogus sequens, quem inter medicos ut de sanitate tuenda sollicitum locat. Vide v. 98.

V. 45. *Πρωτοτερακάρχης.* Πρωτοτερακάριος.

Ibid. Κριτὴς τοῦ βήλου. Codinus alium indicem ponit τοῦ φοσσάτου. Hujus τοῦ βήλου nomine supremum in illo tribunali intellige, et inter duodecim jus ibi dicentes præcipuum. Balsamon Medit. De Chartophylace: Ἡ δωδεκὰς τοῦ βήλου καὶ τοῦ ἱπποδρόμου κριτῶν. Nicetas in Alexio 2: Ἐκ τῶν τοῦ βήλου κριτῶν Τορνίκης Δημήτριος, et infra: Καί τις τῶν τοῦ βήλου κριτῶν. Consule Juris GR. p. 288.

V. 47. *Δικαιοφύλαξ. Procurator regius, vindex, juris assertor et defensor.* De Georgio dicaophylace et alio Clida meminerunt Jus GR. tom. II, Nov. 1 Alexii Comneni, et Cantacuzenus 1, 44.

V. 51. *Πρωτολαγάτορα.* Repone πρωταλλαγάτορα, et c. 2, p. 11, 13. Consule notas.

V. 58. *Ὁ δομέστικος ἁπάντων τῶν θεμάτων.* Ignotus est hic Codino.

Digitized by Google

Ὁ πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν, δομέστικοί τε δύο, A
Ὁ τε τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν θεμάτων,
Ἑξῆς ἐκκαιδεκάτης τε προκαθήμενοι δύο
Μεγάλου παλατίου τε, μετ' αὐτῶν Βλαχερνῶν τε,
Ὁ λογιστὴς ὁ τῆς αὐλῆς, μέγας διοικητής τε,
Ὁ νομοφύλαξ μετ' αὐτούς. Τῆς δ' ἑπτακαιδε-
[κάτης
Βεστιαρῖται δείκνυνται, καὶ μὴν ἑταιριάρχης,
Ἄρχων ἀλαγίων τε καὶ [ὁ] μέγας μυρταΐτης
Ὁ τοῦ σεκρέτου τε κριτής. Τῆς δ' ὀκτωκαιδε-
[κάτης
Ῥαβδοῦχοι, καβαλλάριοι καὶ σεβαστῶν τὸ γέρας,
Τοῦ κάστρου προκαθήμενος, δρουγγάριος τοῦ
[στόλου.

(III) EX EADEM BIBLIOTHECA MAZARINA. B

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ (*).

Ὁ μὲν χορηγὸς τῶν θείων χαρισμάτων
Δίδωσιν ἡμῖν τὴν κάτω σκηπτουχίαν
216 Εἰκόνα λαμπρὰν τῆς αὐτοῦ βασιλείας,
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀμυδρὰς τὰς ἐμφάσεις
Δείκνυσι σαφῶς ἀγαθῶν τῶν μελλόντων.
Ὁ γὰρ ἐν ἡμῖν εὐσεβὴς στεφηφόρος
Θεοῦ τις εἰκών, εἰ σπουδάζει τοὺς τύπους
Ἔργοις βεβαιοῦν ἀρετῶν ἐστεμμένος,
Ἀμείβεται δὲ [πάλιν] δωρεαῖς τοὺς ἀρίστους,
Τιμαῖς ὑπεξαίρων τε σταθμῶν καὶ μέτροις,
Καὶ βασιλικῶν ἀνυψοῖ τοὺς ἐν τέλει,
Οὓς τῷ λόγῳ δίδωμι συγγράφειν τέως,
Ὡς ἂν ὁ βυθὸς μὴ καλύψῃ τῆς λήθης C
Ἃ βασιλικὴ κεκύρωκεν ἡ κρίσις,
Χρόνος τε μακρὸς ἀπέσβησεν εἰς δεῦρο.
Μετὰ τὸν αὐτάνακτα δεσπότης ἐστὶ
Δεύτερον ἄξίωμα, σεβαστοκράτωρ,
Καὶ Καῖσαρ εὐθὺς ὑποβάθρα τοῦ κράτους,
Ὁ πανυπερσέβαστος συγκλήτου πρῶτος,
Πρωτοβεστιάριος λαμπρὸς ἄξίαν.
Οὗτοι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πεδίλοις
Τὴν πρώτην ἐσχήκασιν ἐν τέλει τάξιν.
Ὁ μέγας δοὺξ μετ' αὐτοὺς ἀνεδείχθη*.
Τούτου κοινωνὸς ὁ δομέστικος ὁ μέγας,
Καὶ τρίτος αὐτοῖς πρωτοστράτωρ ἀξίαν.
Λογοθέτης μέγιστος σοφίας γέρας.
Στρατοπεδάρχης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις.
Τούτων ἐρυθραῖς ἐκ χρυσοῦ ταῖς καλύπτραις D
Ὁρᾷς κεφαλὰς ἀεὶ κεκοσμημένας.
Ὅρα πριμμικήριον, φιλότης, μέγαν,
Πεντάδος ἡγούμενον λαμπρῶς δευτέρας,
Δεύτερον μέγαν κονεσταῦλον ἀξίαν,
Τρίτον σεβαστὸν τὸν πρῶτον, ἐπὶ τούτοις
Κοσμεῖ τε λαμπρῶς ὁ πιγκέρνης τὴν τάξιν.
Ὁ παρακοιμώμενος σφενδόνης πέμπτος.
Ὁ παρακοιμώμενος ἄλλος κοιτῶνος.
Ὁ μέγας βαΐουλος ἕπεται τούτῳ,
Τρίτην τε πληροῖ τάξιν κουροπαλάτης.
Εἰσέρχεται δὲ βεστιαρίτης πρῶτος
Εἰς οἶκον βασιλέως, ὡς ἔθος, πράξων,
Δομέστικος δεύτερος ὁ τῆς τραπέζης,
Ἄλλος ἐπ' αὐτῆς μετ' αὐτὸν τεταγμένος.
Καὶ τὸν γενικὸν λογοθέτην εἰσόρα,
Εἶτα παππίαν εἰσιόντα τὸν μέγαν,
Σὺν τούτοις τὸν ἔπαρχον, καλύπτρα ξένη.
Ἕβδομος δρουγγάριος τῆς βίγλας μέγας,
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἑταιρειάρχης μέγας.
Ὁ λογοθετῶν μετ' αὐτὸν τοῖς τοῦ δρόμου,
Εἶτα χαρτουλάριος ἀξίαν μέγας,
217 Εἶτα μετ' αὐτὸν μυστικὸς ἐπεισίτω,
Βασιλικὸς ὁ πρώτιστος τοῦ σεκρέτου.
Ὅρα καὶ στρατοῦ τὸν καλὸν ἐπιστάτην,
Τῶν τε πλωΐμων δρουγγάριον τὸν μέγαν.
Ἰδοὺ καὶ σχολῶν ὁ δομέστικος ἥξει,
Καὶ τὸν τῆς αὐλῆς πριμμικήριον ὅρα.
Καὶ πρωτοσπαθάριος λαμπρὸς εἰσίτω,
Ἄρχων τε μέγας καὶ τζαούσιος μέγας,
Δήμου τε πραίτωρ, ὁ ταττῆς αὐλῆς τε.
Ὁ τῶν οἰκειακῶν λογοθέτης ἐρχέτω,
Καὶ τῶν λόγων (λογιστῶν ?) ὁ μέγας συνεισίτω.
Ὅρα καὶ σκουτάριον ἐκ τῆς ἀσπίδος
Τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν.
Πρῶτος μετ' αὐτὸν τῶν κυνηγῶν ἐκρίθη.
Ἄλλος ἀμυρᾶς ναυαρχῶν ἀνεδείχθη.
Ἰδοὺ βασιλεῖ τὰς δεήσεις προσφέρει,
Λαλῶν τὴν τιμὴν ἐκ τῶν ἔργων πρεπόντως.
Ἀδνουμιαστὴς ὁ μέγας μοι χαιρέτω.
Τούτῳ παρεπόμενος οὕτω κοιαίστωρ,
Καισάρων ἄξίωμα λαμπρῶν τῶν πάλαι.
Λογοθέτην ὅρα μοι κἀν στρατιώταις.
Ἐξ ἱεράκων ὁ πρῶτος τὴν ἀξίαν.
Ὁ βήλου κριτὴς μετ' αὐτοὺς ἐκυρώθη.
Διερμηνευτῶν ὁ μέγας προηγείσθω,
Καὶ τῶν ἀγελῶν λογοθέτης εἰσίτω,
Καὶ τούτοις ἀκόλουθος σεμνὸς ἑπέσθω,
Καὶ τῶν ὀρφανῶν ὁ τροφεὺς συνεισίτω,
Καὶ βασιλικῶν ὁ νοταρίων πρῶτος,
Φουσάτου κριτὴς ἐξετάζων τὰς δίκας.
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἀναμνήσεις προσάγει

V. 59. *Πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν.* Eretarcha, remigiorum præses; de quo supra.

V. 64. *Νομοφύλαξ. Legum summus interpres, antecessor, antesignanus, legislatorum præcipuus.* Jus GR. 1. 3 in Joannis Xiphilini decreto : Ὡς ἂν ὁ λογιώτατος νομοφύλαξ κρίνῃ περὶ τούτου καὶ ψηφίσηται. Et in refutatione Philothei adversus Armenopulum : Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε. Et stipendia memorat Balsamon a Constantino Monomacho imperata Juris GR. p. 471.

(*). *Ἀδέσποτον.* Allum a Codino tam hujus quam superioris utriusque catalogi auctor in palatinis officiis enumerandis observavit ordinem; eamque mutationem vel metri necessitas vel imperatorum voluntas inducere potuit.

V. 28. *Τούτων ἐρυθραῖς.* Codinus cap. seq. de pileis officialium.

V. 32. *Κονσταῦλον.* Solus hic auctor ita scribit, et Gallico *conestable* proprius accedit. De comite stabuli nos superius, ad Codinum.

V. 40. *Εἰς οἶκον βασιλέως.* Hoc est in sacrum cubiculum : ille enim cubiculariorum primus.

V. 71. *Ἐξ ἱεράκων ὁ πρῶτος.* Πρωτοϊερακάριος.

* Claudicat versus, ut et mox 58. Edit Patr.

Digitized by Google

Σεμνῶς βασιλεῖ κεκλημένος ἐκεῖθεν.
Ἰδοὺ καὶ δομέστικον τειχέων σκόπει.
Πρωταλλαγάτωρ δεύτερος τὴν ἀξίαν,
Εἶτα τετάχθω βεστιαρίου τρίτος.
Μονοκαβάλλων στρατοπεδάρχης οὗτος,
Ἄλλος μουρτάτων, τζαγγρατόρων, τζακώνων.
Ὅρα προκαθήμενον τὸν τοῦ κοιτῶνος,
Ἄλλον προκαθήμενον βεστιαρίου.
Τούτῳ τῆς αὐλῆς ὁ λογιστὴς ἐπέσθω,
Καὶ διοικητὴς ὁ μέγας συντετάχθω.
Ὁ τῶν Βλαχερνῶν προκαθήμενος οὗτος,
Ἄλλος πρὸ αὐτοῦ μεγάλου παλατίου.
Ὁ τῶν ἑῴων δομέστικος θεμάτων·
Τούτῳ δυτικῶν ὁμότιμος ἐκρίθη.
Ὁ πρωτοκόμης καὶ μετ' αὐτὸν παππίας,
Ἑταιρειάρχης, τῶν ἀλλαγίων ἀρχῶν,
Ὁ μυρταΐτης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις,
Καὶ δὴ σεβαστὸς καὶ δρουγγάριος στόλου.
Κἂν τοῖς ἰατροῖς ἀκτουάριον ὅρα.
Ὕπατοι, δικτάτωρες, σὺν τοῖς ταμίαις,
Πατρίκιοι, μάγιστροι, πρόεδροι, πάλαι
Δορυφόρων ἔπαρχος καὶ πραιτωρίων.
218 Ἔγνωμεν λαμπρὸν τὸν Χούμνὸν κανι-
[κλείου
Στάσιν ἔχοντα μείζονα τῆς προτέρας.
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν τὸν καλὸν Μετοχίτην
Λογοθέτην μέγιστον, σοφίας λῆξιν,
Φοροῦντα χρυσῆν ἐρυθρὰν τὴν καλύπτραν,
Ἣν δῶρον αὐτῷ συνανέχοντι κράτος
Ἀναξ ὁ λαμπρὸς παρέσχεν Ἀνδρόνικος.
Ταῦτα τὰ λαμπρὰ τῆς κάτω σκηπτουχίας,
Προεδρίας σχήματα, σεμνότης, δόξα,
Ῥεῶν τε πλοῦτος καὶ πηλὸς ἐπηρμένος,
Κόνις τε τύχης τοῖς πνεύμασιν ἀρθεῖσα.
Τέλος τάφος τρίπηχυς. Ὦ βίου πλάνη!
Φιλοσόφων ὕπατος, ῥητόρων πρῶτος,
Δικαιοφύλαξ σὺν αὐτῷ, νομοφύλαξ,
Καὶ βασιλικῶν τῶν ἱερέων πρῶτος.
Πάρεστιν ἄρχων ἱερῶν διακόνων,
Καὶ τῶν μελῳδῶν, οἱ πρωτοψάλται δύο,
Κἀν ταῖς ἑορταῖς λαμπαδηφόρος ἄλλος,
219 Ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων,
Δομέστικός τε καὶ μαΐστωρ τοῦ κλήρου.
Ταύταις βασιλεὺς ταῖς τιμαῖς ὑπεξαίρει
Πλήρωμα σεπτὸν εὐαγοῦς Ἐκκλησίας,
Ἣν ἀβράγῃ φύλαξον μέχρι τερμάτων,
Ὑψιμέδων ἄναρχε, τοῦ νῦν αἰῶνος.
Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσεβῆ βασιλίδα,
Ἣν ὡς κιβωτὸν σωστικὴν νῦν τοῦ κράτους
Ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κατακλυσμῷ βαρβάρων
Ἄνωθεν ἐγνώκαμεν ναυπηγηθεῖσαν,
Ὑπερτέραν τήρησον τῆς καταιγίδος,
Συμπήξας ὡς οἴακας αὐτῆς τοὺς κλάδους,
Καὶ βασιλεῖ βράβευε λαμπρὰς τὰς νίκας,
Δεικνὺς κατ' ἐθνῶν εὐσθενῆ νικηφόρον.
Ῥίζωσον αὐτὸν ὡς τὸν χαρίτων κλάδον,
Καὶ δεῖξον ἡμῖν καρποφόρον ἐξ ἔργων.
Ἔκτεινον αὐτῷ τῆς εὐβουλίας φρένας,
Στένωσον αὐτῷ τῶν ἐναντίων θράσος,
Στόλισον αὐτὸν πορφύραις εὐσεβείας,
Ἄνοιξον ἡμῖν τὰς πρὸς εἰρήνην πύλας,
Πλάτυνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τοῖς τροπαίοις,
Οἷς καὶ φανεὶς κοσμικὸς αὐτοκράτωρ.
Ὁ πατρὶ-ἄρχης σὺν ἡμῖν ταῦτα λέγει,
Κάμπτων εὐσεβῶς τῷ δεσπότῃ τοὺς πάθους,
Καὶ νυκτὸς αὐτῷ τὰς εὐχὰς ἀναφέρων,
Αἷς νυκτὸς ἀχλὺν Ταρταρικῆς καὶ σκότος
Ἐλάσας ἡμῖν ἀντανίσχει φωσφόρος
Ἀκτῖνας λαμπρὰς ὡς λευκῆς τῆς αἰθρίας
Εἰς πάντα κοινῆς τῆς εἰρήνης τὸν κόσμον.]

Mirum est Codinum *patricii* nullam mentionem fecisse, cum posterioris Græciæ omnia monumenta

V. 101. *Δορυφόρων ἔπαρχος καὶ πραιτωρίων.* Non hic urbis, qui nuper laudatus est καλύπτρᾳ ξένῃ seu *pileo peregrino ornatus*, sed alius qui prætorianorum militum, δορυφόρων, ac ipsius prætorii præfectus intelligitur, sicut aliis vocibus ὑπάτων, δικτατώρων, ταμιῶν, πατρικίων, μαγίστρων antiqua consulum, dictatorum, quæstorum, patriciorum, magistrorum dignitates et officia capimus. Πρόεδρος tamen antiquam originem non sibi vindicat, quem unum primum a Joanne Tzemisce statim sub ejus vitæ principio Cedrenus refert, μήπω πρότερον ὄντος ἀξιώματος. Administrandæ reipublicæ consors fuit, ut ex Cedreno in Tzemisce colligo et ex his Zonaræ verbis, ubi de Joanne Logotheta et Constantino Lichude proedris ambobus laudes occurrunt in Monomacho, illius quidem, Ἐφ' ᾧ δὴ τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο· ἦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν διοικήσεων πρώτην, περὶ τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας ἀκριβέστατος· istius vero cum μεθιστᾷ ὁ βασιλεὺς Λιχούδην τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, ἀντεισάγει δὲ Ἰωάννην, καὶ τούτῳ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐγχειρίζει κυβέρνησιν.

V. 102. *Τὸν Χουμνόν.* Memorant hunc scripta circa secundum Codini caput ad calcem.

V. 104. *Μετοχίτην.* Gregoras quam fuse de illo: nos de ejus pileo in capite sequente.

V. 114. *Ῥητόρων πρῶτος.* Summa imperatoris virtus est ut eruditionis copiam inter loquendum diserte possit profundere, et jus unicuique debitum ut facile agnoscere ita constanter reddere sit paratus. Si quid horum natura vel exercitium denegabat, ab aliis quorum eruditione, eloquentia, legum peritia ac justitiæ amore duceretur et sublevaretur, opem mutuari non erubescebat quondam in Oriente imperator. Τῶν φιλοσόφων ὕπατος divinarum humanarumque rerum cognitione instructus eruditionem, ῥητόρων πρῶτος dicendi facilitatem, νομοφύλαξ legum omnium lumen ac ductum, δικαιοφύλαξ denique jus legibus vel naturæ judicio agnitum perseveranter custodiendum suggerebat. Hunc ἐπὶ τῶν κρίσεων dictum reor a Balsamone primis statim verbis Meditati de Incensis, etc.

V. 116. *Τῶν ἱερέων πρῶτος.* Cleri palatini hic erat archipresbyter, πρωτοπαπᾶς, πρωτοϊερεύς, de quo alibi.

V. 117. *Ἄρχων ἱερῶν διακόνων.* Cleri ejusdem archidiaconus.

V. 119. *Λαμπαδηφόρος.* Succentor, et qui facem imperatori præferret, de quo iterum.

V. 120. *Ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων.* Epistolarum Pauli in palatio interpres ac sacer ex ambone præco.

V. 121. *Δομέστικός τε καὶ μαΐστωρ.* Ad regendum, ducendum et componendum in ecclesiis palatinis clerum.

Digitized by Google

patriciis plena sint, et πατρικιότης seu *patriciatus* apud Justinianum Novell. 38, et apud Constantinum Manassem in Chronico nomen non tantum nobilitatis, ut apud veteres Romanos et hodie in nonnullis imperii urbibus, ubi qui ex præcipuis familiis genus ducunt vulgo patricii audiunt, sed etiam dignitatis officii et præfecturæ. Dignitatis exempla adfert Meursius in Glossario ex Suida, Procopio et Malcho in Byzanticis. Qua notione etiam *patricii* nomen accipies, quando audis Pipinum et Carolum Magnum fuisse *patricios* Romanorum. Officii et præfecturæ exemplum est Salomon *magister militiæ et patricius Africæ* apud Victorem Tunnunensem in Chronico, et Amalus *patricius provinciæ* apud Paulum Diaconum l. III, c. 3 De gestis Longobardorum. Talis itidem patricius vel erat vel esse volebat ille quem sibi Romani elegerant, de quo Otho Frisingensis l. VII Chronici c. 31. Meursius in Glossario *patricios* nimis extollit; nam Occidentalibus *patricios Romanorum* fuisse, qui **220** nunc reges appellantur. Quis neget hoc a vero nimis remotum esse? Primus enim Carolus Magnus et alii nominabantur patricii Romanorum. An ideo reges Romanorum vel erant vel habebantur? At Carolus Magnus postquam Romanorum imperator creatus et palam promulgatus est, desiit appellari patricius Romanorum. Quid tum? an ideo, cum esset patricius, rex Romanorum erat? Si quis exteræ nationis patricius Venetus crearetur dux Venetus, patricii nomen utique omitteret. An ideo antea rex Venetorum fuisset? Alienius a vero est, quod ait idem Glossarii collector, *imperatorem rebus ecclesiasticis tanquam supremum caput præfuisse, et hac in functione patricium vices ejus egisse.* Idque probat ex disputatione Gregentii, ubi dicit Erban Judæum baptismi undis jam ablutum, creatum esse a rege Homeritarum ὑπεκκλησίονα, qui Meursio est *vicarius regis*, tanquam supremi in rebus ecclesiasticis capitis. Sed Meursius hic nimis aperte *anglizat*: ut enim Angli regem suum veluti supremum Ecclesiæ caput venerantur, ita et Batavi suum magistratum ad idem culmen evehere incipiunt, ut planum fit cum ex aliis novatoribus, tum ex Hugone Grotio in *Pietate Ordinum Hollandiæ*: in quo tamen a puro Calvinismo et Puritanismo immane quantum recedunt, qui hujusmodi capitis impatientissimus est, neque unquam ejus absque gravi detestatione meminit. Nec Gregentius quidquam de hoc *vicecapite* innuit, imo futilem hanc persuasionem Meursio eximere poterat, si animum vel paululum advertisset. Nam ὑπεκκλησίονα ait eum esse qui Romanis vocetur *patricius* et *canicleon*. Quis autem unquam audivit præfectum caniclei aut patricium fuisse vicarium supremi capitis in rebus ecclesiasticis, hoc est imperatoris? Licet enim Græci posteriores et sequiores, postquam a visibili eoque vero capite Ecclesiæ desciverunt, imperatori suo honorem supremi capitis detulerint, nunquam tamen patricium aut caniclei præsidem imperatori in hoc, ut ita loquar, *capitaneatu* socium attribuerunt. GRETS.

CAPUT IV.

Explicantur obscura quædam vocabula ex capite 3.

P. 13. Σκιάδιον, quod et σκιάδι, ad verbum est *umbella* seu *umbraculum*, *tegumen capitis*, breviter *pileus*, quo nomine in versione præcipue usus sum. GRETS.

Ibid. [Cranium solum coronat et leviter adumbrat τὸ καλούμενον σκιάδιον, qua de causa non *umbellam*, ceu carens protensis in frontem oris, sed *pileolum* ex æquo (si medium tamen conum, licet modicum, appinxeris) caput ambientem, mihi potiori jure sonat; quemque ὁλομάργαρον hic auctor vocat, Theophanes prius καμηλαύκιον διάλιθον dixit, Totilæque Gothorum regi detractum a Narsete Cpolim ad Justinianum **221** missum in ejus Vita narravit. Eaque, qua descripsi, figura σκιάδιον ὁλομάργαρον Gregoræ et Chalcondyli nonnulli editi codices demonstrant: eademque, si gemmarum grandine conspergerentur, usitatum sibi καμηλαύκιον Græci recentiores repræsentarent, et cum Suida σκιάδιον ὅπερ ἡμεῖς καμηλαύκιον λέγομεν indubitanter asseverarent. Forsan igitur, ut Totilæ καμηλαύκιον διάλιθον in caput recepit Justinianus, ita ab eo proprium sibi fecere posteri Græcorum principes σκιάδιον ὁλομάργαρον, quo imperatores ipsos nonnunquam redimitos in picturis et numismatibus conspicias. Et diadema non absimile a Constantino inventum in his Cedreni verbis adnotabis: Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον κοσμηθῆναι. GOAR.]

Aer sciadii seu pilei est umbo, *der sturm*. Junius ubique vertit *replum*. Aliam insuper notionem habet ὁ ἀήρ, significat enim velum seu tegumentum, quo sancta teguntur. Liturgia S. Chrysostomi: Ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὠμῳ τοῦ διακόνου. Εἶτα ἀποτίθησι τὰ καλύμματα ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ἁγίου δίσκου καὶ τοῦ ἁγίου ποτηρίου, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τῶν ὤμων τοῦ διακόνου καὶ θυμιάσας αὐτὸν ἐπισκεπάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια. GRETS.

Ibid. [Aerem hic verberant et ventos sequuntur cum Meursio, qui ἀέρα *sudarium liturgicum*, *pilei umbonem* vel *replum* interpretantur. Sensum assequetur qui doctissimi Allatii mentem sequetur, et ex eo, mihi rescribit ille, quod despotæ nomen exaratum gerit, ἀέρα σκιαδίου *cingulum*, *zonam* seu *vittam* frontem proxime ambientem, referre conjiciet. Rationem, si arrisura sit incertus, proferam. Aer liturgicus, si Germanum patriarcham docentem audias, velum majus est sacris donis in altari superpositus, ejusque alis et ambitu, ceu aere vel æthere orbis inferior, illa circumquaque teguntur; parique ratione *pilei aer* cingulum est ei circumpositum, gestantis caput coronaturum ejusque nomen per universi fines circumquaque spar-

Digitized by Google

surum ; quamvis eadem voce *replum* illud in despotæ pileo anterius prominens, prout iconibus concilii Florentini acta nonnulla repræsentantibus ac per hocce opus (ed. Lupar.) sparsis ex antiquis exemplaribus pingitur, addubitem significari. GOAR.]

P. 13 Χρυσοχλαβαρικόν. Junius et hic et alibi sæpius edit χρυσοχλαδάρικα, et *aureas virgulas* interpretatur. Sed lectio nostra recta est ; nam *chrysoclavaricum* idem est quod *chrysoclavus* seu chrysoclavatæ, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus toties usurpata ; vel si mere Latinam dictionem velis, *auriclavus* seu *auriclavatus*. Erant *clavi aurei* in vestibus segmenta quædam in formam clavorum efficta, ornatus gratia vestibus adjecta. GRETS.

Ibid. [Sit idem licet χρυσοχλαβαρικόν quod *chrysoclavus* vel *chrysoclavatus*, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus multoties usurpata : cum alia tamen mere Latina dictione *auriclavus* seu *auriclavatus*, sono quamvis vicina, nullam in sensus proprietate societatem init. Erant enim *clavi aurei* in vestibus segmenta quædam in formam *clavorum* efficta, ornatus gratia vestibus adjecta : χρυσοχλαβαρικόν vero non *clavatum* modo sed varium, et quodcunque opus est filis aureis phrygionis arte in subjecto serico vel panno ductis depictum ; unde phrygionem χρυσοχλαβαριστήν, vel cum Theophane χρυσοχλαβάριον (ἀνήφθη, inquit, μέρος τοῦ ἐργαστηρίου τῶν χρυσοχλαβαρίων, *phrygionum officinæ pars combusta est*) neotericæ Græcia vocat. Correctius tamen cum Regiis **222** aliisque nonnullis exemplaribus χρυσοχλαβαριστήν diceret, ob χρυσοχλάδους sive χρυσοχλαβαρικάς, quibus auro ludit figuras, quæ ἱματίῳ receptæ φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον, *foliis et ramunculis varium reddunt et distinctum*. Ῥίζας ob implexa ac acu ludente variis tramitibus ducta ramalia scribet numerus sequens tertius. Quot enim *ramis aureis*, qua rectis qua contortis, hic discriminatis et divisis, ibi simul collectis, nunc enascentibus, alibi truncatis vel jucunde desinentibus, pingit ac variat materiam ? Hic autem non *clavos*, sed characteres aureos, gerentis nomen exprimentes, in ima pilei ora, si lubet, adnotabis exaratos. GOAR.]

Ibid. Συρματένιον fimbriatum, a syrmate ; quo nomine intelligo utrinque dependentia ex sciadio seu pileo quasi reticula seu funiculos ; quos, si lubet, oculis inspicere poteris in tribus imaginibus imperatorum, quæ visuntur initio Nicephori Gregoræ ex editione Basileensi 1562. Non absimilis est effigies, quam nobis Turco-Græcia repræsentat. Χρυσοχλαβαρικόν, συρματένιον, ut non referantur cum Junio ad voculam ὀνόματα, sed ad ipsum sciadion. GRETS.

Ibid. [Σύρμα nil minus quam *pilei reticula* seu *funiculos* refert, ut ab eo pileus ipse noscatur *fimbriatus* : rectius cum Græcia hodierna interpretaberis *aurum ductile*, *aurum*, inquam, *in fila solida tractum*, *or trait*, *fil d'or*. Solidum dixi, hoc est nondum molis tusum, exindeque serico filo superinductum. Συρματένιον itaque opus est auro in fila solida ducto compositum vel pictum, quale despotæ nomen in ejus pileo phrygionica manu delineatur. GOAR.]

Ibid. Τασεῖα. Ita legit Junius, et *apicem* interpretatur, quo nomine intelligit *superiorem sciadi partem, in conum assurgentem fastigiatam* ; deducitque vocalem ταση̃α, παρὰ τὸ τείνειν, *a tendendo*. In altero codice Bavarico legitur disjunctim τὰ σεῖα, in neutro genere : et ita legendum puto 1. quia subditur in neutro genere τὰ σεῖα οἷα καὶ τὰ βασιλικά : et infra : Ὁ ἀὴρ καὶ τὰ σεῖα, οἷα καὶ τὰ τοῦ δεσπότου. Signum ergo est et id quod antecedit, nempe τὰ σεῖα, neutrius generis esse. 2. Quia τὰ σεῖα Junii a τείνω pro extensione genere feminino prorsus ignota et inusitata est. Quid sit τάσις, omnes norunt : quid ταση̃α, per Junium nemo novit ; tametsi ingenue fateor me compertum non habere quid τὰ σεῖα significent. Quocirca in versione Græcam dictionem retinui, donec viri docti vel veram significantiam eruant vel Codino veram lectionem restituant. GRETS.

Ibid. [Promerebor mihi Gretserum Allatii comes, et veram τῶν σείων significantiam eruam. Σεῖα sunt longi unius fere palmi margaritarum tractus, circa despotæ aures e pileo penduli. Sic lora e pontificum mitris, funes reticulati e cardinalium pileis, inaures ipsæ ex auribus pendentes σεῖα, sunt, *mobilia*, *tremula pendulaque ornamenta*, ἀπὸ τοῦ σείειν. Eadem in patriarchæ pileo Turcograecia nuncupat καμηλαυκόλαβα, *pilei manubria vel ansas*. GOAR.]

Ib. Κόμβος est *nodus*. Compositum ἐπικόμβια, de quo infra, sunt segmenta panni, quibus involvi solent nummi aurei, argentei,ærei, quæ etiam κόμβια appellantur. Hinc κομβολύτης, βαλαντιοτόμος. Usurpatur quoque κόμπος pro κόμβος. Quamvis κόμπος interdum idem est quod *commodus*. Mauricius apud Rigaltium : Καλὸν δέ ἐστι **223** τέντας κατὰ τὸ σχῆμα τῶν Ἀβάρων ἢ Τούρκων γενέσθαι, ὅτι καὶ κομπαὶ καὶ χρειώδεις εἰσίν. GRETS.

Ibid. [Τοῦ κόμβου. Non quemlibet *nodum*, vel eum solum, vox κόμβος menti objicit. Hic vero solius imperatoriæ coronæ gemmeum *apicem* vel eminentem in ea *globulum*, quo despotæ pileus non insignitur, refert. GOAR.]

Ibid. Illud πλὴν τῶν φοινίκων seu φοινικίων vertit Junius *exceptis tæniis*, et in scholiis explicans quid sint tæniæ, ait esse *vittas oblongas*, *quibus tanquam loris partes apicis commissæ et suturæ obtectæ sunt*. Ego et hic et infra malo *palmulis*. Apud Capitolinum in Gordianis est *palmata tunica et toga picta*. GRETS.

Ibid. [Fructus, non folia *palmarum*, in hac dictione legendi. Dactylos hodierna Græcia vocat φοινίκια : illi vero in uvæ morem, granis tamen longius dissitis ac magis pendulis, e trunci vertice, qua rami nascuntur, pendent. Ab arboris ad imperato-

Digitized by Google

ris verticem translatis oculis sertum gemmeum, cassidi vel ejus stemmati eminens, vel ad dextram aurem volitantis instar plumæ affixum, φοίνικας vel φοινίκια vocitabis, quasi gemmeos capitis vel coronæ botros. Ita scribit Georgius Coresius : id testantur antiqua Græcorum imperatorum numismata. GOAR.]

Ibid. Ῥοῦχον τοῦ δεσπότου sive ῥουχίον est ipsissima Germanorum vocula *rock*. Nicetas in Andronico l. II : Φοροῦντα ῥοῦχον σχιστὸν μέχρι καὶ τῶν γονάτων. Helgaldus in vita regis Roberti: *Exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur rocus.* Hinc etiam *rochetum* vox sæpius obvia in libris ritualibus, præsertim Romanis. Inde etiam ῥουχαρίον *vestiarium*, vox nostro quoque Codino usurpata. GRETS.

Ibid. [Despotæ ῥοῦχον hujusmodi sive ἱμάτιον, si imperatorio non absimilis est formæ, σάκκος in secuturis dicetur, tunica nimirum e villoso serico nullis plicis conspicua, sed circa pectus et lumbos strictior, paulo latior circa pedes, totum corpus ambiens. Ut illam, clade in bello accepta, tristis a se abjecerit Joannes despota Michaelis Palæologi frater, narrat Gregoras v ult. GOAR.]

Ib. Ῥίζας et στρατηλατίκια, interpretatur Junius *lacinias* et *lemniscos militares*. GRETS.

Ibid. [Regiam Sandionysiaci abbatiam eo fine profectus ut Manuelis imperatoris Helenes imperatricis, Joannis imperii collegæ, Theodori despotæ, Andronici αὐθεντοπούλου Palæologorum eo ms S. Dionysii operum, quod Manuel prædictus coætaneo sibi Christianissimo Francorum regi donavit, expressas ad vivum effigies, vultus, stemmata, gestus, vestes, vestium colores, formam, ornamenta conspicerem attentius et observarem, perspecta coccina despotæ tunica ligataque ad collum ejusdem coloris chlamyde, cujus dextra pars in dextrum humerum revolvitur, in tunica (ea talaris est ad sacci modum) ramos aureos animadverti depictos, chlamydemque Phrygio aureoque opere respersam totam, per spatia quædam in orbem relicta biciptibus aquilis auro pariter expressis in ea fulgentibus. An aurea ramalia *radicum* instar per vestem, nullis tamen aquilis ornatam, serpentia ῥίζας, aquilas vero primæva Romanorum *signa militaria* στρατηλατίκια vocarem, dubius primum hæsi. Sensu mentisque dubietate æque docto ac mihi benevolo Cyrillo Campanæ Chiensi detecta, dubium ille probabo sensu depulit. Tu, lector, eruditi **224** Græcique viri auctoritate laudata, lacinias lemniscosque militares antiquis Romanis relinques, et in recentiore Græcarum vestium usu non nisi quod oculus cernit et ratio suadet adnotabis. GOAR.]

Ibid. Ταμπάριον pro ταππάριον sive ταββάριον, ut μαμπάριον, μαππάριον, ὀμφίκιον, ὀφφίκιον, Italicum *tabarro*, *penula*, *chlamys*. GRETS.

[*Ταμπάριον*, *chlamys imperatoria* ad pedes defluens, militaris nonnunquam et brevior. Nicetas in Manuele Comneno, l. IV: Τῇ μὲν χλαμύδι τοῦ σώματος περιεῖλησε τὸν λύγον. Cujus alia lectio inter varias scribit τῷ μὲν ταμπαρίῳ τοῦ σώματος περιείλησε τὸν λύγον. Ut gereretur vel corpus ambiret, hæc alia scriptoris ejusdem verba declarant l. III : Χλαμύδα ᾐσθημένος ἀστειοτέραν περὶ τὸν δεξιὸν ὦμον περονουμένην, καὶ ἀφιεῖσαν ἐλευθέραν τὴν χεῖρα κατὰ τὸ πόρπημα. Ubi vero ταμπαρίου vice ταππάριον vel ταββάριον legendum putat Meursius nullo auctore, nugatur. GOAR.]

Junius in Codino confundit *margaritas* cum *margellis*, et id quod ex margellis constat, cum illo quod constat ex margaritis, cum tamen haud exiguo discrimine distent. Nam margella significat 1) corallium lapidem, 2) florem seu herbam anagallidem quæ rubore corallium mentitur, Gallice *morgelline* seu *morgellina*, quasi morsus gallinæ. Ægineta κοραλλίαν appellat. 3) Id quod florem et lapidem corallium imitatur. 4) Omnis generis pretiosa et discoloria assumenta vestibus superaddi solita. Μαργέλλιον sæpe idem significat quod *margella*. Aliquando margellium est fimbria seu limbus ex margella seu corallio. Moschopulus: Λῶμα τὸ ἀπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον καὶ οἱονεὶ ὁρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον.λωμάτιον, *parvula fimbria*, *parvus limbus seu limbulus*. Porro a λῶμα τὸ λωμάτιον natum videtur Germanicum *som*, *saum*, *fimbria*, λ in S mutato. Balsamon ad 27 canonem Trullanum: Ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσοῦφαντα ἐπιβλήματα τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια. *Grammata et antipana*, quasi panni pannis oppositi, et *purpurea vestimenta*. Puto legendum γάμματα pro γράμματα : nam *vestes gammatæ* notæ sunt apud Græcos, et in Balsamonis meleta de patriarcharum privilegiis habes στιχάριον διὰ γαμμάτων. Idem Balsamon ad canonem 16 concilii septimi, quod est secundum Nicænum, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων ἤγουν μαργέλλια. Ubi doctissimus vir Gentianus Hervetus ad marginem notat : Μαργέλια (sic enim scribit) *puto dictum esse a Græcis, corrupta dictione*, quasi *marginalia*. Cui conjecturæ quid verisimilitudinem conciliet, nihil video præter nominum quamdam similitudinem ; et quia in margellis et margelliis versamur, Cedreni locum in Michaele Stratiotico imperatore ascribamus et explicemus. Τό τε γὰρ λεγόμενον στρατήγιον ἀνακαθαίρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι, μὴ διὰ γραμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μαργελλογράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου πορφυρᾶς ἐξυφασμένων. *Jussit* (idem Stratioticus) *expurgari strategium*, etc., *et capita civium tegi* **225** non *litteratis pileis*, *ut nunc moris est*, *sed margella fimbriatis linteis ex bysso purpurea textis*. Quem locum interpres Cedreni se non capere ingenue confitetur, et sane difficilis est ; quem planiorem reddit illa Meursii emendatio, μαργελλογράμμων pro μεγαλογράμμων. Ego libenter pro διὰ γραμμάτων legerem διὰ γαμμάτων : nam ut vestes olim

Digitized by Google

gammatæ, sic et tegumenta capitis *gammata* fuisse videntur. Fateor tamen et hic et alibi forsan retineri posse γράμματα pro γάμματα, cum etiam aliæ litteræ, præsertim Δ, vestibus assui solerent, ut p'anum fit ex imperatorum tribus imaginibus, quæ Nicephoro Gregoræ præponuntur. GRETS.

P. 13. [A *margine*, dictione Latina, μαργέλλιον derivant Græci, nec corallii pretium vel margellinæ venustatem attendunt (prout Meursius, et qui eum exscribunt, comminiscuntur), ut ea voce vestis *limbum* et *assumentum* quodcunque discolor vel auro textum, panno superadditum, exprimant. Id ipsæmet a Gretsero post Meursium exscriptæ auctoritates evincunt.] GOAR.

Ibid. Κάλτζαι, *caligæ*, ex Latino *calceus* magis quam *caliga*. Et sumitur hic non pro *calceis*, sed pro *braccis*: nam calcei jam sequuntur. Caligæ tamen nomen etiam calceum militarem significat. Hinc βουλὴ καλίγων, *senatus caligarum* seu caligatus, apud Dionem, l. XLVIII, scomma in senatum, quod caligis sive calceis militaribus uteretur. Sic *caliga* sumitur ab interprete nostro Act. XII: *Calcea te caligas tuas*. Græce ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, *subliga sandalia tua*. GRETS.

Ibid. [Nusquam *calceus* Latinus, vix *caliga* item Latina, imo certissime Italorum *calze* vocem κάλτζαι Græcis dedere. Nec *braccas* itaque, minus *calceos*, sed vel *caligas* ad suram usque ascendentes vel integras ocreas significat. Usus loquendi recentior sensum allatum probat, confirmantque in vulgaribus lexicis Hieronymus Germanus et Simon Portius, qui licet κάρτζαι communiori pronuntiationi calamum exæquantes scribant (substituunt enim hodierni ρ vice λ, et ἦρθεν, non ἦλθεν, ἁρμυρόν, non ἁλμυρόν proferunt), usui tamen et sensui reddita, hic Latina voce *tibialia*, ille Italica *calze*, *calcette*, suis calculis attestantur. GOAR.]

Ib. Διβολέα. Vocabulum hoc aliquoties apud Codinum legitur. Διβολέος idem quod διπλοῦς. Pro quo veteres δίβολος, ut δίβολος χλαῖνα. Junius, διβολέα ὑποδήματα, *bilices calcei*, et διβολέος, *bilix*, id est *ornatus bicolore licio*. Sed tu dic διβολέος, seu διβολέα, quoties apud Codinum occurrit, nihil aliud esse quam *bicolor* seu *duplicis coloris*. GRETS.

Ibid. [Διβολέα quoties occurret apud Codinum, non uno modo intellige, sed *bicolorem* vestem, v. g. cujus pars media coloris unius, alterius est altera, qualem plerumque scabini urbium gerunt in Galliis; vel cujus pannus exterior hujus, subductus alterius est coloris; vel quæ demum in versicolores tænias est secta, et ex eis fasciata et contexta, pro Helvetiorum more. GOAR.]

Ibid. Χρώματος ὀξέος, id est, *rubentissimi*, inquit Junius: ὀξύ enim vim intendendi habet. Hinc in codice est oxyblatta, *purpura exquisitioris luminis*.

226 [*Ibid.* Num cæcutiunt Junius et sequaces, qui discrimen inter colores ponere nequeant? Alius est enim purpureus vel ut commentarium scribit *rubentissimus* color, alius *violaceus*. Ad baphiorum tribunal causam refero. Illi si vulgari Græcorum lingua sententiam enuntient, primum κόκκινον, secundum ὀξύ sancient vocandum; suffragabunturque Hieronymus Germanus et Simon Portius in lexicis Græcobarbaris. Decipit itaque Junii testimonium a Gretsero probatum, ubi ait: Τὸ ὀξύ *vim intendendi habet*. GOAR.]

Ib. Μουζάκιον est *mosaicum*, *musivum opus*: erant ergo calcei isti picti quasi de musivo, quia punctulis versicoloribus interstincti erant. Recentiores Græci μουσιοῦν καὶ διὰ μουσίων καλλωπίζειν dicunt. Et ut hic habes ὑποδήματα μουζάκια, sic apud Trebellium Pollionem in Tetr. Jun. est *corona picturata de museo*. GRETS.

Ibid. Mirus tessellator Meursius, qui musivo opere calceos affabre compositos vendit. At non compositos, inquiet alius, sed pictos quasi *de musivo*, ceu punctulis versicoloribus interstinctos. Rectius omnino fictos dixisset. Quid igitur ὑποδήματα μουζάκια? Genus Saracenici calceamenti, cujus usus a Græcis peregrinos mores facile imitantibus erat jam Codini tempore in curiam CP. invectus, crepidisque tibialium more ceu levior ac mollior cothurnus solet immitti. GOAR.

Ib. *Πτερνιστηρίων*. Forte legendum πτερνιστήρων, a recto πτερνιστήρ. GRETS.

[Πτερνιστηρίων retinenda lectio, nec πτερνιστήρων substituenda: gaudent enim Græci neutris hujusmodi a masculinis derivatis. Sic dicunt φοινικες et φοινίκια, χεῖρες et χέρια, πόδες et πόδια, etc. GOAR.]

Ib. Sella equi sive ephippium (v. Meursium. GOAR.); ἱδρομάχιον, et tegmen sudori cavendo et ab equis arcendo. GRETS.

P. 14. [Cur Meursius stragulam ephippio substratam ad prohibendum equi sudorem τὸ ἱδρομάχιον exponat, non video: qui namque depictæ in ea effulsissent aquilæ? Clarius certe nitent in aliis e sella pendentibus ornamentis, quæ propius exsudantem equum attingunt et ejus extergunt sudorem. GOAR.]

Margellium hic est segmentum diversi coloris, sellæ ante et retro insertum. Errat Junius, cum verba ista καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη sejungit a proxime antecedentibus; itaque vertit, vel potius pervertit, *ad quatuor vero latera sagmatis sudatorii habens etiam textum e margaritis ante et pone*, etc. GRETS.

Ibid. Κοπριτόριον vox mere Latina, *coopertorium*. Plinius *cooperculum* dixit. Errat Junius, qui κοπριτούριον edidit vertitque *postilenam*. *Viri docti*, inquit Glossarium, *putarunt* κοπριτούριον *esse Græcam vocem*, παρὰ τῆς κόπρου καὶ οὐρᾶς, *sed analogia repugnat: tunc enim* κοπριούριον *foret. Itaque non est quod fimocaudium interpretentur et postilenam esse dicant*. Hæc spicula in Junium directe directa sunt, a professore Leidensi in professorem olim Leidensem. GRETS.

[Meursius *coovertorium*, et ex Plinio *cooperculum*

Digitized by Google

Latine reddidit. Latine magis simul ac Græce dixisset *ephippiarium stragulum*.

Ibid. [*Σκάλαι.* Duobus a Meursio vocis σκάλας notatis sensibus, *scalæ* nimirum et *navalis*, tertius *stapedis* tum ex præsenti tum ex alio **227** Leonis Grammatici loco addendus : Τοῦ ποδὸς κρατηθέντος ἐν τῇ σκάλᾳ θροηθεὶς ὁ ἵππος. GOAR.]

Ibid. Κεφαλαρέα sive κεφάλαρον freni pars, quæ auribus circumdatur, quæ *aurea* dicebatur veteribus Latinis, teste Festo, ab aure utique, non ab auro, sicut pars inferior freni dicitur *orea* ab ore. GRETS.

Ibid. [Meursius : *Freni pars quæ auribus circumdatur.* Clarius ego : *frontale* vel *capistrum*. Pari verbo scripsit prius Nicetas in Manuele, l. v, Προμετωπίδιον. Αλλ' ἦν ὁρᾷν, inquit ille, τῶν ἵππων αὐτῶν διαδήματα μασχαλιστῆρας προφαινόντων, καὶ προκειμένων προμετωπίδια καὶ προστερνίδια τῶν βλημάτων ἐρύματα. Alia loci ejusdem vulgaris lectio: Τὰ ἄλογα αὐτῶν ἁρματωμένα μετὰ κεφαλαρέων καὶ σαγισμάτων ὡρικαινῶν. In eamdem mentem usurpaverat Simocatta κεφάλαρον : Κοσμεῖται μὲν ἵππος κεφαλάροις τε καὶ θώρηξι. GOAR.]

Ib. Ἀπῴρηται φοροῦντα. Mendum manifestum. Sed quomodo emendandum? Num legendum φοῦτα? Ita aliquando suspicabar, præsertim cum infra, ubi de pileo et insignibus magni interpretis agitur, Junius ediderit φοῦταν ἐρυθράν : *In summitate habet exiguam pupam rubram.* In indice interpretatur Junius *puellam.* Quæ lectio etiam applicanda videtur illi loco c. 5 : Μετὰ τῶν φορούντων. Junius *cum equis agminalibus*, et in indice τὰ φοροῦντα *equi agminales.* At quid si et hic φουτῶν? *Cum ornamentis et phaleris?* Accedit Glossarium Isidori, cui ornamenta camelorum et phaleræ sunt *buda*, exiguo sane a vocabulo *phuta* discrimine. Sed legendum et hic et alibi τοῦφα (idem τὰ τούφια seu τουφία). Est autem τοῦφα *parvulum flammulum.* Mauricius Strateg. II, 2 : Κασσίδας ἐχούσας τουφία μικρά. Idem: Μικρὰ τουφία κατὰ τῶν ὀπισθελίνων καὶ ἀντελίνων τῶν ἵππων. Idem : Τουφία εἰς τὰς ὀπισθελίνας τέσσαρα. Eadem ferme Leo imperator Constitut. VI, ubi præterea requirit κορυφάδην τοῦ ἵππου τουφίν (sic enim legendum esse patet ex Mauricio apud Rigaltium v. τούφια) *in vertice equi flammulam*, alteram ὑπογένειον, *sub mento.* Ex his facile erit vertere et explicare loca Codini : nam is quem præ manibus habemus, sic reddi debet, *In fronte ad aureum freni pendet tupha seu flammula.* Et ille alter, pro φορούντων, μετὰ τῶν τουφῶν, *cum flammulis et aliis ornamentis equestribus.* Valeat Junius cum suis *equis agminalibus.* Tertio loco similiter medicinam facies, si substituas μικρὰν τοῦφαν ἐρυθράν, *exiguam tuphan* seu *parvulam flammulam purpuream*, Juniumque cum sua *parva pupa* et *puella* facessere jubeas.

Sollicitat Rigaltius alium locum Curopalatæ nostri, c. 17, ubi bis τούδια editur et legitur. Mallet ipse τούφια. Reclamat Glossarium, *Male*, inquiens, τουφία et τουφίων *hoc loco restituere tentant viri docti*, id est Rigaltius; in quo judicio Glossarii libenter acquiesco. GRETS.

Ib. [Τοῦφα alia hominis, alia equi. Illa *tiara* est et capitis velamen, hæc *apex*, *serica panicula*, *crista plumatilis vel gemmea.* De prima Zonaras in Basilio Porphyrogenito : Τιάρᾳ ταινιωθεὶς ὁρθίᾳ, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος, τῦφον, οἶμαι, ὠνομασμένην **228** ὡς τετυφῶσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτην ἀναδουμένους. Leo Grammaticus : Ἔπεσεν ἡ χρυσῆ τοῦφα Ἰουστινιανοῦ τοῦ λεγομένου Αὐγουστίως. De secunda Rigaltius : Τουφίον λόφος. Simon Portius : Ἀθήλη κολοφῶν, φοῦντα, *panicula*, *apex.* Idem vero sensu tenes, sive τοῦφαν sive φοῦνταν vel φοῦταν dicas; cujus testes sunt variæ lectiones, tum nostræ eo quem tractamus loco, tum Junianæ a Gretsero citatæ. GOAR.]

Ibid. Μετὰ φοινίκων, *cum ramis palmæ*, inquit Junius, hoc est, segmenta inspersa habebat efformata instar ramorum palmæ. GRETS.

Ib. [*Κόμπωσιν nodum gemmeum* concipe, gemmam nempe luculentiorem, qua velut e trunco, *panniculæ* φοινικίων rami prodeunt. Κόμβος sive κόμπος *nodum* vel *globulum* sonat, κομπόνω *globulos committo* velut in fibulas. Κομπολόγι *globulorum series* est, *precaria corona.* Κόμπωσις *globuli commissura.* GOAR]

Ib. Τέντα seu τένδα a Latino *tentorium* est, et hoc a *tendo.* Vox in Tacticis Leonis frequens. Etsi autem certum est τένταν esse alicubi *tentorium*, an tamen hic sit, anceps sententiæ hæreo. Quid enim hoc loco *tentorium*, ubi de pileis, vestitu et ornatu equestri officialium palatinorum agitur? Ego admodum inclino ut per τένταν seu τένδαν intelligatur id quod Germani vocant *den sattelbogen* a tenendo; quia eques partem illam prominentiorem ephippii manibus tenere solet. Si quis tamen in tentorio persistere velit, cum eo absit ut pugnem. Junius vertit *tholum.* GRETS.

[*Τέντα tentorium* est indubie; nec modo vestes et pileum, sed et cuncta despotæ insignia connexaque dignitati symbola textus enarrat. Nicetas in Manuele, l. VIII : Σκηνὴν ἐγκαρσίως διατέμνει. Alia lectio, σχίζει τὴν τένταν ἐγκαρσίως. Idem in Joanne Comneno : Τὰς τέντας αὐτῶν ἐκεῖ ἔστησαν. Ab hisdiversa Rigaltius. GOAR.]

Ibid. Ἀετόπουλα, id est ἀετοί. *Græcorum recentiorum est terminatio* πουλος et πουλον et πωλος, *nihil præterea significans*, inquit Junius : *sic ex nomine* ἄρχων *fit* ἀρχοντόπουλος, *ex nomine* παῖς παιδόπουλος, *ex* αὐθέντης αὐθεντόπουλος, *ex* Τοῦρκος Τουρκόπουλος, *ex Francus Francopulus*, etc. Etsi autem verum sit terminationem istam plerumque nihil significationi addere, interdum tamen videtur habere vim minuendi, ut in ἀρχοντόπουλον, quando puerum seu ephebum honorarium significat; qua notione sæpe occurrit apud Codinum (c. 6) : non enim tunc significat *principem* seu *virum primarium*, ut simplex vocabulum ἄρχων, sed puerum, et quidem

Digitized by Google

ὁσκιπῆ, qui sine ullo pileo vel capitis tegumento in palatio versatur. Apud nonnullos Germanos *Peter* (*Petrus*) est *Petermann*; ubi adjectio illa *mann* nihil penitus ad significationem adjicit, quia idem prorsus est quod *Peter*. Forte autem legendum ἀετοπούλων γέμουσα ἐρυθρῶν. Grets.

Ibid. [Vocis πῶλος adminiculo nonnullis diminutivis formandis utuntur hodierni, in locum ω substituta ου diphthongo, ut nuper in voce πτερνιστόλουρον vice πτερνιστόλωρον animadvertere fas fuit. Sic κομητόπουλον Cedrenus, ὡρολογόπουλον doctissimus Allatius, ἀρχοντόπουλον in sequentibus Codinus scripsere, *ut filios comitis, exiguum et compendiosum diurnale, puerum nobilem* exprimerent.

Ibid. Ἐπὶ κεφαλῆς ἔτι νέος ὤν. Vide capitis sequentis notam primam. Goar]

229 *Ibid.* Καβαλλικεύη, vox a Latino *caballus* ficta, frequens in hoc opere. Additur explicatio, ἥως ἱππεύη, quales barbararum dictionum explicationes multæ occurrunt in Codino; ut paulo ante κάμπος ἤγουν πεδίον. Nec scio num sint ab auctore an a librariis. Ἥως recentioris Græciæ flosculus est, pro ἤ. Primis verbis hujus numeri forte aptior scriptura esset: Πεζεύει ὁ δεσπότης, ἐν ᾧ ἀνατόπῳ προστάξει τοῦτο ὁ βασιλεύς. Grets.

Ib. Σκαράνικον. Junius *pallam* vertit vel *laxam et fluentem togam*; ejusque vocabuli natalia ab Assyriis repetit. Ego nomen Græcum retinendum censeo, tam hic quam alibi, tam in his quam in aliis id genus vocabulis, quando nullum Latinum suppetit quod vim satis exprimat. Forte *scaranicum* est a *Sarra*, hoc est Tyro. Sidonius, VIII, 6: *Sarranis ebria fucis*. Ubi Savaro: *Sarranis*, id est Tyriis: Tyrus enim insula prius *Sarra* dicta. Servius et Festi Epitomastes. Unde *Sarranum ostrum* Virgilio. Sed en fulmen a Glossario Græcob. *Apud Codinum male semper* σκαράνικον *legitur: restitue ubique* σκαράμαγκον. Obtemperarem, nisi consensus mss. codicum me retraheret: nam neque Junius in suis neque ego in Bavaricis et Lautheriano hoc σκαράμαγκον reperimus. Uterque Bavaricus præfert quidem σκαράνιον, facili lapsu librarii κ omittentis: sed quid σκαράνιον ad σκαράμαγκον? Grets.

[*Σκαράνικον.* Cum de illo frequentior occurret sermo, commodius infra declarabitur. Vide interim quartam ab hac notam, cui titulus καββάδιον.

Ibid. [*Χρυσοχοϊκόν.* Sensum percipe: nec illitum modo, sed et auro solido conflatis monilibus asseres circumfusum et distinctum despotæ σκαράνικον: λιθάρια namque, qui non uniones, sed lapilli sunt pretiosi, nonnisi opere solide concreto, cujus χρυσοχόος est auctor, includi possunt et detineri, ac demum externæ vesti, qualis σκαράνικον est, per varia spatia respergi et consui. Sandionysiacus codex palmarem limbum gemmis et lapillis, ut appareat, varium ejus vesti appingit.

Ibid. [*Λιθάρια.* Vide degenerantes in barbariem voces has, λιθάρια, μαργαριτάρια, et, de quibus nuper, χαλινάρια. Paucæ sunt ex immenso, quem tumet recenseas, numero. Goar.]

Ib. Καββάδιον. Scribitur etiam καββάδης, καββαδίκιον, καββάδιν. Junius interpretatur *tunicam honoratam et puram*. Sed Græcum retineamus. Glossarium, v. κάμβα, dicit καββάδιον esse diminutivum a κάμβα vel κάββα: utrumque enim Græcis usurpari, sicut μαμπάριον, et μαππάριον, ταμπάριον, et ταππάριον. Forte tandem exsistet qui a *Cabbade* rege Persarum originem τοῦ καββαδίου petat, cum *scaranicum cabbadium* et *phaceolium* ab Assyriis ad Græcos venerint, ut infra ex Codino discemus c. 6; probabile est formari καββάδιον a Latino *cappa*. Infra quid sit καββάδιον explicatur addita hac exegesi καββάδιον ἥως τὸ ἐπάνω ἔνδυμα πάντων. Grets.

[Occurret nonnunquam uno β minutum, καβάδιον, vel etiam extrema syllaba pro corrupto loquendi usu truncatum, καβάδι. Quid sit exponit Portius in Lexico: καβάδι τήβεννα, τήβεννος, σάγος. Duplicem in familiari sermone observavi tunicam, interiorem et externam. **230** Illa brevior est et suras lambit, sinibus caret et plicis, globis sua mole conspicuis colligatur ad imum usque pectus, corpus astringit, et zona præcingitur, sub qua crurum motus limbos oris interioribus assutos et subductos manifestat. Hæc (quæ σκαράνικον est) longior ad talos defluit, aperta geritur et cingulo libera, sinuosa non est, priore licet amplior; unde et latioribus rectisque manicis, si expandatur, crucis formam exhibet: qua de causa sacerdotum tunicam, seu senatoriam et procerum propriam, laudat Simeon Thessalonicæ episcopus lib. De Sacram.: Σταυροῦ δὲ τύπον ἐπέχει τῷ μήκει καὶ τοῖς μανικίοις. Ταῦτα οὖν τὰ ἱμάτια κοινὰ πᾶσι, καὶ, ὡς φασὶν, ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς, εἰς τιμὴν ἱερωσύνης, ὅτι καὶ συγκλητικοὶ ταῦτα ἐνδύονται. Primam quæ milites decet laudat Tzetzes Chiliad. 2: Ἔσθημα ἐνυάλιον, στρατιωτῶν τὸ εἶμα, Ὅπερ καββάδη; λέγεται ἀπὸ Καβάδου Πέρσου. Verum in *cabadem* hunc Romanum sagum degenerasse autumo. Ab Assyriis ad curiam CP. transisse scribet auctor inferius c. 6 ad calcem; quod de externo, ceu a Romanis usibus alieno, dictum lubens amplector: a *cappa* vero (quod alii commiscuntur), barbara Latinorum voce nuncupatum, a forma siquidem abhorret, ne risum moveat, nullus affirmet. Goar.]

Καββάδιον despotæ est ὀξύ. Ut intelligas quid sit color ὀξύς, audi quid Casaubonus ex Turnebo scribat ad illud Trebellii Pollionis: *Chlamydes veri luminis limbatas duas*. Lumen non est coloris nomen, sed affectus, qui sequitur colores intensiores. Purpuram veri luminis appellat *clarum* Lampridius in Diadumeno, in Alexandro Severo *clarissimam*. Vopiscus in Carino lumen purpuræ eleganti verbo expressit, cum *lineas micantes purpura* dixit. Græci qui purius locuti sunt, veri luminis colores dicunt ὀξεῖς, posterior ætas ἀληθινούς, unde obtinuit ut ἀληθινά appellarentur omnia purpurea propter præstantiam sacri muricis. Apud Balsamonem

Digitized by Google

in Photianum Nomocanonem habes ἀληθινὰ ὑποδήματα, *calceamenta purpurea et veri luminis*, de quibus etiam Corippus laud. Justini II, 104. Grets.

P. 14. [Iterum falso *veri luminis* sive *splendidissimi ruboris* fuco dictio ὀξύς inficitur. Itane unus duarum dictionum, quas ἤ particula disjunctiva discriminat, colligitur sensus? qui pertinacius asseruerit, colores ipsos inspiciat. In ms. Tiliani limine imperatoris effigies rubrum ostentat vestimentum, in Sandionysiaco violaceum. Utrobique ejusdem est principis, Manuelis nimirum: violaceum itaque sicut et purpureum sibi assumitimperator. At despotæ, de quo sermo, et imperatoris communis est cabadis ornatus, τὸ ῥοῦχον αὐτοῦ ὥσπερ καὶ τὸ βατιλικόν: ita nuper auctor. Joannis colegæ præter hæc effigies, sicut et paterna Manuelis imperatoris, cui astat, violaceam vestem ostentat in laudato S. Dionysii ms. Ergo despotæ καββάδιον ὀξὺ ἢ ἐρυθρόν: *Cabades*, inquam, *violaceus aut purpureus*.

Ib. [*Τοῦ Καίσαρος ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ζητεῖται.* Reperitur ille Cæsaris habitus a Barda in publico solemnique processu ad ecclesiam die festo gestatus apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili F.: Βάρδα δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελεύσει διερχομένου μετὰ σκαραμαγγίου ὀξέος. Est vero σκαραμάγγιον tunica Persica auro intexta, eadem cum scaranico, de quo inferius auctor. Suggerit propterea Cæsari eidem Philotheus amicus: Αὔριον, ὦ δέσποτα, περιβαλοῦ τὸν χρυσοπερτικόν σου χιτωνίσκον, καὶ ὄφθητι τοῖς ἐχθροῖς σου. Ἀπὸ προσώπου σου φεύξονται. Τοῦ ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἵππῳ ἐπιβὰς παρεγένετο πρὸς τὴν κόρτην τοῦ βασιλέως μετὰ στολῆς λαμπρᾶς. Vocem κόρτη tentorium hic indicare demonstrabimus alibi.

231 *Ibid.* [*Γαμβρῶν.* Non *generos* modo, sed et *leviros* et *uxorum fratres*, qui et ἀνδράδελφοι et γυναικάδελφοι, Græci vocant γαμβρούς. Monitus semel sexcenta reperiet apud eorum historicos et jurisconsultos testimonia.

P. 15. [*Χρυσοκόκκινα.* Auro nimirum rubroque serico distincta, sive simul texta sive acu pingente addita. Goar.]

Ibid. Nota cruces in pileis generorum imperatoriorum, et quidem non ex qualicunque materia, sed ex margaritis confectas. Ut placet hic mos nostris stauromachis? Grets.

[Cruces quinque circiter gemmis conflatas, et ad circuli (qualis et Gallorum comitum) caput ambientis quatuor partes, frontem nimirum, utramque aurem et occiput, circumpositas.

Ib. [*Γύρους.* Tæniam intellige frontem circumcingentem, nuper circulum dictam, et oræ pilei junctam, sive illi penitus agglutinetur, sive ex parte superiori nonnihil dissideat; quam propterea Gregoras l. v, κατὰ τὴν κάτω καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν κυκλίσκον χρυσοειδέα vocat. Vide notam in sequens caput ad p. 19.

Ib. [*Ἠράνεαι.* Nec cæruleus nec viridis est ἠράνεος color, sed medius, qui subviridis et porri folio similis, prasinus et glaucus, *vert de mer*. Ita me usus et cum baphiariis Græcis colloquium edocuit. Hinc quia in utrumque declinat, scribit uno loco Simon Portius: *Glaucus* πράσινος, γλαυκός, in alio γερανιὸς (corrupta pronuntiatio est, ἠρᾴνεος vice) κυάνεος, γλαυκός: *cæsius*, *cyaneus*, *venetus color*. De glauco et cæsio colore ulvæ salicique persimili Antonius Thylesius Lazaro Baifio adjunctus; de veneto, quem Hispanice *verde de la mar* exponit, Calepinus.

Ib. [*Τιμήσας σεβαστοκράτορας.* De quo ipse Cantacuzenus, IV, 5.

Ib. [*Ἔχοντα ἀετοὺς συρματεῖρους.* Talem depingit Gregoras, IV, 1, in cujus κυανοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοῦφεῖς ἐνηρμόζοντο ἀετοί.

Ib. [*Εἰς ἀέρα κόκκινον.* Ita ut in plano seu scutulo rubeo aureæ depictæ forent aquilæ, quæ deinceps glaucis calceis assuerentur; et dictio ἀήρ idem hic indicet quod in superioribus κάμπος ἢ ὡς πεδίον, *panni* versicoloribus figuris insigniti *planities*, *le fond d'une broderie ou d'une estoffe à ramage*, a figura *in umbonem desinente* penitus distincta. Goar.]

Ib. Junius κῶνος, ego ὁμοίως ex duobus Bavaricis codicibus: quæ scriptura germana est.

Ib. *Χαρτάριον*, *χαρτίον scutulum quadratum*. Junius vertit *quadrarias tesseras*, aitque corruptum ex Italico et Gallico *quartiers*. Grets.

[Χαρτάρια *scutala* posse dici probo, *quadrata* jugiter infitior. Χαρτάριον enim *bractea* est, *lamina*, *scutulum* quacunque figura conformatum, alteri rei ornatus ergo superponendum. Goar.]

Chartæ plumbeæ apud Anastasium in Sergio et Gregorio III sunt tegulæ plumbeæ, quibus ædificia tecta. Itaque nihil ad χαρτάριον et χαρτίον nostrum facere videntur. Mox lego cum cod. Boico disjunctim μετὰ ῥαφήν. In altero est καταγραφήν. Forte hic etiam disjunctim κατὰ γραφήν scribendum erit, si forte cui magis placeat γραφή quam ῥαφή. Grets.

Ibid. [*Κατὰ ῥαφήν.* Lectio tot in exemplaribus inter se collatis reperta retinenda: suturis namque velut deformitatem secum ferentibus ornatus addi consuevit.

232 *Ibid.* [*Τετράστυλον.* Videtur esse augustius et ornatius aliquod fastigium, ad aliquam aulæ palatii partem quatuor columnis in sublime erectum, ad quod, qui equites aulam ex privilegio penetrare poterant, equis in terram se demittere regiæ majestatis colendæ gratia compellebantur. Goar.]

Ib. Lege πεζεύσει κἀκεῖσε κατ' ἀναλογίαν τοῦ τόπου τετραστύλου. Ambulat et illuc ob rationem propter quam ad Tetrastylum ambulat; nimirum ob honorem imperatoris, qui illic præsens est. Grets.

P. 16. [*Τοῦ κοπριτορίου καὶ τοῦ ἐππίου σκεπίου.* Ephippiarium stragulum et aliud superius tegumen sunt diversa, quod unum nempe majus altero, vel unum pacis tempore sit ornamentum, aliud in bello sit equi munimen.

Digitized by Google

Ib. Πεζεύει. Id est, *in terram ex equo desilit*, ut pedes incedat. GOAR.]

Ib. Αὐθεντόπουλος. Quamquam Glossarium interpretatur *herum minorem*, quasi adjectio illa decerpat aliquid de significatione, id tamen perpetuum non est, ut supra ad p. 14, notabamus.

Ib. Μᾶς et σᾶς, pro μοῦ et σοῦ sunt barbaræ Græciæ suaveolentes flosculi. GRETS.

[Vere nasutus etiam barbaræ Græciæ voces μᾶς et σᾶς non μοῦ et σοῦ, sed ἡμῶν et ὑμῶν vice odorabitur usurpari. Aliis autem a nominativo ἐμεῖς et ἐσεῖς *nos* et *vos* casibus cunctis deserviunt, mutilatisque per aphæresim ἐμᾶς et ἐσᾶς relinquuntur; simulque vides τοῦ σύ minus anomalum esse plurale ἐσεῖς quam ὑμεῖς, ac ideo suaveolentes barbaræ Græciæ flosculos, nullo pretii eorum delectu facto, non esse temere proterendos. GOAR.]

Ib. Αὐθέντης *dominus*. Hinc αὐθεντεῖν, αὐθεντεύειν, αὐθεντίζειν, *authenticum reddere, auctoritatem, vim et robur addere, ut valeat et rejici non possit*. Et cui non sunt auditæ Justiniani *Authenticæ*, quas ipse Νεαράς, hoc est Novellas, indigitavit? Authenticæ Scripturæ sacræ omnium ore teruntur. Græci nunc ἀφένδης scribunt et pronuntiant, et corruptius adhuc *efendi*. Transiit utraque vox ad Turcas: nam illis *aphendi* vel *efendi* in usu est, teste Leunclavio in Onomastico Musulmannico. Ἀφένδρα *domina*. Dousa in Itinerario Cpolitano: *Nisi Græcos interdum vino deposueris, nisi Græco more* πολυχρονιάσῃς, ἀφένδι, *exclamaveris, oleum et operam perdideris*. Hinc αὐθεντία dominatio. GRETS.

CAPUT V.

Explicationes et observationes circa reliquorum procerum aulicorum insignia, quæ Codinus capite 4 exsequitur.

P. 17. [*Τὸ σκιάδιον*. Capitis tegimen honoratius et aulæ proceribus concessum σκιάδιον vocat auctor cum Jure GR. p. 186, Nicetas πῖλον et κάλυμμα, Gregoras καλύπτραν. Formam hic depingit ultimis historiæ suæ verbis: Περί γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν μὲν πρότερον βασιλέων ἔθος τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, στρικοῖς **233** δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομέναις, ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. Unde cum ad ephebi ætatem processit, tunc tantum despotæ per morem fas est tecto capite in palatio cerni: puer enim nonnisi aperto versatur, ait auctor capite superiore: Ἐπὶ κεφαλῆς ἔτι νέος μὲν ὢν ὁ δεσπότης φορεῖ ἐν τῷ παλατίῳ οὐδέν. Pilei descriptam a Gregora formam dixerat olim Nicetas Andronici l. II a barbaris acceptam: Πῖλον βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὀξὺ λήγων πυραμὶς εἴκασται. Proprius tamen et familiaris ita redditus est, ut non forma, sed materiæ colorumque ejus varietate senator quilibet et aulicus minister dignitatem spectantium oculis manifestaret; qua ratione Nicetas idem in Alexio Manuelis F. συγκλητικῶς ἐξυφασμένον τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, *pro magnatum* (συγκλητικοί enim non senatores modo, sed et proceres cuncti dicuntur) *et officiorum varietate variis coloribus et materia diversa* componi ex assuetudine affirmavit. Logothetæ pilei descriptionem nota inferior ad p. 19 exhibebit. GOAR.]

Ibid. Κλαπωτόν Junius ubique vertit *squameum*, exque Arabia et Syria cunabula accersit. Ridicule prorsus, quia est vox mere Latina, *clavatum* seu *clavatus*, παρὰ τὸ κλάπος sive κλάβος, *clavus*. Hinc χρυσόκλαβα et χρυσοκλαβαρικά, *chrysoclava* seu *auriclava*, de quibus jam supra ad p. 5. *Viri aocti*, inquit Glossarium, id est Junius, *putant esse vocem Arabum et Syrorum, quæ mere Latina est, et aliter interpretantur quam debebant*. Quam benevole transfert ad plures quod solius Junii est! et quam amice hic et alibi gravissimos ejus lapsus tangit! ubique quod Junius deliravit, hoc viri docti fecerunt. GRETS.

[*Κλακωτόν*. Duplex filum aureum, unum ductile purumque, quasi solidum; aliud ductile quidem, sed molis tusum et pressum, serica fila circumvestit. Primum σύρμα est, *or trait*, secundum κλαπωτόν setæ circumpositum, *or filé*. GOAR.]

Ib. Δικανίκιον, παρὰ τὸ δίκη, passim occurrit apud Codinum. Junius ubique vertit *sceptrum judiciale*. Potest vox ipsa Græca retineri; potest *dicanicium* simpliciter verti *sceptrum*. Aliquando cum de patriarchis et episcopis sermo est, ut p. 103, rectius redderetur *pedum*. In Turcogræcia vocatur δεκανίκιον (nisi sit typographicus error) p. 15, ubi de Gennadio patriarcha et imperatore Turcico: Ἴδιαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην, ὡραίαν. In scripto quodam Græco-Barbaro l. II Turco-Græciæ vocatur δικανίκη. Ποιμαντικὴν ῥάβδον vocat Gregoras l. VI. GRETS.

Ibid. [Ἀπὸ τῆς δίκης, *a justitia* vox deducta justitiæ quoque et potestatis in alios exercendæ symbolum quodcunque significat. Hoc in rege sceptrum est, in pontifice pedum pastorale, in abbate baculus, in regio ministro calamus, bacillus, clava: cunctis istis exprimendis vox δικανίκιον propria est; et Latine redditur commodius *virga* vel *baculus* quam *sceptrum*. Scribitur et δεκανίκιον et δεκανίκι dictio a priori truncata: non δεκανίκη, ut barbare Meursius. Simon Portius δικανίκι: ῥάβδος, βάκτρον, βακτηρία, ξύλον, *baculus*. *Consecratus*, inquam, *baculus*, qualem caduceatores nostri gerebant primitus, de quo Gregorius Turon. VII, 32: *Misit Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis consecratis, juxta ritum Francorum, ut scilicet non contingerentur ab ullo*; qualem **234** etiam gerunt marescalci, regius dapifer, prætoriani immunes, apparitores, etc. GOAR.]

P. 17. Pro κόμβων Junius eodem sensu κόμπων. GRETS.

Digitized by Google

Ὁ πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν, δομέστικοί τε δύο,
Ὁ τε τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν θεμάτων,
Ἑξῆς ἐκκαιδεκάτης τε προκαθήμενοι δύο
Μεγάλου παλατίου τε, μετ' αὐτῶν Βλαχερνῶν τε,
Ὁ λογιστὴς ὁ τῆς αὐλῆς, μέγας διοικητής τε,
Ὁ νομοφύλαξ μετ' αὐτούς. Τῆς δ' ἑπταικαιδε-
[κάτης
Βεστιαρῖται δείκνυνται, καὶ μὴν ἑταιριάρχης,
Ἄρχων ἀλαγίων τε καὶ [ὁ] μέγας μυρταΐτης
Ὁ τοῦ σεκρέτου τε κριτής. Τῆς δ' ὀκτωκαιδε-
[κάτης
Ῥαβδοῦχοι, καβαλλάριοι καὶ σεβαστῶν τὸ γέρας,
Τοῦ κάστρου προκαθήμενος, δρουγγάριος τοῦ
[στόλου.

(III) EX EADEM BIBLIOTHECA MAZARINA.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ (*).

Ὁ μὲν χορηγὸς τῶν θείων χαρισμάτων
Δίδωσιν ἡμῖν τὴν κάτω σκηπτουχίαν
216 Εἰκόνα λαμπρὰν τῆς αὐτοῦ βασιλείας,
Ἡ μᾶλλον εἰπεῖν ἀμυδρὰς τὰς ἐμφάσεις
Δείκνυσι σαφῶς ἀγαθῶν τῶν μελλόντων.
Ὁ γὰρ ἐν ἡμῖν εὐσεβὴς στεφηφόρος
Θεοῦ τις εἰκών, εἰ σπουδάζει τοὺς τύπους
Ἔργοις βεβαιοῦν ἀρετῶν ἑστεμμένος,
Ἀμείβεται δὲ [πάλιν] δωρεαῖς τοὺς ἀρίστους,
Τιμαῖς ὑπεξαίρων τε σταθμῶν καὶ μέτροις,
Καὶ βασιλικῶν ἀνυψοῖ τοὺς ἐν τέλει,
Οὓς τῷ λόγῳ δίδωμι συγγράφειν τέως,
Ὡς ἂν ὁ βυθὸς μὴ καλύψῃ τῆς λήθης
Ἃ βασιλικὴ κεκύρωκεν ἡ κρίσις,
Χρόνος τε μακρὸς ἀπέσβησεν εἰς δεῦρο.
Μετὰ τὸν αὐτάνακτα δεσπότης ἑστὶ
Δεύτερον ἄξιωμα, σεβαστοκράτωρ,
Καὶ Καῖσαρ εὐθὺς ὑποβάθρα τοῦ κράτους,
Ὁ πανυπερσέβαστος συγκλήτου πρῶτος,
Πρωτοβεστιάριος λαμπρὸς ἄξιαν.
Οὗτοι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πεδίλοις
Τὴν πρώτην ἐσχήκασιν ἐν τέλει τάξιν.
Ὁ μέγας δοὺξ μετ' αὐτοὺς ἀνεδείχθη *.
Τούτου κοινωνὸς ὁ δομέστικος ὁ μέγας,
Καὶ τρίτος αὐτοῖς πρωτοστράτωρ ἄξιαν.
Λογοθέτης μέγιστος σοφίας γέρας.
Στρατοπεδάρχης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις.
Τούτων ἐρυθραῖς ἐκ χρυσοῦ ταῖς καλύπτραις
Ὁρᾷς κεφαλὰς ἀεὶ κεκοσμημένας.
Ὅρα πριμμικήριον, φιλότης, μέγαν,
Πεντάδος ἡγούμενον λαμπρῶς δευτέρας,
Δεύτερον μέγαν κονεσταῦλον ἀξίαν,
Τρίτον σεβαστὸν τὸν πρῶτον, ἐπὶ τούτοις
Κοσμεῖ τε λαμπρῶς ὁ πιγκέρνης τὴν τάξιν.
Ὁ παρακοιμώμενος σφενδόνης πέμπτος.
Ὁ παρακοιμώμενος ἄλλος κοιτῶνος.
Ὁ μέγας βαΐουλος ἕπεται τούτῳ,
Τρίτην τε πληροῖ τάξιν κουροπαλάτης.
Εἰσέρχεται δὲ βεστιαρίτης πρῶτος
Εἰς οἶκον βασιλέως, ὡς ἔθος, πράξων,
Δομέστικος δεύτερος ὁ τῆς τραπέζης,
Ἄλλος ἐπ' αὐτῆς μετ' αὐτὸν τεταγμένος.
Καὶ τὸν γενικὸν λογοθέτην εἰσόρα,
Εἶτα παππίαν εἰσιόντα τὸν μέγαν,
Σὺν τούτοις τὸν ἔπαρχον, καλύπτρα ξένη.
Ἑβδομος δρουγγάριος τῆς βίγλας μέγας,
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἑταιρειάρχης μέγας.
Ὁ λογοθετῶν μετ' αὐτὸν τοῖς τοῦ δρόμου,
Εἶτα χαρτουλάριος ἄξιαν μέγας,
217 Εἶτα μετ' αὐτὸν μυστικὸς ἐπείσιτω,
Βασιλικὸς ὁ πρώτιστος τοῦ σεκρέτου.
Ὅρα καὶ στρατοῦ τὸν καλὸν ἐπιστάτην,
Τῶν τε πλωΐμων δρουγγάριον τὸν μέγαν.
Ἰδοὺ καὶ σχολῶν ὁ δομέστικος ἥξει,
Καὶ τὸν τῆς αὐλῆς πριμμικήριον ὅρα.
Καὶ πρωτοσπαθάριος λαμπρὸς εἰσίτω,
Ἄρχων τε μέγας καὶ τζαούσιος μέγας,
Δήμου τε πραίτωρ, ὁ ταττῆς αὐλῆς τε.
Ὁ τῶν οἰκειακῶν λογοθέτης ἐρχέτω,
Καὶ τῶν λόγων (λογιστῶν ?) ὁ μέγας συνεισίτω.
Ὅρα καὶ σκουτάριον ἐκ τῆς ἀσπίδος
Τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν.
Πρῶτος μετ' αὐτὸν τῶν κυνηγῶν ἐκρίθη.
Ἄλλος ἀμυρᾶς ναυαρχῶν ἀνεδείχθη.
Ἰδοὺ βασιλεῖ τὰς δεήσεις προσφέρει,
Λαλῶν τὴν τιμὴν ἐκ τῶν ἔργων πρεπόντως.
Ἀδνουμιαστὴς ὁ μέγας μοι χαιρέτω.
Τούτῳ παρεπόμενος οὕτω κοιαίστωρ,
Καισάρων ἄξιωμα λαμπρῶν τῶν πάλαι.
Λογοθέτην ὅρα μοι κἂν στρατιώτας.
Ἐξ ἱεράκων ὁ πρῶτος τὴν ἀξίαν.
Ὁ βήλου κριτὴς μετ' αὐτοὺς ἐκυρώθη.
Διερμηνευτῶν ὁ μέγας προηγείσθω,
Καὶ τῶν ἀγελῶν λογοθέτης εἰσίτω,
Καὶ τούτοις ἀκόλουθος σεμνὸς ἑπέσθω,
Καὶ τῶν ὀρφανῶν ὁ τροφεὺς συνεισίτω,
Καὶ βασιλικῶν ὁ νοταρίων πρῶτος,
Φουσάτου κριτὴς ἐξετάζων τὰς δίκας.
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν ἀναμνήσεις προσάγει

V. 59. *Πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν.* Eretarcha, remigiorum præses ; de quo supra.

V. 64. *Νομοφύλαξ. Legum summus interpres, antecessor, antesignanus, legislatorum præcipuus.* Jus GR. 1. 3 in Joannis Xiphilini decreto : Ὡς ἂν ὁ λογιώτατος νομοφύλαξ κρίνῃ περὶ τούτου καὶ ψηφίσηται. Et in refutatione Philothei adversus Armenopulum : Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἀρμενόπουλε. Et stipendia memorat Balsamon a Constantino Monomacho imperata Juris GR. p. 471.

(*). *Ἀδέσποτον.* Allum a Codino tam hujus quam superioris utriusque catalogi auctor in palatinis officiis enumerandis observavit ordinem ; eamque mutationem vel metri necessitas vel imperatorum voluntas inducere potuit.

V. 28. *Τούτων ἐρυθραῖς.* Codinus cap. seq. de pileis officialium.

V. 32. *Κονεσταῦλον.* Solus hic auctor ita scribit, et Gallico *conestable* proprius accedit. De comite stabuli nos superius, ad Codinum.

V. 40. *Εἰς οἶκον βασιλέως.* Hoc est in sacrum cubiculum : ille enim cubicullariorum primus.

V. 71. *Ἐξ ἱεράκων ὁ πρῶτος.* Πρωτοϊερακάριος.

* Claudicat versus, ut et mox 78. Edit Pata.

Digitized by Google

Σεμνῶς βασιλεῖ κεκλημένος ἐκεῖθεν.
Ἰδοὺ καὶ δομέστικον τειχέων σκόπει.
Πρωταλλαγάτωρ δεύτερος τὴν ἀξίαν,
Εἶτα τετάχθω βεστιαρίου τρίτος.
Μονοκαβάλλων στρατοπεδάρχης οὗτος,
Ἄλλος μουρτάτων, τζαγγρατόρων, τζακώνων.
Ὅρα προκαθήμενον τὸν τοῦ κοιτῶνος,
Ἄλλον προκαθήμενον βεστιαρίου.
Τούτῳ τῆς αὐλῆς ὁ λογιστὴς ἐπέσθω,
Καὶ διοικητὴς ὁ μέγας συντετάχθω.
Ὁ τῶν Βλαχερνῶν προκαθήμενος οὗτος,
Ἄλλος πρὸ αὐτοῦ μεγάλου παλατίου.
Ὁ τῶν ἐφῶν δομέστικος θεμάτων·
Τούτῳ δυτικῶν ὁμότιμος ἐκρίθη.
Ὁ πρωτοκέμης καὶ μετ' αὐτὸν παππίας,
Ἑταιρειάρχης, τῶν ἀλλαγίων ἀρχῶν,
Ὁ μυρταΐτης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις,
Καὶ δὴ σεβαστὸς καὶ δρουγγάριος στόλου.
Κἂν τοῖς ἰατροῖς ἀκτουάριον δρᾶ.
Ὑπατοι, δικτάτωρες, σὺν τοῖς ταμίαις,
Πατρίκιοι, μάγιστροι, πρόεδροι, πάλαι
Δορυφόρων ἔπαρχος καὶ πραιτωρίων.
218 Ἔγνωμεν λαμπρὸν τὸν Χουμνὸν κονι-
[κλείου
Στάσιν ἔχοντα μείζονα τῆς προτέρας,
Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν τὸν καλὸν Μετοχίτην
Λογοθέτην μέγιστον, σοφίας λῆξιν,
Φοροῦντα χρυσῆν ἐρυθρὰν τὴν καλύπτραν,
Ἦν δῶρον αὐτῷ συνανέχοντι κράτος
Ἄναξ ὁ λαμπρὸς παρέσχεν Ἀνδρόνικος.
Ταῦτα τὰ λαμπρὰ τῆς κάτω σκηπτουχίας,
Προεδρίας σχήματα, σεμνότης, δόξα,
Ῥεῶν τε πλοῦτος καὶ πηλὸς ἐπηρμένος,
Κόνις τε τύχης τοῖς πνεύμασιν ἀρθεῖσα.
Τέλος τάφος τρίπηχυς. Ὦ βίου πλάνη!
Φιλοσόφων ὕπατος, ῥητόρων πρῶτος,
Δικαιοφύλαξ σὺν αὐτῷ, νομοφύλαξ,
Καὶ βασιλικῶν τῶν ἱερέων πρῶτος.
Πάρεστιν ἄρχων ἱερῶν διακόνων,
Καὶ τῶν μελῳδῶν, οἱ πρωτοψάλται δύο,
Κἂν ταῖς ἑορταῖς λαμπαδηφόρος ἄλλος,
219 Ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων,
Δομέστικός τε καὶ μαΐστωρ τοῦ κλήρου.
Ταύταις βασιλεὺς ταῖς τιμαῖς ὑπεξαίρει
Πλήρωμα σεπτὸν εὐαγοῦς Ἐκκλησίας,
Ἦν ἀβράγῃ φύλαξον μέχρι τερμάτων,
Ὑψιμέδων ἄναρχε, τοῦ νῦν αἰῶνος.
Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εὐσεβῆ βασιλίδα,
Ἦν ὡς κιβωτὸν σωστικὴν νῦν τοῦ κράτους
Ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς κατακλυσμῷ βαρβάρων
Ἄνωθεν ἐγνώκαμεν ναυπηγηθεῖσαν,
Ὑπερτέραν τήρησον τῆς καταιγίδος,
Συμπήξας ὡς οἴακας αὐτῆς τοὺς κλάδους,
Καὶ βασιλεῖ βράβευε λαμπρὰς τὰς νίκας,
Δεικνὺς κατ' ἐθνῶν εὐσθενῆ νικηφόρον.
Ῥίζωσον αὐτὸν ὡς τὸν χαρίτων κλάδον,
Καὶ δεῖξον ἡμῖν καρποφόρον ἐξ ἔργων.
Ἔκτεινον αὐτῷ τῆς εὐβουλίας φρένας,
Στέγνωσον αὐτῷ τῶν ἐναντίων θράσος,
Στόλισον αὐτὸν πορφύραις εὐσεβείας,
Ἄνοιξον ἡμῖν τὰς πρὸς εἰρήνην πύλας,
Πλάτυνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τοῖς τροπαίοις,
Οἷς καὶ φανείη κοσμικὸς αὐτοκράτωρ.
Ὁ πατριάρχης σὺν ἡμῖν ταῦτα λέγει,
Κάμπτων εὐσεβῶς τῷ δεσπότῃ τοὺς πόθους,
Καὶ νυκτὸς αὐτῷ τὰς εὐχὰς ἀναφέρων,
Αἷς νυκτὸς ἀχλὺν Ταρταρικῆς καὶ σκότος
Ἐλάσας ἡμῖν ἀντανίσχει φωσφόρος
Ἀκτῖνας λαμπρὰς ὡς λευκῆς τῆς αἱθρίας
Εἰς πάντα κοινῆς τῆς εἰρήνης τὸν κόσμον.]

Mirum est Codinum *patricii* nullam mentionem fecisse, cum posterioris Græciæ omnia monumenta

V. 101. *Δορυφόρων ἔπαρχος καὶ πραιτωρίων.* Non hic urbis, qui nuper laudatus est καλύπτρᾳ ξένῃ seu *pileo peregrino ornatus*, sed alius qui prætorianorum militum, δορυφόρων, ac ipsius prætorii præfectus intelligitur, sicut aliis vocibus ὑπάτων, δικτατώρων, ταμιῶν, πατρικίων, μαγίστρων antiqua consulum, dictatorum, quæstorum, patriciorum, magistrorum dignitates et officia capimus. Πρόεδρος tamen antiquam originem non sibi vindicat, quem unum primum a Joanne Tzemisce statim sub ejus vitæ principio Cedrenus refert, μήπω πρότερον ὄντος ἀξιώματος. Administrandæ reipublicæ consors fuit, ut ex Cedreno in Tzemisce colligo et ex his Zonaræ verbis, ubi de Joanne Logotheta et Constantino Lichude proedris ambobus laudes occurrunt in Monomacho, illius quidem, Ἐφ' ᾧ δὴ τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο· ἦν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν διοικήσεων πρώην, περὶ τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας ἀκριβέστατος· istius vero cum μεθιστᾷ ὁ βασιλεὺς Λιχούδην τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως, ἀντεισάγει δὲ Ἰωάννην, καὶ τούτῳ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐγχειρίζει κυβέρνησιν.

V. 102. *Τὸν Χουμνόν.* Memorant hunc scripta circa secundum Codini caput ad calcem.

V. 104. *Μετοχίτην.* Gregoras quam fuse de illo: nos de ejus pileo in capite sequente.

V. 114. *Ῥητόρων πρῶτος.* Summa imperatoris virtus est ut eruditionis copiam inter loquendum diserte possit profundere, et jus unicuique debitum ut facile agnoscere ita constanter reddere sit paratus. Si quid horum natura vel exercitium denegabat, ab aliis quorum eruditione, eloquentia, legum peritia ac justitiæ amore duceretur et sublevaretur, opem mutuari non erubescebat quondam in Oriente imperator. Τῶν φιλοσόφων ὕπατος divinarum humanarumque rerum cognitione instructus eruditionem, ῥητόρων πρῶτος dicendi facilitatem, νομοφύλαξ legum omnium lumen ac ductum, δικαιοφύλαξ denique jus legibus vel naturæ judicio agnitum perseveranter custodiendum suggerebat. Hunc ἐπὶ τῶν κρίσεων dictum reor a Balsamone primis statim verbis Meditati de Incensis, etc.

V. 116. *Τῶν ἱερέων πρῶτος.* Cleri palatini hic erat archipresbyter, πρωτοπαπᾶς, πρωτοιερεύς, de quo alibi.

V. 117. *Ἄρχων ἱερῶν διακόνων.* Cleri ejusdem archidiaconus.

V. 119. *Λαμπαδηφόρος.* Succentor, et qui facem imperatori præferret, de quo iterum.

V. 120. *Ἀποστολικῶν ὁ κῆρυξ διδαγμάτων.* Epistolarum Pauli in palatio interpres ac sacer ex ambone præco.

V. 121. *Δομέστικός τε καὶ μαΐστωρ.* Ad regendum, ducendum et componendum in ecclesiis palatinis clerum.

Digitized by Google

patriciis plena sint, et πατρικιότης seu *patriciatus* apud Justinianum Novell. 38, et apud Constantinum Manassem in Chronico nomen non tantum nobilitatis, ut apud veteres Romanos et hodie in nonnullis imperii urbibus, ubi qui ex præcipuis familiis genus ducunt vulgo patricii audiunt, sed etiam dignitatis officii et præfecturæ. Dignitatis exempla adfert Meursius in Glossario ex Suida, Procopio et Malcho in Byzanticis. Qua notione etiam *patricii* nomen accipies, quando audis Pipinum et Carolum Magnum fuisse *patricios* Romanorum. Officii et præfecturæ exemplum est Salomon *magister militiæ et patricius Africæ* apud Victorem Tunnunensem in Chronico, et Amalus *patricius provinciæ* apud Paulum Diaconum l. III, c. 3 De gestis Longobardorum. Talis itidem patricius vel erat vel esse volebat ille quem sibi Romani elegerant, de quo Otho Frisingensis l. VII Chronici c. 31. Meursius in Glossario *patricios* nimis extollit; nam Occidentalibus *patricios Romanorum* fuisse, qui **220** nunc reges appellantur. Quis neget hoc a vero nimis remotum esse? Primus enim Carolus Magnus et alii nominabantur patricii Romanorum. An ideo reges Romanorum vel erant vel habebantur? At Carolus Magnus postquam Romanorum imperator creatus et palam promulgatus est, desiit appellari patricius Romanorum. Quid tum? an ideo, cum esset patricius, rex Romanorum erat? Si quis exteræ nationis patricius Venetus crearetur dux Venetus, patricii nomen utique omitteret. An ideo antea rex Venetorum fuisset? Alienius a vero est, quod ait idem Glossarii collector, *imperatorem rebus ecclesiasticis tanquam supremum caput præfuisse, et hac in functione patricium vices ejus egisse.* Idque probat ex disputatione Gregentii, ubi dicit Erban Judæum baptismi undis jam ablutum, creatum esse a rege Homeritarum ὑπεκκλησίονα, qui Meursio est *vicarius regis*, tanquam supremi in rebus ecclesiasticis capitis. Sed Meursius hic nimis aperte *anglizat*: ut enim Angli regem suum veluti supremum Ecclesiæ caput venerantur, ita et Batavi suum magistratum ad idem culmen evehere incipiunt, ut planum fit cum ex aliis novatoribus, tum ex Hugone Grotio in *Pietate Ordinum Hollandiæ*: in quo tamen a puro Calvinismo et Puritanismo immane quantum recedunt, qui hujusmodi capitis impatientissimus est, neque unquam ejus absque gravi detestatione meminit. Nec Gregentius quidquam de hoc *vicecapite* innuit, imo futilem hanc persuasionem Meursio eximere poterat, si animum vel paululum advertisset. Nam ὑπεκκλησίονα ait eum esse qui Romanis vocetur *patricius* et *canicleon*. Quis autem unquam audivit præfectum caniclei aut patricium fuisse vicarium supremi capitis in rebus ecclesiasticis, hoc est imperatoris? Licet enim Græci posteriores et sequiores, postquam a visibili eoque vero capite Ecclesiæ desciverunt, imperatori suo honorem supremi capitis detulerint, nunquam tamen patricium aut caniclei præsidem imperatori in hoc, ut ita loquar, *capitaneatu* socium attribuerunt. GRETS.

CAPUT IV.

Explicantur obscura quædam vocabula ex capite 3.

P. 13. Σκιάδιον, quod et σκιάδι, ad verbum est *umbella* seu *umbraculum*, *tegumen capitis*, breviter *pileus*, quo nomine in versione præcipue usus sum. GRETS.

Ibid. [Cranium solum coronat et leviter adumbrat τὸ καλούμενον σκιάδιον, qua de causa non *umbellam*, ceu carens protensis in frontem oris, sed *pileolum* ex æquo (si medium tamen conum, licet modicum, appinxeris) caput ambientem, mihi potiori jure sonat; quemque ὁλομάργαρον hic auctor vocat, Theophanes prius καμηλαύκιον διάλιθον dixit, Totilæque Gothorum regi detractum a Narsete Cpolim ad Justinianum **221** missum in ejus Vita narravit. Eaque, qua descripsi, figura σκιάδιον ὁλομάργαρον Gregoræ et Chalcondyli nonnulli editi codices demonstrant: eademque, si gemmarum grandine conspergerentur, usitatum sibi καμηλαύκιον Græci recentiores repræsentarent, et cum Suida σκιάδιον ὅπερ ἡμεῖς καμηλαύκιον λέγομεν indubitanter asseverarent. Forsan igitur, ut Totilæ καμηλαύκιον διάλιθον in caput recepit Justinianus, ita ab eo proprium sibi fecere posteri Græcorum principes σκιάδιον ὁλομάργαρον, quo imperatores ipsos nonnunquam redimitos in picturis et numismatibus conspicias. Et diadema non absimile a Constantino inventum in his Cedreni verbis adnotabis: Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον κοσμηθῆναι. GOAR.]

Aer sciadii seu pilei est umbo, *der sturm*. Junius ubique vertit *replum*. Aliam insuper notionem habet ὁ ἀήρ, significat enim velum seu tegumentum, quo sancta teguntur. Liturgia S. Chrysostomi: Ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ διακόνου. Εἶτα ἀποτίθησι τὰ καλύμματα ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ἁγίου δίσκου καὶ τοῦ ἁγίου ποτηρίου, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τῶν ὤμων τοῦ διακόνου καὶ θυμιάσας αὐτὸν ἐπισκεπάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια. GRETS.

Ibid. [Aerem hic verberant et ventos sequuntur cum Meursio, qui ἀέρα *sudarium liturgicum*, *pilei umbonem* vel *replum* interpretantur. Sensum assequetur qui doctissimi Allatii mentem sequetur, et ex eo, mihi rescribit ille, quod despotæ nomen exaratum gerit, ἀέρα σκιαδίου *cingulum*, *zonam* seu *vittam* frontem proxime ambientem, referre conjiciet. Rationem, si arrisura sit incertus, proferam. Aer liturgicus, si Germanum patriarcham docentem audias, velum majus est sacris donis in altari superpositus, ejusque alis et ambitu, ceu aere vel æthere orbis inferior, illa circumquaque teguntur; parique ratione *pilei aer* cingulum est ei circumpositum, gestantis caput coronaturum ejusque nomen per universi fines circumquaque spar-

Digitized by Google

surum; quamvis eadem voce *replum* illud in despotæ pileo anterius prominens, prout iconibus concilii Florentini acta nonnulla repræsentantibus ac per hocce opus (ed. Lupar.) sparsis ex antiquis exemplaribus pingitur, addubitem significari. Goar.]

P. 13 *Χρυσοχλαβαρικόν*. Junius et hic et alibi sæpius edit χρυσοχλαδάρικα, et *aureas virgulas* interpretatur. Sed lectio nostra recta est; nam *chrysoclavaricum* idem est quod *chrysoclavus* seu chrysoclavatæ, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus toties usurpata; vel si mere Latinam dictionem velis, *auriclavus* seu *auriclavatus*. Erant *clavi aurei* in vestibus segmenta quædam in formam clavorum efficta, ornatus gratia vestibus adjecta. Grets.

Ibid. [Sit idem licet χρυσοχλαβαρικόν quod *chrysoclavus* vel *chrysoclavatus*, vox Anastasio Bibliothecario in pontificibus multoties usurpata: cum alia tamen mere Latina dictione *auriclavus* seu *auriclavatus*, sono quamvis vicina, nullam in sensus proprietate societatem init. Erant enim *clavi aurei* in vestibus segmenta quædam in formam *clavorum* efficta, ornatus gratia vestibus adjecta: χρυσοχλαβαρικόν vero non *clavatum* modo sed varium, et quodcunque opus est filis aureis phrygionis arte in subjecto serico vel panno ductis depictum; unde phrygionem χρυσοχλαβαριστήν, vel cum Theophane χρυσοχλαβάριον (ἀνήφθη, inquit, *μέρος* τοῦ ἐργαστίου τῶν χρυσοχλαβαρίων, *phrygionum officinæ pars combusta est*) neotherica Græcia vocat. Correctius tamen cum Regiis **222** aliisque nonnullis exemplaribus χρυσοχλαδαριστήν diceret, ob χρυσοχλάδους sive χρυσοχλαδαρικάς, quibus auro ludit figuras, quæ ἱματίῳ receptæ φύλλοις καὶ κλάδοις πεποικιλμένον, *foliis et ramunculis varium reddunt et distinctum*. Ῥίζας ob implexa ac acu ludente variis tramitibus ducta ramalia scribet numerus sequens tertius. Quot enim *ramis aureis*, qua rectis qua contortis, hic discriminatis et divisis, ibi simul collectis, nunc enascentibus, alibi truncatis vel jucunde desinentibus, pingit ac variat materiam? Hic autem non *clavos*, sed characteres aureos, gerentis nomen exprimentes, in ima pilei ora, si lubet, adnotabis exaratos. Goar.]

Ibid. Συρματένιον fimbriatum, a syrmate; quo nomine intelligo utrinque dependentia ex sciadio seu pileo quasi reticula seu funiculos; quos, si lubet, oculis inspicere poteris in tribus imaginibus imperatorum, quæ visuntur initio Nicephori Gregoræ ex editione Basileensi 1562. Non absimilis est effigies, quam nobis Turco-Græcia repræsentat. Χρυσοχλαβαρικόν, συρματένιον, ut non referantur cum Junio ad voculam ὀνόματα, sed ad ipsum sciadion. Grets.

Ibid. [Σύρμα nil minus quam *pilei reticula* seu *funiculos* refert, ut ab eo pileus ipse noscatur *fimbriatus*: rectius cum Græcia hodierna interpretaberis *aurum ductile*, *aurum*, inquam, *in fila solida tractum*, *or trait*, *fil d'or*. Solidum dixi, hoc est A nondum molis tusum, exindeque serico filo superinductum. Συρματένιον itaque opus est auro in fila solida ducto compositum vel pictum, quale despotæ nomen in ejus pileo phrygionica manu delineatur. Goar.]

Ibid. Ταστία. Ita legit Junius, et *apicem* interpretatur, quo nomine intelligit *superiorem sciadi partem, in conum assurgentem fastigiatam*: deducitque voculam ταστία, παρὰ τὸ τείνειν, *a tendendo*. In altero codice Bavarico legitur disjunctim τὰ στία, in neutro genere: et ita legendum puto 1. quia subditur in neutro genere τὰ στία οἷα καὶ τὰ βασιλικά: et infra: Ὁ ἀὴρ καὶ τὰ στία, οἷα καὶ τὰ τοῦ δεσπότου. Signum ergo est et id quod antecedit, nempe τὰ στία, neutrius generis esse. 2. Quia τὰ στία Junii B a τείνω pro extensione genere feminino prorsus ignota et inusitata est. Quid sit τάσις, omnes norunt: quid ταστία, per Junium nemo novit; tametsi ingenue fateor me compertum non habere quid τὰ στία significent. Quocirca in versione Græcam dictionem retinui, donec viri docti vel veram significantiam eruant vel Codino veram lectionem restituant. Grets.

Ibid. [Promerebor mihi Gretserum Allatii comes, et veram τῶν στίων significantiam eruam. Στία sunt longi unius fere palmi margaritarum tractus, circa despotæ aures e pileo penduli. Sic lora e pontificum mitris, funes reticulati e cardinalium pileis, inaures ipsæ ex auribus pendentes στία, C sunt, *mobilia*, *tremula pendulaque ornamenta*, ἀπὸ τοῦ στίειν. Eadem in patriarchæ pileo Turcogræcia nuncupat καμηλαυκόλαβα, *pilei manubria vel ansas*. Goar.]

Ib. Κόμβος est *nodus*. Compositum ἐπικόμβια, de quo infra, sunt segmenta panni, quibus involvi solent nummi aurei, argentei, ærei, quæ etiam κόμβοι appellantur. Hinc κομβολύτης, βαλαντιοτόμος. Usurpatur quoque κόμπος pro κόμβος. Quamvis κόμπος interdum idem est quod *commodus*. Mauricius apud Rigaltium: Καλὸν δέ ἐστι **223** τέντας κατὰ τὸ σχῆμα τῶν Ἀβάρων ἢ Τούρκων γενέσθαι, ὅτι καὶ κομπαὶ καὶ χρειώδεις εἰσίν. Grets.

Ibid. [*Τοῦ κόμβου*. Non quemlibet *nodum*, vel eum solum, vox κόμβος menti objicit. Hic vero so- D lius imperatoriæ coronæ gemmeum *apicem* vel eminentem in ea *globulum*, quo despotæ pileus non insignitur, refert. Goar.]

Ibid. Illud πλὴν τῶν φοινίκων seu φοινικίων vertit Junius *exceptis tæniis*, et in scholiis explicans quid sint tæniæ, ait esse *vittas oblongas*, *quibus tanquam loris partes apicis commissæ et suturæ obtectæ sunt*. Ego et hic et infra malo *palmulis*. Apud Capitolinum in Gordianis est *palmata tunica et toga picta*. Grets.

Ibid. [Fructus, non folia *palmarum*, in hac dictione legendi. Dactylos hodierna Græcia vocat φοινίκια: illi vero in uvæ morem, granis tamen longius dissitis ac magis pendulis, e trunci vertice, qua rami nascuntur, pendent. Ab arboris ad imperato-

Digitized by Google

ris verticem translatis oculis sertum gemmeum, cassidi vel ejus stemmati eminens, vel ad dextram aurem volitantis instar plumæ affixum, φοίνικας vel φοινίκια vocitabis, quasi gemmeos capitis vel coronæ botros. Ita scribit Georgius Coresius : id testantur antiqua Græcorum imperatorum numismata. Goar.]

Ibid. Ῥοῦχον τοῦ δεσπότου sive ῥουχίον est ipsissima Germanorum vocula *rock*. Nicetas in Andronico l. II : Φοροῦντα ῥοῦχον σχιστὸν μέχρι καὶ τῶν γονάτων. Helgaldus in vita regis Roberti: *Exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur rocus.* Hinc etiam *rochetum* vox sæpius obvia in libris ritualibus, præsertim Romanis. Inde etiam ῥουχαρίτιον *vestiarium*, vox nostro quoque Codino usurpata. Grets.

Ibid. [Despotæ ῥοῦχον hujusmodi sive ἱμάτιον, si imperatorio non absimilis est formæ, σάκκος in secuturis dicetur, tunica nimirum e villoso serico nullis plicis conspicua, sed circa pectus et lumbos strictior, paulo latior circa pedes, totum corpus ambiens. Ut illam, clade in bello accepta, tristis a se abjecerit Joannes despota Michaelis Palæologi frater, narrat Gregoras v ult. Goar.]

Ib. Ῥίζας et στρατηλατίκια, interpretatur Junius *lacinias* et *lemniscos militares*. Grets.

Ibid. [Regiam Sandionysiaci abbatiam eo fine profectus ut Manuelis imperatoris Helenes imperatricis, Joannis imperii collegæ, Theodori despotæ, Andronici αὐθεντοπούλου Palæologorum eo ms S. Dionysii operum, quod Manuel prædictus coætaneo sibi Christianissimo Francorum regi donavit, expressas ad vivum effigies, vultus, stemmata, gestus, vestes, vestium colores, formam, ornamenta conspicerem attentius et observarem, perspecta coccina despotæ tunica ligataque ad collum ejusdem coloris chlamyde, cujus dextra pars in dextrum humerum revolvitur, in tunica (ea talaris est ad sacci modum) ramos aureos animadverti depictos, chlamydemque Phrygio aureoque opere respersam totam, per spatia quædam in orbem relicta biciptibus aquilis auro pariter expressis in ea fulgentibus. An aurea ramalia *radicum* instar per vestem, nullis tamen aquilis ornatam, serpentia ῥίζας, aquilas vero primæva Romanorum *signa militaria* στρατηλατίκια vocarem, dubius primum hæsi. Sensu mentisque dubietate æque docto ac mihi benevolo Cyrillo Campanæ Chiensi detecta, dubium ille probato sensu depulit. Tu, lector, eruditi **224** Græcique viri auctoritate laudata, lacinias lemniscosque militares antiquis Romanis relinques, et in recentiore Græcarum vestium usu non nisi quod oculus cernit et ratio suadet adnotabis. Goar.]

Ibid. Ταμπάριον pro ταππάριον sive ταββάριον, ut μαμπάριον, μαππάριον, ὀμφίκιον, ὀφφίκιον, Italicum *tabarro*, *penula*, *chlamys*. Grets.

[*Ταμπάριον*, *chlamys imperatoria* ad pedes defluens, militaris nonnunquam et brevior. Nicetas in Manuele Comneno, l. IV: Τῇ μὲν χλαμύδι τοῦ σώματος περιέλησε τὸν λύγον. Cujus alia lectio inter varias scribit τῷ μὲν ταμπαρίῳ τοῦ σώματος περιέλησε τὸν λύγον. Ut gereretur vel corpus ambiret, hæc alia scriptoris ejusdem verba declarant l. III : Χλαμύδα ἠσθημένος ἀστειοτέραν περὶ τὸν δεξιὸν ὦμον περονουμένην, καὶ ἀφιεῖσαν ἐλευθέραν τὴν χεῖρα κατὰ τὸ πόρπημα. Ubi vero ταμπαρίου vice ταππάριον vel ταββάριον legendum putat Meursius nullo auctore, nugatur. Goar.]

Junius in Codino confundit *margaritas* cum *margellis*, et id quod ex margellis constat, cum illo quod constat ex margaritis, cum tamen haud exiguo discrimine distent. Nam margella significat 1) corallium lapidem, 2) florem seu herbam anagallidem, quæ rubore corallium mentitur, Gallice *morgelline* seu *morgellina*, quasi morsus gallinæ. Ægineta κοραλλίαν appellat. 3) Id quod florem et lapidem corallium imitatur. 4) Omnis generis pretiosa et discoloria assumenta vestibus superaddi solita. Μαργέλλιον sæpe idem significat quod *margella*. Aliquando margellium est fimbria seu limbus ex margella seu corallio. Moschopulus: Λῶμα τὸ ἀπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον καὶ οἱονεὶ ὁρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον.λωμάτιον, *parvula fimbria*, *parvus limbus seu limbulus*. Porro a λῶμα τὸ λωμάτιον natum videtur Germanicum *som*, *saum*, *fimbria*, λ in S mutato. Balsamon ad 27 canonem Trullanum: Ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσοῦφαντα ἐπιβλήματα τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια. *Grammata et antipana*, quasi panni pannis oppositi, et *purpurea vestimenta*. Puto legendum γάμματα pro γράμματα : nam *vestes gammatæ* notæ sunt apud Græcos, et in Balsamonis meleta de patriarcharum privilegiis habes στιχάριον διὰ γαμμάτων. Idem Balsamon ad canonem 16 concilii septimi, quod est secundum Nicænum, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων ἤγουν μαργέλλια. Ubi doctissimus vir Gentianus Hervetus ad marginem notat : Μαργέλια (sic enim scribit) *puto dictum esse a Græcis, corrupta dictione*, quasi *marginalia*. Cui conjecturæ quid verisimilitudinem conciliet, nihil video præter nominum quamdam similitudinem ; et quia in margellis et margelliis versamur, Cedreni locum in Michaele Stratiotico imperatore ascribamus et explicemus. Τό τε γὰρ λεγόμενον στρατήγιον ἀνακαθαίρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι, μὴ διὰ γραμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μαργελλογράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου πορφυρᾶς ἐξυφασμένων. *Jussit* (idem Stratioticus) *expurgari strategium*, etc., *et capita civium tegi* **225** non *litteratis pileis*, *ut nunc moris est*, *sed margellu fimbriatis linteis ex bysso purpurea textis*. Quem locum interpres Cedreni se non capere ingenue confitetur, et sane difficilis est ; quem planiorem reddit illa Meursii emendatio, μαργελλογράμμων pro μεγαλογράμμων. Ego libenter pro διὰ γραμμάτων legerem διὰ γαμμάτων : nam ut vestes olim

Digitized by Google

gammatæ, sic et tegumenta capitis *gammata* fuisse videntur. Fateor tamen et hic et alibi forsan retineri posse γράμματα pro γάμματα, cum etiam aliæ litteræ, præsertim Δ, vestibus assui solerent, ut p'anum fit ex imperatorum tribus imaginibus, quæ Nicephoro Gregoræ præponuntur. GRETS.

P. 13. [A *margine*, dictione Latina, μαργέλλιον derivant Græci, nec corallii pretium vel margellinæ venustatem attendunt (prout Meursius, et qui eum exscribunt, comminiscuntur), ut ea voce vestis *limbum* et *assumentum* quodcunque discolor vel auro textum, panno superadditum, exprimant. Id ipsæmet a Gretsero post Meursium exscriptæ auctoritates evincunt.] GOAR.

Ibid. Κάλτζαι, *caligæ*, ex Latino *calceus* magis quam *caliga*. Et sumitur hic non pro *calceis*, sed pro *braccis*: nam calcei jam sequuntur. Caligæ tamen nomen etiam calceum militarem significat. Hinc βουλὴ καλίγων, *senatus caligarum* seu caligatus, apud Dionem, l. XLVIII, scomma in senatum, quod caligis sive calceis militaribus uteretur. Sic *caliga* sumitur ab interprete nostro Act. XII: *Calcea te caligas tuas*. Græce ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, *subliga sandalia tua*. GRETS.

Ibid. [Nusquam *calceus* Latinus, vix *caliga* item Latina, imo certissime Italorum *calze* vocem κάλτζαι Græcis dedere. Nec *braccas* itaque, minus *calceos*, sed vel *caligas* ad suram usque ascendentes vel integras ocreas significat. Usus loquendi recentior sensum allatum probat, confirmantque in vulgaribus lexicis Hieronymus Germanus et Simon Portius, qui licet κάρτζαι communiori pronuntiationi calamum exæquantes scribant (substituunt enim hodierni ρ vice λ, et ἦρθεν, non ἦλθεν, ἁρμυρόν, non ἁλμυρόν proferunt), usui tamen et sensui reddita, hic Latina voce *tibialia*, ille Italica *calze*, *calcette*, suis calculis attestantur. GOAR.]

Ib. Διβολέα. Vocabulum hoc aliquoties apud Codinum legitur. Διβολέος idem quod διπλοῦς. Pro quo veteres δίβολος, ut δίβολος χλαῖνα. Junius, διβολέα ὑποδήματα, *bilices calcei*, et διβολέος, *bilix*, id est *ornatus bicolore licio*. Sed tu dic διβολέος, seu διβολέα, quoties apud Codinum occurrit, nihil aliud esse quam *bicolor* seu *duplicis coloris*. GRETS.

Ibid. [Διβολέα quoties occurret apud Codinum, non uno modo intellige, sed *bicolorem* vestem, v. g. cujus pars media coloris unius, alterius est altera, qualem plerumque scabini urbium gerunt in Galliis; vel cujus pannus exterior hujus, subductus alterius est coloris; vel quæ demum in versicolores tænias est secta, et ex eis fasciata et contexta, pro Helvetiorum more. GOAR.]

Ibid. Χρώματος ὀξέος, id est, *rubentissimi*, inquit Junius: ὀξὺ enim vim intendendi habet. Hinc in codice est oxyblatta, *purpura exquisitioris luminis*.

226 [*Ibid.* Num cæcutiunt Junius et sequaces, qui discrimen inter colores ponere nequeant? Alius est enim purpureus vel ut commentarium scribit *rubentissimus* color, alius *violaceus*. Ad baphiorum tribunal causam refero. Illi si vulgari Græcorum lingua sententiam enuntient, primum κόκκινον, secundum ὀξὺ sancient vocandum; suffragabunturque Hieronymus Germanus et Simon Portius in lexicis Græcobarbaris. Decipit itaque Junii testimonium a Gretsero probatum, ubi ait: Τὸ ὀξὺ *vim intendendi habet*. GOAR.]

Ib. Μουζάκιον est *mosaicum*, *musivum opus*: erant ergo calcei isti picti quasi de musivo, quia punctulis versicoloribus interstincti erant. Recentiores Græci μουσιοῦν καὶ διὰ μουσίων καλλωπίζειν dicunt. Et ut hic habes ὑποδήματα μουζάκια, sic apud Trebellium Pollionem in Tetr. Jun. est *corona picturata de museo*. GRETS.

Ibid. Mirus tessellator Meursius, qui musivo opere calceos affabre compositos vendit. At non compositos, inquiet alius, sed pictos quasi *de musivo*, ceu punctulis versicoloribus interstinctos. Rectius omnino fictos dixisset. Quid igitur ὑποδήματα μουζάκια? Genus Saracenici calceamenti, cujus usus a Græcis peregrinos mores facile imitantibus erat jam Codini tempore in curiam CP. invectus, crepidisque tibialium more ceu levior ac mollior cothurnus solet immitti. GOAR.

Ib. Πτερνιστηρίων. Forte legendum πτερνιστήρων, a recto πτερνιστήρ. GRETS.

[Πτερνιστηρίων retinenda lectio, nec πτερνιστήρων substituenda: gaudent enim Græci neutris hujusmodi a masculinis derivatis. Sic dicunt φοινικιὰ et φοινίκια, χεῖρες et χέρια, πόδες et πόδια, etc. GOAR.]

Ib. Sella equi sive ephippium (v. Meursium. GOAR.); ἱδρομάχιον, et tegmen sudori cavendo et ab equis arcendo. GRETS.

P. 14. [Cur Meursius stragulam ephippio substratam ad prohibendum equi sudorem τὸ ἱδρομάχιον exponat, non video: qui namque depictæ in ea effulsissent aquilæ? Clarius certe nitent in aliis e sella pendentibus ornamentis, quæ propius exsudantem equum attingunt et ejus extergunt sudorem. GOAR.]

Margellium hic est segmentum diversi coloris, sellæ ante et retro insertum. Errat Junius, cum verba ista καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη sejungit a proxime antecedentibus; itaque vertit, vel potius pervertit, *ad quatuor vero latera sagmatis sudatorii habens etiam textum e margaritis ante et pone*, etc. GRETS.

Ibid. Κοπριτόριον vox mere Latina, *coopertorium*. Plinius *cooperculum* dixit. Errat Junius, qui κοπριτούριον edidit vertitque *postilenam*. *Viri docti*, inquit Glossarium, *putarunt* κοπριτούριον *esse Græcam vocem*, παρὰ τῆς κόπρου καὶ οὐρᾶς, *sed analogia repugnat: tunc enim* κοπριούριον *foret. Itaque non est quod fimocaudium interpretentur et postilenam esse dicant*. Hæc spicula in Junium directe directa sunt, a professore Leidensi in professorem olim Leidensem. GRETS.

[Meursius *coovertorium*, et ex Plinio *cooperculum*

Digitized by Google

ris verticem translatis oculis sertum gemmeum, cassidi vel ejus stemmati eminens, vel ad dextram aurem volitantis instar plumæ affixum, φοίνικας vel φοινίκια vocitabis, quasi gemmeos capitis vel coronæ botros. Ita scribit Georgius Coresius : id testantur antiqua Græcorum imperatorum numismata. GOAR.]

Ibid. Ῥοῦχον τοῦ δεσπότου sive ῥουχίον est ipsissima Germanorum vocula *rock*. Nicetas in Andronico l. II : Φοροῦντα ῥοῦχον σχιστὸν μέχρι καὶ τῶν γονάτων. Helgaldus in vita regis Roberti: *Exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur rocus.* Hinc etiam *rochetum* vox sæpius obvia in libris ritualibus, præsertim Romanis. Inde etiam ῥουχαρίον *vestiarium*, vox nostro quoque Codino usurpata. GRETS.

Ibid. [Despotæ ῥοῦχον hujusmodi sive ἱμάτιον, si imperatorio non absimilis est formæ, σάκκος in secuturis dicetur, tunica nimirum e villoso serico nullis plicis conspicua, sed circa pectus et lumbos strictior, paulo latior circa pedes, totum corpus ambiens. Ut illam, clade in bello accepta, tristis a se abjecerit Joannes despota Michaelis Palæologi frater, narrat Gregoras v ult. GOAR.]

Ib. Ῥίζας et στρατηλατίκια, interpretatur Junius *lacinias* et *lemniscos militares*. GRETS.

Ibid. [Regiam Sandionysiaci abbatiam eo fine profectus ut Manuelis imperatoris Helenes imperatricis, Joannis imperii collegæ, Theodori despotæ, Andronici αὐθεντοπούλου Palæologorum eo ms S. Dionysii operum, quod Manuel prædictus coætaneo sibi Christianissimo Francorum regi donavit, expressas ad vivum effigies, vultus, stemmata, gestus, vestes, vestium colores, formam, ornamenta conspicerem attentius et observarem, perspecta coccina despotæ tunica ligataque ad collum ejusdem coloris chlamyde, cujus dextra pars in dextrum humerum revolvitur, in tunica (ea talaris est ad sacci modum) ramos aureos animadverti depictos, chlamydemque Phrygio aureoque opere respersam totam, per spatia quædam in orbem relicta bicipitibus aquilis auro pariter expressis in ea fulgentibus. An aurea ramalia *radicum* instar per vestem, nullis tamen aquilis ornatam, serpentia ῥίζας, aquilas vero primæva Romanorum *signa militaria* στρατηλατίκια vocarem, dubius primum hæsi. Sensu mentisque dubietate æque docto ac mihi benevolo Cyrillo Campanæ Chiensi detecta, dubium ille probato sensu depulit. Tu, lector, eruditi **224** Græcique viri auctoritate laudata, lacinias lemniscosque militares antiquis Romanis relinques, et in recentiore Græcarum vestium usu non nisi quod oculus cernit et ratio suadet adnotabis. GOAR.]

Ibid. Ταμπάριον pro ταππάριον sive ταββάριον, ut μαμπάριον, μαππάριον, ὁμφίκιον, ὀφφίκιον, Italicum *tabarro*, *penula*, *chlamys*. GRETS.

[*Ταμπάριον*, *chlamys imperatoria* ad pedes defluens, militaris nonnunquam et brevior. Nicetas in Manuele Comneno, l. IV: Τῇ μὲν χλαμύδι τοῦ σώματος περιείλησε τὸν λύγον. Cujus alia lectio inter varias scribit τῷ μὲν ταμπαρίῳ τοῦ σώματος περιείλησε τὸν λύγον. Ut gereretur vel corpus ambiret, hæc alia scriptoris ejusdem verba declarant l. III : Χλαμύδα ἠσθημένος ἀστειοτέραν περὶ τὸν δεξιὸν ὦμον περονουμένην, καὶ ἀφιεῖσαν ἐλευθέραν τὴν χεῖρα κατὰ τὸ πόρπημα. Ubi vero ταμπαρίου vice ταππάριον vel ταββάριον legendum putat Meursius nullo auctore, negatur. GOAR.]

Junius in Codino confundit *margaritas* cum *margellis*, et id quod ex margellis constat, cum illo quod constat ex margaritis, cum tamen haud exiguo discrimine distent. Nam margella significat 1) corallium lapidem, 2) florem seu herbam anagallidem quæ rubore corallium mentitur, Gallice *morgelline* seu *morgellina*, quasi morsus gallinæ. Ægineta κοραλλίαν appellat. 3) Id quod florem et lapidem corallium imitatur. 4) Omnis generis pretiosa et discoloria assumenta vestibus superaddi solita. Μαργέλλιον sæpe idem significat quod *margella*. Aliquando margellium est fimbria seu limbus ex margella seu corallio. Moschopulus: Λῶμα τὸ ἀπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον καὶ οἱονεὶ ὁρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον.λωμάτιον, *parvula fimbria*, *parvus limbus seu limbulus*. Porro a λῶμα τὸ λωμάτιον natum videtur Germanicum *som*, *saum*, *fimbria*, λ in S mutato. Balsamon ad 27 canonem Trullanum: Ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσοῦφαντα ἐπιβλήματα τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια. *Grammata et antipana*, quasi panni pannis oppositi, et *purpurea vestimenta*. Puto legendum γάμματα pro γράμματα : nam *vestes gammatæ* notæ sunt apud Græcos, et in Balsamonis meleta de patriarcharum privilegiis habes στιχάριον διὰ γαμμάτων. Idem Balsamon ad canonem 16 concilii septimi, quod est secundum Nicænum, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων ἤγουν μαργέλλια. Ubi doctissimus vir Gentianus Hervetus ad marginem notat : Μαργέλια (sic enim scribit) *puto dictum esse a Græcis, corrupta dictione*, quasi *marginalia*. Cui conjecturæ quid verisimilitudinem conciliet, nihil video præter nominum quamdam similitudinem ; et quia in margellis et margelliis versamur, Cedreni locum in Michaele Stratiotico imperatore ascribamus et explicemus. Τό τε γὰρ λεγόμενον στρατήγιον ἀνακαθαίρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι, μὴ διὰ γραμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μαργελλογράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου πορφυρᾶς ἐξυφασμένων. *Jussit* (idem Stratioticus) *expurgari strategium*, etc., *et capita civium tegi* **225** non *litteratis pileis*, *ut nunc moris est*, *sed margella fimbriatis linteis ex bysso purpurea textis*. Quem locum interpres Cedreni se non capere ingenue confitetur, et sane difficilis est ; quem planiorem reddit illa Meursii emendatio, μαργελλογράμμων pro μεγαλογράμμων. Ego libenter pro διὰ γραμμάτων legerem διὰ γαμμάτων : nam ut vestes olim

Digitized by Google

gammatæ, sic et tegumenta capitis *gammata* fuisse videntur. Fateor tamen et hic et alibi forsan retineri posse γράμματα pro γάμματα, cum etiam aliæ litteræ, præsertim Δ, vestibus assui solerent, ut p'anum fit ex imperatorum tribus imaginibus, quæ Nicephoro Gregoræ præponuntur. GRETS.

P. 13. [A *margine*, dictione Latina, μαργέλλιον derivant Græci, nec corallii pretium vel margellinæ venustatem attendunt (prout Meursius, et qui eum exscribunt, comminiscuntur), ut ea voce vestis *limbum* et *assumentum* quodcunque discolor vel auro textum, panno superadditum, exprimant. Id ipsæmet a Gretsero post Meursium exscriptæ auctoritates evincunt.] GOAR.

Ibid. Κάλτζαι, *caligæ*, ex Latino *calceus* magis quam *caliga*. Et sumitur hic non pro *calceis*, sed pro *braccis* : nam calcei jam sequuntur. Caligæ tamen nomen etiam calceum militarem significat. Hinc βουλὴ καλίγων, *senatus caligarum* seu caligatus, apud Dionem, l. XLVIII, scomma in senatum, quod caligis sive calceis militaribus uteretur. Sic *caliga* sumitur ab interprete nostro Act. XII : *Calcea te caligas tuas*. Græce ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου, *subliga sandalia tua*. GRETS.

Ibid. [Nusquam *calceus* Latinus, vix *caliga* item Latina, imo certissime Italorum *calze* vocem κάλτζαι Græcis dedere. Nec *braccas* itaque, minus *calceos*, sed vel *caligas* ad suram usque ascendentes vel integras ocreas significat. Usus loquendi recentior sensum allatum probat, confirmantque in vulgaribus lexicis Hieronymus Germanus et Simon Portius, qui licet χάρτζαι communiori pronuntiationi calamum exæquantes scribant (substituunt enim hodierni ρ vice λ, et ἦρθεν, non ἦλθεν, ἁρμυρόν, non ἁλμυρόν proferunt), usui tamen et sensui reddita, hic Latina voce *tibialia*, ille Italica *calze*, *calcette*, suis calculis attestantur. GOAR.]

Ib. Διβολέα. Vocabulum hoc aliquoties apud Codinum legitur. Διβολέος idem quod διπλοῦς. Pro quo veteres δίβολος, ut δίβολος χλαῖνα. Junius, διβολέα ὑποδήματα, *bilices calcei*, et διβολέος, *bilix*, id est *ornatus bicolore licio*. Sed tu dic διβολέος, seu διβολέα, quoties apud Codinum occurrit, nihil aliud esse quam *bicolor* seu *duplicis coloris*. GRETS.

Ibid. [Διβολέα quoties occurret apud Codinum, non uno modo intellige, sed *bicolorem* vestem, v. g. cujus pars media coloris unius, alterius est altera, qualem plerumque scabini urbium gerunt in Galliis ; vel cujus pannus exterior hujus, subductus alterius est coloris ; vel quæ demum in versicolores tænias est secta, et ex eis fasciata et contexta, pro Helvetiorum more. GOAR.]

Ibid. Χρώματος ὀξέος, id est, *rubentissimi*, inquit Junius : ὀξύ enim vim intendendi habet. Hinc in codice est oxyblatta, *purpura exquisitioris luminis*.

226 [*Ibid.* Num cæcutiunt Junius et sequaces, qui discrimen inter colores ponere nequeant ? Alius est enim purpureus vel ut commentarium scribit *rubentissimus* color, alius *violaceus*. Ad baphiorum tribunal causam refero. Illi si vulgari Græcorum lingua sententiam enuntient, primum κόκκινον, secundum ὀξύ sancient vocandum ; suffragabunturque Hieronymus Germanus et Simon Portius in lexicis Græcobarbaris. Decipit itaque Junii testimonium a Gretsero probatum, ubi ait : Τὸ ὀξύ *vim intendendi habet*. GOAR.]

Ib. Μουζάκιον est *mosaicum*, *musivum opus* : erant ergo calcei isti picti quasi de musivo, quia punctulis versicoloribus interstincti erant. Recentiores Græci μουσιοῦν καὶ διὰ μουσίων καλλωπίζειν dicunt. Et ut hic habes ὑποδήματα μουζάκια, sic apud Trebellium Pollionem in Tetr. Jun. est *corona picturata de museo*. GRETS.

Ibid. Mirus tessellator Meursius, qui musivo opere calceos affabre compositos vendit. At non compositos, inquiet alius, sed pictos quasi *de musivo*, ceu punctulis versicoloribus interstinctos. Rectius omnino fictos dixisset. Quid igitur ὑποδήματα μουζάκια ? Genus Saracenici calceamenti, cujus usus a Græcis peregrinos mores facile imitantibus erat jam Codini tempore in curiam CP. invectus, crepidisque tibialium more ceu levior ac mollior cothurnus solet immitti. GOAR.

Ib. *Πτερνιστηρίων*. Forte legendum πτερνιστήρων, a recto πτερνιστήρ. GRETS.

[Πτερνιστηρίων retinenda lectio, nec πτερνιστήρων substituenda : gaudent enim Græci neutris hujusmodi a masculinis derivatis. Sic dicunt φοίνικες et φοινίκια, χεῖρες et χέρια, πόδες et πόδια, etc. GOAR.]

Ib. Sella equi sive ephippium (v. Meursium. GOAR.) ; ἱδρομάχιον, et tegmen sudori cavendo et ab equis arcendo. GRETS.

P. 14. [Cur Meursius stragulam ephippio substratam ad prohibendum equi sudorem τὸ ἱδρομάχιον exponat, non video : qui namque depictæ in ea effulsissent aquilæ ? Clarius certe nitent in aliis e sella pendentibus ornamentis, quæ propius exsudantem equum attingunt et ejus extergunt sudorem. GOAR.]

Margellium hic est segmentum diversi coloris, sellæ ante et retro insertum. Errat Junius, cum verba ista καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη sejungit a proxime antecedentibus ; itaque vertit, vel potius pervertit, *ad quatuor vero latera sagmatis sudatorii habens etiam textum e margaritis ante et pone*, etc. GRETS.

Ibid. Κοπριτόριον vox mere Latina, *coopertorium*. Plinius *cooperculum* dixit. Errat Junius, qui κοπριτούριον edidit vertitque *postilenam*. *Viri docti*, inquit Glossarium, *putarunt* κοπριτούριον *esse Græcam vocem*, παρὰ τῆς κόπρου καὶ οὐρᾶς, *sed analogia repugnat : tunc enim* κοπριούριον *foret. Itaque non est quod fimocaudium interpretentur et postilenam esse dicant*. Hæc spicu'a in Junium directe directa sunt, a professore Leidensi in professorem olim Leidensem. GRETS.

[Meursius *coovertorium*, et ex Plinio *cooperculum*

Digitized by Google

Latine reddidit. Latine magis simul ac Græce dixisset *ephippiarium stragulum*.

Ibid. [*Σκάλαι.* Duobus a Meursio vocis σκάλας notatis sensibus, *scalæ* nimirum et *navalis*, tertius *stapedis* tum ex præsenti tum ex alio **227** Leonis Grammatici loco addendus : Τοῦ ποδὸς κρατηθέντος ἐν τῇ σκάλᾳ θροηθεὶς ὁ ἵππος. GOAR.]

Ibid. Κεφαλαρέα sive κεφάλαρον freni pars, quæ auribus circumdatur, quæ *aurea* dicebatur veteribus Latinis, teste Festo, ab aure utique, non ab auro, sicut pars inferior freni dicitur *orea* ab ore. GRETS.

Ibid. [Meursius : *Freni pars quæ auribus circumdatur.* Clarius ego : *frontale* vel *capistrum*. Pari verbo scripsit prius Nicetas in Manuele, l. v, Προμετωπίδιον. Αλλ' ἦν ὁρᾷν, inquit ille, τῶν ἵππων αὐτῶν B διαδήματα μασχαλιστῆρας προφαινόντων, καὶ προκειμένων προμετωπίδια καὶ προστερνίδια τῶν βλημάτων ἐρύματα. Alia loci ejusdem vulgaris lectio: Τὰ ἅλογα αὐτῶν ἁρματωμένα μετὰ κεφαλαρέων καὶ σαγισμάτων ὡρικαινῶν. In eamdem mentem insurpaverat Simocatta κεφάλαρον : Κοσμεῖται μὲν ἵππος κεφαλάροις τε καὶ θώρηξι. GOAR.]

Ib. Ἀπῳώρηται φοροῦντα. Mendum manifestum. Sed quomodo emendandum? Num legendum φοῦτα? Ita aliquando suspicabar, præsertim cum infra, ubi de pileo et insignibus magni interpretis agitur, Junius ediderit φοῦταν ἐρυθράν : *In summitate habet exiguam pupam rubram.* In indice interpretatur Junius *puellam.* Quæ lectio etiam applicanda C videtur illi loco c. 5 : Μετὰ τῶν φορούντων. Junius *cum equis agminalibus*, et in indice τὰ φοροῦντα *equi agminales.* At quid si et hic φουτῶν? *Cum ornamentis et phaleris?* Accedit Glossarium Isidori, cui ornamenta camelorum et phaleræ sunt *buda*, exiguo sane a vocabulo *phuta* discrimine. Sed legendum et hic et alibi τοῦφα (idem τὰ τούφια seu τουφία). Est autem τοῦφα *parvulum flammulum.* Mauricius Strateg. II, 2 : Κασσίδας ἐχούσας τουφία μικρά. Idem: Μικρὰ τουφία κατὰ τῶν ὀπισθελίνων καὶ ἀντελίνων τῶν ἵππων. Idem : Τουφία εἰς τὰς ὀπισθελίνας τέσσαρα. Eadem ferme Leo imperator Constitut. VI, ubi præterea requirit κορυφάδην τοῦ ἵππου τουφίν (sic enim legendum esse patet ex Mauricio apud Rigaltium v. τούφια) *in vertice* D *equi flammulam*, alteram ὑπογένειον, *sub mento.* Ex his facile erit vertere et explicare loca Codini : nam is quem præ manibus habemus, sic reddi debet, *In fronte ad auream freni pendet tupha seu flammula.* Et ille alter, pro φορούντων, μετὰ τῶν τουφῶν, *cum flammulis et aliis ornamentis equestribus.* Valeat Junius cum suis *equis agminalibus.* Tertio loco similiter medicinam facies, si substituas μικρὰν τοῦφαν ἐρυθράν, *exiguam tuphan* seu *parvulam flammulam purpuream*, Juniumque cum sua *parva pupa* et *puella* facessere jubeas.

Sollicitat Rigaltius alium locum Curopalatæ nostri, c. 17, ubi bis τούδια editur et legitur. Mallet ipse τούφια. Reclamat Glossarium, *Male*, inquiens, A τουφία et τουφίων *hoc loco restituere tentant viri docti*, id est Rigaltius; in quo judicio Glossarii libenter acquiesco. GRETS.

Ib. [Τοῦφα alia hominis, alia equi. Illa *tiara* est et capitis velamen, hæc *apex*, *serica panicula*, *crista plumatilis vel gemmea.* De prima Zonaras in Basilio Porphyrogenito : Τιάρᾳ ταινιωθεὶς ὀρθίᾳ, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος, τῦφον, οἶμαι, ὠνομασμένην **228** ὡς τετυφῶσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτην ἀναδουμένους. Leo Grammaticus : Ἔπεσεν ἡ χρυσῆ τοῦφα Ἰουστινιανοῦ τοῦ λεγομένου Αὐγουστίως. De secunda Rigaltius : Τουφίον λόφος. Simon Portius : Ἀθήλη κολοφῶν, φοῦντα, *pannicula*, *apex.* Idem vero sensu tenes, sive τοῦφαν sive φοῦνταν vel φοῦταν dicas; cujus testes sunt variæ lectiones, tum nostræ eo quem tractamus loco, tum Junianæ a Gretsero citatæ. GOAR.]

Ibid. Μετὰ φοινίκων, cum ramis palmæ, inquit Junius, hoc est, segmenta inspersa habebat efformata instar ramorum palmæ. GRETS.

Ib. [*Κόμπωσιν nodum gemmeum* concipe, gemmam nempe luculentiorem, qua velut e trunco, *panniculæ* φοινικίων rami prodeunt. Κόμβος sive κόμπος *nodum* vel *globulum* sonat, κομπόνω *globulos committo* velut in fibulas. Κομπολόγι *globulorum series* est, *precaria corona.* Κόμπωσις *globuli commissura.* GOAR]

Ib. Τέντα seu τένδα a Latino *tentorium* est, et hoc a *tendo*. Vox in Tacticis Leonis frequens. Etsi autem certum est τένταν esse alicubi *tentorium*, an tamen hic sit, anceps sententiæ hæreo. Quid enim hoc loco *tentorium*, ubi de pileis, vestitu et ornatu equestri officialium palatinorum agitur? Ego admodum inclino ut per τένταν seu τένδαν intelligatur id quod Germani vocant *den sattelbogen* a tenendo; quia eques partem illam prominentiorem ephippii manibus tenere solet. Si quis tamen in tentorio persistere velit, cum eo absit ut pugnem. Junius vertit *tholum.* GRETS.

[*Τέντα tentorium* est indubie; nec modo vestes et pileum, sed et cuncta despotæ insignia connexaque dignitati symbola textus enarrat. Nicetas in Manuele, l. VIII : Σκηνὴν ἐγχαρσίως διατέμνει. Alia lectio, σχίζει τὴν τένταν ἐγχαρσίως. Idem in Joanne Comneno : Τὰς τέντας αὐτῶν ἐκεῖ ἔστησαν. Ab hisdiversa Rigaltius. GOAR.]

Ibid. Ἀετόπουλα, id est ἀετοί. *Græcorum recentiorum est terminatio* πουλος et πουλον et πωλος, *nihil præterea significans*, inquit Junius : *sic ex nomine* ἄρχων *fit* ἀρχοντόπουλος, *ex nomine* παῖς παιδόπουλος, *ex* αὐθέντης αὐθεντόπουλος, *ex* Τοῦρκος Τουρκόπουλος, *ex Francus Francopulus*, etc. Etsi autem verum sit terminationem istam plerumque nihil significationi addere, interdum tamen videtur habere vim minuendi, ut in ἀρχοντόπουλον, quando puerum seu ephebum honorarium significat; qua notione sæpe occurrit apud Codinum (c. 6) : non enim tunc significat *principem* seu *virum primarium*, ut simplex vocabulum ἄρχων, sed puerum, et quidem

Digitized by Google

σκεπῆ, qui sine ullo pileo vel capitis tegumento in palatio versatur. Apud nonnullos Germanos *Peter* (*Petrus*) est *Petermann*; ubi adjectio illa *mann* nihil penitus ad significationem adjicit, quia idem prorsus est quod *Peter*. Forte autem legendum ἀετοπούλων γέμουσα ἐρυθρῶν. GRETS.

Ibid. [Vocis πῶλος adminiculo nonnullis diminutivis formandis utuntur hodierni, in locum ω substituta ου diphthongo, ut nuper in voce πτερνιστόλουρον vice πτερνιστόλωρον animadvertere fas fuit. Sic κομητόπουλον Cedrenus, ὡρολογόπουλον doctissimus Allatius, ἀρχοντόπουλον in sequentibus Codinus scripsere, *ut filios comitis, exiguum et compendiosum diurnale, puerum nobilem* exprimerent.

Ibid. Ἐπὶ κεφαλῆς ἔτι νέος ὤν. Vide capitis sequentis notam primam. GOAR.]

229 *Ibid.* Καβαλλικεύῃ, vox a Latino *caballus* ficta, frequens in hoc opere. Additur explicatio, ἤγουν ἱππεύῃ, quales barbararum dictionum explicationes multæ occurrunt in Codino; ut paulo ante κάμπος ἤγουν πεδίον. Nec scio num sint ab auctore an a librariis. Ἤγουν recentioris Græciæ flosculus est, pro ἤ. Primis verbis hujus numeri forte aptior scriptura esset: Πεζεύει ὁ δεσπότης, ἐν ᾧ ἀν τόπῳ προστάξει τοῦτο ὁ βασιλεύς. GRETS.

Ib. Σκαράνικον. Junius *pallam* vertit vel *laxam et fluentem togam*; ejusque vocabuli natalia ab Assyriis repetit. Ego nomen Græcum retinendum censeo, tam hic quam alibi, tam in his quam in aliis id genus vocabulis, quando nullum Latinum suppetit quod vim satis exprimat. Forte *scaranicum* est a *Sarra*, hoc est Tyro. Sidonius, VIII, 6: *Sarranis ebria fucis*. Ubi Savaro: *Sarranis*, id est Tyriis: Tyrus enim insula prius *Sarra* dicta. Servius et Festi Epitomastes. Unde *Sarranum ostrum* Virgilio. Sed en fulmen a Glossario Græcob. *Apud Codinum male semper* σκαράνικον *legitur: restitue ubique* σκαράμαγκον. Obtemperarem, nisi consensus mss. codicum me retraheret: nam neque Junius in suis neque ego in Bavaricis et Lautheriano hoc σκαράμαγγον reperimus. Uterque Bavaricus præfert quidem σκαράνιον, facili lapsu librarii κ omittentis: sed quid σκαράνιον ad σκαράμαγκον? GRETS.

[*Σκαράνικον.* Cum de illo frequentior occurret sermo, commodius infra declarabitur. Vide interim quartam ab hac notam, cui titulus καββάδιον.

Ibid. [*Χρυσοχοϊκόν.* Sensum percipe: nec illitum modo, sed et auro solido conflatis monilibus asseres circumfusum et distinctum despotæ σκαράνικον: λιθάρια namque, qui non uniones, sed lapilli sunt pretiosi, nonnisi opere solide concreto, cujus χρυσοχόος est auctor, includi possunt et detineri, ac demum externæ vesti, qualis σκαράνικον est, per varia spatia respergi et consui. Sandionysiacus codex palmarem limbum gemmis et lapillis, ut apparet, varium ejus vesti appingit.

Ibid. [*Λιθάρια.* Vide degenerantes in barbariem voces has, λιθάρια, μαργαριτάρια, et, de quibus nuper, χαλινάρια. Paucæ sunt ex immenso, quem tumet recenseas, numero. GOAR.]

Ib. Καββάδιον. Scribitur etiam καββάδης, καββαδίκιον, καββάδιν. Junius interpretatur *tunicam honoratam et puram*. Sed Græcum retineamus. Glossarium, v. κάμβα, dicit καββάδιον esse diminutivum a κάμβα vel κάββα: utrumque enim Græcis usurpari, sicut μαμπάριον, et μαππάριον, ταμπάριον, et ταππάριον. Forte tandem exsistet qui a *Cabbade* rege Persarum originem τοῦ καββαδίου petat, cum *scaranicum cabbadium* et *phaceolium* ab Assyriis a Græcos venerint, ut infra ex Codino discemus c. 6; probabile est formari καββάδιον a Latino *cappa*. Infra quid sit καββάδιον explicatur addita hac exegesi καββάδιον ἤγουν τὸ ἐπάνω ἔνδυμα πάντων. GRETS.

[Occurret nonnunquam uno β minutum, καβάδιον, vel etiam extrema syllaba pro corrupto loquendi usu truncatum, καβάδι. Quid sit exponit Portius in Lexico: καβάδι τήβεννα, τήβεννος, σάγος. Duplicem in familiari sermone observavi tunicam, interiorem et externam. **230** Illa brevior est et suras lambit, sinibus caret et plicis, globis sua mole conspicuis colligatur ad imum usque pectus, corpus astringit, et zona præcingitur, sub qua crurum motus limbos oris interioribus assutos et subductos manifestat. Hæc (quæ σκαράνικον est) longior ad talos defluit, aperta geritur et cingulo libera, sinuosa non est, priore licet amplior; unde et latioribus rectisque manicis, si expandatur, crucis formam exhibet: qua de causa sacerdotum tunicam, seu senatoriam et procerum propriam, laudat Simeon Thessalonicæ episcopus lib. De Sacram.: Σταυροῦ δὲ τύπον ἐπέχει τῷ μήκει καὶ τοῖς μανικίοις. Ταῦτα οὖν τὰ ἱμάτια κοινὰ πᾶσι, καθ', ὡς φασὶν, ἐκ βασιλικῆς δωρεᾶς, εἰς τιμὴν ἱερωσύνης, ὅτι καὶ συγκλητικοὶ ταῦτα ἐνδύονται. Primam quæ milites decet laudat Tzetzes Chiliad. 2: Ἔσθημα ἐνυάλιον, στρατιωτῶν τὸ εἶμα, Ὅπερ καβάδη λέγεται ἀπὸ Καβάδου Πέρσου. Verum in *cabadem* hunc Romanum sagum degenerasse autumo. Ab Assyriis ad curiam CP. transisse scribet auctor inferius c. 6 ad calcem; quod de externo, seu a Romanis usibus alieno, dictum lubens amplector: a *cappa* vero (quod alii commiscuntur), barbara Latinorum voce nuncupatum, a forma siquidem abhorret, ne risum moveat, nullus affirmet. GOAR.]

Καββάδιον despotæ est ὀξύ. Ut intelligas quid sit color ὀξύς, audi quid Casaubonus ex Turnebo scribat ad illud Trebellii Pollionis: *Chlamydes veri luminis limbatas duas*. Lumen non est coloris nomen, sed affectus, qui sequitur colores intensiores. Purpuram veri luminis appellat *clarum* Lampridius in Diadumeno, in Alexandro Severo *clarissimam*. Vopiscus in Carino lumen purpuræ eleganti verbo expressit, cum *lineas micantes purpura* dixit. Græci qui purius locuti sunt, veri luminis colores dicunt ὀξεῖς, posterior ætas ἀληθινούς, unde obtinuit ut ἀληθινά appellarentur omnia purpurea propter præstantiam sacri muricis. Apud Balsamonem

Digitized by Google

in Photianum Nomocanonem habes ἀληθινὰ ὑποδήματα, *calceamenta purpurea et veri luminis*, de quibus etiam Corippus laud. Justini II, 104. GRETS.

P. 14. [Iterum falso *veri luminis* sive *splendidissimi ruboris* fuco dictio ὀξύς inficitur. Itane unus duarum dictionum, quas ἤ particula disjunctiva discriminat, colligitur sensus? qui pertinacius asseruerit, colores ipsos inspiciat. In ms. Tiliani limine imperatoris effigies rubrum ostentat vestimentum, in Sandionysiaco violaceum. Utrobique ejusdem est principis, Manuelis nimirum: violaceum itaque sicut et purpureum sibi assumit imperator. At despotæ, de quo sermo, et imperatoris communis est cabadis ornatus, τὸ ῥοῦχον αὐτοῦ ὥσπερ καὶ τὸ βασιλικόν: ita nuper auctor. Joannis colegæ præter hæc effigies, sicut et paterna Manuelis imperatoris, cui astat, violaceam vestem ostentat in laudato S. Dionysii ms. Ergo despotæ καββάδιον ὀξὺ ἢ ἐρυθρόν: *Cabades*, inquam, *violaceus aut purpureus*.

Ib. [*Τοῦ Καίσαρος ἐπὶ τῶν ἑορτῶν ζητεῖται.* Reperitur ille Cæsaris habitus a Barda in publico solemnique processu ad ecclesiam die festo gestatus apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili F.: Βάρδα δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελεύσει διερχομένου μετὰ σκαραμαγγίου ὀξέος. Est vero σκαραμάγγιον tunica Persica auro intexta, eadem cum scaranico, de quo inferius auctor. Suggerit propterea Cæsari eidem Philotheus amicus: Αὔριον, ὦ δέσποτα, περιβαλοῦ τὸν χρυσοπερσικόν σου χιτωνίσκον, καὶ ὄφθητι τοῖς ἐχθροῖς σου. Ἀπὸ προσώπου σου φεύξονται. Τοῦ ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἵππῳ ἐπιβὰς παρεγένετο πρὸς τὴν κόρτην τοῦ βασιλέως μετὰ στολῆς λαμπρᾶς. Vocem κόρτη tentorium hic indicare demonstrabimus alibi.

231 *Ibid.* [*Γαμβρῶν.* Non *generos* modo, sed et *leviros* et *uxorum fratres*, qui et ἀνδράδελφοι et γυναικάδελφοι, Græci vocant γαμβρούς. Monitus semel sexcenta reperiet apud eorum historicos et jurisconsultos testimonia.

P. 15. [*Χρυσοκόκκινα.* Auro nimirum rubroque serico distincta, sive simul texta sive acu pingente addita. GOAR.]

Ibid. Nota cruces in pileis generorum imperatoriorum, et quidem non ex qualicunque materia, sed ex margaritis confectas. Ut placet hic mos nostris stauromachis? GRETS.

[Cruces quinque circiter gemmis conflatas, et ad circuli (qualis et Gallorum comitum) caput ambientis quatuor partes, frontem nimirum, utramque aurem et occiput, circumpositas.

Ib. [*Γύρους.* Tæniam intellige frontem circumcingentem, nuper circulum dictam, et oræ pilei junctam, sive illi penitus agglutinetur, sive ex parte superiori nonnihil dissideat; quam propterea Gregoras l. v, κατὰ τὴν κάτω καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν κυκλίσκον χρυσοειδέα vocat. Vide notam in sequens caput ad p. 19.

Ib. [*Ἑπράτσαι.* Nec cæruleus nec viridis est ἠράνεος color, sed medius, qui subviridis et porri folio similis, prasinus et glaucus, *vert de mer*. Ita me usus et cum baphiariis Græcis colloquium edocuit. Hinc quia in utrumque declinat, scribit uno loco Simon Portius: *Glaucus* πράσινος, γλαυκός, in alio γερανιὸς (corrupta pronuntiatio est, ἠεράνεος vice) κυάνεος, γλαυκός: *cæsius, cyaneus, venetus color*. De glauco et cæsio colore ulvæ salicique persimili Antonius Thylesius Lazaro Baifio adjunctus; de veneto, quem Hispanice *verde de la mar* exponit, Calepinus.

Ib. [*Τιμήσας σεβαστοκράτορας.* De quo ipse Cantacuzenus, IV, 5.

Ib. [*Ἔχοντα ἀετοὺς συμματεῖνους.* Talem depingit Gregoras, IV, 1, in cujus κυανοῖς πεδίλοις καὶ χρυσοΰφοις ἐνηρμόζοντο ἀετοί.

Ib. [*Εἰς ἀέρα κόκκινον.* Ita ut in plano seu scutulo rubeo aureæ depictæ forent aquilæ, quæ deinceps glaucis calceis assuerentur; et dictio ἀήρ idem hic indicet quod in superioribus κάμπος ἢ ὡς πεδίον, *panni* versicoloribus figuris insigniti *planities, le fond d'une broderie ou d'une estoffe à ramage*, a figura *in umbonem desinente* penitus distincta. GOAR.]

Ib. Junius κῶνος, ego ὁμοίως ex duobus Bavaricis codicibus: quæ scriptura germana est.

Ib. *Χαρτάριον, χαρτίον scutulum quadratum.* Junius vertit *quadrarias tesseras*, aitque corruptum ex Italico et Gallico *quartiers*. GRETS.

[Χαρτάρια *scutala* posse dici probo, *quadrota* jugiter inflitior. Χαρτάριον enim *bractea* est, *lamina*, *scutulum* quacunque figura conformatum, alteri rei ornatus ergo superponendum. GOAR.]

Chartæ plumbeæ apud Anastasium in Sergio et Gregorio III sunt tegulæ plumbeæ, quibus ædificia tecta. Itaque nihil ad χαρτάριον et χαρτίον nostrum facere videntur. Mox lego cum cod. Boico disjunctim μετὰ ῥαφήν. In altero est καταγραφήν. Forte hic etiam disjunctim κατὰ γραφήν scribendum erit, si forte cui magis placeat γραφὴ quam ῥαφή. GRETS.

Ibid. [*Κατὰ ῥαφήν.* Lectio tot in exemplaribus inter se collatis reperta retinenda: suturis namque velut deformitatem secum ferentibus ornatus addi consuevit.

232 *Ibid.* [*Τετράστυλον.* Videtur esse augustius et ornatius aliquod fastigium, ad aliquam aulæ palatii partem quatuor columnis in sublime erectum, ad quod, qui equites aulam ex privilegio penetrare poterant, equis in terram se demittere regiæ majestatis colendæ gratia compellebantur. GOAR.]

Ib. Lege πεζεύει κἀκεῖσε κατ' ἀναλογίαν τοῦ τόπου τετραστύλου. Ambulat et illuc ob rationem propter quam ad Tetrastylum ambulat; nimirum ob honorem imperatoris, qui illic præsens est. GRETS.

P. 16. [*Τοῦ κοπριτορίου καὶ τοῦ ἐπάνω σκεπίου.* Ephippiarium stragulum et aliud superius tegumen sunt diversa, quod unum nempe majus altero, vel unum pacis tempore sit ornamentum, aliud in bello sit equi munimen.

Digitized by Google

Ib. Πεζεύει. Id est, *in terram ex equo desilit*, ut pedes incedat. GOAR.]

Ib. Αὐθεντόπουλος. Quamquam Glossarium interpretatur *herum minorem*, quasi adjectio illa decerpat aliquid de significatione, id tamen perpetuum non est, ut supra ad p. 14, notabamus.

Ib. Μᾶς et σᾶς, pro μοῦ et σοῦ sunt barbaræ Græciæ suaveolentes flosculi. GRETS.

[Vere nasutus etiam barbaræ Græciæ voces μᾶς et σᾶς non μοῦ et σοῦ, sed ἡμῶν et ὑμῶν vice odorabitur usurpari. Aliis autem a nominativo ἐμεῖς et ἐσεῖς *nos* et *vos* casibus cunctis deserviunt, mutilatisque per aphæresim ἐμᾶς et ἐσᾶς relinquuntur; simulque vides τοῦ σύ minus anomalum esse plurale ἐσεῖς quam ὑμεῖς, ac ideo suaveolentes barbaræ Græciæ flosculos, nullo pretii eorum delectu facto, non esse temere proterendos. GOAR.]

Ib. Αὐθέντης *dominus*. Hinc αὐθεντεῖν, αὐθεντεύειν, αὐθεντίζειν, *authenticum reddere, auctoritatem, vim et robur addere, ut valeat et rejici non possit*. Et cui non sunt auditæ Justiniani *Authenticæ*, quas ipse Νεαράς, hoc est Novellas, indigitavit? Authenticæ Scripturæ sacræ omnium ore teruntur.

Græci nunc ἀφένδης scribunt et pronuntiant, et corruptius adhuc *efendi*. Transiit utraque vox ad Turcas: nam illis *aphendi* vel *efendi* in usu est, teste Leunclavio in Onomastico Musulmannico. Ἀφένδρα *domina*. Dousa in Itinerario Cpolitano: *Nisi Græcos interdum vino deposueris, nisi Græco more* πολυχρονιάσῃς, ἀφένδι, *exclamaveris, oleum et operam perdideris*. Hinc αὐθεντία dominatio. GRETS.

CAPUT V.

Explicationes et observationes circa reliquorum procerum aulicorum insignia, quæ Codinus capite 4 exsequitur.

P. 17. [*Τὸ σκιάδιον*. Capitis tegimen honoratius et aulæ proceribus concessum σκιάδιον vocat auctor cum Jure GR. p. 186, Nicetas πῖλον et κάλυμμα, Gregoras καλύπτραν. Formam hic depingit ultimis historiæ suæ verbis: Περί γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν μὲν πρότερον βασιλέων ἔθος τοῖς μὲν χρόνῳ προβεβηκόσι ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, σηρικοῖς **233** δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἄξίωμα καλυπτομέναις, ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. Unde cum ad ephebi ætatem processit, tunc tantum despotæ per morem fas est tecto capite in palatio cerni: puer enim nonnisi aperto versatur, ait auctor capite superiore: Ἐπὶ κεφαλῆς ἔτι νέος μὲν ὢν ὁ δεσπότης φορεῖ ἐν τῷ παλατίῳ οὐδέν. Pilei descriptam a Gregora formam dixerat olim Nicetas Andronici l. II a barbaris acceptam: Πῖλον βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὀξὺ λήγων πυραμίδι εἴκασται. Proprius tamen et familiaris ita redditus est, ut non forma, sed materiæ colorumque ejus varietate senator quilibet et aulicus minister dignitatem spectantium oculis manifestaret; qua ratione Nicetas idem in Alexio Manuelis F. συγκλητικῶς ἐξυφασμένον τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, *pro magnatum* (συγκλητικοὶ enim non senatores modo, sed et proceres cuncti dicuntur) *et officiorum varietate variis coloribus et materia diversa* componi ex assuetudine affirmavit. Logothetæ pilei descriptionem nota inferior ad p. 19 exhibebit. GOAR.]

Ibid. Κλαπωτόν Junius ubique vertit *squameum*, exque Arabia et Syria cunabula accersit. Ridicule prorsus, quia est vox mere Latina, *clavatum* seu *clavatus*, παρὰ τὸ κλάπος sive κλάβος, *clavus*. Hinc χρυσόκλαβα et χρυσοκλαβαρικά, *chrysoclava* seu *auriclava*, de quibus jam supra ad p. 5. *Viri aocti*, inquit Glossarium, id est Junius, *putant esse vocem Arabum et Syrorum, quæ mere Latina est, et aliter interpretantur quam debebant*. Quam benevole transfert ad plures quod solius Junii est! et quam amice hic et alibi gravissimos ejus lapsus tangit! ubique quod Junius deliravit, hoc viri docti fecerunt. GRETS.

[*Κλαπωτόν*. Duplex filum aureum, unum ductile purumque, quasi solidum; aliud ductile quidem, sed molis tusum et pressum, serica fila circumvestit. Primum σύρμα est, *or trait*, secundum κλαπωτόν setæ circumpositum, *or filé*. GOAR.]

Ib. Δικανίκιον, παρὰ τὸ δίκη, passim occurrit apud Codinum. Junius ubique vertit *sceptrum judiciale*. Potest vox ipsa Græca retineri; potest *dicanicium* simpliciter verti *sceptrum*. Aliquando cum de patriarchis et episcopis sermo est, ut p. 103, rectius redderetur *pedum*. In Turcograecia vocatur δεκανίκιον (nisi sit typographicus error) p. 15, ubi de Gennadio patriarcha et imperatore Turcico: Ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην, ὡραίαν. In scripto quodam Græco-Barbaro l. II Turco-Græciæ vocatur δικανίκη. Ποιμαντικὴν ῥάβδον vocat Gregoras l. VI. GRETS.

Ibid. [Ἀπὸ τῆς δίκης, *a justitia* vox deducta justitiæ quoque et potestatis in alios exercendæ symbolum quodcunque significat. Hoc in rege sceptrum est, in pontifice pedum pastorale, in abbate baculus, in regio ministro calamus, bacillus, clava: cunctis istis exprimendis vox δικανίκιον propria est; et Latine redditur commodius *virga* vel *baculus* quam *sceptrum*. Scribitur et δεκανίκιον et δεκανίκι dictio a priori truncata: non δεκανίκη, ut barbare Meursius. Simon Portius δικανίκι: *ῥάβδος, βάκτρον, βακτηρία, ξύλον, baculus. Consecratus*, inquam, *baculus*, qualem caduceatores nostri gerebant primitus, de quo Gregorius Turon. VII, 32: *Misit Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis consecratis, juxta ritum Francorum, ut scilicet non contingerentur ab ullo*; qualem **234** etiam gerunt marescalci, regius dapifer, prætoriani immunes, apparitores, etc. GOAR.]

P. 17. Pro κόμβων Junius eodem sensu κόμπων. GRETS.

Digitized by Google

[Κόμβος et κόνδυλος situ, non natura, differunt velut nodus et ramus. Clarius. Calamus nodis interstinctus variis compingitur fistulis (fistulas voco eas et singulas calami partes nodis divisas eisdemque ad invicem connexas) : eas κονδύλους recentiores Græci vocant, nodos autem κόμβους sive κόμπους. Simon Portius in Lexico Græcobarbaro κονδύλι (κονδύλιον, κόνδυλος) καλάμι, κάλαμος, δόναξ, *calamus*. Et κόμπος, δεσμὸς, ἄμμα, κόμβος, δζος, *nodus*, *nexus*, *commissura*. Ex *calami* tamen ad *nodum* necessitudine unum alterius vice substitui infitias non iero. Hic nihilominus, ubi varia tribuuntur utrisque, promiscue non sumenda benevolus lector advertet ; ac in δικανικίοις, de quibus sermo, quod in pontificum viatorumque baculis, spatia singula κονδύλους, globos singulos spatia dividentes κόμβους ab auctore vocatos recordabitur.

Ibid. [*Ἰνοκοπητῶν*. Vice ἐγκοπτῶν, nisi tibi ἐγκοπέως simul et ἐγκόπου *laboriosæ*, *subtilis et artificiosæ cœlaturæ* sensum degenerans in barbariem vox ἰνοκοπητός repræsentat.

Ib. [*Τὸ σκαράνικον*. Soli Georgio Codino vox usurpata, soli Georgio Coresio nota, hoc pacto mihi exponitur in rescriptis. Σκαράνικον vestimenti genus est non uno panno continui, ut nec uno colore conspicui, cujus exterior species rubra, tæniatim et per lora divisa, candidam interiorem subductam sese venuste proferre et velut latitantem educere permittit ; qua de causa cum ἐσχάρας, *craticulæ* piscibus ustulandis idoneæ, formam imitetur, vel colorem subtus residentem σκαρίζειν *ebullire* cogat, σκαρανίκου nomen potuit promereri. Hæc ille, qui etiam ignoti exemplaris Nicetæ locum subjungit : Εἶχεν ἱμάτιον σχιστὸν μέχρι τῶν γονάτων. Huc ego refero στολὰς σωληνωτάς, *canaliculatas vestes*, a Cedreno in Tiberio memoratas, de quibus editio Regia non obscure in posterioribus notis ; eodemque loci revocare confido Andronici ἀμπεχόνην ἐς γλουτὸν ἀμφισχιδῆ καταβαίνουσαν, de qua Nicetas in eodem, l. II. An demum σκαράνικον idem sit quod σκαραμάγγιον ? Affirmat Meursius, negat Gretserus. Utrumque amplector : mentem enim illius teneo, rationem tamen cum Gretsero exsibilo. Quis enim cum Meursio exemplaria ubique credat ita corrupta ut σκαραμαγγίον vice reposita fuerit *σκαράνικον* ? Placet nihilominus illius in hujus degenerasse prolationem, et *σκαραμάγγιον* Bardæ Cæsari a Leone Grammatico ascriptum a Codino capite superiori σκαράνικον Cæsaris fuisse vocatum. Vide notas in caput quintum. De scaramangio Leunclavius in Onomastico : *Scaramangium vox Persica, quæ vestem pluviam significat, hoc est eam quæ pluviis aut hibernis tempestatibus cæteris superinjici solet.*

Ib. [*Εἰκονικῶς τὸν βασιλέα*. Imagines imperatorum rarius in foris positæ, in urbibus adoratæ, quam in acie delatæ. Domesticus itaque ut imperialium exercituum moderator supremus, et viva ipsius, ut inferius exponetur, in castris imago, ut potestatis particeps, animi conscius, facinorum collega, susceptí ab eo propositi fidelissimus et fortissimus exsecutor, sculptam ejus imaginem in pectore gestat, ut προθεὶς τὴν εἰκόνα, Herodiani verbis utor, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένην αὐτός τ' εὐφημήσῃ καὶ τοὺς στρατιώτας ἀξιώσῃ γνωρίσαι καὶ εὐφημῆσαι. *Oblata imperatoris imagine coronis et laureis ornata, primus ipse faustis acclamationibus prosequatur et milites agnoscere et votis favere adhortetur.* Eapropter præfectis, ducibus, comitibus coronatas principum imagines inter præcipuas insignium partes in pilis donatas in imperii Notitia, vestibus affixas ante Justini tempora non lego. Angelis hic stipatas video, quos ἀρχιστρατήγους reor ob communem Græcorum omnium erga eos cultum. Michaelem enim habent in primo vexillo depictum infra c. 6, eidemque olim, scriptore Cedreno, Justinus consecravit ecclesiam : utrique **235** vero Michaeli et Gabrieli, cœlestis militiæ principibus, Basilius regiam ædem posuit τῶν Ἀρχιστρατήγων dictam. De Tzatho, vel ut Cedrenus profert Tzatho, Lazorum rege ad Justinum profecto Theophanes : Ἔγημε Ταίαθος γυναῖκα Ῥωμαίαν καὶ ἔγγονον ὁμοῦ τοῦ ἀπὸ κουροπαλάτου. Et infra : Προχειρισθεὶς Ταίαθος βασιλεὺς τῶν Λαζῶν, φορέσας στέφανον καὶ χλαμύδα βασιλικὴν ἄσπρην ἔχουσαν ταυλὶν χρυσοῦν, ἐν ᾧ ἐκ κεντητοῦ ἐκεχάρακτο ἡ εἰκὼν τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου, καὶ στιχάριν ἄσπρον ἔχον πλουμία χρυσᾶ καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως ; τὰ γὰρ τζαγγία αὐτοῦ ῥούσια ἦσαν, ἔχοντα μαργαρίτας Περσικῷ σχήματι · ὁμοίως ἡ ζώνη αὐτοῦ ἦν χρυσῆ διὰ μαργαρίτων. Cæterum nobilioribus aulæ CP. proceribus viliores ecclesiarum in Galliis ministri licet non mihi censeantur exæquandi, in iis tamen observo bicolorem, de qua nota sequenti, tunicam, διβολέον σκαράνικον, sancti cujus Ecclesiæ ministrant ἰνοκοπητὸν εἰκόνα ἔμπροσθεν pectori affixam, δικανίκιον tandem in eorum manibus nodis argenteis calamisque diversis conspicuum, σκιάδιον quoque ab aliis diversum ; quibus aliud præmissis similius non video. Goar.]

Ibid. *Ἐκ δεξιῶν μέντοι*. Junius plane perverse pervertit, mutatis *angelis* in nuntios : quia enim summus imaginum hostis erat, hanc angelorum imaginibus in scaranico magni domestici gloriam invidit ; itaque ex angelis *nuntios* fecit, quasi proximi ab imperatoria dignitate eum honorem suis nuntiis et ut vocant *brevigerulis* et *tabellariis* habuerint, ut eos sua in veste effigiarent et margaritis exornarent. Observa hic morem addendi vestimentis non tantum imaginem imperatoris, sed et sanctorum angelorum. Imo olim vulgo etiam variorum sanctorum et martyrum effigies suis vestibus appingebant, ut ex Asterii Amaseni Homilia quadam constat. Sacris vestibus sacras imagines addere usitatissimum erat ; plurima hujus rei exempla suppeditat Anastasius in Pontificum Vitis. In Leone III : *Fecit in ecclesia doctoris mundi B. Pauli apostoli*

Digitized by Google

tetravela holoserica alithina quatuor, et vestem super altare albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ resurrectionis. Et aliam vestem chrysoclavam, habentem historiam nativitatis Domini et SS. Innocentium. Imo et aliam vestem Tyriam, habentem historiam cæci illuminati et resurrectionem. Idem autem sanctissimus præsul fecit in basilica B. Mariæ ad Præsepe vestem albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ resurrectionis. Sed et aliam vestem in orbiculis chrysoclavis, habentem historias annuntiationis et SS. Joachin et Annæ. Idem de eodem: *In titulo Pammachii super altare SS. Joannis et Pauli fecit vestem albam holosericam, ornatam in gyro de fundato, habentem historiam Crucifixi, Ascensionis et Pentecostes.* GRETS.

Ib. [*Διβολέον.* De simili bicolore Ducæ tunica sermonem habet Nicetas Andronici l. II : Τὸ σῶμα λωπίῳ διχρώμῳ συνεῖχε περὶ τὴν ἰξὺν καταβαίνοντι, ἔκτοτε δὲ διαιρουμένῳ διχῇ. Alia lectio ponit φορῶν βοῦχον σχιστὸν ἐκ χρωμάτων δύο. Revocanda huc nonnulla ex positis nota superiore ad p. 17.

P. 18. [*Τὰ ὑποδήματα τοῦ πανυπερσεβάστου κίτρινα.* Ab Andronico Seniore inventa narrat Gregoras, VII, 28: Ἐτετιμήκει δὲ Ἰωάννην εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, ὃ νῦν καὶ αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐνδοξότερον ἢ πρότερον εἶχε πολλῷ κατεστήσατο· ἐνδύμασι γὰρ καὶ πεδίλοις αὐτοῦ, ὅσα τὸν ἵππον αὐτοῦ κοσμεῖ, **236** κιβρίοις τοῖς ἅπασι χρῆσθαι κεχάρισται, ἵν' ᾖ διασημότατος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι.

Ibid. *Ὑποδέλιον.* Διχανίκιον protovestiarii aurificio opere χρυσοχοϊκόν, liquatoque viridi ad pigmentum metallo vitrum imitante ὑποδέλιον, ac ideo viride simul ac aureum χρυσοπράσινον.

Ibid. [*Τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ πράσινα.* Quibus attestatur Nicetas in Alexio Angelo, eidemque protovestiario tentorium proprium concedit: Οἱ βάρβαροι τὸ νυκτιφυλακοῦν στράτευμα τῇ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Ἰωάννου σκηνῇ φεῦγον ἐπικατέλαβον, ὡς καὶ τοῦτον θορυβηθέντα ἐξαναστῆναι. Et infra: Τὰ ἐν τῇ σκηνῇ διελόμενοι, ἐν οἷς ἦν καὶ τὰ βατράχια τὸ χρῶμα πέδιλα τοῦ πρωτοβεστιαρίου, ὅλην ἐκείνην τὴν νύκτα ἐν μωκείᾳ καὶ γέλωτι τὰ Ῥωμαίων ἐτίθεσαν πράγματα. Idem in Isaacio et Angelo F. Ὁ πρωτοβεστιάριος τὰ τοῖς πολλοῖς ἑτερόχρωμα καθυποδούμενος πέδιλα. GOAR.]

Ibid. *Βλάτιον.* Cod. Bolcus βλατίον, aliis βλάτιον. Sæpe occurrit in hoc et in aliis posterioris ævi scriptoribus; nec quid sit, facile explicatu est. Prius dicamus quid sit apud Latinos, deinde ad Græcos veniamus. Savaro in illud Sidonii l. IX, epist. 13: *Rutilasque veste blattas*, id est purpuram. Paulus Diaconus in glossis: *blatta* genus purpureum vermis. Et l. IX cod. de murilegulis. A qua blatteæ tunicæ Capitolino et Vopisco, et *blatteus* color Isidoro l. XII, c. ult. et l. XXIX, c. 18, et *blatifer senatus*, hoc est purpureus, apud eumdem Sidonium. Venantius Fortunatus, l. II Epigr: *Serica cui nireis agnata est blattea telis.* De purpura seu purpurea veste intelligi debere testis est Eutropius in Nerone, quia quod Suetonius ait, Neronem purpura coccoque funibus nexis piscatum, hoc Eutropius *blatteis* dixit. Apud Lampridium in Heliogabalo *funes blatta et serico intorti.* Unde *sericoblatteam* vestem accipiunt nonnulli eam quæ purpurei coloris est et filis aureis variata l. X, c. de murilegulis, et l. c. Theod. eod. Hæc Browerus noster ad Venantium. Apud Turonensem Histor. Franc. II, 38 *blattea tunica* sine dubio purpurea est. In historia Anastasii de Vitis pontificum, in Paschali, habes *crucem de blattin, periclysin de blattin*; quæ etiam in Leone III sæpius invenies. Ad distinctionem additur interdum *de blattin Byzanteo, de blattin Neapolitano.* De Leone III: *Fecit vestem chrysoclabam ex blattin Byzanteo, habentem historiam nativitatis et S. Simeonis.* Ubi materia a Byzantio nomen sortita innuitur. Quid Græci? Glossarium: Βλάτιον *blatta.* Actuarius: Βλάττιον Βυζάντιον ὀστοῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας· *Blatta Byzantia est os ex naso purpuræ.* Sæpe, inquit Glossarium, occurrit apud Codinum, Nicetam, Cedrenum. Sæpe occurrit, fatcor: sed num semper ea quam ex Actuario affers, significatione? Quare non exponis quid sit absolute βλάττιον et βλάτινον? Apud Codinum certe non potest esse *os nasi purpuræ.* Nimirum antiquum tenes: abdita fugis, obvia et vulgaria plerumque sectaris. Theodosius Zygomalas Græcus in epistola quadam Turco-Græciæ inserta p. 99 βλατία χρυσᾶ καὶ ἐξάμετα: ubi Crusius *güldine stück und damast.* Alexius Comnenus mittebat ex pacto Henrico IV regi et imperatori III, præter plurimam pecuniam, ἑκατὸν βλαττία, ut **237** scribit Anna Comnena, l. III *Alexiad.* Crusius interpretaretur *hundert güldine stück tuch.* Posses etiam interpretari *centum purpureas vestes.* Apud Codinum nostrum c. 4 habes καββάδιον βλάτινον. Purpureum hic sine ullo incommodo reddere potes. Eodem c. occurrit βλάτιον, ubi dicitur protosebasti pileus esse aurei et prasini coloris, πλὴν τὸ σύρμα, οὐ τὸ βλάτιον. Junius, *verumtamen syrmate, non autem textu*, quia Junio βλάτιον nihil aliud est, quam *opus textile.* Quocirca ubique ubi mentio de blatio, ad textum et textrinam confugit. Sed legendum l. c. πλὴν τὸ σύρμα, τοῦτο βλάτιον, *excepto syrmate: hoc enim purpureum est.* Nam prioris scripturæ nullus est sensus. Eodem c. habes λευκὸν βλάτιον. *Album telem* reddit Junius. Malo *album pannum*, ut *blation* generatim sit *pannus*, sed hoc loco *candidus.* Mox ἐκ τῶν συνήθως πολιτευομένων βλατίων, ubi βλάτια generatim *vestimentum* vertere potes. Sensus enim est: cabbadium hujus logothetæ esse unum ex iis *vestibus* quæ consueto more feruntur. Rursus c. 17, erigitur anabathra, eamque tegunt et ornant διὰ βλατίων ἐρυθρῶν, *rubris pannis*; ubi iterum βλάτιον pro *panno* usurpatum vides. Junius vertit *bracteas rubras*: sed velis et peripetasmatis anabathræ indui vestirique solent, non bracteis et laminis. Alibi p. 102.

Digitized by Google

[Κόμβος et κόνδυλος situ, non natura, differunt. velut nodus et ramus. Clarius. Calamus nodis interstinctus variis compingitur fistulis (fistulas voco eas et singulas calami partes nodis divisas eisdemque ad invicem connexas) : eas κονδύλους recentiores Græci vocant, nodos autem κόμβους sive κόμπους. Simon Portius in Lexico Græcobarbaro κονδύλι (κονδύλιον, κόνδυλος) καλάμι, κάλαμος, δόναξ, *calamus*. Et κόμπος, δεσμὸς, ἄμμα, κόμβος, δζος, *nodus*, *nexus*, *commissura*. Ex *calami* tamen ad *nodum* necessitudine unum alterius vice substitui infitias non iero. Hic nihilominus, ubi varia tribuuntur utrisque, promiscue non sumenda benevolus lector advertet ; ac in δικανικίοις, de quibus sermo, quod in pontificum viatorumque baculis, spatia singula κονδύλους, globos singulos spatia dividentes κόμβους ab auctore vocatos recordabitur.

Ibid. [*Ἰνοκοπητῶν*. Vice ἐγκοπτῶν, nisi tibi ἐγκοπέως simul et ἐγκόπου *laboriosæ*, *subtilis et artificiosæ cœlaturæ* sensum degenerans in barbariem vox ἰνοκοπητός repræsentat.

Ib. [*Τὸ σκαράνικον*. Soli Georgio Codino vox usurpata, soli Georgio Coresio nota, hoc pacto mihi exponitur in rescriptis. Σκαράνικον vestimenti genus est non uno panno continui, ut nec uno colore conspicui, cujus exterior species rubra, tæniatim et per lora divisa, candidam interiorem subductam sese venuste proferre et velut latitantem educere permittit ; qua de causa cum ἐσχάρας, *craticulæ* piscibus ustulandis idoneæ, formam imitetur, vel colorem subtus residentem σκαρίζειν *ebullire* cogat, σκαρανίκου nomen potuit promereri. Hæc ille, qui etiam ignoti exemplaris Niceteæ locum subjungit : Εἶχεν ἱμάτιον σχιστὸν μέχρι τῶν γονάτων. Huc ego refero στολὰς σωληνωτάς, *canaliculatas vestes*, a Cedreno in Tiberio memoratas, de quibus editio Regia non obscure in posterioribus notis ; eodemque loci revocare confido Andronici ἀμπεχόνην ἐς γλουτὸν ἀμφισχιδῆ καταβαίνουσαν, de qua Nicetas in eodem, l. II. An demum σκαράνικον idem sit quod σκαραμάγγιον ? Affirmat Meursius, negat Gretserus. Utrumque amplector : mentem enim illius teneo, rationem tamen cum Gretsero exsibilo. Quis enim cum Meursio exemplaria ubique credat ita corrupta ut σκαραμαγγίου vice reposita fuerit σκαράνικον ? Placet nihilominus illius in hujus degenerasse prolationem, et σκαραμάγγιον Bardæ Cæsari a Leone Grammatico ascriptum a Codino capite superiori σκαράνικον Cæsaris fuisse vocatum. Vide notas in caput quintum. De scaramangio Leunclavius in Onomastico : *Scaramangium vox Persica, quæ vestem pluviam significat, hoc est eam quæ pluviis aut hibernis tempestatibus cæteris superinjici solet.*

Ib. [*Εἰκονικῶς τὸν βασιλέα*. Imagines imperatorum rarius in foris positæ, in urbibus adoratæ, quam in acie delatæ. Domesticus itaque ut imperialium exercituum moderator supremus, et viva ipsius, ut inferius exponetur, in castris imago, ut potestatis particeps, animi conscius, facinorum collega, suscepti ab eo propositi fidelissimus et fortissimus exsecutor, sculptam ejus imaginem in pectore gestat, ut προθεὶς τὴν εἰκόνα, Herodiani verbis utor, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένην αὐτός τ' εὐφημήσῃ καὶ τοὺς στρατιώτας ἀξιώσῃ γνωρίσαι καὶ εὐφημῆσαι. *Oblata imperatoris imagine coronis et laureis ornata, primus ipse faustis acclamationibus prosequatur et milites agnoscere et votis favere adhortetur.* Eapropter præfectis, ducibus, comitibus coronatas principum imagines inter præcipuas insignium partes in pilis donatas in imperii Notitia, vestibus affixas ante Justini tempora non lego. Angelis hic stipatas video, quos ἀρχιστρατήγους reor ob communem Græcorum omnium erga eos cultum. Michaelem enim habent in primo vexillo depictum infra c. 6, eidemque olim, scriptore Cedreno, Justinus consecravit ecclesiam : utrique **235** vero Michaeli et Gabrieli, cœlestis militiæ principibus, Basilius regiam ædem posuit τῶν Ἀρχιστρατήγων dictam. De Tzatho, vel ut Cedrenus profert Tzatho, Lazorum rege ad Justinum profecto Theophanes : Ἔγημε Ταζαθος γυναῖκα Ῥωμαίαν καὶ ἔγγονον ὁμοῦ τοῦ ἀπὸ κουροπαλάτου. Et infra : Προχειρισθεὶς Ταζαθος βασιλεὺς τῶν Λαζῶν, φορέσας στέφανον καὶ χλαμύδα βασιλικὴν ἄσπρην ἔχουσαν ταυλὶν χρυσοῦν, ἐν ᾧ ἐκ κεντητοῦ ἐκεχάρακτο ἡ εἰκὼν τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου, καὶ στιχάριν ἄσπρον ἔχον πλουμία χρυσᾶ καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως ; τὰ γὰρ τζαγγία αὐτοῦ ῥούσια ἦσαν, ἔχοντα μαργαρίτας Περσικῷ σχήματι · ὁμοίως ἡ ζώνη αὐτοῦ ἦν χρυσῆ διὰ μαργαρίτων. Cæterum nobilioribus aulæ CP. proceribus viliores ecclesiarum in Galliis ministri licet non mihi censeantur exæquandi, in iis tamen observo bicolorem, de qua nota sequenti, tunicam, διβολέον σκαράνικον, sancti cujus Ecclesiæ ministrant ἰνοκοπητὸν εἰκόνα ἔμπροσθεν pectori affixam, δικανίκιον laudem in eorum manibus nodis argenteis calamisque diversis conspicuum, σκιάδιον quoque ab aliis diversum ; quibus aliud præmissis similius non video. Goar.]

Ibid. *Ἐκ δεξιῶν μέντοι*. Junius plane perverse pervertit, mutatis *angelis* in nuntios : quia enim summus imaginum hostis erat, hanc angelorum imaginibus in scaranico magni domestici gloriam invidit ; itaque ex angelis *nuntios* fecit, quasi proximi ab imperatoria dignitate eum honorem suis nuntiis et ut vocant *brevigerulis* et *tabellariis* habuerint, ut eos sua in veste effigiarent et margaritis exornarent. Observa hic morem addendi vestimentis non tantum imaginem imperatoris, sed et sanctorum angelorum. Imo olim vulgo etiam variorum sanctorum et martyrum effigies suis vestibus appingebant, ut ex Asterii Amaseni Homilia quadam constat. Sacris vestibus sacras imagines addere usitatissimum erat ; plurima hujus rei exempla suppeditat Anastasius in Pontificum Vitis. In Leone III : *Fecit in ecclesia doctoris mundi B. Pauli apostoli*

Digitized by Google

tetravela holoserica alithina quatuor, et vestem super altare albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ resurrectionis. Et aliam vestem chrysoclavam, habentem historiam nativitatis Domini et SS. Innocentium. Imo et aliam vestem Tyriam, habentem historiam cæci illuminati et resurrectionem. Idem autem sanctissimus præsul fecit in basilica B. Mariæ ad Præsepe vestem albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ resurrectionis. Sed et aliam vestem in orbiculis chrysoclavis, habentem historias annuntiationis et SS. Joachin et Annæ. Idem de eodem: *In titulo Pammachii super altare SS. Joannis et Pauli fecit vestem albam holosericam, ornatam in gyro de fundato, habentem historiam Crucifixi, Ascensionis et Pentecostes.* GRETS.

Ib. [*Διβολλέον.* De simili bicolore Ducæ tunica sermonem habet Nicetas Andronici l. II: Τὸ σῶμα λωπίῳ διχρώμῳ συνεῖχε περὶ τὴν ἰξὺν καταβαίνοντι, ἔκτοτε δὲ διαιρουμένῳ διχῇ. Alia lectio ponit φορῶν βοῦχον σχιστὸν ἐκ χρωμάτων δύο. Revocanda huc nonnulla ex positis nota superiore ad p. 17.

P. 18. [*Τὰ ὑποδήματα τοῦ πανυπερσεβάστου κίτρινα.* Ab Andronico Seniore inventa narrat Gregoras, VII, 28: Ἐτετιμήκει δὲ Ἰωάννην εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, ὃ νῦν καὶ αὐτῷ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν ἐνδοξότερον ἢ πρότερον εἶχε πολλῷ κατεστήσατο· ἐνδύμασι γὰρ καὶ πεδίλοις αὐτοῦ, ὅσα τὸν ἵππον αὐτοῦ κοσμεῖ, **236** κιβωτοῖς τοῖς ἅπασι χρῆσθαι κεχάρισται, ἵν' ᾖ διασημότατος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι.

Ibid. Ὑποδέλιον. Δικανίκιον protovestiarii aurificio opere χρυσοχοϊκόν, liquatoque viridi ad pigmentum metallo vitrum imitante ὑποῦέλιον, ac ideo viride simul ac aureum χρυσοπράσινον.

Ibid. [*Τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ πράσινα.* Quibus attestatur Nicetas in Alexio Angelo, eidemque protovestiario tentorium proprium concedit: Οἱ βάρβαροι τὸ νυκτιφυλακοῦν στράτευμα τῇ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Ἰωάννου σκηνῇ φεῦγον ἐπικατέλαβον, ὡς καὶ τοῦτον θορυβηθέντα ἐξαναστῆναι. Et infra: Τὰ ἐν τῇ σκηνῇ διελόμενοι, ἐν οἷς ἦν καὶ τὰ βατράχια τὸ χρῶμα πέδιλα τοῦ πρωτοβεστιαρίου, ὅλην ἐκείνην τὴν νύκτα ἐν μωκείᾳ καὶ γέλωτι τὰ Ῥωμαίων ἐτίθεσαν πράγματα. Idem in Isaacio et Angelo F. Ὁ πρωτοβεστιάριος τὰ τοῖς πολλοῖς ἑτερόχρωμα καθυποδούμενος πέδιλα. GOAR.]

Ibid. Βλάτιον. Cod. Boicus βλατίον, aliis βλάτιεν. Sæpe occurrit in hoc et in aliis posterioris ævi scriptoribus; nec quid sit, facile explicatu est. Prius dicamus quid sit apud Latinos, deinde ad Græcos veniamus. Savaro in illud Sidonii l. IX, epist. 13: *Rutilasque veste blattas*, id est purpuram. Paulus Diaconus in glossis: *blatta* genus purpureum vermis. Et l. IX cod. de murilegulis. A qua blatteæ tunicæ Capitolino et Vopisco, et *blatteus* color Isidoro l. XII, c. ult. et l. XXIX, c. 18, et *blattifer senatus*, hoc est purpureus, apud eumdem Sidonium. Venantius Fortunatus, l. II Epigr.: *Serica cui nireis agnata est blattea telis.* De purpura seu purpurea veste intelligi debere testis est Eutropius in Nerone, quia quod Suetonius ait, Neronem purpura coccoque funibus nexis piscatum, hoc Eutropius *blatteis* dixit. Apud Lampridium in Heliogabalo *funes blatta et serico intorti.* Unde *sericoblatteam* vestem accipiunt nonnulli eam quæ purpurei coloris est et filis aureis variata l. X, c. de murilegulis, et l. c. Theod. eod. Hæc Browerus noster ad Venantium. Apud Turonensem Histor. Franc. II, 38 *blattea tunica* sine dubio purpurea est. In historia Anastasii de Vitis pontificum, in Paschali, habes *crucem de blattin, periclysin de blattin*; quæ etiam in Leone III sæpius invenies. Ad distinctionem additur interdum *de blattin Byzanteo, de blattin Neapolitano.* De Leone III: *Fecit vestem chrysoclabam ex blattin Byzanteo, habentem historiam nativitatis et S. Simeonis.* Ubi materia a Byzantio nomen sortita innuitur. Quid Græci? Glossarium: Βλάτιον *blatta.* Actuarius: Βλάττιον Βυζάντιον ὀστοῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας· *Blatta Byzantia est os ex naso purpuræ.* Sæpe, inquit Glossarium, occurrit apud Codinum, Nicetam, Cedrenum. Sæpe occurrit, fateor: sed num semper ea quam ex Actuario affers, significatione? Quare non exponis quid sit absolute βλάττιον et βλάτινον? Apud Codinum certe non potest esse *os nasi purpuræ.* Nimirum antiquum tenes: abdita fugis, obvia et vulgaria plerumque sectaris. Theodosius Zygomalas Græcus in epistola quadam Turco-Græciæ inserta p. 99 βλατία χρυσᾶ καὶ ἐξάμετα: ubi Crusius *güldine stück und damast.* Alexius Comnenus mittebat ex pacto Henrico IV regi et imperatori III, præter plurimam pecuniam, ἑκατὸν βλαττία, ut **237** scribit Anna Comnena, l. III *Alexiad.* Crusius interpretaretur *hundert güldine stück tuch.* Posses etiam interpretari *centum purpureas vestes.* Apud Codinum nostrum c. 4 habes καββάδιον βλάτινον. Purpureum hic sine ullo incommodo reddere potes. Eodem c. occurrit βλάτιον, ubi dicitur protosebasti pileus esse aurei et prasini coloris, πλὴν τὸ σύρμα, οὐ τὸ βλάτιον. Junius, *verumtamen syrmate, non autem textu*, quia Junio βλάτιον nihil aliud est, quam *opus textile.* Quocirca ubique ubi mentio de blatio, ad textum et textrinam confugit. Sed legendum l. c. πλὴν τὸ σύρμα, τοῦτο βλάτιον, *excepto syrmate: hoc enim purpureum est.* Nam prioris scripturæ nullus est sensus. Eodem c. habes λευκὸν βλάτιον. *Albam telam* reddit Junius. Malo *album pannum*, ut *blation* generatim sit *pannus*, sed hoc loco *candidus.* Mox ἐκ τῶν συνήθως πολιτευομένων βλατίων, ubi βλάτια generatim *vestimentum* vertere potes. Sensus enim est: cabbadium hujus logothetæ esse unum ex iis *vestibus* quæ consueto more feruntur. Rursus c. 17, erigitur anabathra, eamque tegunt et ornant διὰ βλατίων ἐρυθρῶν, *rubris pannis*; ubi iterum βλάτιον pro *panno* usurpatum vides. Junius vertit *bracteas rubras*: sed velis et peripetasmatis anabathræ indui vestirique solent, non bracteis et laminis. Alibi p. 162.

Digitized by Google

17, in triclinio imperatoris vestiunt anabathram βλατίῳ κοκκίνῳ. Junius, *linteo coccino:* sed melius *panno coccineo.* C. 6 tenet imperator manu sinistra βλάτιον κώδικι ἐοικός: ubi βλάτιον est *volumen* sive *involucrum* obligatum mantili. Id ita esse, oculis inspicere potes in tribus imaginibus imperatorum initio Gregoræ, et in nummo Theodosii, quem tom. III de S. Cruce, I, 14, vulgavimus. C. 4 habes σκιάδιον βλάτιον διβολέον.

De blatio ita Junius: Βλάτιον, *per syncopen pro* βολάτιον, παρὰ τὸ βάλλειν, *est tela seu textilis materia quævis et opus textum, sive unicolor, sive* διβολέος, *bilix et bicolor, sive* τριβολέον, *trilix et tricolor, sive* πολύμιτον, *multitium atque multicolor. Atque hinc* βλάτινος *textilis.* Hæc ille. Sed unde habet iste suum βολάτιον a βάλλειν? Ex quo scriptore? ex quo lexico? ex quo glossario? Multo probabilius dicitur Græcos Latinam vocem *blatteam* in suam civitatem ascivisse; vel βλάτιον a πλατύ formasse, ut significet quidquid latum et expansum est. Hinc *blattium* auri, argenti, ferri, chartæ. Nec sat scio an non huc itidem faciat Germanicum *blatt*, quo significamus *latum* et *extensum.* GRETS.

[Βλάτινον, *bombycinum.* Βλατίον autem pannus sericus, vestis bombycina est, quandoque plana rasaque, nonnunquam variis figuris delineata, nonnunquam auro intertexta. His locis auro non intelligitur conjugata, Choniatæ in Alexio Comneno, l. III ἄνευ τῶν βλατίων; nam alia lectio simpliciter habet πλὴν τῶν σηρικῶν νημάτων *præter sericas texturas*, id est *bombycinos pannos*; Cedreni in Tiberio tertio: Στολὰς σωληνωτὰς ἀπὸ βλαττίου (τ geminat) ὀξέος, *vestes canaliculatas violaceo serico confectas;* Codini paulo inferius τὰ συνήθως πολιτευόμενα βλατία scribentis: inter consuetos autem multitios vel textos pannos rasos plures a figuris nudi conspiciuntur. His tamen aliis a Niceta scriptis auro **238** noscitur ornatum et intermistum βλατίον. Βλατία πολλὰ χρυσᾶ, quæ alia lectio reddit σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ: item μετὰ βλατίων χρυσῶν, alia lectio πέπλοις χρυσοῦφέσι. Ubi legitur ἀμφόδους ἐπίπλοις καὶ τάπησι διεκόσμουν, alia lectio μετὰ βλατίων χρυσῶν. Insuper τρυφῶσα ἐσθής quodam loco scribitur, quem alia lectio exponit βλατία χρυσᾶ καὶ ἐξάμιτα καὶ ἕτερα βλατία. Denique περιπόρφυρος πέπλος apud eum memoratur χρυσέοις βλατίοις καὶ ἐξαμίτοις κατάστικτος. De blatio Meursius nimis jejune, Gretserus ad satietatem, adversus Meursium et Junium: nos temperanter, ut eo prolato confestim *purpureum pannum* menti non objiciendum suggereremus.

P. 18. [Ἐγκοπτούς. Quos nimirum initio capitis corruptius dixerat ἐνοκοπητούς. Vide notam in hoc caput ad p. 17.

Ibid. [Τοῦ δὲ δικανικίου αὐτοῦ. Protostratoris baculum memorat Gregoras, VII, 14: Ὃς καὶ τὴν πρωτοστρατορικὴν παρὰ βασιλέως ὕστερον παρειλῆφὼς ἦν βακτηρίαν.

P. 19. [Τοῦ μεγάλου λογοθέτου τὸ σκιάδιον. Describitur accuratius a Gregora, VI, 1, Muzalonis logothetæ fungentis officio τὸ σκιάδιον. Ἦν δὲ ὁ Μουζάλων τιμήν τινα ταύτην ἔχων ἐξαίρετον, μόνος τῶν πάλαι τὸ ὅμοιον αὐτῷ προειληφότων ἀξίωμα, καλύπτραν φορεῖν ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῳ κεκαλυμμένην ἐνδύματι, ὅσον τὸ ἄνω καὶ πρὸς τῇ πυραμίδι τῆς ἐπιφανείας σχῆμα, ἐν τούτῳ παραλλάττουσαν μόνῳ τοῦ παραπλησίαν εἶναι καθάπαξ τῇ τῶν τοῦ βασιλέως ἐγγόνων, ὅτι μὴ καὶ τὴν κάτω καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν εἶχε κυκλίσκοις πεποικιλμένην χρυσοειδέσιν, ἀλλὰ λείαν τελέως. Conferenda hæc cum dictis hujus et superioris capitis nota prima. Castamonitæ logothetæ insuita insignia describit Nicetas Isaacii Angeli, l. III: Προτέναι γὰρ καὶ φάλαρα ὀξυβαφῆ αὐτῷ ἐνέδωκεν ἔχειν, τοῦ ἱεροῦ σχοινίσματος ὄντι πρότερον, καὶ ἐφεστρίδα τοιαύτην ἐν τῷ ἱππεύειν κεκτῆσθαι, καὶ διὰ βαφῆς ὁμοίας ἐπισημαίνεσθαι τοὺς τόμους τῶν δημοσίων λόγων καὶ τὰ γραμμάτια.

Ib. Βερικοκκόχροον. [Malum Armeniacum Crispinus censet esse βερίκοκκον, *arbricot*, vocis allusione deceptus, qua certius in errorem abductus fuisset si *arbricoccoli* Italicum in mentem revocasset. Favet Democritus Geopon. l. X apud Meursium: Ἀρμενιακόν ἐστι τὸ βερίκοκκον. Suffragatur Simon Portius: Βερίκωκον (corrupte) *Armeniacum malum.* Ἀρμενιακὸν μῆλον. Obstat Suidas: Κοκκύμηλα εἶδος ὀπωρῶν, τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα βερίκοκκα. Κοκκύμηλα vero sunt pruna, de quibus Dioscorides, I, 137, vel juxta Matthioli editionem 174. Βερίκοκκα itaque *pruna*, at non quælibet, sed quæ nascuntur in agro Damasceno, δαμασκηνά proprie. Ea vero sunt flammei coloris in album declinantis, cum ori matura manuque nondum contacta rore nativo et levi picturæ fuco resperguntur ad cutem, et sunt φλογόλευκα, et ut cum baphiariis Græcis loquar, ἀσπροφεσκέτια. Uno verbo ipsa βερίκοκκα sunt βερικοκκόχροα μέσα κοκκίνου καὶ λευκοῦ, quæ Geopon. auctor hoc sensu germane vocaverit δαμασκηνὰ βερικοκκίας.

Ib. [Διαγέλαστον. Nonnulli principis imaginem ut arridentem et serena majestate coruscam διαγέλαστον vocant. An non verius διαγέλαστον ceu risus et lætitiæ in spectantibus causam? utrumque ridendum. Τὸ διαγελάστον enim ad materiam ὑελίου, non ad imperatorem βασιλέα referes. At cum ὑποῦέλιον *pigmentum metallicum* sit, quod ὑέλιον quoque ob similitudinem cum vitro nuncupatur, διὰ ὑέλιον quoque, quasi διὰ ὑελίου *ex vitro conflatum*, dici potuit. Hinc δια- ὕέλιστον, et ob prolationis affinitatem διαγέλιστον (Portius enim ipse γερανιός vice ἠεράνεος et γιαλί vice ὑελί, quod est ὑέλιον, scribit) et tandem διαγέλαστον, ut jucundius quoddam et gratius ortum est.

239 P. 20. [Τοῦτο βλατίον. Ni juxta Regium utrumque codicem οὐ τὸ βλατίον reposueris, locus corruptus et sensus perseverat imperfectus.

Ib. Δικανίκιον. [Virgam auream ceu proprie insigne gerebat olim cura palatii, qui curopalates

Digitized by Google

apud Cassiodorum Var. VII 5: *Illud quoque considera, qua gratificatione tracteris, ut aurea virga decoratus inter obsequia numerosa ante pedes regios primus videaris incedere, vel uti ipso testimonio vicinitatis nostræ agnoscamus tibi palatia commisisse.* At nil mentem occupat aut admirationem movet in principum curiis nisi quod novum, insuetum, aut facile potest oriri ac elabi. A

Ib. [Χρυσάσπρον. Ἄσπρος *candidus* est Græcis recentioribus; apud quos etiam argenteam monetam quinque vel sex minutorum denariorum pretii ἄσπρον ob candorem dictam audies: ea est quincunx Francicus, *un blanc, pièce de monnoye blanche*, in quo suave sonans vox Gallica in sensu cum Græca concordiam init, et ignaræ mentis asperitatem, ἄσπρον quasi *asperum* ab *asperis* characteribus monetæ inustis dictum contendentis, arguit. Goar.]

P. 21. Συβαλταρία *subalterna, alternatim*, alter sub altero; vox ex Latino vocabulo detorta. Grets.

[Corrupta vox ἀπὸ τοῦ συμβάλλω *committo, conjungo, commisceo.* Calami ergo baculorum cum quidam tortiles essent, ἐντετυλιγμένοι διὰ σχοινοπλοκίου, adeo ut funium opus imitarentur, alii λεῖοι læves, ultimi tandem συμβαλλόμενοι ex partibus ad invicem commissis et storearum more textis compositi συβαλταρέοι, *tissus en natte* nuncupantur, qui clarius συμβαλλωτοί; quæ vox mere Græca cum *subalternis* vel *alternatim* uno videlicet sub *altero* positis, nullam ex proposito, sed fortuitam affinitatem nacta est. Goar.] B C

Ib. Pro μέγας codex Boicus μαῦρος, quod Græcis nunc est *nigrum*. Hinc Pontus Euxinus appellatur *Maurothalassa, nigrum mare*, Germanice *das schwarze meer*.

Ib. Pro χρυσόλευκον cod. Boicus χρυσάσπρον· est enim nunc Græcis ἄσπρον *album*, et *aspri* nummi genus, et ἀσπρίζειν *dealbare*.

Ib. Habes hic βλάτιον, ubi manifeste ponitur pro lato spatio seu pro latitudine scaranici: *Das breite*, τὸ πλατὺ τοῦ σκαρανίκου. Ibidem lego χρυσοκλαβάρικόν *auriclavatum*, non χρυσοκλαβάρικον, ut habet Junius, qui cum *aureo ramo* seu *ramusculo cumque pictis helicibus* mirifice se oblectat. Ibidem lego: Ἐπὶ θρόνου χρυσοῦ ἀναβατοῦ, *In throno aureo sublimi, in quem per aliquos gradus ascenditur.* Lectionis vulgatæ aptus sensus reddi nequit. Grets. D

Ib. [Substantivum ἀνάβατον *fermentum* est, quod eo turgeat, infletur et ascendat massa. Hinc azymà, sacrificii ritu Latino celebràti materiam, λειπανάβατα, quibus fermentum deest, vocitavere Græci. Adjectivum ἀναβατός throno annexum scansilem eum et elevatum, ut ἐν προκύψει, de qua nos alibi, demonstrat. Goar.]

P. 22. Ἐπιλώρικον seu ἐπιλούρικον et ἐπιλουρίκιον. *Viri docti*, inquit Glossarium, id est Junius, *interpretantur prætextam vittatam loris. Non debebant; nihil enim aliud est quam superula thoraci superindui solita.* Notavit hunc eumdem errorem Junii ante Glossarium Græco-Barbarum Rigaltius in suo Glossario Tactico mixobarbaro. Et quamvis, si verbum verbo velis reddere, potius sit *superloricarium*, hoc est ea vestis quæ super loricam induitur, cum λώρικον, λωρίκιον, λωρίκη, λούρικον, λουρίκιον sit ipsissima Latinorum *lorica*, latius tamen nomina hæc hic usurpantur, nimirum absolute pro thorace: neque enim verisimile est, quando proceres in palatio temporibus pacis gestabant epilorica, simul etiam gestasse loricas. Tzetzes in Hesiodum: Χιτὼν καὶ φᾶρός ἐστι τὸ διεσχισμένον ἱμάτιον, ὃ καλοῦμεν ἐπιλώρικον. Ubi vides ab hoc auctore *epiloricum* vocari vestem discissam; qualis Germanis est *ein Koller*. Grets.

P. 22. [Λώρικον et λωρίκιον *lorica* est, pectoris et dorsi armatura. Theophanes: Ἔλαβον τὰ λωρίκια καὶ τὰς κασίδας αὐτῶν καὶ πάντα τὰ ἅρματα. Ἐπιλώρικον *militare sagum* est, castrensibus tesseris juxta turmas singulas discriminatum, ut milites internoscant duces, *casaque d'armes*. Armis superinduitur juxta etymum. Leo in Tacticis constit. 6, descriptis armaturæ singulis partibus: Χρήσιμον ἔχειν ἐπιλώρικα, ὅτε χρεία, ἐπενδυόμενα. Pars ejus anterior a posteriore dissita est et libera; ac propterea διεσχισμένον ἱμάτιον vocat Tzetzes in Hesiodum. Describit Nicetas in Manuele, l. VI, regium hujusmodi sagum: Θεασάμενος δὲ Γαβρᾶς ἦν εἶχε στολὴν ὁ βασιλεὺς τὴν χροιὰν χολοβάφινον, Οὐκ εὐσύμβολον τὸ χρῶμα τοῦτο, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, ἀλλὰ καὶ λίαν κατὰ τὴν ὥραν τοῦ πολέμου ταῖς ἀγαθαῖς τύχαις ἀντιπρᾶττον. Αὐτὸς δ' ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις βραχὺ καὶ βεβιασμένον μειδιάσας, τὴν ἐπιθωράκιον στολὴν ἀποδὺς ἐκείνῳ δίδωσι πορφύρᾳ καὶ χρυσῷ διηνθισμένην. At non castrorum tantum et militiæ, verum quoque pacis et curiæ vestimentum est ἐπιλώρικον; unde et quodcunque hujusmodi, si modo scissum est et divisum, tale nomen sortitur. Tzetzes citatus: Φᾶρός ἐστι τὸ διεσχισμένον ἱμάτιον, ὃ καλοῦμεν ἐπιλώρικον, καὶ πᾶν τὸ οὕτω διεσχισμένον. Auctor quoque, cum placet, asserit hic geri. Cum bellicum est tantum et castrorum proprium, κλίβανον aut κλιβάνιον dictum reperies apud Leonem in Tacticis et Nicetam Græcobarbarum loco superius adducto: Ἰδὼν δὲ ὁ Γαβρᾶς καὶ τὸ ἐπάνω κλίβανον, ὃ ὁ βασιλεὺς ἐπάνω τῶν ἁρμάτων αὐτοῦ ἐφόρει. At de clibano alibi. Cur cæterum auctor ἐπιλούρικον, alii vero ἐπιλώρικον scribant, expositum reperies superioris capitis nota ad p. 14.

Ib. [Τοῦ μεγάλου ἑταιριάρχου. Hunc quoque cingulo militari (pretioso utique et conspicuo) donatum suggerit Nicetas in Alexio Manuelis F: Καὶ τὴν τῆς ἑταιραρχείας ζώνην ἔχειν.

Ib. [Χρυσοπέραστον. Aurei glaucique coloris intermistum. Goar.]

Ib. Φακεωλίς, et infra c. 6 φακεώλιον, scribitur etiam φακεόλιον et φακιόλιον. Junius ubique vertit

Digitized by Google

tiaram. In scholiis tamen verum attigisse videtur, cum ait *esse tegmen capitis speciosum, et quasi in fasces complicato linteo, quali hoc tempore Turcæ uti solent*. Leunclavius in Onomastico: *Tulbant et tulpant et tulipant, lineum capitis involucrum Turcicum, quod Græci recentiores* φακιόλιον *dixere, veluti fasciolam aut fasciam. Originem videtur habere ab Italica voce faeciolo, cujus et diminutivo facioletto utimur; quæ sunt ex fasciola facta*. Hæc ille. Junius etiam ab Italicis *fazzolo* et *fazzoleto* deducit. Forsan erit qui repetat originem a Germanico *fatzinette*, pro sudario seu strophiolo. Quod autem Codinus dicit *phaceolium* a Medis acceptum esse, id de re, non de nomine intelligi debet. Porro, ut et hoc obiter notemus, gestamen illud Turcicum, quod Germani vocant *turbant*, descendere videtur ex tegmine illo capitis quod Græci appellant **241** κορυφάντιον seu κορυβάντιον. Quam facile enim ex *corbant* nascitur *turbant*! Grets.

P. 22. [Φακεωλίδα explicant quidem erudite Meursius et pressim ejus vestigia secutus Gretserus, at non lucide. Lumen eorum dictis adhibeo. Φακεωλὶς (scribunt alii, φακεόλιον, φακεώλιον, φακιόλιον et φακιάλιον) tænia est et *fascia* longior ex lino maxime. Palladius in Lausiacis: Οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιαλίου, *linteum tulit nullum præter mantile oblongius*. Hinc stolam candidam collo sacerdotum circumpositam et a pectore pendentem (quam cum pileo, ceu Batavus theologus, confundit Meursius) significat apud Germanum in Mystagogia (prave dixit idem Hist. Eccles.): Τὸ πετραχήλιόν ἐστι τὸ φακεώλιον μεθ' οὗ ἐπεφέρετο ὁ Χριστὸς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεδεμένος καὶ συρόμενος ἔμπροσθεν. *Stola sacerdotalis lorum est* (funem dicere nequeo) *quo vinctus et in anteriora tractus Christus deducebatur*. Cidarim tamen sive tiaram capiti impositam, si ab inferiori parte circumcingat et involvat, Turcicum pileum *turba* de vulgo dictum componit; ac propterea rogatus a me de phaccolide Coresius Chiensis rescripsit: Φακεωλὶς *tiara est et militum pileus, proprie, inquam, capitis* καλύπτρα, *Turcicæ persimilis, qua caput velut zona vel cingulo circumcingitur*. Argute militum scripsit proprium. Turcarum nempe proceres duplicem habent pileum, hunc paci, illum militiæ accommodum: ille angustior, latior et nonnunquam sine plicis vel panno revoluto, lævis et expansus, qui nusquam φακεωλὶς audiat; strictior et multo brevior hic, at semper in fasces complicato linteo caput involvit. Ex quo illud Achmetis c. **226** a Meursio relatum sic expones: Ἐὰν ἴδῃ τις φακεώλιον, εὑρήσει ἀξίωμα στρατηγικὸν μέγιστον, ἀναλόγως τοῦ τῆς ἐκ μήκους κυκλώσεως τοῦ φακεωλίου, majorem nimirum, quo pro quantitate longius circa caput φακεωλὶς circumducetur. Pileos et involucra ejusmodi capitibus equorum a victoribus Francis, capta Cpoli, imposita deflet Nicetas circa calcem Historiæ: Τὰς ἀγυιὰς περιῄεσαν. καὶ τὰς ὀθονοσκεπεῖς περικρανίους καλύπτρας ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀχημάτων περιτιθέντες καὶ τὰ κατὰ νώτου κεχυμένα λευκόλινα ταῖς ἱππείαις γένυσιν αὐτῶν περιδέοντες, ἄλλη καὶ ἄλλη τῆς πόλεως ἐξιππάζοντο. Ex puro lino non fuisse phaceolides, sed auro intexto ditatas, conjicio ex ejusdem loci lectione Græcobarbara: Τὰ χρυσοῦφαντα σεντόνια, σάβανα καὶ προσώψια. Προσώψιον linteum quadratum est ulnæ cum media longitudinis, a mulieribus luctum ducentibus capiti impositum, tunc senatorum humeris præcipuum ornamentum. Goar.]

Ib. Ἀπρωτοασηκρῆτις. Scribitur etiam πρωτοασηκρήτης, πρωτοσηκρήτης, et extra compositionem ἀσηκρήτης, ἀσηκρῆτις. Nomen ex Latio in Græciam translatum, dignitatis palatinæ index, et quidem multo majoris quam habeat is quem nos *primum secretarium* seu primum a secretis nominamus. Est enim iste primus in secreto seu senatu (σέκρετον Græci appellant), tam ut locum ubi senatus cogitur, quam ut ipsum cœtum seu concilium senatorum significat. Et σεκρετικοὶ sunt secretorum ministri, qui *secretariis*, hoc est senatoribus, a manu erant; tametsi secretarius Græcis itidem sæpius est quem Latini hoc nomine denotant, nempe scriba, actuarius. Evagr. l. II: Ἀνέγνω Κωνσταντῖνος σεκρετάριος ἀπὸ σχίδους. Illud observatione dignum est, Latinos Græcorum imitatione scripsisse et usurpasse voculam *asecreta*, ut videre est l. IV, c. 19 ejus operis quod Carolo Magno perperam attribuitur; ubi est Leontius **242** *asecreta*. Apud Hincmarum, epist. 3, c. 16, habes *asecretis*, quod olim summi cancellarii nomen fuisse ait.

Addamus et hoc propter cognationem. Σιλεντιάριος et σιλεντιάριος crebro occurrunt in Græcorum libris, ut et σιλέντιον. Duplices statuit Glossarium, alteros minores, quorum munus fuerit populo silentium indicere, et ut silentium teneretur sedulo curare; alteros majores, quippe senatores: ut enim a *secreto* dicebantur *secretarii*, sic a *silentio silentiarii* audiebant: nam quia senatores secreta tegere debebant et silere de rebus in senatu actis, ideo *secretarii* et *silentiarii* nomen eis adhæsit; quamvis *silentium* dicebatur etiam oratio quam in *silentio*, hoc est in senatu, initio quadragesimæ imperator habebat. Zonaras Leonem philosophum imperatorem adeo iliacis doloribus vexatum esse commemorat ut nequiverit habere in senatu περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Cedrenus: σιλεντίου γενομένου, *congregato senatu*. Miscella historia in Leone: *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas*. Nec Græci his contenti fuerunt: etiam suas in chartas transtulerunt hæc mere Latina nomina σένατον sive σίνατον, σενάτωρ, σινάτωρ, σηνάτωρ. Vide Glossar. Græco-Barb.

Ib. Reinui nomina *blateus* et *blatina* et *trullæ*, quia aptiora non occurrebant: nam quæ Junius affert de *lura* et *lora*, non unius assis æstimo; adeo sunt frivola. Codinus *trullæ* nomine intelligit pilei summam partem, qua clauditur et quasi concamc-

Digitized by Google

ratur : est enim *trulla* seu *trullon* seu *trullos* fornix sive concameratio, ut patet ex Codino l. de Originib. Cpolitanis, ubi agit de trulla Magnæ ecclesiæ constructa a Justiniano et reparata a Justino. Hinc etiam synodus Trullana seu in Trullo, quia habita est in secretario palatii, quod trullatum, ut sic dicam, seu concameratum erat. Verbo τρουλλοῦσθαι pro *trullam ædificare* utitur Codinus l. c. GRETS.

[Τροῦλαν sive τροῦλλαν et τροῦλλον concameratum opus referre nullus ignorat. Eam ob rem pilei qua clauditur et quasi concameratur, non modo summam partem τροῦλα significat, sed totum pileum, qui totus τροῦλα ; cujus descriptionem satis ample posuimus capitis superioris notis prima et secunda ; ἄῤῥque in secunda memoratus, est qui dicitur in præsenti ἄκρον τοῦ σκιαδίου, γῦρος τῆς τρούλης. GOAR]

P. 23. Variant hic codices Boici, ut notavi olim in notis ad Codinum. Sed res tanti non est; vulgata lectio proba mihi.

P. 24. *Siromasten.* Junius non recte interpretatur *ferream clavam*, ut patet ex c. 25 Numerorum, ubi Scriptura de Phinees : Καὶ λαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρί, etc. Καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέρους, τόν τε ἄνδρωπον τὸν Ἰσραηλίτην καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς. Non ergo fuit clava, sed vel jaculum vel hasta. Hinc Aquila vertit κοντόν, Symmachus δόρυ. Vulgata editio : *Arrepto pugione confodit ambos.* Notavit hunc Junii errorem Rigaltius in Glossar. v. *Siromastes.* Apud Cedrenum, p. 700, Leo Melissenus increpat fratrem **243** Theognostum, ne imperatori maledicat ; non obtemperanti imposuit aliquot plagas seu ictus, τὸν σειρομάστην ἔπεινας. S. Hieronymus, epist. 53 : *Legi enim siromasten Phinees, austeritatem Heliæ* ; ubi et ipse pro *hasta* videtur siromasten accipere. Joseph. Antiq. IV, 6, vertit *romphæam :* Παίων τῇ ῥομφαίᾳ ἀπέκτεινε· Hesychius ait σειρομάστην esse εἶδος λόγχης. S. Hier. in c. 2 Malach. interpretatur σειρομάστην *pugionem*, ut et Num. XXV; at III Reg. 18, et I. IV, c. 11, *hastam.* Suidas : Σειρομάστης εἶδος ἀκοντίου, λόγχη. Joannes Tzetzes : Πολλοὶ μὲν τὸ ἀκόντιον καλοῦσι σειρομάστην ὥσπερ κἀν τῇ Φινεὲς νοεῖται ἱστορίᾳ, etc., κυρίως δὲ σιδήριον τῶν τελωνῶν ὑπάρχει, ὡς μέγας ὀβελίσκος τις ᾧ πλήττοντες τοὺς σάκκους τὰ κλεπτοτελωνούμενα νοῦσι καὶ κρατοῦσιν. Videtur omnium commodissime verti apud Curopalatam *telum* seu *pugio*, quandoquidem siromastes ferebatur a magno tzausio ex sinistra parte zonæ. Ait Codinus hunc siromasten vulgo vocari *salibam.* Leo imp. Constitut. 7 : Εἰς τὸ ῥίψαι μηκόθεν ῥιπτάριον καὶ ματζοβάρδουλον, ὅπερ λέγεται νῦν σαλίβα ἢ καὶ τζηκούριον. Glossarium scribit μαρτζομάβουλον. Anonymus de bello sacro : Σαλίβας εἶχον τουρκικάς. Junius dicit σαλίβαν esse vocem Arabicam. At quomodo scit esse Arabicam, cum nesciat quid significet ? Non enim est militaris clava, ut ante diximus. GRETS.

[Indicant qui Meursium sequuntur, at non attingunt vocis hujus sensum. Siromaste s'romasten exploro, et velut κλεπτοτελωνούμενον in obscuris Tzetzis carminibus (Chil. 13, tit. 492) νοῶ καὶ κρατῶ. Mercatoribus ex Oriente merces exportantibus non prius licet eas in naves congerere vel e portu abducere, quam vectigalibus colligendis præfecti sagmas omnes et vasa examinent, ne pretiosiores vel exportari prohibitas sub vilioribus et licitis occultent illi, ut ita vel de vectigalium pretio defraudent vel principi legem ferenti subtilius illudant. Explorant itaque publicani sagmas et strues sarcinarias, et colligatas quantumvis strictissime vel tenacissime junctas longo acutoque ferro perfodiunt, et sensu duce experientiaque magistra, quod ipse visu sum expertus, num serica fila verbi causa sub gossipinis vel metalla sub ceræ massa lateant, inquirunt et deprehendunt ; ut fraude comperta multa pecuniaria vel verberibus dolorum artifices puniantur, ac regio jure detineantur merces et addicantur fisco. Verutum autem illud longius et acutius, ex aliqua cum *pugione, telo, hasta* similitudine, σειρομάστης vel σειρομάστις audit : quia vero præcipitem mercatorum in exportandis mercibus diligentiam reprimit et fraudes coercet, σαλίβαν vel σαλιβάρι vulgus appellat, *frenum* videlicet. Hisce perspectis nil difficultatis remanet in Tzetze absque interpretatione a Rigaltio Meursio et Gretsero, relato, nil obscuritatis in Hesychio, nil quod moram faciat in Codino. Hesychius : Σειρομάστης σκεῦός τι σιδηροῦν, ὅπερ οἱ τελῶναι πρὸς ἔρευναν ἔχουσι, λαβὴν ξυλίνην ἔχον. Cur illud in zona gerat tzausius, alibi discutimus. GOAR]

Ib. Ἀμηράλιος et ἀμηράλης *præfectus maris*, ex Arabico *amira* seu *amirus*, inquit Junius, et Græco ἅλιος *marinus*. Credat qui volet : ego assensum cohibeo. Transiit vox hæc ad Gallos, Italos et alios, quibus *amiral* est præfectus maris seu thalassiarchus. Quod nomen sive absolute pro principe gentis sive pro præfecto maris accipiatur, mirifice a Latinis scriptoribus variatur, ut ostendi **244** tom. II de S. Cruce, c. 12. Ἀμηρᾶς princeps est, usitatum nomen apud Mahometanos Arabes, ut et ἀμηραῖος, quamvis et hoc sub amera minores duces denotet. Sigebertus in Chronico : *In regno Saracenorum quatuor prætores statuit, qui amiræi vocabantur, ipse vero amiras vocabatur vel protosymbulus.*

Ib. Ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ita omnino legendum, et illud ἐπὶ τῶν δικάσεων procul relegandum. GRETS.

Ib. [Χειρόρτιον. Simon Portius : *Chirotheca*, χερόκτι, χερόρτι, χειροθήκη. Ἐγχείριον διεσχισμένην εἰς δάκτυλον vocavit Nicetas in Alexio Comneno l. III : Ἡ δ' αὐτὴ καὶ δορὰν χρυσόπαστον ἐγχείριον ἔχουσα, διεσχισμένην ἐς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὄρνιθα, καὶ ἐξιοῦσα πρὸς θήραν ἐπέκλωζέ τε καὶ ἐπεθώϋζε. Vulgaris textus habet : Ἡ δὲ αὐτὴ τὸ χειρόρτιον χρυσόπαστον ἔχουσα, διεσχισμένην εἰς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὄρνιθα. Carpit his verbis Nicetas indecens imperatricis factum : probrum tamen quo eam, velut *suas* ipsa, populus insecta-

Digitized by Google

tiaram. In scholiis tamen verum attigisse videtur, cum ait *esse tegmen capitis speciosum, et quasi in fasces complicato linteo, quali hoc tempore Turcæ uti solent*. Leunclavius in Onomastico : *Tulbant et tulpant et tulipant, lineum capitis involucrum Turcicum, quod Græci recentiores* φακιόλιον *dixere, veluti fasciolam aut fasciam. Originem videtur habere ab Italica voce faeciolo, cujus et diminutivo facioletto utimur; quæ sunt ex fasciola facta*. Hæc ille. Junius etiam ab Italicis *fazzolo* et *fazzoleto* deducit. Forsan erit qui repetat originem a Germanico *fatzimette*, pro sudario seu strophiolo. Quod autem Codinus dicit *phaeeolium* a Medis acceptum esse, id de re, non de nomine intelligi debet. Porro, ut et hoc obiter notemus, gestamen illud Turcicum, quod Germani vocant *turbant*, descendere videtur ex tegmine illo capitis quod Græci appellant **241** κορυφάντιον seu κορυβάντιον. Quam facile enim ex *corbant* nascitur *turbant* ! Gretz.

P. 22. [Φακεωλίδα explicant quidem erudite Meursius et pressim ejus vestigia secutus Gretserus, at non lucide. Lumen eorum dictis adhibeo. Φακιωλὶς (scribunt alii, φακεόλιον, φακεώλιον, φακιόλιον et φακιάλιον) tænia est et *fascia* longior ex lino maxime. Palladius in Lausiacis : Οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιαλίου, *linteum tulit nullum præter mantile oblongius*. Hinc stolam candidam collo sacerdotum circumpositam et a pectore pendentem (quam cum pileo, ceu Batavus theologus, confundit Meursius) significat apud Germanum in Mystagogia (prave dixit idem Hist. Eccles.) : Τὸ πετραχήλιόν ἐστι τὸ φακιώλιον μεθ' οὗ ἐπεφέρετο ὁ Χριστὸς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεδεμένος καὶ συρόμενος ἔμπροσθεν. *Stola sacerdotalis lorum est* (funem dicere nequeo) *quo vinctus et in anteriora tractus Christus deducebatur*. Cidarim tamen sive tiaram capiti impositam, si ab inferiori parte circumcingat et involvat, Turcicum pileum *turba* de vulgo dictum componit ; ac propterea rogatus a me de phaccolide Coresius Chiensis rescripsit : Φακεωλὶς *tiara est et militum pileus, proprie, inquam, capitis* καλύπτρα, *Turcicæ persimilis, qua caput velut zona vel cingulo circumcingitur*. Argute militum scripsit proprium. Turcarum nempe proceres duplicem habent pileum, hunc paci, illum militiæ accommodum : ille augustior, latior et nonnunquam sine plicis vel panno revoluto, lævis et expansus, qui nusquam φακεωλὶς audiat ; strictior et multo brevior hic, at semper in fasces complicato linteo caput involvit. Ex quo illud Achmetis c. 226 a Meursio relatum sic expones : Ἐὰν ἴδῃ τις φακεώλιον, εὑρήσει ἀξίωμα στρατηγικὸν μέγιστον, ἀναλόγως τοῦ τῆς ἐκ μήκους κυκλώσεως τοῦ φακεωλίου, *majorem nimirum, quo pro quantitate longius circa caput* φακεωλὶς *circumducetur*. Pileos et involucra ejusmodi capitibus equorum a victoribus Francis, capta Cpoli, imposita deflet Nicetas circa calcem Historiæ : Τὰς ἀγυιὰς περιῆσαν. καὶ τὰς ὀθονοσκεπεῖς περικρανίους καλύπτρας ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀχημάτων περιτιθέντες καὶ τὰ κατὰ νώτου κεχυμένα λευκόλινα ταῖς ἱππείαις γένυσιν αὐτῶν περιδέοντες, ἄλλη καὶ ἄλλη τῆς πόλεως ἐξιππάζοντο. Ex puro lino non fuisse phaceolides, sed auro intexto ditatas, conjicio ex ejusdem loci lectione Græcobarbara : Τὰ χρυσοΰφαντα σεντόνια, σάβανα καὶ προσώψια. Προσώψιον linteum quadratum est ulnæ cum media longitudinis, a mulieribus luctum ducentibus capiti impositum, tunc senatorum humeris præcipuum ornamentum. Goar.]

Ib. Ἀπρωτοασηκρῆτις. Scribitur etiam πρωτοασηκρήτης, πρωτοσηκρήτης, et extra compositionem ἀσηκρήτης, ἀσηκρῆτις. Nomen ex Latio in Græciam translatum, dignitatis palatinæ index, et quidem multo majoris quam habeat is quem nos *primum secretarium* seu primum a secretis nominamus. Est enim iste primus in secreto seu senatu (σέκρετον Græci appellant), tam ut locum ubi senatus cogitur, quam ut ipsum cœtum seu concilium senatorum significat. Et σακρετικοὶ sunt secretorum ministri, qui *secretariis*, hoc est senatoribus, a manu erant ; tametsi secretarius Græcis itidem sæpius est quem Latini hoc nomine denotant, nempe scriba, actuarius. Evagr. l. II : Ἀνέγνω Κωνσταντῖνος σακρετάριος ἀπὸ σχίδους. Illud observatione dignum est, Latinos Græcorum imitatione scripsisse et usurpasse voculam *asecreta*, ut videre est l. IV, c. 19 ejus operis quod Carolo Magno perperam attribuitur ; ubi est Leontius **242** *asecreta*. Apud Hincmarum, epist. 3, c. 16, habes *asecretis*, quod olim summi cancellarii nomen fuisse ait.

Addamus et hoc propter cognationem. Σιλεντιάρης et σιλεντιάριος crebro occurrunt in Græcorum libris, ut et σιλέντιον. Duplices statuit Glossarium, alteros minores, quorum munus fuerit populo silentium indicere, et ut silentium teneretur sedulo curare ; alteros majores, quippe senatores : ut enim a *secreto* dicebantur *secretarii*, sic a *silentio silentiarii* audiebant : nam quia senatores secreta tegere debebant et silere de rebus in senatu actis, ideo *secretarii* et *silentiarii* nomen eis adhæsit ; quamvis *silentium* dicebatur etiam oratio quam in *silentio*, hoc est in senatu, initio quadragesimæ imperator habebat. Zonaras Leonem philosophum imperatorem adeo iliacis doloribus vexatum esse commemorat ut nequiverit habere in senatu περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Cedrenus : σιλεντίου γενομένου, *congregato senatu*. Miscella historia in Leone : *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas*. Nec Græci his contenti fuerunt : etiam suas in chartas transtulerunt hæc mere Latina nomina σίνατον sive σίνατον, σενάτωρ, σινάτωρ, σηνάτωρ. Vide Glossar. Græco-Barb.

Ib. Reclinui nomina *blateus* et *blatina* et *trullæ*, quia aptiora non occurrebant : nam quæ Junius affert de *lura* et *lora*, non unius assis æstimo ; adeo sunt frivola. Codinus *trullæ* nomine intelligit pilei summam partem, qua clauditur et quasi concamne-

Digitized by Google

ratur: est enim *trulla* seu *trullon* seu *trullos* fornix sive concameratio, ut patet ex Codino l. de Originib. Cpolitanis, ubi agit de trulla Magnæ ecclesiæ constructa a Justiniano et reparata a Justino. Hinc etiam synodus Trullana seu in Trullo, quia habita est in secretario palatii, quod trullatum, ut sic dicam, seu concameratum erat. Verbo τρουλλοῦσθαι pro *trullam ædificare* utitur Codinus l. c. GRETS.

[Τροῦλαν sive τροῦλλαν et τροῦλλον concameratum opus referre nullus ignorat. Eam ob rem pilei qua clauditur et quasi concameratur, non modo summam partem τροῦλα significat, sed totum pileum, qui totus τροῦλα; cujus descriptionem satis ample posuimus capitis superioris notis prima et secunda; ἀήρque in secunda memoratus, est qui dicitur in præsenti ἄκρον τοῦ σκιαδίου, γῦρος τῆς τρούλης. GOAR]

P. 23. Variant hic codices Boici, ut notavi olim in notis ad Codinum. Sed res tanti non est; vulgata lectio proba mihi.

P. 24. *Siromasten.* Junius non recte interpretatur *ferream clavam*, ut patet ex c. 25 Numerorum, ubi Scriptura de Phinees: Καὶ λαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρί, etc. Καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέρους, τόν τε ἄνθρωπον τὸν Ἰσραηλίτην καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς. Non ergo fuit clava, sed vel jaculum vel hasta. Hinc Aquila vertit κοντόν, Symmachus δόρυ. Vulgata editio: *Arrepto pugione confodit ambos.* Notavit hunc Junii errorem Rigaltius in Glossar. v. *Siromastes.* Apud Cedrenum, p. 700, Leo Melissenus increpat fratrem **243** Theognostum, ne imperatori maledicat; non obtemperanti imposuit aliquot plagas seu ictus, τὸν σειρομάστην ἐντείνας. S. Hieronymus, epist. 53: *Legi enim siromasten Phinees, austeritatem Heliæ*; ubi et ipse pro *hasta* videtur siromasten accipere. Joseph. Antiq. IV, 6, vertit *romphæam*: Παίων τῇ ῥομφαίᾳ ἀπέκτεινε· Hesychius ait σειρομάστην esse εἶδος λόγχης. S. Hier. in c. 2 Malach. interpretatur σειρομάστην *pugionem*, ut et Num. XXV; at III Reg. 18, et l. IV, c. 11, *hastam.* Suidas: Σειρομάστης εἶδος ἀκοντίου, λόγχη. Joannes Tzetzes: Πολλοὶ μὲν τὸ ἀκόντιον καλοῦσι σειρομάστην ὥσπερ κἀν τῇ Φινεὲς νοεῖται ἱστορίᾳ, etc., κυρίως δὲ σιδήριον τῶν τελωνῶν ὑπάρχει, ὡς μέγας ὀβελίσκος τις ᾧ πλήττοντες τοὺς σάκκους τὰ κλεπτοτελωνούμενα νοοῦσι καὶ κρατοῦσιν. Videtur omnium commodissime verti apud Curopalatam *telum* seu *pugio*, quandoquidem siromastes ferebatur a magno tzausio ex sinistra parte zonæ. Ait Codinus hunc siromasten vulgo vocari *salibam.* Leo imp. Constitut. 7: Εἰς τὸ ῥίψαι μηκόθεν ῥιπτάριον καὶ ματζοβάρβουλον, ὅπερ λέγεται νῦν σαλίβα ἢ καὶ τζηκούριον. Glossarium scribit μαρτζομάβουλον. Anonymus de bello sacro: Σαλίβας εἶχον τουρκικάς. Junius dicit σαλίβαν esse vocem Arabicam. At quomodo scit esse Arabicam, cum nesciat quid significet? Non enim est militaris clava, ut ante diximus. GRETS.

[Indicant qui Meursium sequuntur, at non attingunt vocis hujus sensum. Siromaste s'romasteu exploro, et velut κλεπτοτελωνούμενον in obscuris Tzetzis carminibus (Chil. 13, tit. 492) νοῶ καὶ κρατῶ. Mercatoribus ex Oriente merces exportantibus non prius licet eas in naves congerere vel e portu abducere, quam vectigalibus colligendis præfecti sagmas omnes et vasa examinent, ne pretiosiores vel exportari prohibitas sub vilioribus et licitis occultent illi, ut ita vel de vectigalium pretio defraudent vel principi legem ferenti subtilius illudant. Explorant itaque publicani sagmas et strues sarcinarias, et colligatas quantumvis strictissime vel tenacissime junctas longo acutoque ferro perfodiunt, et sensu duce experientiaque magistra, quod ipse visu sum expertus, num serica fila verbi causa sub gossipinis vel metalla sub ceræ massa lateant, inquirunt et deprehendunt; ut fraude comperta multa pecuniaria vel verberibus dolorum artifices puniantur, ac regio jure detineantur merces et addicantur fisco. Verutum autem illud longius et acutius, ex aliqua cum *pugione, telo, hasta* similitudine, σειρομάστης vel σειρομάστις audit: quia vero præcipitem mercatorum in exportandis mercibus diligentiam reprimit et fraudes coercet, σαλίβαν vel σαλιβάρι vulgus appellat, *frenum* videlicet. Hisce perspectis nil difficultatis remanet in Tzetze absque interpretatione a Rigaltio Meursio et Gretsero, relato, nil obscuritatis in Hesychio, nil quod moram faciat in Codino. Hesychius: Σειρομάστης σκεῦός τι σιδηροῦν, ὅπερ οἱ τελῶναι πρὸς ἔρευναν ἔχουσι, λαβὴν ξυλίνην ἔχον. Cur illud in zona gerat tzausius, alibi discutimus. GOAR]

Ib. Ἀμηράλιος et ἀμηράλης *præfectus maris*, ex Arabico *amira* seu *amirus*, inquit Junius, et Græco ἅλιος *marinus.* Credat qui volet: ego assensum cohibeo. Transiit vox hæc ad Gallos, Italos et alios, quibus *amiral* est præfectus maris seu thalassiarchus. Quod nomen sive absolute pro principe gentis sive pro præfecto maris accipiatur, mirifice a Latinis scriptoribus variatur, ut ostendi **244** tom. II de S. Cruce, c. 12. Ἀμηρᾶς princeps est, usitatum nomen apud Mahometanos Arabes, ut et ἀμηραῖος, quamvis et hoc sub amera minores duces denotet. Sigebertus in Chronico: *In regno Saracenorum quatuor prætores statuit, qui amiræi vocabantur, ipse vero amiras vocabatur vel protosymbulus.*

Ib. Ἐπὶ τῶν δεήσεων. Ita omnino legendum, et illud ἐπὶ τῶν δικάσεων procul relegandum. GRETS.

Ib. [Χειρόρτιον. Simon Portius: *Chirotheca*, χερόχτι, χερόρτι, χειροθήκη. Ἐγχείριον διεσχισμένην εἰς δάκτυλον vocavit Nicetas in Alexio Comneno l. III: Ἡ δ' αὐτὴ καὶ δορκὴν χρυσόπαστον ἐγχείριον ἔχουσα, διεσχισμένην ἐς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὄρνιθα, καὶ ἐξιοῦσα πρὸς θήραν ἐπέκλωζέ τε καὶ ἐπεθώϋζε. Vulgaris textus habet: Ἡ δὲ αὐτὴ τὸ χειρόρτιον χρυσόπαστον ἔχουσα, διεσχισμένην εἰς δάκτυλον, κονητίναν εἶχεν ὄρνιθα. Carpit his verbis Nicetas indecens imperatricis factum: probrum tamen quo eam, velut res ipsa, populus insecta-

batur, non advertit interpres Nicetæ. Locum ne ignoretur adduco : relatum antecedit proxime. Ἔνιοι δὲ τῶν ἀγοραίων καὶ τὰ μιμηλὰ τῶν πτηνῶν, καὶ ὅτα ἡ φύσις ἐστόμωσε πρὸς μουσουργίαν ἀεὶ μίαν ὑποβάλλοντες μάθησιν, καὶ ταύτην κοινόλεκτον, ᾄδειν ἐπὶ στενωπῶν καὶ τριόδων. « Πολιτικὴ τὸ δίκαιον » ἐξεπαίδευσαν. *Edocuerunt ut canerent, Meretrix pretium :* subintelliges, *exige prostituti corporis.* Vertit interpres inepte : *Politica justitiam,* πολιτικὴν siquidem vocant hodierni *meretricem* ceu tota urbe publice expositam ac toti curiæ ob corporis prostibulum notam, Galli *courtisane.* Δίκαιον i. d est quod auctor non uno loco vocat δικαίωμα *pretium jure reddendum.* Goar.]

Ib. Pro χαρτίον legendum videtur χασδίον, quæ vox vestem ex pilis vel villis confectam denotat. Est et χασείδιον apud Achmetem Oniropolam, c. 220, ubi invenies χασείδια ἀπ' ἐρίων. In synodo Florentina : *Sedebat in equo pulcherrimo, nigro,* καὶ εὐτρεπισμένου μετ' ἐρυθροῦ καὶ χρυσοῦφάντου χασδίου, *qui ornatus erat rubro et aureis filis infecto tegumento ;* ut proinde locus iste Codini ita reddendus videatur : *Scaranicum ejus indutum seu suffultum est panno ex pilis seu lana confecto.* Grets.

[Χασδίον *villosum sericum.* Vocem refert concilii Florentini textus Græcus, verum ab interprete omissam : Ὁ μὲν βασιλεὺς ἐκαθέζετο ἐφ' ἵππου ὡραιοτάτου μέλανος καὶ εὐτρεπισμένου μετὰ ἐρυθροῦ καὶ χρυσοῦφάντου χασδίου. *Insidebat imperator equo pulcherrimo nigro, qui purpureo et auro texto bombyce heteromallo constratus erat.* Interpres : *Qui purpureo aureoque intertexto constratus erat tegumento.* Nihilo melius qui posuit *ornatus erat rubro et aureis filis infecto* tegumento. Pessime omnium qui χασδίον *pannum ex pileis seu lana confectum* putat, et ἐνδεδυμένον *suffultum* vertit.

Ib. [Χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν πετάλιον ζωγραφικόν, *aurum* vel *argentum foliatum, subtilibus* nimirum *bracteolis operi pictorio tenuatum.* Goar.]

Ib. Φωσσάτον. Scribitur etiam φοσσάτον, a fossa. Proprie significat castra fossis munita, item exercitum ipsum. Moschopulus : Φοσσάτον ὁ στρατός. Hinc φοσσατεύειν sive φουσατεύειν *exercitum ducere,* et φοσσατικῶς *instar exercitus.* Inde etiam translatum est, præsertim a Latinis, ad fossas quascunque munitionis 245 causa factas. Robertus de Monte in Chronico : *Rex Henricus fecit fossata alta et lata inter Franciam et Normanniam ad prædones arcendos.* Andreas presbyter in Chronico Bavarico : *Ratisponæ a porta S. Petri usque portam occidentalem fossatum exterius* (*der stadtgraben*)*in toto perficitur.* Invenies itidem φουσσάτον et φουσάτον. Quin et simplex vocabulum *fossa* suum fecere ; et φουσσᾶν *fodere, fossam facere.* Eadem notione usurpant σίδετον, pro castris scilicet. Suidas : Σίδετον τὸ φωσσάτον. Ab eadem notione est ἀπλήκτον (significat enim castra) et ἀπληκεύειν, ex Latino *applicare, castra metari.* Vide Rigaltium in suo Mixobarbaro et Meursium in suo Græco-Barbaro Glossario

P. 25. *Præfectus alogii.* Non satis mirari possum quid Junio in mentem venerit, ut vocem ἄλογον ab Hebræa *halac* (quod est *ire*) deduxerit, cum luce clarius sit ἄλογον esse vocem Græcam, quasi dicas *irrationale ;* quo nomine recentiores Græci *equos* significant. Anonymus apud Rigaltium : Ἄλογα ζῶα νωτοφόρα, ἀχθοφόρα. Et absolute pro equis invenies apud Mauricium, Leonem et alios. Itaque Junianum *halocum* ablegetur ad nuntium seu viatorem, quem, ut Junius inquit, Turcæ appellant *hulac.*

Ib. Matzuca Junio est clava, ex Italico *Massa* vel potius Gallico *Massue,* ut inquit. Scribitur etiam ματζούκιον. Ibidem στηλεῖόν accipio pro conto seu hastili matzucæ, *der stiel ;* in cujus vertice erat βουτίον, butta, *cupa* seu *cupella.* Scribitur quoque βουτίον seu, ut Rigaltius, βούττιον, βούτζη, βούτζιον, βούττις ; quæ non tantum cupam seu cupellam, sed ipsa etiam integra vasa vinaria significant, ut te in Glossariis suis auctorum testimoniis docebunt Rigaltius, Meursius et Casaubonus ad Capitolinum et Flavium Vopiscum p. 412, 522. Germanis inde venit *butten,* de vase dorsuario, quo uvæ jam a vindemiatoribus resectæ per destinatos ad id homines colliguntur et ad torcular deferuntur : quanquam *buttas* itidem vocant alia dorsualia instrumenta, ad similitudinem vinarii illius facta. Quid ? quod Græci cupam quoque in suam linguam transtulerunt, κοῦπα. Adfertur etiam βούτινον, *butina* pro lagena. Butto sacræ supellectili adjungitur ab Anastasio in Leone IV : *Obtulit in basilica b. Petri apostoli buttonem de argento purissimo.* Igitur, ut hinc abeamus, *contus dicasticli protalogarioris* habebat in vertice βουτίον, id nimirum quod Germani dicunt *ein kiippelein.* Verum hæc omnia eversum it Meursius, qui in Glossario v. βουλλιον affirmat legendum non βουτίον sed βουλλίον, quod est *orbiculus, circulus.* Sed cum hoc sine ullius ms. codicis auctoritate asserat, non est cur nostræ lectionis, quæ calamo exaratis exemplaribus fulcitur, nos aut pœniteat aut pigeat, nisi quis malit legere, τουφίον *flammulum* a tuba seu tufa. Suidas : Στειλειὸς τὸ τῆς ἀξίνης ξύλον, etc. *stiel an der axt.* Et forte hic etiam scribendum στειλεῖος, non στηλειός. Grets.

Ibid. [Ἡ ἰδιωτικῶς *καλοῦσι ματζοῦκαν.* Ita est : *clava* ἰδιωτικῶς et vulgo ματζοῦκα, et ut erudite Gretserus, e Gallico *massue,* vocatur : 246 at non ἰδιωτικὴ et vulgaris *clava* est hæc πρωταλογάτορος ματζοῦκα, sed honoraria, eaque capitata virga, quam apparitores seu accensi gestant ante principes, cardinales, rectores, in potestatis symbolum et excellentiæ argumentum, *la masse ;* unde et ipsi *clavati apparitores* et *clavigeri accensi* nuncupati. Nil itaque hic ad propositum castrense ματζούκιον, de quo Rigaltius et Meursius, qui ματζούκην et ματουκάκην Theodori cujusdam cognomen apud Nicetam in Manuelis l. vii cum appellativa hac dictione temere confundit. Ad rem. Virgæ hujus capitatæ ma-

Digitized by Google

manubrium scribitur correcte στηλεώς, quod *columellam* imitetur, quamvis apud Crispinum securis manubrium στειλειός, στελειός, στελεός, στειλεών, στελεόν et στελειά scribatur. Βουτίον εἰς τὸ ἄκρον quid sit inquirendum : *buttæ* enim et *cupæ*, ac *integra quoque vasa vinaria*, de quibus Gretserus, Meursius, Rigaltius, ab hoc insigni removenda. An vero βουτίον quasi φουτίον diminutivum φοῦτας, cujus inter varias capitis præcedentis lectiones est mentio, cujus idem est ac τούφας sensus, ita ut caput et apicem claviculæ istius crassiorem et extremum nodum significet ? an iterum βουτίον, quod nodus ille oblongior *buttam* et *vegetem* sua figura imitetur ? An denique βουτίον non in claviculæ superiori vertice, sed in imo extremo inspiciendum, ita ut velut os in acetabulo, imum illud manubrium ἐν βουτίῳ ceu in B cratericulo et cupella includatur, quo et firmius teneatur et ei, quod panno coccineo superindutum sit ornamentum auro addito crescat ? Minus displicebit indutum illud manubrium, si summa in parte caput deauratum, in ima cratericulum hunc proferat, in media tandem δέμα ὁμοίως κεχρυσωμένον, non *ligamentum* quodlibet, sed vinculum, sive *laminam auratam* illud ornate ambientem ostentet. Βουτίζειν porro est *immergere* vel *immittere*, videlicet in rem profundam ; ac propterea acetabulum aureum, cui commissa fuerit extrema claviculæ pars, βουτίου non immerito nomen assequetur.

P. 26. Χρυσαφίου Simon. Portius : Χρυσάφι vice χρυσάφιον, χρουσάφι, χρυσίον, χρυσός, *aurum*. Meur- C sius corruptissime legit χρυσάφη, nusquam usitatum. Dicitur χρυσάφι *filum aureum*, et aurum quodcunque alteri rei additum, quasi χρυσαπτόν ; quod hic etiamnum clarissime deprehenditur. GOAR.]

Ib. Mirum est quomodo Junius hic βεστιάριον interpretatus sit *vestibulum*, et τὸν πρωτοβεστιαρίτην *principem vestibuli*. *Errant viri docti*, id est Junius, ut ait Meursius, *qui ita interpretantur* ; ubi iterum Junianum delirium viris doctis ascribitur. Sed quid vestiarium ? Suidas : Βεστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής· Moschopulus : Βέστια παρὰ Ῥωμαίοις ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Dicebatur vestiarii præses etiam *abestiarius* ; et vestiarium generalius ταμιεῖον βασιλικόν, ærarium D imperatorium, apud Choniatem, citante Rigaltio.

P. 27. Tzangratorum (ita ubique scribendum, non *tzangatores*) a tzangris, arcus cujusdam genere, ut ex Cantacuzeno liquet l. I, ubi de machina quadam bellica agens dicit in quolibet καταστρώματι ejus (erant autem quinque) fuisse octo τῶν ἐκ τόξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. Ibidem : Καὶ τῶν ἀπὸ τῶν τζαγγρῶν ἀφιεμένων βελῶν. Male ergo Junius p. 313 facit ex tzangratoribus *milites spatharios*, cum fuerint sagittarii et arcitenentes. Male etiam nomen ipsum deducit a voce orientali *saga*, quæ, 247 ut inquit, *significat copiam, densum et confertum esse*. Nimirum, quoties Junius non habet quod dicat, ex Oriente dicendi A occasionem quærit. Quanto verisimilius deduceret ab Germanico *zangen* ?

Ib. Τῶν μουρτάτων. Originem hujus nominis non explicant auctores.

Ib. Τῶν τζαχόνων. Nomen hoc ex Hebræa lingua deducit Junius in schol. p. 304, quidquid dicat Gregoras, l. IV hist. Byzantinæ, qui quos veteres vocabant *Laconas*, a recentioribus istis Græcis *Tzaconas* appellatos scribit, exigua eaque quotidiana litterarum immutatione. Nec absterretur Junius, quamvis hodie quoque regio Peloponnesi, olim Laconia, dicatur Tzaconia, et incolæ (Pandect. Turc. p. 30 et Turcogr. l. VII, p. 489) Zacones seu Tzacones ; valdeque usitata sit Græcis recentioribus litterarum B TZ in aliarum locum substitutio ; hinc τζαχίζω pro λαχίζω, *lacero*, *rumpo*. Quare qui Tzacones ab Hebræo *tzuck* potius quam a veteri Laconum appellatione dictos existimat, is cur non quidvis sibi persuadeat causam dicere non potest.

Ib. Orientalium thematum. Exstat libellus Constantini Porphyrogeniti Περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν, quem Græce et Latine edidit Vulcanius Batavus, notisque illustravit ; in queis, præter cætera : *Varias esse* τοῦ θέματος *significationes nemo ignorat. Glossæ veteres interdum interpretantur* θέμα *positionem, casum, interdum* θέμα τοῦ ἀνθρώπου *constellationem, quod idem est ac positio, interdum legio* τάξις, θέμα. *Ex quo liquet* θέμα *idem esse quod* τάξιν *vel* τάγμα, *hoc est legionem. Justinianus imperator in Novellis plerumque hæc* τάγματα vocat στρατιωτικοὺς καταλόγους. Subjungit : *Quo fit ut Hier. Wolfio non assentiar, qui* θέματα *provincias vertit in Zonara ; ut nec Enimundo Bonifidio, et doctori innominato, cui id acceptum fert, qui adnotationibus suis in jus Orientale locum illum ex constitutione Isaacii Comneni,* καὶ ἡ σύμφωνος κατάθεσις τῶν ὅλων θεματικῶν παρέστησε τῇ βασιλείᾳ μου, *interpretatur* θεματικῶν *provincialium : quos ego potius legionarios vertorim. Inter* τάγματα *vero sive legiones et* θέματα *hoc tantum est differentiæ, quod illa florente imperio Romano ut justæ legiones ita dictæ fuerunt, quæ postea imminuto truncatoque Heraclii temporibus eodem imperio* θεμάτων *appellationem, desciscentibus a veteri amplitudine legionibus, sint consecuta.* Quod ipsum testatur hic noster dicens : Ἀλλὰ πρώην καὶ κατ' ἀρχὰς τάγματά τινα καὶ λεγεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμέναι κατ' ἔθνος. E quibus legionibus recenset legionem 40 martyrum, de quibus Basilius : Οὗτοι ἡλικίας ἀκμῇ καὶ δυνάμει τῶν καθ' ἑαυτοὺς πάντων διενεγκόντες εἰς τοὺς στρατιωτικοὺς τελεῖν ἐτάχθησαν καταλόγους, hoc est, ut vertit Budæus, *in cohortes et numeros legionum allecti sunt*. Apud Cedrenum p. 466 in Copronymo accipitur θέμα pro præfectura, *ein pfleg* : τοὺς ὑπὸ θέμα τῶν Θρᾳκησίων ὄντας. Paulo post, ὥστε ἐν ὅλῳ τῷ ὑπ' αὐτὸν θέματι. Edidit Fridericus Morellus, professor Parisiensis, libellum Græco-Latinum de Occidentalibus Thematibus.

Digitized by Google

248 P. 27. *Magni myrtaitæ.* Junius *murtatos* et *myrtatam* ab Hebræo repetit, eadem felicitate qua tzacones ex iisdem cunabulis educit. At quis myrtaites? audiamus Glossarium. *Viri docti*, id est Junius, *putant fuisse magnum præfectum* τῶν μουρτάτων, *de quibus paulo ante diximus. Sed falluntur ; nam in eodem Codino est* p. 43 : Τὸ τοῦ μεγάλου μυρταΐτου ὑπηρέτημα ἀνεπίγνωστόν ἐστι. *Imo præfectus eorum* στρατοπεδάρχης *dicebatur. Idem Codinus*, p. 27 : Τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν μουρτάτων, οἷα τὰ τοῦ στρατοπεδάρχου τῶν τζαγγατόρων. *Iterum :* Καὶ ὁ τῶν μουρτάτων στρατοπεδάρχης ὁμοίως. *Itaque de eorum errore satis liquet.* Hæc Glossariographus in Junium. GRETS.

Ib. Γαμματίζον. Retorta in transversum baculi extremitate in rectum angulum, littera Γ et δικανίκιον γαμματίζον elucet. Sunt et pontificum φενώλια γαμματίζοντα *casulæ*, ut ita dicam, *gammatæ*, illæ nimirum quæ gammaton quaternariis crucem componentibus totæ respergunturex quo πολυσταυρίων sortiuntur appellationem, qualem Ludovici Adeodati regii nummi promerentur, et littera L nomini suo sacra, quater ac semper diversimode picta, crucem, insigne Christi γαμματίζον, oculis objiciunt. Στιχάριον διὰ γαμμάτων in meditatione de patriarcharum privilegiis apud Balsamonem lectum hinc patet. Constare etiam potest γράμματα, de quibus Balsamon idem ad 27 canonem Trullanum, cum gammatis non esse confundenda ; hæc enim nonnisi tertiæ uniusque litteræ figuram, alia quamlibet opere Phrygionico vel penicillo delineandam denotant. GOAR]

CAPUT VI.

Observationes et explicationes in caput 5 *Codini quod est de ministeriis aulicorum.*

P. 28. [*Οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχουσιν.* Quod alibi dictum, hic observandum rursus : aliud ὀφφίκιον, aliud ἀξίωμα. Hoc dignitas est solummodo, et honorem promeretur : illud obsequium præstat, et mercedem stipendiumque requirit. Despota, sebastocrator et Cæsar nulle munere funguntur, quia non ὀφφικίου, sed ἀξιώματος honore ultimis temporibus gaudebant ; unde ἀξιωματικοί sincerius quam ὀφφικιάλοι censendi. Ex iis, regiis unum ἀξιώματα ἀπὸ τῶν ὀφφικίων manifesto dividit, et illa quidem esse despotæ, sebastocratoris, Cæsaris, panhypersebasti et protovestiarii, quod sum miratus, asserit ; sub domestico reliqua inter officia recenset.

Ib. [*Ἡγεμονίαν, bellicam præfecturam* interpretor : officii etenim alicujus onus principibus hujusce modi impositum nusquam affirmaveris. Leo const. Tact. 4 : Στρατηγὸς τοίνυν προσαγορεύεται ὁ τοῦ παντὸς στρατοῦ κορυφαῖός τε καὶ ἡγεμών.

Ib. [*Ὁ πανυπερσέβαστος οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει.* Est enim honoris, non ministerii, titulus ab Alexio Comneno adinventus.

Ib. [*Ὥσπερ ὁ μέγας δομέστικος.* Exstat præclarum hujusce loci non adeo testimonium quam commentarium apud Nicetam in Manuele Comneno, l. 2, ubi copiosa classe navium, hominum, armorum, victuum **249** descripta, Οὕτω τοίνυν, inquit, καὶ ὡς ἦστο καλῶς, τὰ κατὰ τὸν Σικελικὸν πόλεμον παρασκευασάμενον ἀνάγεσθαι μὲν κελεύει τὸν στόλον τοῖς ἐρέταις καὶ κελευσταῖς λύσασι τὰ καρχήσια, μέγαν δοῦκαν προβαλόμενος τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν τὸν Κοντοστέφανον Στέφανον, ἀπαίρειν δὲ καὶ τὴν πεζὴν στρατιὰν ὑπ' ἀρχηγοῖς ἑτέροις, ἀλλὰ δὴ καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ἀξούχῳ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ. GOAR.]

Ib. Flammulum sive crucem, etc., ἢ τὸ τοῦ στρατοῦ μετὰ πυροβόλων. Junius : *Aut exercitus flammeum cum ignitis telis.* Inepte ; cui longe adhuc ineptior explicatio additur p. 286 : *Hoc alierum est flammeum, quod archistratego, ut appellatur, c. 6, præferri solet, siquidem hic alius quam imperator est ; quamobrem exercitus flammeum appellatur, in quo expressa erat fulgurationis et fulminationis species.* Nugæ. Legendum enim ἤτοι τὸν σταυρὸν μετὰ πυρεκβόλων, ut habet codex Bavaricus et Lautherianus. Hoc enim dicit : Τοὺς ἄρχοντας ὡς κεφαλὰς præferre, erigere et statuere solitos *consuetum flammeum* seu *vexillum regium* vel *crucem radiantem* seu *radios instar ignis emittentem.* Sed Junius ex hoc scripturæ compendio στρον fecit στρατόν, et ex ἤτοι, quod in omnibus nostris codicibus legitur, ἢ τό, adjecto etiam articulo τοῦ. Quo consilio ? licet tandem in additionibus hanc codicum nostrorum germanam lectionem ipse quoque annotarit, sed sine approbatione et explicatione. GRETS.

Ibid. [*Φλάμπουρον.* Non dubium quin φλάμουλον sit legendum, ut ex positis apud Rigaltium et Meursium exemplis constat : hæc tamen est linguæ corruptio, ut addito π ex ea quam habet ad μ affinitate etiam λ in ρ mutetur, quam litterarum permutationem demonstravimus hodiernis familiarem. An ita vero cunctis σύνηθες βασιλικὸν hoc φλάμουλον, ut in singulis cohortibus, legionibus, scholis unum tantum explicaretur, ac unius coloris et figuræ esset in omnibus ? Ita præcipit Leo in Tacticis const. 6, licet in similibus vexillis colorum varietatem non omittendam suadeat : Προστάσσομεν δὴ καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν βάνδων ἑκάστου τάγματος ὁμοχρόους γίνεσθαι, καὶ τὰ φλάμουλα ἑκάστης τούρμας ἢ δρούγγου ἰδιόχροα εἶναι· ἵνα δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τάγμα εὐκόλως ἐπιγινώσκῃ τὸ ἴδιον βάνδον, δεῖ ἕτερα εἴδη καὶ σημεῖα προστιθέναι ταῖς κεφαλαῖς τῶν βάνδων, τοῦ γινώσκεσθαι αὐτὰ, καὶ κατὰ τὰς τούρμας καὶ κατὰ τοὺς δρούγγους καὶ κατὰ τὰς βάνδας. Bandum a flamulo discrimina : illud enim quadrum, hoc longius, fissum in medio ac in acumen desinens, quo flammam sive πυραμίδα sursum latam imitetur, et Francorum flammeo *oriflamme*, Francicisque vexillis, *banuières*, nomen imponit.

Ibid. [*Τὸν σταυρὸν μετὰ πυρεκβόλων.* Hæc sunt Cpolis insignia, crux aurea in coccinei coloris scuto posita, ac in spatiis inter crucis ramos

vacuis littera B quater descripta, quæ cum πυρεκβόλῳ, chalybi ex quo excutitur ignis (*igniarium* vocant, *fusil*) sit non absimilia, exinde Orientis imperatorum quatuor chalybes igniarios in insignibus gerere creditum. Est tamen littera B quater picta, quatuor sequentium verborum initialis, βασιλεὺς βασιλέων βασιλεύων βασιλεύσει. Vide Marcum Vulsonium in Scientia Heroica.

Ibid. [*Ἔφιππον.* Ut in mari, etiam quod habet imperator in terra robur, effulgeat. De vexillo ejusmodi videtur Nicetas locutus in Alexio II: Ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς τὰς σημαίας τῶν ἀφίδων ἄνωθεν ἵστησαν, αἳ τοὺς βασιλεῖς εἰκονίζουσιν.

Ib. *Ἔχει δὲ ὑπ' αὐτόν.* Hic est omnium ordo. Magnus dux toti classi imperat; magnus drungarius, ceu vices gerens, singulos triremium **250** drungos ordinat; amiralius toti navali exercitui vexillum sive regium flamulum præfert; protocomes remiges omnes sub sua dispositione tenet; drungarius certum triremium vel navium numerum gubernat, duodecim nimirum aut quindecim; comes quatuor aut quinque triremes gubernat. Hæc ex hucusque sparsim dictis: ad alia properandum.

P. 29. [*Φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθην.* Francicorum exercituum summo prætori (*connestable*), qui Græcorum magnum domesticum exæquat potestate, ac regiis equis et equisonibus præfecto (*grand escuyer*), qui protostratorem in Christianissima curia agit, juris hoc concessum ut uterque regium ensem tractet, ille quidem nudum, hic vagina tectum et balteo serico liliis aureis resperso pendentem; de quo *du Haillan*, Vulsonius et alii.

Ib. [*Τοῦ κόμητος τῶν βασιλικῶν ἵππων.* Inter στράτορας protostratori subjectos præcipuus est κόμης τῶν βασιλικῶν ἵππων, idem qui *equiso regius*.

Ib. [*Ὁ πρωτοστράτωρ ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ λαβών.* Donatio Constantini: Ἡμεῖς δὲ στράτορος ὀφφίκιον ὑπελθόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τοῦ ἵππου αὐτοῦ κατέχοντες, τῆς αὐλῆς τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἤξιμεν ἀναστῆσαι, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τοῦ κυρίου μου τοῦ ἁγίου συνεχόμενοι Πέτρου. Nicetas in Alexio III: Ὁ μὲν ἵππος προσάγεται παρὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ ἑλκυσθείς.

Ib. [*Ὁ μέγας χαρτουλάριος.* E chartulariorum numero pene immenso, quorum alii cursus, alii sacri cubiculi, alii magistrorum peditum et equitum, hic qui stabulorum intelligitur. Alias quodnam viri togati et tabulas tractantis ad militiam equos et arma consortium? Suggerit testimonium Zonaras in Isauro: Παῦλον τὸν τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα (χαρτουλάριον ἡ Ῥωμαίων οἶδε τοῦτον λέγειν φωνὴ) πατρίκιον τιμήσας καὶ στρατηγὸν Σικελίας. Profert Nicetas aliud in Isaacio Angelo: Χοῦμνος χαρτουλάριος ὢν τῶν ἱπποστάθμων. Subest protostratori et administrat. Hanc palatii portam nulli, nisi donaverit imperator, equiti præterire licet. Nicetas in Manuele: Εἴσεισιν ἀσμένως τὰ βασίλεια. Ἐν δὲ τῷ παριέναι μεθ' ἵππου Ἄραβος ἐριαύχενος τὰ ἀνάκτορα καὶ μέλλειν εἰσιέναι διὰ τῆς πύλης μεθ' ἣν ἡ ἐκ τῆς ἕδρας ἀπόβασις ἐφεῖται μόνοις τοῖς αὐτοκράτορσιν.

Ib. [*Πεζεύειν.* Ex equo in terram desilire, et πέζευμα locus in quo relinquitur equus et pedibus via conficitur. Goar]

Ib. *Στρώσια καὶ συρτά.* Illud a στρωννύω, quod est *sterno*; hoc a σύρω, quod est *traho*. Mil tum quoque equi, quos vacuos secum ducebant, appellabantur συρτοί, ut docet Glossarium ex Constantini Tacticis. Grets.

Ib. [Quibus sternerentur ephippiis et phaleris, docet post Theophanem Cedrenus in Mauricio: Ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως ὁ τὸν χρυσοῦν περικείμενος κόσμον. Describit Anna Vitæ patris l. I: Ὁρᾷ τὸν ἱπποκόμον τοῦ Βρυεννίου ἵππον ἐπισυρόμενον, τῇ τε ἀλουργῷ ἐφεστρίδι κεκοσμημένον καὶ κατάχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα. Uno verbo χρυσοφάλαρον ἵππον vocat paulo inferius, ut et Nicetas l. VII Manuelis. Gregoras, IX, 7: Μετ' ἐρυθροβαφῶν κοσμημάτων· sect. 10: Μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων. Στρώσιον autem, quod et ἐφεστρίς, dat nomen equo, diciturque ὑπόστρωμα apud Annam citatam l. IV, adeoque longum et lateribus pendens asserit ut etiam calcaris ferrum illi referat infixum: Ναὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ μύωπος ἀκμὴ τοῦ ἀριστεροῦ ποδὸς ἐνδακοῦσα τὸ ἄκρον τῆς ἐφεστρίδος, ὃ ὑπόστρωμα λέγουσιν, ἀκλινέστερον τὸν ἱππότην ἐποίει. Loquitur de regio eodem equo, quem l. I narraverat Bryennio tyrannidem **251** ambienti ereptum μετὰ τῆς ἐρυθροβαφοῦς ἐφεστρίδος, ut ipsa iterum l. IV testatur.

Ib. [Περὶ τῶν συρτῶν Meursius erudite.

Ib. [Καβαλλαρίκιον *caballomus*, *domiturœ arena*, *manège*. In palatio, id est in areæ parte.

P. 30. [*Stragulum ephippium* est σάγισμα. Leo Grammaticus in Michaele Theophili: Εὗρεν αὐτὸν ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιοῦ ἵππου, οὗ ἤλαυνεν. Alia apud Meursium. Goar]

Ibid. *Σκαπουλίων.* Ita legendum loco illius καπουλίων. Grets.

Ibid. [*Σκαπουλίων.* Sensus, non vocis sonus venandus. Σκαπούλιον quidem Latinæ *scapulæ* sono simile, at sensu longe semotum, cum oppositam fere animalis partem referat, *tergum* videlicet ac *imos lumbos*. Ξεκάπουλα vulgus profert; de quibus Simon Portius: Ξεκάπουλα οὐροπύγειον τοῦ ἵππου, *tergum equi*; nos *la croupe du cheval*. Hieronymus Germanus in Italo-Græco vocabulario: *la groppa del cavallo*, τὰ ξεκάπουλα. Auctor porro equorum comiti, regio equo insidenti, nunquam totum ephippium sagulum ad armos et collum usque, sed ad mediam tantum ephippii sedem substerni scribit; quod etiam a pedissequis honoris erga dominos causa videmus observari, si quandoque heriles equos conscendant. Goar]

Ib. Στρατορίκιον verti cum Glossario, locum, in quo strator imperatorem in equum sublevare so-

Digitized by Google

let; nisi mavis reddere locum in quo equi sternuntur. Grets.

Ibid. [*Stratorum locus* et statio est στρατορίκιον, non is quo illi sublevant imperatorem in equum, πέζευμα jam ab auctore vocatum.

Ib. [*Ephippiaria pila*, qua apprehensa exsilit eques in equum, est κομπώσιον, quod sit ephippii κόμπος, de quo supra. Adnumeratur vero ephippio, ut in comitis equorum jus transeat, eo quod ex auro lapillis ornato confici soleret. Περὶ τῶν τουφῶν dictum est alibi. Goar.]

Ib. Lego τουφῶν pro φορούντων, vel φουτῶν, de quo jam supra satis, c. 4.

Ib. De Theophilo imp. acerrimo iconoclasta lege Cedrenum, Zonaram, Manassem, Glycam. Grets.

Ibid. [*Θεόφιλόν φασι.* Diffusius, at in eamdem mentem narrat historiam Cedrenus: diversam habet Leo Grammaticus in Theophilo. Conferet utrumque lector, ubi hic lucem aspexerit. Goar.]

P. 31. Rucharium vestiarium. Grets.

Ibid. [*Vestiarium* est, sicut et βαστιάριον: ut nihilominus subindicatum ab auctore discrimen inter utrumque observemus, dicendum βουχαρεῖον esse cubiculariorum conclave ad sacrum cubiculum. Favet synodus Florentina ultimis pene verbis, quæ non in sacro cubiculo, sed in conclavi viciniore, ἐν τῷ βουχαρείῳ τοῦ βασιλέως, Græcos pontifices tomo unionis subscribentes manifestat. Goar.]

Ibid. Σπάθη *spatha*, ensis. Spatharius *ensifer* vel *satelles*, σωματοφύλαξ. Protospatharius, primus inter spatharios, spatharocandidatus. Σπαθαροκουβικουλάριος, *spatharius cubicularius*. Spathatus, spatha munitus. Σπαθία *spatula*. De quibus vide Meursium et Rigaltium in Glossariis. Ex dialogis S. Gregorii non ignotus est spatharius regis Totilæ. Et apud nonnullos Germanos instrumentum quoddam fossorium *ein spath*.

252 P. 31. Τζαγγία. Melius τζαγκία, τζάγκαι, *tzancæ*. Proprie calcei imperatorii; et calcearius, qui eas conficiebat, τζαγγάς vel potius τζαγκάς dicebatur, non ut alii sutores τζάγγαριος, seu τζαγκάριος. Ita enim hic legendum est, non τζαγμάριος, ut edidit Junius, cui tzaucæ et tzancia non placent, magis arrident tzaggæ et tzaggia, ut habeat occasionem nomen hoc deducendi ex Arabica lingua. Sed potior est apud me fides codicum Lautheriani et Bavaricorum et Simeonis magistri officiorum in Pandecte Turcic. 199, qui τζαγκία et τζάγκας nobis exhibent; tametsi altera lectio illa τζάγγαι, τζαγγία τζαγγάριος simpliciter rejici nec potest nec debet. Scribitur etiam τζαγκάρης: hinc τέχνη τζαγγαρική, *ars sutoria*. Transiit hoc nomen ad Latinos. Trebellius Pollio: *Zanchas de nostris Parthicis paria tria*. Ubi Casaubonus: *Barbarici calceamenti genus tzangas vocarunt. Sed varie scribitur hoc verbum. In codice Theodosiano de habitu intra urbem leg. 2 tzangæ; in tertia tzancæ. Græcis* τζάγγαι *aut* τζαγγία, *et* τζαγγάριος *harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni zangæ, Persarum vel Parthorum fuisse gestamen magni pretii ex hoc loco et similibus apparet.* In fastis Græcis leguntur hæc de rege Lazorum: Τὰ τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ βουσαΐα, Περσικῷ σχήματι ἔχοντα μαργαρίτας. Synodus Aurelianensis can. 22: *Monacho orarium in monasterio vel zancas habere non liceat.* Grets.

Ibid. [*Τζαγγία*, Meursius *tzangæ*, alii *calceamenta barbarica*. Cujus formæ fuerint non exponunt. Illis etiamnum hodie utuntur in Oriente viri et mulieres promiscue; suntque cothurni ex varie coloratis pellibus tibiam adusque genu pressim et strictim tibialium more vestientes, quales jam suo tempore usitatos describit Procopius de ædific. Justiniani l. III: Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Hinc Arabes Elpidium imperatorem in Sicilia renuntiaturi apud Theophanem in Irene et Const. περιέθεντο αὐτῷ τζαγγίον καὶ στέφανον. Ex his, quæ Meursius et ex eo Gretserus de zangis congessit, plana relinquuntur et perspicua. Goar.]

Ib. Equi *sagmarii* Græcis quidem noti et usitati sunt, sed educi non possunt ex illa Codini lectione τζαγμάριος, quia vana est: substituendum enim τζαγγάριος vel τζαγκάριος. Et ut prior scriptura retineretur, non *sagmarius*, ut Junius, sed potius *tzagmarius* vertendum esset: nam sagmarius Græcis non est sutor, cum a sagmate formetur. Est autem σάγμα vel θήκη τοῦ ὅπλου, *theca* seu *vagina armorum*, vel *onus jumenti sarcinarii*. Hinc *sagmaria jumenta* vel *sagmataria* vel *samaria* Græcis, quæ nostris clitellaria; ad quorum ultimum alludit vox Germanica *saum-ross*, seu ut alii, *sammer ross*, et *saum*, id nimirum quod hujusmodi equus gestat. Suidas: Σαγμάρια τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων. Mauricius apud Rigaltium: Τοῦλδος ἤτοι τὰ σαγμάρια. Idem. l. I, c. 6, dixerat ἵππους σαγματαρίους. Sic Isidorus *caballum sagmarium* et *mulam sagmariam*. Vegetius l. III: *Impedimenta, sagmarii, calones vehiculaque in medio collocentur.* Nec Latinis ignoti sunt equi sagmari, ut patet ex S. Bernardo l. III **253** de considerat. c. 7, ubi Vossius *sagmarii*, loco vulgatæ lectionis *sammarii*. Etsi in Latinis *summarii*, *saumarii*, *sommarii* lectio etiam defendi possit, quia sagmarii nomen varie varii corruperunt et ad idiotismum suum inflexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Udalrici, nec ineleganti et satis antiquo, inquit Casaubonus in Lampridium, *obtulerunt de cera quantum unus fortis saumarius portare potuit*. Deducit idem Casaubonus sagmarios a *sagmate* et recte; et *sagma* ait esse id *quod jumento imponitur, ut mollius vehat et sine noxa sua. Differt sagma a sella; nam sagma proprie est quod jumentis onera bajulantibus imponitur; sella equorum est vel aliorum animalium, quibus homo vehitur.* Dicitur etiam σαγή et *sagum*, quod significat omne ope-

Digitized by Google

rimentum quod jumentis imponitur. Vide Casaubon. ad Lamprid. fol. 321, sed prior significatio potior est. Græci flectunt σάγμα τοῦ σάγματος, Latini *sagma sagmæ* ; *quæ corrupte vulgo dicitur salmus*, inquit Isidor. l. XX Etymol. GRETS.

Ibid. [*Τζαγγάριος*. Simon Portius cum auctore : σκυτεὺς, σκυτοτόμος, ὑποδημάτων δημιουργός, *calceolarius, sutor*. Apud Theophanem in Justiniano τὰ τζαγγάρια, *officinæ sutoriæ*. Rem totam profero, et alios in ordine compositurus extra chorum salto. Conquerebatur populus in spectaculis coram imperatore de Calopodio cubiculario : καλοπόδιον autem (quod alii καλαπόδιον pronuntiant) *typum calcearium* sive *pedem ligneum*, quo sutores utuntur, indicat. Cum vero Calopodium de nomine non auderet populus dicere, nec se cognoscere internuntio mandatore responderet imperator, exclamavit populus : Ὁ πλουσιώτατος με, τρισαύγουστε, εἰς τὰ τζαγγάρια εὑρίσκεται, Καλοπόδιος nimirum. Vide Justiniani ætate imperatores jam tzangis usos. GOAR.]

Ibid. Τὰς προκύψεις. Dubitat Meursius num viri docti, id est Junius, πρόκυψιν recte vertant *oratorium*. Si non recte vertunt, cur non melius quid suggeris ? Si voculam ipsam nimis grammatice urgeas, πρόκυψις non est oratorium, sed locus eminentior, unde imperator eminere, prospicere et prospectare seu despectare poterat. Si rem ipsam consideremus, πρόκυψις est *oratorium*, quia locus ille sine dubio non erat eo destinatus ut imperator inde tantum prospiceret, sed ut rei divinæ et precibus quoque fundendis operam daret. Unde ab oratione illic fieri solita *oratorii* appellatio loco accessit. GRETS.

Ib. [*Τζαγγάς*. Quia commune et vile τζαγγαρίου nomen apud Græcos, τζαγγάς, quasi digniore honoris titulo donatus, *aulicus sutor* vocatur. An non ficus semper ficus et scapha scapha ?

Ib. [*Παιδόπουλον*. Ω in ου commutato vox πῶλος alteri adjuncta diminutivum quid semper sonat ; hinc παιδόπουλον *adolescens, puer honorarius*, prout superius τὸ ἀετόπουλον et αὐθεντόπουλον *parvam aquilam*, *parvum dominum* referre dictum est. GOAR.]

Ibid. Junius legit τοῦ βεστιαρίου ἐντός, et huic suæ scripturæ mira phasmata superstruit, ad verbum : *Vestiarii quod est intus* (nempe in cerebro Junii) *et interioris*. Et mox tria *vestiaria* adducit, *vestiarium* proprie dictum a veste, et vestiarium minus proprie ταμιεῖον, et vestiarium *vestibulum* palatii, per catachresin seu abusum **254** vocis. Duo priora vestiaria agnoscimus ; tertium summa catachresi conflictum ad suum auctorem remittimus. Dicit Codinus *vestiarium* hoc vulgo vocari ἀλλαξιμάριον, ab ἀλλάσσω *muto*. Hinc ἄλλαξις *mutatio*, et ἀλλαξιμάριον, quasi dicas *mutatorium* GRETS.

Ib. [Quasi *mutatorium* ἀλλαξιμάριον, optime. At non ita *vestes mutare* significat τὸ ἀλλάσσειν, quin proprie novas easque *sacras accipere* indicet. Euchologium : Ἀλλάσσει ὁ ἱερεύς. Nicetas : Ἱέμψας ἱερεῖα μετὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἀλλαγμένον ; ita corrupte ἠλλαγμένον vice. Ἀλλαξιμάριον itaque est locus in quo vestes imperatoriæ, quæ et sacræ, reponuntur. GOAR.]

Ib. Anacara. Junius, ut Arabismi specimen edat, *anacara* hæc ex Arabia advocat : nam vasa sive cacabos aut lebetes vocales vocari ab Arabibus *Anakara*. Ejusmodi ferme esse quæ in Germania appellentur *kesseltrommel*. Cur non *heerpauken*, quæ etiam in equis pulsari possunt et solent ? tympani genus inferiore parte rotundum, quo principes hoc etiam ævo uti et delectari consueverunt. GRETS.

Ibid. [*Tympana inferiori parte rotunda*. Ita Meursius. Cur rotunda potius quam plana vel quodvis aliud vox significet, edisserat. Lego apud Nicetam in Manuele l. v : Ἐβαρυήχει τὰ κύμβαλα, ubi alia lectio habet ἀναχαράδαι. Sunt itaque τὰ ἀνάχαρα eadem quæ κύμβαλα : at cymbala a tympanis quam diversa, licet in Cybeles matris deorum a Gallis ad invicem juncta ; unde et Apionem, qui se cymbalum mundi jactabat, tympanum juventutis potius vocandum asseruit Tiberius. Quæ tandem κύμβαλα Suidas : Θυμελικὰ παίγνια, *histrionum musica et ludicra instrumenta*. In epigrammate, Καὶ κύμβαλ' ὀξύδουπα κοιλιχείλεα. Turnebus Advers. XXVI, 33, in hoc Propertii : *Cymbala Thebano concrepuere deo*, Si quis me roget, inquit, quale cymbalum fuerit, eum mittam ad herbam cotyledonem, cujus folia cymbali speciem referunt. Scribonius Largus : *Item mentastrum vel radicem* κοτυληδόνος *quæ herba similia folia cymbalis habet*. Hæc ille. Addo cotyledonem etiam cymbalion apud Tragum vocari. Vide figuram apud Matthiolum et alios physiologos Dioscoridis commentatores.

P. 32. [*Ὅτι ὁ πρωτοστράτωρ*. Scriptis a Gretsero post Meursium de cursu et cursoribus addo ex Tacticorum Leonis cons. 7 locum auctoris de protostratore sententiam diserte explicantem : Ἑτέρα δὲ κίνησις, ὥστε ἐπιδιώκῃς, ὁτὲ μὲν σὺν ἐλασίᾳ, ὡς κούρσωρας, οὓς οἱ νῦν πρόκλαδας λέγουσιν, ὁτὲ δὲ συντεταγμένως, ὡς διαφένσωρας, οὓς ἡμεῖς καλοῦμεν ἐκδίκους. Καὶ εἰ μὲν ὡς κούρσωρας χρὴ κινεῖν, παράγγελλε « Δρόμῳ ἔλα, » καὶ ἕως ἐνὸς μιλίου ἀποκινῶσι σὺν ἐλασίᾳ · ἐὰν δὲ ὡς διαφένσωρας, παράγγελλε «Μετὰ τῆς τάξεως ἀκολούθει, » καὶ ἀκολουθῶσι συντεταγμένως. Ex hoc Leonis alium Cedreni percipies locum in Michaele Curopalate. Leonem Armenium imperium auspicantem, regiam assumpturum vestem, communem quam deponebat τῷ τῶν ἱπποκόμων στρατεύοντι Μιχαήλ, *protostratori Michaeli*, Balbo nimirum, dedisse retulerat, eumdemque dato intervallo de tyrannide affectata suspectum a Leone missum ταχτικὰ διδάσκειν τὸν ὑπὸ χεῖρα λαόν describit. Ut quid nisi quia cursores et defensores, auctore teste, ducebat, ita τὰ ταχτικὰ eos docere teneretur ? GOAR.

Digitized by Google

Ibid. Κουρσευόντων. Κουρσεύειν est *prædari, prædas agere.* Possunt tamen hic per κουρσεύοντας etiam illi intelligi qui in hostes extra ordinem excursiones faciunt. Paulo post τὰ κουρσευόμενα **255** sunt *spolia, prædæ.* Et infra c. 16 dicitur ἀπὸ τοῦ κούρσου dari pars quinta imperatori : inepte Junius *ex cursu*, verte *ex spoliis.* Quinta pars cedit rationibus seu ærario regis, πενταμοιρία ; pro quo codex vitio librarii πανταμοιρία. Vide Rigalt. in Gloss. V. Κούρση, ubi Junium reprehendit quod ἀπὸ τῶν κουρσευομένων, p. 59, c. 5, vertit *a cursoribus*, quia vertendum erat *ex spoliis, ex præda.* Hinc κουρσεύειν, et ut in Turco-Græcia κουρσεύουν *prædari, populari*, sic p. 57 δεφένσωρ τῶν κουρσευόντων rectius redditur *defensor eorum qui extra ordinem in hostes procurrendo dant impetum et ante omnes dimicant.* Cursores enim seu κουρσεύοντες sunt πρόμαχοι οἱ προτρέχοντες τῆς παρατάξεως ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου καὶ τοῖς φεύγουσιν ἐχθροῖς ὀξέως ἐπιτιθέμενοι, ut ait in suis Tacticis Leo imperator. Item cursores sunt ἔνεδροι, ut idem imperator docet ; deque his loquitur Curopalata, non autem de cursoribus, quos Græci δρομεῖς, Latini proprie *cursores* nominant. Etiam Latinis mediæ ætatis *cursarii* sunt prædones et piratæ, qui terras et maria prædarum gratia percurrunt.

De pentamœria imperatori ex spoliis danda elegans exstat locus in Historia Joannis Cantacuzeni : nam cum de bello ab Andronico imperatore adversus Albanos gesto partitisque sine numero spoliis agit, sic præter cætera scribit : Ἔθους δὲ ὄντος πρότερον τῇ στρατιᾷ, ἐπειδάν τινος κρατήσωσι λείας ἢ πλείονος ἢ ἐλάττονος, τὴν πέμπτην μοῖραν παρέχειν ἀριστεῖον βασιλεῖ, καὶ μετ' ἐκεῖνον τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἴσην, οἷα δὴ τῆς συμπάσης ἡγουμένῳ στρατιᾶς, τότε οὐδὲν ἐποίουν τῶν εἰωθότων, οὐδέ τις ἠνώχλει αὐτοὺς περὶ τῆς πέμπτης μοίρας, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀεννάων ποταμῶν ἐξῆν ἑκάστῳ, ὅσων ἂν βούλοιτο, κύριος γενέσθαι. Hæc Cantacuzenus.

Ib. Dicit Codinus protostratorem ex præda capere πάντα τὰ ποικίλα, quæ appellatur φυτίλια. Quæ sit ratio hujus nominis, nondum a viris doctis explicatum est : nam quod Junius *futilia* vertit, id paucorum approbatione fecit. Sunt qui suspicentur legendum βιτάλια, hoc est *victualia.* Grets.

Ibid. [Vere *futilia* sunt et pueriliter a quibusdam ingesta circa τὸ φυτίλιον, quod Græcis recentioribus, sicut et Turcis τὸ fitil, quod primo refert *elychnium*, deinde *funem pyritem*, quo milites tormentis explodendis diutius servant ignem, *mèche d'arquebuse*, ultimo vulnerarium *penicilum* a chirurgis ad vulnera probanda. Spoliorum itaque partem protostratori assignatam vocabant milites φυτίλια, quasi ad linea vel pyritem comparanda leve adminiculum. Sic officiorum præmia Græci iidem μαντίλια, Gallicum vulgus chirothecas, puellarum aciculas etc. dicunt, ut grati potius animi monumentum quam debiti mercedem et vilia mercenariorum obsequia compensata exprimant. Quænam autem φυτίλια consenda, reparata ex Regis vera germanaque lectione discimus esse τῶν κουρσευομένων ζώων πάντα τὰ ποικίλα, *animantium prædæ captorum quæcunque pilis et colore sunt varia* : quævis enim discoloria etiam hodie vocant ποικίλα, eademque in protostratoris sortem ex præda obtinguunt ceu ejus φυτίλια.

Ib. [*Τὰ προστάγματα.* Ἐντάλματα vocat Jus GR. et διατάξεις. Goar.]

256 P. 32. *Chrysobullas.* Græce τὰ χρυσόβουλλα et χρυσόβουλα, *aurea bulla.* A sigillo nomen ad integras litteras venit. Hinc etiam constitutiones pontificum Romanorum *bullæ* dicuntur, et *bullarium* liber in quo illæ litteræ seu bullæ continentur. *Bulla* proprie est orbiculus seu ornamentum circularis formæ, superne clausum et intus cordis figuram habens. Olim pueritiæ appendebatur tanquam amuletum contra fascinationes. Ab hac orbiculari figura bullæ translatum est nomen ad sigilla, quæ litteris appenduntur ; sunt enim circularis figuræ et quia nonnullis litteris appendebatur *aurea bulla*, quibusdam *plumbea*, quibusdam *cerea*, hinc factum est ut ipsæ etiam litteræ ab hoc sigillo vocarentur bullæ aureæ vel bullæ plumbeæ vel bullæ cereæ, nimirum χρυσόβουλλα, κηρόβουλλα, a χρυσόβουλλον et κηρόβουλλον. *Chrysobullæ* summam auctoritatem obtinebant, subscriptæ manu imperatoris διὰ κιννάβαρεως ; *cinnabari* (seu *rubrica*). Quin et cruces interdum addebant. Phranzes I. III, 4 : *Imperator manu sua eo vidente tres cruces cinnabari in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit bullamque auream legato in manus tradit.* Etiam hodie litteris, præsertim contractuum, apponi solet thecula, aliquando lignea, aliquando ex lamina, aliquando ex pura cera, in cujus medio sigillum exprimi solet. Hæc thecula æque recte vocabitur *bulla* ac theca illa imperatorum Græcorum. Hinc βουλλεύειν *bullare* vel generatim *litteras signare*, sive hoc per bullam fiat sive absque bulla ; et βουλλωτήριον sigillum, forma, in qua bullæ exprimuntur. Incertus auctor apud Etymologum : Ὥσπερ εἰς τὸ βουλλωτήριον τυπούμενος ὁ μόλυβδος τύπον ποιεῖ καὶ εἰκόνα ἀποτελεῖ. Et sine dubio bullæ imperatoriæ imperatoris imaginem repræsentabant. Grets.

Ibid. [Nil communius quam χρυσόβουλον sive χρυσόβουλλον *imperatoris mandatum, constitutionem, diploma, rescriptum, chirographum, codicillos* significare. At non ex eo quod aureis litteris scriberetur, ut innuit Meursius, sed quod sigillo sive *bulla* aurea, quod in eis scriptum, muniretur : quanquam olim etiam aureis litteris scripsisse non denegandum Luitprando dicenti : Χρυσοβούλιον, *id est epistolam auro signatam, mihi dederunt vobis* (regi) *deferendam. Tulerunt autem et alias litteras argento signatas*, a curopalate imperatoris fratre ad Romanum pontificem missas. Deinceps vero litteris purpureo liquore ductis subsignavit imperator. His testimoniis utrumque liquet. Nicetæ

Digitized by Google

in Manuele Comn. l. IV : Ἐρυθροδάνῳ ἐνσημανθὲν ἀφῆκε γραμμάτιον. *cinnabari signatum emisit codicillum.* Inferius : Τῆς βασιλικῆς βαφῆς δελτάριον, *regii*, id est purpurei, *coloris tabulæ.* L. VII : Τῷ ἐρυθρῷ τῆς βασιλείου βαφῆς ὡς αἵματι ἀναθάλψας ἐζώωσεν. Cedreni in Tiberio I : Ἀσφαλισάμενος διὰ σφραγῖδος χρυσῆς τοῦ μὴ πολεμίως ἐπέρχεσθαι. Basilii in porphyra nati : Καὶ ὥστε ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάθετον εἶναι τὴν παροῦσαν διάταξιν, οἰκείᾳ χειρὶ ὑποσημηνάμενοι, χρυσῇ σφραγῖδι ταύτην ὑποσφραγισθῆναι διωρισάμεθα. Nicephori Botaniatæ : Καὶ γὰρ ἐπισφραγίζουσα ἡ βασιλεία μου τὰ κεκριμένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέθετο χρυσόβουλλον εἰς ἐπικύρωσίν τε καὶ στερεότητα, ὑποσημηναμένη ἐν αὐτῷ δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλήθειαν φανερωτέραν ὑπαγορεύουσα, κορώνην ὥσπερ δή τινα χρυσῆν τὴν ἀληθῶς σφραγῖδα τούτῳ ἀπαιωρήσασα, τὸ ἡμέτερον εὐσεβὲς καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος. Alexii Comneni, qui et aureum **257** sigillum ceræ in pressum testatur, Nov. 2 tom. 2 Juris GR : Κἂν διὰ κινναβάρεως ὑποσεσημασμένη τυγχάνῃ ἀντιγραφή, κἂν τὴν κηρόβουλλον σφραγῖδα φέρηται. Ejusdem No. 4 : Ὡς ἂν εἰδησις πᾶσι γένηται διὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως ἐρυθρῶν, καὶ ἡ διὰ κηροῦ σφραγὶς (προσετέθη). Sigillum cereum aurea bulla impressum e serico pendebat. Nicephorus Botoniates jam relatus et anonymus alibi citatus : Μανουὴλ εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλωμα καὶ τοῦ βασιλέως γραφὴν «Μανουὴλ ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς,» καὶ κάτωθεν ἀπῃωρημένην βοῦλλαν χρυσῆν διὰ μετάξης ὀξείας, *e serico violaceo bullam appensam*, hoc est sigillum. Nicetas Manuelis l. I : Γράμμα ἐρυθροσήμαντον σφραγῖδί τε χρυσείᾳ καὶ σηρικῷ νήματι ἔμπεδον, κόγχης ἀναδεδευμένῳ αἵματι, τῷ κλήρῳ τοῦ μεγάλου νεὼ ἐπιδίδωσι. Ex his ἠρυθροδανημένη βασίλειος γραφή, *purpuratus codicillus regius* apud eumdem secundum aliam lectionem ; apud Comnenam χρυσοβούλλιος γραφή, χρυσοβούλλιος λόγος γεγραμμένος, apud Cantacuzenum χρυσόβουλλον δικαίωμα, apud Zonaram ἔγγραφον χρυσοσήμαντον, apud Nicetam iterum βασιλικὸν ἐρυθρόδανον in Andronico l. II, et in Balduino ἐρυθρόγραφον γράμμα et similia liquent. Alexium secundum atramento communi nigrisque litteris semel nomen exarasse, litteris ad synodum missis, refert Nicetas : Βιβλίον λακωνίζων ξυντίθησι πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον, καὶ τοῦτο ὑποσημηνάμενος κάτωθεν διὰ μέλανος τῷ οἰκείῳ ὀνόματι, ἐπὶ κοινῆς ἀκροάσεώς τε καὶ σκέψεως ἀναδίδωσιν. Andronicus senior imperio nuntium omnino remissurus ἄνω μὲν ἐρυθρὸν προὔθηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον, mox velut scripta tabula privatus redditus κάτω δὲ μέλανα. Goar.

P. 32. [*Πρός τε ῥῆγας.* Solos Romanorum Persarumque principes βασιλέας vocatos a Græcis historicis, quotquot reliquere monumenta commonstrat ; eoque nomine, quos imperatores dicimus, volucre significatos : aliis supremo jure, regno A constituto et imposita sibi corona utentibus ῥηγῶν appellationem fecere communem, ex quo Genserichus eam sibi propriam fecit. Theophanes : Ὁ Γαζέριχος τῷ Οὐανδαλικῷ πλήθει πολὺς γενόμενος καὶ ῥῆγα καλέσας ἑαυτόν. Secutus Odoacer τὴν τοῦ ῥηγὸς περιέθετο ἑαυτῷ προσηγορίαν. Ab his alii atque alii, τῶν Οὔννων et τῆς Φραγγίας apud Zonaram ῥῆγες dicti : nulli quum Carolo M. βασιλεὺς Ῥώμης a Cedreno in Irene dicto, βασιλέως nomen commune factum, nec ipsi Occidentis imperatori, quem Anna Comnena ῥῆγα Ἀλαμανίας solum agnoscit Alex. l. III. Proinde quod Nicetas Andronici l. I Belam Hungariæ ῥῆγα, imperatoremque Occidentis in Alexio 3 vocet iterum Ἀλαμανίας ῥῆγα, nil mirum ; cui sicut et aliis Græcis solum Orientis vel Persarum principem βασιλέα salutare gratum. Oppressi tamen Bulgarorum armis tandem conjugii pacisque fœdere inito principem eorum βασιλέα vocant apud Luitprandum in Legatione. Goar.]

Ibid. Sultanos. Leunclavius in Onomastico Musulmannico : *Sultan Alem dominus mundi. Sic appellare Turci principem suum solent : quod vocabulum significat, ut Cedrenus ait,* παντοκράτορα καὶ βασιλέα βασιλέων, *imperatorem omnium et regem regum. A Turcis jam vulgo pro domino usurpatur, et nomen hoc princeps eorum habet* κατ' ἐξοχήν, *cum solus et maximus dominus.* Grets.

[Arabum ἀμηρᾶς, Turcarum principes σουλτάνους propria gentium illarum lingua Græci dixere : eapropter ubi legimus apud Nicetam ἀμηρᾶς, alia lectio σουλτάνους ponit. Sultan autem Turcicum principem denotat.

Ib. [Τοπάρχας. Paucarum urbium aut unius provinciæ princeps est τοπάρχης. Toparchias, quales nos ducatus vel comitatus, describit **258** Nicetas Alexii III, 3, veteris editionis p. 566, cum satrapis confundit p. 578. Exinde, p. 586, Bonifacium Montisferrati marchionem, Balduinum Flandriæ, Henricum S. Pauli et Ludovicum Blesensium comites τοπάρχας τινὰς εὐγενεῖς scribit ; quorum præcessores Hierosolymitanæ profectionis antesignanos τοπάρχας et κόμητας, non uno libri tertii loco memoraverat Anna Comnena.

Ib. [Λογοθέτου ὑπηρέτημα. De memoratis referebat ad imperatorem. Leo Grammaticus in Michaele Theophili : Θεόκτιστος λογοθέτης ἐλθὼν εἰς τὰ ἀσηκρήτεια κριτῶν τὰς ἀναφορὰς, et infra : Ἐκελεύσθη μετ' ὀργῆς ἀνοῖξαι τὰς ἀναφορὰς καὶ ἀναγνῶναι. Crescente quoque logothetæ auctoritate decrevit caniclei dignitas, et ut ille rescripta chrysobullaque principis emitteret, purpura, qua sola subsignabat imperator, ei commissa : canicleo restituta legitur, Manuelis l. III apud Nicetam. Fidem insuper Deo et populo se servaturum in ejus manibus pollicebatur princeps recenter institutus, prout suo loco referetur Goar.]

P. 33. *Domestici.* Differt iste a domestico mensæ et ab aliis domesticis. Ita vocabatur παρὰ τὸ δομε-

στίχιον seu δομεστικεῖον, quod est res domestica, cujus iste curam gerebat, quamvis in catalogo officialium, supra c. 2, non compareat: erat ergo iste domesticus domesticii, de quo infra iterum Codinus c. 7. Grets.

Ibid. [Mutat quidem sensum, at corrigit et meliorem reddit Regiorum AB lectio, quæ hæc est: Καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρέτημα, τὸ δὲ τοῦ μεσαστικίου (vel ut B, μεσαστικείου) ἐνεργεῖν, ᾧ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεύς. *Et hoc munus proprium est magni logothetæ* (ad reges nimirum, sultanos et toparchas scribere), *intra limites autem imperii sacras mittitis cui imperator mandaverit.* Ibi μεσαστίκιον a me appellative (Grammaticorum more loquor) sumitur, et subjectas imperatori regiones, ceu *mediam* ejus *ditionem*, referre addubito. Certior nihilominus affirmo μεσαστίκιον proprium officii nomen æstimandum, ejus nimirum cui negotia, imperii statum, secreta, personam ipsam fidentius committit imperator; cum quo curas dividit; qui inter populum, milites, senatum, principes exteros et ipsum imperatorem *medius* et *sequester* intercedit; qui cum ad hoc munus non ex meritis semper, velut logotheta, sed ex sola principis gratia favoreque advocetur, recte scripsit auctor, τὸ δὲ τοῦ μεσαστικίου ἐνεργεῖν ἴδιον (ei namque particulæ jam præmissæ jungitur) ᾧ ἂν προστάξοι ὁ βασιλεύς: hoc est, *mesasticii* quasi dicas sequestri, *munus exercere ad eum attinet cui præceperit imperator.* Mesasticium hujusmodi describit Nicetas Manuelis, l. 1: Μελεδωνὸν δὲ μεσεύοντα καὶ τῶν οἰκείων ὑποδρηστῆρα διαταγμάτων τὸν Ἁγιοθεοδωρίτην τίθησιν Ἰωάννην. Καὶ ἦν ὁ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὀπτανόμενος, καὶ τὰ τούτου ἐντάλματα ὅσα καὶ ἐμφάσεις ἐκ κρείττονος; μοίρας ἐκδεχόμενος. Vocum μεσεύοντα inter alias observo, τῷ μεσάζοντα significatu parem a nullo negandam: μέγαν porro μεσάζοντα protovestiarium Cabasitem, nec non alium μεσάζοντα Cantacuzenum memorat Chronicon CP., eam vero ἀπὸ τοῦ μεσάζειν μεσαστίκιον deduci solus ignorat qui Græca nescit. Μεσαστίκιος igitur ille est μελεδωνὸς μεσεύων, τῶν βασιλικῶν ὑποδρηστὴρ διαταγμάτων, τοῦ βασιλέως τὰ ἐντάλματα καὶ ἐμφάσεις ἐκδεχόμενος, quem eumdem auctor ait ἐνεργεῖν ὃ ἂν ἐπιτάξοι ὁ βασιλεύς. Talis, me judice, ante tyrannidem arreptam fuit Phocas, qui ἐντολικάριος a Theophane, *a sacris mandatis* fuisse scribitur in Mauricio; qui in aula, quod mandator in exercitu, τὰ μανδάτα γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος διδούς, exsequebatur. Ita Mauricius alius. [At iterum Theophanes: Ὁ στρατὸς ἐντολικαρίους ἔπεμψε πρὸς τὸν βασιλέα.

259 [*Ib.* Ὁ μέγας στρατοπεδάρχης. Hoc ejus officio Zonaras celebrat in Necephoro Phoca: Πέτρον ἐκτομίαν, δραστήριον δέ γε καὶ ἐμβριθῆ, καὶ ἄρχειν εἰδότα στρατιωτῶν στρατοπεδάρχην ὀνομάσας, ἵν' ἐν Κιλικίᾳ δοίη χώραν τῇ στρατιᾷ τὸν χειμῶνα διαγειν. Is idem videtur τὴν τοῦ χάρακος ἐπιστασίαν πᾶσαν ἐπιμελούμενος. Curopalates. Goar.]

Ib. Ποτῶν, *potus* seu poculentorum, non ποδῶν, ut Junius, qui *instrumenta* vertit. Sed lectio nostra confirmatur ex codicibus Bavaricis et Lautheriano; et res per se clara est, quia non minus curandum est ut exercitui non desit potus quam ut non desit cibus. Grets.

Ib. [Εἰς τὴν παράστασιν. Omnium qui dignitates et officia tenent, circa imperatorem in solio sedentem, cum vestium apparatu et insignibus *stans famulatus* est παράστασις. Δουλοπρεπῶς παρεστάναι scripsit Nicetas in Isaacio Angelo, et iterum: Οἱ Ῥωμαῖοι παραστατοῦντας ἔχουσιν ἅπαντας. In Alexio secundo: Εἶχον εὐθὺς τοὺς παρεστῶτας, καὶ ὅσοιπερ ἐκείνῳ συνήδρευον διὰ γένους λαμπρότητα καὶ ἀξιωμάτων σεμνότητα, ὁμοφώνως ἀναχραγόντας. Imperii tamen collegæ assident. Luitprandus de legatione: *Sedebant ad sinistram non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli imperatores.* Potuit et Cæsar quandoque sedere. Theophanes in Michaele Theophili: Τοῦ Βάρδα Καίσαρος τῷ βασιλεῖ προσελθόντος συγκαθίσαντός τε καὶ συνομιλοῦντος. Licuisse nonnunquam aliis sedere τῆς ἐπιτροπῆς γενομένης, ipsumque imperii collegam quandoque stetisse, narrat Cantacuzenus, 1, 8. Hoc assidendi jus pontifices Græcos ab Andronico postulasse, eoque licet obtento ridicule privatos, libro Vitæ ejus III, 1, Nicetas ostendit. De patriarcha coram imperatore sedente suo loco dicetur. Goar.]

Ib. Hyperpyrum. Monetæ genus. Indocte Junius *velum et involucrum coloris ignei.* Longe deterius Leunclavius in legatione ad Armenios, ubi hæc Theoriani, qui Cpolitanus legatus fuit, verba leguntur: Ἔστωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως, χρυσοῦ δηλονότι. Ἐὰν οὖν τούτων ἓν πυρακτήσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυρακτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. Εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυρακτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσι ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς πρώην, ἢ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα. Quæ interpres ita vertit: *Sint tria hic velut igne potiora,* prorsus inscite. Vertendum: *Faciamus hic tria esse hyperpyra, unius naturæ seu materiæ, auream verbi gratia. Si igitur unum ex his ignescere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis constabit, ex igne videlicet et auro. Si deinde alia duo non ignita adjiciantur, quæro quot nunc sint hujus generis hyperpyra?* (interpres *quotnam sint hæc ignita?* male: unum enim tantummodo hyperpyron ignitum est ex hypothesi facta); *num tria ut antea, an propter naturam ignis facta sunt quatuor?* In eumdem errorem incidit idem interpres fol. 114, ubi τῶν ὑπερπύρων vertit *ignis vi potiorum,* absque ullo sensu; vertendum enim *hyperpyrorum.* Neque nomine Latino hoc monetæ genus exprimi potest. In Pandecte Turcico recte de hyperpyris scribit Leunclavius. Sed hic tantus error detegendus fuit, ne qui in errorem inducantur.

Digitized by Google

Hinc *hyperpyrarii*, qui *hyperpyra* tributi nomine solvunt. Vide quæ diximus tom. III de 260 S. Cruce l. I, 27. Elegans locus de hyperpyris exstat apud S. Antoninum tom. III Histor. tit. 19, c. 8, § 3. Agens enim de Tartarorum immanibus usurarum exactionibus ita scribit: *Miles quidam in Georgia de quingentis hyperpyris a Tartaris acceptis et per annos quinque retentis coactus fuit eis reddere septem millia pro usuris. Quædam etiam domina Tartarica pro quinquaginta ovibus, quas cuidam commiserat et ille per septem annos tenuerat, petiit ab illo pro usuris illarum ovium hyperpyra septem millia, quæ omnia ille coactus est solvere pro usura.* GRETS.

[Argenteum, ut et aureum nummum, ita reperio dictum. Argenteum quidem nondum in oblivione penes hodiernos Orientales, ut quod adhuc plurimum in oribus eorum sonans me audivisse memini; illudque est de quo quam late Leunclavius, Pandect. Turc., p. 117, scripsit: decem aut duodecim ejusmodi nummum integrum complebunt. Aureum ipse aureus est nummus; de quo Guntherus in historia captæ Cpoleos: *Solvebat nummum aureum, qui perperam vocari solet ferdoni, id est quartæ parti marcæ unius æquivalens. Perperam* pronuntiabant Latini, ut et hodie Græci πέρπυρα: perpera quoque scripsit Leunclavius ex aliis. Aureum porro hic intelligi æquus lector mecum judicabit, qui vile pretium primicerio reddendum mecum negaverit. GOAR.]

P. 33. Ῥογατόρων. *Rogatores* sunt milites stipendia merentes, a *roga*, quod est stipendium. Ῥογεύειν est *stipendia facere*. Accipitur etiam ῥόγα pro donativo et honorario, quod alicui non ex debito, sed ex gratia persolvitur. Suidas: Ῥόγα ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια. *Roga est imperatorum pia liberalitas et magnificentia.* Usurpant etiam Latini. Miscella historia in Tiberio II: *Duxit Anastasiam uxorem suam, et coronavit eam Augustam, et jactavit rogam multam.* Apud Baldricum in historia Hierosolymitana excusant se milites Alexii imperatoris his verbis: *Nos in roga imperatoris locati nihil aliud quam quod ipse imperat facere possumus.* Sed de roga copiosius suo loco l. III, com. c. 5 et c. 9 GRETS.

[Ῥόγα quid sit, non ignotum Rigaltium, Meursium et eruditissimum Fabrotum legenti. Ejus definitionem a Suida allatam et a Gretsero mutilatam refero et expono. Ῥόγα ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια καὶ φιλοτιμία. *Roga est imperatorum pietas et munificentia.* Erogabant imperatores quotannis de suo ecclesiis, proceribus, militibus, populo stipendia et munera. Ecclesiis collata εὐσέβεια, aliis quibuscunque donata φιλοτιμίας nomen promerentur. Ecclesiæ Magnæ stipendia Romanus Argyrus auxit. Cedrenus: Ἐνδέουσαν γὰρ τὴν πρόσοδον τῆς Μεγάλης εἰδὼς ἐκκλησίας ἅτε οἰκονόμος ταύτης γενόμενος ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσαις ὑπηρετεῖσθαι ἔθος παρὰ τοῦ ταύτης κλήρου, ὀγδοήκοντα χρυσίου λίτρας ἀνὰ πᾶν ἔτος χορηγεῖσθαι τούτοις τετύπωκεν ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ ταμιείου εἰς προσθήκην. Niceta in Manuele l. I: Τῷ κλήρῳ τοῦ Μεγάλου νεὼ ἐπιδίδωσι χρυσόβουλον τυποῦν αὐτοῖς ἀργύρεα ἐτήσια κέρματα εἰς μνᾶς δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα. Proceerum rogam auctor descripturus est inferius: ejusque meminit Comnena, l. III: Ῥόγα, inquit, τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων, quanta nimirum viginti proceribus in dignitate penes imperatorem constitutis datur. Αὔξησιν ῥογῶν, eam militibus auctam ibidem memorat. Erga cunctos exsiccatum hinc liberalitatis profluvium ægerrime fert Balsamon opusculo de Rogato Juris GR reperiendo p 471; apud quem quoque leges τὰ ῥογάλια, *catalogum et ordinem faciendæ rogæ.* Et apud Theophanem στρατιώτας ῥογεύσιν.

261 *Ib.* [*Φράγκων.* Francos solos, id est Gallos, hoc nomine primo vocabant Græci, unde diviso a Francis et Græcis imperio vetus proverbium Φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτονα μὴ ἔχῃς. Cedrenus, tum in Leone Isauro tum alibi, ῥῆγα Φραγγίας laudat, quem non alium a Francorum rege intelligendum ipsemet exponit. Italos tamen, Apulos et Calabros, a Normannis Franciæ populis ortos, Φράγκους non infrequenter vocat Curopalates in Michaele Parapinacio, et Nicetas Manuelis, l. II. Φράγγους Σικελούς. Germanos pariter ita dictos apud Cedrenum reperies in Basilio. Latinos quoscunque, ut et Græcum vulgus hodie, ita nuncupat Anna Comnena l. VII. Ἐνδοξοτέραν tamen Φραγγίαν κατ' ἐξοχὴν intelligit ms. R. n. 290. Latinos quoscunque ac maxime Gallos hic memoratos autumo, quos αἱμοχαρεῖς καὶ πολεμικούς, ac iterum δυτικοὺς Φράγγους vocat citatus Curopalates. GOAR.]

P. 34. Quod dicit Curopalata Codinus, *curopalatæ* officium, quo olim fungebatur, fuisse suo tempore incognitum; id miratur Meursius, sibique id tam longe annis dissito cognitum profitetur, idque ex Evagrio V, 1: Τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή. Habet etiam aula Theodorici Gothorum regis curopalatam, ad quem exstat formula l. VII Variarum Cassiodori; quem ita describit ut nihil aliud fuisse videatur quam summus architectorum et architectonicæ præfectus, *der oberst-baumeister*, aurea virga decorus. GRETS.

Ib. [*Μολυβδίνης βούλης.* De cereis bullis supra, ubi de chrysobullo. De plumbea locum profert Luitprandus, ubi merces e portu efferendas *plumbea* imperatoris *bulla notatas* asserit in legatione.

Ib. [*Φέρει τὴν τοῦ βασιλέως σπάθην.* Id illi primitus ex officio concessum videtur a Theophane in Michaele Theophili: Ὁ Βασιλειὸς περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγιον μετὰ σπαθίου, ὡς ἔθος τοῖς παρακοιμωμένοις. Sacri cubiculi præpositum pluvialem imperatoris vestem imbribus et frigori propulsandis ei offerendam tulisse docet Leunclavius. GOAR.]

Ib. Miratur iterum Meursius ignorantiam Codini, quod logothetæ generalis munus incognitum

Digitized by Google

fuisse scribat; fuisse enim præfectum ærarii generalis. Sed liceat Codino citra reprehensionem quædam ignorare, quandoquidem Meursiusomnia scit. Grets.

Ib. [*Κελλίον*. Ut monachi, ita et episcopi, in quibus versarentur ædes, vocavere κελλία. Isaacii Angeli Novella Juris Gr. p. 172: Ἀπεστάλησαν εἰς τὰ ἐν οἷς καταμένει κελλία ὁ Κυζίκου. Et infra: Εἶπον μὴ ἐφευρεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ κελλίοις. Patriarchæ, ut e monasteriis assumpti, etiam in patriarchio *cellam*, τὸ κελλίον, teste Euchologio nostro, repererunt. Ipsique tandem imperatores ecclesiasticorum morum æmuli, de quo nota prima in Curopalatæ historiam disserit, in palatio angustam sibi condidere *cellam*, in quam tumultu negotiorum erepti se reciperent. In hujusmodi penetrale, retro cubiculum interius positum, secessit ab amicis monitus Andronicus senior, ne quid in eum molirentur junioris fautores in exteriore triclinio stantes; Τούτων ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀνέστη τε αὐτίκα τοῦ θρόνου καὶ πρὸς τὸν ἐνδότερον οἶκον ἐχώρει, τὸν νέον βασιλέα τοῖς ἀκροωμένοις ἅμα παρὰ τὸν ἔξω καταλιπών. Ita Cantacuzenus, l. I, c. 13; at c. 5 non minus angustam quam augustam depingit, adeo ut juvenis imperator εἰσιὼν τοῦ οἴκου τὴν θύραν, ἐν ᾧ καθῆστο συνήθως ὁ βασιλεύς, stemmatis in capite positi lapides ad superliminare nescius alliserit. De *celliotis* sive cubiculariis a *cella* dictis agit Phranzes, II, 1.

262 P. 35. [*Ἴσα δημηγορήσῃ*. Verba fecere de rebus sacris ad senatum et populum imperatores Græci. Theophanes, Cedrenus, Zonaras tam gravi morbo jactatum Leonem Sapientem referunt, ὡς μὴ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον. Recuduntur ab amico Combefis, quos de Christo, de B. V. de sanctis plures vegetus pronuntiavit sermones. Alexander hujus Leonis frater, referente Cedreno, ἅμα Νικολάῳ καθεσθεὶς ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, σιλεντίου γενομένου, τὴν Εὐθυμίου καθαίρεσιν ἐποιήσατο. Manuel Comnenus, Niceta scriptore in ejus Vita, l. VII, κατηχητηρίους ὥδινε λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπτυσεν ἀκοήν. De Leone Armenio dixerat prius brevis et mutilus continuator Theophanis, τὸ πρωῒ ἐποίησεν σιλέντιον ὁ υἱὸς τῆς ἀληθείας. Idcirco demum ignem imperatoribus Christianis prælatum asserit Balsamon quod λαμπὰς διδασκαλικοῦ ἐστιν ἀξιώματος, et αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ.

Ib. [*Εὐεργετήσῃ ὄφφικιον*. Ita Comnenus Alexius, teste filia ejus Vitæ l. I, τὸ γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὴν τοῦ σεβαστοῦ ἀξίαν σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου. Goar.]

Ib. Apocrisiarius. Est hic legatus, qui alterius loco imperatori aliquid proponit; quod tamen nonnisi per protovestiariten, et hoc absente per magnum hetæriarcham, et hoc itidem absente per primicerium aulæ fieri poterat. Cave autem ne ob ambiguitatem Græci textus primum protovestiariten credas. Non enim hic sensus est, *primum protovestiariten hoc posse*, sed inter omnes protovestiariten πρῶτον primum ante omnes esse cui imperatori aliquid in parastasi proponendi jus et facultas suppetat.

Sed ut ad apocrisiarium vel apocrisarium dictum a responsis revertamur, est internuntius responsum ferens aut accipiens, et est legatus vel procurator conficiendi alicujus negotii causa missus. In epistolis S. Gregorius Magnus et alii Romani pontifices *apocrisariorum* et *responsalium* passim meminere. Originem habet vox ἀπὸ τοῦ ἀποκρίνομαι, quod est *responsum dare*. Hodie reges et principes in aula pontificis et aliorum regum suos habent legatos, qui revera sunt *apocrisarii*, responsis ferendis et accipiendis destinati. Olim Ecclesia Romana in Cpolitana habebat suum apocrisiarium seu responsalem, qui in aula imperatoris residens res Ecclesiæ curabat, quo munere olim in aula Justinlani functus est ante pontificatum S. Gregorius Magnus. Et in aula regum Franciæ perpetuus erat apocrisiarius, id est responsalis negotiorum ecclesiasticorum. Hincmarus, epist. 3, c. 13 et 14: *Quando Constantinus magnus imperator Christianus effectus propter amorem et honorem SS. apostolorum Petri et Pauli, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis sacramenti pervenit, locum et sedem suam, urbem scilicet Romanam, papæ Silvestro edicto privilegii tradidit, et sedem suam in civitate sua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando ædificavit, et sic responsales tam Romanæ sedis quam et aliarum præcipuarum sedium in palatio pro ecclesiasticis negotiis excubabant; aliquando per episcopos aliquando vero per diaconos apostolica sedes hoc officio fungebatur; quo officio B. Gregorius in diaconi ordine functus fuit;* **263** *et ex aliis præcipuis sedibus per diaconos id officium exsequebatur, sicut sacri canones jubent. Et in his Cisalpinis regionibus, postquam Hludovicus prædicatione S. Remigii ad Christum conversus et ab ipso cum tribus millibus Francorum in vigilia S. Paschæ baptizatus exstitit, per successiones regum S. episcopi ex suis sedibus et tempore competenti palatium visitantes vicissim hanc administrationem disposuerunt.* Et c. 16: *Apocrisiarius autem, quem nostrates capellanum vel palatii custodem appellant, omnem clerum palatii sub cura et dispositione sua regebat.* Infra c. 19, et 20: *E quibus præcipue duo, id est apocrisiarius, qui vocatur apud nos capellanus vel palatii custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris Ecclesiæ, et comes palatii de omnibus sæcularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant; ut nec ecclesiastici nec sæculares prius domnum regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent, quousque illi præviderent si necessitas esset ut causa ante regem merito venire deberet, si vero secreta esset causa, quam prius congrueret regi quam cuiquam alteri dicere, eumdem dicendi locum eidem ipsi præpararent introducto prius rege, ut hoc juxta modum personæ vel honorabiliter vel patienter vel etiam misericorditer susciperet. Apocrisiarius quidem de omni ecclesiastica*

Digitized by Google

religione vel ordine, nec non etiam de canonica vel monastica altercatione, seu quæcunque palatium adibant pro ecclesiasticis necessitatibus, sollicitudinem haberet; et ea tantummodo de externis regem adirent, quæ sine illo plenius definiri non potuissent. GRETS.

[Legatos sive apocrisiarios ad se missos quomodo confabulationibus, victu suppeditato et parato hospitio Græci susciperent, conjicimus ex Luitprandi legatione ab ipsomet scripta, quamvis infensum ejus in Græcos animum durities et parum æqua istorum officia irritaverint. Ἐν παραστάσει se susceptum narrat. *Sederunt*, inquit, *cum imperatore ad disceptionem vestram secundum eorum traditionem sapientissimi sisi, Attico politiores eloquio, Basilius paraxinomenos, protoasecretis, protovestiarius et duo magistri.* GOAR.]

Ib. In uno codice Boico est ἐπίγνωσιν. In margine additur ἴσως ἀνεπίγνωστον. Quam lectionem si sequamur, iterum plane scit Meursius quam Codinus: *Nos scimus*, inquit, *quale officium habuerit pappias: erat enim custos palatii*. Idque probat ex Constantini Manassæ Chronico. Missum Codinum, qui Manassen prius non legerit quam libello isti conscribendo manus admovit. GRETS.

Ib. Ὁ ἔπαρχος. Non adeo multis ante Codinum seculis præfecti urbis vigebat nomen, ut ex Cedreno in Leone Armenio et in Theophilo et ex Leonis et Constantini AA Ecloga tit. 4 facile dignosci queat: Ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος πάντα ζητεῖ τὰ ἐγκλήματα, καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει γινόμενα ἀκριβᾶται. Jus in prætorio exercuisse Zonaras demonstrat in Phoca: Πλείους δὲ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτούς, οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθειρχθησαν. Reorum in prætorio fuere carceres. Idem: Οἱ δὲ ὄχλοι ὁμοῦ γενόμενοι ἐνέπρησαν τὸ πραιτώριον, καὶ καθειργμένοι διέφυγον. Imo prætorium ipsum carcer est. Zonaras in Isaacio: Δημοσία εἱρκτὴ, ἡ πραιτώριον κέκληται. Nicetas in Alexio III, l. quoque 3: Ὁ Λάγος ἐκ βασιλέως εἰλῆφὼς προῖστασθαι τῆς τοῦ πραιτωρίου **264** φρουρᾶς, cujus ibi scelera, rapacitas et in sontibus puniendis atrocitas describitur. Alia occurrunt apud auctores argumenta, ubi de vindicandis sceleribus sermo. Annonam in urbe providebat, et pretium ne excederet figebat. Zonaras rursus in Theophilo: Ὅπως ἕκαστον τῶν ὠνίων πιπράσκεται ἐπολυπραγμόνει καὶ ἐπυνθάνετο, καὶ εἰ πολλοῦ τινα πιπρασκόμενα εὕρισκε, τὸν ἔπαρχον περὶ τούτων ἀνέκρινε, καὶ ἢ καταγινώσκων τούτου ἔπαυε τῆς ἀρχῆς ἢ ἐπιπλήττων διώρθου. Reliqua ejus munia fuse prosequitur Ecloga citata Juris GR. tom. II, p. 85, 86 et 99. GOAR.]

P. 36. Lego τῶν σεκρέτων pro τῶν κριτῶν cum Glossario. Facilis menda origo fuit. GRETS.

Ibid. [Τῶν σεκρέτων. Non unum fuisse Cpoli σέκρετον arguit vox multitudinis. Μικρὸν ὑπερεῖδε fuisse patriarchæ, de quo Euchologium nostrum et Cedrenus in Copronymo: Τὰς ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, τοῦ πατριαρχείου εἰκόνας διὰ ψηφίδων οὔσας κατέβαλεν. In quo etiam Nicephorum Botaniatem chrysobulon synodalibus decretis confirmandis edidisse refert Bullengerus. Erat privatarum secretum, ubi asservabantur instrumenta et urbis jura, de quo Balsamon ad Marcum patriarcham resp. 9: Κατασταθῆναι ἐν τῷ σεκρέτῳ τῶν οἰκειακῶν. Erat et publicarum, in quo publica reponebantur. De hoc Cedrenus, Phranzes, ubi de Monembasiotis, et alii: hocque vocari τοῦ γενικοῦ *generale* a Curopalate in Leone Basilii quidam autumant. Aliud iterum observo in prætorio, de quo Theophanes in Phoca: Οἱ δὲ πράσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον καὶ ἔκαυσαν τὸ σεκρέτον καὶ τὰ σκρίνια καὶ τὰς φυλακάς.

Ib. [Βασιλικῷ ὁρισμῷ. Quibus non ex officio, sed ex principis voluntate jus in aliqua causa dicendi committitur auctoritas. GOAR.]

Ib. Mysticus est senator secretioris consilii, qui Germanis *geheimer rath*.

Ib. Domesticus scholarum. Scholæ fuerunt undecim, L. ult. cod. de loc. et conducto, id est, ordines palatinorum officiorum ad capessenda imperatoris jussa vacantium. Et omnium præfectus *domesticus scholarum* in jure dicitur, ut et apud Zonaram, Cedrenum et alios. Wolfius minus vere vertit domesticum legionum, in Basilio Macedone et Romano Lacapeno Zonaræ. Hæc Junius. De scholis videndus Cujacius ad l. 12 Codicis Justinianei.

P. 37. *Barangi*. Detortum ex Latino *Angli*, nisi malis ex *Franci*. Hos habitos esse pro magnæ fidei custodibus, vel inde apparet quod ad foras ipsum imperatorii conclavis excubias agerent. GRETS.

Βάραγγοι. [Imperatoris satellites et belli socii ex Anglia in Oriente militantes. Auctor Ἰγγλινιστί *Anglice* loquentes introducit c. 7. Britannos sive Anglos bipennibus armatos asserit manifeste Nicetas l. II Isaacii Angeli versus finem: Ὁ τῶν πελεκυφόρων κατάρχων Βρεταννῶν, οὓς νῦν φασι Ἰγγλίνους. Porro idem est Βάραγγον ac πελεκυφόρον legere, cum Barangos non infrequenter bipennibus instructos referant auctores alibi producendi. Thule oriundos, si tamen est lectio sincera, Comnena scribit l. II: Ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους. Germanos tamen asserit Nicetas in Alexio 2: Κατὰ τὰ ἀνάκτορα συλληφθεὶς καὶ φρουρᾷ διαληφθεὶς Γερμανῶν, οἳ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν, ἀφρίζως ἔμενεν. Asteriscum hic apposuit Wolfius, quod forsan **265** Βρεταννῶν legendum agnosceret. Jam sub Michaele Paphlagone Græcorum signa secutos colligimus ex Cedreno in ejus Vita; quos tamen nondum in satellitum numerum allectos, sed solo singulatidem militum cingulo donatos legimus, εἰς παρεχώρησαν ἐν τῷ θέματι τῶν Θρᾳκησίων διασπαρέντας. Ἀκόλουθον eorum ducem memorat idem in Constantino Monomacho, ubi a Francis eos numero distingui, licet utrosque ἀκόλουθον eumdem præficiat: Ὁ βα-

Digitized by Google

σιλεὺς τὸν ἀκόλουθον Μιχαὴλ πεταπεμψάμενος ἐς Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, ὃς ἐκεῖ γενόμενος καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἐν τῇ Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγγους καὶ Βαράγγους ἀγάγῃ. Exin Franci sub eodem vexillo cum Barangis militantes ac eisdem armis instructi inter Barangos recensiti penes Nicetam in Alexio II : Καὶ γνωσθέντες παρά τινος ἐκεῖσε φυλάσσοντος (γένους οὗτος τοῦ πελεκυφόρου Κελτικοῦ) συλλαμβάνονται. Goar.]

Ib. Cellæ porro nomen adeo recentioribus Græcis arrisit ut id etiam ad imperatoris conclave traduxerint, ut videre est hic et alibi sæpius apud Codinum. Grets.

Ibid. [Excubias agentes Barangi ad sacri cubiculi fores vigilant. Eos inde repulit Andronicus, ut molosso cui confidebat corporis præsidium permitteret: Οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες, ait Nicetas in ejus Vita l. II, καὶ δορυφόροι ἀποθέν που τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς καθηνυάζοντο, ὁ δέ γε κύων πρὸς ταῖς θύραις ἐδέδετο. Excubiis liberati stationem loco dicto *Excubita* deputatam habebant, ait Zonaras in Joanne Comneno: Οἱ Βάραγγοι τὴν ἐν τοῖς Ἐξκουβίτου διειλημφότες ὁδὸν, ἔνθαπερ τούτοις καὶ ἡ κατοίκησις. Unde antiquis *excubitoribus* vocatis Barangos successisse non diffitendum. Claves urbium ad quas divertebat imperator, custodiæ suæ demandatas tenebant. Cantacuzenus, II, 13: Τὰ κλεῖθρα τῆς πόλεως τοὺς τὰς πελέκεις ἔχοντας Βαράγγους κελεύσας ἀγαγεῖν (τούτους γὰρ ἔθος τὰ κλεῖθρα τῶν πόλεων ἔνθα ἂν ἀποδημοίη βασιλεὺς κατέχειν) Ἀρήγῳ ἐκέλευσε παραδιδόναι. Cur vero Barangi dicerentur Angli excubitores, diximus ad Curopalatam notis p. 808. Goar.]

Ib. Stationarii milites. Παραμονάι, παρὰ τὸ παραμένειν, quasi mansionarii. Vertunt tamen docti stationarios, quia hæc vox aptius exprimit id quod milites illi erant, quam dictio *mansionarius*. De excubiis palatii et urbis itidem Cpolitanæ lepidam historiam invenies apud Luitprandum Ticinensem l. I Rerum per Europam gestarum, c. 3, n. 4. Grets.]

Ibid. [Festi pervigilium, quod celebritatem παραμένῃ *maneat*, recentioribus est παραμονή. Satellites quoque principem ubique *manentes* et exspectantes, παραμένοντες, et eum adesse monentes, παραμονᾶν appellationem meruerunt.

Ib. [Ἄλογα. Quod *irrationale* quodcunque significabat, nunc *equi* speciatim est indicium ἄλογον, ut inter irrationalia communissimus. Ubi auctor ἵππον correcte scribit, lectionis diversitas frequenter ἄλογον reposuit in superioribus.

Ibid. [*Φέροντες τὰς σπάθας*. Gregoras, l. VIII: Τῶν δὲ περὶ βασιλέα πελεκυφόρων καὶ στρατιωτῶν καὶ ξιφηφόρων καταβαρθάνειν μελλόντων. Στρατιῶται *hic* παραμονάι. Anna Comnena, l. II ad extremam calcem: Συναγαγὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντας. Satellites illos bicapulis ensibus, ineptis qui ad latus appendantur, exindeque ad manum et supra humeros gerendis, armatos putaverim. Id, ni me fallit sensus, arguunt veteres satellitum picturæ et auctoritates jamjam lectæ. Goar.]

266 *Ibid.* Palaticia. Junius ἀπελατίκια, et interpretatur *prælongas hastas sive contos, quos sarissas vocant Macedones.* Sed legendum πιλατίκια. Probabilius commentum fuisset, si hoc nomen ab ἀπελαύνω deduxisset, quasi hastas abigendis hominibus ac viæ faciendæ idoneas. Grets.]

Ibid. [Πιλατίκια militaria pila quibus vexillula, sive exilia vexilla, sunt affixa. Hanc expositionem auctor suggerit sequente capite p. 53 et p. 54. Alii claves argenteas et aureas principibus præferri solitas exponunt. Goar.]

Ib. Cappas. Cappasia a *cappa* formant juniores Græci. Germanis *ein kappen*, pro tegmine capitis. Nec dubito vocem *cappa* pro pileo originem ducere a Latino *caput*. Aliquando cappa assuta est vesti, ut apparet in vestibus monasticis, et toti vesti nomen indit : aliquando a vestimento sejuncta, instar communium pileorum. Grets.

Ibid. Pileus quidem est καπάσιον, at nec *cappa* nec *cucullio*, sed qui oras circumquaque expandit. Simon Portius ex ore attestantis vulgi: Καπάσι κασία, πέτασος, πίλημα, etc. *Galerus, causia, petasus, pileus*, etc. Vide petasum dici qui expansis oris præbeat undequaque umbram. Hujusmodi vero fuisse in usu nonnullis hinc retro sæculis, docent cardinalium petasi et antiqua pictorum heroum monumenta. Goar.]

Ib. Loricas χλίβανα. Τὸ χλίβανον, χλιβάνιον, *clibanum, lorica.* Leo Constitut. VI. Εἰ δυνατὸν δὲ καὶ θώρακας ἔχειν, οἵτινες καλοῦνται νῦν χλιβάνια. Vide Rigaltium. Alexander Severus apud Lampridium : *Cataphractarios, quos Persæ clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus, eorum armis nostros armavimus.* Ammianus, l. XVI : *Sparsique cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Persæ, thoracum muniti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros.* Grets.

Ibid. [Leo Constit. 5 : Χλιβάνια σιδηρᾶ ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας ὕλης. Sunt itaque vel bellici thoraces, vel superinduenda thoracibus saga, quæ ἐπάνω χλίβανα dicit Nicetas Manuelis, l. VI. Hic vestem leonibus pictam, non armaturam, quilibet intelligit. Goar.]

Ib. Cortinarii. A *corte* seu *curte, scena, tabernaculo* seu *tentorio* : hoc enim est κόρτη. Etiam pro integra aula imperatoris aut regis accipitur, non tantum pro scena seu tentorio. Hinc *cortesia*, aulicæ urbanitas. *Cortesisch* aulice, urbane. In legibus Alemannicis est titulus *de eo qui in curte regis furtum commiserit*, et *de eo qui in curte ducis hominem occiderit.* Significat etiam villam, castrum, oppidum. Flodoardus : *Quidam presbyter de Bovonis curte ; sic enim villa vocatur.* Godefridus monachus in Annalibus: *In quadam curti monachorum de Everra latens.* In diplomate Ludovici: *Curtim nostram*

Digitized by Google

Turegum in ducatu Alamannico; ubi clarum pro *pago* vel *oppido* usurpari. GRETS.

Ibid [Κορτινάριοι Quinamnsint, auctor exponit inferius. GOAR.]

Sunt et κορτελίνοι. Cave confundas cum cortinariis, monet Glossarium, quia isti honoratum munus obibant, illi vile. Glossæ **267** Basilicæ: Κορτελίνοι, εὐτελεῖς θυρωροὶ τοῦ πραιτωρίου. Observa Junium hic, ἀλλ' οὖν κάτω ἵστανται, οὖν accipere pro οὔ; dicitque τὸ ν esse ineptam paragogen recentioris Græciæ; idque confirmat ex aliis duobus Codini locis, ubi putat οὖν pro οὔ accipi. Verum nos potius credimus duobus illis locis, c. 14 et c. 17 τὸ ν esse argumentum inepti librarii, legendumque οὐ, non οὖν: eo autem loco de quo hic loquimur, οὖν recte poni, neque pro negativa particula οὐ usurpari. GRETS.

Ib. [*Τῆς προκύψεως.* Videant, inquit Meursius, an recte *adorationem* et *oratorium* viri docti sint interpretati. Nusquam, Meursi. Est enim in profanis, theatris et spectaculis, πρόκυψις. En Genuensium magistratus cum proceribus astans coram imperatore εἰς τὸν καιρὸν τῆς προκύψεως c. 7. Orationis forsan tempore? imo vero prandii μέχρι τῆς τραπέζης. In ecclesia vel sacello? Tantum abest: in triclinio, ubi eum curia veneratur, εἰς τὴν παράστασιν. Ergo nihil semotius ab oratorio et adoratione quam πρόκυψις. En iterum apud Comneni filiam l. VIII Alexius pater περὶ τὰ κρήδεμνα προκύψας ὁμιλεῖ τοῖς Σκύθαις: *Ex mœnium pinnis inclinatus Scythis colloquitur:* quid oret aut quid adoret, nullus agnoscit. Eodem libro imperator idem ἀπὸ τοῦ τείχους προκύπτει, egregie sane distractus, qui de oratione non est sollicitus. Cæterum quid germane πρόκυψις indicet, haud reticet Nicetas: probet qui Græca non ignorat auctoris Græci mentem. In Alexio l. I, Ἔστη, inquit, ἐπάνω τόπου ὑψηλοῦ ἐξαίφνης φανείς, ποιήσας τὴν νῦν λεγομένην πρόκυψιν, de loco nimirum eminentiore *prospectationem*, eo quod ejus thronus suppedaneo ac pluribus gradibus elevatus eum velut *acclinem* de excelso populum infra positum respicere concederet. Haud memorat quidem, aptissime tamen πρόκυψιν describit Gregoras ad extremam historiæ calcem. Δῆλόν ἐστι τοῖς ἅπασιν ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου ἐκ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίνων ἀμφότεραι ὑπέρκεινταί που τοῦ μεταξὺ ἐπιπέδου ἄχρι καὶ ἐς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπη καὶ ὁ βασιλικὸς ἕστηκε θρόνος, ἵν' ἴσως ἔχῃ τι κάν τούτῳ πλέον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἱστάμενος ἔν τε ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις, καὶ ὅτε διαλέγοιτο νῦν μὲν τοῖς ὑπηκόοις νῦν δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πρέσβεσιν. Ἐξεῖναί γε μὴν ἐκ' ἐκείνης τῆς στάσεως οὐδενὶ τῶν ἁπάντων τῷ βασιλεῖ συνίστασθαι, πλὴν τῆς συζύγου καὶ τῶν υἱέων καὶ τῶν ἀδελφῶν, προσθείην δ' ἂν καὶ τῶν πατραδέλφων. Observa Græcos hodiernos, ut aliquem jubeant e fenestra vel exedra prospicere, dicere κύψε vel σκύψε. An πρόκυψις sit illud περίδοξον προσκήνιον βασιλικῆς αὐλῆς, in quo moriturus Tiberius ad senatum orationem habuit, ut initio l. I refert Simocatta, et Cedrenus in Justiniano προσκήνιον τῆς βασιλικῆς, mihi penitus est indubium: est enim quod Zonaras τριβουνάλιον in ejusdem Vita appellat. Tribunalium autem sive tribunal regium quid aliud quam πρόκυψις, de qua nobis sermo? GOAR.]

Ibid. Bardariotæ a Bardario flumine Macedoniæ, cujus meminit Wilhelmus Tyrius Belli sacri II, 13 et 14, de quibus paulo post plura Codinus. GRETS.

Ibid. [Persarum antiquum genus a Theophilo imperatore circa Bardarium Macedoniæ fluvium, Ἀξιόν prius dictum, ex Zonara, translatum a fluvio nomen accepit. Auctor infra. Leo Grammaticus in Theophilo: Τούτῳ προσέφυγεν Θεόφοβος Πέρσης ἅμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ μετὰ Περσῶν χιλιάδων τεσσαρεσκαίδεκα, οὓς διένειμεν οὗτος ἐν τοῖς θέμασι κατασκηνώσας καὶ εἰς τούρμας ἀποκαταστήσας, οἳ μέχρι τοῦ νῦν λέγονται τοῦρμαι Περσῶν.

268 *Ib.* *Ὀρθρινὸς ὕμνος.* *Laudes matutinæ* circa diluculum decantandæ, quæ et ὄρθρος: de quibus Euchologii notæ. Cæterum officii divini horæ recensentur eo quod a palatii clericis statis horis et temporibus persolverentur.

P. 58. [*Σκηνὴν, ἤτις κόρτη.* Apte describit anonymus apud Rigaltium: Τῆς βασιλικῆς σκηνῆς κατὰ μέσον πηγνυμένης γυρόθεν τῆς κόρτης κενὸς ἀφοριζέσθω χῶρος, ἱκανὸς χωρεῖν καὶ τοὺς ἐν νυκτὶ παραμένοντας καὶ τοὺς ἐν ἡμέρᾳ συνερχομένους εἰς τὴν κόρτην.

Ibid. [*Ὁ μέντοι κόμης.* Cedrenus in Nicephoro Logotheta: Ὁ Μιχαὴλ τὴν τοῦ κόμητος τῆς κόρτης τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεται, *tentoriorum comes instituitur.* Τῆς κόρτης meminerat Cedrenus idem in Leone Copronymi: Ἀπέβαλε τὴν κόρτην, *tentoria amisit.* GOAR.]

Ib. Πανία *panni.* Extrito altero *n* et mutato genere. Sic *antipana* panni oppositi pro πανίον legitur etiam πανόν et πανός.

Σκουφίας Italicum; et est proprie quod Germani vocant *ein hauben, vitta,* certum tegumen capitis. GRETS.

Ibid. [Pileolus interior summum verticem super aures in gyrum ambiens est σκουφία, *calotta* quibusdam, cui grandiores petasi superponuntur, ut subjungit auctor σκουφίας μετὰ καπασίων.

Ib. [Turcicum *paputz* fecit Græcum παπούτζιον. Portius cum vulgo reddit παραποδίη, σάνδαλον. ὑπόδημα, *calceamentum* etc. idque solitum et usitatum. GOAR.]

Ib. v. 10. Angurotum gestamen capitis seu pileus *Bardariotarum,* cucumeris formam præferens: nam ἀγγούριον καὶ ἄγγουρος Græcis *cucumerem* significat. Nec assentitur Meursius Junio, qui ab *angatiis* deducit. GRETS.

Ibid. [Simon Portius: Ἀγγοῦρι σίκυον, σίκυος, *cucumer, cucumis.* Ἀγκουρωτός, ita scribit ille, *oblongus et ad formam cucumeris.* GOAR.]

Ib. Λῶρον et λῶρος *lorum* a Latino. Μαγκλὰ

Digitized by Google

διον *maniclavium*, *manualis clava*. In codice uno Boico et altero Lautheriano desunt illa ἧως βακτηρία; ἢ ῥάβδους. Et clarum videtur esse τοῦ μαγκλαβίου declarationem, si non ab auctore, certe ab aliquo librario. Hinc μαγκλαβῖται, qui manuarias clavas ferunt. GRETS.

Ibid. [Μαγγλάβια auctor adnotat esse λώρους, ῥάβδους, βακτηρίας, *nervos* videlicet *bubulos*, *virgas*, *fustes*, sontibus quibusque puniendis. *Plagæ* quoque nervis et fustibus hujusmodi inflictæ sunt μαγγλάβια. Leo Grammaticus in Theophilo: Τὸν στρατηλάτην τοῖς προσήκουσι μαγγλαβίοις ἐσωφρόνισε. Nicetas in Manuel l. IV: Τὸν δὲ Πουπάκην ὁ βασιλεὺς συλλαβὼν ἔξσινε, μαγγλάβια δοὺς πολλὰ δημόσια κατά τε τοῦ νώτου καὶ τῶν ὤμων. Miror (quod et nunc in Turcia more receptum) verberatis nullam inde inustam infamiam. Petronas enim Theophili ex uxore frater, criminis convictus, imperatoris jussu ἐκδυθεὶς ἐν τῇ μέσῃ τῆς ὁδοῦ τύπτεται τὰ νῶτα σφοδρῶς, moxque ad palatium et imperatoris contubernium revertitur. Ita Leo Grammaticus in Theophilo. Ejusmodi plagæ ἀλλακτά dicebantur, duodenarioque numero solebant infligi. Blastares c. 13 τοῦ Ε στοιχείου: δώδεκα ἀλλακτὰ λαμβανέτω. Choniates in Andronico: Διὰ ἀλλακτῶν ἐπαίδευσε δώδεκα. Observo insuper Bardariotas istos, de quibus sermo, ῥαβδούχους *a fustibus* gestatis dici apud Nicetam Andronici 2: Οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες **269** οἱ ῥαβδοῦχοι. Μαγκλαβίτας etiam lego in Anonymo περὶ καταστάσ. ἀπλ. ad aquilonarem τῆς κόρτης regii tentorii, ad quod excubabant, partem, stationem in exercitu habuisse. Præfectum eorum κόρτης; κόμητα apud Cedrenum in Nicephoro 1 dictum existimo, qui deinde μαγγλαβίτης *honorarius carnifex*, nuncupatus eidem Cedreno in Constantino Leonis F, τῇ τοῦ μαγκλαβίτου, ita scribit, ἀξίᾳ τιμηθείς. At ne quis ἀπὸ τῆς τοῦ μαγγλαβίτου ἀξίας carnificinam putet alienam, en ut apud Grammaticum Leonem θυμωθεὶς ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος ἀποστέλλουσι μαγγλαβίτην τὸν Μαυροθεόδωρον ξίφει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν, ut quid, nisi ut officio fungeretur?

Ib. [*Πριμμικήριον*. Qui μαγγλαβίτης et κόμης κόρτης, de quo nota superiore. GOAR.]

P. 39. Σκυλλόμαγγος *mango canum*. Glossæ Latino-Græcæ: *mango* κυνοτρόφος. Junius libentius legeret σκυλλομαγγόνων, quibus præerat ὁ πρωτοκυνηγός, *magister* seu *princeps venatorum*. Nam ut hodie, sic et olim regibus et principibus venatio curæ erat, forsan nimiæ, saltem interdum: nam quando Bulgaros, Scythas, Patzinacas, Saracenos, Turcas principes Cpolitani venari debebant, ipsi venabantur cervos, apros, ursos et similia animantia, non sine ingenti impensa, quæ necessario facienda erat tam in homines quam in canes. Ubi modum minime omnium tenuit Andronicus Palæologus Junior imperator, de quo Gregoras sub finem suæ Historiæ: *Canes et aves venaticas magno alebat numero; quibus ita erat deditus, ut si quis eum aditurus canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus post ejus obitum iis qui petebant distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret, et rem ipsam imperio non modo inutilem, sed etiam periculosam judicaret: nam quindecim aureorum millia imperatorii fisci procuratores ultra veterem morem in eas res expensa retulerunt.* Numerum canum et avium venaticarum Andronici expressit Phranzes l. 1 *Chronici* c. 12: *Fuit Andronicus venationis cupidissimus: alebat canes amplius mille quadringentos, aves sive accipitres supra mille quadringentos; quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur.* GRETS.

Ibid. [Σκύλλος *canis* est, non hodiernis modo, sed et antiquis, cum Scyllam puellam in freto Siculo a canibus obsitam σκύλλαν *canem*, *feminam* mythologi vocaverint. Μάγγος nota vox, ex qua cum priore σκυλλομάγγος. Eumdem arbitror quem Scyliorum (τῶν σκυλλίων) custodem Luitprandus scribit initio Legationis: cujus fidei (quod non advertit) ipse in contemptum fuit commissus. GOAR.]

Ib. Τὸ διβέλλιον *duplex* seu *geminum velum*. Junius ubique inscienter *divum velum*, ex Latinis *divus* et *velum*; et inscientius adhuc hujus suæ opinationis et originationis rationem reddit. Legat quem nugæ delectant. Vocula δι, ut in aliis, ita et hic geminandi nota est. Erat hoc *divellium* seu *divellium* vexillum imperatoris, gemino velo constans, quasi dicas *divelum*, quod imperatori semper a sculterio seu scutifero præferebatur. GRETS.

Ibid. [Meursius *vexillum imperatoris bifidum*, Gretserus *vexillum imperatoris gemino velo constans*. Ille iterum: *Viri docti*, Junium intelligit, **270** *hic quoque interpretantur divum velum: sed falluntur.* Hic rursus: *Junius ubique inscienter divum velum.* At nec fallitur nec inscienter Junius loquitur, cui, eo tutius quo eruditius, patrocinatur Dempsterus in ultima Romanarum antiquit. calce. *Ex quo*, inquit, *nomina ducum vexillis præscripta, puto effectum ut adorarentur signa. Ideo salutari concilio Constantinus crucem inter signa collocavit, ut adorari posset. Hieronymus epist. ad Lætam de instit. filiæ: Vexilla militum crucis insignia sunt. Claudianus l. 2 in Ruffinum: Augustus veneranda prior vexilla salutat. Et l. de bello Getico: Turba salutatis effunditur obvia signis. Vexillum istud labarum audit. Curopalates* διβέλλιον *vocat, divum velum. Prudentius l. in Symmachum: Christus purpureum gemmato textus in auro Signabat labarum. Ea causa etiam cur per signa jurarent milites.* Hæc nos ex Dempstero in divi sacrique veli patrocinium, ne proscriptam Junii doctrinam temere videremur defendere. Inter iconas concilio Florentino Romanæ editionis et Regiæ admixtas, ad imperatoris Græcorum in triremi sedentis latus vexillum est longius, at non bifidum, cui crux appicta est: an non potius ob crucem et religionem *divum velum* quam *geminum velum*?

Digitized by Google

P. 40. [Ὁ κοιαίστωρ. Etiam labentis imperii tempore plurima pollebat quæstor auctoritate. Ecloga Leonis et Constantini AA tit. 5: Ὁ κοιαίστωρ ἐξουσίαν ἐπὶ τοὺς τῆς μεγάλης ταύτης ἐπιδημοῦντας πόλεως ἐξ οἱασδηποτοῦν χώρας, εἴτε ἄνδρας εἴτε γυναῖκας εἴτε κληρικοὺς ἢ μοναχοὺς ἢ ἀσκητρίας, εἴτε τῶν ἔξω πόλεων συνηγόρους, εἰ καὶ ἄλλης οἱασοῦν τύχης τε καὶ ἀξίας, καὶ περιεργάζεσθαι τίνες τε εἶεν καὶ πόθεν ἥκοιεν καὶ ἐπὶ ποίᾳ προφάσει. Plura persequitur illud caput ad moram alienorum in urbe faciendam spectantia. Consulatur Juris GR, tom. II, p. 87, 90 et 99.

Ib. [Ὁ μέγας διερμηνευτής. Quæ sibi præstiterit officia magnus interpretes, Luitprandus in sua Legatione edisserit. GOAR.]

Ibid. Δραγόμενοι sive δραγομάνοι interpretes linguarum exoticarum, quales in aulis magni reges habent, ut peregrinarum gentium legationes interpretentur. Est ex Chaldaico *thargum*, metathesi primarum litterarum, quod est *interpretamentum*: et *metargem* seu *targeman* interpretes, δραγομανίζειν interpretem agere. Hodieque qui loca sacra Palæstinæ lustrant, suos interpretes drusselmannos vocant.

Ib. Sive de armis. Ita vertendum, non ut Junius ubique *de curribus*, quia Græcis ἅρμα ἅρματος καὶ τὰ ἅρματα *arma* sunt, ut multis exemplis docent Rigaltius et Meursius in Glossariis. Hinc ἁρμαμενταρεῖον, ἁρμαμενταρεῖα, ἁρματώριον *armamentarium*, ἁρμάτοι *armati*, ἁρματοῦραι *armaturæ*, ὁρματοῦν, ἁρματόνειν *armare*. Quin et vocula ἁρμάριον et ἁρμάρη utuntur, quod est promptuarium seu ταμιεῖον. GRETS.

Ibid. [Κούρσων. Πραΐδαν vocat Leo in Tacticis pluribus constit. 17 locis, *incursiones* videlicet et *deprædationes*. GOAR.]

P. 41. *Protonotarius.* Ille palatinum officium significat, ecclesiasticum vero in secunda pentade officialium Magnæ Ecclesiæ. Uterque plures sub se habebat notarios, qui olim celebrabant 25 Octobris festum SS. martyrum Marciani et Martyri, quos, ut ex **271** Menæo liquet, *notarios* appellabant. Notarii igitur duos istos notarios, sub Constantio Ariano imperatore pro fide orthodoxa occisos, merito venerabantur, sicut medici SS. Cosmam et Damianum medicos. Sed processu temporis superseminavit inimicus homo zizania. festo propemodum in Bacchanalia vel Lupercalia verso. *Quæ aliquando fiebant in SS. notariorum festo a notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt sanctissimi illius domini Lucæ patriarchæ decreto.* Ita Balsamon ad 62 canonem Trullanum. Eadem ferme invenies t. III Juris Græco-Romani p. 223. Notarii ergo pueros etiam docebant. Vix fides de palatinis et ecclesiasticis; quare ad alios notarios officium pueros docendi referendum erit.

Ib. Vocabulum κάστρα generatim hic significat *munitiones*, sive oppidi sive fossati. Etiam κάστρον singulari numero legimus. Constantinus Them. Orient. 10: Κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον. Καστροφύλαξ *castrorum custos*, καστροκτίστης *castrorum metator*, καστροκτισία *castrorum metatio*, καστρέσιον sive καστρίσιον *castrense*. Iisdem in usu sunt κάστελλοι, καστέλλιον, καστέλη pro *castellis* seu *munitionibus* et pro *oppido*. Hinc *castelliani* milites castellis impositi. *Καστελλοῦν* locum aliquem munire. GRETS.

Ibid. [*Κάστρα civitates mœnibus munitas* interpretare. Cedrenus in Michaele Paphlagone: Παγκράτιος δὲ ὁ Ἀβάσγυς, Ῥωμανὸν τὸν βασιλέα ὅθεν ἐκδικῶν ὡς θεῖον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, τήν τε πρὸς Ῥωμαίους εἰρήνην ἀπείπατο καὶ τὰ πρώην δοθέντα κάστρα καὶ φρούρια ἀνεκτήσατο. Barium, Capuam, Beneventum vocaverat in superioribus κάστρα. Hujus mentis fuerat ab antiquo circa vocem hanc Justinianus Nov. 128: Καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἔν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις. GOAR.]

P. 42. Catergon, quod est *triremis*, ut in ipso Codino exponitur, ex Arabia a Junio advocatur. Ubique nimirum sui Arabismi specimina edit. Cur non ex κατά et ἔργον compositum sit?

Ib. Λογγαριαστὴν aulæ ait Junius esse illum qui Gallis est *magnus contrarotulator*, a λογαριάζειν, quod est *computare*.

Ib. Μεγαλοαλογῖται. Junius interpretatur *magnis equis utentes, magnis equis pugnantes.* GRETS.

Ibid. [Cataphractos equites existimo, qui numero et pondere armorum graves magnis et fortibus equis opus haberent.

Ibid. [*Τριχάβαλλοι. Trimarcisios* antiqui Galli dixissent, qui tribus singuli utuntur equis. Pausanias Gallos ut ita dicam τριχαβάλλους duce Brenno in Græcos eunte descripsit, l. x: *Fuere*, inquit, *supra sexaginta equitum millia amplius mille ducenti. Nam singulos equites duo famuli sequebantur in equis, et ipsi equestrium artium maxime gnari. Hi præliantibus dominis in extrema acie consistentes ei erant usui, ut si forte equus esset amissus, statim suum submitterent, si vir concidisset, servus in ejus locum succederet: quodsi utrumque belli impetus evertisset, jam præsto erat tertius, qui pro mortuis locum teneret.* Atque hanc institutionem voce patria *trimarcisiam* nominant; equum enim *marcam* appellant. **272** Livius eumdem Numidarum morem fuisse refert, l. XXIII: *Quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tam docile equorum genus.* De Quadis et Sarmatis idem narrat Marcellinus l. XVII.

P. 42. [*Δικαβάλλοι.* Quos ἀμφίππους Pollux diceret, *qui binos equos habebant, quorum alter alteri adjungebatur.* Hesychius: Ἀμίππους et ἄζυγας. Suidas: Ἀμιππολοι σὺν ἵπποις στρατευόμενοι, καὶ ὁ ἐπελαύνων αὐτοὺς τοῦ μὲν ἐποχεῖται τὸν δὲ παρίλκεται. A Romanis antiquis in Græcos mos iste desultoriis

Digitized by Google

ex equis pugnandi derivarat, de quibus Festus : *Paribus equis, id est duobus, Romani utebantur in prælio, ut sudante altero transirent in siccum.* De monocaballis actum jandudum. GOAR.]

Ib. De Arabica origine vocabuli Blachernarum suavissimas nugas agit Junius. Quanto rectius auctor libelli de 14 regionibus urbis Cpolitanæ ! *Blachernarum* (suburbii) *nomen a quodam eo in loco regnante inditum fuisse ex Dionysio Byzantio Gillius autumat.* Jacebat ad littus maris, ubi etiam Leo Magnus Deiparæ templum exstruxit, aliud ab illo Pulcheriæ, de quo Nicephorus 15, 24.

P. 43. *Drunga.* Sic lego ex mss. codicibus. Junius *drungas*, mallet tamen *drungus*. GRETS.

Ib. [*Καστροφύλακες.* Ἄρχοντες στρατιωτικοὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις. Justinianus nuper citatus. GOAR.]

Ib. Videtur legendum aut πάντων aut πᾶσαι ὑπηρεσίαι, ut constet oratio. Certum est autem Codinum omnia officia et ministeria, quæ olim in aula Cpolitana erant, non percensuisse (*a*), sed ea potissimum quæ suo tempore vigebant : nam olim alia atque alia erant, ut Græcæ historiæ lectio nos docet. Apud Constantinum Porphyrogenitum l. de administrando imperio c. 51 præter *protocarabos* et alios invenies τὸν ἐπὶ τῆς φιάλης seu τὸν τῆς φιάλης qui erat judex turbæ nauticæ *dromorum* seu *dromoniorum* imperialium, jusque dicebat sedens in loco dromonis, qui Phiala appellatur. Idem Codinus nihil scripsit de officialibus Augustæ seu imperatricis ; et tamen, ut hoc ævo imperatricibus et reginis sui sunt officiales, ita et antiquitus erant. Hinc apud modo nominatum Constantinum c. 51 invenies τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης, qui etiam erat judex *Agrariorum* (navigii id genus), *Augustæ*. GRETS.

(*a*) Grets., *erant, percensuisse*, sine negandi particula : mendose. EDIT.

LIBER TERTIUS.

273 CAPUT I.

Observationes et explicationes in caput 6, quod est de feriis.

P. 43. Ἐντεῦθεν αἱ ἑορταί, etc. In cod. Boico titulus hujus capitis ita habet : Τάξις γινομένη ἐν ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς, *Forma observari solita in festis Christi Domini.* Nam per Δεσποτικὰς ἑορτάς intelligunt Græci non dies Dominicos, sed festa Christo Domino proprie dicata, quæ sunt ista : Chæretismus sive Annuntiatio B. Virginis, Nativitas Christi, Hypapante sive Purificatio B. Virginis, Epiphania seu Baptisma Christi, quando a Joanne in Jordane baptizatus est, Transfiguratio Domini, Resuscitatio Lazari, festa Palmarum, Ligni seu S. Crucis, Resurrectionis, Ascensionis, Missionis S. Spiritus, Assumptionis D. Virginis. Ubi per festum *Ligni* seu *S. Crucis* non tantum intelligitur Parasceve illa qua Christus in Cruce exstinctus est, sed et festum Exaltationis S. Crucis : nam et hoc numerant Græci et ipse Codinus noster in Despoticis feriis.

Ibid. Ibidem legendum videtur Χριστουγεννῶν. Legitur etiam disjunctim Χριστοῦ γέννα.

Ibid. Παραμονὴ hic est *vigilia*, ad verbum quasi *exspectatio festi.* Inepte Junius *stativam feriam* vertit, idque non tantum meo, sed et Meursii judicio. Inepte ibidem εἰς τὸν ὄρθρον vertit adverbialiter *matutino :* imo *ad matutinum, ad laudes matutinas.* GRETS.

Ibid. [Basilii missæ titulus in Euchologio : Ἐν τῇ παραμονῇ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως. Menæum : Εἰ τύχῃ ἡ παραμονὴ τῆς Χριστοῦ ἡμῶν γεννήσεως ἐν Σαββάτῳ ἢ Κυριακῇ.

Ibid. [*Εἰς τὸν ὄρθρον μὴ ἐξελθόντος.* Pervigilii natalitiorum Christi officium matutinum laudandis Eugeniæ et Basilæ, Philippo Eugeniæ patri, nec non Nicolao martyribus, ex majori parte impenditur : natalitiorum προσόρτια tantum quædam ἄσματα admiscet. Ad illud itaque non convenit imperator, quod ejus solemnitas minor sit nec adeo festiva : alias horas Christum jam natum personantes ac celebrantes audit. Ipsum Menæum minoribus horis præfigit titulum ; Ἀρχὴ τῆς ἀκολουθίας τῶν ὡρῶν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Κυρίου.

P. 44. [*Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν.* Supplex ecclesiastici officii conclusio est ἀπόλυσις. Scatent undequaque exemplis ecclesiastici libri. Inscienter **274** itaque Meursius ἀπόλυσιν ultimum diem cujusque festi, quod tunc quasi solveretur, exposuit. Solus hic locus, quo nec festivitas plene cœpit nec alia desiit, hallucinatum declarat. GOAR.]

P. 44. Inscite Junius εἰκονοστάσιον vertit *delubrum.* Delubrum *verti*, inquit, *quasi dei aut ditorum labrum.* Præclare. *Iconostasion* dicitur omne illud in quo vel stant vel ex quo pendent sacræ imagines, ut ex isto pendebant imagines nativitatis Christi aliæque tres aut quatuor. Germani vocant *ein bilder gestelle.* GRETS.

Ibid. [Sacris imaginibus circumposita ornamenta, quibus illæ sunt affixæ, est εἰκονοστάσιον. *Toreutici operis quadratum tabellæ marginem* alii vocant. GOAR.]

Ibid. Ἀναλόγιον. Scribitur etiam ἀναλογεῖον. Suidas : Ἀναλογεῖον, ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία. Usurpant quoque Latini. Isidori Glossæ : *Lectrum analogium, super quo legitur.* Walafridus, De rebus ecclesiast. c. 6 : *Analogium, quod in eo verbum Dei legitur et annuntiatur.* Est ejusdem mentio in Turcogr. l. II, p. 168. GRETS.

Digitized by Google

Ibid. [De analogio sive pulpito egimus nos quoque ad Euchologica.

Ibid. [*Μετὰ τῶν ἱερατικῶν στολῶν.* Hoc est cum sacerdotali dicta stola et casula, μετὰ τοῦ ἐπιτραχηλίου καὶ φελωνίου. Philotheus in ordine sacri ministerii in Euchologii limine.

Ibid. [*Τοῦ τρικλίνου. Majoris aulæ palatii.* Χρυσοτρίκλινον habet Zonaras in Justino: Τὸν τοῦ παλατίου χρυσοτρίκλινον ἐδομήσατο. Leo Grammaticus: Διὰ τῆς δυτικῆς τοῦ χρυσοτρικλίνου εἰσελθών. Celebrem porro diem hunc et Epiphaniæ colebant imperatores, ac in iis sese vestibus regiis ornabant; unde notatur Justinianus λυπούμενος εἰς τὰ γενέθλια καὶ θεοφάνια χωρὶς στέμματος προελθών.

Ibid. [*Ἐπιῤῥιπταρίων. Capitis tegimen* est ἐπιῤῥιπτάριον, *vestis genus* a Meursio generice expositum. Evincit Curopalatæ in Constantino Leonis F. auctoritas: Τοῦ Συμεὼν ὑποκλίναντος τῷ πατριάρχῃ τὴν κεφαλὴν καὶ εὐχὴν δεξαμένου παρ' αὐτοῦ, ἐπιτιθέντος, ὡς φασι, τῇ βαρβάρου κεφαλῇ ἀντὶ στεφάνου τὸ ἴδιον ἐπιῤῥιπτάριον. Leo Grammaticus rem eamdem narrans, Εὐχὴν οὖν, inquit, ὁ πατριάρχης ποιήσας, ἀντὶ στέμματος τὸ ἑαυτοῦ ἐπιῤῥιπτάριον τῇ αὐτοῦ ἐπέθηκε κεφαλῇ. Merito equidem: vestis enim genus non imposuisset, nec nisi tegumenti capitis vice, id est diadematis, *proprium* pileum substituisset patriarcha. Adde lectores, de quibus sermo, adesse imperatori μετὰ τῶν ἱματίων καὶ ἐπιῤῥιπταρίων: canonarchæ vero numero seq. μετὰ ἱματίων μόνων καὶ ἀσκεπεῖς: absque *epirriptariis* igitur, id est *pileis*.

Ibid. *Καμίσια.* Symeon Thessalonicensis de Sacramentis: Ὁ ἀναγνώστης κέκτηται ἔνδυμα τὸ καλούμενον καμίσιον, ὅπερ κατὰ τύπον φελωνίου ἐστὶ μικροῦ ἢ στιχαρίου ἐκ λίνου, τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἱερωσύνης δηλοῦν, διὸ καὶ μικρόν ἐστι, καὶ τὴν ἀπὸ Θεοῦ σκέπην σημαίνει, ἢ πορφυροῦν διὰ τὸ πορφυροῦν τοῦ Χριστοῦ ἱμάτιον, καὶ λευκὸν διὰ τὸ καθαρὸν τῆς ἱερωσύνης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ φωτισμόν. Cedrenus et Theophanes χαρβασίων καμισίων *bombycinarum* vel *linearum interularum* meminere in Heracleo.

Ibid. [*Λευκά.* Color præcipuus in ecclesia habitus dignioribus, purpureus, quo per quadragesimam et in funeribus utuntur Græci, inferioribus ministris tribuitur. Symeon Thessalonicensis De sacram., et Demetrius Bulgariæ Juris GR. l. v. GOAR.]

275 P. 44. Circa διβάμπουλον, quod lampadarius gestat, et cujus Codinus ter meminit, hic et paulo infra, variæ sunt sententiæ. Prima Junii, qui ubique vertit *divini cultus ampullam*. *Non possum assentiri*, inquit Meursius: *Facerem si* δίβος *pro* divus *recentiores Græcos usurpasse invenirem.*

Altera sententia est διβάμβουλον esse κηροδοχεῖον, *ein kerzenstang*, quod in διατάξει τῆς ἱεροδιακονίας Philothei patriarchæ Cpolitani nominatur μανουάλιον, *manuale*: Ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης. In Typico S. Sabæ reperis κηρομανουάλια eodem prorsus significatu. Idem omnino διβάμπουλον, id nimirum cui lampas imponebatur et quo ferebatur. Id erat aureus contus, ut Codinus docet: in hujus enim vertice lampas insistens a lampadario portabatur. Hæc sententia mihi olim in Facula non displicebat: nunc alia mente sum, quia cur *contus*, qui accensæ lampadis fulcrum, vocetur διβάμπουλον, exputare mecum nequeo, etiamsi non διβάμπουλον sed διβάμμουλον scribamus. Adde quod *manuale* et κηρομανουάλε nimis distant a *dibampulo*.

Tertia sententia exstat in eadem Turco-Græcia, διβάμπουλον esse *turibulum*, quam expositionem accepit Crusius a Græcis insulæ Santorinæ, quibus favere videtur tum ipsa natio, quia Græci sunt, quos utique melius nosse ista oportebat quam exteros, tum quia non sit verisimile *turibulum* in his aulicis conventibus adfuisse; et forte scribendum θυάμπουλον, a θύω *immolo*, unde et *thus* originem ducere videtur.

Quarta sententia videtur esse Meursii v. Μονοβάμβουλον, qui μονοβάμπουλον et διβάμπουλον ab *ambulo* arcessit, ut sit illud quasi simplex et unicum, hoc duplex ambulacrum, seu ut ipse loquitur, *simplex conclave palatii secretius, in quo congregabatur clerus patriarcham novum electurus. Codinus ejus meminit*: Ὁ δεύτερος ὁστιάριος κρατῶν τὸ μονοβάμβουλον. *Ante hoc erat aliud, in quod promiscue conveniebant omnes qui cuperent statim scire quem clerus patriarcham creasset: et illud* διβάμβουλον *dicebatur. Invenio ejus mentionem apud Phranzem*, III, 19. *Secundum hæc patriarcha cum lampadibus ad dibambula sive atrium descendebat, paratumque inveniens equum ascendebat.* Sed quid de *monobambylo* sentiendum sit jam l. I, c. 10, exposui: expungi nimirum debet, inque ejus locum substitui μονάμπουλον sive μονάμπουλλον, et notio *atrii* seu *ambulacri* his duobus Codini locis nullo modo applicari potest: nam lampadarius dicitur φέρειν, *manibus ferre*, cum accensa lampade διβάμπουλον. An conclave vel trium manibus gestare potuit? Adde hæc de conclavi exteriore et interiore esse figmenta Junii, quanquam ipse διβάμπουλον nunquam ad exterius conclave retulit, neque etiam in suo *monobambylo* ad τὸ *ambulacrum* vel *ambulare*, sed ad τὸ βαμβάλειν respexit. Accedit apud Phranzem non legi διβάμπουλον, sed *diababula*. At Meursius corrigit **276** διβάμπουλα. Quo codice fretus? Si quid corrigendum sit, potius et vero propius correxerim διαπάτουλα, hoc est ad loca patentia, uno verbo ad atrium, seu ad διάβατα, *transitus*.

Quinta sententia est ejusdem Meursii, qui et hic et in catalogo officiorum Magnæ Ecclesiæ μονοβάμβηλον et διβάμβηλον a *velo* rescribendum censet, quasi ille simplex velum, hic duplex in custodia sua habuerit, *velarii* utique, qui nunc a *januis janitores*; nam sub velis olim res gerebatur. Cæterum mss. codd. in primis repugnant, quorum nullus istam scripturam nobis exhibet. Deinde lampadarius tenens διβάμπουλον cum lampade accensa διβάμπουλον in manu portabat: non erat ergo velum, a quo *velarii* et *custodes veli* nomen sortiti sunt. Nec juvat

Digitized by Google

hanc optionem Anastasius in Sylverio aut collatio cum Donatistis apud S. Augustinum : nihil enim aliud ostendunt quam sub velo res olim disceptatas fuisse, sive uno sive duobus ; extra quod velum partes exspectabant. *Pro velo sunt utriusque partis episcopi*, inquit Collatio ; *Si jubet sublimitas tua, intromittentur.* Sic B. Sylverius *ad primum et secundum velum retinuit omnem clerum.* Quid hæc ad lampadarium nostrum, cui τοῦ διβαμπούλου cura commissa erat ?

Sexta sententia est διβάμπουλον esse duplicem ampullam et μονάμπουλον simplicem ampullam ; hanc tenuisse in clericorum ordinationibus et initiationibus secundum ostiarium, de quo in sexta pentade officialium Magnæ Ecclesiæ, illam tenuisse lampadarium in solemnitatibus quas Codinus describit : ita etiam ipse Meursius v. διβάμπουλον. Sed quid in his ampullis ? in monampulo non dubito fuisse chrisma, quo qui sacerdotio initiantur inunguntur, in dibampulo autem fuisse sacrum oleum et chrisma, ut imperator unctionis suæ tam in baptismo quam in imperatoria inauguratione semper memor esset. His forte lucem dabit, tametsi exilem, citatus a Meursio Ansegisus, I, 162 : *Presbyter in Cœna Domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum, ad catechumenos inunyendos vel infirmos.* Fecerunt ergo Græci, ut alia multa, sic et *ampullæ* nomen suum in *monampulo* et *dibampulo*, seu geminato λ *dibampullo* ; a quo vox etiam Germanica *ampel* quasi *ampulla* descendit. Et hanc sententiam ego præ aliis probo et amplector, licet Balsamon in melete seu exercitatione sua nihil de *dibampulo* imperatori a lampadario præferri solito, sed tantum de lampade scribat. Nec quemquam turbet illud β : etsi enim sola vocula δι duplicat, ut *bigarius*, hic tamen ob vocalem sequentem β interjicitur, euphoniæ causa. GRETS.

[Græcum proverbium lubet huc arcessere : Ὅπου πολλοὶ πετεινοὶ φωνάζουσιν, ἐκεῖ ἀργεῖ νὰ ἐξημερώσῃ. *Ubi plures galli cantillant, ibi tardum est crepusculum :* quia videlicet ex contentione, non ex lucis sensu canunt. Μύθους etiam hodie proverbia dicunt : ἐπιμύθιον itaque proferam : Quo plures in re obscura sententiæ, eo dubiis majoribus mens fluctuat. Circa vocem διβάμπουλον allatis a Gretsero sex sensibus, quem amplectar non video : certior itaque meum in medium adducam ex Balsamone Meditato de patriarcharum privilegiis. Lumen et **277** faces ad docendi officium spectant, inquit, ac propterea, ut patriarchæ, ita et imperatori lampas, ignis, lumen præfertur, et ut clare loquar, *cereus accensus:* Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Ἀκουσάτωσαν, ὡς οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ πατριάρχαι· μεγαλύνονται μὲν καὶ Διδασκαλικοῖς ἀξιώμασι. Ἐντεῦθεν γὰρ οἱ πιστοὶ δεσπόται καὶ οἱ αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ Χριστωνύμῳ λαῷ. De imperatore concionem ad populum habente dictum ad p. 37. At imperatori διβάμπουλον præfertur, patriarchæ et imperatrici μονάμπουλον. Cur ita ? quid

A generis διβάμπουλον ; ἔτι δὲ τῶν μὲν αὐτοκρατόρων ἡ ἀρωγὴ πρὸς φωτισμὸν καὶ σύστασιν ἐπεκτείνεται ψυχῆς τε καὶ σώματος, τὸ δὲ μεγαλεῖον τῶν πατριαρχῶν ἐς μόνην τὴν ψυχικὴν ἐστενοχώρηται λυσιτέλειαν (ὀλίγη γὰρ τούτοις ἐστὶ φροντὶς εὐπαθείας σωματικῆς), ὡσαύτως καὶ ἡ περὶ τοὺς ὑπηκόους τῆς βασιλίσσης κηδεμονία καὶ μέριμνα πρὸς μόνην σωματικὴν εὐζωΐαν ἐξήπλωται (πάσης γὰρ ψυχικῆς βοηθείας αἱ γυναῖκες ἐστέρηνται). Αἱ λαμπάδες δὲ τῶν μὲν βασιλέων διττοῖς διαχρύσοις περιζωννύονται στεφανώμασι, τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι. Fax itaque imperatori prælata duplici corona aurea circumdata διβάμπουλον, patriarchæ et imperatrici unica eaque argentea μονάμπουλον est. Consule quæ prolixitati vitandæ apud eumdem Balsamonem scripta prætermittimus. GOAR.]

P. 44. *Μαΐστωρ.* Clara origo a Latino *magister.* GRETS.

Ibid. Τὸ πολυχρόνιον. De votis in imperatores, faustis acclamationibus et in multos annos precationibus fuse quidem infra nec minus docte Gretserus, at quæ πολυχρόνιον in Christi natalitiis faciendum non attingant. Succincte addimus : Incipiente olim in Ecclesia ab his solemnibus anno, ut mutuis sese donis et xeniis excipere, ita et felicibus votis prosequi et lætis vocibus bene ominari, quod observant adhuc Itali, consuevere Græci. Discurrunt itaque per vias et compita pueri et adolescentes hac die, et ad amicorum portas modulis sonis ac musices instrumentis πολυχρόνια perstrepunt, xenia reportaturi, cunctique Χριστουγεννητικοῖς *pro natalitiis Christi muneribus* se cumulant certatim. Ecclesia igitur, cujus vota sunt dona, natalium Dominicorum pervigilio, in palatii penetralibus, annis ei multis exoptatis bene precatur imperatori. Ipsi quoque monachi vitæ et annorum diuturnitatem superiori, ad cellam ejus catervatim convenientes, a Deo postulant, εἰς τὸ κελλίον τοῦ προεστῶτος (διὰ) τῆς ἰδίας πολυχρονίσσεως, ait Menæum hac die. Hinc τὸ πολυχρονίζειν nonnisi de votis pro salute cujuspiam præsenti luce emissis vulgus consuetum est percipere. Quondam tamen aliis etiam diebus decantata πολυχρόνια docent Regia mss. ex quibus sequentia erudito lectori depromimus.

Πολυχρόνια. Ὅπως πολυχρονίζουσι τοὺς βασιλεῖς καὶ τὸν πατριάρχην ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ τῶν Φώτων καὶ τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ.

Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν καὶ κραταιὰν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ Θεὸς τὴν θεόστεπτον, θεοπρόβλητον, θεοδόξαστον καὶ θεομεγάλυντον, κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη.

Hæc in ecclesia, ubi plures imperabant, nuncupabantur vota; sequentia inter epulas et pocula, bibente nimirum imperatore, proferebantur.

Digitized by Google

Εἰς τὴν τράπεζαν εὔχεται οὕτως· Εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωὴν, εἰρήνην, ὑγείαν, εὐόδωσιν καὶ κατ' ἐχθρῶν νίκην τῶν χριστιανῶν καὶ ἁγίων ἡμῶν αὐθεντῶν καὶ βασιλέων.

Votis istis in ecclesia patriarcham excipiunt:

Τὸν δεσπότην καὶ ἀρχιερέα ἡμῶν, Κύριε, φύλαττε. Λέγεται δὲ τρὶς· **278** Εἰς πολλὰ ἔτη. Τρὶς· Εἰς δὲ τὴν τράπεζαν εὔχεται οὕτως· Εἰς τὸ πολυχρόνιον, ζωὴν, εἰρήνην, ὑγείαν καὶ σωτηρίαν τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου. GOAR.]

P. 45. *Cujus lampadis*, etc. Exstat Theodori Balsamonis melete seu disceptatio de hoc more imperatori præferendi lampadem, ut et imperatrici et quinque patriarchis, Romano, Cpolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano. Ait imperatori duplicem ob causam præferri lampadem, tum quia humana tum quia divina curat, tamque ea quæ ad corpus quam ea quæ ad animam pertinent (hujus enim geminæ potestatis concessione blandiebantur recentiores Græci suis imperatoribus), eaque de causa lampades imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas esse; patriarcharum vero lampades, ut et imperatricis, una tantum, eo quod patriarchæ spiritualium tantummodo curam habeant, mulieres temporalia duntaxat spectent, quippe quibus in ecclesia docere interdictum sit.

Videntur autem hæc aurea vel argentea στεφανώματα, ut Balsamon vocat, et θριγγώματα, coronæ in morem lampadi fuisse impositæ, vel certe, quod θριγγώματος nomen potius suadet, ipsi lampadi cancellorum seu sepimenti instar circumpositæ. Addit Balsamon hoc idem προνόμιον seu privilegium procedenti cum lampade concessum fuisse archiepiscopo Bulgariæ et Cypri et paucis quibusdam metropolitanis, et præter hos nulli; et patriarchas non modo in sua diœcesi, sed et extra lampade illustres progredi posse; quod multis ipse adversus oblocutores quosdam confirmat, quem legat qui volet l. 7 Juris GR. GRETS.

P. 46. [Τροπάριον *modulus* est, cantici nimirum genus, ad alterius exemplaris modo se habentis normam τρεπόμενον, decantandum. Hæc τροπαρίου communior expositio. Alias fusius in Enchologicis retulimus. Ποιητὰς porro τῶν τροπαρίων Anthimum et Timoclem memorat Theophanes et Cedrenus in Leone I.

Ibid. [*δόξα*. Supple reliqua Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι. Post καὶ νῦν καὶ ἀεὶ adde καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ibid. [*Οὐ ψάλλεται*. Modulatis varieque flexis cantus sonis non decurritur μελῳδῶς: sed voce continua, χύμα, ut scripsit Philotheus, ἀναγινώσκεται. GOAR.]

Ibid. Mos iste accinendi imperatoribus τὸ πολυχρόνιον et acclamandi εἰς πολλὰ ἔτη Græcis valde frequens fuit, ut sæpius posthac ex Codino intelligemus, quem eleganter describit Corippus, dum quomodo Justino Juniori τὸ πολυχρόνιον acclamatum sit, versibus explicat, de laudibus Justini, I, 202 et 356, II, 165 et 308.

Nicephoro Phocæ factas acclamationes suaviter admodum irridet Luitprandus in legatione sua CPolitana, loquens de processione Phocæ ex palatio ad Sanctam Sophiam. Multi profecto in his acclamationibus πολλὰ ἔτη apprecabantur, quibus nihil jucundius accidere potuisset quam si imperator illo ipso die quin et illo momento, repentina morte exstinctus fuisset.

Acclamandi mos vetus est, manavitque ex theatris in fora, deinde etiam in senatum; hinc ad Christianorum synodos. Exemplum **279** acclamationis factæ a senatu M. Antonino commemorat Vulcatius in Avidio Cassio: *Antonine Pie, dii te servent. Antonine clemens, dii te servent. Tu noluisti quod licebat: non fecimus quod decebat. Commodo imperium justum rogamus, progeniem tuam robora. Fac securi sint liberi tui; bonum imperium nulla vis lædit. Commodo Antonino tribuniciam potestatem rogamus; præsentiam tuam rogamus, philosophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ. Vincis inimicos, hostes exsuperas: dii te tuentur.*

Synodicæ acclamationis en tibi exemplum ex œcumenica synodo Chalcedonensi, Act. VII, ubi Marciano imperatori et Pulcheriæ imperatrici acclamant Patres: *Marciano novo Constantino, novo Paulo, novo David multos annos. Vos estis pax orbis, pie domine. Dominus vitam ei conservet. Vos fides nostra. Christus, quem honoras, ipse te custodiet. Orthodoxam fidem tu roborasti. Sicut apostolici, ita creditis. Augustæ multos annos. Vos lumina orthodoxæ fidei. Propter hæc ubique pax est. Lumina pacis, domine, tu custodi. Luminaria mundi, domine, tu custodi. Perpetua memoria novo Constantino. Quæ ex genere orthodoxa est, Deus eam custodiat. Custodem fidei Deus custodiat. Eam quæ semper pia est Deus custodiat. Pia, orthodoxa, quæ contraria est hæreticis, Deus eam custodiat. Omnes hæreticos tu fugasti. Nestorium et Eutychen tu persecuta es. Absit invidia a vestro imperio. Fideles imperatores sic honorantur. Deus custodiat potestatem vestram, Deus pacificet imperium vestrum. Marcianus novus Constantinus, Pulcheria nova Helena: zelum Helenæ tu sectaris. Vestra vita munimen cunctorum est: vestra fides ecclesiarum gloria est.*

Similibus epiphonematis personat tota synodus Cpolitana sub Mena patriarcha et Justiniano imperatore. Quin et in electionibus usus erat ἐπιβοημάτων. In Actis ordinationis Eradii, cum illum S. Augustinus jam senex apud clerum et populum successorem sibi dixit, post ista Augustini verba, *Presbyterum Eradium mihi successorem volo*, sequuntur ista: *A populo acclamatum est, Deo gratias, Christo laudes*; dictum est vicies ter. *Exaudi Christe, Augustino vita*; dictum est sexies decies: *Te patrem, te episcopum*; dictum est octies. *Cumque reticeretur, Augustinus episcopus dixit, Non opus est*, etc. Mox: *A notariis ecclesiæ, sicut cernitis,*

Digitized by Google

excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis; et meus sermo et vestræ acclamationes in terram non cadunt. Apertius ut dicam, ecclesiastica nunc gesta conficimus. Sic enim hoc esse quantum ad homines confirmatum volo. Populo acclamatum est trigesies sexies, *Deo gratias, Christo laudes. Exaudi Christe! Augustino vita;* dictum est tredecies. Et sub finem: *Hic mihi responsione vestra opus est. Teneam responsionem vestram. De hac assertione aliquid acclamate. A populo acclamatum, Fiat, fiat:* dictum vicies quinquies. *Dignum est, justum est,* dictum vicies octies. *Fiat, fiat:* dictum quater decies. *Olim dignus, olim meritus:* dictum vicies quinquies. *Judicio tuo gratias agimus,* dictum tredecies. *Exaudi, Christe, Eradium conserva:* dictum octies decies. Vides hic **280** eamdem acclamationem iteratam fuisse, non tantum semel, sed et sæpius, imo sæpissime.

En quid senatus in Claudium, cum imperator renuntiatus esset, apud Trebellium: *Auguste Claudi, dii te nobis præstent:* dictum sexagies. *Claudi Auguste, principem te, aut qualis tu es, semper optavimus:* dictum quadragies. *Claudi Auguste, te respublica requirebat:* dictum quadragies. *Claudi Auguste, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus senator, tu vere princeps:* dictum octavies. *Claudi Auguste, tu nos ab Aureolo vindica:* dictum quinquies. *Claudi Auguste, tu nos a Palmyrenis vindica;* dictum quinquies. *Claudi Auguste, tu nos a Zenobia et a Victoria libera:* dictum septies. *Claudi Auguste, Tetricus nihil fuit:* dictum septies.

Nec bonis tantum bona, sed et mala malis in hujusmodi acclamationibus apprecabantur vel quasi jure suo efflagitabant. Illustre hujus rei exemplum suppeditat Ælius Lampridius, apud quem habes acclamationes senatus in occisum Commodum imperatorem: *Hosti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur. Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur. Hostis deorum, carnifex senatus, hostis deorum, parricida senatus. Hostis deorum, hostis senatus. Gladiatorem in spoliario. Qui senatum occidit, in spoliario ponatur. Qui senatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur hostis, parricida, vere, severe. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui te occisurus fuit, unco trahatur. Nobiscum timuisti, nobiscum periclitatus es. Ut salvi simus, Jupiter, optime maxime, serva nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter, prætoriis cohortibus feliciter, exercitibus Romanis feliciter, pietati senatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus, Auguste, parricida trahatur. Hoc rogamus, parricida trahatur; exaudi, Cæsar. Delatores ad leonem; exaudi, Cæsar. Delatores ad leonem; exaudi, Cæsar. Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter; fidei militum feliciter; fidei prætorianorum feliciter; cohortibus prætoriis feliciter. Hostis statuas undique, parricidæ statuas undique, gladiatoris statuas undique; gladiatoris et parricidæ statuæ detrahantur. Necator civium trahatur, parricida civium trahatur. Gladiatoris statuæ detrahantur. Te salvo salvi et securi sumus, vere, vere; modo digne, modo vere, modo libere. Nunc securi sumus. Delatoribus metum. Ut securi simus, delatoribus metum; ut salvi simus, delatores de senatu. Delatoribus fustem te salvo. Delatores ad leonem te imperante. Delatoribus fustem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatoris statuæ detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur; gladiatorem in spoliario. Exaudi, Cæsar. Carnifex unco trahatur. Carnifex senatus more majorum unco trahatur. Sævior Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patiatur. Memoriæ innocentium serventur, honores innocentium restituas. Rogamus, parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in spoliario ponatur. Perroga, Perroga: omnes **281** censemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque sexum occidit, unco trahatur. Qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur. Qui templa spoliavit, unco trahatur. Qui testamenta delevit, unco trahatur. Qui vivos spoliavit, unco trahatur. Servis servivimus. Qui pretia vitæ exegit et fidem non servavit, unco trahatur. Qui senatum vendidit, unco trahatur. Qui filiis abstulit hæreditatem, unco trahatur. Indices de senatu, delatores de senatu, servorum subornatores de senatu. Et tu nobiscum timuisti, omnia scis, bonos et malos nosti. Omnia scis, omnia emenda. Pro te timuimus. O nos felices te viro imperante. De parricida refer, refer, perroga: præsentiam tuam rogamus. Innocentes sepulti non sunt; parricidæ cadaver trahatur. Parricida sepultos eruit, parricidæ cadaver trahatur.*

Similis ferme est illa ἐπιφώνησις quæ in synodo sub Mena actione IV legitur. *Multi anni imperatoris, multi anni patriarchæ. Petrum Zoaram et Severum modo anathematiza. Orthodoxum imperatorem habes: quid times? eos qui parabaptizant ejice foras. Et cum monachi Hierosolymorum porrexerunt chartam, universi clamaverunt: Multi anni patriarchæ. Libellum monachorum modo suscipe. Libellus modo legatur. Eos qui per domum baptizant ejice foras. Speluncam Zoaræ modo torqueas. Multi anni patriarchæ. Parabaptistam modo anathematiza. Christiani imperatoris multi anni. Orthodoxi imperatoris multi anni. Speluncæ hæreticorum modo ardent. Vincit fides imperatoris. Orthodoxus regnat: quid times? Petrus quare habet monasteria? Omnes hæreticos ibi habet. Severum, Petrum et Zoaram modo anathematiza. Trinitas tres anathematizat. Anathema Severus Petrus et Zoaras. Severum Manichæum modo anathematiza. Vincit fides Christianorum. Multi anni patriarchæ. Inimicos Christi modo anathematiza. Hæreticos modo anathematiza. Anathematizatos modo anathematiza. Vincit fides Christianorum.*

Et Act. 5, quæ antea in vulgatis editionibus solebat esse prima, exstat longissima acclamatio, qua partim bona Augustis et patriarchæ, partim

Digitized by Google

mala hæreticis populus imprecatur. *Multi sint anni imperatoris, multi anni Augustæ, etc. Severum Manichæum ejice, etc. Effodiantur ossa Manichæorum, etc. Severum Manichæum foras ejice, etc. Qui non anathematizat Severum, Manichæus est. Ejice foras Severum. Novum Judam ejice foras. Insidiatorem Trinitatis ejice foras, etc. Exhumentur ossa Nestorianorum. Exhumentur ossa Eutychianistarum. Quis est Nestorianus? Ego nescio; anathema sit ipse a Trinitate, etc. Manichæos de ecclesia ejice. Duos Stephanos de ecclesia ejice.* Paulo post in eadem sessione sequuntur plura hujus generis epiphonemata.

Acclamabant etiam concionatóribus : cujus moris exempla invenies apud S. Augustinum l. IV *De doctrina Christiana*, c. 26, et sæpe in Homiliis. Hactenus de ista consuetudine. GRETS.

282 P. 46. [Σᾶς. Pronominis σύ plurale est ἐσεῖς in primo casu; in reliquis σᾶς et ἐσᾶς corrupte pronuntiat Græcia.

Ibid. [Θεός. Cui verbo addes ex Horologio, ut sit modulus integer, Τῶν πατέρων ἡμῶν ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν. Polychronismum monachorum in superioris salutem emissum require in Menæo retro Nonæ officium. GOAR.]

Ibid. Protapostolarius. Vides et hic nomen Græcanicæ ambitionis, quod inter illos qui apostolum Paulum publice legebant, hoc est inter apostolarios, voluerunt habere protapostolarium. GRETS.

Ibid. [Ἡ τῆς λειτουργίας ὥρα. Quæ hac die ab orto sole decima est. Ita typus hodierni officii ad Nonæ calcem positus : Περὶ δὲ ὥραν δεκάτην σημαίνει τὸ μέγα etc. ad synaxim videlicet vesperarum habendam; quibus finitis καθεξῆς ἡ θεία λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ibid. [Sabbato vel Dominica jejunium Græcis illicitum. Eam ob rem si Natalium Christi diebus hujusmodi sors ferat celebrari pervigilium, ut a jejunio abstinent, ita missam consueto tempore, quod diei tertia est, peragunt : si alias incidat in ferias, cum nonnisi missæ præmissis solemnibus fas sit solvere jejunium, illud vero ad vesperam usque sit protrahendum, vespere solummodo, quo vespertinarum laudum tempus instat, simul cum ipsis cantatur missa; qua finita cibi capiendi fit potestas. Hæc ex ritu hujus diei in Menæo reperiendo ad hujus loci expositionem. GOAR.]

P. 47. *Post hunc liturgia perficitur.* Habent hunc morem Græci, ut in quadragesima diebus jejunii et in vigiliis liturgiam seu missam celebrent a meridie, et ut hinc apparet, post vesperas. In Paschate liturgia fit ante solis exortum. Aliis diebus hora tertia, tanquam consueta, ut docet Gabriel Philadelphiensis episcopus in suo De sacramentis libello. GRETS.

Ibid. 13. [Ἀλλάσσει. Non *mutat*, sed potius *induit*, τὸ ἐπάνω nimirum ἔνδυμα, etc. Ad notam superioris capitis (col. 281 D), amice lector, recurras precor. GOAR.]

Ibid. Crinonia. Hoc imperatoris tegmen videtur a specie lilii *Crinoniæ* nomen invenisse, ut et illud *tetraphyllum* a quatuor foliis. Utriusque meminit Glossarium, sed nudis solisque verbis Codini, nulla explicatione adhibita. GRETS.

[Κριωνιάν. *Coronam liliis* sive flosculis in gyrum *germinantem*. Coresius in rescriptis. Balsalmon Meditato de incensis etc. Juris GR l. 7 : Κρίνος ἐκ κρινωνιᾶς συλλεγόμενος.

Ibid. [τετράφυλλον. Coresius idem docet aliam coronam esse, e qua quatuor flosculi, ad frontem nimirum et sinciput ac ad utramque aurem, emicant. GOAR.]

Ibid. Flammula. Dicitur τὸ *flammulum* et τὰ *flammula*, aliquando simplici μ, interdum geminato. Dicitur etiam *flamula flamulæ*, genere feminino. Vegetius, III, 5 : *Aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ, tufæ seu tuphæ.* Merito autem reprehendit Lipsius, l. IV de Militia Romana, illos qui apud Vegetium *flammulas* mutant in flameola : *O male*, inquit, *abstineant.* Et merito monet ut abstineant; **283** qui recte itidem castigat interpretem Cedreni, hæc verba Græca τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμμυολίου κρεμάσαντες his Latinis interpretantem, *tabulis pacis de conto suspensis*, quasi φλαμούλιον sit *contus*. Rectissime Lipsius : *Chartam conscriptam, pacis testem, super flamula suspendentes.* Nec recte Junius φλάμουλον interpretatur *labarum*, quia labarum unum erat; at φλάμουλα etiam βασιλικά et imperatoria plura, nimirum duodecim; et domi quoque, non tantum in bello præferebantur, ut docet Curopalata, c. 6. Forte vetus illud labarum apud posteriores Græcos desierat : sin minus, δικαιότερον potius labaro respondere dicerem : hoc enim unicum erat, ante omnes flamulas, ut ibidem dicitur. Nec omittendum illud Suidæ : Σαυρίων εἶδος σημαίας ἢ φλαμούλου. Quid tamen *saurion*, ignoro, inquit Lipsius. Sed quid si legeretur σταυρίων? Certe unum ex flamulis imperatoris σταυρός erat, hoc est crux, ut supra dictum ex Curopalata c. 6. Ut igitur a dracone flamulum quoddam dicitur apud Curopalatam δρακοντεῖον, sic apud Suidam videtur a stauro seu cruce vocari *staurion* illud quod a Curopalata *staurus* seu *crux* appellatur. Φλάμπουρον quoque invenias apud Moschopulum : apud Cedrenum, p. 441, φλαμούλιον, apud Leonem in Tacticis constitut. 5, φλαμουλίσκιον, in Pandecte Turcico *flambarum* et *flambulum;* quæ et hodie Græcis usitata. Idemque omnia hæc vocabula, etsi diverse scribi solita, significant, nempe vexillum, seu, ut interpretatur Nicetas apud Rigaltium in Glossario, *signum militare.* Nec tamen militiæ solum sed et domi imperatori et principibus palatii præferri consuetum, quod planum ex Curopal. c. 6. Imo domi plura præferebantur, nimirum duodecim : Ἐκτὸς δὲ ὁπόταν στρατεύει ὁ βασιλεύς, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ποσότητος τῆς αὐτοῦ

Digitized by Google

συντάξεως ἔχει καὶ φλαμουλον ἢν τυχὸν ἢ δύο. Qui flammulum gestat, Græcis est *flamularis* seu *flambular*. Pandect. Turc. c. 174 et Vet. Gloss. apud Rigalt. φλαμουλάριοι. In Turco-Gr. p. 161 φλαμπουλάρεοι *vexilliferi*, p. 201 flamboler *signum* seu *vexillum*. Transiit flamula ex Latio ad Græcos, qui illud varie, ut solent, immutarunt.

P. 48. Flagitiose prorsus Junius in interpretatione et explicatione eorum quæ hic de flamulis scribuntur versatus est. Id ut videas, en tibi Junii verba: *Ea* (flamula) *sunt hæc. Primum fert archistrategus: princeps sacrorum secundum, habens imagines divinas multas. Aliud tertius, habens imagines sanctorum quatuor magnorum martyrum, Demetrii, Procopii et Theodori. Aliud, qui fert sanctum Georgium equitem, aliud draconteum, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Perperam prorsus. Vertendum enim, ut ipsa verba et mens Curopalatæ postulant, hunc in modum: *Ea autem* (flamula) *sunt hæc. Primum archistrategus: alterum vero* (flamulum) *multas habens sacras et divinas imagines pontificum et Ecclesiæ præsulum; aliud crux, habens* (legendum enim ex cod. ms. doctoris Georgii Lautherii, ἄλλο σταυρὸς ἔχων) *imagines sanctorum quatuor magnorum* **284** *martyrum, Demetrii, Procopii et utriusque Theodori* (legendum enim in plurali Θεοδώρων, ut habent mss. codices). *Aliud habens* (ἔχον) *S. Georgium equitem. Aliud draconteum, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Hanc esse veram interpretationem quivis vel paululum mentem advertens fatebitur: nam primum Curopalata enumerare volens quænam sint illa flammula, ait *sunt autem hæc:* postea singula percenset. *Primum*, inquit, *est archistrategus*, non *fert archistrategus*. Neque enim Curopalata habet istud *fert*, sed *primum est* seu dicitur *archistrategus*, a D. Michaelis imagine, quæ in illo flammulo expressa et efficta. Hinc archangelus toti flammulo nomen dedit, ut diceretur *archistrategus*. Nam S. Michael archistrategus a Græcis appellatur quasi princeps cœlestis militiæ. Ita vocatur 1) ab Emmanuele imperatore Constit. de Feriis: *Feriamur*, inquit, *sexta Septembris*, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται. 2) A Cedreno in imperio Basilii Macedonis: Ἀνεκαίνισε δὲ τὸν μέγαν τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν ἐν Σωσθενίῳ. 3) A Niceta Choniate l. III de imperio Isaaci Angeli: Ἐπισκευάσαι δὲ βουληθεὶς καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνάπλῳ μεὼν τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαήλ. Eod. lib. Εἰς τὸν περιώνυμον ναὸν ἀρχιστρατήγου τῶν θείων καὶ ἀΰλων Μιχαήλ. Idem l. VII de imperio Manuelis. Denique eodem archistrategi nomine afficiunt S. Michaelem Græci qui encomia in eum scripserunt et miracula ab eo patrata litteris consignarunt. Deinde cum signa et vexilla, quæ Curopalata commemorat, imaginibus cœlitum exornata fuerint, omnino oportet ut et primum effigie aliqua fuerit insignitum: at alia insignitum non fuit quam τοῦ ἀρχιστρατήγου militiæ cœlestis. Tertio archistrategus non erat officium vel nomen officii aulici vel militaris: alioquin omissum non fuisset hoc munus a Curopalata in catalogo. Quare vana est illa Calviniani nota: ὁ ἀρχιστράτηγος, *puta, quisquis est per illud tempus*. At nullus est archistrategus apud Curopalatam nisi Michael archangelus. GRETS.

P. 48. [Cœlestis terrestrisque militiæ dux ducumque omnium princeps Michael, ἀρχιστράτηγος ideo a militibus, a vulgo (hoc enim solo nomine plebeculæ notus est) ταξιάρχης salutatus; cujus nomine ecclesiam in Sosthenio extra muros dedicatam a Constantino, cujus munimine reginam urbem ab insultu barbarorum non semel ereptam refert Damascenus Studites subdiaconus vulgari sermone de ejus festivitate scripto, quem velut magni ac celeberrimi S. Sophiæ templi custodem depinxit Justinianus ἐν προνάῳ, καθ' ὃ δὴ ὁ πρώτιστος καὶ μέγιστος τῶν παραστατούντων ἀρχαγέλλων Θεῷ Μιχαὴλ ἐσπασμένος ῥομφαίαν ἐστήλωται ψηφίδων λεπταῖς ἐπιθέσεσι, φύλαξ προβεβλημένος τοῦ ἱεροῦ, inquit Nicetas in Alexio II; quem sacrorum præsides in sacri tribunalis foribus, non ejiciendis sed advocandis potius in paradisum hominibus, excubitorem non pingunt modo sed et venerantur, tremunt et precantur, ut in Euchologicis enarravimus; quem denique imperii defensorem simul cum Gabriele socio sibi datum tenuerunt Græcorum principes, ubi, prout auctor noster innuit, c. 4, et Damascenus citatus profitetur, imaginem suam hinc inde a sacris istis duobus taxiarchis stipatam concessere gestandam: **285** ejus, inquam, nomini primum et præcipuum imperii flammulum consecratum est, et ἀρχιστράτηγος nuncupatur.

Ibid. [*Εἰκόνας ἔχων πολλάς*. Si plures pontificum imagines eo vexillo pinguntur, eorum quos devotius colunt et in publicis precibus frequentius inclamant, magni Basilii, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli Alexandrini et Nicolai Myrensis ibidem positas mihi prorsus indubium est; et certe in octifido vexillo ejusmodi, pro singulis nimirum lingulis unum, octo censeo depictos, et ad priores non parum ab eis celebratos Gregorium Thaumaturgum et Hierosolymitanum Cyrillum alium accessisse. GOAR.]

Ibid. Nec minus errat Junius, cum illud ἱεραρχῶν vult idem esse quod *princeps sacrorum*, quasi scilicet princeps sacrorum ferat illud vexillum. Nugæ. Nam ἱεραρχῶν est patrius casus numeri multitudinis a recto ἱεράρχης, quæ vox præsulem, episcopum seu pontificem denotat. Νικολάου τοῦ περιωνύμου ἐν ἱεράρχαις τὸν περικαλλῆ τουτονὶ ναόν, inquit Cedrenus in imperio Basilii. Ergo *hierarcha* Cpolitanus erat patriarcha ejusdem urbis, quem imperatori flamulum seu vexillum præportasse quis credat, nisi aliunde id Junius probet? GRETS.

Ibid. [*ὀκταπόδιον*. Piscem *polypodem* hodiernus loquendi usus ὀκταπόδιον vocat. Vexillum illud dis-

Digitized by Google

sectis laciniis inferius divisum ὀκτάγλωσσον, polypodemque scissuris referens, ὀκταποδίου nomen accepit a vulgo.

Ibid. [*Σταυρὸς ἔχων εἰκόνας.* Crucem hanc in castris et conflictibus delatam ejusmodi arbitror quales in sacris processibus vel in ecclesiis adorandas me conspexisse memini. Ligneæ sunt illæ (argenteas aureisque laminis contectas rapacitas Turcica eliminavit), et ad earum extremos ramos quamvis amplos latiores adhuc trifoliorum figuræ prominent, in quibus nonnunquam pectus et facies quatuor evangelistarum vel hinc inde Deiparæ et S. Joannis aliorumve variis coloribus, delineata prius in medio crucifixi specie, exarantur. Quidni pariter οὗτος ὁ σταυρὸς ἔχων (ἐν ταῖς ἀκρίαις) τῶν ἁγίων τεσσάρων μεγάλων μαρτύρων εἰκόνας ἐφαίνετο; crucem qualem hic memoro depictus in iconibus per hoc opus Codini et ejus commentaria sparsis gestat patriarcha CP.

[*Δημητρίου, Προκοπίου καὶ Θεοδώρων.* Duces armis quondam insignes armorum socios et in bellis protectores Oriens invocabat Demetrium, Procopium, καλλινίκους, et Θεοδώρους, Cedreno in Tzemisce ducem unum et alium tironem dictos. Primus Demetrius φλαμπουράρης ac præses Thessaliæ sub Maximiano martyr obiit Thessalonicæ ubi corpus ejus sacro liquore exundans perpetuis quoque miraculorum scaturit fluentis. A profecturis in prælium invocatur, suoque bellantes adjuvat præsidio; nec in dubium revocatur quod Thessalonicensibus obsidione ab Alusiano Bulgarorum cinctis unguentoque ab ejus sepulcro emanante unctis contulit. Romanæ aciei fuit dux martyr Demetrius, ait Cedrenus in Michaele Paphlagone, iterque complanavit, quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret, a quo exsiliens ignis adversos cremaret hostes. Alter Procopius militia clarus dux Alexandriæ fuit, ut verbis iisdem Synaxarion asserit Julii 8: Χαίροις μαρτύρων καύχημα, βατιλέων κραταίωμα canit ejus festo Ecclesia Græca. Tertius fuit Theodorus στρατηλάτης *equitum magister* sub Licinio, a quo mortem illatam sustinuit: exin Romanorum armis favere cœpit e cœlo, ac Joannis Tzimiscis tempore tantæ Scytharum in Græcos prælientium stragis auctor fuit, ut ei **286** gratiam pro ope lata relaturus Tzimisces, templo in quo is humatus erat destructo, aliud magnificentius exstructum prædiis amplos habentibus reditus ditaverit, et urbem, Euchaneiæ suppresso nomine, vocaverit Theodoropolim. Subdit Cedrenus, ex quo hæc deprompta: sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic. Nec temere: visus enim manifesto martyr opem ferre, hostiles cuneos turbare, et præclarissimæ ducem se præstare victoriæ. Ultimus Theodorus alius, tiro dictus, non quod armorum tirocinio erudiretur, sed quod in cohorte tironum dicta provectus centurio promereretur. Damascenus subdiaconus: Ἦτον καὶ αὐτὸς ἕνας εἰς τὸ τάγμα ὅπου ὠνομάζετον Τύρωνες, ὡσὰν νὰ εἴπῃς ἑκατόνταρχος. *In oraine tironum numerabatur præcipuus, veiut si centurionem dicas.* Ita dictus auctor vulgari idiomate. GOAR.]

P. 48. Illud Θεοδώρων est utriusque Theodori martyris, ducis et tironis. Prioris festum agunt Græci 8 Junii, posterioris 17 Febr. Et in hunc tironem exstat S. Gregorii Nysseni pulcherrima oratio. GRETS.

Ibid. [*Γεώργιον ἔφιππον.* Notissimum olim ducem, sanctis nunc tolerato martyrio Georgium allectum equitem semper pingunt Græci; quod sæpius sit visus καβαλλάρης εἰς ἄλογον ἄσπρον et λευκοφόρος καβαλλάριος εἰς ἄλογον ἄσπρον. Damascenus citatus in Thesauro. De Georgio et Theodoro sanctis Græcorum auxiliatoribus Nicetas, Manuelis Comneni l. vi.

Ibid. 5. [*Δρακοντεῖον.* Cum aquilis in aciem inter vexilla lati sunt etiam dracones, maxime labente imperio. Docet Dempsterus ad Rom. antiq. calcem. De quibus Suidas v. Σημεῖα: ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματά εἰσι βαφῇ πεποικιλμένα, ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα ὄφεων εἴκασται, καὶ ἀπῃώρηνται κοντῶν συμμέτρων. Descripserat prius Marcellinus, l. xvi: *Purpureis sub tegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmeisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, et velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* GOAR.]

Ilis imperatoriis flamulis seu vexillis propter cognationem nominis, adde vexillum S. Dionysii, Gallice *oriflamme* dictum, quod reges Galliæ summa religione secum in expeditiones educebant, de quo vide gesta Ludovici Francorum regis fol. 138, 144, et Rigordum de gestis Philippi Augusti regis fol. 186 ed. Pithœi.

Non possum hoc loco tacitus præterire Nicephori Gregoræ l. vii sinistrum et abjectum judicium de marchionibus Latinis, quos ait *non esse claros apud Latinos, sed eum dignitatis gradum tenere quem apud* Romanos (Cpolitanos) *tenet* ὁ τὴν βασιλικὴν σημαίαν ἐν στρατεύμασι κατέχων, et marchioni *perpetuo hoc attributum esse ut novo imperatori vexillum præferat.* Scilicet marchio Montisferrati, Misniæ, Brandeburgicus et similes apud Latinos majoris dignitatis non erant quam lampadarius aut is qui divelium aut flammula imperatoria apud Græcos imperatori præportabat; nec marchiones seu, ut Græci appellant, *marcesii* nomen hoc habent a *vexillo* seu *bando*, sed a limitibus tuendis. *Mark* enim Germanis limes est. Nam finibus defendendis præfecti erant, qui temporis progressu ad amplissimas opes latissimosque principatus emerserunt: qualis enim et quam potens marchio Brandeburgicus, marchio Badensis, marchio Onspachensis, marchio Moraviæ, marchio Burgoicus et alii? ipse etiam Nicetas Choniates, l. vii de rebus gestis **287** Manuelis *marchesii* Montisferrati nobilitatem et potentiam agnoscere et prædicare coactus est. GRETS.

Ibid. [Τὰ τῶν δεσποτῶν, καὶ τῶν ἀρχόντων.

Digitized by Google

συντάξεως ἔχει καὶ φλαμουλον ἓν τυχὸν ἢ δύο. Qui flammulum gestat, Græcis est *flamularis* seu *flambular*. Pandect. Turc. c. 174 et Vet. Gloss. apud Rigalt. φλαμουλάριοι. In Turco-Gr. p. 161 φλαμπουλάρεοι *vexilliferi*, p. 201 flamboler *signum* seu *vexillum*. Transiit flamula ex Latio ad Græcos, qui illud varie, ut solent, immutarunt.

P. 48. Flagitiose prorsus Junius in interpretatione et explicatione eorum quæ hic de flamulis scribuntur versatus est. Id ut videas, en tibi Junii verba: *Ea* (flamula) *sunt hæc. Primum fert archistrategus: princeps sacrorum secundum, habens imagines divinas multas. Aliud tertius, habens imagines sanctorum quatuor magnorum martyrum, Demetrii, Procopii et Theodori. Aliud, qui fert sanctum Georgium equitem, aliud draconteum, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Perperam prorsus. Vertendum enim, ut ipsa verba et mens Curopalatæ postulant, hunc in modum: *Ea autem* (flamula) *sunt hæc. Primum archistrategus: alterum vero* (flamulum) *multas habens sacras et divinas imagines pontificum et Ecclesiæ præsulum; aliud crux, habens* (legendum enim ex cod. ms. doctoris Georgii Lautherii, ἄλλο σταυρὸς ἔχων) *imagines sanctorum quatuor magnorum* **284** *martyrum, Demetrii, Procopii et utriusque Theodori* (legendum enim in plurali Θεοδώρων, ut habent mss. codices). *Aliud habens* (ἔχον) *S. Georgium equitem. Aliud draconteum, et aliud habens equestrem imperatoris statuam.* Hanc esse veram interpretationem quivis vel paulum mentem advertens fatebitur: nam primum Curopalata enumerare volens quænam sint illa flammula, ait *sunt autem hæc:* postea singula percenset. *Primum*, inquit, *est archistrategus*, non *fert archistrategus*. Neque enim Curopalata habet istud *fert*, sed *primum est* seu dicitur *archistrategus*, a D. Michaelis imagine, quæ in illo flammulo expressa et efficta. Hinc archangelus toti flammulo nomen dedit, ut diceretur *archistrategus*. Nam S. Michael archistrategus a Græcis appellatur quasi princeps cœlestis militiæ. Ita vocatur 1) ab Emmanuele imperatore Constit. de Feriis: *Feriamur*, inquit, *sexta Septembris*, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα τερατουργεῖται. 2) A Cedreno in imperio Basilii Macedonis: Ἀνεκαίνισε δὲ τὸν μέγαν τοῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν ἐν Σωσθενίῳ. 3) A Niceta Choniate l. III de imperio Isaaci Angeli: Ἐπισκευάσαι δὲ βουληθεὶς καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνάπλῳ μεὼν τοῦ ἀρχιστρατήγου τῶν ἄνω τάξεων Μιχαήλ. Eod. lib. Εἰς τὸν περιώνυμον ναὸν ἀρχιστρατήγου τῶν θείων καὶ ἀΰλων Μιχαήλ. Idem l. VII de imperio Manuelis. Denique eodem archistrategi nomine afficiunt S. Michaelem Græci qui encomia in eum scripserunt et miracula ab eo patrata litteris consignarunt. Deinde cum signa et vexilla, quæ Curopalata commemorat, imaginibus cœlitum exornata fuerint, omnino oportet ut et primum effigie aliqua fuerit insignitum: at alia insignitum non fuit quam τοῦ ἀρχιστρατήγου militiæ cœlestis. Tertio archistrategus non erat officium vel nomen officii aulici vel militaris: alioquin omissum non fuisset hoc munus a Curopalata in catalogo. Quare vana est illa Calviniani nota: ὁ ἀρχιστράτηγος, *puta, quisquis est per illud tempus*. At nullus est archistrategus apud Curopalatam nisi Michael archangelus. GRETS.

P. 48. [Cœlestis terrestrisque militiæ dux ducumque omnium princeps Michael, ἀρχιστράτηγος ideo a militibus, a vulgo (hoc enim solo nomine plebeculæ notus est) ταξιάρχης salutatus; cujus nomine ecclesiam in Sosthenio extra muros dedicatam a Constantino, cujus munimine reginam urbem ab insultu barbarorum non semel ereptam refert Damascenus Studites subdiaconus vulgari sermone de ejus festivitate scripto, quem velut magni ac celeberrimi S. Sophiæ templi custodem depinxit Justinianus ἐν προνάῳ, καθ' ὃ δὴ ὁ πρώτιστος καὶ μέγιστος τῶν παραστατούντων ἀρχαγέλλων Θεῷ Μιχαὴλ ἐσπασμένος ῥομφαίαν ἑστήλωται ψηφίδων λεπταῖς ἐπιθέσεσι, φύλαξ προβεβλημένος τοῦ ἱεροῦ, inquit Nicetas in Alexio II; quem sacrorum præsides in sacri tribunalis foribus, non ejiciendis sed advocandis potius in paradisum hominibus, excubitorem non pingunt modo sed et venerantur, tremunt et precantur, ut in Euchologicis enarravimus; quem denique imperii defensorem simul cum Gabriele socio sibi datum tenuerunt Græcorum principes, ubi, prout auctor noster innuit, c. 4, et Damascenus citatus profitetur, imaginem suam hinc inde a sacris istis duobus taxiarchis stipatam concessere gestandam: **285** ejus, inquam, nomini primum et præcipuum imperii flammulum consecratum est, et ἀρχιστράτηγος nuncupatur.

Ibid. [*Εἰκόνας ἔχων πολλάς*. Si plures pontificum imagines eo vexillo pinguntur, eorum quos devotius colunt et in publicis precibus frequentius inclamant, magni Basilii, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli Alexandrini et Nicolai Myrensis ibidem positas mihi prorsus indubium est; et certe in octifido vexillo ejusmodi, pro singulis nimirum lingulis unum, octo censeo depictos, et ad priores non parum ab eis celebratos Gregorium Thaumaturgum et Hierosolymitanum Cyrillum alium accessisse. GOAR.]

Ibid. Nec minus errat Junius, cum illud ἱεραρχῶν vult idem esse quod *princeps sacrorum*, quasi scilicet princeps sacrorum ferat illud vexillum. Nugæ. Nam ἱεραρχῶν est patrius casus numeri multitudinis a recto ἱεράρχης, quæ vox præsulem, episcopum seu pontificem denotat. Νικολάου τοῦ περιωνύμου ἐν ἱεράρχαις τὸν περικαλλῆ τουτονὶ ναόν, inquit Cedrenus in imperio Basilii. Ergo *hierarcha* Cpolitanus erat patriarcha ejusdem urbis, quem imperatori flamulum seu vexillum præportasse quis credat, nisi aliunde id Junius probet? GRETS.

Ibid. [*ὀκταπόδιον*. Piscem *polypodem* hodiernus loquendi usus ὀκταπόδιον vocat. Vexillum illud dis-

Digitized by Google

sectis laciniis inferius divisum ὀκτάγλωσσον, polypodemque scissuris referens, ὀκταποδίου nomen accepit a vulgo.

Ibid. [*Σταυρὸς ἔχων εἰκόνας.* Crucem hanc in castris et conflictibus delatam ejusmodi arbitror quales in sacris processibus vel in ecclesiis adorandas me conspexisse memini. Ligneæ sunt illæ (argenteas aureisque laminis contectas rapacitas Turcica eliminavit), et ad earum extremos ramos quamvis amplos latiores adhuc trifoliorum figuræ prominent, in quibus nonnunquam pectus et facies quatuor evangelistarum vel hinc inde Deiparæ et S. Joannis aliorumve variis coloribus, delineata prius in medio crucifixi specie, exarantur. Quidni pariter οὗτος ὁ σταυρὸς ἔχων (ἐν ταῖς ἀκρίαις) τῶν ἁγίων τεσσάρων μεγάλων μαρτύρων εἰκόνας ἐφαίνετο; crucem qualem hic memoro depictus in iconibus per hocce opus Codini et ejus commentaria sparsis gestat patriarcha CP.

[*Δημητρίου, Προκοπίου καὶ Θεοδώρων.* Duces armis quondam insignes armorum socios et in bellis protectores Oriens invocabat Demetrium, Procopium, καλλινίκους, et Θεοδώρους, Cedreno in Tzemisce ducem unum et alium tironem dictos. Primus Demetrius φλαμπουράρης ac præses Thessaliæ sub Maximiano martyr obiit Thessalonicæ ubi corpus ejus sacro liquore exundans perpetuis quoque miraculorum scaturit fluentis. A profecturis in prælium invocatur, suoque bellantes adjuvat præsidio; nec in dubium revocatur quod Thessalonicensibus obsidione ab Alusiano Bulgarorum cinctis unguentoque ab ejus sepulcro emanante unctis contulit. Romanæ aciei fuit dux martyr Demetrius, ait Cedrenus in Michaele Paphlagone, iterque complanavit, quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret, a quo exsiliens ignis adversos cremaret hostes. Alter Procopius militia clarus dux Alexandriæ fuit, ut verbis iisdem Synaxarion asserit Julii 8: Χαίροις μαρτύρων καύχημα, βατιλέων κραταίωμα canit ejus festo Ecclesia Græca. Tertius fuit Theodorus στρατηλάτης *equitum magister* sub Licinio, a quo mortem illatam sustinuit: exin Romanorum armis favere cœpit e cœlo, ac Joannis Tzimiscis tempore tantæ Scythurum in Græcos præliantium stragis auctor fuit, ut ei **286** gratiam pro ope lata relaturus Tzimisces, templo in quo is humatus erat destructo, aliud magnificentius exstructum prædiis amplos habentibus reditus ditaverit, et urbem, Euchaneiæ suppresso nomine, vocaverit Theodoropolim. Subdit Cedrenus, ex quo hæc deprompta: sane his semper auspicibus atque antesignanis adversum hostes uti solebat imperator hic. Nec temere: visus enim manifesto martyr opem ferre, hostiles cuneos turbare, et præclarissimæ ducem se præstare victoriæ. Ultimus Theodorus alius, tiro dictus, non quod armorum tirocinio erudiretur, sed quod in cohorte tironum dicta provectus centurio promereretur. Damascenus subdiaconus: Ἦσαν καὶ αὐτὸς ἕνας εἰς τὸ τάγμα ὅπου ὠνομάζετον Τύρωνες, ὡσὰν νὰ εἴπῃς ἑκατόνταρχος. *In oraine tironum numerabatur præcipuus, veluti si centurionem dicas.* Ita dictus auctor vulgari idiomate. GOAR.]

P. 48. Illud Θεοδώρων est utriusque Theodori martyris, ducis et tironis. Prioris festum agunt Græci 8 Junii, posterioris 17 Febr. Et in hunc tironem exstat S. Gregorii Nysseni pulcherrima oratio. GRETS.

Ibid. [*Γεώργιον ἔφιππον.* Notissimum olim ducem, sanctis nunc tolerato martyrio Georgium allectum equitem semper pingunt Græci; quod sæpius sit visus καβαλλάρης εἰς ἄλογον ἄσπρον et λευκοφόρος καβαλλάριος εἰς ἄλογον ἄσπρον. Damascenus citatus in Thesauro. De Georgio et Theodoro sanctis Græcorum auxiliatoribus Nicetas, Manuelis Comneni l. VI.

Ibid. 5. [*Δρακοντεῖον.* Cum aquilis in aciem inter vexilla lati sunt etiam dracones, maxime labente imperio. Docet Dempsterus ad Rom. antiq. calcem. De quibus Suidas v. Σημεῖα: ἃ φέρουσιν ἐν τῷ πολέμῳ ὑφάσματά εἰσι βαφῇ πεποικιλμένα, ἃ εἰς ἰδέαν μάλιστα δφεων εἴκασται, καὶ ἀπῃώρηνται κοντῶν συμμέτρων. Descripserat prius Marcellinus, l. XVI: *Purpureis sub tegminibus texti circumdedere dracones, hastarum aureis gemmeisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, et velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* GOAR.]

Iis imperatoriis flamulis seu vexillis propter cognationem nominis, adde vexillum S. Dionysii, Gallice *oriflamme* dictum, quod reges Galliæ summa religione secum in expeditiones educebant, de quo vide gesta Ludovici Francorum regis fol. 138, 144, et Rigordum de gestis Philippi Augusti regis fol. 186 ed. Pithœi.

Non possum hoc loco tacitus præterire Nicephori Gregoræ l. VII sinistrum et abjectum judicium de marchionibus Latinis, quos ait *non esse claros apud Latinos, sed eum dignitatis gradum tenere quem apud* Romanos (Cpolitanos) *tenet* ὁ τὴν βασιλικὴν σημαίαν ἐν στρατεύμασι κατέχων, et marchioni *perpetuo hoc attributum esse ut novo imperatori vexillum præferat.* Scilicet marchio Montisferrati, Misniæ, Brandeburgicus et similes apud Latinos majoris dignitatis non erant quam lampadarius aut is qui divelium aut flammula imperatoria apud Græcos imperatori præportabat; nec marchiones seu, ut Græci appellant, *marcesii* nomen hoc habent a *vexillo* seu *bando*, sed a limitibus tuendis. *Mark* enim Germanis limes est. Nam finibus defendendis præfecti erant, qui temporis progressu ad amplissimas opes latissimosque principatus emerserunt: qualis enim et quam potens marchio Brandeburgicus, marchio Badensis, marchio Onspachensis, marchio Moraviæ, marchio Burgoicus et alii? ipse etiam Nicetas Choniates, l. VII de rebus gestis **287** Manuelis *marchesii* Montisferrati nobilitatem et potentiam agnoscere et prædicare coactus est. GRETS.

Ibid. [*Τὰ τῶν δεσποτῶν, καὶ τῶν ἀρχόντων.*

Digitized by Google

lis sæculis hæc scripta quibus non modo reges et principes, sed et nobiliores equites alicujus vexilli sive bandi deferendi honorem ambiebant. Hinc nobilium Francorum *equites bandiferi, chevaliers bannerets.* Leo Tacticorum const. 5 : Φλάμουλα μεγάλα, φλαμουλίσκια τῶν κονταρίων, βάνδα διαφόρως βεβαμμένα. Habuerunt equites gregarii in contis flamula. Leo idem κοντάρια μικρὰ καβαλλαρικὰ, ἔχοντα λουρία κατὰ μέσον μετὰ φλαμούλων. Etiam in humeris minora sibi figebant flamula : Φλάμουλα μικρὰ ἐπάνω τῶν ζαβῶν κατὰ τῶν ὤμων.

Ibid. 17. [*Τῶν δημάρχων.* Aurigantium, qui quondam ludis circensibus Romæ palmam quærebant, factiones sive partes fuere quatuor, quæ a coloribus viridis, cærulei, rubri albique panni, quo donabantur, nomina acceperunt Prasinæ, Venetæ, Russatæ, Albatæ, de quibus Suetonius, Martialis, Juvenalis meminere, et omnium distinctissime Tertullianus Latinus, et in Anthologia Græcorum Epigrammatum ad l. v calcem pene extremam Thomas Patricius Græcus descripsere. Cum Circensium ludorum studio exercitia, nomina, colores factionum Roma Cpolim commigrarunt ; et ex dimicantibus in Circo factionibus populus quoque totus divisus in partes, quæ se quandoque mutuis cædibus, rapinis, injuriis consumpsere. Theophanes, Simocatta, Cedrenus; Zonaras et alii tumultibus illis et seditionibus jam a Zenonis temporibus per quædam deinceps sæcula continuatis scripta sua respersere. Consulet qui curiosius et diffusius hæc volet explicata. Unicus Balsamon longissimos historiarum tractus paucis perstringit in 24 canonem Trullanum. Τότε μὲν γὰρ, inquit, τῶν δήμων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, καὶ ποιούντων ταῦτα, ὅτε καὶ ὅπως ἠβούλοντο, ἐκ δαπανημάτων οἰκείων, ὡς καὶ ἐχόντων οἴκους καὶ ἱππῶνας καὶ μέχρι καὶ νῦν περισωζομένους καὶ προσόδους χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐξουσιάζοντος, πολλὰ στασιώδη καὶ ἄτοπα συνέπιπτον γίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱπποδρομίας κοιρὸν, τῶν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βενέτων, τῶν δὲ τῷ μέρει τῶν Πρασίνων. Ἐν καιροῖς δέ τισι καὶ πόλεμοι συνεκροτήθησαν ἐμφύλιοι μέσον ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τῆς βασιλείου περιωπῆς ἀναιδῆ ῥήματα οἱ δημόται ἀπηρεύξαντο, καθὼς ἀπὸ διαφόρων χρονικῶν τοῦτο παρίσταται. Partium illarum (quæ δῆμοι et δημόται, ut jam legimus et scribunt Theophanes et Cedrenus, vocantur) partium, inquam, capita ducesve δήμαρχοι et δημάρχαι quasi τῶν δήμων ἄρχοντες audiebant, popularesque sibi subditos vel affectos recensebant, vel etiam quandoque ad eos qui per civitatem oriebantur tumultus et seditiones ducebant. Simocatta VIII, 7 : Τοὺς δημάρχους ὁ αὐτοκράτωρ εἰσκαλεσάμενος εἰς τὰ βασίλεια, οὓς διοικητὰς τῶν δήμων εἴωθε τὸ πλῆθος ἀποκαλεῖν (ὀνόματα δὲ τούτοις Σέργιος καὶ Κοσμᾶς) ἐπυνθάνετο τῶν δημοτευόντων ἐπὶ λεπτοῦ τὸν ἀριθμόν. Ὁ μὲν οὖν Σέργιος ἐν χάρτῃ τὴν σύνταξιν τῶν ἐραστῶν τοῦ χλοάζοντος ἐνεχάραξε χρώματος, πεντακοσίους πρὸς τοῖς χιλίοις τυγχάνοντας, ὁ δὲ Κοσμᾶς τοὺς τῆς ἀντιθέτου αἱρέσεως ἑκατοντάδας ἐννέα συντέταχεν· εἰς δύο γὰρ χρωμάτων ἐφέσεις τὰ τῶν Ῥωμαίων καταπέπτωκε πλήθη. Zonaras in Phoca : Ὁ Φωκᾶς τὴν γυναῖκα Λεοντίαν Αὐγοῦσταν εὐθὺς ἀνηγόρευσε τῶν δήμων παρόντων. Τότε διὰ τόπων ἐν οἷς ἵσταντο ἀμφιβολίας γενομένης τοῖς Πρασίνοις καὶ τοῖς Βενέτοις στασιάζειν ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων. Πέμψας δέ τινας ὁ Φωκᾶς κατασκευάζειν αὐτοῖς τὴν στάσιν ἐπεχείρει. Ἑνὸς οὖν τῶν σταλέντων τὸν τῶν Πρασίνων ὑβρίσαντος δήμαρχον καὶ τοῦτον ὠθήσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο ἔκραζον. Et infra : Ἱππικὸν ἀγῶνα ἄγων **288** ἐθεάσατο σὺν ταῖς αὐτοῦ εἰκόσι καὶ τοῦ Πρίσκου καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Δομεντίας ἱσταμένας εἰκόνας, καὶ ἐκμανεὶς γεγονὼς ἀποτμηθῆναι τοὺς δημάρχους ἐκέλευσε· δεηθέντων δὲ τῶν δήμων μόλις ἀφῆκεν αὐτούς. Venetæ autem parti magis favisse imperatores semper sunt visi, eisdemque Prasinam minus affectam. Theophilo eam ob rem in theatrum venienti succlamabat illa apud Leonem Grammaticum : Καλῶς ἦλθες, ἀσύγκριτε φακτονάρη. Horum ne reliquiæ quidem ultimis sæculis licet remanserint, duces tamen, vel quivis alii in eorum locum subrogati, imperatori in publicum procedenti cum vexillis poterant astare ; iidemque sunt qui populum per contubernia, tribus, regiones et collegia divisum regebant, quos πρωτοπολίτας a Theophane scriptos observabis. Goar.]

P. 48. *Antidorum.* Inepte Junius *mutuum munus.* Nihil melius quam ipsum Græcum nomen retinere. Erat panis ex quo pro Eucharistia conficienda pars desecta, quique ante liturgiam per templum circumlatus fuerat. Is finita liturgia distribuebatur præsentibus benedictionis gratia, ut qui Eucharistiæ participes non fuissent, saltem de hoc benedicto pane participarent. Grets.

[Summa Græcorum erga ἀντίδωρον *communionis vicarium*, panem benedictum, religio est, ut si sacramentorum non est particeps, illud ipsemet, etiam imperator, ut hic vides, in ecclesia de manu sacerdotis sacris finitis accipiat. De eo nos in Euchologicis. Goar.]

P. 49. Pægniotæ Germanice *spielleute.* Grets.

[Corruptius pronuntiat vulgus παιγνιδιώτας, *lusores*, qui videlicet ludunt musicis instrumentis, et ea vel pulsant vel inflant.

Ibid. [Βυκκινάτορες scribit Theodotus in Jure GR. Choniates βύκανον, alii βύκινον. Goar.]

Ibid. Surulistæ a *surullio* instrumento musico. Quod num Junius recte in adnotationibus suis explicet, quis nos certos faciet ? Grets.

[*Symphoniaci cornicines, joueurs de cornets à bouquin.* Symphoniaca sive musica cornua, quibus etiamnum hodie ludunt Dervisides religiosi Turcæ, σουραύλια vocant Græci, Dervisides inflantes ejusmodi instrumenta σουραυλιστάς, voce, ut mihi

Digitized by Google

quidem videtur, præ σουρουλιστάς minus corrupta.

Ib. [*Ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῶν.* Barangi, quos non uno loco πελεκυφόρους dictos reperias, bipennes coram imperatore humeris solebant gestare. Anna Alexiad. IV : Τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑτερόκοπα φέροντας ξίφη παρακατασχών. Nicetas in Alexio II : Καὶ ἀπὸ τοῦδε οἱ μὲν δορυφόροι τὰ ἐπὶ τῶν ὤμων ἑτερόθηκτα ξίφη κατήνεγκαν. Anna rursus l. II : Συνήγαγε τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντας. GOAR.]

Ib. Βηλόθυρα. Infra, cum de coronatione imperatoris disputatur, aliquoties idem nomen occurrit, compositum ex *velo* Latino et Græco θύρα, *velotura* seu *velatura*, quæ est loco januæ. Reclamat Meursius : *Non est velatura, degeneri verbo Romano, sed* παραπέτασμα, *quod diductum januæ instar transeuntes transmittit.* Aristophanis scholiastes ad *Ranas :* Παραπετάσμασι ταῖς σκηναῖς, τοῖς Περσικοῖς βήλοις ἢ βηλοθύροις. Sed non video cur βηλόθυρον non possit esse utrumque, velum scilicet januæ, ut nomen ipsum indicat, et velum loco januæ. Etiam in Pontificum historia apud Anastasium occurrit, in Stephano VI : *Fecit velothyra* **289** *quatuor. Contulit velothyra serica tria in circuitu altaris.* Ubi absolute pro peripetasmate accipi videtur. Ibidem pro προθύρου codex alter Boicus βηλοθύρου, et rectius meo judicio. GRETS.

Ibid. [Πιλατίκια vocat auctor pannos palmaris longitudinis, mensuræ nimirum a pollice ad minimum digitum manu extensa interceptæ, latitudinis vero ipsius manus, quatuor videlicet digitorum. Ita hujusce cap. p. 54 πιλατίκια hujusmodi demonstrat ἀπῳρημένα. *Conto* itaque erant affixa. *Contus* autem ille seu *pilum* potius, unde πιλατίκιον, illud est quod σκῆπτρον dicit. Uno igitur verbo πιλατίκιον est exile vexillum (*une banderole*) pilo seu virgæ appensum. Confirmat expositionem Theophanes, ubi σκήπτροις, quæ πιλατίκια vocat hic auctor, *vexillorum* affigit sensum: Ὁ Λέων Μάνην μετὰ τῆς βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατευμάτων καὶ σκήπτρων, καὶ βάνδων εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐκπέμπει. Vide τὸ σκῆπτρον hic minime referre; quæ namque detulerunt aut miserunt imperatores antiqui sceptra ? vel quæ consuetudo Romanis ducibus concessa edocuit? Triodium : Ἐπὶ βασιλέως παρουσίᾳ προπορεύονται τὰ ἐκείνου σημεῖα καὶ σκῆπτρα. Subditur : Μέλλων ὁ Χριστὸς μετὰ δόξης προελθεῖν διὰ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας προπέμπει τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ, τὴν βασιλικὴν σημαίαν, τὸν ζωοποιὸν σταυρόν. Observa τὸ σκῆπτρον τῇ σημαίᾳ compositum, ac velut rationis unius signum et regiæ majestatis argumentum proferri. Theophanes in Leone Copronymi : Προῆλθε δὲ ἡ βασίλισσα Εἰρήνη μετὰ τοῦ προελθεῖν τοὺς βασιλεῖς, ὁπλισευομένη ὑπὸ τῶν σκήπτρων διὰ τῶν σχολῶν. Σκῆπτρα velut sibi propria deferebant circa Irenem scholæ: at non adeo sceptra quam banda vexillaque sunt scholis accommoda. Theophanes rursus in Michaele Theophili F. eo Basilium propriis ma-

nibus coronante narrat πεπτωκέναι τὰ σκῆπτρα, ὡς ἔθος, *inclinata demissaque fuisse* non regia sceptra, sed *bellica signa vexillaque* in subjectionis et erga recens coronatum Basilium obedientiæ argumentum. Ex quibus σκῆπτρα *minora vexilla* vocamus; sicut βάνδα *majora ;* utraque vero βασιλικῆς τιμῆς καὶ στρατευμάτων σημεῖα. Fateor illustrissimo Cyrillo Trapezuntis præsuli et Antonio Cralis lectori CP, πιλατίκια proindeque σκῆπτρα *clavas ex auro et argento* principibus præferri solitas interpretantibus, præmissa non omnino displicere: at cum πιλατίκια capitis, quod exponimus ad p. 54, scribantur μαργέλλια ἐκ σύρματος, quæ nonnisi pannos auro textos indicant, et solidæ ex auro vel argento clavæ nequeant palmari descripta mole e collo commode pendere, quam ex propositis sententiis certiorem eligat æquus lector judicabit. Certe cum ἀπελατίκια nonnunquam legant regia, ea vero clavas interpretari cogant τὰ μετὰ χεῖρας ἐκ σιδήρου ἀπελατίκια apud Nicetam in Manuele l. 5, hæc mihi ceu æquior secunda sententia recipitur. GOAR.]

P. 50. Ζωῦφιον animalculum, ut *musca*, *vermis*, *araneus*. Junius ζούφιον edidit, et stulte admodum Arabicum esse dicit, stultiusque adhuc suum hoc Arabicum ζούφιον interpretatur.

Ibid. Ut veterem notionem diadematis assequaris, inspice nummos, quos cum alii vulgarunt tum ego tom. III de S. Cruce l. I. Notanda autem sunt hæc quæ hic de distinctione *diadematis* et *stemmatis* et *zonæ militaris*, adeoque de *torque* traduntur. GRETS.

Ibid. [*Saccus* vestis est, ut patriarchæ, ita imperatori propria. Utrumque æneis figuris et nostro sumptu in Euchologicis descripsimus. Superest hunc verbis rudi Minerva delineemus. Talaris tunica ex villoso serico totum corpus obtegens, nullisque sinuum undis circa illud ludens aut mota, verum nonnihil angusta, liberos ut videtur incessus non permittens, **290** ac denique sacci figuram referens, *saccus* est. Rubro colore tingit ms. Tilianum, Regium Sandionysii, Manuelis ultimi Joannisque filii imperatorum totam effigiem repræsentans, violaceo. Uterque purpureus habetur et imperatorem decet. GOAR.]

Ib. Φυάλιν. Ita scribitur apud Codinum. Integrum est φυάλιον, *velum. Viri docti*, hoc est Junius, inquit Glossarium, *interpretantur vitream carbasum. Non assentior. Recentiores Græci crassiores pronuntiatione et* πλατυάζοντες *sic efferebani velum Latinorum.* Germani quoque vocant sacrum velum, quo moniales velantur, *ein weihel* seu *weil*, manifesta ex vocula *velo* origine. GRETS.

[Φιάλην ad me scribit Georgius Coresius Chiensis, eamque vocat πολυχρώματον ὑφασμένην καὶ πεπλεγμένην καλύπτραν, *capitis tegimen variis coloribus intertextum.* An ob pennas vel volitantes mobilesque gemmas φυάλην fontanam machinam grandinem aquarum superne eructantem fuerit

Digitized by Google

imitata, alius judicaverit. De phyala fonte in Euchologicis disseruimus. GOAR.]

P51. Tropæuchia a *tropæo* seu trophæo. GRETS.

[Tropæa sonat hæc dictio triumphosque, nec immerito: refert enim augustum illud et pretiosum tegimen capitis candicans et gemmis ornatum, quo de parta victoria lætabantur imperatores. Coresius in rescriptis. GOAR.]

Ib. Justinianeum a Justiniano imperatore, qui quali tegmine capitis usus sit, apparet aliquo modo ex antiquis numismatis, quorum nonnulla lectori spectanda proposuimus tom. III de S. Cruce, I, 20. Ibidem dixi, Justinianei formam esse quam ibidem repræsentatus nummus antiquus exhibet. Improbat hoc Nic. Alemannus in commentario ad arcanam historiam Procopii, quia ante Justinianum Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius et Justinus eamdem πτερωτήν, *cristam*, in galea gestarunt, ut in eorum numismatis apparet; atque illa est quam τροπαιουχίαν vocatam idem Codinus affirmat. Verum ut Justinianus integras urbes et res alias a suo nomine ambitiose nominavit exstinctis priscis appellationibus, ita et huic capitis φορέματι seu gestamini suum nomen imponere potuit, licet ab antecessoribus suis etiam usurpatum fuisset. At Justinianeum hoc diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civicum; quo et in sacris et in ecclesiis utebatur. Sed et Codinus satis indicat tropæuchian et Justinianeum et alia arbitrio imperatoris tam domi qua alibi gestata: ait enim: Ἐπὶ δὲ κεφαλῆς φορέματα διάφορα, ποτὲ μὲν τὸ ὀνομαζόμενον τροπαιουχίαν, ποτὲ δὲ Ἰουστινιάνειον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπέρτερον etc. Ἀπὸ μὲν οὖν τοιούτων φορεμάτων φορεῖ ὁ βασιλεὺς οἷα ἂν βούλοιτο. Ex quibus Codini verbis liquet imperatorem varia habuisse capitis φορέματα, et arbitratu suo nunc hoc nunc illud gestasse. Justinianei formam nobis Alemannus exhibet ex tabula quadam, quæ opere musivo Ravennæ exstat: non negaverim Justinianum tali capitis tegumento usum: sed hoc esse ipsum Justinianeum ex tabula illa probari non potest. GRETS.

291 [A Justiniano acceptam καλύπτραν ejus numismata et antiqua statuarum monumenta, si quæ supersint, scriptis clarius edocebunt. GOAR.]

Ibid. Pro ὑπέρτερον libenter legerem ὑπέρπυρον, ut sit gestamen capitis instar ignis flammans. GRETS.

[*Καλύπτρας*. Hujus nomen innuisse et figuram repræsentasse videtur Cedrenus in Basilio: Στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος. Ὑπέρπυρον legendum suggerit Gretserus. Non ignare, me hercule. Legit enim idem Coresius dum rescribit: Τὸ ὑπέρπυρον tegimen est capitis, hostilis sanguinis effundendi omen, regii furoris in adversarios profecturi signum, eximia purpura fucatum, quo se imperatores vel belli tempore vel in ipso conflictu velabant. Illud fortasse πύρσης nomine Nicetas voluit intelligi, ubi de tumultuaria Andronici in solium promotione, Ἄλλοι δὲ τὴν καπνηράν, inquit, καὶ πυραμοειδῆ ἐρέαν τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενοι πυρσὴν αὐτῷ περιέθεντο, καὶ στολὴν βασιλικὴν ἐνέδυσαν ἕτεροι. GOAR.]

Gestaminibus quæ imperator fert in capite, adde etiam illud quod Georgius Acropolita, magnus logotheta, in suo Chronico appellat *pyramidem*, ubi de Isaaco imperatore a Bulgaris devicto agit p. 22: *Et hoc tempore*, inquit, *Bulgari tantis Romanorum spoliis acquisitis superbius insolentiusque se gerebant*: Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ καιριώτερα· τάς τε γὰρ τοῦ βασιλέως τὰς πυραμίδας ἀνελάβοντο. Ad quæ interpres Theodorus Dousa: *Πυραμὶς erat pileus acuminatus, instar pyramidis, Orientalium principum gestamen. Cujus postea iterum auctor meminit*: Καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. Cantacuzenus, 1, 5, pileum hunc seu tiaram ab inserto unione seu lapide pretioso synecdochice nominat τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον. Et 4, 37, hæc eadem tiara est Cantacuzeno λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. Est symbolum imperii 1, 5. Quocirca diversum forma fuisse oportuit illum quem fugitivus Andronicus Comnenus imperator induit, licet pyramidis quoque speciem præ se ferret: Πῖλον γὰρ βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὀξὺ λήγων πυραμίδι εἴκασται, τὴν βασιλικὴν εἴσεισιν αὖθις τριήρη, ut ait Nicetas l. II de Andronico Comneno. Grande tamen aliunde inter hunc barbaricum pyramidalem pileum et illum alterum imperatorium intercessisse oportet, cum Andronicus hunc barbaricum, ne agnosceretur imperator, assumpserit: sicut et turbinati illi pilei, σχῆμα πυραμίδος ἔχοντες, quibus proceres in aula Cpolitana utebantur, utique ab imperatoris καλύπτραις seu tegumentis in pyramidem fastigiatis discrepabant. Vide Gregoram ad calcem Historiæ.

Græci, recepta a Latinis Cpoli, inter Balduini II imperatoris symbola repererunt calyptram forma Latinis usitata constantem et unionibus distinctam cum lapillo rubri coloris in vertice capitis, ut in Pandecte scribit Leunclavius ex Prætore Græciæ historico inedito.

Basilius Porphyrogenitus apud Zonaram triumphat τιάρᾳ ταινιωθείς ὀρθίᾳ, ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος, **292** inquit Zonaras. Addit etymon, nescio quam vere: Τοῦφον οἶμαι ὠνομασμένην ὡς τετυφωσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτῃ ἀναδουμένους. Quæ est magis pia quam vera originatio. Cedrenus de eodem ejusdem Basilii triumpho: Στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθριάμβευσεν ἐστεφανωμένος. Cristata nimirum corona propter *tuphan* seu *flammulam*, qua insigniebatur, quam Cedrenus vocat λόφον, ob quam vulgus tiaram istam *tuphæ* nomine affecit. GRETS.

P. 51. [*Σταυρόν*. Duo sunt imperatoris sceptra

Digitized by Google

σταυρὸς καὶ νάρθηξ, *crux et ferula*. De quibus Symeon Thessalonicæ episcopus : Μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν εἰς δεῖγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν, ὅπερ χοῦς ἐστι σημαίνων τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὴν ἐκ τούτου ταπείνωσιν, καὶ ἔτι ῥάβδον λαμβάνει, οὗ βαρεῖάν τινὰ καὶ σκληρὰν, ἀλλ' ἐλαφρὰν καὶ μαλακὴν διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πραότητι καὶ μὴ ὀργίλον καὶ φθαρτικὸν, μηδὲ συντρίβον καὶ ἀφανίζον. Illud porro mirum, ligneum tantum utrumque CP. imperatorum fuisse sceptrum. De narthece res est indubia : cruci ligneæ effigies Manuelis eam manu gestantis attestatur in Sandionysiaco et Regio ms. : in eo siquidem crucis virga citrino tantum colore picta, crux autem in extremo fixa auro picta conspicitur. Eumdemque auctor clarioribus omni colore verbis depingit, ubi superius de primicerii baculo c. 4, p. 19, v. 16, ait : Δικανίκιον αὐτοῦ ξύλον κεχρυσωμένον, οἷον τὸ τοῦ βασιλέως. Δικανίκιον etiam vocatum. GOAR.]

Ib. De blatio jam supra diximus l. II, c. 5, ad p. 18. GRETS.

Ibid. [*Κώδικι ἐοικὸς δεδομένον μετὰ μανδυλίου.* Græcorum imperatorum effigiem pictam ni lector viderit, vix hæc percipiat. Illi longiorem fasciam margaritis ornatam velut humerale ab humeris retro pendentem a dextro latere ante pectus recipiunt et sinistro brachio superponunt ; ea vero parte qua manum attingit, adjunctum et assutum habet rotundum sacculum, κώδικι ἐοικός, involucrum nimirum volumini complicato sive potius involuto simile, quod est illud βλάτιον ἔχον χῶμα ἐντὸς καὶ καλεῖται ἀκακία. Fascia vero seu μανδύλιον, linteum oblongius *mantile* dictum referens, ipsa quoque μανδυλίου sortitur appellationem. Quo observato visaque imperatoris figura, quid sit imperatorem ἐν τῇ ἀριστερᾷ φέρειν βλάτιον κώδικι ἐοικὸς μετὰ μανδυλίου δεδεμένον, relinquitur manifestum.

Ib. [Κόνιν ἄμμον, et χῶμα distinguunt ex judicio hodierni: κόνις *pulvis* est, ἄμμος *arena*, χῶμα *terra frugifera* satis et plantis idonea. Suidas χῶμα, χοῦν. Hinc tibi Annæ Comnenæ l. II obscurus locus lucem accipit. Extraneos milites a terrigenis, sive melius dicas, alienigenas ab indigenis distinguit. Illos ἑταίρους, hos indigitat ὁπόσους ἐκ τοῦ χώματος, *quotquot sunt e propria terra nati*. L. III hic alius illustratur :Οὐ πλείους τριακοσίων στρατιωτῶν ἦσαν, καὶ τούτων ἐκ τοῦ χώματος. Ergo si involucrum manibus imperatoris gestatum χῶμα contineat, quid aliud quam terram, cujus symbolo innotescit humilitas, intelliges ? GOAR.]

Ibid. Acacia quid sit, oculis intueri licet in imaginibus imperatorum præfixis Nicephoro Gregoræ, et in nummo Theodosii Magni, quem habes tom. III de S. Cruce l. I, tametsi Baronius existimat gestamen illud Theodosii Magni esse sacrum Evangeliorum codicem. Ibidem pro acacia suspicabar legendum ἀκία : sed vulgata scriptura retineri potest, imo debet ; et est acacia *innocentia* et Acacius *Innocentius*. Mandylium suos natales etiam nemine admonente prodit.

Imperatoris itidem insignia erant *purpurea* πέδιλα, quæ nunc **293** calcei, nunc sandalia, nunc ocreæ, nunc crepidæ vertuntur. Et quidem ἐρυθρά *rubra*, κόκκινα seu κοκκοβαφῆ *cocco tincta*, non sine aquilis ; quæ et τζάγγαι seu τζάγκαι dicebantur, usque ad genua pertingentia, si fides Procopio l. III De ædificiis Justiniani. Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Posteris temporibus idem honos principi Bulgariæ concessus, inter cujus insignia erant *aurea corona*, ut est apud Joannem Curopalatam in Tzimisce, καὶ τιάρα νενησμένη ἐκ βύσσου, καὶ πέδιλα ἐρυθρά, quæ Zonaræ sunt φοινικόχροα et Nicetæ in Joanne Comneno φοινικοβαφῆ. Idem Bulgarorum princeps Græcis βασιλεύς appellabatur, ut liquet ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam, quo nomine ne imperatorem quidem Occidentis dignabantur, quem ῥῆγα indigitabant. Ex calceis purpureis et aquiliferis agnitus est inter cæsorum cumulos et tumulos Constantinus ultimus Cpoleos imperator. Phranzes, 3, 18. Has crepidas ἐρυθράς, ut eas appellat Gregoras l. 3, quemadmodum et purpuram, statim arripiebant illi qui imperium invadebant. Quapropter de Theodoro Comneno capta Thessalonica Georgius Acropolita in Chronico : Πορφυρίδα τε ὑποδύεται καὶ πέδιλα ἐρυθρά. Obitque *strenue imperatoria munia, creando despotas, sebastocratoras, magnos domesticos, protovestiarios et id genus alios.* Quibus ante omnia invasores sceptri imperatorii privabantur, quam primum in legitimorum dominorum potestatem veniebant. Coronam imperatoriam nemo sibi sumebat, sed in coronatione seu inauguratione sua a patriarcha accipiebat. GRETS..

P. 51 et 54. Pilaticia accersuntur a Cyro Persarum rege, imo a Medis, quorum rex et judices talia pilaticia ex collo dependentia gestarint tanquam juridici honoris et officii insignia. Quidquid sit de re, vocabulum videtur Latinum a *pilo*, hoc est *telo*. Nam quod Junius ex Orientalibus linguis id deducit, quibus ait *pilaticum esse disquisitionis et accuratissimæ cognitionis monumentum*, id ideo fecit ne nesciremus quam feliciter supra ζωῦφιον ex Arabico formarit ; non impari felicitate pilatici ex Oriente nobis nunc advehit. Vide tom. III de S. Cruce, I, 13. Ubique autem scribendum πιλατίκιον, non ἀπελατίκιον, sceptri genus, quod palatini certi gerebant quemadmodum alii multi τὸ δικανίκιον, supra l. 2, c. 6. GRETS.

Ib. [*Ἀρχοντόπουλον ἀσκεπές.* Gregoras ad Historiæ calcem : Περί γε μὴν τῆς ἐπὶ κεφαλῆς καλύπτρας, ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, σηρικοῖς δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα καλυπτομέναις, ὅσοι δ' ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας

Digitized by Google

καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. Subdit Andronici Junioris ætate pileorum quæ luberet acceptam a proceribus formam, juvenes vero etiam tecto capite palatium frequentasse.

P. 53. [*Προσφόρους λέγοντες στίχους. Versus* ut celebratæ festivitati congruos, ita simul proprias imperatoris laudes et subditorum in **294** illum vota capientes. Quorumdam hujusmodi sensum acerbiore in imperatorem Nicephorum motus bile retulit in sua legatione Luitprandus. Leo Grammaticus aut quivis alius in Leone Armenio : Ὑπὸ πάντων ἐδοξάζοντο, καὶ οἱ δῆμοι ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἕκαστον ἦχον πρὸς εὐφημίαν αὐτῶν πᾶσαν ἡδονὴν κολακείας παρέχοντα. Observa musicos tonos a Græcis octo numerari, et ad singulorum inflexionem poetica opuscula referuntur decantata. Vide, si tanti est, Euchologium nostrum v. ἦχος.

Ibid. [*Ἡ εὐφημία τῶν ὀνομάτων.* Pronuntiatis eorum nominibus nuncupantur vota, quorum forma hæc est ex Euchologio et aliis : Ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων θεοσέπτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἡμῶν Ἀνδρονίκου καὶ Μιχαὴλ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Et Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ δεσπότῃ ἡμῶν Ἀνδρονίκῳ πολλὰ τὰ ἔτη. Anna de se ipsa l. 6 : Κἀγὼ εὐφημεῖσθαι ἔμελλον. Κωνσταντῖνον καὶ Ἄνναν ἐν ταυτῷ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς εὐφημίας καιροῖς οἱ τῆς εὐφημίας προεξάρχοντες. Goar.]

P. 54. *Διὰ σιτανίων* vel *σητανίων. Ex sericis filis.* Nam Italis *seta* est sericum, unde nuperi Græci suum *sitanium* seu *setanium* procuderunt ; nisi quis malit a Latino *seta* deducere ; quasi pilaticia illa de setis suspensa fuerint. Germani chordas seu fides vocant *saiten*, aperte a *seta*. Sed Glossarium v. σιτάνιον et v. γαϊτάνιον putat legendum rescribendumque διὰ γαϊτανίων, ex *cingulis* seu *zonis* : nam γαϊτάνιον est cingulum. Non assentior : facerem, si crisis hæc aliquo ms. exemplari adjuvaretur. Grets.

[Hallucinatio oculi σιτανίων, ειτανίων vice, prout habent Regia, legentis. Sunt autem ειτάνια, a vulgi quibusdam γαϊτάνια, ab aliis γαθάνια pronuntiata, ornatiores *vittæ* sive *tæniolæ*, vestium laciniis ad invicem colligandis vel componendis nodis, et ad ornatum assutæ, vel denique ut ex iis aliud ad decorem pendeat.

Ibid. [*Παλαμιαῖον.* Quatuor manus digitorum mensura. Goar.]

CAPUT II.

Observationes et explicationes in caput 7, *quod est de mensa imperatoris.*

P. 55. Faustas acclamationes suaviter ridet Græcorum haud summus amicus Luitprandus. Grets.

Ibid. [*Ὅσοι φοροῦσι.* Habes illos distincte enumeratos notis, c. 3.

Ib. [*Ὁρίζει.* Recentior phrasis, qua virum honore vel cultu dignum aliquid facere vel dicere exprimunt. Ὁρίζει ὁ βασιλεὺς non *jubet*, sed *dicit* vel *facit imperator.*

P. 56. [*Προσκυνοῦσι.* Pro muneris more certum cultum imperatori palatini proceres exhibuere. Phranzi in logothetam clam instituto dicit imperator apud Pontanum interpretem : *Tu magnus logotheta esto : tantum ne me pro more officii tui adores.* Goar.]

Ib. Potestatus, ab Italico *potesta*, et hoc a Latino *potestas*, significat præfectum seu præsidem seu prætorem, qualis et iste Genuensium erat.

Prolixa quidem, at huic loco congrua Gregoræ narratio, quam **295** habet 4, 9. Singulis diebus Dominicis ad imperatorem colendum Genuenses Venetosque in palatium convenisse testatur Cantacuzenus 1, 12. De Pisanis CP. habitantibus iterum sermo fit a Niceta Alexii tertii l. 3.

Ib. v. 19. Colicium seu collicium, idem quod κόλλις et κόλλαβος, nempe genus quoddam panis rotundi, ut inquit Junius, et delicati. Grets.

[Κολίκιον panis rotundus ac in coronæ modum contortus. Goar.]

P. 57. Κόνσουλος ex Latino *consul*. Ita vocabatur qui Pisanis Cpoli præerat. Eodem nomine Anconitani suum præfectum salutabant. Et hodie Tripoli Alexandriæ Cairi seu Memphi mercatores et negotiatores Gallici suos habent consules.

Ib. Virgo hodie. Contacium hoc fecit Romanus melodus contaciorum auctor, et exstat in Menæo 25 Decembris. Integrum ita habet :

Ἡ Παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει,
Καὶ ἡ γῆ τὸ σπήλαιον τῷ ἀπροσίτῳ προσάγει.
Ἄγγελοι μετὰ ποιμένων δοξολογοῦσι,
Μάγοι δὲ μετὰ ἀστέρος ὁδοιποροῦσι·
Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον, ὁ πρὸ αἰώνων [Θεός.

P. 58. Μίνσος a Latino *missus*. *Ferculum* verti, quia missus non sunt Latinis singula fercula, sed ferculorum quamplurium illatio et appositio. Hic autem singulis singula tradebantur fercula, non integri missus. Grets.

[Joannes Citri in Respons. Juris GR. l. 5 : Μίνσον τὸ καθ' Ἕλληνας μὲν τὸ κανοῦν δηλοῖ, κατὰ δὲ τὴν Ἰταλὴν γλῶσσαν τὸ πεπραγμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδεστόν. Κατὰ τοῦτο γὰρ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ὀθόνια μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης καὶ τῶν μίνσων τιθέμενα. Quam opipare porro μίνσους sive fercula e sua mensa distribuerit Isaacius Angelus, declarat Nicetas p. 579 Goar.

Ib. Βρύσος vel βρύση fons est, a βρύω quod est *scaturio*. Hinc βρύσις, quasi dicas *scaturitio*. Grets.

[Βρύσην dicunt communius *fontem*. Glossæ Græcobarb. Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν, ἤγουν αἱ βρύσαι τοῦ ἀσημίου λαλοῦσιν. Curopalates refert locum Βασιλαχίου βρύσην dictum, ubi ab effossis Basilacii oculis sanguinis *fontes* eruperunt. Goar.]

Ib. Μετὰ τὸ δεῖπνον. Post cœnam, melius quam post prandium, ut Junius, quia mensa illa vere

Digitized by Google

cœna erat : erat enim jejunium vigiliæ Nativitatis Domini.

P. 59. *Postero die.* Hactenus percensuit Codinus quid in vigilia nativitatis fieri consueverit : nunc quid in ipso festo agatur, exponit. GRETS.

Ib. [*Τὴν τεσσαρακοστήν.* Christi natalitia severiori jejunio quadraginta diebus protracto monasticæ leges et pia quorumdam devotio præveniunt. Jejunium illud σαραντάμερον vulgus, correctior lingua τεσσαρανθήμερον vocat. Τεσσαρακοστὴν observo ab auctore nuncupari : at nude et omnino jejune, ut hujus abstinentiæ temporis ab alio Paschalia solemnia **296** præcedente, et ἁγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή dicto, discrimen assignet. GOAR.]

Ib. Græci non tantum ante Pascha sed et ante alia festa præcipua, ut est Natalis Domini, quadragesimam præmittebant, sed quadragesimam non re, sed solo nomine, utpote jejunio paucis diebus circumscripto. Id disces ex Balsamone, qui in responso ad 53 quæstionem Marci patriarchæ Alexandrini ita scribit : *Nos defendimus jejunia necessario præcedere hæc quatuor festa, nimirum festum sanctorum apostolorum, Natalis Christi, transformationis Christi et Dei nostri, et obdormitionis sanctæ Deiparæ, sed tantum septem dierum. Unum enim est quadraginta dierum jejunium sancti et magni Paschatis. Quod si quis plus quam septem diebus circa festum sanctorum apostolorum et festum natalis Christi jejunet, seu sponte seu ordinis sui regula impulsus, non vituperabitur. Quomodo autem et propter quid ante unumquodque horum quatuor festorum jejunare debeamus, declaratum in synodali decisione de eo a nobis facta. Qui igitur non jejunant ante unumquodque horum quatuor festorum, sine ulla omnino excusatione magnis emendabuntur pœnis.* Eadem tradit Balsamon in responsis ad interrogationes quorumdam monachorum, quæ exstant post Nomocanonem Photii.

Græci quiritabantur hæc jejunia a Latinis non observari, ac proinde hac etiam ex parte cum iisdem concordiam iniri non posse. *Instituta et mores omnes diversa omnino sunt,* inquit Marcus Ephesius, *jejunia et ritus ecclesiastici et similia. Quæ ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifestum apparet signum? Et quomodo uniti sunt, qui sua retinere volunt? Hac enim lege suum ad unionem præbuere assensum, quamvis a Patrum traditionibus desciverint.* Respondet Gregorius protosyncellus in apologia pro concilio Florentino, quæ exstat ad calcem ejusdem Florentini concilii in edit. Romana Græco-Latina : *Nescit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir varios in hac etiam magna urbe Cpolitana servari mores, jejuniorumque ac rituum ecclesiasticorum esse diversitates. Namque ante Christi Natalem sunt qui ordiuntur jejunium ex die* 15 *Novembris, alii ex die* 6 *Decembris, alii ex* 20; *ad honorem quoque Ascensionis Christi quidam jejunare incipiunt ex Kalendis Maii, et alia ab aliis jejunia observantur.*

A *Nam et ipso sanctæ ac magnæ Quadragesimæ tempore diebus Sabbati ac Dominicæ multi vescuntur piscibus, aliis quoque alii diebus ; sunt etiam qui iis omnino se abstinent. Quid ergo? dicemusne illos fide etiam inter se dissidere? In ritibus quoque ecclesiasticis consuetudo est varia : nam Cpolitana major ecclesia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero majora monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio sacerdotum sæcularium ecclesiæ. Quin et Tabennesiotæ in uno eodemque cœnobio varios jejunandi psallendique modos habebant, aliis per biduum jejunantibus, aliis per hebdomadam, et his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus ; quod fiebat etiam in monasterio Acœmetorum.* Subdit Gregorius: **297**

B *Mirum porro fuerit cur iste vir et linguæ diversitatem et varium indumentorum genus vitio non verterit ; aut quod illi flectant genua cum adorant et orant, servantes morem antiquitatis, nos vero minime.*

Porro qui Natali integram quadragesimam præmittebant, ii auspicabantur a 14 die Novembris, ut monachi, quos ad hoc peculiaris regula obligabat. *Monachi,* inquit Balsamon, *qui suarum fundationum constitutionibus coguntur amplius jejunare, scilicet a festo Omnium sanctorum et a* 14 *mensis Novembris, vel inviti cogentur sequi statuta suarum fundationum, quoniam hoc est canonicum et salutare ; quemadmodum et laici, qui sua sponte ita jejunant, laude et gratiarum actione digni habebuntur.*

C Quod dicit de festo *Omnium sanctorum,* id referendum est ad jejunium ante festum omnium apostolorum, quod Græci celebrant ultimo die Junii, cujus principium erat festum Omnium sanctorum, quod Græci celebrant prima Dominica post Pentecosten : cum autem Pentecoste sit festum mobile, necessario etiam festum *Omnium sanctorum* est festum mobile apud Græcos, nunc in Maio, nunc in Junio occurrens. Quo fit ut jejunium illud ante apostolorum festum etiam apud monachos aliquando brevius, aliquando longius fuerit : brevius, si Pentecoste in Junium incidisset, longius, si in Maium. Vide Typicum Sabæ.

Observandum et hoc, Græcos commemorationem omnium fidelium defunctorum agere feria quinta D ante Pentecosten, ut constat ex libro rituali Nicephori, qui Pentecostarium inscribitur. GRETS.

Ibid. [Ἀπόκρεων, *carnispirium,* celebrius unum habent Græci, Dominica sexagesimæ, et κρεωφάγον *carnivorum,* si ita proferre liceat, diem solemni Paschatis festo. Ut vero sacris mysteriis corporis et sanguinis Christi participaturi jejunium septem vel quinque saltem dierum præmittere lege jam olim posita usuque memoriam omnem prævertente recepto tenentur, ita non unum ἀπόκρεων vel κρεωφάγον diem per annum, sed quatuor, more magis usitato numerant. Celebratur hic natalium et resurrectionis Christi, tum dormitionis Deiparæ festo, ille quoties jejunium ante memorata solemnia, ob secuturam communionem, auspicantur. Tomus

Digitized by Google

unionis inter Constantinum Porphyrogenitum et ejus socerum Romanum Juris GR l. II : Τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀξιωθήσεται τῆς ἀπολαύσεως τῶν θείων μυστηρίων, ἅπαξ μὲν ἐν τῇ σωτηριώδει τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσει, δεύτερον ἐν τῇ κοιμήσει τῆς ἀχράντου δεσποίνης Θεοτόκου, καὶ τρίτον ἐν τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ τοῦ Χριστοῦ, διὰ τὸ ἐν ταύταις προηγεῖσθαι νηστείαν. Hinc percipis cur carnes post jejunium delibaturi πασχάζειν se dicant, quod communione, quæ verum pascha est, præmissa corpus etiam paschali cibo reficere aggrediantur. De Græcorum jejunio uberior est dissertatio nostra ad Euchologica, in qua jejunium apostolorum, de quo Gretserus hic, quodque minus frequentata eo die communione parum observatur, includimus. Transfigurationis porro, quod memorat Balsamon, apud Gretserum, jam antiquatum est, vel certe quindenis ante Deiparæ dormitionem carnis comestione diebus orbatis comprehenditur. Goar.]

P. 60. *Ad circumstationem.* Cujus imaginem vide depictam a Corippo poeta Africano de laudibus Justini III, 158 — 169.

Integrum idiomelon exstat in Menæo 25 Decembris et ascribitur Joanni monacho.

298 *Μάγοι Περσῶν βασιλεῖς, ἐπιγνόντες σα-*
[φῶς
Τὸν ἐπὶ γῆς τεχθέντα βασιλέα οὐράνιον,
Ὑπὸ λαμπροῦ ἀστέρος ἑλκόμενοι ἔφθασαν ἐν
[Βηθλεέμ.
Δῶρα προσφέροντες ἔγκριτα, χρυσὸν καὶ λίβα-
[νον καὶ σμύρναν.
Καὶ πεσόντες προσεκύνησαν· ἴδον γὰρ ἐν τῷ
Σπηλαίῳ βρέφος κείμενον τὸν ἄχρονον.

Est autem idiomelon proprii festi canticum. Idiomela ubique in libris ritualibus Græcorum obvia sunt. Inepte Junius hic scribit ἰδιώμελον per ω, infra ἰδιόμελον per ο μικρόν, ut originis et compositionis ratio postulat; planumque fit ex Menæis, ubi nulla ἰδιώμελα, nisi forsan errore typographico, sed mera ἰδιόμελα reperies. Grets.

Ib. [Ἰδιόμελον *canticum feriæ proprium*, ait Meursius. Verum ἰδιομελῳδεῖ, *sibi ipsi cantat*, quia solus se audit. Est itaque *proprii cantus modulus*, qui nimirum *proprio ac privato modulandi genere occinitur*, hacque ratione τροπαρίῳ *ad alterius cantum inflectendo* opponitur. Vide, si quid mereantur, Euchologica. Goar.]

P. 62. *Fercula humi posita.* Junius nobis persuadere contendit ponere fercula ἐπ' ἐδάφους, id est humi, idem esse quod ponere super mensam, quia mensa est etiam ἔδαφος seu *solum* seu *sustentaculum*. An vigilans ista scripserit Junius equidem dubito, cum Codinus expresse dicat domesticos τοῦ δομεστικίου μίνσους κειμένους ἐπ' ἐδάφους, *humi vel in pavimento positos*, ex solo levasse in mensam imperatoris, et hujus faciendi tunc tantum et alias nunquam potestatem habuisse. An quod jam est in mensa, dicitur levari in mensam? et supra, domestici isti τιθέασι τοὺς μίνσους ἐπ' ἐδάφους. In quo Calepino reperit Junius ἔδαφος esse vel significare mensam?

Ib. Τὸ μινσάλιον, *mappa mensæ*. Citrius in Responsis : Καὶ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλούμενα ὀθόνια μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης καὶ τῶν μίνσων τιθέμενα.

P. 63. Pro ἰσοπέδιον reponendum est σουππέδιον *suppedium*, scabellum pedum, usurpatum a Niceta Choniate et ab aliis, ut docet Meursius in Lexico. Scribitur etiam σωπέδιον et συπέδιον. Grets.

Ibid. [Miror cur non primam et germanam lectionem ἰσουπέδιον reliquerit Gretserus. An non Græcos auctores Græcis potius quam Latinis par est uti vocibus? Σουππέδιον vero Latina, ἰσουπέδιον vel εἰσουπέδιον Græca vox est, quam communi consensu tuentur Regii codices. Utramlibet vero sequaris, *suppedium* sive *scabellum pedum* interpretabere, cujus vice σκιμποδίσκον et ποδῶν θρανίδα scripsit correctior Nicetas in Alexio II et Isaacio Angelo, in CP. nimirum statu. Prior locus est ἐπί τινος μετεώρου σκιμποδίσκου κατὰ τὸν Μάκρωνα παρευρεθέντος στὰς αὐτός : cujus alia lectio reponit ἐπί τινος μετεώρου σουπεδίου. Alius τὰ δὲ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων θεῖα εἰχάσματα εἰς ἕδρας καὶ ποδῶν θρανίδας παρῆγον; substituit alia εἰχάσματα εἰς ποδαρούλια καὶ σουππέδια κατεσκεύαζον. Σωπέδιον et σοπέδιον legit adhuc Meursius hoc eodem verbo, quæ Græcam, ut asserui, lectionem ἰσοπέδιον confirmant. Goar.]

Ib. Panagarium et *panagia*. Illud erat scutella in qua *panagia* afferebatur. Quid vero hæc? Mira Junius. Ait *panagiam esse* **299** *vocem barbaram ex Latino panis et Græco* ἅγιος, *significare panem a sacerdotibus consecratum; ejus usum a Gallis in Græciam importatum esse : Gallorum enim more panem a sacerdotibus consecrari, cujus frusta diligenter asservent.* Eadem ferme Meursius, saltem quod ad consecrationem attinet, qui dicit *panagiam esse panem consecratum a sacerdotibus.* Crederem hæc vera esse, nisi ipsi Græci ab assensu me prohiberent. Est enim *panagia* vox Græca a d. Virginis epitheto ob visionem quamdam divinitus oblatam ad panem translata; nec consecratur *panagia* a sacerdotibus, sed alia quadam ratione cœlestis benedictionis plena esse creditur; nec a Gallis venit ad Græcos, sed ab apostolis. Quæ omnia ex Græcorum Horologio clara testataque fiunt ubi hæc de panagia habentur, præfixo tali titulo : Περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας, ὅπως γέγονε, καὶ διὰ τί. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδον, καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες οἱ ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐν τῷ ἁρίστῳ ἀνακεκλιμένοι, ἀφιέντες κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν καὶ ἐπὶ τῷ προσκεφαλαίῳ τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἤσθιον εἰς μοῖραν Χριστοῦ· μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνιστάμενοι καὶ εὐχαριστοῦντες ἐλάμβανον τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὃ εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιχέλητο μοῖραν. Τοῦτο δὲ ὑφοῦν-

Digitized by Google

τες ἔλεγον· « Δόξα σοι, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, » καὶ ἀντὶ τοῦ μέγα τὸ ὄνομα, τὸ Χριστὸς ἀνέστη, ἕως τῆς ἀναλήψεως. Ἔκτοτε δὲ μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Τριάδος. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, βοήθει μοι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο οὕτως, ἐποίει δὲ τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. Ὅτε δὲ τὴν παγκόσμιον σύναξιν διὰ νεφελῶν ἐποιήσαντο διὰ τὴν τῆς Θεοτόκου δεσποίνης μετάστασιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες μετὰ τὴν ταφὴν αὐτῆς, δηλονότι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, παραμυθίαν ποιούμενοι καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀναστάντες, τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου τοῦ εἰς ὄνομα κειμένου Χριστοῦ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀνυψώσαντες, καὶ τὸ μέγα τὸ ὄνομα προσειπόντες, ὧν θαύματος παραδόξου, ἡ νεκρὰ ὥσπερ ζῶσα, μετὰ νεφέλης καὶ φωτοποιῶν ἀγγέλων παρισταμένων αὐτῇ, ἐπὶ τῷ ἀέρι ἐπιφαίνεται, « Χαίρετε, » λέγουσα, « ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, » τοῦτο ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ χαροποιὸν αὐτοῖς ἐπιδιδοῦσα. Οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες, ἀντὶ τοῦ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, « Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, » ἀνεκραύγασαν. Εἶτα τῷ τάφῳ προσελθόντες, καὶ μὴ εὑρόντες τὸ πανάγιον αὐτῆς σῶμα, ἐπείσθησαν ἀληθῶς ὅτι σύσσωμος ζῶσα τριήμερος ὡς ὁ Υἱὸς αὐτῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα καὶ μεταστᾶσα εἰς οὐρανοὺς μεταβέβηκεν, σὺν Χριστῷ βασιλεύουσα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ex his lucem dare licebit Curopalatæ, cum explicent quidnam *panagia* fuerit, unde hoc nomen acceperit, quomodo exaltari et quando quibusve verbis consueverit. A sanctissimæ ergo Virginis epitheto, quod est *panagia*, venit pani qui Christo asservari solebat, **300** quemque postea religiose particulatim comedebant, venit, inquam, *panagiæ* nomen. Transiit autem panagia etiam ad posteriores Græcos. GRETS.

[Dei Genitricem, ceu ex omni parte sanctam et sanctorum omnium sanctissimam, ἀντονομαστικῶς Græcia παναγίαν ex more nuncupat. Buccellam quoque panis certo ritu in mensæ fine comedendam eodem nomine παναγίαν religiosior vocat usus: vas autem in quo reconditur vel e quo promitur panis hujusmodi; παναγιάριον. Imperator in aula, monachi in monasteriis, vulgus in ecclesiis vel in domibus ritum hunc perficiunt: qua ratione expleat imperator, commonstrat auctor noster in sequentibus. Monachos ea se devotione exercentes describit eruditissimus Allatius De lib. Eccl. Græc. dissertat. 1, his verbis: « Quis sit Græcorum iste ritus paucis expediam, ut qui tot nugas in medium proferunt, jam desinant ineptire. Antequam monachi in mensam procedant, cui id onus incumbit (illi ἐφημέριον vocant), in disco sive scutella (illi nuncupant παναγιάριον) acceptum panem ad instar crucis in quatuor dividit partes æquales, ex angulo interiori panis abscindit frustum cultro circumiens, adeo ut ex una parte anguli acuminatus sit, ex altero circulari figura trigonus imperfectus appareat; et sic excisum suo loco una cum reliquo pane simul unito relinquit. Panem sic accommodatum alia parte disci cooperit. Ita enim discus ille comparatur cardine ex una parte cum superioris partis oculo colligatus, ut modo capsarum includatur, sin minus velo. Et sic apponit in mensa, in qua solus abbas vel proegumenus, qui scilicet abbatis munere antea defunctus fuerat, vel qui abbatis, dum ille abest, locum tenet, et δικαῖον appellant, assidet. Finito prandio et signo dato in contio (ita ipsi vocant campanulam ex ære fabrefactam) omnes assurgunt, et conceptis precibus discum illum cum pane, qui παναγία est, ephemerius sustollit. Postmodum reserato panagiario, et frusto illo e pane exciso converso ut mica nuda superior sit, præsentat abbati, qui extremis digitis miculam arripit et ori impositam absumit; deinde aliis monachis servato ordine offertur, qui eodem modo miculam ex panagiario auferunt et comedunt. Tum abbas vinum calici infusum bibit, quem omnes sequuntur; et gratiis Deo actis discedunt. Et hic est modus exaltandi panagiam, quamvis alii alio quoque modo præparent. Nam sæculares cum solemni convivio cives excipiunt, post mensam, in dexteram adolescentuli, ex clero tamen, paululum contractam et volæ sinistræ impositam ex pane præparant, et conceptis precibus sacerdos ibi astans primus micam accipit, postea aliis adolescens suggerit; quod remanet ipse in manibus maxima cum veneratione consumit. » Hæc ille; qui cum alio quoque modo præparari consentiat, quem ipse observatum probavi, accepta viri amicissimi venia, subjungam. Remota mensa e fratrum cœtu affuit, qui alios pœnitentia præmissa, hoc est corporis incurvatione veneratus, dixit: Εὐλογεῖτε, Πατέρες ἅγιοι, συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Cunctis Ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ, respondentibus, imaginem B. Virginis in muro positam adorans ac thure suffumigans, vicinum imagini panem in disco repositum extremis auferit digitis et in omnium conspectu elevat, dicens μέγα τὸ ὄνομα. Subjunxere cuncti τῆς ἁγίας Τριάδος. Ille παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν. Respondent alii ταῖς αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Mox omnibus accenso thure expiatis, τραπεζάρου *refectorarii* obsequio buccellam divisam omnes consumpsere; et commune poculum Deiparæ nomine benedictum devotius exhausere. Unde ritum hunc processisse affirmant Græci, ex ipsorum sententia librisque retulit Gretserus: nos preces adjungendas exposuimus in Euchologio, quibus expositionem omnem et mysticum sensum, tum precibus tum ritu conclusum, abunde subjunximus ex Symeonis Thessalonicensis scriptis. GOAR.]

P. 63. *Τὸ τοῦ οἰνοχείου φέρει σκυτέλλιον.* Inepte Junius **301** *vinariæ capidis scutelam.* Nam οἰνοχεῖον est hic ipsa cella vinaria, cujus promus condus erat pincerna. Cellæ ergo vinariæ scutellam ferebat, seu scutellam quæ asservabatur in cella vinaria. Forte legendum est οἰνοχοεῖον. GRETS.

Digitized by Google

Ibid. Σκουτέλλιον. [Discum illum vel patinam interpretor, in qua vinum et aqua propinantur, quæque bibentis mento ad honorem supponitur; οἰνοχεῖον vero, cujus est hæc patina, nusquam mihi sonat *cellam vinariam*, sed *cyathum* quo vinum et aqua offeruntur hauriendi. Goar.]

Ib. Granatza. Hic Junius iterum totus fit Syrus, ut et paulo post in voce lapatza. Forte vestis hæc confecta erat ex illa tela pretiosa, auro interstincta, quam Itali granitum vocant, ut est l. III De canonizatione S. Didaci, c. 20. Grets.

Ibid. [*Γρανάτζα.* De qua Bullengerus. Vestis Cpolitani imperatoris granatza dicta, reliquorum principum lapatza, granatza quidem quasi laxis et fluentibus manicis trabea et vestis nitens, ex duabus vocibus Syris charana tzach: contra lapatza, pro lappa tzach, constricta trabea, quia manicæ erant strictæ et in zonam impactæ. Granatzam refert ejusmodi grandioris nummi effigies, quæ apud Gretserum tomo III De cruce, fol. 92, visitur. Goar.]

Quærat quis, num imperator solus mensæ assederit. Respondeo ordinarie assedisse solum, adhibuisse tamen aliquando etiam alios, ut Augustam, filios, principes aulæ, quin et legatos variarum gentium, ut constat ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam. Mensam imperatoris, qualis præcipue festis diebus esse solet, graphice describit Luitprandus, testis oculatus, l. VI Rerum per orbem gestarum c 3: *Est domus*, inquit, *juxta Hippodromum, aquilonem versus, miræ et altitudinis et pulchritudinis, quæ decannea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, sed ex apparentibus causis sortita est; δέκα enim Græce, Latine decem, ἐννέα novem; cubita aut a cubando inclinata vel curvata dicere possumus. Hoc autem ideo, quoniam quidem 19 mensæ in ea quæ secundum carnem est D. N. Jesu Christi nativitate apponuntur. In quibus imperator pariter et convivæ non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur. Quibus in diebus non argenteis, sed tantum aureis vasis ministratur. Post cibum autem aureis vasis tribus sunt poma delata, quæ ob immensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem duo hoc modo: in mensa per foramina laquearis tres sunt funes, pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis depositi, qui ansis, quæ in scutulis* (lege *scutellis*) *prominent impositi, adjuvantibus inferius quatuor aut eo amplius hominibus, per vertibile, quod supra laquearium est, ergalium in mensam subvehuntur, eodemque modo deponuntur.* Hæc Luitprandus: sed pro *cubita* lege *accubita*. Zonaras in illud canonis Trullani 74 ἀκούβιτα στρωννύειν: ἤ τε λέξις τῶν ἀκουβίτων τῶν Λατίνων ἐστὶν (ἀκούμβω γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἀναπίπτω), σημαίνει στρώμνας ἠρμένας εἰς ὕψος καὶ μαλακάς. Αὗται δὲ τρυφῆς καὶ μαλακίας εἰσίν. Ejusdem palatii, quod a 19 *accubitis* seu lectis triclinaribus nomen invenit, meminit Paulus Diaconus **302** in Leone: *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas in tribunali* 19 *accubituum.* idem: *In crastino Sabbato sancto exivit imperator in tribunalibus* 19 *accubituum.* Codinus lib. De origin. Cp.: Καὶ τὰ δέκα ἐννέα ἀκούβιτα καὶ τὸ στέψιμον καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου.

Idem Luitprandus, VI, 2, de alio palatio *Magnaura* dicto: *Est Cpoli domus palatio contigua miræ magnitudinis ac pulchritudinis, quæ a Græcis ρ loco λ posita Megaura, quasi magna aura pro aula dicitur. Hanc itaque Constantinus, tum ob Hispanorum nuntios, qui tunc noviter eo venerant, tum ob me et Liutefredum, hoc modo parari jussit. Ærea, sed deaurata quædam arbor ante imperatoris oculos stabat, cujus ramos itidem æreos diversi generis deauratæque volucres replebant, quæ secundum species suas diversarum avium voces emittebant. In primis vero solium hujusmodi erat arte compositum, ut in momento humile, excelsius modo, quam mox videretur sublime. Sed sedile, quod erat immensæ magnitudinis, incertum utrum ærei an lignei, verum auro tecti leones quasi custodiebant. In hac igitur duorum eunuchorum humeris incumbens ante imperatoris præsentiam sum deductus. Cumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves secundum species suas perstreperent, nullo sum terrore, nulla admiratione commotus, quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant fueram percontatus. Tertio itaque imperatorem pronus adorans caput sustuli, et quem prius moderata mensura a terra elevatum sedere vidi, mox aliis indutum vestibus penes domus laquear sedere prospexi. Quod qualiter fieret, cogitare non potui, nisi forte eo sit subvectus ergalio quo torcularium arbores subvehuntur. Per se autem nihil loquitus, quoniam et si vellet, intercapedo maxima indecorum faceret, de vita Berengarii et sospitate per logothetam est percontatus.*

Erat Cpoli aliud palatium, cui πορφύρα seu *purpura* nomen, parturientibus et parientibus imperatricibus destinatum. Anna Commena l. VI Alexiadis: Alexius Comnenus domum reversus τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὗρηκε. Πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε. Luitprandus, I, 2: *Porphyrogenitum non in purpura, sed in domo quæ Porphyra dicitur, natum appello. Et quoniam res processit in medium, quod de hujus Porphyrogeniti genesi audivimus, proferamus. Constantinus imperator Augustus, ex cujus nomine Cpolis est sortita vocabulum civitas, domum istam aedificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem istic in lucem prodire, quatenus qui suo ex stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.* Alii porphyrogenitos dictos censent, quod patre imperatore et purpura imperiali convestito nati essent. Ita Zonaras in Constantino Duca: *Imperium reliquit tribus filiis suis, quos sustulit ex Eugenia conjuge sua, Michaelem quidem et Andronicum, quando adhuc privatam vitam*

Digitized by Google

ducebat, **303** *Constantinum vero cum jam imperaret, ipsaque etiam Eugenia ad Augustæ honorem evecta. Hinc iste solus erat porphyrogenitus, quem statim etiam ante alios imperatoriis insignibus exornavit.* GRETS.

CAPUT III.

Observationes in caput 8, quod est de Epiphania Domini.

P 64. Festum Epiphaniæ, hoc est *apparitionis*, dicitur singulari numero ἡ ἐπιφάνεια, plurali numero et genere neutro τὰ ἐπιφάνεια, quin et τὰ ἐπιφάνια. Aliquando τὰ θεοφάνεια, quia Deus apparuit. Tribuitur hoc nomen huic festo 1) quia Dominus eo die magis se manifestavit, 2) quia apparuit hominibus, quando baptismum eo die in Jordane a Joanne suscepit, 3) quod eo die Christus mutata aqua in vinum hominibus se manifestavit in nuptiis Canæ Galilææ. Latina Ecclesia omnes has causas hujus diei sequitur, ut patet ex Breviario Romano. Græci festum hoc colunt potissime ob secundam causam : nam apparitionem magis factam celebrant ipso natalis Christi festo, 25 Decembris, ut patet ex Menæis. S. Chrysostomus, Hom. de baptismo Christi : *Quam ob causam hæc* (solemnitas) ἐπιφάνεια, hoc est apparitio, *appellatur ? Quia nimirum non omnibus manifestus est redditus, cum partu est editus, sed cum est baptizatus : nam ad hunc usque diem vulgo erat ignotus. Nam incognitum eum fuisse vulgo, neque quisnam esset plerosque scivisse, constat ex istis Joannis Baptistæ verbis* Joan. 1 : « *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* » *Quid vero mirum, si alii non nossent, quando illum etiam ipse Baptista ad eum usque diem ignorabat ?* « *Et ego nesciebam eum,* » *inquit.* Latinos ob manifestationem magis factam hoc festum obire patet ex homiliis SS. Patrum, S. Augustini, S. Leonis, S. Maximi et aliorum. Patet idem ex Germanica appellatione hujus festi, quæ est Trium regum, *der heiligen drei könig tag.* Et legitur Evangelium S. Matthæi de adventu magorum. Nec aliter hæretici tam in quotidiano sermone quam in kalendariis suis hoc festum nominant, quam *der heiligen drei könig-tag.* Inde etiam liquet numerus magorum, *die heiligen drei könige :* non dicitur *die heiligen vier könige, die heiligen zween könige.*

Morose admodum de regibus disserit Casaubonus in 2 Exercitat. contra Baronium, et tandem eo venit ut regulos fuisse non difficeatur, *dummodo ita sentire vel non sentire unicuique sit liberum, neque articulus fidei inde cudatur.* Quis pro articulo fidei hoc habet ? Communis et est et fuit persuasio fidelium ; a qua propter ratiunculas vel potius stultitias Calvinisticas discedere parum consultum aut expediens est.

304 Morosius adhuc grammaticatur idem Casaubonus de nomine festi Exercit. c. 15. Epiphaniam enim seu theophaniam potius competere nativitati Christi : tunc enim etiam ἐφάνη, apparuit, maxime pastoribus, etc. Veteres 6 Januarii celebrasse Natalem Domini, et ideo diem illum, ob natum scilicet Christum, dictum epiphaniam seu theophaniam. Et adfert aliquot testimonia, quorum nullum est ad rem. Nemo negat theophaniæ seu epiphaniæ appellationem etiam nativitati tribui posse : tunc enim apparuit Dominus inter homines et pastores ad se traxit, etc., et in missa hujus festi legitur : *Apparuit gratia Salvatoris nostri*, etc. Sed videndum hic quid usus ecclesiasticus ferat; qui est et fuit ut absolute loquendo dies 6 Januarii diceretur Epiphania, idque propter tres causas initio dictas, etsi alii alias causas magis attendebant. Et pauci erant qui Natalem Domini celebrarent die 6 Januarii ; et fere intra Ægyptum hæc consuetudo conscribebatur, ut est apud Cassianum, Collat. 10, 2. Profert Casaubonus locum ex oratione Chrysostomi in Natalem Domini, tom. V, Savilliano, p. 511, ubi dicit *vix decimum annum agi, cum ecclesia, in qua hanc orationem dixit, festum natalis celebrare cœperit diemque nativitatis cognoverit.* Sed oratio hæc non est Chrysostomi. Patet 1) ex stylo, 2) quia Cpoli ante S. Chrysostomum festum nativitatis agebatur, ut patet ex oratione Nazianzeni in *Natalem Domini* et ex alia *in diem Luminum.* 3) Quia ipse auctor hujus homiliæ dicit natalem celebratum et cognitum fuisse a Thracia usque Gades. At Cpolis est in Thracia. Neque alia epiphaniæ fuit ratio 6 Januarii quam nunc sit, nisi apud paucos eosque fere Ægyptios, qui natalem Domini 6 Januarii obibant.

Appellatur eadem Epiphaniæ solemnitas *festum Luminum*, tum ob baptismum, tum quia Christiani diem hunc accensis cereis celebrare consueverunt. Ita Billius annot. ad orat. in sancta Lumina, et Baronius ad Martyrolog. Rom. 6 Jan. Sed exstitit cui hæc opinio Billiana et Baroniana non placeret tanquam longe a vero avia. Quid est ergo festum Luminum si non epiphaniæ seu baptismi Christi ? Respondet esse festum quo quotannis Christiani baptismatis a se suscepti memoriam recolebant. Id probat ex oratione quadragesima Nazianzeni, quæ est in *sacrum baptismum*, ubi in ipso statim exordio ista leguntur : *Heri splendidum luminum diem celebravimus ; salutem enim nostram lætitia prosequi conveniebat, ac multo quidem magis quam carnis amici dies eos quotannis celebrant quibus vel nati vel matrimonio juncti sunt, vel nomen acceperunt, vel certe inter juvenes censeri cœperunt, vel locum aliquem primo incoluerunt, vel quacunque demum alia de causa mortales festum diem agunt. Hodie de baptismo et beneficio hinc accepto ad nos manante disseremus.* Ex quibus verbis colligit *festum Luminum* nihil aliud fuisse quam baptismi ab unoquoque suscepti commemorationem. Sed persuasioni huic manifeste obstat in primis ipsemet Nazianzenus, qui festum Luminum aperte nominat festum baptismatis Christi seu epiphaniæ, **305** quando Christus in Jordane baptizatus mundo apparuit : sic enim ait : *Sanctus Luminum dies, ad quem pervenimus quemque hodie divino beneficio celebravimus, pro principio quidem Christi mei, hoc est veræ lucis, omnem hominem in mundum venien-*

Digitized by Google

tem illuminantis, baptismum habet, meam autem quoque purgationem operatur. Et post longam de baptismo Christi disputationem, hanc ad ipsam orationis calcem subinfert paranesin : *Nos autem hodie Christi baptismum honore complectamur ac festum honeste celebremus, non ventris deliciis operam dantes, sed spiritualiter nos ipsos oblectantes.* Ita etiam Gregorium intellexit Nicetas scholiastes ejus. Quod itidem ex inscriptione liquet, quæ est ista : Εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος. Idem planum fit ex ritualibus Græcorum libris, ubi προεόρτιον τῶν φώτων nihil est aliud quam profestum *epiphaniæ* seu apparitionis Christi ad Jordanem, quando in Jordane baptizatus est, ipsumque festum die sexto Januarii apud Græcos celebrari solitum appellatur ἑορτὴ τῶν φώτων ; cujus appellationis ea est ratio, quia Christiani eo die in ecclesia et alibi faces, cereos, lucernas accendebant, ut ait Nicetas, in honorem baptizati Christi, qui vera lux est, et baptismi ab ipso instituti, qui et ipse φῶς καὶ φωτισμὸς nominatur, ut antea diximus.

Cæterum locus ex oratione de baptismo novæ illi opinioni nihil adjumenti affert : nam baptismum, quem Christus suscepit, vocat *salutem nostram*, quia, ut Patres loqui solent, Christus baptismo suo aquas sanctificavit et nostræ saluti in baptismate suo procurandæ destinavit et salutiferas effecit. Quorcirca consentaneum esse ait Nazianzenus, ut sicut alii diem natalem suum, matrimonii et id genus alios quotannis celebrant, ita etiam *salutem nostram*, hoc est baptisma Christi, anniversaria panegyri celebremus.

Manebat ergo, festum Luminum esse festum epiphaniæ seu ephiphaniorum, quando Dominus in Jordane baptizatus mundo apparuit et ut fortunatum sidus felicissime illuxit: hanc enim solam Domini epiphaniam seu apparitionem baptismo illustrem Græci solemnem habent, nec de apparitione magis facta mentionem ullam eo quidem die faciunt, cum Latini potissimum die sexto Januarii solemniter recolant epiphaniam seu manifestationem, qua Christus infans orientalibus magis sese patefecit ; tametsi nec illam penitus negligant quæ facta est ad Jordanem in baptismo, nec illam quæ contigit in nuptiis in Cana Galilææ, quando primum signum fecit. Hinc canit Ecclesia : *Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus.* Et octava epiphaniæ potissimum apparitioni ad Jordanem in baptismo dedicatur, ut planum fit ex Romanæ Ecclesiæ ritualibus libris.

P. 65. Ἁγιασμός seu *consecratio et aspersio aquæ.* Primo die cujusque mensis aqua benedicebatur et ex benedicta homines aspergebantur in palatio Cpolitano, excepto Januario, quo id fiebat die sexto, hoc est in ipsa epiphania Domini, et Septembri, quo id fiebat die 14 in ipsa exaltatione S. crucis. Forma benedicendæ aquæ exstat ex Menæo die 6 Januarii et in Euchologio, et est ista : **306** Ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ δὸς αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου. Πεῖσον αὐτὸ ἀφθαρσίας πηγὴν, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξητήριον, δαίμοσιν ὀλέθριον, ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσιν ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληρωμένον, ἵνα πάντες οἱ ἀρυόμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες ἔχοιεν αὐτὸ πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, πρὸς ἰατρίαν παθῶν, πρὸς ἁγιασμὸν, πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτήδειον. Nec in aula solum, sed in aliis omnibus Græcanicis ecclesiis aqua hoc die benedicebatur, etiam apud Æthiopas, qui hodie undis non modo se aspergunt, sed et penitus immergunt. Et fideles circa mediam noctem, quæ festum antecedit, ob reverentiam baptismi quo Salvator noster tinctus est, aquatum ibant, unusquisque ad obvium sibi fontem, rivum aut fluvium, cui aquæ Deus hanc benedictionem largiebatur ut multis annis incorrupta maneret. Testis locuples hujus rei S. Chrysostomus, hom. de baptismo Christi tom. V operum Græcorum. *In hac solemnitate* (epiphaniæ, qua Græci μέγαν ἁγιασμόν celebrant) *sub mediam noctem omnes* ὑδρευσάμενοι *cum aquam acceperint, domum latices referunt ac recondunt et per integrum annum conservant, utpote quod hodierna die sanctificatæ sint aquæ* (per baptismum Christi in Jordane) ; *fitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur, sed integro anno, atque adeo biennio et triennio sæpe, quæ hodie fuit hausta, incorrupta et recens permanet, ac post tantum temporis cum iis quæ nuper fuerint e fontibus eductæ certat.* Hæc S. Chrysostomus. Quid vero S. Epiphanius, hæresi 51 ? Mira nimirum, eo ipso festo, hoc est sexto die Januarii, in memoriam patrati a Christo miraculi, quosdam fontes atque adeo ipsum fluvium Nilum effici vinosos seu in vinum verti. Audiamus ipsum S. Epiphanium. *Circa ipsam undecimam* (mensis Tybi, qui est sextus nostri Januarii) *post annos triginta factum est primum signum in Cana Galilææ, quando aqua facta est vinum. Quapropter etiam in multis locis usque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum est, divinum signum in testimonium incredulis, velut testantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum conversi, Cibyres quidem urbis Cariæ fons, qua hora hauserunt ministri et ipse dixit : « Date architriclino. » Testatur et in Gerasa Arabiæ fons similiter. Nos bibimus de Cybires fonte, fratres vero nostri de eo qui est in Gerasa, in martyrum templo. Sed et multi in Ægypto de Nilo hoc testantur.* Tres ergo aquas nominat, quæ dicto festo in vinum vertantur, 1) fontem Cibyres, 2) fontem in Gerasa, 3) Nilum. Cum igitur tres isti fontes vinoso sapore nunquam fluxerint nisi hoc die, manifestum fit hoc miraculum non esse patratum nisi ad recolendam memoriam vini ex aqua a Christo in Cana Galilææ producti. Et de his tribus fontibus, inquit Baronius, tom. I anno 31 n. 33, se non meminisse ullum sibi scriptorem, qui Christi natalem antecesserit, lectum esse, qui testetur duos illos fontes et fluvium Nilum verti in vinum. Hic illustriss. Baronii condu-

Digitized by Google

cicius calumniator **307** Casaubonus insilit Exercit. 13, in celeberrimum Annalium scriptorem, incitatque etiam ante Christi adventum alibi fuisse fontes vinosos, testesque laudat Vitruvium, Plinium et eclogas Sotionis. Ad quid hæc nisi ad texendum calumniam? Baronius non dicit se non meminisse quod legerit ullum auctorem qui fontium vinosorum ante Christum meminerit: sed ait se non meminisse quod ullum Christi nativitatem antegressum legerit, qui duos supra ex Epiphanio adductos fontes et Nilum fluvium in vinum aliquando versos esse vel verti scripserit. Et hoc longe aliter tinuit quam quod Baronio impostor fraudulenter imponit. Sed absisto hinc, ne actum agam: jam enim Baronium ab hac et multis aliis criminationibus Casaubonianis præclare vindicavit noster Heribertus Rosweidus in Lege talionis 12 tabularum et in Anticapello suo.

Fuerunt et alibi, sed extra epiphaniæ festum, amnes vinosi et fontes lactei. Sylvester Giraldus in Itinerario Cambriæ, II, 1: *Hoc mihi notabile videtur quod nostris diebus tam fluvium hunc* (Alaunum) *vino manare quam fontem, quem Pistil Duwi, fistulam David vocant, lac stillare compertum est.*

Addamus et hoc, aquam Jordanis, postquam eam Christus contactu et baptismo suo consecravit, incorruptionis munere donatam esse. Illustriss. princeps Nicolaus Christophorus Radzivilus in suo Hodœporico Hierosolymitano: *Aquam valde turbidam Jordanis habet, sed salubrem, quæ in vase asservata nunquam corrumpitur, prout in ea quam attuli mecum indubitanter sum expertus.* Hæc inclytus ille princeps.

Illud denique dignum censeo quod observetur, Donatistas olim in Africa epiphaniæ festum non celebrasse, ut testatur S. Augustinus serm. 32 De tempore his verbis: *Merito istum diem nunquam nobiscum hæretici Donatistæ celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali Ecclesiæ, ubi apparuit illa stella, communicant: nos autem manifestationem Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, quia primitias gentium delibavit, in unitate gentium celebramus.* Grets.

P. 65. [Ὁ δὲ μετὰ τὴν λειτουργίαν ἁγιασμός. Aquam iterato benedicit Ecclesia Græca in Theophaniis, semel pervigilii vespere, et in missa secundo. Secundam consecrationem tangit hæc dictio. Aquæ istius benedicendæ ritum exhibet Euchologium sub hoc titulo: Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου ἁγιασμοῦ τῶν ἁγίων θεοφανείων. Officii rituumque interpretationem quantuluscunque labor noster adjecit: ecclesiasticis ibi elucidatis, cum Codino succincte disserente aulica quam breviter prosequimur.

Ibid. [Λαμπάς. De luminibus sacro τῶν φώτων die in ecclesia accensis superflue tractat hic scholiastes. Adverto nihilominus λαμπάδος nomen solemnitati, de qua loquimur, adeo proprium redditum, ut cerei hoc solo die accensi illud jam sibi vindicent apud vulgus; alias quandocunque in usum veniunt, κηροὶ et κηρία nuncupantur. Porro λαμπάς hodierna, ceu festiva, tanta mole conflatur vel coloribus pingitur ac artis tanta varietate adornatur ut inter reliquos cereos ἐκλάμπειν verissime videatur. Hinc **308** virgatum variegatumque opus cereo in hac festivitate succendendo vetus et a majoribus accepta parœmia comparat. De illo quoque nos loco præfato nonnulla. Goar.]

CAPUT IV.

Observationes et explicationes in c. 9, quod est de festo adorandæ crucis.

P. 65. Vide quæ de Dominica adorationis S. crucis in media Quadragesima scripsimus t. I, de S. Cruce l. I, c. 67, et t. II multas habes homilias a Græcis Patribus hac Dominica dictas. Grets.

Ibid. [Κυριακῇ τρίτῃ τῶν νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἑορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, ait Triodium. Rationem quæsitam subjungit, ut crux nimirum, passionis Christi monumentum, nos ad eam ferventius austeritatis tempore sequendam excitet, præteritos abstinentiæ labores consopiat, et velut paschalis hilaritatis pignus sese ipsam proponat. Plures in hoc festum homilias scripsere Chrysostomus, Sophronius, Theodorus Studites, Xiphilinus, Philotheus et alii. Vulgatiorem celebritatis ritum his verbis Typicum Sabæ constituit: Κυριακῇ τρίτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν τὴν προσκύνησιν ἑορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωποιοῦ σταυροῦ. Δοξολογία μεγάλη. Ὅταν δὲ ψάλλομεν τὴν δοξολογίαν, ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ λαβὼν θυμιατὸν θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν σταυρόν. Εἶθ' οὕτω λαμβάνει αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ σὺν τῇ θήκῃ, καὶ ἐξέρχεται ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ βήματος, προπορευομένων αὐτῷ λαμπάδων δύο καὶ θυμιατοῦ, καὶ ἀπέρχεται εἰς βασιλικὰς πύλας. Τελεσθείσης δὲ τῆς δοξολογίας καὶ τοῦ τρισαγίου, λέγει ὁ ἱερεὺς σοφία, ὀρθοί. Καὶ λέγομεν τὸ τροπάριον· « Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. » Καὶ εἰσοδεύει ὁ ἱερεὺς φέρων τὸν ἅγιον σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. Κἀκεῖσε προευτρεπισθέντος τετράποδος τίθεται ἐπάνω αὐτοῦ ὁ τίμιος σταυρὸς, καὶ εὐθὺς ἀρχόμεθα ψάλλοντες· « Τὸν σταυρόν σου προσκυνοῦμεν, Δέσποτα. » Καὶ ἀνοίξας τὴν θήκην ἄρχεται προσκυνῶν ὁ προεστὼς καὶ ὁ ἱερεὺς, βάλλοντες μετανοίας τρεῖς κατενώπιον τοῦ τιμίου σταυροῦ. Καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι πάλιν βάλλουσι μετάνοιαν ὁμοίως, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν. Εἶθ' οὕτως ἄρχονται οἱ ἀδελφοί.

Ibid. Τῆς τοῦ παλατίου ἐκκλησίας. Quam ex pluribus in eo conditis auctor non assignat, primam siquidem Trullanam Theophanes a Pulcheria fundatam in Protomartyris honorem refert, aliam τῷ ἀρχιστρατήγῳ Michaeli in eodem dicatam legimus. Basilium Leonemque tot et tam varias ibidem struxisse dotasseque narrat, ut urbis unius spatio plures capi non solere cernamus. Goar.]

Ibid. Sticharium. Junius secure vertit, *manipu-*

Digitized by Google

tum, et *phelonen penulam*, et *epitrachelium collarium; orarium* retinet quidem, sed ridicule interpretatur *psalmum oratorium*, εὐκτικὸν μέλος. Ergo ministri ecclesiæ, qui orarium ferebant, *psalmum oratorium* ferebant. Quæso, inspice imaginem Georgii Pachymeris initio Gregoræ, *orario* conspicuam : et dispice num ibi *psalmum oratorium* inventurus sis. GRETS.

309 *Ibid.* [Στιχάριον *diaconalis tunica*, talaris, undique clausa, nonnihil stricta, coloris albi pro solito, ἀπὸ τοῦ στίχου, quod *uno tractu* contexatur, dicta.

Ibid. Φελώνην vocant *casulam sacerdotalem*, manicis carentem, ac totum corpus undique ambientem. *Cappam* neotericus quidam æque simpliciter ac inscienter vocavit. Ex privilegio et ad amplio- B rem ornatum palatino archidiacono casulam ferre licet.

Ibid. Οὐ μὴν ἐπιτραχήλιον. Ob sacerdotalis gradus defectum, cujus illud est insigne, *stola* nimirum e collo versus medias tibias defluens, cujus pendulæ hinc inde partes ad invicem sunt colligatæ.

Ibid. Ὡράριον, stola diaconalis sacerdotali strictior, cui in longum vox ἅγιος ter inscribitur. Sinistro tantum humero tunicæ superposita ac sinistra manu retenta gestatur.

Ibid. Σῶσον, Κύριε. His adde, si curiosius reliqua desideras, ὁ Θεὸς, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν C ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια, πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῇ δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ; προστασίαις τῶν τιμίων ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων. GOAR]

P. 66. Junius ubique perperam *catacœlos* pro *excubitacœlos*. GRETS.

Ibid. [E novem officialium Magnæ ecclesiæ pentadibus primi sex, œconomus nimirum, sacellarius, scevophylax, chartophylax, sacellæ præpositus, hodieque primus defensorum (quondam protonotarius) ab auctoribus plerisque ἐξωκατάκοιτοι appellati. Ratio dubia est, et circa vocem con- D jecturis hucusque lusum est abunde. Paucis nugæ rejiciendæ, brevius quoque vera sententia proferenda. Sunt qui, ut liberius hallucinentur, ἐξωκατακοίλους repudiant, quorum vice ἐξωκατακοίτους reponunt, jejuna valde concilii Trullani, moniales can. 40 ἐξωκοιτεῖν, extra monasterium dormire, prohibentis, auctoritate fulti ; hosque ideo ἐξωκατακοίλους quasi ἐξωκατακοίτους, qui extra palatium vel patriarchium cubarent, dictos. Verum cur non facilius eos ἐξωκοίτους quam ἐξωκοίλους ab ἐξωκοιτεῖν diceres? An non pervertit dictionis sensum præpositionis additamentum, quam vel litterulæ vel accentus mutatio corrumpere potest ex integro ? At ante Leonis Armenii tempesta- A tem, dices, clerici juxta Cedrenum palatium non habitabant et erant ἐξώκοιτοι. Assentior. Verum ubi vocem ἐξωκατακοίλων, quam soli neoterici scriptores suggerunt, in usu tunc fuisse demonstrabis ? Quin imo si prius ἐξωκατάκοιτοι, qui e palatio erant ἐξώκοιτοι, cum a Leone Armenio (ne sicarii perduellesque, quod tunc actum est, fraudulenter cum clericis in palatium noctu irreperent) clerici pernoctaverint in regiis ædibus, nulla deinceps ἐξωκοίτων vel ἐξωκατακοίλων esset habenda memoria. His junge, non palatinos, sed patriarchicos primos clericos ἐξωκατακοίλους vocatos; ut quid hæc rerum dissentientium perturbatio et a palatio ad patriarchæ sedem digressus, ut qui palatii ἐξώκοιτοι, nomen dent patriarchicis ἐξωκατακοίλοις ? Illi etiam, inquies, fuerunt e patriarchio ἐξώκοιτοι. Quasi vero inde ἐξωκάτοικοι. Facilius, me judice, diceres ἐξωκατακοίλους quasi ἐξωκατακέλλους, qui συγκέλλου patriarchæ *concellanei* privilegio, ut ad ejus *cellam* habitarent, nusquam gauderent. Terret me nihilominus ne id suggeram ἐξωκατακοίλων dignitas, cui a privilegii aliis concessi privatione nomen mutuari prorsus indignum. Placet idcirco magis reliquos omnes his inferiores clericos ceu κατακοίλους *loco depressiore et humili considentes* spectare, hos vero sive in ecclesiæ consessu sive in procedendi ordine sive ad patriarcham vicinia sublimiores multo ac eminentiores, et (qui sunt modo spectatissimi cardinales) ἐξωκατακοίλους perfecte, *eminentissimos* decernere **310** vocandos. Delineor tamen Regiorum lectione vocem unicam in duas dividente, diaconosque memoratos ἐξ κατακοίλους, *sex depressos*, patriarchæ nimirum assessores, verum dignitate, jure, loco, potestate inferiores omnino. Arriserat prius ea vocis expositio, quæ regiam urbem CP. ad veteris Romæ instar in montibus et vallibus variis sitam, quasdam etiam ecclesias tum in istis tum in illis exædificatas contemplata, humiliorum locorum oratoria minus e clero dignis assignaret regendas, præcipuas vero, quæ in montibus fundamenta posita nanciscerentur, his ἐξωκατακοίλοις velut montes lucernis reservatas censeret. Præter Junium conjectorem alius non adfuit qui sententiam firmaret auctor. Ea nunc ideo non acrius defensa, Georgii Coresii suis me litteris amice convenientis diversam mentem tenacius amplecti constitutum. Totus, inquit ille, CP. patriarchii situs concavum locum occupavit quondam, ejusque ædes cum reliquis spectatæ κοίλην θέσιν *cavitatem* et velut *voraginem* exhibebant oculis, et in ea tum syncelli tum alii monachi patriarchæ obsequio mancipati vel etiam domestici sedem obtinebant, unde et κατάκοιλοι : primates vero clerici ἔξω κοιλότητο; commorantes domosque amplas et excelsas adepti, ceu qui ex præcipuis familiis et proceribus seligerentur, ἐξωκατάκοιλοι nominati, qui non modo clericos alios, sed et pontifices ipsos honore præcederent. Hæc ille.

Digitized by Google

P. 66. [*Τῶν πατριαρχῶν τις*. Debet ille, quisquis fuerit, quadringentos annos superare, cum Symeon Thessalonicensis ante memoratum tempus scriptor eximius primos ecclesiæ Magnæ clericos, qui exocatacœli, velit etiam ab antiquo (diutino spatio) diaconos exstitisse.

Ibid. [Σφραγίζω nonnunquam *ordino* seu *veros ordines confero* refert (Balsamon in Can. apostolicum 36 : Διακόνους χειροτονεῖσθαι μὲν, τοῦτ' ἔστι σφραγίζεσθαι, ἐμάθομεν), nonnunquam *cruce signo*. Euchologium in Ordin. Lectoris : Σφραγίζων ἐπιτίθησι τὴν χεῖρα. Thessalonicensis : Τῷ διχηρίῳ σφραγίζει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, *cereo bicipiti Evangelium signat*. Quandoque tandem est, *adjuncto crucis signo ministerium vel officium committo*. Typicum Sabæ c. 5 : Τῇ δὲ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ σφραγίζει προεστὼς ἐξυπνιστὴν ἐν ἐκκλησίᾳ. Quos itaque patriarcha exocatacœlos σφραγίζει, *crucis signo instituit*, prius diaconi vera ordinatione promoti intelliguntur. Goar.]

P. 67. Junius addit negationem, οὐ φοροῦσι, *non gestant*. Codices Boici omittunt; itaque prorsus diversus sensus efficitur, nempe diaconos tota Quadragesima gestare purpurea sticharia, excepto Annuntiationis festo, Palmarum et magno Sabbato. Grets.

Ibid. [Non toleranda vocum corruptio negationem affirmationis vice substituens : multo sincerius Regia, eliminata particula negante, φοροῦσιν. Auctoritas et consuetudo fidelem hujusmodi lectionem tuentur, luctus siquidem et Quadragesimæ tempore rubrum sibi colorem assumit Orientalis Ecclesia, reliquo tempore, festivo maxime, candidum. Annuntiatio vero, Palmarum dies et Sabbatum Paschatis pervigilium solemnia sunt et festa Dominica, in quibus rubeus color horrorem incutit et adversum omen defert. Simeon Thessalonicensis : Τί δηλοῦσι τὰ λευκὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τί τὰ ἐρυθρὰ κατὰ τὴν τεσσαρακοστήν; subjungit : Λευκὰ ταῦτα διὰ τὸ καθαρὸν χάριτος καὶ φωτεινόν. Πολλάκις δέ γε καὶ πορφυρᾶ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν νηστειῶν διὰ τὸ πενθεῖν ἡμᾶς ἁμαρτήσαντας καὶ διὰ τὸν σφαγέντα ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Demetrius Bulgariensis Juris Gr. l. v : Πένθους εἰσὶ τὰ πορφυρᾶ ἐνδύματα σήμαντρον· ἐν μόναις γὰρ νηστίμοις ἡμέραις καὶ ἐν μνημοσύνοις ἀπελθόντων λαμβάνονται. Goar]

311 CAPUT V.

Observationes et explicationes in c. 10, de festo Palmarum.

P. 67. Quod nos *festum Palmarum*, id Græci ἑορτὴν βαΐων vocant; de quo fuse Codin. c. 10. Βάϊα Græco sermone dici *palmas* seu ramos palmarum tradit S. Hieronymus in c. 8 Ezechiel. Inscite de hoc nomine Balsamon, *Baium*, inquit, *lingua Romana neque ramum ex arbore cæsum neque rosam ex roseto collectum neque lilium ex liliorum horto decerptum significat*. De duobus posterioribus nil contendimus, de priore hæremus : si enim non significat ramum, dic quid significet ? Ἀνθρωπίνης ἐκ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά. Pulchre; pergas. Ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν. Docte, quasi bajulus non sit a Latina voce *bajulo*, sicut gerulus a *gero*. Pergit : Καὶ πραιβαϊκάτορας λέγομεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἔριν συνεργοὺς καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας. *Prævaicatores* (*prævaricatores*) *appellamus cooperarios seu adjutores, qui variantur instar iridis, et clientes produnt*. Ita quidem interpres : sed quis non videt legendum esse κατὰ τὴν ἔριν ? ut prævaricatores sint illi qui in ipsa lite clientes suos destituunt et produnt, variatique ad alteram partem, sua deserta, transeunt. Nimirum quia Græculus iste in *bajulo* et *prævaricor* aliquam similitudinem animadvertit cum voce βάϊον, ideo putabat inde formatam, quasi a *vario*, seu, ut ipse scripsisset, a βαρίω, et omisso ρ a βαΐω, quod est *muto*. Hinc etiam dicit Judæos non intelligentes, Christo Hierosolymam ingrediente, quid sibi vellet illa ramorum gestatio, exclamasse βαβαΐ, papæ! βαβαὶ τῶν Μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάϊον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Hæc Græculus ille de etymo vocis, ληρῶν.

Docet autem Balsamon hoc τῶν βαϊοφόρων die imperatores olim ac patriarchas distribuisse subditis ῥόγας, hoc est *munera* et *baia*, hunc que usum usque ad tempora Constantini monomachi durasse et postea desiisse. Sunt autem *rogæ* stipendia etiam militaria : hinc apud Codinum vox ipsa ῥόγαι, et inde formati ῥογάτορες, milites qui stipendia merent, *soldaten*. Item largitiones, *erogationes*, munera, et dona a principibus liberaliter distribui consueta. Qua voce crebro utitur etiam Anastasius bibliothecarius in Historia Pontificum, ut in Eugenio : *Rogam clero dedit*. Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum : *Er hat ein guten rogen zogen*, de illo qui luculentum quid adeptus est. Hinc etiam ῥογεύειν *militare, merere :* forte cusa et hæc vox a Latino *rogo* vel *erogo*. Habet Balsamon etiam ῥογαλία.

Hujusmodi rogam a se visam describit Luitprandus Ticinensis **312** l. vi. *In ea*, inquit, *quæ est ante* βαϊοφόρον, *quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade tam in militibus quam in diversis constitutis officiis numismatum aureorum erogationem, prout cujusque mereretur officium, imperator facit; cui erogationi quia me interesse voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujusmodi. Erat apposita decem cubitorum longitudinis ac quatuor latitudinis mensa quæ numismata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad imperatorem non confuse, sed ordinatim secundum vocantis vocem, quæ scripta virorum nomina secundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus est rector domus; cui non in*

Digitized by Google

manibus, sed in humeris posita sunt numismata cum scaramangis quatuor (vestis genus est scaramangium, pluviæ, cæterisque cœli injuriis arcendis apposita. Vide Pandecten Turcicum, c. 177 et 199) : *post quem ὁ domesticus scholarum et ὁ* λογαριαστὴς τῆς πλοΐας *sunt vocati, quorum alter militibus, alter navigantibus præerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numismata et scaramanga suscipientes præ multitudine non jam in humeris portaverunt, sed adjuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. Post hos admissi sunt magistri numero* 24, *quibus erogatæ sunt numismatum aureorum libræ, unicuique secundum eundem numerum* 24, *cum scaramangis duobus. Patriciorum deinde ordo hos pone est secutus, et* 12 *numismatum libris cum scaramanga una donatus. Turba post hos immensa vocatur protospathariorum, spathariorum, candidatorum et id genus clientum.* Hæc de roga ad festum Palmarum fieri solita in palatio Cpolitano Luitprandus.

Sed fons iste liberalitatis exaruerat in palatio, et ferme etiam in patriarchio, tempore Balsamonis, ut ipse conqueritur. Et patriarcha quidem ne prorsus immunificus videretur, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως θυμιάματα dividebat, festo baiorum seu palmarum cereos et cruces, magna quarta feria, hoc est die Mercurii majoris septimanæ, cereos et thymiamata, die Paschatis ἀσπασμοὺς καὶ τρικέφαλα, interpres : *salutationes et tricipitia.* Osculo enim et amplexu excipiebat populum festo Paschatis, dans unicuique *tricephalum:* exiguæ monetæ genus est, a tribus capitibus nomen ducens. Celebrabatur dies catecheseos feria tertia post Dominicam τῆς ἀποκρέου, hoc est *carnisprivii.* Nomen hoc inde habebat, quia patriarcha populum eo die ad jejunium Quadragesimæ rite sancteque obeundum commonefaciebat, datis thymiamatis seu incensis ; quorum omnium rationes exponit Balsamon in quadam de hoc argumento epistola, quæ exstat l. VII Juris Græco- Rom. fol. 471.

P. 67. Pro τοῦ περιπάτου, quod vitiose Junius affert, scripsimus ex manuscriptis ὁ περίπατος ; sic enim et oratio et orationis sensus constat.

Ib. Sabbato Lazari, pridie Palmarum celebrant Græci admodum solemni cæremonia festum excitati Lazari ; de quo consule rituales libros Græcorum. GRETS.

313 P. 67. [Triodium : Ἑορτάζεσθαι κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν (palmarum pervigilio) ἐτάχθη ἡ Λαζάρου ἔγερσις, ὅτι οἱ ἅγιοι καὶ θεοφόροι Πατέρες ἡμῶν, μᾶλλον δὲ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, μετὰ τὴν τεσσαρακονθήμερον νηστείαν διὰ τὴν κάθαρσιν τὰ ἅγια πάθη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέλλοντες πανηγυρίζειν, ἐπειδὴ τοῦτο τὸ θαῦμα ἀρχὴν καὶ αἰτίαν μάλιστα εὗρον τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων, κατὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ὑπερφυὲς τοῦτο τεράστιον ἔθεντο. GOAR.]

Ib. Ἀλλάσσει. Meursius v. Ἀλλαξιμάριον dicit recentiores Græcos ἀλλάσσειν simpliciter dicere pro *induere vestem;* citatique hunc locum et eum qui paulo post de principibus sequitur. Adducit et alium ex Euchologio, alium denique ex Marco Hieromonacho. Hinc ἀλλάγματα et ἄλλαγαί absolute *indumenta.* Quamvis autem nullus ex his locis simpliciter evincat id quod vult Meursius, demus tamen id ita esse : libenter vicissim fatebitur notionem de mutatione vestium ipsi vocabulo congruentiorem esse, et hanc secundam quasi adventiciam jure censeri. GRETS.

Ibid. [Haud *mutat,* ut præmissum, quin potius unam imperatoriis ex vestibus ab antiquis imperatoribus acceptam ipse assumit et *induit.* Observo porro pluribus imperatoribus eadem vestimenta, ceu dignitatis quam personæ magis propria, deservïisse. Hinc Luitprandus vilitatem et vetustatem eorum subsannat in Legatione. Quæ nihilominus adeo vetustas consumpserat, Theophilus aliquot interjectis annis renovavit. Leo Grammaticus in ejus Vita : Ἐκαινούργησεν δὲ καὶ τὰς βασιλικὰς στολὰς ἀνανεώσας καὶ χρυσοϋφάντου; κατακοσμήσας.

Ib. Στέμμα. Tum auctor tum reliqui scriptores alii semper intelligunt imperatoris diadema majus et ornatius. GOAR.]

Ibid. Saccum. Junius *sagum,* tam hic quam supra ; et in annot. *Gallica vox corrupta ex sagum.* Mirum ex Oriente non accersitam originationem. Cur *saccum* potius a *sago* quam a *sacco* Græcis Latinisque communi deducamus? Cur *sagum* reddamus, cum non sit tantum vestis militaris, sed et forensis, nec forensis tantum vestis militaris, sed et ecclesiastica ? ut planum fit ex Turcogræc. p. 20, ubi vestis quædam patriarchica *saccus* nominatur. *Filiæ ejus ornamenta dederunt patriarchio,* ἐξ ὧν ἐστὶν ὁ σάκκος ὁ ἀρχαῖος ἕως τοῦ νῦν, *ex quibus confectus est vetus ille saccus , qui hodie quoque durat.* Ubi recte interpres pontificiam vestem interpretatur. Distinguitur saccus a *mandya.* Id clarum ex his. Codinus : Ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου καὶ διαδήματος μανδύαν χρυσοῦν. GRETS.

Ib. [Ἀ *λλάσσουσιν ὡσαύτως.* Antiquas ac officiis ministeriisque accommodas vestes etiam aulicos Nicephori in processione gestasse memorat Luitprandus in legat. *Sed et,* inquit, *optimates sui, qui cum ipso per plebeiam et discalceatam multitudinem istam transierunt, magnis et magna vetustate rimatis tunicis erant induti.*

P. 68. [Ἐξέλθετε ἔθνη. Theophili opus esse hoc canticum testatur Cedrenus. Ἐφιλοτιμεῖτο, inquit, καὶ μελῳδὸς εἶναι, διὸ καὶ ὕμνους ποιῶν τινας καὶ στιχηρὰ μελίζων ᾄδεσθαι προέτρεπεν. Φέρεται δὲ καί τις λόγος, ὡς ἔρωτι τοῦ μέλους βαλλόμενος κατὰ τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν φαιδραῖς πανηγύρεσιν οὐ παρῃτήσατο τὸ χειρονομεῖν. Et infra : Καὶ τὸ στιχηρὸν δὲ κατὰ τὴν βαϊοφόρον τὸ Ἐξέλθετε ἔθνη, ἐξέλθετε καὶ λαοί, τὸν ἐκείνου φασὶν εἶναι τόκον ψυχῆς. GOAR.]

314 P. 68. Verba illa εἰς τύπον γὰρ Χριστοῦ τὸ εὐαγγέλιον ἔρχεται, *ad typum Christi bona hæc an-*

Digitized by Google

nuntiatio advenit, Junius verterat prorsus inepte, quia *idiomelum*, vel lampadarius cantans illud *idiomelum*, loquitur de Evangelio quod archidiaconus ferebat, et hoc Evangelium, sive, ut distinctius dicam, hunc codicem Evangeliorum, ait Christi typum ac figuram gerere. GRETS.

Ib. [Στέφανος *circulus* caput ambiens, ac minor stemmate *corona*, φυάλιν aliud regii capitis operimentum, de quo c. 6 p. 52, suppositum nec ab omni parte στεφάνῳ velatum adhuc ostentans. Adverte collegam imperii etiam stemmate fuisse coronatum, quicunque alius despota, sebastocrator, Cæsar, coronæ quidem gestandæ, haud tamen stemmatis jus acceptum; ac idcirco στέφανον gestare, non στέμμα, vel ἐστεμμένον progredi. A sertis igitur et velis ferendis longe alienus conspicitur.

Ib. [Ἀρπάζει κλάδον. Ramos hac solemnitate gestatos in matutinis tacuit Codinus. Typicum docet, ὅτε ἀσπάζονται οἱ ἀδελφοὶ τὸ Εὐαγγέλιον, διανέμειν τὸν ἡγούμενον τὰ βαΐα, in fine matutinarum precum fratribus ad Evangelii osculum accedentibus ecclesiæ superiorem palmarum ramos distribuere, ad finem usque officii gestandos. Εὐχὴν εἰς τὸ δοῦναι τὰ βαΐα τῇ βαϊοφόρῳ promit Euchologium. Ritum insuper ultimis imperii annis adhuc observatum testatur Phranzæ interpres his verbis: *Postridie quoniam Palmarum solemnitas incidebat, myrti ramos amputamus, quos manibus gestat totus exercitus.* A retentis et manu gestatis myrti ramis stationarios μυρταΐτας dictos scriptis asserit Georgius Coresius. Balsamon Meditato De incensis l. VII Juris GR.: Κλάδους φοινίκων καὶ μυρσίνων βλέπω τοὺς ἀνθρώπους κατέχοντας καὶ τὴν βαϊοφόρον δοξάζοντας. GOAR.]

CAPUT VI.

Observationes et explicationes in c. 11, quod est de luctu imperatoris.

P. 69. [*Μετὰ φορέματος λευκοῦ.* Ὅπερ ἐστὶ τεκμήριον πενθούντων βασιλέων, scripsit, qui ipse induit, Cantacuzenus l. III; ob filium sibi natum in avi morte assumptas vestes lugubres deposuit Andronicus teste Gregora, X, 3: Περιχαρὴς γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἥμειψεν εἰς τὸ λαμπρότερον τὰ ἐνδύματα, ἃ διὰ τὴν τοῦ πάππου τελευτὴν τέως ἐνεδέδυτο. Purpuream tamen chlamydem sive mandyam, μανδίον(ita scriptum reperio) πορφυροῦν, in calamitate publica tulisse Justinum miror apud Theophanem. Ante bellum Persicum nigros calceos Heraclium gestasse Cedrenus ostendit. Sin minus muliebrem imperatores, regium tamen hodie luctum in Oriente ducunt feminæ: nulla est enim quæ lineo totum corpus circumtegente velo colorem album non assumat. Uxoribus quidem fuscas solummodo vestes in conjugum funeribus, virginibus etiam candidas in parentum fratrumque luctu gerere solitum: viris nonnisi nigrum in quorumcunque obitu ferre colorem ex more licitum est. GOAR.]

Ib. Nota morem lugendi nostro contrarium: nam apud nos vestes candidæ gaudii potius quam luctus argumentum sunt. Cantacuzenus, l. III Historiæ, c. 27, de die coronationis suæ agens, ita scribit: *Postridie* (coronationis) *vestes auri subtemine picturatas* **315** *deponentes candidas induerunt, lugentium imperatorum argumentum. Mutationis causam præsentibus imperator asseruit, pridie propter festum diem illas alias induisse, nunc illo præterito rursus fratris et imperatoris* (*Andronici Junioris*) *mortem sibi lugendam.*

Ibid. Intuere et animo venerare sanctissimæ Virginis *victoriæ effectricis* imaginem cum imagine S. Georgii. Fuit hæc Nicopœæ Virginis imago sine dubio illa quam Joannes Comnenus imperator suo loco currui triumphali imposuit velut victoriæ, quam obtinuerat, *unicam effectricem*. V. Nicet. Chon. p. ed. Bonn. 26. Videntur autem hanc Dei Genitricis imaginem secum extulisse in expeditiones. Hinc Nicetas Choniates in imperio Murzuphli: Ἡ τῆς θεομήτορος εἰκὼν, ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦνται συστρατηγὸν, τοῖς ἐναντίοις ἐάλωκεν. Etiam Heraclius imperator imaginem sanctissimæ Virginis in militiam præsidii causa abducebat. Arthurus Britto *in obsidione Badonici Montis, fretus imagine Dominicæ Matris quam armis suis insuerat, nongentos hostium solus adorsus incredibili cæde profligavit*, ut scribit Wilhelmus Malmesburiensis, l. I De gestis regum Angliæ, c. 1. GRETS.

Ibid. [*Τῆς νικοποιοῦ.* Quod dubie Gretserus, certus assero divæ Virginis imaginem νικοποιοῦ nomine consecratam et in palatio a Joanne Comneno repositam. Argumento mihi sunt Nicetæ de illa imagine in triumphum acta loquentis verba: Τὰς νίκας τῇ θεομήτορι ὡς συστρατηγέτιδι ἀμάχῳ ἐπιγραφόμενος. Qui etiam triumphi pompam ἐκ τῶν ἑῴων πυλῶν τῆς πόλεως ἐς αὐτὸ τὸ μέγα παλάτιον *duxit*. Manuel filius eidem, ait illius Vitæ l. V, triumphum ceu ἀπροσμάχῳ καὶ ἀκαταγωνίστῳ συστρατηγῷ erexit. GOAR.]

Ib. S. Georgii imago. Forsitan hæc illa est ex qua sanguinem manasse scribit Pachymeres, l. VII *Histor.* Certe illa est cujus equus (equitem enim hæc imago S. Georgium exhibebat) horrendo prodigio horrificum hinnitum edidit sub Andronico seniore imperatore, paulo ante quam junior Andronicus Cpolim occuparet. Prodigium hoc describit Gregoras, l. VIII, p. 303. Ex cujus narratione habes hanc D. Georgii equestrem imaginem, tanto miraculo nobilitatam, esse illam de qua hic Curopalata. Vide quæ de S. Georgio scripsimus, l. II De festis, c. 6. Consule etiam Adamannum Scotum abbatem, de situ Terræ sanctæ, nuper a nobis editum, l. III, ubi mira de quadam S. Georgii imagine reperies.

Ib. Peripaton commodius non vertes quam si processionem vertas: est enim id quod Germani vocant *den umbgang*. Vide quæ hac de re diximus l. I De sacris processionibus, c. 1. Junius et ubique

Digitized by Google

ambulat et *ambulationes* somniat, ut morem sacrarum processionum, supplicationum et litaniarum obfuscet. GRETS.

Ib. [Λιτήν. Hac voce non nudam *supplicationem*, sed inter ambulandum factam sive *processionem*, significari diserte monstratum est in Euchologicis. GOAR.]

P. 70. De imagine Virginis Hodegetriæ c. seq. plura ipsemet Codinus. Non erat ordinarie in aula, sed in monasterio τῶν **316** ὁδηγῶν; ferebatur autem pietatis causa ad aulam ultimis Quadragesimæ diebus, nempe feria illa quinta quæ nostram Dominicam *Judica* antecedit: manebatque in palatio usque ad secundam feriam Paschatis; quo die referebatur in monasterium et templum τῶν ὁδηγῶν. Est hæc imago, ad quam, capta ab Andronico juniore Cpoli, Andronicus senior supplex confugit. Rem narrat Nicephorus Gregoras, l. IX, p. 422 Bonn. Cum autem, teste eodem Gregora, 24 dies Maii ageretur quando a juniore Andronico Cpolis capta est, necesse est imaginem Virginis Hodegetriæ extra ordinem præscriptum in palatio fuisse; et forte Andronicus senior defectione illa nepotis et asseclarum commotus eam in palatium solatii et subsidii causa apportandam curaverat.

Quid venerationis Michael Palæologus imperator imagini Hodegetriæ, expulsis Latinis Cpoli, detulerit, exponit Gregoras l. IV, p. 87.

Porro templum τῶν ὁδηγῶν ædificavit Pulcheria imperatrix, in quo divinam Deiparæ imaginem reposuit, quam Lucas evangelista in tabula depictam reliquit, ut ait Nicephorus, XIV, 2.

Cum Isaacum Angelum imp. Cpolitanum Branas arcte obsideret, imperator *Dei Genitricis imaginem, quæ ab Hodegio monasterio Hodegetria nuncupatur, in mœnia pro vallo inexpugnabili transtulit*, ut scribit Nicetas Choniates l. I De rebus gestis Isaaci Angeli. Nec frustra, ut felix exitus declaravit.

Ut jusjurandum eo firmius esset, voluit Andronicus senior imperator sibi illud dari a Michaele Catharo, nepote suo, coram sacrosancta imagine castissimæ Dei Genitricis Hodegetriæ, ut scribit Gregoras, l. VIII. Hodegetriam porro interpretatur Wolfius *viæ monstratricem* seu *ductricem*. GRETS.

Ibid. [Vere quidem Gretserus τὴν εἰκόνα τῆς θεομήτορος, ἥτις ἐκ τῆς τῶν Ὁδηγῶν μονῆς καθ' ἣν προσκεκλήρωται Ὁδηγήτριαν προσκεκλῆσθαι refert ex Niceta in Isaacio Angelo l. I; eamdem vero asserturus, ad quam bello pressus et a nepote captus senior Andronicus confugerit, ut eam amplexus vitæ libertatisque immunitatem assequeretur, se tantum auctore et teste firmat Gretserus ac nonnisi dubius vaticinatur. Satius eam dixisset, quæ, referente Vincentio in Spec. Hist. 23, 147, sub Leone Isauro per muros urbis CP. ducta fœdum Saracenis eam urbem obsidentibus intulit naufragium, ὁδηγήτριαν siquidem refert a Luca cum puero Jesu ulnis gestato depictam, ac in Ὁδηγῶν loco, duobus cæcis illuc monente B. virgine ad visum recipiendum deductis, religiose positam. Audacior adjungam eamdem quæ Heraclii tempore a Sergio pontifice CP. per muros circumlata Scythas ab eis miraculose depulit: qualem enim ὁδηγήτριαν Vincentius, hanc quoque describit anonymus brevi publici juris a patre Combefis. faciendus. Σέργιος δὲ ὁ ἱεράρχης τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς θεομήτορος, αἷς μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξεικονισθεὶς ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐξεφέρετο, ταύτας λαβὼν περιῆει τὰ τείχη. Ὁδηγητρίας certe, ut antiquissima, si a Luca delineata, etiam puerum Jesum ulnis complectebatur. De simili in Blachernensi templo a Romano Argyro reperta Cedrenum disserentem perlege. GOAR.]

317 CAPUT VII.

Observationes et explicationes in c. 12, *quod est de officio magnæ hebdomadæ.*

P. 70. *Magnæ hedomadæ.* Quibusdam religio est dicere *hebdomada hebdomadæ*. Sed hæc religio a superstitione parum abit. Ascribam hic verba scholiastæ librorum De avaritia Salviani Massiliensis, ad illud *lampadam tuam. Ne quis forte putet vitium esse in hac lectione, et reponendum* lampadem, *moneo lampadam quoque dici a nominativo* lampada. *Sic* hebdomada *Latina terminatione, quæ Græcis* hebdomas. GRETS.

Ib. Meursius admodum anxie monet ne quis, cum audit quatuor Evangelia lecta esse, suspicetur *tetrabiblon Evangeliorum*, hoc est ipsos integros quatuor Evangeliorum commentarios lectos esse; quod nimis longum fuisset. Itaque articulum τά, præpositum vocabulo τέσσαρα, exsulare jubet. Sed si Græcorum rituales libros diligentius inspexisset, aliter puto super hac re pronuntiasset. Ita enim Typicum Sabæ c. 38, agens de hac magnæ hebdomadis feria secunda: Ἀναγινώσκεται δὲ τὸ τετραευαγγέλιον τῇ β', τῇ γ' καὶ τῇ δ', καὶ πληροῦται. Ne autem suspiceris tantum partem aliquam ex quatuor Evangeliis lectam esse, audi ejusdem Typici auctorem eodem loco: Εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ὅλον ἀναγινώσκεται· ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Μάρκον καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν. Τὸ δὲ κατὰ Ἰωάννην ἀναγινώσκεται ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῶν ἁγίων παθῶν. Ἀναγινώσκεται δὲ οὗτος ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις ἤγουν β', γ' καὶ δ'· καὶ πληροῦνται ἐν ταῖς ὥραις· γίνεται δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἀναγνώσεις γ', τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ δευτέρου. Ὁμοῦ ἀναγνώσεις θ', καὶ ὥρας θ', καὶ πλέον οὐδέν. Ex his jam Meursius non Codinum, sed sua emendare poterit. Et si quid emendandum sit, potius expungam illud τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, quia magna feria quinta non legebatur τὸ τετραευαγγέλιον, quippe quod præcedente die, videlicet magna feria quarta, jam absolutum erat, ut ex Typico Sabæ audivimus; nisi forte in palatio Cpolitano tetrabibli lectio ad quintam ipsam feriam magnam extenderetur. Quamvis ipsum quoque Triodium Græcorum cum Typico Sabæ concinat; cujus hæc sunt verba: *Legitur etiam tetraevangelium*

Digitized by Google

secunda, tertia et quarta feria. Καὶ πληροῦται *et completur seu terminatur.* GRETS.

Ibid. [Non his modo Dominicæ passioni memorandæ sacratis feriis, prout erudite demonstrat Gretserus, sed et continuo totius anni spatio totus quatuor evangelistarum textus in ecclesia palam legitur, quod diserte his verbis edisserit doctissimus Allatius. Exceptis magnis solemnitatibus, quæ peculiare sibi poscunt, Evangelium in reliquis anni diebus ita dispertiuntur Græci, ut unius prius evangelistæ textum in tmemata dividant et diebus applicent, donec finiat, postmodum alterius continuent, donec omnia ad exitum perduxerint, et diebus Dominicis a scriptore Evangelii nomen imponant: dicunt enim ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ Ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ Ματθαίου, et sic de aliis. Id ut melius comprehendas, velim **318** animadvertas Joannis Evangelii textum universum septem integris hebdomadibus legi, quæ a magna paschæ Dominica tribus diebus exceptis numerantur, Matthæi feria secunda post Dominicam Pentecostes ad subsequentem Parasceven Exaltationis diem festum absolviturque hebdomadibus septem et decem. Harum undecim singulis diebus Matthæi lectionem continuant, a duodecima quinque tantum diebus Marci lectio assumitur, Sabbatis et Dominicis Matthæi lectio restituitur, usque ad hebdomadem decimam et septimam, dummodo hæc postrema inter tempus paschale occurrat; sin minus, non legitur. Lucæ Evangelium a feria secunda quæ Dominicam post Exaltationem excipit, et integris hebdomadibus duodecim continuatur. Ab initio tertiæ decimæ Marci percurritur in reliquis diebus, sed Sabbatis et Dominicis Lucæ assumitur. Marci tandem inter Matthæi et Lucæ absumitur; quod vero supererit, Sabbatis et Dominicis quadragesimæ absolvitur. Hæc ille.* GOAR.]

P. 70. De more lavandi pedes, tam hoc die quam aliis, proprium opusculum edidi, quod Pedilavium inscripsi; cui etiam ex Euchologio Græcorum officium *pedilavii* inserui. Nec Orientis tantum reges et imperatores hoc die pauperum pedes lavabant, sed et Occidentis, ut pluribus exemplis ostendi in jam dicto opusculo.

Post absolutam narrationem de lotione pedum sequitur in editione Juniana titulus iste, ὁ νιπτής. Sed vidit ipsemet Junius titulum non suo loco positum esse, et si recipiendus sit, ponendum ante illa verba, πρὸ δὲ τῆς λειτουργίας, etc. Nec in altero codice Boico comparet. GRETS.

Ibid. [Absoluta missa lavipedium fieri præcipit Euchologium. quod populi commoditati quam mysterio, quod observat imperator, stat satius.

Ibid. Ὑποκάμισα auctor explicat χιτῶνας, Suidas ἐπενδύτας, ἐσώτατα ἱμάτια, *tunicas;* Simon Portius cum vulgo ὑποχιτῶνας, ἐχέσαρκα, ἐνδοτάτους χιτωνίσκους, uno verbo *interulas.* GOAR.]

Ibid. Curtzobraccia *kurze hosen*, ut παπούτζιον, *solea, calceus.* Scribitur etiam παπούτζη. Melior forsan scriptura est *curtobraccia.* GRETS.

Ibid. [*Ποιεῖ εὐλογητόν.* A benedictione auspicatur, dicens: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ibid. Τὸ τρισάγιον. A ter repetita voce ἅγιος: Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Ibid. Τοῦ εὐαγγελίου. Cujus ἀρχιτέλεια, principium et finis sunt: *Scient Jesus quia omnia dedit ei Pater*, etc. et *non estis mundi omnes.*

P. 71. [*Τοῦ νιπτῆρος ἀκολουθία.* Quam qui desiderabit integram, nostra Euchologia, si merentur, adibit. Ἀκολουθία autem *officium est divinum*, cujus partes ad invicem connexæ ordine se consequuntur, quasi *sequentia.* GOAR.]

Ibid. Alter codex Boicus ἀνὰ χρυσοῦν νομίσματα τρία. Forsan recta lectio erit ἀνὰ χρυσᾶ νομίσματα, ut ἀνὰ capiatur eo sensu quo Matth. xx: Ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt singuli denarium.* Ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt ipsi quoque singuli denarium.* GRETS.

Ibid. [*Τράπεζα δὲ οὐδαμοῦ.* Ob religiosioris jejunii præceptum, quod tamen etiam monachis hoc die vino non interdicit. Euchologium: Δίδοται τὸ κατακλαστὸν, καὶ μεταλαμβάνομεν οἴνου μόνου.

319 *Ibid.* [*Τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία.* Voluptas quietis quantumlibet studiosa in vigiliis, quas παννυχίδας vocant, luxum quærit, de quibus Simocatta, VIII, 13: Σύνηθες γοῦν τοῖς ἐγχωρίοις ἐπὶ τοῖς λελοχευμένοις παιδίοις ἑβδομαίαν ἄγουσι τὴν ἡμέραν συμποσίων ἑορταῖς καταπαννυχίζεσθαι. Dilectionis pariter fervor asperitatis amans, in Christi morte protractis per diem jejuniis, noctis omne spatium insomne molitur etiam in imperatorum palatiis adjungere. Παννυχίδας sacras non ascetici modo fratres, sed et communioris, devotæ tamen vitæ præceptores suis scriptis celebrant. Commendant in præcipuis Christi Domini et Deiparæ festis ecclesiastica officia, ubi frequentiorem plebem ad concinendas Dei laudes convocant. Hæc vero ἀγρυπνία τῶν παθῶν adeo culta, ut κατὰ τὸν τεταγμένον καιρὸν, circa secundam nimirum vel tertiam a serotino crepusculo horam, non possit ab imperatore non celebrari. De his festis vigilatis tractat Allatius, de lib. Eccles. Græco dissertatione 1. GOAR.]

Ibid. Duodecim ista evangelia erant partes ex quatuor evangelistis desumptæ, ut planum fit ex Græcorum Triodio, ubi duodecim ordine enumerantur, adjuncto evangelistæ, ex quo quodlibet desumptum est, nomine. Itaque nihil hæc duodecim evangeliorum lectio ad illam quatuor Evangeliorum seu τοῦ τετραευαγγελίου, ut ex dictis perspicuum relinquitur. Falsum autem est duodecim hæc evangelia quater in anno lecta esse, ut dicit Meursius. Semel in anno lecta sunt, non quater, nempe magna feria quinta in officio vigiliæ pro

Digitized by Google

festo Parasceves institutæ. Testem do ipsum Codinum et Triodium. Nec recte Meursius huc advocat lectionem duodecim lectionum ex Anastasio et Bernone : loquuntur enim de duodecim lectionibus in angariis seu quatuor temporibus recitari consuetis. At Codinus agit de duodecim evangeliis, quæ quinta feria majoris hebdomadis in officio vigiliæ legebantur. Nec duodecim illæ lectiones, quas ex Anastasio et Bernone producit Meursius, in angariis ex Evangelio sumebantur, sed ex Mosaicis et propheticis libris, ut et hodie angariarum lectiones quinque ex prophetiis petuntur. Quam apposite vero ad evangelia, quæ recitabantur in ecclesia, accommodat Meursius illud Isidori Pelusiotæ, l. II, ep. 150, ubi ait phylacteria Judæorum fuisse δελτία μικρά, ἅπερ ἐφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια τὰ μικρά. Arbitratur parva fuisse evangelia illa quæ in templo legebantur : sed cum toto anno plurima evangelia legerentur, haud parva dici potuissent. Parva igitur dicuntur vel quia initium unius evangelii, puta sancti Joannis, vel omnium quatuor evangelistarum exordia continebant, ferebanturque, ut et hodie evangelium sancti Joannis, amuletorum vice, potissimum a feminis. Vide quæ scripsimus tom. I De sancta cruce, l. II, c. 29 ; sed ut hinc tandem abeam, οὐδὲν ὑγιὲς in Glossarii Evangelio inesse reperio. Gaets.]

Ibid. [*Τὰ δώδεκα εὐαγγέλια.* Exhibet Græcorum εὐαγγελιστάριον, omnemque ex quatuor Evangelii scriptoribus passionis historiam ordine decerptam concorditerque connexam comprehendunt : unumquodque vero τμῆμα est historiæ passionis Dominicæ.

Ibid. Λαμπάς. Nullum aliud inter λαμπάδα et κηρὸν discrimen quam inter communem et majorem arteque exquisitiore comptum cereum : hic imperatori, alter aulicorum turbæ distribuitur. Goar.]

320 P. 72. Ex quatuor vigiliis in palatio celebrari solitis prima est *magni canonis.* Ubi dicit Junius *festum magni canonis esse Dominicam orthodoxiæ :* sed errat more suo solemni. Nam Dominica orthodoxiæ erat prima Dominica Quadragesimæ : festum magni canonis agebatur τῇ πέμπτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς, *quinta feria quintæ hebdomadis quadragesimæ.* Docent hoc rituales Græcorum libri, quorum unus qui Triodium inscribitur ista : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ψάλλομεν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ἀκολουθίαν. Τοῦτον τῶν ὄντως κανόνων μέγιστον ἁπάντων ἄριστος καὶ τεχνηέντως ἡρμόσατο καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὥρμητο μὲν ἐκ Δαμασκοῦ, ἐπὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας παιδευτηρίῳ γραμματικῆς ἐκδοθεὶς καὶ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐξασκήσας εἰς Ἱεροσόλυμα γεγονὼς τὸν μοναστὴν ὑπέσχεται βίον, ὁσίως δὲ καὶ θεοφιλῶς διαζῶν ἐν ἡσύχῳ καὶ ἀταράχῳ τῇ βιοτῇ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα συγγράμματα βιωφελῆ καταλείπει τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, λόγους τε καὶ κανόνας, μᾶλλον ἀδρότερος ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς γινόμενός τε καὶ δεικνύμενος, σὺν πολλοῖς δὲ ἄλλοις καὶ τὸν παρόντα μέγαν κανόνα συνέταξε, κατάνυξιν ἄπειρον ἔχοντα. Πᾶσαν γὰρ παλαιᾶς καὶ νέας ἱστορίαν Διαθήκης ἐρανισάμενος καὶ ἀθροίσας τὸ παρὸν ἡρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ δηλαδὴ μέχρι καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων κηρύγματος. Προτρέπεται γοῦν διὰ τούτου πᾶσαν ψυχήν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς δύναμιν, ὅσα δὲ τῶν φαύλων ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν, διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων καὶ ἐξομολογήσεως καὶ τῆς ἄλλης δηλονότι εὐαρεστήσεως. Πλὴν ἐς τοσοῦτόν ἐστιν εὖρους καὶ ἐμμελὴς ὡς καὶ αὐτὴν τὴν σκληροτέραν ψυχὴν ἱκανῶς μαλάξαι καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθοῦ διεγεῖραι, εἰ μόνον μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ προσοχῆς ἀνηκούστης ψάλλοιτο. Ἐποίησε δὲ τοῦτον, ὅτε καὶ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος τὸν τῆς Αἰγυπτίας Μαρίας βίον συνεγράψατο· κατάνυξιν γὰρ καὶ οὗτος ὁ βίος προβέβληται ἄπειρον, καὶ πολλὴν τοῖς ἐπταικόσι καὶ ἁμαρτάνουσι παραμυθίαν δίδωσιν, εἰ μόνον τῶν φαύλων ἀποστῆναι βούλοιντο. Ἐτάχθησαν δὲ καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν ψάλλεσθαι καὶ ἀναγινώσκεσθαι δι' αἰτίαν τοιαύτην· ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἐγγίζει ἡ ἁγία τεσσαρακοστή, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳθυμοι γεγονότες πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀμελέστερον διατεθῶσι καὶ τοῦ σωφρονεῖν καθάπαξ ἐν πᾶσιν ἀπόσχοιντο, ὁ μὲν μέγιστος Ἀνδρέας, οἷά τις ἀλείπτης, διὰ τῶν ἱστοριῶν τοῦ μεγάλου κανόνος, τῶν μεγάλων ἀνδρῶν λέγων τὴν ἀρετὴν καὶ τῶν φαύλων αὖθις τὴν ἐκτροπήν, ὡς ἂν τις φαίη, γενναιοτέρους τοὺς κάμνοντας παρασκευάζει καὶ ἀνδρικῶς τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι, ὁ δὲ ἱερὸς Σωφρόνιος διὰ τοῦ ὑπερφυοῦς αὐτοῦ λόγου σώφρονας καὶ αὖθις εἶναι ποιεῖ, καὶ πρὸς Θεὸν διεγείρει, καὶ μὴ καταπίπτειν μηδὲ ἀπογινώσκειν, εἰ **321** καὶ τέως τισὶν ἐάλωσαν παραπτώμασιν· ὅση γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία καὶ συμπάθεια τοῖς ὁλοψύχως ἐκ τῶν πρώην πταισμάτων ἐπιστρέφειν αἱρουμένοις, ἡ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν διήγησις παριστᾷ. Λέγεται δὲ μέγας κανών, ἴσως ἄν τις εἴπῃ, καὶ κατ' αὐτὰς τὰς ἐννοίας καὶ τὰ ἐνθυμήματα (γόνιμος γάρ ἐστιν ὁ τούτου ποιητής, ἄριστος αὐτὰ συντιθέμενος), καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν κανόνων ἀνὰ τριάκοντα, καὶ μικρόν τι πρὸς, τροπαρίων ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισιν, ἑνὸς ἑκάστου ἄῤῥητον ἀποστάζοντος ἡδονήν. Ἁρμοδίως οὖν ἄρα καὶ προσηκόντως ὁ μέγας οὗτος κανών, καὶ μεγάλην κεκτημένος κατάνυξιν, κἀν τῇ μεγάλῃ τῶν τεσσαρακοστῶν κατατέτακται. Τοῦτον τὸν ἄριστον κανόνα καὶ μέγιστον, καὶ τὸν τῆς ὁσίας Μαρίας λόγον, ὁ αὐτὸς Πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας πρῶτος εἰς τὴν τοῦ Κωνσταντίνου κεκόμικεν, ὅτε πρὸς τοῦ πατριάρχου Ἱεροσολύμων Θεοδώρου τῇ ἕκτῃ συνόδῳ σταλεὶς εἰς βοήθειαν παρεγένετο. Τότε γὰρ ἄριστος κατὰ τῶν μονοθελητῶν ἀγωνισάμενος ἔτι διατελῶν

Digitized by Google

ἐν μονάζουσι, τῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλη- A
σίας κλήρῳ συγκαταλέγεται. Εἶτα διάκονος καὶ
ὀρφανοτρόφος ἐν ταύτῃ καθίσταται. Καὶ μετὰ μι-
κρὸν ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης γενόμενος, ἐσύστερον
ἀγχιστά πως πρὸς τῇ λεγομένῃ Ἱερισῷ καταντήσας
ἐν Μιτυλήνῃ πρὸς Κύριον ἐκδημεῖ, ἀρκούντως τοῦ
ἰδίου θρόνου ἐν μεθέξει γενόμενος. Ταῖς αὐτοῦ πρε-
σβείαις, ὁ Θεὸς, ἐλέησον ἡμᾶς.

Hæc liber ille ritualis Græcorum, ex quibus elucescunt cum alia vulgo parum nota, tum Dominicam orthodoxiæ et diem magni canonis non fuisse unum et eumdem diem. GRETS.

P. 72. [Canonis hujus concinendi ritum et institutionem e Synaxario fuse descripsit Gretserus : canonem ipsum, ut et Andreæ Cretensis opus omne B
Latinam interpretationem et in utrumque notas ante paucos annos publico dedit e prædicatorum familia sodalis Franciscus Combefis. GOAR]

Ibid. Secunda vigilia palatii est τῆς ἀκαθίστου. Junius interpretatur, *Virginis iter facientis et parturientis, et quasi dicas*, inquit, *ejus quæ non sedet aut quiescit, sed iter facit prægnans ; puta cum B. Virgo a Josepho deduceretur Bethlehemum ex edicto Augusti Cæsaris, proxime ante diem natalem Christi.* Fabulæ, quas dispellet idem ille ritualis Græcorum liber, quem paulo ante nominavi, in quo ista leguntur : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (τῷ σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς) τὸν ἀκάθιστον ὕμνον ἑορτάζομεν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτό- C
κου δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἡρακλείου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἀρχὴν διέποντος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἰδὼν τὰ Ῥωμαίων ἄκρως ταπεινωθέντα παρὰ Φωκᾶ βασιλέως τοῦ τυράννου, ἕνα τῶν σατρα-
πῶν Σάρβαρον ὄνομα μετὰ χιλιάδων πλειόνων στέλ-
λει, πᾶσαν τὴν ἕω αὐτῷ ὑποποιήσασθαι· ἔφθη γὰρ καὶ πρότερον ὡσεὶ δέκα μυριάδας Χριστιανῶν διαφθείρας Χοσρόης, ἅτε τῶν Ἑβραίων αὐτοὺς ἐξωνουμένων καὶ ἀπολλύντων. Ὁ γοῦν ἀρχισατράπης Σάρβαρος τὴν ἕω λῃσάμενος ἅπασαν ἔφθασεν ἕως καὶ αὐτῆς Χρυσοπόλεως, ἣ νῦν Σκουτάριον ἐκκέκληται. Ὁ τοίνυν **322** βασιλεὺς Ἡράκλειος ἐν ἀπορίᾳ καταστὰς δημοσίων χρημάτων, τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς κέρμα μετασκευασάμενος ἐπὶ ἀποδόσει μείζονι καὶ τελεωτέρᾳ, διὰ τοῦ Εὐξείνου D
μετὰ πλοίων τοῖς τῆς Περσίας μέρεσιν εἰσβαλὼν ἀφανίζει αὐτήν. Καὶ κατὰ κράτος ἠττᾶται τούτῳ ὁ Χοσρόης σὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Σειρόης ὁ υἱὸς Χοσρόου ἀποστὰς τοῦ πατρὸς τὴν ὀργὴν ἑαυτῷ περιτίθησιν, καὶ τὸν πατέρα Χοσρόην ἀποκτείνας τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ σπένδεται. Χαγά-
νος γε μὴν ὁ τῶν Μυσῶν καὶ Σκυθῶν ἀρχηγὸς, μαθὼν τὸν βασιλέα διαπόντιον ἐς Πέρσας γενόμενον, τὰς μετὰ Ῥωμαίων διαλύσας σπονδὰς, στίφη μυ-
ριάριθμα ἐπαγόμενος διὰ τῶν δυτικῶν εἰσβάλλει μερῶν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, κατὰ Θεοῦ βλασφήμους ἐκπέμπων φωνάς. Αὐτίκα τοίνυν ἡ μὲν θάλασσα πλοίων, ἡ δὲ γῆ πεζῶν καὶ ἱππέων ἀπείρων ἐμ-
πλεως ἦν. Σέργιος δὲ ὁ πατριάρχης πολλὰ τὸν τῆς

Κωνσταντίνου παρεκάλει λαὸν μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα ἐκ ψυχῆς εἰς Θεὸν ἀναφέρειν καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ μητέρα τὴν πανάχραντον θεοτό-
κον. Καὶ μὴν καὶ Βῶνος πατρίκιος ὁ τηνικαῦτα τὴν πόλιν διέπων τὰ ἀνήκοντα εἰς ἀποτροπὴν τῶν πολεμίων παρεσκευάζετο· δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας καὶ ἡμᾶς τὰ προσήκοντα ἐνεργεῖν. Ὁ δὲ πατριάρχης τὰς θείας εἰκόνας τῆς θεομήτορος φιετὰ παντὸς ἐπαγόμενος τοῦ πλήθους περιᾄει τὸ τεῖχος ἄνωθεν, ἐντεῦθεν τὸ ἀσφαλὲς αὐτῶν ποριζόμενος. Ὡς δὲ ὁ μὲν Σάρβαρος ἐξ ἑῴας, Χαγάνος δὲ ἀπὸ δυσμῶν πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἤρχοντο, ὁ πατριάρχης τὴν ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς θεομήτορος ἐπιφερόμενος διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο. Χαγάνος δὲ ὁ Σκύθης διὰ τῶν χερσαίων τειχῶν προσβάλλει τῇ Κωνσταντίνου σὺν πλήθει ἀπείρῳ, ἄκρως ἐξ ὅπλων ἠσφαλισμένῳ, καὶ τοσούτῳ ὡς ἕνα Ῥωμαῖον πρὸς δέκα Σκύθας σαφῶς διαμάχεσθαι. Ἀλλ' ἡ ἄμαχος πρόμαχος διὰ τῶν παρευρεθέντων ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ἐν τῷ ναῷ ταύτῃ τῷ τῆς πηγῆς πλείστους αὐτῶν παρα-
πώλεσεν. Κἀντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἀναθαρσήσαντές τε καὶ ἀνασχιρτήσαντες ὑπὸ στρατηγῷ ἀμάχῳ τῇ θεομήτορι αὐτοὺς ἀεὶ κατὰ κράτος ἐνίκων. Βλέψαν-
τες δὲ καὶ πρὸς σπονδὰς οἱ τῆς πόλεως ἀπεκρού-
σθησαν· ἀνεῖπε γὰρ ὁ Χαγάνος· « Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν καταλήψομαι. » Οἱ δὲ τῆς πόλεως διακούσαντες χεῖ-
ρας ἔτεινον εἰς Θεόν. Συμφωνήσαντες οὖν Χαγάνος τε καὶ ὁ Σάρβαρος διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης προσ-
βάλλουσι, διὰ μηχανημάτων τὴν πόλιν ἑλεῖν προθυ-
μούμενοι. Ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἠττή-
θησαν ὡς μηδὲ ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ζῶντας καίειν τοὺς τεθνηκότας. Τὰ δὲ μονόξυλα ὁπλιτῶν πλήρη διὰ τοῦ ἐπιλεγομένου Κέρατος κόλπου εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς θεομήτορος καταγόμενα, καται-
γίδος αἰφνιδὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπεισπεσούσης καὶ διαι-
ρησάσης ταύτην εἰς τμήματα, σὺν τοῖς πλοίοις ἅπασι τῶν ἐχθρῶν διεφθάρη. Καὶ εἶδεν ἄν τις παρά-
δοξον ἀριστούργημα τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος· **323** πάντας γὰρ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης τὸ ἐν Βλαχέρναις ἐξέβαλεν. Ὁ δὲ λαὸς ὅσον τάχος τὰς πύλας ἀναπετάσαντες ἅρδην πάντας ἀπέκτειναν, καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες κατ' αὐτῶν ἀνδριζόμενοι. Οἱ δὲ ἀρχηγοὶ τούτων ὑπέστρεψαν κλαίοντες ἅμα καὶ ὀδυρόμενοι. Ὅ γε μὴν θεοφιλὴς τῆς Κωνστα-
ντίνου λαὸς τῇ θεομήτορι τὴν χάριν ἀφοσιούμενοι ὁλονύκτιον τὸν ὕμνον καὶ ἀκάθιστον αὐτῇ ἐμελῴδη-
σαν ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνήσασῃ καὶ ὑπερφυεῖ δυ-
νάμει διαπραξαμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον. Ἐκ τότε οὖν εἰς μνείαν τοῦ τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος ἡ Ἐκκλησία τὴν τοιαύτην ἑορτὴν παρέλαβε τῇ Μήτρι ἀνατιθέναι τοῦ Θεοῦ τῷ παρόντι καιρῷ, ὅτε καὶ τὸ τρόπαιον τῇ θεομήτορι γέγονεν. Ἀκά-
θιστον δὲ ὠνόμασαν διὰ τὸ τότε οὕτω πρᾶξαι τὸν τῆς πόλεως κλῆρόν τε καὶ λαὸν ἅπαντα.

Μετὰ παρέλευσιν χρόνων τριάκοντα ἓξ, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, οἱ Ἀγα-

Digitized by Google

ρηνοὶ ἄπειρον στρατιὰν ἐπαγόμενοι πάλιν τῇ Κωνσταντίνου ἐπέθεντο, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι ταύτην πολιορκοῦντες, ὅτε καὶ ἐν τοῖς Κυζικοῦ παρεχείμαζον μέρεσι, πολλοὺς τῶν οἰκείων διέφθειραν. Εἶτα ἀπειπόντες καὶ μετὰ τοῦ στόλου αὐτῶν ὑποστρέφοντες, καὶ ἐν τῷ Συλαίῳ γενόμενοι, τῇ θαλάσσῃ πάντες κατεποντίσθησαν προστασίᾳ τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος.

Ἀλλὰ καὶ τρίτον αὖθις ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου οἱ ἐξ Ἄγαρ, ὑπὲρ πλείστας μυριάδας ἀριθμούμενοι, πρῶτον μὲν τὴν τῶν Περσῶν ἀφανίζουσι βασιλείαν, εἶτα τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην ἐπιδραμόντες καὶ Ἰνδοὺς Αἰθιοπάς τε καὶ Ἱσπανοὺς, ὕστερον καὶ κατ' αὐτῆς τῆς τῶν πόλεων βασιλίδος ἐπιστρατεύουσι, χίλια ὀκτακόσια πλοῖα ἐπιφερόμενοι. Κυκλώσαντες οὖν αὐτὴν ὡς αὐτίκα δὴ ἁναρπάσοντες ἔμενον. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τὴν σεβάσμιον εἰκόνα τῆς θεομήτορος ὁδηγητρίας ἐπαγόμενοι τὸ τεῖχος περιεκύκλουν, σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. Δόξαν οὖν οὕτω τοῖς Ἀγαρηνοῖς, εἰς δύο διαιροῦνται μέρη, καὶ οἱ μὲν κατὰ Βουλγάρων στρατεύουσι, καὶ πίπτουσιν ἐκεῖσε ὑπὲρ μυριάδας δύο, οἱ δὲ περιελείφθησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν. Κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῆς ἁλύσεως, διηκούσης ἀπὸ τῶν Γαλάτου εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀναχθέντες περί που τὸ λεγόμενον Σωσθένιον γίνονται. Κἀκεῖ ἀνέμου Βορέου καταβράγέντος τὰ πολλὰ τῶν πλοίων αὐτῶν διερράγη καὶ διεφθάρησαν. Οἱ δὲ περιλειφθέντες λιμῷ περιέπεσον, ὡς καὶ ἀνθρωπείνων σαρκῶν ἅψασθαι, κόπριά τε φυρᾶν καὶ ἐσθίειν. Εἶτα φυγόντες καὶ κατὰ τὸ Αἰγαῖον γενόμενοι πέλαγος τὰ σκάφη αὐτῶν ἅπαντα καὶ ἑαυτοὺς τῷ τῆς θαλάσσης διδοῦσι βυθῷ· χάλαζα γὰρ ῥαγδαία οὐρανόθεν καταπεσοῦσα, καὶ βρασμὸν κατὰ τῆς θαλάσσης ποιήσασα, τὴν τῶν πλοίων πίσσαν διέλυσε. Καὶ οὕτως ὁ ἀπειροπληθὴς ἐκεῖνος στόλος διόλωλε, τριῶν μόνων εἰς ἀγγελίαν περιλειφθέντων.

324 Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς πανάγνου καὶ θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν. Ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ ἔμελψαν. Καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες ἐν τοῖς παροῦσι τῆς θεομήτορος, ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα. Ταῖς τῆς σῆς ὑπερμάχου τε καὶ ἀπροσμάχου Μητρὸς πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεὸς, τῶν περικειμένων καὶ ἡμᾶς ἀπάλλαξον συμφορῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

Ex his ergo perspicuum relinquitur quale fuerit τῆς ἀκαθίστου festum, et cur hoc nomine appellatus ἀκάθιστος ὕμνος, quia *stando*, non sedendo canitur; ἀκάθιστος ἑορτὴ seu ἡμέρα, quia ab omnibus, nemine excepto et nemine otiante aut a divinis laudibus cessante, peragitur. Exstat in bibliotheca Bavarica oratio hoc titulo: Λόγος ἀναγινωσκόμενος εἰς τὴν ἀκάθιστον. Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀναμιμνήσκειν δηλοῦσα τοῦ παραδόξου γενομένου θαύματος, ἡνίκα Πέρσαι καὶ βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἳ καὶ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες. Ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείας τῆς θεοτόκου ἐτησίως ἐκ τότε δῶρει εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα. Grets.

[Ἀκάθιστος εἴρηται διότι ὀρθοστάδην πᾶς ὁ λαὸς τὴν νύκτα ἐκείνην ὕμνους θεομήτορι μέλπει, ait Callixtus in ejus diei Synaxario. Ipse hymnus est ἀκάθιστος, quod interstitium quietemque ad diluculum usque non reperiat et semper cantandus perseveret. E Triodii Synaxario historiam depromsit Gretserus, concinniorem aliam e Regia bibliotheca nuperrime post historiam Monothelitarum laudatus Franciscus Combefis. evulgavit et notas adjecit. Goar.]

Duplicem hunc errorem περὶ τοῦ μεγάλου κανόνος, περὶ τῆς ἀκαθίστου ipsemet Curopalata Calviniano scholiastæ eximere poterat, si animum advertisset. Ait enim Curopalata a prima ex quatuor vigiliis imaginem sanctissimæ Deiparæ, quæ *Hodegetria* appellatur, in palatio manere ad magnum usque diem Dominicum Paschatis. *Huic imagini*, inquit Curopalata, *venienti obviam procedit imperator ad portam aulæ palatii. Secunda vero feria comitatur abeuntem ad excelsos usque gradus.* Si a prima vigilia, quæ est τοῦ μεγάλου κανόνος, manet imago illa in palatio usque ad secundam feriam Paschatis, fieri non potest ut ἡ τοῦ μεγάλου κανόνος ἀγρυπνία vel juncta vel proxima fuerit Pentecostæ: alioqui imago illa integro ferme anno in palatio mansisset, a Pentecoste videlicet usque ad secundam feriam Paschatis, cum tamen paucissimis hebdomadibus in eo relinqui soleret, et propterea singulis annis non aliter ac donum quoddam divinitus missum in aula exciperetur, perque paucos dies in eadem tutelæ gratia commoraretur, nempe a quinta feria **325** quintæ hebdomadis quadragesimalis usque ad secundam feriam Paschatis, quo die referebatur πρὸς τὸν τῆς Θεοτόκου ναὸν τὸν τῶν Ὁδηγῶν κεκλημένον, ut loquitur Zonaras in imperio Michaelis I Theophili, cui adjuncta erat μονὴ seu monasterium τῶν Ὁδηγῶν, ut ex Nicephoro Gregora l. II constat: hinc ipsa imago ὁδηγήτρια, quasi *dux viæ*, appellabatur. Nec adducebatur ex templo Blachernio, ut putat scholiastes, sed ex templo et ex monasterio τῶν Ὁδηγῶν, quod a templo Blachernio distinctum erat.

Sed probat id ex gradibus excelsis, de quibus Curopalata, c. 12 et c. 15, *quasi illi fuerint in templo Blachernio.* At parum valet hæc probatio: nam quocunque iret imperator, semper ad excelsos gradus usque deducebatur a Barangis, ut inquit Curopalata, c. 15; oportet ergo hos excelsos gradus alibi fuisse quam in Blachernio templo, vel in via ad solum Blachernium templum, quia im-

Digitized by Google

perator non ibat semper ad templum Blachernium, et Curopalata diserte distinguit hos gradus a templo Blachernio, cum dicat imperatorem equitantem semper deduci usque ad excelsos gradus, in festo autem Occursus (seu, ut nos vocamus, Purificationis D. Virginis) etiam usque ad templum Blachernarum : nam ad hoc templum hoc die rei divinæ gratia conferebat se imperator. GRETS.

[Magna contentione dimicant Junius et Gretserus περὶ τῶν Ὑψηλῶν, *de gradibus excelsis CP*, ubinam reponendi ? Ille in Blachernio templo, hic in palatio sitos contendit. Inter contendentes arbiter neutri litem integram adjudico, a vero siquidem τῶν Ὑψηλῶν sensu aberrat uterque. Ecquis enim in hac voce gradus intelligendos putet, ac non potius excelsum ac fastigio sublime ædificium ? At ne velut cæcitans et ignarus judex litem dirimam, aut potius andabatarum more cum utroque pugnem, dubio certus auctor lucem afferat Nicetas Isacii Angeli, l. ii : Δείκνυσι τὸ παράθυρον (aliud exemplar legit τὴν θυρίδα) ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν Βλαχερνῶν, εἰς τὰ λεγόμενα Ὑψηλά, δι' ἧς ὁρατὰ ἦν τὰ ἱππήλατα πεδία τὰ ἔξωθεν τῶν ἐπάλξεων ἐν τοῖς Φιλοπατίοις καθυπτιάζοντα. Observa τὰ Ὑψηλὰ alium Blachernii palatii ædificium, unde subjecta Philopatiensis planities detegatur, non gradus quantumvis excelsos indicare, nec in majori palatio, quo soleret imperator morari, alios excelsiores gradus comminiscendos : eam ob rem, cum in exhibendis reddendisque honoris officiis longius semper in decessu deducatur vir honoratus quam in accessu eidem occurratur, par est ut si τῆς Ὁδηγητρίας imagini ἐν τῇ πύλῃ τοῦ παλατίου αὐλῆς primum occurrit imperator, longius multo deducat abeuntem, non ad fictos usque gradus excelsos, sed εἰς τὰ λεγόμενα Ὑψηλὰ ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν Βλαχερνῶν, et quod ait hic auctor, μέχρι καὶ τῶν Ὑψηλῶν, longo viæ tractu, cujus accessionem indicat particula καὶ, ad locum nempe Ὑψηλὰ vocatum, quem auctor ipse in Blachernio palatio vel ad illud juxta reponit, c. 15, p. 80, ubi ait imperatorem ad Blachernarum templum, cui vicinum erat ejusdem nominis palatium, a Barangis deduci μέχρι τῶν Ὑψηλῶν, certe non ad excelsos gradus ejus e quo fuerat egressus palatii, sed ad destinatum alterius, ad quod tendebat, locum. GOAR.]

Adde quod ipse imperator imaginem Hodegetriæ secunda Paschatis feria ad propria revertentem prosequi solebat usque ad excelsos gradus, imo et extra, ut dicit Curopalata, c. 12, p. 72 : nec tamen ad templum Blachernium tunc ibat imperator. Sed non est **326** opus pluribus. Ipsemet Junius se refellit, qui hæc p. 326 : Τῆς Ὁδηγητρίας, *id est ducis viæ, statua fuit extra palatium Cpoli, in templo et monasterio nobili, quod templum Zonaras* ναὸν τῶν Ὁδηγῶν, *in imperio Ft. Michaelis, Nicephorus Gregoras l.* xi *monasterium Hodegetrium appellavit. His autem diebus in palatium inferebatur.* Hæc ille. At quid clarius quam templum Hodegetrium non fuisse templum Blachernense ? Scribit Pachymeres lib. vii imaginem Deiparæ per dies complures lacrymasse. Quænam hæc imago ? num Hodegetriæ ? num Nicopoææ ? Et apud eumdem Pachymerem l. xi imago τῆς Φωταγωγοῦ, Virginis *lucem afferentis, cujus sancto oleo* delibutus Michael Andronici imperatoris filius ex desperato morbo convaluit.

Tertia vigilia palatii est τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, Annuntiationis B. Virginis. Junius *evangelicæ annuntiationis*. Satis evangelice : sed quid aliud a pseudoevangelico prædicante exspectes ?

Quarta vigilia agebatur quinta feria majoris hebdomadæ, ob Parasceves appetentis solemnia. GRETS.

CAPUT VIII.

Observationes et explicationes in c. 13, *de Parasceve et magno Sabbato.*

De magno Sabbato nihil est in Græca inscriptione, cum tamen potissimum de officio magni Sabbati, hoc est vigiliæ Paschatis, in hoc capite agatur.

P. 72. De Parasceve tribus verbis res absolvitur. Vide quæ de hoc festo scripsimus tom. I De S. Cruce, l. i, c. 68 et l. i De festis, c. 23 et 24. Homilias Græcorum in Parasceven invenies tom. II, De cruce. GRETS.

Ibid. [*Αἱ ὧραι.* De quibus consulendum Triodium. *Ibid. Τὴν λειτουργίαν.* Hora prima noctis dicendam. Triodium : Ὀφείλει δὲ ἔχειν ἀκριβείαν ὁ ἐκκλησιάρχης ἵνα, ὅταν ποιῇ ἀπόλυσιν ἡ ἐκκλησία τῆς λειτουργίας, ὑπάρχῃ ὥρα δευτέρα τῆς λειτουργίας. Vespertinæ vero laudes, quibus ipsa conjungitur, decima diei hora incipiunt. GOAR.]

Ibid. Illa μετὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἀνάγνωσιν Junius vertit : *post lectionem autem Apostoli, id est, ad eum usque locum : Surge, Deus, qui judicas terram.* Vitiose prorsus, quasi illud *surge Deus* ad Apostoli lectionem pertineat, cum sit stichus, quem post lectionem Apostoli ex Epistola ad Romanos sumptum concinit Psaltes : *Exsurge, Deus, judicans terram, quia tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Subjicit lector : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat*, etc. Succinit psaltes : *Exsurge, Deus*, etc., et hoc sæpius, ut distincte habes in Triodio. Ergo vel post lectionem Apostoli vel post **327** subjunctos stichos, quorum principium est *exsurge Deus*, spargunt lectores et pueri honorarii lauros : legendum enim est πάττουσι vel πάσσουσι, ἀποπάττουσι vel ἀποπάσσουσι. Vide quæ scripsimus de magno Sabbato l. i, De festis, c. 25. GRETS.

Ibid. [*Δάφνας.* Arbitror in lætitiæ pro Dominica resurrectione argumentum, vel ad victoriæ, si bella premerent, felix omen imperatori promendum.

P. 73. *Τράπεζα δὲ οὐδαμῶς.* Eo quod in ipsa ecclesia sobria valde habeatur refectio. Triodium, ubi de monachis hodie loquitur : Μετὰ δὲ τὴν ἀπό-

Digitized by Google

λυσιν οὐκ ἐξερχόμεθα τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καθήμεθα ἐν τοῖς τόποις ἡμῶν, καὶ εἰσέρχεται ὁ κελλαρίτης, καὶ ἐπιδίδωσι τοῖς ἀδελφοῖς ἀνάκλασμα τοῦ ἄρτου, καὶ ἀνὰ ἓξ ἰσχάδων ἢ φοινίκων, καὶ ἀπὸ ἑνὸς κρασοβολίου οἶνον. GOAR.

CAPUT IX.

Observationes et explicationes in c. 14, de festo Paschæ.

Ibid. De festo Paschæ. Ita titulus habet, cum etiam hoc capite de ritu feriæ quintæ τῆς Διακαινησίμου deque festo Pentecostes et de festo Exaltationis S. crucis pertractetur. GRETS.

Ibid. [*Ἐν τῇ τρίτῃ.* Vulgo tamen et ubique circa matutinum crepusculum incipit hoc officium. Pentecostarium : Περὶ ὥραν ὄρθρου σημαίνει.

Ibid. [*Δίδωσι λαμπάδα.* Ut archipresbyter in palatio, ita ubique superior hoc munere fungitur. Typus Pentecostarii : Ὁ δὲ ἡγούμενος διανέμει τὰ κηρία τοῖς ἀδελφοῖς.

Ibid. [*Ὑπηρέται ἄρχοντες.* Lectores et canonarchæ intellige, de quibus c. 6 et c. 8, Ὑπηρέται, quia protopapæ subditi, ἄρχοντες, quia palatini.

Ibid. [*Τῶν τῆς ἐκκλησίας θυρῶν κεκλεισμένων.*] Consentit Pentecostarii typus : sacerdotem enim candidis vestibus ornatum cum fratribus cereos ardentes gestantibus sinistro latere egressum in narthece jubet consistere, ac ceroferariis accensa lumina deferentibus viamque sternentibus celebrem ingressum peragere. Ἐναπομείνας δὲ, inquit, ἐντὸς τοῦ ναοῦ μόνος ὁ κανδηλάπτης ἅπτει τὰ κηρία πάντα καὶ τὰς κανδήλας. Καὶ ποιήσας πυρεῖον ἓν τίθησι τοῦτο μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ ἕτερον ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. Καὶ βαλὼν θυμίαμα εἰς αὐτὰ, βαλὼν δὲ καὶ εἰς τὸν θυμιατὸν θυμίαμα πολὺ, ἀπαιωρεῖ τοῦτον ἐντὸς τοῦ βήματος.

Ibid. [*Εἶτα ἐκφωνεῖ.* Ibidem : Ὁ δὲ ἱερεὺς μετὰ τὸ θυμιᾶσαι ἔξωθεν τοῦ νάρθηκος τὰς ἁγίας εἰκόνας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν κεκλεισμένων οὐσῶν, καὶ ποιεῖ σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, λέγων, Καὶ δόξα τῇ ἁγίᾳ, *etc.* GOAR.]

Ibid. Χριστὸς ἀνέστη. Integrum troparium est : Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος. GRETS.

328 P. 73. [Adeo frequens personat in ecclesiis hic modulus, ut germane paschalis, omnemque paschali spatio laudem Deo reddendam, ut Latinis Alleluia, includere videatur. Gretserus integrum profert. GOAR.]

Ibid. Integer stichus est : *Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum, a facie ejus ;* cujus similes duo alii stichi subjunguntur. GRETS.

P. 74. [*Τοὺς λοιποὺς.* Sunt hi duo alii : Ὡς ἐκλείπει καπνὸς, καὶ τὰ ἑξῆς, οὕτως ἀπολοῦνται καὶ τὰ ἑξῆς.

Ibid. [*Τὰ εἰρηνικά.* Conglobatæ pro variis rebus preces a diacono pronuntiandæ, quarum primæ pacem exorantes εἰρηνικῶν reliquis nomen imposuit. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός· Κύριε ἐλέησον. Διάκονος· Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός· Κύριε, ἐλέησον. Διάκονος· Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός· Κύριε, ἐλέησον. Καὶ τὰ ἑξῆς. Vide Chrysostomi liturgiam. GOAR.]

Ibid. Integrum odarium est istud : *Resurrectionis dies. Exsultemus populi : ex morte enim ad vitam et ex terra ad cœlum Christus Deus nos transtulit, victoriæ carmen concinentes.* Vide Ritualem librum qui Pentecostarium inscribitur. GRETS.

Ibid. [*Ἀναστάσεως ἡμέρα.* Reliquum suggerit Pentecostarium : Λαμπρυνθῶμεν λαοί. Πάσχα Κυρίου, Πάσχα· ἐκ γὰρ θανάτου πρὸς ζωὴν καὶ ἐκ γῆς πρὸς οὐρανὸν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμᾶς διεβίβασεν ἐπινίκιον ᾄδοντας. GOAR.]

Ibid. Observa etiam Græcis quibusdam usitatum fuisse morem illum quarumdam in Germania ecclesiarum, ut versibus illis Davidicis, *Attollite portas, principes, vestras*, etc., aditum sibi patefieri cuperent. GRETS.

Ibid. [*Ἀσπάζεται τὸ Εὐαγγέλιον.* Evangelio primum, mox autem dati imperatori osculi consuetudinem referunt in monasteriis καλόγηροι, de quibus Pentecostarium : Ψάλλομεν τὸ Χριστὸς ἀνέστη πολλάκις, ἄχρις ἂν ἀσπάσωνται οἱ ἀδελφοὶ ἀλλήλους. Ὁ δὲ ἀσπασμὸς γίνεται οὕτω. Λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, καὶ ἵσταται πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ ἁγίου βήματος. Ὁ δὲ καθηγούμενος ἐλθὼν, καὶ ἀσπασάμενος τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον καὶ τὸν ἱερέα, λαμβάνει ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, καὶ ἵσταται ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως. Εἶτα οἱ ἀδελφοὶ πάντες κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν ἀσπάζονται πρῶτον τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, εἶτα τὸν ἱερέα καὶ τὸν καθηγούμενον, καὶ ἵστανται κἀκεῖνοι ἔνθα τύχωσι, καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους. GOAR.]

Ibid. Τοῦ θρόνου. Sæpe throni imperatorii mentio facta est : ejus diagraphen pete ex Corippi l. III, v. 191-219 ; qualis nimirum tempore Justini Junioris fuerit.

Ibid. En morem osculandi pedem imperatoris. Hic heterodoxis non movetur stomachus : at quam primum vel legunt vel audiunt pedem summi pontificis osculo coli, tum toti bilis sunt et nil nisi bilem biliosissimi homines vomunt. Et tamen patienter admodum osculantur togam Turcici imperatoris, quod et a Gerlachio prædicante Lutherano factum est ; et ne hoc nesciremus, Crusius l. VII Turco-Græc. litteris prodidit. Nec gravarentur isti ad pedis sultanici **329** osculum se abjicere, si id consuetudo permitteret. Legatus quoque confœderatorum Ordinum Belgii, anno salutis 1612 Cpolim ad portam Ottomanicam missus et admissus, vestimentum imperatoris Turcici prompte et alacriter deosculatus est, et quidem flexis genibus ut videre licet in Ecclesiasticopolitica Chronol. inserta tom. VIII ejus operis, quod Chronicon Chronicorum inscribitur. Si tale reverentiæ genus pontifici Romano iste exhibuisset,

Digitized by Google

inexpiabili scelere sese obstrictum credidisset. Quid quod Batavi Calviniani pedibus suis oscula ferri haud ægre passi sunt? Nam in navigatione Australi *Jacobi le Maire*, Leidæ in Hollandia typis excusa anno Redemptoris 1619, hæc prodita sunt de Indis quibusdam: *Qui intrabant navem nostram ex ipsis, in genua procidentes pedibus nostris oscula figebant.* Paulo post: *Ut primum navem conscenderat* (Indorum rex), *procidens in genua ac procumbens in faciem preces suas effudit. Ductus ad inferiora navis, iterum procumbens adoravit*, etc. *Comites ipsius pedes nostros exosculabantur, acceptosque eos manibus suis capiti imponebant ad demissionem subjectionemque demonstrandum.* Et quinam isti, quibus lubentibus tantus hic bonos delatus? Prædones et piratæ ex Calvini officina, qui fortassis hostias quoque, si Indi eas obtulissent, haud repudiassent, ut factum a Paulo et Barnaba Act. XIV, cum Lystrenses eis sacrificium ceu Jovi et Mercurio appararent. Quibus clamoribus terram et æthera non complerent, si aut in libris legerent aut relatione aliorum acciperent pontificem Romanum non tantum permittere ut quis pedes ejus osculetur, sed et tolerare ut quis pedes capiti argumentum subjectionis imponat?

Lib. I Histor. Cantacuzeni, c. 16, osculatur junior Andronicus senioris Andronici, avi sui, pedem; ubi additur: *More Romanis imperatoribus receptum erat, cum quispiam consanguineorum aut alioqui gratia apud eos florentium secundum adorationem pedem imperatoris osculo contigisset, ut imperator vicissim ejus faciem deoscularetur. Cum itaque tum nepos avi pedem osculatus fuisset, ille, ne inexpiabili odio flagrare crederetur si nec iis nepotem et imperatorem dignaretur quæ privatis tribuerentur, faciem ejus contra et ipse osculo libavit.* Idem Andronicus junior iterum avi pedem publice osculatus est I, 54; quod c. 50 tanquam expressum subjectionis indicium repetitur. II, 5, Persæ Andronicum juniorem imperatorem antequam appropinquaret, capitibus humi submissis adorabant. Sed princeps Persarum ad eum pedibus accedens et adorabat et pedem illius osculabatur. III, 38, Protostrator cum suis pedem Joannis Cantacuzeni imperatoris osculatur. Idem fit ab aliis, c. 40. Idem ab alio, c. 42, et a Persis, IV, 10; III, 45, Triballi ejusdem Cantacuzeni genu osculantur. Exempla osculi fixi oculis et facici habes apud Cantacuz. I, 16, dexteræ c. 34 et c. 41. GRETS.

Ibid. [De imperatore minore majorem salutante et ejus pedem exosculante et ab eodem oris osculum reportante Gretserus hic egregie. At si alter alteri eques occurrat, quid tum? Cantacuzenus, I, 35: Ἔθος ἐπεχράτησεν ἀρχαῖον παρὰ τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν, ὅταν μέλλωσιν **330** ἀλλήλοις συντυγχάνειν, τοὺς μὲν ἑπομένους ἑκατέροις τῶν ἵππων καταβάντας ἕπεσθαι πεζῇ, αὐτοὺς δὲ συμμίξαντας ἐφίππους, τὸν μὲν νεώτερον κύψαντα τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως περιπτύσσεσθαι τὴν χεῖρα, τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πρότερον περιελόμενον πῖλον, ἀναχύψαντα δὲ ἐκεῖθεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸν τὸν πατέρα ἀντιφιλεῖν. Solam manum senioris junior osculabatur quondam: Basilius enim Macedo Michaele ad lectum deducto τὴν χεῖρα φιλήσας ἐξῆλθεν.

P. 75. [*Οὔτε μὴν εἰς τὸν ἀσπασμόν.* Ad Francos Venetosque urbe CP. ejiciendos Michaeli Palæologo copias auxiliares promiserant Genuenses: hinc communia pacis concordiæque fœdera. Veneti vero, ut qui cum Francis imperaverant, fœdam cum Græcis concordiam et opprobrium subjectionemque redolens fœdus inire detrectaverunt. Vide Gregoram superius relatum, nec non Petrum Justinianum Venetorum et Genuensium vario Marte inter se decertantium bella historiæ Venetæ l. v describentem, ac tandem ipsum Michaelem victoriis elatum, haud tamen insolescentem, Venetos, a quibus sibi cavendum rebatur, de pace firmanda exorantem.

Ibid. [*Καπούτζια.* Pilei genus ante pauca sæcula in Europa usitatissimum. Latini *caputium*, Galli *chaperon*, Itali *capuzzo* dicebant. De quo consulendus Stephanus Paschasius disquisitionum Francicarum, VIII, 18, et 45. *Capitium* vocat Paulus Æmilius in Joanne primo. GOAR.]

Ibid. Τρεύαν. Latino-Barbare *treuga*. Dicitur etiam τρέβα.

Ibid. Μπαΐουλος. Ita legendum. Inepte Junius λυπάϊλος. Falso citat Gregoram, l. IV, quasi apud illum legatur *lypailus*, cum Græcus textus distincte habeat μπαΐουλος, et interpres *baiulus*, recte utique. Frustra est Meursius qui corrigit ἀμπαΐουλος, unica littera transposita, quasi sit purus putus idiotismus Italicus. Sed cum Codinus hactenus Italorum articulis non sit usus, credibile est eum neque hic usum fuisse; cumque a β vel π incipientibus recentiores Græci litteram μ præponere soleant, ut ipsemet Meursius in Glossario pluribus exemplis ostendit, rationi plane consonum est credere Codinum hic scripsisse μπαΐουλος, more aliorum ex recentiore Græcia scriptorum.

P. 76. *Ad Francos.* Franci in recentiorum Graecorum scriptis non solum Galli intelligendi sunt, inquit Junius, sed Itali quoque et Siculi, eo quod olim Siciliæ regnum et pars Italiæ a Francis tenebatur. GRETS.

Ibid. [*Ἠρέμα ψαλλομένης.* Ne cantus regiam adorationem interturbet, vel hæc ecclesiæ officio videatur conjuncta.

Ibid. [*Οὗτός τε καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες.* Celebri Palmarum festo solet patriarcha cruces et cereos in populum distribuere, quasi δεξιούμενος τοὺς τὸ παγκράτιον τῆς νηστείας νικήσαντας τιμίων καὶ ἁγίων σταυρῶν ἁγιάσμασι καὶ κηρίων φωτοβόλων χαρίσμασι. Οὐδὲ γὰρ θέλει σκιαμαχεῖν τοὺς πιστοὺς κατ' ἐκείνους τοὺς νηπιόφρονας, ἀλλ' ὡς ἤδη τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον βλέποντας τὴν νέαν Σιὼν διὰ πύλου φωτίζοντα. Feria tertia sequenti, quæ τῶν κατηχήσεων, catechumenis instruendis dicatur, minuta thura concurrenti populo dat in manus

Digitized by Google

circa auroræ tempus, ὁμιλῶν οἷον διὰ τούτων αὐτοῖς, καὶ ὑποτιθέμενος μὴ πανηγυρικῶς ἀλλ' ἀγωνιστικῶς τῶν ἐφεξῆς τριῶν ἡμερῶν τὸ στάδιον ἀναδέξασθαι. Γρηγορήσωμεν τοίνυν καὶ ἐφεξῆς, καὶ τοῖς ἀγρυπνοῦσιν **331** Ἰουδαίοις συναγρυπνήσαιμεν, etc. Feria quarta iterum incensa cereosque spargit, ἵνα ὁ λαὸς τὰς χεῖρας πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς νηστείας ὑριοδρομήσῃ πέλαγος, καὶ τὴν νύκτα τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ Χριστοῦ λαμπάσι καταπυρσεύσῃ. Sancto die Paschæ persolutis matutinis precibus populum omnem ad sanctum osculum supra descriptum excipit, ac simul minuta æra, τρικέφαλα ob trium imperatorum simul regnantium effigiem iis impressam vocata, dividit: Κατὰ πατέρα φιλόστοργον νῦν πρώτως ἰδόντα παῖδας ἀμύμονας, ἀπὸ μακρᾶς καὶ κινδυνώδους ἀποδημίας ἀβλαβῶς ἐνδημήσαντας, ἐν φιλήματι ἁγίῳ περιχαρῶς κατασπάζεται, καὶ ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς τῆς εὐλογίας αὐτοῦ δεξιοῦται αὐτοὺς νομίσμασιν ὀλίγοις μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον, πολλοῖς δὲ κατὰ τὸ νοούμενον. Hæc ex Balsamone Meditato de incensis quæ a patriarcha dari solent, etc. Juris GR. l. vii. Quibus, si conjectura placeat, lubens addiderim aulicos proceres ad regiam παράστασιν officiaque ecclesiastica iis diebus et iisdem horis ad palatium convenientes, nec dato thure vel osculo a patriarcha exceptos, eo jam accenso vespertinis in precibus honorari, ne vel pretii vel benedictionis sperata parte videantur excidisse. Goar.]

Ibid. Recentiores Græci adulatoriæ artis non imperiti suo imperatori ferme omnia etiam episcopalia et sacerdotalia munia tribuerunt, inter cætera ingressum ad altare et jus sacram mensam thure vaporandi, condito etiam canone a Trullano synedrio, et est canon 69: *Nulli omnium liceat, qui quidem sit in laicorum numero, intra sacrum altare ingredi, ab eo tamen nequaquam prohibita potestate et auctoritate imperatoris, quando quidem voluerit Creatori dona offerre ex antiquissima traditione.* Ubi Balsamon: *De imperatoribus dixerunt quidam verbis canonis insistentes, quod tunc non prohibebuntur intra templi adyta ingredi quando sunt Deo munera oblaturi, non autem si solius adorationis gratia ipsum ingredi voluerint. Sed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim imperatores, qui per S. Trinitatis invocationem patriarchas provehunt et sunt Christi Domini, sine ullo impedimento, quando voluerint, ad sacrum altare accedunt et suffiunt et cum cera characterem imprimunt, sicut et antistites. Sed etiam populum ad eum instituendum docent; quod solis illius regionis antistitibus concessum est.* Palpum ergo egregie obtrudit Balsamon imperatori; et habebat facti sui causas, quia ambiebat patriarchatum Cpolitanum, cujus obtinendi non apparebat melior ratio quam ut per assentationes sese in summa gratia apud imperatorem poneret. Sed vulpes, tametsi vafra, ab alĩs æque vafris vulpibus delusa est. Cujus ob desitas annuas rogas et pecuniarias largitiones audi, quæso, lamentationem ex epistola de

A Incensis, l. vii Juris GR: *Celsissimam sacrorum imperatorum circumspectionem et patriarcharum amplitudinem inter alia reddebant olim augustiorem etiam annuæ rogæ ac bajorum largitiones. Quippe sedebant annis singulis cujusque temporis patriarchæ ac imperatores, et per hæc subditos ad benevolentiam invitabant. Norit hoc patrum conscriptorum amplissimus ordo, ac fortassis etiam nonnulli qui hac ætate nostra vivunt. Non enim ante tempora Euclidis prodita sunt gerris, nec somniantium vetularum fabellæ sunt, sed usque ad imperium domini Constantini Ducæ duravit augustus ille mos tam in ipsius Dei quam imperatorum regia; et omnino bonum hoc ad nos quoque propagatum* **332** *fuit, a majoribus ad nepotes, a generatione ad generationem transiens.*

B *Sin, quod equidem non arbitror, hoc etiam oblivionis gurges absorbuit, et gratiosa isthæc aqua Castaliæ providentiam superioris memoriæ principum non prædicat, saltem membranæ librorum historicorum et ordinationum aulicarum monumenta Stentoris in morem hæc proclamabunt. Tu quoque, qui cujusvis eruditi scripti acutissimus es interpres, etiam in hac non levis momenti quæstione compluribus eris superior, ac me senem dicendo juvabis. Quin etiam imperatoris domini Constantini Monomachi edicta sacratissima, quibus ordinata sunt officia præfecti judiciorum et nomophylacis, et quæ statuunt eos debere singulos in annos, præter alia, consequi ratione rogæ quemlibet auri talem ac talem quantitatem una cum consuetis bajis, non in cœlo sunt nec trans mare, uti dicere quis debeat, quisnam hæc afferet mihi? Sed sunt in manu tua et in corde tuo et in ore tuo. Atque omnino rei veritatem ex his mentis acumine colliges. Cum autem imperatores et patriarchæ magnificentiam, ceu dictum est, suam demonstrent per baja et rogas, sane par erat ut patriarchæ, qui priscam hactenus consuetudinem conservant et aureos clericis nummos admetiuntur, etiam ipsis baja darent, quemadmodum indicatum est.* Grets.

C

Ibid. [Sugillantur hic a quibusdam recentiores Græci tanquam adulatoriæ artis non imperiti, qui imperatori ferme omnia etiam episcopalia et sacerdotalia munia tribuerunt, inter cætera ingressum ad altare et jus sacram mensam thure vaporandi,

D adderent etiam et conciones ad populum habendi. Itane vero Theodosio principi alii ex Occidente vel Oriente pontifices adulabantur, qui ante severiorem Ambrosii correptionem ipsi præcessoribusque ad sanctum tribunal ingressum permiserant? itane Valentem religionis hostem palpavit Basilius, ubi lubens eum ἐντὸς τοῦ πετάσματος, ait Nazianzenus, excepit? Nugantur certe qui recentioribus Græcis appingunt quod concilium Trullanum Can. 69 κατά τινα ἀρχαιοτάτην παράδοσιν testatur usitatum, ut *cum voluerit Creatori munus offerre intra sacrum altare ingrediatur.* Chosroes Persarum rex infidelis licet, tamen Sergii martyris beneficio se suscepisse arbitratus crucem auream in templi ejus altari dedicavit. Qui ejus jussu deferebat, ait Simocatta, l. v,

Digitized by Google

stabilem et fixum locum habet inter dies mensis, ὡς τὸ τέμενος ὁ ἀποσταλεὶς ἀφικνεῖται, τά τε δῶρα τὰ τοῦ βασιλέως ἅμα τοῖς γράμμασι ἐν τῇ ἱερᾷ περιέθετο τραπέζῃ. Num potius mendacii convincendus erat Balsamon in eumdem canonem nobis opponens: Περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται, καὶ κάθηνται ἱσταμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. Thus quidem laici Latini non vaporant in altari: at cum lectorum choro datis etiam lectorum insignibus, de quibus c. 17, Græci suum imperatorem aggregaverint, nullo irreligionis crimine accusandi, si, quod egit Salomon Paralip. 6, ut converteret faciem et benediceret universæ multitudini Israel, Christianus princeps Christiano populo bene precari audeat. Non arroganter itaque vel temere pontificum usurpata potestate *cera characterem imprimit* imperator Græcus (quis enim, qui Græcarum litterarum sit clementis imbutus, τριχηρίῳ σφραγίζειν ita interpretatur?) sed *trifurco* sive *tricipiti cereo*, Trinitatis, a qua benedictionis scaturiunt rivi, symbolo, ex dilectionis affectu, ecclesiasticæ dignitatis consortio, et si velis, potestatis concessione, benedictionem, quam parentes filiis, impertiuntur populo. Cæterum licet vulgatus Balsamonis textus non exhibeat unde, quod insuper objicitur, desumatur, *quin etiam imperatores populum ad* 333 *eum instituendum docent, quod solis illius regionis antistitibus concessum est*, communis tamen Ecclesiæ sensus illis ab hoc charitatis officio, quod etiam pueris per ecclesias in laudem sanctorum declamantibus conceditur, noluit interdictum.

P. 77. [*Thesaurum* βεστιαρίου voce nonnunquam intelligendum præsens locus ostendit, nec non c. 7 hujus operis.

Ibid. [*Κατὰ δωρεάν.* Romanus Argyrus octoginta libras auri, ait Cedrenus, ex ærario imperatorio quotannis pendi jussit. Aliæ viginti forsan deinceps additæ.

Ibid. *Λίτρας.* Auri libram Budæus de asse, l. v, non minus aureis solatis centum æstimat, Lexicon juridicum septuaginta duobus, Paulus Diaconus decem: ubi namque Theophanes ἑκατὸν νομίσματα, ipse decem libras numerat. Blastares octo pretium ejus censet c. 7, τοῦ Τ στοιχείου: Ἡ παρ' ἡμῶν νομιζομένη λίτρα νομίσματα ἔχει ὀκτώ. Goar.]

P. 77. Hebdomas διακαινήσιμος est tota hebdomas paschalis, quæ festum Paschæ proxime sequitur et qua Resurrectio Domini solemni cæremonia celebratur. Id ostendo primum testimonio Maximi Margunii episcopi Græci, qui consultus quidnam hoc vocabulo significetur, respondit his verbis: Σημαίνεται παρ' ἡμῖν διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος ὅλη ἡ πρώτη ἑβδομὰς τῆς ἀναστασίμου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑορτῆς. Vide Catalog. bibliothecæ August. ab Hœschelio editum. Secundo idem probo ex Typico S. Sabæ, ubi capiti 46 hujusmodi titulus præfigitur: Εἴδησις τοῦ τύπου τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Κυριακῆς τοῦ Πάσχα καὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς Διακαινησίμου. Et in ipso capite singulas dies seu ferias paschalis illius hebdomadis enumerans, secundam feriam vocat τὴν δευτέραν τῆς Διακαινησίμου, tertiam τὴν τρίτην τῆς Διακαινησίμου, et ita deinceps usque ad Sabbatum τῆς Διακαινησίμου. Idem ex aliis Græcorum libris ritualibus liquet. Pollux in Chronico suo: Τρίτον νόμον ἔγραψεν, ἀπράκτους εἶναι τὰς δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδας, μίαν μὲν πρὸ, μίαν δὲ μετά. Illa autem μία μετά est hebdomas τῆς Διακαινησίμου.

Male ergo Calvinianus scholiastes Junius in notis interpretatur ἑβδομάδα διακαινησίμου *hebdomadem rogationum*. Male etiam rationem nominis reddens ait eam dici διακενίσιμον, *exinanitioni dicatam, quia per illud tempus exinaniunt sua corpora et macerant, oraturi Deum pro commoditate anni*. Primum non scribendum διακενίσιμος sed διακαινήσιμος, ut habent exemplaria Alexandri, rituales libri Græcorum et codex bibliothecæ Augustanæ ms., quo continentur evangelia diebus sacris prælegi solita, quorum initium τῇ τρίτῃ τῆς Διακαινησίμου. Quocirca hebdomas τῆς Διακαινησίμου dicitur quasi *septimana renovationis*, τοῦ διακαινισμοῦ, cum Christo resurgente omnia renovata et instaurata fuerint. Secundo tantum abest ut hæc hebdomas ab exinanitione jejunantiumque inedia nomen invenerit, ut tota illa hebdomade jejunium solvere moris fuerit. Testis Balsamon in can. 69 apost. Qui cum percensuisset dies quibus jejunandum est, excipit quartos dies et parascevas seu ferias sextas, quæ sunt ἀπὸ τῆς ἀποκρέου seu ἀπόκρεω, ante carnisprivium, 334 et quæ sunt πρὸ τῆς τυροφάγου, et hebdomadem τῆς Διακαινησίμου. *In iis enim solvimus*, inquit Balsamon, *quia jejunant Armenii propter Ninivitas. In eo qui est ante carnisprivium, et in eo qui est ante* τυροφάγον, *hæretici Tetraditæ magnum jejunium observant, hebdomas autem* τῆς Διακαινησίμου *tanquam ipse magnus dominicus* (Paschæ) *dies reputatur*. Idem docet Anastasius episcopus Cæsareæ Palæstinæ tract. de *Artziburio*, ubi inter hebdomadas a jejunio plane exceptas ponit τὴν ἑβδομάδα τῆς Διακαινησίμου. Eamdem hebdomadem inter exceptas numerat Nicolaus patriarcha Cpolitanus in versibus ad Anastasium montis Sinai antistitem.

Rogationes triduanæ ante ascensionem Domini Græcis ignotæ sunt; nec ulla habent stata jejunia inter Pascha et Pentecosten. Νηστεῖαι γὰρ οὐ γέγραπται, οὐδὲ γονυκλισία, inquit Nicolaus patriarcha de tempore inter Pascha et Pentecosten. Vide Typicum Sabæ, c. 51. Consentit cum his nostris Glossarium Græco-Barbarum, nisi quod scribi jubet διακαινίσιμος. Sed Rituales libri scripturam nostram plerumque præferunt.

Dominica hanc hebdomadem subsequens, quæ nobis est Dominica in albis, Græcis est καινὴ ἡ νία Κυριακή, *nova Dominica*, in quam exstat oratio S. Gregorii Nazianzeni, et est oratio 43; ejusdem men-

Digitized by Google

tio fit in canone 66 Trullano. Vocatur etiam Κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα, quasi *Dominica Paschæ opposita* seu *respondens*, et Κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ seu ψηλάφησις τοῦ ἁγίου ἐνδόξου ἀποστόλου Θωμᾶ, quod eo die legatur Evangelium de Thoma apostolo, manum suam in fixuram clavorum, Christi mandato, immittente. GRETS.

Ibid. [*Τῆς Ἐκκλησίας ἀρχόντων.* Ii sunt præcipui Magnæ Ecclesiæ officiales ac in dignitate constituti, quos etiam vulgo τοῦ πατριάρχου σύγκλητον *patriarchæ senatum* dicunt.

Ibid. [*Εὐλογεῖ.* Orationem a patriarcha pronuntiari solitam reperies in Euchologicis nostris: Ὁσάκις ἔλθῃ ὁ πατριάρχης εἰς τὸν βασιλέα, ἐξαιρέτως δὲ τῇ Πέμπτῃ τῆς Διακαινησίμου.

Ibid. [*Εὐχὴν ἐπεπών.* Oratio secundo a patriarcha fundenda eodem Euchologii loco reperitur ad calcem operis. GOAR.]

Ibid. De festo Pentecostes vide quæ scripsimus l. 1 De festis c. 28. Olim in festo Pentecostes processio instituebatur ad templum S. Mocii martyris, cui ipse etiam imperator intererat. Sed postea abrogata est ob causam quam memorant Græci historici, et in his Glycas de Leone philosopho imperatore. Quare non mirum si Codinus die Pentecostes ejus nullam mentionem facit, quandoquidem jam pridem abrogata fuerat.

[Proeleusin seu processionem imperatoris die Pentecostes ad S. Sophiam admodum festive, quin et ridicule describit Luitprandus in sua ad Nicephorum Phocam legatione. Sed Luitprandus fortassis sinistro suo affectui in Græcos, a quibus in hac secunda sua legatione non bene habitus fuerat, nimium indulsit. Longe aliter Codinus cum in hoc libro, tum in Originibus Constantinopolitanis, **335** ubi ista: Ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τοῖς ἐπινικίοις καὶ παρόντων πρέσβεων ἐνεδύοντο χλαμύδας ποικίλας, ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας, ἢ ἄλλως πως πολυτελεῖς, ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ξηραμπελίνας τῷ χρώματι, ἃς ἐκάλουν Ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος (τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσιν), ἢ ὅτι μετὰ τραβείων ταύταις εἰώθασι χρῆσθαι· τραβεῖαι δὲ λέγονται αἱ πολυτελεῖς χλαμύδες.

Ibid. [*Ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑορτῇ.* Luctus et contritionis potius quam alacritatis spiritualis argumentum est apud Græcos festum Pentecostes, maxime post meridiem, qua secundo, ut aiunt, vespertinæ decantantur preces. Tunc frequentes audiri gemitus, et ex peccatorum recordatione non adeo pectus pugnis quam cœlum tundi suspiriis consuevit. ut si quid luxus in mores invexit paschalis solemnitas vel ejus decursu dissolutionis nonnihil secum attulit hominum in vitia prona libertas, totum id corrigat dolor spiritus sponte assumptus, et contractas sortes pœnitentiæ abstergant lamenta. Eo fine sanctum de cœlis spiritum cum lacrymis advocant, ex profundiore humilitate preces ingeminant, ac genuum inflexionibus, quibus jam desuetus erat populus sibi subjectus, eum iterato velut lugubri Quadragesimæ tempore affligere parat ecclesia. Commune igitur cum aliis templum imperator ipse frequentat, ut pœnitentiæ cum aliis consors communes etiam aliis precum fructus referre mereatur.

P. 78. [*Γίνεται μὲν τράπεζα.* Nondum enim advenit luctus hora, nec dominica festivitas jejunii molestiæ potest admisceri.

Ibid. [*Ἐν δὲ τῇ τοῦ ἑσπερινοῦ ὥρᾳ.* Qua σημαίνει ταχύτερον διὰ τὴν τῆς γονυκλισίας ἀκολουθίαν, *Fit signum solito citius propter* (*morosum*) *geniculationis officium.*

Ibid. [*Τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου.* Habes illas orationes earumque legendarum ritum, nec non et totius hujus officii expositionem ex ipso Basilio et Matthæo Blastare in Euchologicis nostris; reliquum officium in Pentecostario reperies. GOAR.]

Ibia. Diaconicum non est *conclave diaconorum*, in quo illi congregati tractarint negotia muneris sui, sed est locus ubi ministri sacras vestes ad divina officia peragenda induunt, Germanice *die Sacristey*, *sacrarium*. GRETS.

Ibid. [A pompa luxuque cum abhorreat præsentis officii Pentecostes humilitas, *elevatiora subsellia*, πρόκυψιν, thronum, sedem honoratam respuit imperator, et ad dextrum altaris latus, quo διακονικὸν, *diaconis data* est *sedes*, humili corporis gestu in altari a sacerdote pronuntiatas Basilii vespertinas preces audit. De diaconico plura te doceat eruditus Allatius de recentiorum Græcorum templis opusculo: in Euchologio quoque nonnihil de eo delibavimus. GOAR.]

Ibid. De festo Exaltationis s. crucis etiam ex more Græcorum fuse scripsi tom. I De S. Cruce l. 1, c. 65 et 66, et l. 1 De festis c. 33. Vide etiam Adamannum Scotum, l. 1 De situ Terræ Sanctæ; ubi de nundinis hoc festo Hierosolymis celebrari solitis mira leges. GRETS.

Ibid. [*Ἀναβάθρα.* Elevandæ in altum cruci ad ejus exaltationem etiam corporeo gestu oculis demonstrandam præparatur in medio trielinio *tabulatum* ἀναβάθρα, de qua redibit sermo.

Ibid. [*Τὴν τοῦ σταυροῦ ποιεῖ ὕψωσιν.* Quo ritu peragatur, præcipit Menæum 14 Septembris: Ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς πᾶσαν τὴν ἱερατικὴν **336** στολὴν, καὶ εἰσέρχεται μετὰ θυμιατοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ θυμιῶν τὸν τίμιον σταυρὸν σταυροειδῶς αἴρει αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ προπορευομένων δύο λαμπάδων φέρει αὐτὸν μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, κἀκεῖσε ἵσταται. Καὶ πληρουμένης τῆς δοξολογίας καὶ τοῦ τρισαγίου λέγει ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως· « Σοφία, ὀρθοί. » Καὶ ἀρχόμεθα τοῦ τροπαρίου, « Σῶσον, Κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, νίκας τοῖς βασιλεῦσι κατὰ βαρβάρων δωρούμενος, καὶ τὸ σὸν φυλάττων διὰ τοῦ σταυροῦ σου πολίτευμα. » Καὶ οὕτως εἰσοδεύει μετὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ. Καὶ ὄντος ἠτρεπισμένου τετραποδίου τίθεται ὁ τίμιος σταυ-

Digitized by Google

ρὸς ἐπάω, καὶ θυμιᾷ σταυροειδῶς ὁ ἱερεύς. Εἶθ' A οὕτως βαλὼν μετανοίας (reverentias, inclinationes) τρεῖς, κἂν ὁποία ἐστὶν ἡμέρα, καὶ λαβὼν ἐπὶ χεῖρας τὸν τίμιον σταυρὸν γυμνῶν μετὰ βασιλικῶν κλάδων, ἵσταται ἔμπροσθεν τοῦ τετραποδίου, βλέπων κατὰ ἀνατολάς. Καὶ λέγει εἰς ἐπήκοον πάντων· « Ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα, ἔλεός σου. Δεόμεθά σου, ἐπάκουσον ἡμῶν καὶ ἐλέησον. » Καὶ ἀρχόμεθα τῆς πρώτης ἑκατοντάδος, τοῦ Κύριε ἐλέησον. Σφραγίζοντος δὲ τοῦ ἱερέως ἐν ταῖς ἐνάρξεσι μετὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ τρίς. Εἶτα κλίνει τὴν κεφαλὴν, ὅσον σπιθαμὴν ἀπέχειν τῆς γῆς, καὶ κατὰ μικρὸν ἀνίσταται μέχρι συμπληρώσεως τῆς ἑκατοντάδος. Ἡνίκα δὲ φθάσῃ εἰς τὸ ἐνενηκοστὸν ἔβδομον Κύριε ἐλέησον, ὑψοῖ τὴν φωνὴν ὁ ἐκκλησιάρχης, καὶ αἰσθόμενος ὁ ἱερεὺς τέλος λαμβάνειν τὴν ἑκατοντάδα σφραγίζει πάλιν τρίς. Εἶτα στραφεὶς πρὸς τὸ νότιον μέρος λέγει· « Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τοῦ Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπιπλέον συνεργῆσαι, καὶ κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. » Καὶ ἀρχόμεθα τῆς δευτέρας ἑκατοντάδος, καὶ ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν δευτέραν ὕψωσιν, ὡς προγέγραπται. Εἶθ' οὕτω στραφεὶς ἐπὶ δυσμὰς λέγει· « Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, τοῦ πατρὸς ἡμῶν, τοῦ δεῖνος, ἡγουμένου τοῦ προεστῶτος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. » Καὶ ἀρχόμεθα τῆς τρίτης ἑκατοντάδος. Πληρουμένης δὲ αὐτῆς στρέφεται ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ βόρειον μέρος, καὶ λέγει· « Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῶν, ὑγείας καὶ σωτηρίας καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Καὶ γίνεται ἡ τετάρτη ὕψωσις. Καὶ αὖθις στρέφεται κατὰ ἀνατολὰς, καὶ λέγει· « Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ πάντων τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ ὑγείας, σωτηρίας καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, εἴπωμεν. » Καὶ ἀρχόμεθα πέμπτης ἑκατοντάδος. Μετὰ δὲ τὴν πέμπτην ὕψωσιν ψάλλομεν τὸ κοντάκιον· « Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ. » Εἶθ' οὕτω· « Τὸν σταυρόν σου προσκυνοῦμεν, Δέσποτα, » τρίς. Ψαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν ἀποτίθησιν ὁ ἱερεὺς τὸ τίμιον ξύλον ἐν τῷ τετραποδίῳ, καὶ ἄρχονται προσκυνεῖν ὅ τε ἱερεὺς καὶ ὁ πρωεστὼς, βάλλοντες μετανοίας τρεῖς κατενώπιον τοῦ τιμίου σταυροῦ. Εἶτα ἀσπάζονται αὐτὸν, καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι βάλλουσι μίαν μετάνοιαν, εἶθ' οὕτως εἰς τοὺς χοροὺς, δεξιὰ καὶ ἀριστερά. Εἶτα εἰσέρχονται οἱ ἀδελφοὶ δύο δύο κατὰ τάξιν, καὶ προσκυνοῦσι καὶ ἀσπάζονται ὁμοίως. Ψάλλομεν δὲ στιχηρὰ ἰδιόμελα, ἕως οὗ προσκυνήσωσιν οἱ ἀδελφοί, « Δεῦτε πιστοὶ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ μετὰ τὸ προσκυνῆσαι πάντας λέγει ὁ ἱερεὺς, Σοφία, καὶ ἀπόλυσις. Ἰστέον ὅτι ᾗ ἂν ἡμέρᾳ τύχῃ ἡ σεβάσμιος αὕτη ἑορτὴ, εἴτε Κυριακῇ εἴτε Σαββάτῳ, τυρὸν ἢ ὠὸν ἢ ἰχθὺν οὐκ ἐσθίομεν, εἰ μὴ μόνον ἔλαιον καὶ οἶνον. Ὅρα ὅτι ταύτην τοῦ σταυροῦ τὴν νηστείαν περιεκτικὴν ἔχει, καθώς τινες παραδιδόασι, τὴν ποιότητα μὲν παραδηλῶν τῶν βρωμάτων, οὐχὶ δὲ καὶ τῆς ὥρας.

Ibid. [*Κατὰ τὰς τῶν μηνῶν ἑκάστων ἀρχάς.* Geminam aquam benedictam prædicant Græci, majorem et minorem, μεγάλον καὶ μικρὸν ἁγιασμόν. Illa pervigilio, nec non ipso Theophaniorum die in missa conficitur, hæc **337** mensis cujusque principio. Illa Christi nomine, hæc Deiparæ benedicitur. Illa pœnitentibus prohibita, comedentibus vel abominandis quibusque expiandis nec non dæmonibus terrendis consecrata; hæc privatis aliis usibus communibusque rebus sanctificandis dicata. Utriusque benedicendæ ritum et officium exhibet Græcorum Euchologium. GOAR.]

Ibid. Pro *quinto* Januarii legendum est *sexto:* eo enim die fiebat iste ἁγιασμός. Nec hujus emendationis alium do auctorem præter ipsum Codinum, qui c. 8, ubi de festo Epiphaniæ agit, hagiasmum istum ipso die festo Epiphaniæ peragi diserte scribit; ut taceam libros rituales Græcorum. GRETS. B

Ibid. [*Ἐν τῇ ἕκτῃ.* Codices alii ἐν τῇ πέμπτῃ. Nec hi vel illi aberrant: fit enim aqua benedicta tum pervigilii Theophaniorum vespere, Januarii die 5, tum in Theophaniorum missa, die 6; de quo disseruimus in Euchologicis.

Ibid. [Ἡ ἀκολουθία τοῦ ἁγιασμοῦ prolixior est quam quæ hic attexatur. Post preces hoc pacto sanctificatur ex Euchologio: Λαβὼν τὸν τίμιον σταυρὸν ὁ ἱερεὺς εὐλογεῖ τὰ ὕδατα ἐκ τρίτου, κατάγων καὶ ἀνάγων αὐτὸν ὀρθιον. Εἶτα ἀσπάζεται ὁ ἱερεὺς τὸν τίμιον σταυρὸν, ὡσαύτως καὶ πᾶς ὁ λαός. Εἶθ' οὕτως ῥαντίζει πάντα τὸν λαὸν καὶ τὴν μονὴν μετὰ τοῦ ἁγιασμοῦ. Ad Euchologium, benigne lector, permitte te remitti. GOAR] C

Ibid. Οἰνοχεῖον hic aliter accipiendum puto quam supra c. 7 p. 62, v. 8, ubi de Panagia sermo erat. Junius nimis fabriliter interpretatur σκεῦος *instrumentum* et κωθώνιον *poculum* et œnocheum *vinariam capedem.* Quam venustum vero illud? *Cum participat imperator consecrationem ex poculo.* Libenter tamen scirem quo animo hæc de S. Cruce et alia plurima in hoc libro legisset vel vertisset Junius, tum adeo a Calvinianis institutis abhorreant? GRETS. D

Ibid. [*Οἰνοχεῖον.* Ejus germanam significantiam habes superius positam.

P. 79. [*Πάντων αὖθις βούλομαι τὸ πολυχρόνιον.* Vix beneficium conferas Græcis quin tibi confestim ex animo rependant benedictionem. Hinc usitatæ voces illæ: Καὶ τοῦ χρόνου, *etiam anno sequenti idem mihi beneficium conferas.* Ὁ Θεὸς νὰ σοῦ τὸ πληρώσῃ, *idem tibi rependat Deus.* Ὁ Θεὸς σοῦ συγχωρήσῃ, *in mercedem remittat tibi Deus tua peccata.* Τοῦ χρόνου καὶ τοῦ ἄλλου χρόνου, *post primum et secundum annum idem mihi conferas,* etc. GOAR.]

Digitized by Google

CAPUT X.

Observationes et explicationes in c. 15, de festis extra palatium.

Ibid. [Primum Septembris diem merito recenset, a Septembri siquidem annum auspicatur Orientalis Ecclesia. Gregorius cognomento Figulus Tauromitanus archiepiscopus indictionis sive anni principio, id est Kalendis Septembris, orationem habet qua renovati præsenti die anni rationem profert : Ῥωμαίοις πάλαι μὲν ὁ Ἰανουάριος ἦν τοῦ ἔτους ἀρχή· ἀφ' οὗ δὲ ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ τὸν Ἀντώνιον ἐτροπώσατο κατὰ τὸν 338 Σεπτέμβριον μῆνα, περιφανῆ ποιῆσαι τὴν νίκην βουλόμενος μεταμείβει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔθος καὶ χαρίζεται τῷ μηνὶ τὰ πρεσβεῖα καθάπερ πρωτόλεια. Eadem luce indictionem mutandi consuetudo : Ἡ μὲν οὖν, scribit idem Gregorius, παροῦσα ἡμέρα κατὰ μὲν τὸ ἱστορικῶς καὶ γενόμενον καὶ τελούμενον ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακυκλήσεως, Ἰνδικτα λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ· οὕτω γὰρ ἐκεῖνοι τὸν ὁρισμὸν ὀνομάζουσιν. Tum antiqua Hebræorum religione in tubarum expiationis et scenopegiorum festis hoc mense celebratis laudata, subdit : *Videte, quæso, quanta hæc, quæ exigua videtur, celebritas mysteria continet ; atque non sine divino consilio mensis ille September a Latinis sit dictus, non modo quia septimus est, sed etiam quia σεπτός, hoc est religiosus ac veneratione dignus est. Illud vero præterea considerandum, multorum celebritates sanctorum in eumdem illum diem, qui initium ac coronidem anni comprehendit, incurrere, qui nobis ad hanc vitam cum virtute traducendam adjutores esse solent. Omnium primo memoriam illius in synagoga Christi Domini lectionis repetimus ; tum sacrosanctam Dei Matris imaginem veneramur : sed et Jesu Nave et septem incruentorum in Epheso martyrum et sanctarum quadraginta virginum, et Callistæ, Evodis atque Hermogenis non minus fide quam natura germanorum anniversarium agimus diem. Præter quos Stylites ille Symeon velut clarissima fax ei celebritati prælucet ab his omnibus quædam in hoc anni principium redundat ;* unde et insolitam in eo Græcorum imperator ostentat religionem.

Ibid. [*Μετὰ λιτανείας.* Suidas λιτανεία λιτή, πτράκλησις vulgo παρακάλεσις *supplicatio inter ambulandum et procedendum facta*, περίπατος *processio*. Primus processiones, ad quas tum patriarcha tum imperator convenirent, depingit Theophanes in Marciano : Ἐν ταῖς λιταῖς τοῦ Κάμπου πεζὸς ἐξῆει πολλὰ τοῖς δεομένοις εὖ ποιῶν. Ὅθεν τοῦτον ὁρῶν ὁ πατριάρχης Ἀνατόλιος καὶ αὐτὸς οὐκ ἔτι φορείῳ φερόμενος κατὰ τὸ ἔθος ἐλιτάνευεν, ἀλλὰ πεζός. Idem : Ὁ δὲ Αἴλουρος συναγαγὼν ἀτάκτους Ἀλεξανδρεῖς ἐνδημοῦντας ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἐκ τοῦ παλατίου λιτανεύων ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐποχούμενος ὄνῳ. In Justiniano : Γέγονε τὰ πρότερα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ αὐτοῦ ὀχήματι καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ. In eodem : Ἦλθεν ὁ ἐπίσκοπος Μηνᾶς μετὰ τῶν ἁγίων λειψάνων καθήμενος ἐν ὀχήματι χρυσῷ βασιλικῷ διαλίθῳ. Et infra : Γεγόνασι τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Εἰρήνης πέραν ἐν Συκαῖς (nunc Galata), καὶ ἐξῆλθον τὰ ἅγια λείψανα ἐκ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας μετὰ τῶν δύο πατριαρχῶν Μηνᾶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐκάθισαν ἀμφότεροι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, κατέχοντες ἐν τοῖς γόνασιν αὐτῶν τὰ ἅγια λείψανα. Theophanes idem : Τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ γέγονεν ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ δεύτερον, ἡ δὲ πανυχὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης τῆς ΚΠ μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι καὶ φέρων ἀποστολικὸν σχῆμα καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Sacras imagines in processionibus ab antiquo delatas sileo. Προήρχεσθαι μετὰ σταυρικῶν σημείων καὶ σεπτῶν ἐκτύπων Χριστοῦ ἐν πανηγύρεσιν εἴθισται καὶ πομπαῖς, ait Nicetas in Murzuphlo.

Ibid. [*Τὸ πορφυροῦν κιόνιον.* De qua Nicephorus Callistus VIII, 32 : Τὸν σεβάσμιον καὶ θεῖον σταυρὸν ἐπὶ πορφυρῷ Ῥωμαίῳ ἀνίστα κίονι ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ οὑτωσί πως εἰρημένῳ. De eadem Origines CP : Τὸν δὲ εἰς Φιλαδέλφιον ὄντα σταυρὸν ἀνέστησεν ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος ἐπὶ κίονος κεχρυσωμένου, διὰ λίθων καὶ ὑέλων, κατὰ τὸν σταυρὸν ἤτοι τύπον ὃν εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ κίονος ἐκείνου τοῦ πορφυροῦ, καὶ ἐποίησε στήλας τῶν υἱῶν αὐτοῦ, quod ibi e via redeuntes 339 sese data salute fuerint amplexati, unde et Φιλαδελφίου nomen loco factum est, ad sinistram fori partem, ex iisdem CP Originibus : Ὅτι τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον οἱ υἱοί εἰσι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Goar.

P. 80. [*Ἐφ' οὗ ὁ σταυρὸς ἵσταται.* Suidas v. Σταυρός : Ἐπὶ τὸ βόρειον τοῦ φόρου μέρος ἵστατο, ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντῖνος, χρυσέμπλαστος, ἐν τοῖς ἀκρωτηριακοῖς στρογγύλοις μήλοις, ἔνθα καὶ αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καθεωρῶντο χρυσέμβαφοι, hoc est statuis deauratis donati.

Ibid. [*Ὁ πάλαι φόρος.* Simocatta, I. I : Περίλαμπρος δ' οὗτος χῶρος τῆς πόλεως. Alias vulgo πωλητήριον, ubi res quævis venum exponuntur.

Ibid. [*Ἀπέρχεται ὁ βασιλεύς.* Sive oraturus ad ecclesiam sive συλλιτανεύων procederet imperator, utrobique προέλευσιν habebat, eamque ipse Imperatoriis insignibus, comitantibus aulicis propriis cuique officio vestibus ornatis, populo gratulante et obviam procedente agebat. Imperatorem Nicephorum describit Luitprandus in legatione ἐν προελεύσει ad magnam Ecclesiam profectum, imperatricem Irenen Cedrenus : Τῇ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου Πάσχα ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύπον γενομένῃ προελεύσει εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους· δεῖλης δὲ προῆλθε ἐν ὀχήματι χρυσῷ ἐποχουμένη τέτρασιν ἵπποις, κρατουμένη ὑπὸ πατρικίων, ῥίψασα ὑπατείαν ἐν τῇ μέσῃ πολλήν. Leo Grammaticus, vel quivis alius, in Leone Armenio : Καὶ

Digitized by Google

προελθὼν ἐν τῇ Χριστοῦ γεννήσει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσῆλθεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. Φθασάσης δὲ καὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Φώτων προῆλθεν ὁμοίως, καὶ εἰσελθὼν οὐ προσεκύνησεν. Cedrenus in Leone Sapiente : Συνήθους δὲ προελεύσεως γενομένης κατὰ ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς ἐν τῷ ναῷ. Eustathius tandem ad Il. I : Πομπή, θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα καλεῖ. An idem sit προέλευσις quod πρόκενσος, de quo Cedrenus in Justino II : Αὖθις βασιλέως ἐπὶ πρόκενσον, non existimo : Προέλευσιν enim non reperies nisi pietatis vel ob accepta beneficia tripudiantis vel ad depellenda mala deprecantis gratia susceptam, πρόκενσον vero nonnunquam ad solam pompam et fastum, imo quandoque ad luxum. Leo Grammaticus in Leone Sapiente : Λέων πρόκενσον ἐποίησεν εἰς τὰ Δαμιανοῦ. Συνόντος δὲ Ζαούτζα καὶ παραδυναστεύοντος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ζωῆς ἅμα τῷ βασιλεῖ, Θεοφανὼ δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ προσεκαρτέρει εὐχομένη. Sequitur : Δόξαντος οὖν τοῦ βασιλέως μεῖναι ἐκεῖσε. Certe in solita ecclesiæ processione non fuisset moratus, nec secum pellicem duxisset, aut interim ejus uxor in oratione diutius perseveraret. Fasti Siculi : ἐποίησεν Λέων πρόκεσσον (lege πρόκενσον cum aliis) μῆνας ξξ. Processio ecclesiastico ritu peragenda, tantum spatium non requirit. De *processu* principum et magistratuum cum dignitatum insignibus Pancirollus in notitiam Orientis c. 22. Goar.]

P. 79. Tomo III de S. Cruce, l. I, c. 26, descripsi nummum, in cujus altera parte visitur Joannes Palæologus imperator Cpolitanus ad columnam crucigeram venerabundus et supplicabundus, sine dubio ex hoc more Kalendarum Septembrium. Vide l. c. De S. Cruce. De columna porphyretica consule quæ scripsimus tom. I, De S. Cruce. l. II, c. 45, ex Nicephoro et Codino in Originibus Cpolitanis. Superest hoc itidem ævo hæc columna porphyretica. *Exstat ex regione diversorii*, inquit Dousa in suo Cpolitano Itinerario, vel potius in Encomio Meletii cujusdam patriarchæ Græcanici, vel in satyra, qua Jesuitas insectatur, *in quo Cæsareos oratores hospitari mos est, columna Constantini purpurea, in cujus summitate spondylus ædificatus est, in qua ejusmodi inscriptio apparet :*

340 *Τὸ θεῖον ἔργον ἐνθάδε φθαρὲν χρόνῳ,*
Νεοῖ Μανουὴλ εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ.

Est hic Emmanuel antepenultimus ex imperatoribus Cpolitanis : nam post hunc secutus est Joannes, qui concilio Florentino interfuit, post istum Constantinus, sub quo Cpolis in Turcicam servitutem venit. Hujus porphyreticæ columnæ meminit etiam, eodem ferme quo Dousa modo, Salomon Swigerus, prædicans Noricus, l. II sui Hodœporici c. 37.

Quid acciderit, quando Andronicus senior imperator Cp. cum clero et populo Kalendis Septembris ad columnam porphyreticam supplicabat, docet nos Gregoras ad calcem libri VII, cujus verba A reddo : *Sub quartam ejusdem diei* (nimirum primi Septembris) *horam, sacris imaginibus veteri more una cum imperatore patriarcha et episcopis ad porphyreticam columnam congregatis, cui sacra crux insistit, cum sacri hymni canerentur, porcus alicunde elapsus subito in medium psallentium chorum insiliit, multo cœno inquinatus, et varie huc atque illuc vagatus vix tandem excessit. Id prudentioribus confusionem quamdam Christi Ecclesiæ et factionem significare visum.* Qualis confusio et factio paulo post secuta est, capta ab Andronico Juniore Cpoli. Grets.

P. 80. [*Ἐκεῖσε τελουμένην ἀκολουθίαν.* Partem ejus habes in Euchologio nostro fol. 810 et in Menæo 1 Septembris ejus memoriam celebrante his verbis : Ἡ δὲ τοῦ ἐμπρησμοῦ μνήμη διὰ τὸ συμβῆναι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν γενέσθαι ἐμπρησμὸν μέγιστον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Λέοντος μεγάλου βασιλέως καὶ πυρποληθῆναι τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά. Cedrenus de illo incendio in Leone memorato. Goar.]

Ibid. Celebrant Græci hoc festum cum Latinis 8 Septembris. In monasterio Libis sepultus est Andronicus senior, olim imperator, sed biennium ante vitæ finem monachus. *Cadaver ejus in Libis monasterium est perlatum, quod mater ejus domina Theodora renovarat*, inquit Gregoras extremo l. IX suæ Historiæ. Eadem ferme Cantacuzenus, I, 40. Observa Junium mala fide μονὴν vertere *ædem*, cum sit *monasterium : errat interpres*, hoc est Junius, *qui ædem reddit*, inquit ipsemet Meursius. Grets.

Ibid. [Monasterium a Theodora Michaelis Palæologi uxore reparatum, ubi sibi sepulcrum instauravit filius Andronicus, et inferias novem diebus (numero mortuis dicato) persolvi mandavit. Gregoras, ad l. IX calcem : Τὸ ἐκείνου νεκρὸν εἰς τὴν μονὴν τοῦ Λιβὸς ἐπικεκλημένην ἀπήνεγκαν, ἣν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Θεοδώρα ἀνεκαίνισεν. Ἔνθα δὴ καὶ τὸ πένθος, κατ' ἔθος, ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας τετέλεσται. A Constantino Libe fuerat prius exstructum Leone Sapiente imperante. Grammaticus Leo : Λέων ὁ βασιλεὺς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Λιβὸς ἐν τῇ μονῇ τῇ αὐτοῦ τῇ οὔσῃ ἐν τῷ Μερδοσαγάρῃ τοῦ ποιῆσαι τὰ ἐγκαίνια καὶ ἀριστῆσαι προσεκλήθη. Goar.]

Ibid. S. Demetrii martyris, cui cognomentum Myroblyta, festum celebrant Græci 26 Octobris. Hoc ergo die imperator ad monasterium in honorem S. Demetrii a Palæologis ædificatum sese conferebat. Grets.

341 *Ibid.* [*Μονὴν τῶν Παλαιολόγων.* A Palæologis nomen sortitum monasterium opes, proventus, ædificia, ornamenta quævis, ab eis primum imperii sedem occupantibus debuit accepisse. Goar.]

Ibid. Natalem S. Chrysostomi obeunt Græci 13 Novembris.

Ibid. Verti, *in præsentatione*. Sic enim res intelligitur. Celebratur a Latinis pariter et Græcis 21 Novembris. Monasterii τῆς Περιβλέπτου memi-

Digitized by Google

nit Gregoras l. VII, et Pachymeres, l. v. Erat monasterium sanctissimæ virginis Mariæ, quam Græci περίβλεπτον, hoc est *spectabilem* seu *admirandam*, vocant. In hoc festum partim exstant, partim adhuc in bibliothecis latent multæ Græcorum homiliæ. GRETS.

Ibid. [De hoc monasterio Cedrenus in Romano Argyro: Ἀναιρεθεὶς ὁ Ῥωμανὸς βασιλεὺς, θάπτεται ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ τῆς Περιβλέπτου μονῇ. Scripserat superius: Ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὸν οἶκον τοῦ Τριακονταφύλλου ἐξωνησάμενος εἰς μοναστήριον μετεσκεύασεν ἐπ' ὀνόματι τῆς δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Quibus sumptibus et qua magnificentia exstructum Cedrenus prosequitur: ubi situm fuerit, docet Gregoras, VII, 18; a Nicephoro Botaniate reparatum Zonaras refert ad ejus Vitæ calcem. GOAR.]

Ibid. Festum S. Basilii celebrant Græci Kalendis Januarii, hoc est ipso circumcisionis die.

Ibid. Festum Occursus seu *Purificationis* nobiscum celebrant Græci 2 Februarii. Blachernense templum suburbanum erat ad littus maris, conditum a Pulcheria imperatrice. *Opus enim ejus est*, inquit Nicephorus, XIV, 2, *sacrum Dei Genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum illa ipsa Verbi Matre, quod inhabitaret domicilium. Cujus divinum tumulum et sepulcrales fascias inventus cum veneratione maxima ibi reposuit.* (Cedrenum in Marciano confert Goar.) *Magna religione templum id Byzantini colunt*, inquit idem Nicephorus, XVIII, 38: *dicitur namque et creditur vestes Mariæ virginis et partem quamdam admirandæ illius zonæ capitisque etiam amiculum in aurea urna ibi asservari.* De veste d. Virginis reperta vide eumdem Nicephor. XV, 24. GRETS.

Ibid. [*Μέχρι τῶν Ὑψηλῶν.* De palatii Blachernensis parte, cui nomen Ὑψηλά, dictum superius.

P. 81. [Πέζευμα esse palatii locum quo imperator πεζεύει, manifestat cap. 5, idemque declarat nota ad p. 29. GOAR.]

Ibid. Festum S. Georgii martyris celebrant Græci 23 die Aprilis. Manganensis monasterii meminit Cantacuzenus, l. I, c. 50 et 59, et l. IV, c. 16 et 42 et 45, in quo aliquandiu Cantacuzenus, deposito imperio, vitam monasticam egit. Ejusdem aliquoties mentio fit in Historia Nicephori Gregoræ. In hac processione ad Mangana die S. Georgii Constantino Ducæ imperatori insidiæ structæ sunt, quas tamen ipse feliciter evasit, ut scribit Joannes Curopalata. Monasterium Manganense exstruxit Monomachus imperator, testibus Cedreno et Curopalata; ubi etiam sepultus est. GRETS.

Ibid. [Cedrenus de Manganis loco: Ἔργον Βασιλείου τοῦ βασιλέως καὶ ὁ λεγόμενος οἶκος τὰ Μάγγανα καὶ ὁ ἕτερος ὁ νέος καλούμενος. Quas, ut subdit, eo proposito erexit, ne publicos reditus in usus privatos verteret. Eam ob rem reditus eis ex agriculturæ proventibus constituit **342** idoneos, unde imperatorio convivio pro se et iis qui toto anni decursu invitarentur, sufficientes et juste parti sumptus suppeditarent. Procul itaque erat a custodiendis bellicis instrumentis, ut Xylander et alii sunt opinati; nec κουράτωρ τῶν Μαγγάνων, quem cum aliis in Isaacii Comneno Zonaras et Curopalates memorat, alius erat quam qui domus hujusce et redituum ejus curam haberet. Turrim sive propugnaculum ponit extra urbem in Manganorum planitie Cantacuzenus, III, 72, eamque adeo munitam c. 80 et 87 affirmat ut urbem CP. vel tueri vel oppugnare posset. Monasterium illic loci construxit Monomachus Constantinus, legiturque apud Cedrenum κείμενος ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ νεουργηθείσῃ μονῇ τῶν Μαγγάνων, subditurque: Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἀποθανὼν ἐν τοῖς Μαγγάνοις ταφῆς ἔτυχε τῆς τυχούσης. GOAR.]

P. 81. Festum Constantini *et Helenæ* impp. celebrant Græci 21 die Maii. GRETS.

Ibid. [Constantinum non sanctum modo sed et ἰσαπόστολον Græci prædicant ob propagatam et defensam ejus studio fidem. Templum SS. Apostolis in utraque Roma ædificasse cunctæ loquuntur historiæ, et in eorumdem limine capsam porphyreticam Romanam eidem in sepulcrum concessam. GOAR.]

Ibid. Natalem *diem S. Joannis Baptistæ* obeunt Græci nobiscum 24 die Junii. Monasterii cui Petra nomen, meminit Cantacuz. III, 35. GRETS.

Ibid. [Petra nomen monasterio. Μονὴ προσαγορευομένη Πέτρα, scribit Cantacuzenus, III, 35. Ædes illa sacra Basilii Macedonis opus est, de quo Cedrenus: Καὶ τοὺς δύο τοῦ Βαπτιστοῦ σηκοὺς ἔν τε τῇ Στροβίλῳ καὶ Μακεδονιαναῖς, τοῦ μὲν ἀνῳκοδόμησε τὸ πλεῖστον, τὸ δὲ ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν. Petram vero ad monasterium, cui nomen imponit, sitam στροβίλου figuram referre vident qui etiam hodie CP. oculis circumlustrant. GOAR.]

Ibid. Apud Græcos tricesimus dies Junii omnibus simul apostolis dicatus est. GRETS.

Ibid. [De Apostolorum festo solemnius CP. celebrato hæc Theophanes: Φῆστος συγκλητικὸς Ῥώμης ἀποσταλεὶς πρὸς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολιτικὰς τὰς μνήμας τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου πανηγυρικώτερον ἐπιτελεῖσθαι ἠτήσατο. Ὃ καὶ κρατεῖ μέχρι καὶ νῦν. GOAR.]

Ibid. Festum Transfigurationis agunt Græci 6 Augusti. In monasterio Pantocratoris sepultus est Manuel Comnenus imperator, ut scribit Nicetas ad calcem libri VII De rebus Emmanuelis. GRETS.

Ibid. [Irenem Andronici senioris uxorem in hoc monasterio sepultam narrat Gregoras VII, 16; regnantibus in Oriente Francis, τὰ τῶν Λατίνων βασίλεια ἡ τοῦ παντοκράτορος ὑπῆρχε μονή, scribit idem IV, 4; regiam sepulturam dederat prius Manueli Comneno, ut auctor est Nicetas in ejus Vita. A Basilio Macedone primo constructum et annuo censu fuisse donatum auctor est Cedrenus: Ἀνήγειρε δὲ (ναὸν Βασίλειος) καὶ ἐκ καινῆς ἐν ταῖς βασιλείοις αὐλαῖς εἰς ὄνομα τοῦ Δεσπότου Σωτῆρος Χριστοῦ. Et infra: Καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς θείους ναοὺς;

Digitized by Google

ἐντὸς τοῦ παλατίου ἐδομήσατο εἰς ὄνομα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ. Coar.]

Ibid. Die 15 Augusti agunt Latini cum Græcis *assumptionem D. Virginis.* Græci, ut apparet ex Menæis et Menologiis, vocant hoc festum κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Et hoc titulo exstant Patrum orationes in hoc festum, ut B. Damasceni **343** et Andreæ Cretensis. Mortuam ergo volunt 15 die Augusti; addunique eodem die resurrexisse et animo simul et corpore in cœlum assumptam esse. Quare post supradictum de *Dormitione* titulum subjungunt Menæa: Τῷ αὐτῷ μηνὶ πεντεκαιδεκάτῃ ἡ σεβασμία μετάστασις τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Eodem ergo die et obiit et ad cœlos, reducta in corpus anima, abiit sanctissima Deipara. Quod etiam Latina Ecclesia sentire videtur, quæ die 15 Augusti *Assumptionem* B. Virginis solemni cæremonia celebrat, tametsi de *Dormitione*, utrum eodem die an aliquo præcedente acciderit, nihil tradit. Latini quidam martyrologi, ut Ado et Usuardus, *Dormitionem*, non *Assumptionem* indigitant; cujus causa acriter in illos insurgit Baronius anno Redemptoris 48, eosque provocat ad antiquissima Romani Martyrologii vestigia, ubi non *Dormitio* sed *Assumptio* legatur. Veniam det magnus Annalium conditor, si quid dixero pro supradictis martyrologis. Romanum Martyrologium omnium aliorum vetustissimum, sæpe a Baronio desideratum sed nuspiam repertum, nuper demum studio Heriberti Rosweydi nostri publicatum et Paulo V pontifici maximo inscriptum, C hoc, inquam, Martyrologium 15 die Augusti hanc inscriptionem præfert: *S. Mariæ Dormitio.* Si ergo martyrologi illi primævum hoc Romanæ Ecclesiæ Martyrologium secuti sunt, quid peccarunt? Nec mirum, quia forsan illis *Assumptio* Deiparæ cum corpore et anima tam liquida non fuit quam nobis est hodie, quia veritas paulatim magis atque magis eruitur et elucidatur, ita ut quod prioribus sæculis obscuriusculum habebatur, id posteris temporibus clara in luce reponatur. Accedit quod Rabanus et Notkerus in suis Martyrologiis appellatione hodie Latinis consueta utantur: apud utrumque enim leges *Assumptio B. Mariæ genitricis Dei*, ut et apud Bedam. Quare, ut in semitam revertamur, beatissimam Virginem eodem die mortuam, sepultam et a mortuis excitatam cum Græcorum Menæis credimus, licet Damascenus resuscitationem tertio demum ab obitu die statuat in oratione de Assumptione B. Mariæ. Tametsi probabilius isti quam alii apud Bedam, qui Assumptionem Deiparæ ad IX Kalendas Octobres, hoc est ad 24 diem Septembris, referunt, ita ut inter mortem ejus 15 Augusti, quæ fuit prima Assumptio, nempe secundum animam, int recesserint quadraginta dies usque dum anima cum corpore rursus c nglutinata resurrexit cœlosque peti it. Verum hæc omni verisimilitudine carent, et adversantur tam Latinæ quam Græcæ Ecclesiæ; recteque notat Baronius in Martyrologio Romano ad diem 15 Augusti illud de secunda Assumptione esse assumendum non a Beda, sed a mala quapiam manu. Nec consuetudo Germanorum tricesimum assumptæ Virginis celebrantium quidquam hanc persuasionem juvat: non enim id faciunt quasi tricesimo demum die rediviva in cœlos exaltata fuerit, sed totis illis triginta diebus assumptio in cœlum statim a morte facta decantatur. Græci non agunt **344** hunc tricesimum, ut patet ex Typico S. Sabæ, ex Menæo in Augusto et Septembri. Est devotio Germanica, et exstat in plerisque Missalibus et Breviariis, in Eystettensi, Ratisponensi, Salisburgensi, Frisingensi, Curiensi; multisque locis, summo mane per triginta illos dies canitur officium de B. Virgine, *Gaudeamus omnes etc.*, frequenti populo accurrente. Et hic Ingolstadii quotidie per triginta dies ex congregationis Academicæ fundatione litaniæ et aliæ cantiones canuntur in templo D. Virginis, idemque fit in Mauriciana parochia. Et quamvis, ut aliqui objiciunt, a Græcis etiam schismaticis ortum haberet, quod tamen secus est, non ideo improbanda esset hæc consuetudo; nam et a schismaticis bonum aliquod institutum proficisci potest. Est ergo a Germanis hic mos, qui defunctis tricesimum agere solent; et alicubi si quis honestior mortuus est, non tantum parentant illi tertio septimo et tricesimo die, sed quotidie habitu lugubri ad missam et ad vesperas eunt, et offerunt ad altare quidem pecuniam, ad cenotaphium vero (*auf der baar*) vinum, panes, etc. Germani ergo venerationi divæ Virginis addictissimi etiam per tot dies parentare voluerunt divæ Virgini, non lugubriter ut mortuæ, sed hilariter ut in cœlos assumptæ: hinc non audiuntur funebria cantica, sed omnia ad lætitiam comparata.

P. 81. Decollationi S. Joannis Baptistæ sacer est dies 29 Augusti tam apud Græcos quam apud Latinos. In hoc festum variæ exstant Græcorum Patrum homiliæ. Non pauciores forte adhuc in bibliothecis cum tineis blattisque bellum gerunt.

P. 82. Secundo die Julii agunt Græci anniversariam memoriam depositæ in templo Blachernensi *vestis* Deiparæ virginis sub Leone et Verina impp. Vide Menæum dicto die Julii. At 31 die Augusti D agunt iidem Græci anniversariam memoriam *depositæ zonæ* Deiparæ virginis in templo Chalcopratiorum. Vide Menæum dicto die Augusti et Nicephor. XIV, 49. Sed de quo festo accipiendum quod Codinus scribit? Videtur de priore, quandoquidem *depositionem venerandæ vestis* nominat; et imperator ad Blachernas hoc festo ibat, ubi *vestis* illa reposita. Cur ergo Codinus id non recensuit suo loco, hoc est in Julio? Causam dicat qui notam habet: ego mihi ignotam fateor. Nisi forte legendum hic τῆς τιμίας ζώνης. Sed tunc obstat templum Blachernium, ad quod hoc die imperator cum suis palatinis itabat: at *zona* Deiparæ asservabatur in templo in Chalcopratiis condito, ut testatur Menæum. Grets.

Digitized by Google

Ibid. [Miratur nec immerito Gretserus, cur, cum memoria depositæ in templo Blachernensi vestis Deiparæ virginis sub Leone et Verina impp. 2 Julii celebretur, Augusti vero die 31 Græci anniversarium depositæ zonæ ejusdem Deiparæ in templo Chalcopratiorum peragant, imperator celebrata Joannis Prodromi decollatione ad Blachernas adoratum ire scribatur, festo depositæ vestis quod Julii 2 præteriit peragendo. Vel si aliud retro dictam decollationem occurreret, aliud a deposita zona in Chalcopratiis colenda nusquam animo deberet obversari. *Causam dicat,* **345** ait Gretserus, *qui notam habet.* Profert eam, non inerudite, me quidem judice, editis operibus jam clarus noster Franciscus Combefis notis in Encomium in depositionem zonæ virginis Deiparæ propediem lucem aspecturum. Mentio fit, ait, de Blachernarum templo, in quo etiam erat portio quædam illius zonæ, simul cum vestibus, ut Nicephorus, XVIII, 38, testatur. Subdit: Potuit, tametsi erat ea die præcipuus conventus in Chalcopratеis, etiam in Blachernis esse, ubi nec sacra zona deesset, conjuncta illi vesti sacræ, conjunctamque proinde habens religionem ac laudem. In Encomii illius, quod evulgat et elucubrat, procœmio allatæ sententiæ reperio argumentum his verbis: Ὥστε μὴ τῆς ζώνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμίας; ἐσθῆτος τῶν ἐπαίνων συνεφάψασθαι (χρή)· καὶ γὰρ ἄλλως οὐδ' ὁσίως ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα τῇ μνήμῃ διελεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ἀμφοῖν ἅμα χρῆσθαι πρὸς τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν ἡ πανάμωμος πιστεύεται, οὕτω δεῖν καὶ ἡμᾶς οὐκ ἰδίᾳ, κοινῇ δὲ τὸν πρέποντα τούτοις αἶνον ἐξυφάνασθαι. Alias congruas rationes ibidem deducit encomiastes. GOAR.]

Fascias sepulcrales B. Virginis reposuit Pulcheria imperatrix in templo Blachernio, teste Nicephoro, lib. XIV, c. 2. Fasciis infantiæ, quibus Christus infans involutus est, honoravit et ornavit templum τῶν Ὁδηγῶν, ut eodem loco idem Nicephorus scribit. Baronius tom. I anno Christi primo n. 8 dicit in honorem *fasciarum*, quibus infans Christus involutus est, diem festum apud Græcos institutum esse 31 Augusti. Casaubonus, Baronii conductitius calumniator, dicit in Ritualibus Græcorum libris nihil haberi de festo *fasciis* dicato, sed tantum zonæ. Ut id ita sit, diem tamen hunc *fasciis* quoque sacrum fuisse testantur duo auctores Græci, Germanus et Euthymius, qui in Græcia vixerunt et orationibus encomiasticis, quæ exstant apud Lippomannum et Surium, festum hoc illustrarunt. Occinit criminator *non esse credendum Euthymio et Germano.* Et nos Genevensi ex lustro vociferanti Casaubono credemus! Cur ergo in Ritualibus libris nulla mentio? Opinor, quia sacræ *fasciæ* festi sacræ *zonæ* tantum appendix erant.

P. 82. Dominica orthodoxiæ est prima Dominica Quadragesimæ, ut manifestum est cum ex aliis Græcorum ritualibus libris, tum ex Typico S. Sabæ c. 42, cujus titulus est Διάταξις τῆς πρώτης Κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας. Prima verba capitis hæc sunt τῇ Κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Causam appellationis hujus ita breviter, et summa sequens vestigia, narrat Philotheus patriarcha Cpolitanus in homilia prima Quadragesimæ Dominica recitata: Τῇ Κυριακῇ ταύτῃ καὶ πρώτῃ τῶν νηστειῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἑορτάζειν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν ἤτοι τὴν ἀναστήλωσιν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων, γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς τῆς μακαρίας βασιλίδος καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Γέγονε δ' οὕτως. Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας κρατήσαντος ἡ τῆς εἰκονομαχίας ἦρξατο καὶ ἐπαῤῥησιάστατο αἵρεσις. Ἐκείνου δὲ τὸ ζῆν κακῶς ἀποῤῥήξαντος ὁ ἐκείνου υἱὸς Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς αἱρέσεως διάδοχος γίνεται. **346** Κἀκείνου δὲ αἰσχρότερον τελευτήσαντος ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς ἐκείνου εἰς τὴν βασιλείαν καθίσταται. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν, Εἰρήνη καὶ Κωνσταντῖνος τῆς ἀρχῆς κληρονόμοι γίνονται. Οὗτοι δὲ ὑπὸ Ταρασίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καθοδηγούμενοι τὴν ἑβδόμην σύνοδον συγκροτοῦσι, καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀπολαμβάνει καὶ τὸν ἑαυτῆς περιτίθεται κόσμον. Τούτων δὲ τῶν τῇδε ἀποχωρησάντων, ὁ ἀπὸ γενικοῦ Νικηφόρος εἰς τὴν βασιλείαν ἀνάγεται, εἶτα Σταυράκιος ὁ υἱός, μεθ' ὃν Μιχαὴλ ὁ Ῥαγκαβὲ τὰς ἁγίας εἰκόνας σεβόμενοι. Τὸν δὲ Ῥαγκαβὲ Μιχαὴλ ὁ θηριώδης; Λέων ὁ Ἀρμένιος διαδέχεται, καὶ τὴν δευτέραν οὗτος εἰκονομαχίαν διεγείρει, καὶ πάλιν ἄκοσμος ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία γνωρίζεται. Τοῦτον διαδέχεται ὁ ἐκ τοῦ Ἀμορίου Μιχαὴλ, τὸν δὲ πάλιν Θεόφιλος ὁ υἱὸς, ἐπὶ τῇ κατὰ τῶν εἰκόνων μανίᾳ καὶ οὗτος τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων. Τελευτήσαντος δὲ καὶ τοῦ Θεοφίλου πικρῶς καὶ βιαίως, ἡ ἐκείνου σύζυγος ἡ μακαρία βασιλὶς Θεοδώρα καὶ ὁ ταύτης εὐσεβέστατος υἱὸς Μιχαὴλ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς βασιλείας κληρονόμοι γίνονται, καὶ θύραν παῤῥησίας τοῖς ὀρθοδόξοις ἀνοίγουσιν· ὅθεν καὶ ἀνελθόντες τότε ἅπαντες οἱ τῆς ὀρθοδοξίας λογάδες ἀπό τε ἀρχιερέων ἱερέων καὶ μοναστρόπων περιφανῶν τὴν ὀρθοδοξίαν ἐκήρυξαν. Καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τὴν ἑαυτῆς εὐπρέπειαν ἡμφιάσατο, ταύτην τὴν ἡμέραν ἑορτάζοντες σήμερον. Hæc Philotheus. Instituebatur ea die in memoriam orthodoxiæ restitutæ processio non sine crucibus et imaginibus. Typicum Sabæ, c. 42: Λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Legebatur eodem die decretum concilii secundi Nicæni de imaginibus reparandis, retinendis et honorandis, Ἀπερχόμεθα, inquit Typicum, ἐν τόπῳ ὡρισμένῳ ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν.

Ex his planum esse arbitror quam vere scripserit Calvinianus scholiastes Curopalatæ, *Dominicam Orthodoxiæ aut junctam aut certe proximam fuisse Pentecostæ.* Qui juncta vel proxima, si fuit prima Dominica Quadragesimæ? Et ut maxime juncta aut proxima fuisset Pentecostæ, non debebat tamen conjici in 21 diem Maii, tum quia nulla Dominica

Digitized by Google

stabilem et fixum locum habet inter dies mensis, tum quia Pentecoste est festum mobile dependens a Paschate. Non ergo semper cadere potest Dominica Orthodoxiæ in 21 diem Maii, cum ipsa Pentecoste hunc diem vel antecedere vel subsequi possit. GRETS.

Ibid. [Ex Typico Sabæ brevem tibi Ὀρθοδοξία; ita dictæ historiam descripsit Gretserus : ornatiorem aliam et copiosam magis tibi jamjam edet nuper memoratus Combefis ex mss Regiis, cui titulus Διήγησις διαλαμβάνουσα περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν παρέλαβε τὴν Ὀρθοδοξίαν ἑτησίως τελεῖν τῇ πρώτῃ Κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἡ ἁγία Θεοῦ Ἐκκλησία. Vide Leonem Grammaticum, Cedrenum, Zonaram et alios in Michaele et Theodora.

Ibid. [*Τὸ συνοδικόν.* Præfata Ὀρθοδοξίας Dominica elatis in sublime crucibus et venerandis imaginibus ad statutum locum processionem ecclesiasticam habet Orientalis Ecclesia. Ibidem Patrum antiquorum hæreses **347** olim scriptis, doctrina, voce, laboribus insectantium habita solemni ritu memoria, recensitis etiam hæresibus ipsis ac perverso cujusque dogmate publicato, cunctis ter ἀνάθεμα inclamant, et hæreticorum omnium nomen exsecrantur : ita dicitur τὸ συνοδικὸν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου ἀναγινώσκεσθαι. Videndum Triodium quo integrum reperitur.

Ibid. [Ἵστανται. Vide imperatorem Ecclesiæ decreta venerantem. GOAR.]

P. 82. Pridie Palmarum agitur a Græcis anniversaria memoria *resuscitati Lazari* : ejus in honorem templum exstruxit Leo Philosophus imperator teste Zonara, et in eo sacrum ejus corpus ex Cypro translatum condidit. GRETS.

Ibid. [*Δικαίου.* Beatos omnes in varias classes distribuunt Græci. Et certe nonnullis, ut Barnabæ, Lucæ, Stephano, apostolorum collegio connumeratis, aliis etiam ἰσαποστόλων nomine honoratis, subjungunt ἱερομάρτυρας pontifices simul et martyres; μαρτύρας (intellige λιτούς nudos ac simplices) martyres; ὁμολογητάς confessores nonnulla tormenta vel exsilium pro Christi nomine passos; ὁσιομάρτυρας monachos simul et martyres; ὁσίους, monachos; δικαίους justos, quos confessores vulgo dicimus; παρθένους virgines; παρθενομάρτυρας virgines simul ac martyres; γυναικομάρτυρας feminas martyres, etc.

Ibid. [Ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ μονήν. Cujus fundatorem Leonem Sapientem refert alius Leo Grammaticus in ejus Vita : Ἔκτισεν ὁ Λεων εἰς τοὺς λεγομένους Τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἔνθα καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας τὰ ἐγκαίνια καὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Ἀσχολουμένου δὲ τοῦ στόλου εἰς τὰ κτίσματα τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν παρελήφθη ἐν Σικελίᾳ τὸ Ταυρομένιον ὑπὸ τῶν Ἄφρων.

Ibid. [*Τὰς γυναικείας ἐν τοῖς μοναστηρίοις ἑορτάς.* Si S. Sophiæ apostolorum Blachernarumque dempseris ecclesias, alias hic recensitas, ad quas ex devotione statutis diebus pergit imperator, monachis assignatas ac imperatorum magnificentia exstructas, sicut et e catholicis tres enumeratas, observabis.

Ibid. [*Πλάγιον.* Regium vexillum imperatore absente obliquum, præsente rectum tenetur.

Ibid. [Ἄπτειν λαμπάδα ἐπὶ τοῦ διβελλίου. Quid illud ritus, cereum vel lampadem in vexillo accendere? num recte harioler, amice lector, judex esto. In æneis figuris huic operi sparsim appositis (describunt illæ Græcorum imperatorem Joannem ultimum ad Florentinam synodum iter habentem) ad latus imperatoris sedentis in triremi vexillum, superius a me διβέλλιον nominatum c. 5 nota ad p. 59, animadverto, ex cujus medio conto laternam sive phanale prorumpens non aliud quam ignem imperatoribus prælatum includere mihimet persuadeo. Num modo ἅπτειν τὴν λαμπάδα ἐπάνω τοῦ διβελλίου meam admittat conjecturam, approba; vel tu quidpiam aliud loco magis congruum edissere. GOAR]

Ibid. Ridiculum est quod Junius suspicatur, ὡραίας πύλας dictas quasi *horarias, quod in primo illo templorum aditu sit commodissima sciaterum et horologiorum sedes.* Credam, ubi Junius demonstraverit etiam in templo Hierosolymitano portam Speciosam dictam esse quasi *horariam*, quod sciaterum et horologiorum sedes esset. GRETS.

Ibid. [Vestibulum monasticarum ecclesiarum subeuntibus occurrunt ὡραῖαι πύλαι, nonnunquam βασιλικαί nuncupatæ. Vestibulum illud πρόναος **348** auctori dicitur, qui vulgo νάρθηξ, estque ecclesiæ portis adjuncta porticus exterior semper aperta et in ecclesiam advenientes primum excipiens, qualem observare te precor Parisiis ad valvas templorum S. Germani nomine structorum, ad S. Victoris et ad S. Genovefæ. Πρόναον hunc prætergressis occurrunt dictæ majores portæ, ὡραῖαι, *speciosæ*, vel ob pictas ἐν προνάῳ sacras imagines, vel quod *speciosam* Salomonii templi referant, vel denique verius quod ad eas monachi minores horas primam, tertiam, sextam, nonam et matutinarum partem huic modulo præviam Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον ἡμῖν, Θεοτόκε, etc. concinant. GOAR.]

CAPUT XI.

Observationes et explicationes in c. 16, quod est de fossato.

P. 83. [Τέντα σκηνή, κόρτη, κατοῦνα, *tentorium*.

Ibid. [Ἐξαπλῶσαι τὰ ἑαυτοῦ. Regium domesticique vexillum in aciem latum et e conflictu ad castra relatum II, 7, narrat Cantacuzenus. GOAR.]

P. 83. Inepte Junius, *quando fossatum oportet pedem figere*, imo quando oportet fossatum migrare vel alio proficisci. Nam πεζεύειν est hic *iter facere*, ut paulo post apertissime apparet, ubi dicit Codinus neminem πεζεύειν, hoc est iter inire, priusquam magnus domesticus unicuique flammu-

Digitized by Google

lo suum locum assignarit. Eumdem errorem errat Junius mox.

Ibid. Κατουνοτόπιον, *castra, locus tentoriorum.* Κατοῦναι *tentoria.* Κατουνεύειν *castra ponere, tentoria figere,* vel etiam absolute στρατοπεδεύειν. Junius hic in Arabem versus *catunas* ex Arabia advocat, consueta sibi in his rebus, nisi fallor, felicitate. GRETS.

Ibid. [Κατουνοτόπιον quod ἄπληκτον et proprie φοσσάτον. Ἄπληκτα, quasi τῆς πληγῆς ἔξω, sunt *castra* sive *castrorum metationes,* et quod quidam *applicationes* : castra enim *applicare* et figere dicimus. Quia vero vallo *fossaque* castra circumdata, hinc unus τῶν ἀπλήκτων καὶ τοῦ φοσσάτου sensus. Castra deinde fossa munita σκηνὰς, κατούνας, τέντας tentoria excipiunt, ac propterea κατουνοτόπιον, ad tentoria ponenda planities apta valloque munita, idem quod ἄπληκτα vel φοσσάτον. Nicetas Isaacii Angeli, l. I : Μέσον τοῦ κάμπου ἐποίει τὰ αὐτοῦ κατουνοτόπια, μήτε φύλακας ἔχων ἀκριβεῖς ἢ βίγλας, μήτε μὴν βάλλων χάρακα. Infra : καὶ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος κατοῦναν ἦλθον. Inferius iterum : Ἡρπάγησαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῦναι πᾶσαι. Unus Leonis locus ex his plura, imo fere cuncta, connectit declaratque, Tacticorum const. 11, 1 : Δεῖ οὖν τὰ ἄπληκτα ἤτοι τὰ φοσσάτα (κυρίως γὰρ φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται) ἀσφαλῶς σε ποιεῖν, καὶ εἰ μὲν ἐνδέχεται, εἰς ἀραιοτέρους τόπους κατασκηνοῦν τὰ στρατιωτικὰ, εἰ δὲ οὐ κατὰ πάντα, μὴ ἀμελῶς ἀλλὰ σφιγκτῶς καὶ ὀχυρῶς ἀπληκεύειν. Κατούνας porro quasi καντούνας sive καντούνια (quæ γωνίας, *angulos,* tum Portio tum vulgari plebi sonant) puto dictas, quod ipsæ καντουνωταὶ castraque καντουνωτά, *in quadrum* nimirum et *angulos æquales* dispositæ, vel iterum quod ubique in castris ex tentoriorum a se invicem dissitorum ordine apparerent anguli. Unde forsan viarum **349** compita Gallis *cantons,* vel certe ab his (quot enim et quanta ab iis ultimis imperii sæculis mutati sunt Græci) illorum κατοῦναι : et rursum ex vernaculo *cantonner,* quod est insessum locum tenere et eo se ut munitiore tueri, τὸ κατουνοποιεῖν in Græciam detulerunt Franci. Consule Leonem l. c. n. 17.

P. 84. [Τόπον seriem et ordinem intellige.

Ibid. [*Πρὸ τοῦ πεζεῦσαι τὸ φοσσάτον.* Hoc fuit Leonis mandatum in Tact. const. 9 n. 61 et 62 : Μή ποτε ἐγκρύπτωνται εἰς ὀλεθρόν τινα. Et infra : Καὶ ταῦτα προερευνᾶν δεῖ διά τε ψιλῶν στρατιωτῶν καὶ ὀλίγων καβαλλαρίων, ἅμα δὲ καὶ ἀποσοβεῖν τοὺς κεκρυμμένους ἐχθροὺς, εἶθ' οὕτω παρέρχεσθαι τὴν παράταξιν. GOAR.]

P. 84. Codex Lautherianus et alter Boicus : Δειπνήσατε καὶ τραγήσατε τὰ ἄλογα. GRETS.

Ibid. [Solos equites de nocte posuerunt in excubiis postremi Græci. Leo Tact. const. n. 53 : Ἐπὶ τῆς πεζικῆς ὁδοιπορίας εἰς μὲν ἐπιπέδους τόπους δίον σε καὶ ὄπισθεν αὐτῶν καὶ ἔμπροσθεν καβαλλαρίους καθιστᾷν εἰς βίγλας, καὶ ἐξωτέρω τῆς βίγλας μηδένα τῶν πεζῶν φαίνεσθαι. GOAR.]

P. 85. [*Τοῦ φοσσάτου ἀδρουμιαζομένου. Lustrato recensitoque exercitu.* Theophanes in Justiniano : Τοὺς στρατιώτας ὁ Γερμανὸς ἠρίθμει, καὶ τῶν γραμμάτων τὰ βιβλία, ἐν οἷς τῶν στρατιωτῶν τὰ ὀνόματα ἐνεγέγραπτο, ἀναλεξάμενος. Nicetas Isaacii Angeli l. III : Συλλογαὶ οὖν καὶ ἀπογραφαὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐγίνοντο στρατευμάτων, οὐκ ἀχρεῖον δὲ καὶ τὸ μισθοφορικὸν συνελέγετο

Ibid. [*Ὁ μέγας δομέστικος ἐν ᾧ τόπῳ ὁ βασιλεύς.* Hinc ei regii pene honores delati. Joanni Axucho magno domestico sub Joanne Comneno casu obviam sibi facto cuncti proceres et ex regia stirpe honoratissimi viri eum deferebant cultum ut ex equis descenderent et exhiberent reverentiam. Nicetas : Πᾶσαν ὑπερανέβη παραδυνάστευσιν μέγας τιμηθεὶς δομέστικος, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἐριτίμων κατὰ γένος βασίλειον ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου καὶ τούτῳ ἀπονέμειν προσκύνησιν, κατὰ συγκυρίαν ὑπαντιάζοντας. Illi velut imperatori satellites assignati. Manuelis l. I : Ὁ μέγας δομέστικος τοὺς ἰδίους μεταπέμπεται δορυφόρους, οὓς ἐπὶ καιρῷ μάχης εἶχε χρησίμους ἑαυτῷ καὶ ὁπλίτας ἀγαθοὺς ἐκέχρητο. Potestatem domestici quam amplam et imperatoriæ proximam ipse domesticus Cantacuzenus, l. II fuse describit. GOAR.]

Ibid. De cursu et spoliis jam alibi egimus. GRETS.

Ibid. [*Λόγῳ. Nomine, in partem, ejus ratione,* etc., respondet plurimum antiquo ἕνεκα. Phrasis a recentioribus frequenter usitata, mutato pro locutionis corruptela ῳ in ου. Sic διὰ λόγου μου *emore mei* vel *nomine meo,* διὰ λόγου σου *propter te,* etc. dicunt. Theophanes : Λόγου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας *in magnæ ecclesiæ partem.* GOAR.]

Ibid. Κεφαλάδες et κεφαλάδαι sunt ad verbum nostri *capitanei.* GRETS.

Ibid. [Κεφαλάδας hodierni vocant *capitaneos;* de qua voce docte Rigaltius v. κεφαλή, quæ idem quod alia corruptior κεφαλάδας.

Ibid. [*Ῥογατόρων.* Habuerunt Græci, quorum morem imitantur Turcæ, milites alios τιμάρηδας, alios ῥογάτορας. Primis in stipendium perpetuum assignabantur agri, qui vulgo τιμάρια, velut laboris τιμὰς compensationes. Cantacuzenus, I, 33 : Τοῦ μέντοι μισθοφορικοῦ τῆς στρατιᾶς τὸν μισθὸν αὐξήσας, παρέσχον καὶ γῆς ἑκάστῳ πλέθρα χρυσίων δέκα. Secundis ῥόγαι pecuniæ numeratæ, de quibus alibi. Rogas **350** semel in anno, vere nimirum, in proceres et in milites divisas scribit Balsamon Meditato de incensis, etc. Concinne describit Luitprandus in Legatione, et ab antiquo ita distributas confirmat Simocatta, III, 4 : Ἐπιγινομένου δ' ἦρος καὶ προσηνῆ καὶ ἐπίχαριν ὄψιν παρεχομένου τῇ γῇ, ἡ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῦ χρυσοῦ διανομὴ τῷ μαχίμῳ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐξεπέμπετο. Hieme tamen stipendia eisdem soluta monet idem auctor, l. II : Χειμῶνος γὰρ ἤδη που ἐνεδήμει καιρὸς, καὶ ἡ ἐγκύκλιος τῶν χρημάτων ἐπίδοσις τῷ Ῥωμαϊκῷ ἐχεῖτο συντάγματι. GOAR.]

Digitized by Google

P. 85. Junius, hic ut alibi semper, ἅρματα putat esse *currus*, cum sint *arma* a Latino vocabulo desumpta.

Ibid. Τί γενέσθαι. Videtur addendum δεῖ. GRETS.

CAPUT XII.

Observationes et explicationes in c. 17, de coronatione imperatoris.

P. 86. [*Περὶ στεφηφορίας βασιλέως.* Imperatores renuntiati, qui vel subditorum electione vel sanguinis jure vel vi tyrannide arrepta ad regendum imperium promoti : coronati deinde, qui insignibus imperii, corona, sceptro, chlamyde, ornati et unctione delibuti. De tradendis insignibus hisce, tacita qualibet alia promotione, totus est præsens typus.

Ibid. [*Κατὰ τὴν πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐσπέραν.* Imperii successores, vel ad illud populi militumve electione obtinendum vocatos, palatium seu propriam sedem possidere certum : ascitos ad imperium a principe seniore illud statim incolere datum. Vespere igitur coronationi prævio ad illud se conferunt, ut comite, imo duce seniore ad ecclesiam postera luce pergant. Vide Michaelem Theophili F. apud Leonem Grammaticum quidpiam hujusmodi jam suo tempore observantem : Ὀψὲ δὲ Σαββάτου τῆς Πεντηκοστῆς ἐμήνυσε Φωτίῳ τῷ πατριάρχῃ ὁ βασιλεὺς διὰ Ῥανδαχίου πρωτοβεστιαρίου τὴν ἀναγόρευσιν τῆς βασιλείας ποιῆσαι Βασιλείου. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον δύο σελλία. Οἱ δὲ λαοὶ ἐταράχθησαν πῶς; ἑνὸς βασιλέως ὄντος δύο σελλία ἐξῆλθον. Observa rursus ab adulatoribus et perduellibus promotum ad invadenda sceptra primum hujus nominis Andronicum primo pie potestatis insignibus tumultuario arreptis ornari, Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ac inferius, Τὰ ἱερὰ ἐσαφίκετο μέλαθρα στεφθησόμενος, ac postremo ad ipsam Magnam Ecclesiam sive ad sacra penetralia coronandum tendere, ritum jam receptum ita referente Niceta in Alexio II.

Ibid. [*Συναθροίζονται.* Non curiosius circumspiciendæ, quin potius coronationis approbandæ fine ex cunctis ordinibus præcipui simul conveniunt. Tiberius apud Simocattam Mauricium denuntiaturus imperatorem : Τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεστῶτα καθέδρας συγκαλεσάμενος, τόν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων συναθροισάμενος σύλλογον, τούς τε δορυφόρους καὶ φύλακας καὶ πάντας τοὺς ἐς βασιλέως τιμὴν συντεταγμένους, ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους τοῦ δήμου. Joannes etiam nominis istius secundus apud Nicetam ἐκκλησιάζει τὸ συγγενὲς καὶ φίλιον καὶ ὁπόσον ἐν ὑπεροχαῖς τε καὶ ἀξιώμασιν ἦν, ut filio Manueli natu minori, rejecto priore, moriturus imperium relinquat. GOAR.]

Ibid. Ἀξιώματα ἔχειν vel ἐν ἀξιώματι εἶναι vel esse ἀξιωματικόν solis despotæ Cæsari et sebastocratori competit.

351 *Ibid.* Τὸ φοσσάτον non pro *castris*, sed pro ipsis *militibus* accipitur. GRETS.

Ibid. [*Εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν.* Imperii coronam primos principes Christianos in ecclesia non suscepisse apud me est indubium. At quamvis de Marciano, qui Anatolii patriarchæ ope declaratus est imperator a Pulcheria, nonnulla sit suspicio, quem Theophanes Θείᾳ ψήφῳ αὐτοκράτορα ἀναδειχθέντα scribit, en tamen ut Leo junior senioris nepos patrem Zenonem propria manu diademate ornat, ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου, ait idem Theophanes. Anastasius ibidem coronatus. Justinus in palatio, Justinianus ibidem. Mauricius quoque præsente quidem patriarcha senatuque imperator salutatus est, verum in palatii tribunali, ad Tiberii jamjam morituri lectum, in quem locum ipse φοράδην ἐξεκομίσθη scribit Simocatta, I, 1. Copronymus denique in novemdecim accubitorum tribunali regia corona fuit redimitus, ut ex Theophane inferius referemus. Phocas omnium primus περιβάλλεται τὸν βασίλειον στέφανον ἐν τῷ νεῷ τοῦ προφήτου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, quo forsan tyrannidem pietate coloraret et loco sacro sacrilegium tegeret. Heraclius deinde ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλατίῳ ἐστέφθη, in ecclesia reliqui. GOAR.]

Ibid. Nota professionem fidei, et juramentum, quo se obligabat tam imperator quam futurus imperator. GRETS.

Ibid. [Fidei, quam mente teneret, publicum testimonium in Ecclesiæ conventu primus inter imperatores dedit Anastasius. Historiam refert hoc pacto Theophanes : Βασιλεύσας ὁ Ἀναστάσιος ἔγγραφον ἀπῃτήθη ὁμολογίαν πρὸς Εὐφημίου πατριάρχου, πρὸς τὸ μὴ σαλεῦσαί τι τῆς Ἐκκλησίας καὶ πίστεως. Διαζομένης δὲ αὐτὸν τῆς βασιλίδος Ἀριάδνης καὶ τῆς συγκλήτου, ἔλαβεν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον, ὡς ἀποδέχεται εἰς ὅρον πίστεως τὰ δόγματα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Καὶ οὕτω στεφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἀριάδνην ἄγεται εἰς γάμον. Scriptam sponsionem illam penes se custodiebat patriarcha : Τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔτει αὐτοῦ, ait Cedrenus, μετὰ βίας τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ παρὰ Εὐθυμίου ἔλαβε. Parem fidei professionem emisit Phocas, eodem Theophane teste : Πάντων ἐν τῷ Ἑβδόμῳ (loco CP septem lapidibus dissito) ἀφικομένων Κυριακὸς ὁ πατριάρχης ἀπῄτησε τὸν τύραννον ὁμολογίαν περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τοῦ ἀτάραχον φυλάξαι τὴν Ἐκκλησίαν. Tertium exhibuisse Leonem Isaurum reperio apud scriptorem eumdem. Λέων οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ παραλαβὼν πάντα, ποιήσας προέλευσιν, εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀνελθὼν εἰς τὸν ἄμβωνα ἐστέφθη ὑπὸ Νικηφόρου τοῦ τηνικαῦτα πατριάρχου ὄντος, πρότερον ποιήσας ἰδιόχειρον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ μηδέποτε κατὰ τῆς Ἐκκλησίας γενέσθαι ἢ σαλεῦσαί τι τῶν καλῶς εἰς αὐτὴν ὁρισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἱερῶν δογμάτων. Hac se cautela, dato nempe juramento fideique testimonio, adversus imperatores pravi sensus suspicione notatos munierunt primitus patriarchæ, unde sensim invaluit mos ut orthodoxi quoque fidem erga Deum et in populum clemen-

Digitized by Google

tiam interposito sacramento devincire non abnue- A
rant. De Michaele Rangabe post Isaurum quarto imperatore scribit Zonaras : Ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου τεταινίωτο βασιλικῷ διαδήματι, ἀπαιτηθεὶς παρ' αὐτοῦ ἔγγραφον ἐπαγγελίαν τοῦ μή τι παρακινῆσαι τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν μηδ' αἵμασι χρανθῆναι Χριστιανῶν. Leo Armenius, Στεφθεὶς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου ἐβεβαίωσεν αὐτὸν ἐγγράφως περὶ τῆς ἑαυτοῦ ὀρθοδοξίας. Deo nepotique fidem servaturum, diris interpositis, promisisse Andronicum testis est Nicetas in Alexio Manuelis F. Præstitit idem tertius Andronicus junior dictus, ex Gregoræ, IV, 15 : Εἶτα αὐτὸς μὲν Ἀνδρόνικος ὄμνυσι τῷ πατρὶ πρῶτον μὲν σέβειν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὀρθῶς καὶ τὰ ταύτης προνόμια περιέπειν καθ' ἅπαντα τρόπον, καὶ **352** ἀλώβητα συντηρεῖν. Reciprocum fidei erga regiam majestatem a clero senatu et populo postremi imperatores exegerunt. Subdit eodem loco Gregoras : Καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπαν τὸ Ῥωμαίων ὤμνυε γένος τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τὰ εἰθισμένα τοῖς βασιλεῦσιν. Ὅ γε μὴν πατριάρχης καὶ πᾶν τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἄθροισμα γράμμασι τοὺς ἑαυτῶν ἐγχαράξαντες ὅρκους τοῖς ἱεροῖς ἐντεθείκασι κώδιξιν, ἀνεπιβούλευτον αὐτῷ διατηρήσειν τὴν βασιλείαν ὁμολογοῦντες αὐτοί τε καὶ οἱ ἐφεξῆς τὰ τῆς Ἐκκλησίας διαδεχόμενοι. Antiquum morem a Græcis receptum, ut imperatore e vivis sublato cuncti provinciarum præfecti magistratu censerentur exauctorati, donec publicis habitis comitiis imperii C
successori fidelitatis sacramentum dicerent, deinde quos ille delegisset provincias reciperent, narrat Cantacuzenus, I, 2 : pluraque subjungit ad consuetudinem jurisjurandi a subditis imperatori præstandi spectantia. Ad horrendum penitus frequenterque confirmatum, quod impellente Leone Copronymi, filios ejus in fidem suam recipiens, populus emisit, calamum verto. Κινηθέντες οἱ τῶν θεμάτων ἄρχοντες, ait Theophanes, εἰσῆλθον πάντες σὺν τῷ πλήθει τοῦ λαοῦ αἰτούμενοι τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς βασιλέα. Ὁ δέ, ὡς ἔθος βασιλεῦσιν, ἀντεδήλου αὐτοῖς ὅτι Ὁ υἱός μου ὁ μονογενής μου ἐστὶν, φοβοῦμαι τοῦτο ποιῆσαι, μή πως συμβῇ μοι τὸ ἀνθρώπινον, καὶ νηπίου αὐτοῦ ὄντος θανατώσητε αὐτὸν καὶ ἄλλον προβάλησθε. Οἱ δὲ μεθ' D
ὅρκων πληροφορεῖν αὐτὸν μὴ βασιλευθῆναι ἐκτὸς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰ καὶ (lego μὴ) θανεῖν αὐτῷ (lego αὐτὸν) θελήσῃ ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς κυριακῆς τῶν Βαΐων ἕως τῆς μεγάλης Πέμπτης τοῦ λαοῦ ἐνωχλεῖτο. Καὶ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ σωρευόμενοι καὶ αἰτούμενοι, τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ ἐκέλευσεν ὁμόσαι αὐτούς. Καὶ ὤμοσε πᾶς ὁ λαὸς εἰς τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, οἵ τε τῶν θεμάτων καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ἔσω ταγμάτων καὶ τῶν πολιτῶν πάντων καὶ ἐργαστηριακῶν, τοῦ μὴ δέξασθαι βασιλέα ἐκτὸς Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησαν ἔγγραφα, καθὼς ὤμοσαν, ἰδιόχειρα αὐτῶν. Καὶ τῇ ἐπαύριον, ἥτις ἦν τὸ ἅγιον Σάββατον, ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ τριβουνάλιον τῶν δεκαεννέα ἀκουβίτων, καὶ προεβάλετο νωβελίσσιμον Εὐδόκιμον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· τὸν γὰρ Ἄνθιμον ζῶν ὁ πατὴρ προεβάλετο. Καὶ προῆλθεν ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς δύο Καίσαρσι καὶ νωβελισσίμοις καὶ τῷ νέῳ Κωνσταντίνῳ εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν. Καὶ ὑπαλλάξας τὴν ἐνδυτὴν, ὡς ἔθος ἐστὶν τοῖς βασιλεῦσιν, ἀνῆλθεν ἐν τῷ ἄμβωνι σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ τῷ πατριάρχῃ, καὶ εἰσελθὼν πᾶς ὁ λαὸς ἀπέθεντο τὰ ἔγγραφα αὐτῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. Ὁ δὲ βασιλεὺς διελάλησεν οὕτως· Ἰδοὺ, ἀδελφοὶ, τὴν αἴτησιν ὑμῶν πληρῶ, καὶ δωροῦμαι ὑμῖν τὸν υἱόν μου εἰς βασιλέα· ἰδοὺ ἐκ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς χειρὸς τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν παραλαμβάνετε. Οἱ δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐβόησαν, λέγοντες· Ἀντιφώνησον, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐκ τῆς χειρός σου παραλαμβάνομεν τὸν κῦριν Κωνσταντῖνον βασιλέα, καὶ φυλάττειν αὐτὸν καὶ ὑπεραποθνήσκειν αὐτοῦ. Juramentum hujusmodi Manuelis Comneni imperatoris declarati signum brevius describit Nicetas : Ἐφεξῆς δὲ τῶν θείων προτεθέντων λογίων ἐπ' αὐτῶν ἐμπεδοῦνται τῷ Μανουὴλ τὰ τῆς εὐνοίας καὶ πίστεως πρὸς παντός. Juramenti formulæ partem recenset in Alexio II : Καὶ εἴ τι δὲ ἴδω ἢ νοήσω ἢ ἀκοῇ παραλήψομαι εἰς ἀτιμίαν ὑμῶν καὶ λύμην τοῦ ὑμετέρου φερόμενον στέμματος, καὶ ὑμῖν τὴν περὶ τούτου διδοὺς ἰσοίμην εἴδησιν, καὶ αὐτὸς δὲ, ὡς ἐξόν μοι, τοῦτο κωλύω. Violatam sacramenti religionem CP. exprobrat Andronici, l. II : Οἱ φρικώδεσιν ὅρκοις τὴν ἐς αὐτὸν ἐνεπίδωσαν πίστιν καὶ εὔνοιαν, ἀλόγῳ δὲ θυμῷ καὶ παραλογωτέρῳ νοῒ φερόμενοι οὐδέν τι τῶν κακῶν ἐνέλιπον ὃ μὴ εἰς Ἀνδρόνικον εἰργάσαντο. His, si lubet, adde Gregoræ scripta VIII, 7 et Cantacuzeni locum citatum. Porro tam fidei professionem quam sponsionem adjunctam in supremi logothetæ manibus emissam fuisse doceor a Niceta Manuelis l. III, referente Joannem **353** Puzenum ex eo imperatorem irreverentius egisse, quod Theodoro Styppiotæ caniclei contulisset officium, ac eo præsente juramentum pro imperio conseq[u]endo de more nuncupasset. Verba ejus sunt : Οὐκοῦν κατὰ καρδίας ἑτέραν ἀνταίαν πληγὴν εἰληφὼς ὁ δηλωθεὶς λογοθέτης ἐν τοῦ τῷ Στυπειώτῃ δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον, καὶ τοῖς ὅρκοις τοῦτον ἐπιστατῆσαι κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις μέγαν νεὼν, οἳ τὴν τοῦ κράτους διαδοχὴν ἐνεπέδουν Ἀλεξίῳ καὶ τῇ θυγατρὶ τοῦ βασιλέως Μαρίᾳ, ἃ τῷ λογοθετικῷ δήπουθεν ὀφφικίῳ ἦσαν ἁρμόδια.

P. 86. [*Ὁ δεῖνα.* Verbis istis cinnabari pictis ejusdem coloris tres cruces præmittebantur, de quibus Theophanes in Isauro Leone : Ἐπιλαθόμενος τὸ ἰδιόχειρον ὃ ἐποίησε, καὶ τὸν σταυρὸν ὃν ἔπηξε, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Et infra : καταπατήσας τὴν ἑαυτοῦ συνείδησιν, καὶ ἀθετήσας τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἣν ἐποίησεν. Idem : Λέων παρεσκεύασεν ἄλλους πῆξαι σταυροὺς κατὰ τὴν ἀλήθειαν. Iterum : Αὐτὸς εὐλαβηθεὶς πῆξαι σταυρὸν διὰ τὸ πρότερον καθυπογράψαι ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. At non hujus modo jurisjurandi, sed et eu-

Digitized by Google

jusvis, crux appicta fuit indicium et confirmatio. Leo Grammaticus in Michaele Theophili F : Γενομένης δὲ τῆς προελεύσεως εἰς τὰ χαλκοπράτεια τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ τῆς εἰσόδου γενομένης, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τελεσθέντος, ἀνῆλθεν ὅ τε πατριάρχης Φώτιος καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τῷ Καίσαρι καὶ Βασιλείῳ παρακοιμωμένῳ ἐν τοῖς κατηχουμένοις (porticibus circumquaque in ecclesiam prospectantibus), τοῦ πατριάρχου ἐπὶ χεῖρας ἔχοντος τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ βάψαντες ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ Βασίλειος τοὺς τιμίους ὑπέγραψαν σταυροὺς, ὅρκῳ βεβαιοῦντες τὸν Καίσαρα ἀφόβως συνεξελθεῖν μετ' αὐτῶν ἐν τῷ ταξιδίῳ. Qui juramentum cruce firmatum violabat, tetra σταυροπάτου inurebatur nota, de qua nos quædam in Cedrenum. In σταυροπάτας, hujusmodi fœderum videlicet et jurisjurandi interposita cruce violatores, divinum Numen provocaturos se putabant injuriam passi, cum tabulis cruce firmatis sic iritam pacem promittentibus, de conto suspensis, in fœdifragos ducto exercitu procedebant. Andronicus junior, scriptore Cantacuzeno II, 3, hocce facturum perfido Mœsorum principi minatur : Ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῷ τὸ πόλισμα, τὸν σταυρὸν, ὃν πρότερον πέπομφε πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ τῆς σημαίας ἀναθεὶς ἐλεύσεται ἐπ' αὐτόν. Et infra : Σοῦ δὲ οὐδὲν ἐπιεικὲς ἀπαρνουμένου, τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει θαῤῥῶν, ὃν αὐτὸς ἐγγυητὴν ἐμοὶ παρέσχου τοῦ μηδέποτε παρασπονδῆσαι, βαδιοῦμαι ἐπὶ σέ. Hoc idem Saraceni prius egerant Justiniano Rhinotmeto fidem violatam exprobrantes : Καὶ μαρτυρούμενοι καὶ τὸν Θεὸν ἐκδικητὴν τούτων προκαλούμενοι, τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτην ἐπὶ φλαμουλίου χρεμάσαντες καὶ προάγοντες κατὰ τῶν Ῥωμαίων ὥρμησαν. Ita Cedrenus.

Ibid. Οἰκείᾳ χειρὶ προέταξα. Οὕτω μὲν ὁ στεφόμενος (sic enim habet alter codex Boicus et Lauiherianus) τῆς ἑαυτοῦ προτάσσων ὁμολογίας γράφει. Junius : *Propria manu præfinivi. Sic inscribit qui coronatus est, præfiniens confessionem suam.* Inepte : quid enim vult sibi hoc *præfinivi et præfiniens?* Verte : *Hæc propria manu præscripsi, seu confessioni fidei meæ præmisi.* Ad hunc modum is qui coronatus (vel potius *coronandus*) est, propriam suam confessionem præscriptione et prænotatione nominis et dignitatis suæ insignit. Hæc enim præscribebant : Ὁ δεῖνα ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ οἰκείᾳ χειρὶ προέταξα. Et huic προταγῇ respondet ὑποταγή, *subscriptio*, de qua Curopal., p. 87 : Ὁ δὲ προτάσσων τοῦτο αὐτὸ πάλιν καὶ μετὰ τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν ὑποτάσσων **354** γράφει, ἤγουν τὸ ὁ δεῖνα ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ἢ βασιλεὺς Ῥωμαίων, οἰκείᾳ χειρὶ ὑποτάξας. Ergo et προτάσσειν et ὑποτάσσειν est *præscribere* et *subscribere;* in quorum notione pervidenda et explicanda plane cæcutivit Junius. Grets.

P. 86. Ἂν δὲ υἱὸς αὐτῷ ᾖ, εἰ μὲν ἐκδίδωσιν ὁ πατὴρ, γράφει καὶ αὐτὸς, προτάσσων οὕτως. Omitto hic etiam verbum προτάσσων male redditum. Priora sic vertit Junius : *Quodsi filius est ipsi, si-quidem attribuit pater.* Perperam. Legendum ex cod. Bav. et Lauth. ἐνδίδωσιν· *si pater concedat, si permittat.* Grets.

Ibid. [Gregoras, IV, 15 : Ἐπέτρεψε δ' αὐτῷ (Ἀνδρονίκῳ) ὁ πατὴρ καὶ δι' ἐρυθρῶν ὑπογράφειν γραμμάτων προστάγματα, οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἰνδικτῶν, ἀλλὰ, Ἀνδρόνικος Χριστοῦ χάριτι βασιλεὺς Ῥωμαίων. Goar.]

P. 87. Junius inscite *promitto me abstenturum ab invidia.* Imo *a cædibus*, quia legendum φόνων, non φθόνων. Qualis promissio ab imperatore, si promittat se velle abstinere ab invidia, cum vix habeat cui ipse invideat, ipse communi omnium invidiæ expositus? Nec recte vertit ἀκρωτηριασμούς, concussiones : mutilationes debebas, Juni. Quia enim Græci imperatores ad cædes et mutilationes valde prompti erant, ut ex tota historia Byzantina liquet, jure ab illis, quos corona exspectabat, exigebatur ut hac in re modum tenerent et nihil præter fas agerent.

Ibid. Εἰς τὰς τόσας. Quid hoc sibi velit, fateor me non assequi; nam quod Junius vertit, *ad tantas* N, id mihi non satisfacit. Grets.

Ibid. [Quid hoc sibi velit, fateor me non assequi, scribit Gretserus. Nil mirum : corruptus enim et vulgaris est loquendi modus, quo quotum mensis diem adnotant Græci. Ex vulgari grammatica percipio eos dies mensis numeraturos non adjectivis numeralibus sed substantivis uti : non enim dicunt secundo, decimo, vicesimo die, verum ad duos, ad decem, ad viginti dies mensis. Simul etiam præpositionis εἰς accusativo junctæ, quam ἐν dativo, frequentior est apud eos usus. Vides itaque εἰς τὰς τόσας τοῦ μηνὸς, ad verbum *ad tot mensis dies*, scribi vice *tali die mensis.* Subjungitur ἐν ἡμέρᾳ· tu supple τῆς ἑβδομάδος πρώτῃ, δευτέρᾳ, τρίτῃ.

Ibid. Συνόδῳ. Non unius provinciæ collectos episcopos omnes, vel ex provinciis omnibus patriarchæ subjectis præsules aliquot, de moribus vel Ecclesiæ fide disquisituros, σύνοδον hic vocari existimes, sed vel clerum CP., vel cum eo præsules qui forte CP. versantur. Vide Juris GR. l. III et IV continere συνοδικὰς ἀποφάσεις, hoc est, ἀρχιερατικὰς διατάξεις, *pontificias constitutiones* privatim a patriarchis editas, cui privati tantum paucique episcopi consilium dedisse memorantur. Hinc ἐνδημοῦσα ἱερὰ σύνοδος, *peregrinans et incerta synodus*, et τῆς ἐνδημούσης τηνικαῦτα συναθροισθείσης συνόδου συνέδριον, *occurrentis et ad urbem* (forte fortuito) *synodi concilium*, ejusdem operis p. 271. Goar.]

P. 88. *Thomaites.* Magnum sacri palatii triclinium, ut a Zonara in imperio Irenes nominatur, quod sub eadem imperatrice conflagravit; unaque cremata esse feruntur eo in loco commentaria **355** quædam in sacras litteras S. Joannis Chrysostomi ut scribit Zonaras. Grets.

Digitized by Google

Ibid. [Augustior et amplior patriarchii aula Θωμαΐτης est. Cedrenus in Irene: Ὁ τρίκλινος τοῦ πατριαρχείου ὁ λεγόμενος Θωμαΐτης. Magnum S. Sophiæ atrium respicit. Memorat illud Augusteoni adjunctum Nicetas in Alexio Manuelis F. Goar.]

Ibid. Augusteonem. In Originibus Cp. et in Suida v. *Augusteo* hæc de Augusteone leguntur: *Quinta die mensis Octobris præfecti regionum urbis in Augusteone, videlicet foro dulciario, choreas ducebant in honorem sui imperatoris. Istum igitur locum vulgus Augusteonem nominat, in quo etiam magni Constantini et matris ejus columnæ positæ sunt. Ideo et locum Augusteonem nominavit, qui antea Gustium, hoc est forum cupedinarium, dicebatur.* De Augusteone multa Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio. Grets.

Ibid. [Suidæ interpres, non ille vulgatus sed ignotus, a Gretsero relatus, cæce penitus et ignare τὸν Αὐγουστεῶνα et τὸ Αὐγουστεῖον confundit. De secundo scripsit Suidas, de primo noster auctor. Αὐγουστεῖον ludi sunt in honorem Augusti Romæ celebrati, Latinis *Augustalia*; ita scribit vulgatus interpres; idemque refert Dempsterus in Romanis Antiquitatibus. Αὐγουστεών locus est CP., S. nimirum Sophiæ atrium sub Thomaite. Ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ, ἤγουν ἐν ᾧ εἴρηται Αὐγουστεῶνι, jamjam explicabit auctor ipse. Unde et τὴν τοῦ Αὐγουστεῶνος αὐλαίαν vocat Nicetas in Alexio secundo. Adverte repertum quoque CP Αὐγουστίωνα, columnam nimirum æream, cui Justiniani statuam superpositam narrat Cedrenus in ejus Vita: Ἐπληρώθη δὲ καὶ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας, ὁ Αὐγουστίων. Et inferius: Οὗτος δέ ἐστιν ὁ κίων ὁ λεγόμενος Αὐγουστίων. Quæ de Augusteone gustu et foro cupedinario in Græco Suidæ textu non exstantibus refert citatus interpres apud Gretserum, somniantium cibi sunt, insulsi, insipidi, vani. Est et triclinium τοῦ Αὐγουστέως, de quo Theophanes in Copronymo: Ἐστέφθη ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Αὐγουστέως ἡ βασίλισσα Εἰρήνη. Idemque est quod dicitur χρυσοῦν τρικλίνιον, a Justiniano II exstructum; de quo alibi. Goar.]

Ibid. Epicombia. Junius ait ἐπικόμβια fuisse *missilia*, sic dicta quod essent κόμβοι ἐπάνω αὐτῶν, *quod nodi supra ea essent, quibus erant nummi propterea circumdati, ne jactu populum, in quem mittebantur, offenderent.* Sed sine dubio melius scivit Curopalata quid essent ἐπικόμβια, quam Junius. Ita ergo ille: Τμήματα ἐκ πανίων κόπτοντες, *particulas ex pannis resecantes, et in qualibet particula panni tria aurea numismata et totidem argentea et tres obolos colligantes, projiciunt in multitudinem.* Ῥίπτουσι δὲ τοιούτους ἀποδέσμους· *projiciunt vero hujusmodi fasciculos* et, ut sic dicam, *ligaturas*; Latine *missilia* dici possunt. Et hi *fasciculi* vocantur ἐπικόμβια a nodo quo colligantur, seu quod κόμβοις, hoc est nodis, constringantur. De iisdem ἐπικομβίοις, p. 97, de verbo ἐπικομβόω, num Græcum sit an barbarum, disputat Photius in 2 A iepist. ex iis quæ nuper in lucem prodierunt. De iisdem ἐπικομβίοις eadem fere Joannes Cantacuzenus, l. 1 De bellis inter Andronicos avum et nepotem; nisi quod ea spargi dicit, postquam imperator jam inunctus et inauguratus ex templo egreditur. Rursus de iisdem **356** ἐπικομβίοις eodem coronationis die spargi solitis hæc eodem libro Cantacuzenus: Ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐν τοῖς βασιλείοις τοῦ δήμου συνηθροισμένου παντὸς παρὰ τοῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ τῶν προτέρων ἴσοι ἢ καὶ πλείονες ῥίπτονται ἀπόδεσμοι. Curopalata p. 98, in posterum diem id rejicit; quo die id etiam fieri solitum Cantacuzenus scribit l. 1, c. 41. Similia fere Curopalata noster, c. 17. De hoc more accipiendus quoque est Pachymeres l. IX suæ B Historiæ, ubi scribens de coronatione Michaelis Palæologi filii Andronici senioris, ῥιπτοῦνται, inquit, οἱ συνήθεις ἀπόδεσμοι. Et frustra est bene de Græcis meritus interpres, qui *fasciculos odoratorum florum spargi solitos* conjicit. Grets.

Ib. [Hæc ἐπικόμβια, regia donaria coronæ susceptæ gratia sparsa, reperies apud antiquos ὑπατείας voce significata. Dicto suggerit argumentum Cedrenus in Justiniano: Βασιλεύει ἐτῶν μϛ', καὶ μονοκρατήσας δέδωκεν ὑπατείαν ὅσην οὐδεὶς βασιλέων δέδωκε. Theophanes in Tiberio, ἔῤῥιψεν ὑπατείαν πολλήν. In Copronymo: Προῆλθον βασιλεῖς ῥίπτοντες ὑπατείαν τριμίσεια καὶ σιμίσεια καὶ νομίσματα καινούργια ἕως τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Simocatta, VIII, 10, de Phoca in Hebdomo recens coronato: Τῇ C δ' ὑστεραίᾳ ἐπιβατήρια τῶν σκήπτρων τοῖς στρατεύμασι δῶρα παρείχετο. Leo Grammaticus vel alius quivis in Armenio Leone: Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοφύλακτον, εἰς τάς τε ἑορτὰς προελθούσης καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Προκοπίας μετὰ δόξης πολλῆς, καὶ παρασταθείσης ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἰδούσης στέψιμον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, καὶ ποιησάσης χαρὰν μεγάλην, καὶ διανεμάσης χρήματα πολλά· αὕτη γὰρ ἦν διατιθοῦσα πάντα τὰ τῆς βασιλείας. A consularibus congiariis muneribus donativis hæc imperatorum ὑπατείας nomen retinuisse indubium est. Quanto fastu, acclamationibus, munificentia, donativis κοινωνὸν τῶν ἑαυτοῦ θεσαυρῶν τὸ ὑπήκοον ποιήσας Mauricius inierit, verbis pompam æquantibus recenset Simocatta, I, 12. D

Ibid. [*Ἐπὶ σκουταρίου καθεσθείς.* Sedentes in clypeo per castra circumferre recens proclamatos imperatores consueverunt antiqui Romani. Zonaras in Justiniano: Ὑπάτιον ἐπὶ ἀσπίδος μετάρσιον ἄραντες ἀναγορεύουσι βασιλέα. Theophanes in Mauricio: Τὸν Γερμανὸν ἄκοντα στρατηγὸν ἀνηγόρευσαν ἐπὶ ἀσπίδος ὑψώσαντες. Ibidem: Τὰ πλήθη συναθροισθέντα προβάλλονται ἔξαρχον Φωκᾶν τὸν κένταρχον, καὶ ἐπὶ ἀσπίδα τοῦτον ὑψώσαντες εὐφήμησαν ἔξαρχον. Eadem pene verba scribit Simocatta, VIII, 7. Ἑκατόνταρχον tamen correctius vocat quem Theophanes κένταρχον. Gregoras III, 1: Ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων

Digitized by Google

ἁπάντων, καθεσθεὶς ἐπ' ἀσπίδος κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος. Lib. IV, s. 1 : Ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐνταῦθα περὶ τὴν Μαγνησίαν καθίσαντες Μιχαὴλ τὸν Παλαιολόγον ἀναγορεύουσι βασιλέα οἱ δόξῃ καὶ γένει προὔχοντες. Corippum de Justino Minore II, 157 confert Gretserus. GOAR.]

Porro hæc quæ in seqq. continentur, videtur Codinus ex Cantacuzeno descripsisse : eadem enim prope verbatim scribit Cantacuzenus, I, 41. Posterior autem Cantacuzeno Codinus fuit, cum Cantacuzeni aliquoties mentionem faciat, non ut coætanei, sed ut tempore prioris ; notatque Pontanus noster in notis ad c. 41, l. I Historiæ Cantacuzeni Codinum vixisse sub Manuele Andronici junioris nepote, qui antepenultimus imperator ex Cpolitanis fuit, Turcis **357** postea imperium invadentibus atque occupantibus. Quidquid sit, clarum est, Codinum non diu ante Cpolitanum exitium vixisse. GRETS.

Ibid.] *Οἱ ἐν ἀξιώμασιν ὑπερέχοντες.* Confirmavit id jam relatus Gregoras. Addit Simeon Thessalonicensis : Ἀνυψοῦσιν αὐτὸν ἐπὶ στρατιωτικῆς ἀσπίδος ἐνώπιον τοῦ λαοῦ · ὃ καὶ στρατηγίαν δηλοῖ καὶ βασιλείαν. Καὶ ὑπὸ ἀξιωματικῶν αἴρεται ὡς ἀρχὴ αὐτῶν καὶ κορυφὴ, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν καὶ τοῦ δήμου προσκυνεῖται ὡς δεσπότης αὐτῶν γεγονώς. GOAR.

P. 89. *Ἐπευφημίσαντος δὲ τοῦ λαοῦ καὶ φοσσάτου.* Faustis acclamationibus felicibusque votis recens promotum principem prosecutos milites et populum nullus ignorat : occurrunt tamen hæc loca adeo frequentatæ consuetudini manifestius attestantia. Leonis Grammatici de Leone Armenio : Ἐποίησεν αὐτοὺς εὐφημῆσαι Λέοντα καὶ Κωνσταντῖνον, βουλόμενος ζῆσαι ἔτη πολλά. Ejusdem in Michaele Theophili F. : Θέλω Βασίλειον ὑπὸ πάντων εὐφημεῖσθαι ὡς βασιλέα. Annæ Comnenæ de patre imperatore renuntiato loquentis : Νῦν βασιλεὺς ἀναγορεύεται · τοὺς ὁπλοφόρους ὁρᾶτε, τῆς εὐφημίας ἀκούετε. Et infra : Τὴν εὐφημίαν λαμπρὰν ἀκούοντες, et alia quæ subdit. Zonaræ de Joanne Alexii filio : Στέλλει πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τεθνάναι λέγων τὸν αὐτοκράτορα καὶ ζητῶν αὐτὸς εὐφημισθῆναι ὡς αὐτοκράτωρ. Nicetæ de Manuele Joannis F. scribentis : Ἕκαστος τῶν μεγιστάνων μετὰ τῆς οἰκείας τάξεως διακριδὸν ἑφιστάμενος καὶ διατρανῶν τὴν εὐφημίαν τῷ νέῳ ἄνακτι. Ejusdem denique in Alexio Manuelis F. : Ἀμέλει καὶ τῆς εὐφημίας κατάρχονται, καὶ οὕτως διατιθέασι τὴν ἀνάῤῥησιν, Ἀλεξίου καὶ Ἀνδρονίκου μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων Ῥωμαίων τῶν Κομνηνῶν πολλὰ τὰ ἔτη. Πλατέσι καὶ ἀνεῳγόσιν ᾄδοντες στόμασι, καὶ μικροῦ διαῤῥηγνύμενοι ταῖς φωναῖς.

Ibid. [*Σάκκον.* Superius exposuimus, c. 3 ad p. 13.

Ibid. [*Ἀναβάθρα.* Tabulatum ejusmodi excelsius ἀποβάθραν appellasse Cedrenum miror. Loca sunt in Romano Lecapeno. Ὁ Ῥωμανὸς κατεσκεύασεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὀχυρωτάτην ἀπόβασιν, ὥστε τὴν βασιλικὴν τριήρη διεκπλέουσαν ἐν αὐτῇ προσορμίζεσθαι, περιφράξας αὐτὴν πάντοθεν διατειχίσμασι. Μέσον δὲ τρίγγιον γενέσθαι προσέταξεν, ἔνθα ἀλλήλοις ἐμέλλον ὁμιλεῖν. Infra : Πρῶτος οὖν ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς τὴν εἰρημένην ἀποβάθραν καταλαβὼν τὸν Σαμεὼν ἐξεδέχετο. Rursus : Τρίτην δὲ μετὰ τὸν γάμον ἑστίασιν ἐν τῇ τῶν Πηγῶν ἀποβάθρᾳ ποιήσας ὁ βασιλεὺς, παρ' αὐτῇ τῇ ἀποβάθρᾳ τοῦ βασιλικοῦ δρόμωνος ἱσταμένου, συνεστιάθη τῷ Πέτρῳ. In simili tabulato Manuel hujus nominis ultimus Turcarum principem convivio excepit apud Phranzæ interpretem Pontanum. GOAR.]

Ibid. Ἐπὶ τὸν ἄμβωνα, *in suggestum.* Ἄμβων ab ἀναβαίνω, quod est ascendo, nomen traxisse putatur, tametsi Walafridus Strabo de rebus ecclesiast. c. 6, ambonem ab *ambiendo* derivat, quod intrantem ambiat et cingat. Ambonem porro magnæ Ecclesiæ magnum fuisse oportet, quippe qui, ut hic refertur, uno et eodem tempore patriarcham et ministros imperatoresque ceperit, et in quo ritus inaugurationis coronationisque peragi potuerit. Propterea nullus animo aliquid nostris suggestis simile concipiat : potius concipiat quam Germani vocant *die Porkirchen*, id est templi partes editas, quales columnis suffultæ aut parietibus affixæ vel in adytorum vestibulo in altum exstructæ hominibus recipiendis in templis visuntur. **358** Habebat autem ambon duos ascensus, ut p. 91, ex Codino discimus. Nec Onuphrius in libello quo obscuras quasdam voces ecclesiasticas explicat, v. *Ambo*, oblitus est monere de duplici ascensu in ambonem. In quibusdam ecclesiis duo graduum ordines cernuntur, *unus a sinistris, quo fit ascensus versus orientem, alter a dextris occidentem spectans, quo fit descensus.* GRETS.

Ibid. [De ambone quædam in Euchologicis, plura doctissimus Allatius de Græcorum templis. Qua mole vel figura fuerit exstructus S. Sophiæ, anonyma descriptio in Regiis mss. edisserit ; quam pretiosa materia et qualibus expensis perfectus, Origines CP. paucis comprehendunt : Ἐποίησεν ὁ Ἰουστινιανὸς τὸν ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν χρυσᾶ, σαρδόνυχας καὶ σαπφείρους λίθους διὰ μαργάρων καὶ χρυσίου χυμευτοῦ. Et inferius : Εἰς τὸν ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν ἐγένετο ἔξοδος χρόνου πάκτου τῆς Αἰγύπτου κεντηνάρια τριακόσια ἑξήκοντα πέντε, καθὼς ἐτυπώθησαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Ut vox πάκτον non *pactum* modo, sed et tributum *ex pacto* solvendum atque *pensum* omne significet, notis in Cedrenum posterioribus demonstravimus.

P. 90. [*Τὰς ἐπὶ χρίσεις βασιλέων συντεθειμένας εὐχάς.* Orationes illas ex mss. patriarchicis Euchologiis Bessarionis et alterius Patris Græci, concilii Florentini assessoris, erutas ad commune Euchologium adjecimus, et hoc anno publico dedimus.

Ibid. [*Χρίσει.* Coronatos sæpius, unctos nunquam legimus antiquos Græcorum imperatores. Carolum nomine gestisque magnum a Leone Romano pontifice primum refert unctum Cedrenus, e suis Græcis

Digitized by Google

nullum. Ὁ Λέων τὸν Κάρουλον ἀμειβόμενος ἔστεψεν αὐτὸν εἰς βασιλέα Ῥωμαίων ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου, χρίσας ἐλαίῳ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἕως ποδῶν, καὶ περιβαλὼν βασιλικὴν ἐσθῆτα καὶ στέφος. Sed nec ipse Euchologii textus, aliis minutim recensitis, unctionem præcipit, solis his verbis orat. 1, χρῖσαι καταξίωσον τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως, eam connotare contentum. Forsan quia ritus a Latinis mutuatus et ob pietatem usurpatus, silentio tamen fuit in Euchologicis tectus. Solus hic noster auctor, ac ante sæcula quatuor Simeon Thessalonicensis, apertius unctionem memoravere. Hujus sunt verba . Τῷ μὲν μύρῳ σφραγίζων αὐτὸν τῇ σημειώσει καὶ χρίσει τοῦ ὄντος παντάνακτος καὶ κατὰ μίμησιν αὐτοῦ αὐτὸν καθίστησιν ἐπὶ γῆς.

Ibid. [*Σταυροειδῶς.* Thessalonicensis : Μετὰ τὴν πρώτην εὐχὴν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ σταυροειδῶς ἐχχέει τὸ μύρον, δεικνὺς ὡς ὁ Χριστὸς αὐτὸν ἔχρισε.

Ibid. [Ἅγιος. Idem : Τὸ ἅγιος ἀνακράζει, δεικνὺς ὅτι ἐκ τοῦ ἁγίου καθαγιάζεσθαι, καὶ καθιεροῦσθαι βασιλεὺς τῶν ἡγιασμένων ἐστὶν ἀπὸ Χριστοῦ.

Ibid. [*Εἰ καί τινες λέγουσι.* Merito asserunt, Codine. Nam et imperialem coronam, ut patriarchæ votis coronando redderetur felicior, in altari video repositam apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili, cujus textum reddo hic puriorem. Καὶ δεδωκὼς ὁ βασιλεὺς Φωτίῳ πατριάρχῃ τὸ στέμμα, ἅρας ἐκ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, ὡς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ὡς ἐποίησεν εὐχὴν ἐπ' αὐτῷ, καὶ οἱ πραιπόσιτοι ἐνέγκαντες τὸ διβιτίσιον καὶ τζαγγία ἐνέδυσαν Βασίλειον, ὅστις βαλὼν τὴν χλαμύδα ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως. Καὶ ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης, καὶ ἦρεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπέδωκεν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ. Καὶ τῶν σκήπτρων πεσόντων, ὡς ἔθος, ἔστεψεν ὁ Μιχαὴλ τὸν Βασίλειον· καὶ εὐφήμησαν πάντες· « Μιχαὴλ καὶ Βασιλείῳ πολλὰ τὰ ἔτη. »

359 *Ibid.* [*Αὐτός τε καὶ ὁ πατριάρχης.* Nunc ope ab utroque collata, nonnunquam a seniore imperatore collegam asciscente, a solo patriarcha nonnunquam regium stemma coronati capiti imponebatur. Patriarcham porro vel episcopos alios promovendis imperatoribus vel manum adhibuisse vel ora in preces reserasse ante Marcianum non legimus. Casta illius uxor Pulcheria μεταστέλλεται (omnium prima) τὸν πατριάρχην καὶ τὴν σύγκλητον, καὶ ἀναγορεύει Μαρκιανὸν βασιλέα. Ex quo Marcianus iste primus omnium ecclesiæ suffragio promotus, θείᾳ ψήφῳ αὐτοκράτωρ ἀναδειχθεὶς, asseritur a Theophane. Exin, ait idem, Λέων ἐβασίλευσεν Θρᾳξὶ τῷ γένει, τριβοῦνος τὴν ἀξίαν, στεφθεὶς ὑπὸ Ἀνατολίου τοῦ πατριάρχου. Infra : Λέων τὸν Λέοντα τὸν Ζήνωνος υἱὸν καὶ Ἀριάδνης τῆς ἰδίας θυγατρὸς, τὸν ἑαυτοῦ ἔγγονα, στέψας βασιλέα ἀνηγόρευσεν. Λέοντα τὸν Ζήνωνος υἱὸν καὶ Ἀριάδνης, νήπιον ἔτι ὄντα, βασιλέα προχειροτονήσας ὁ Λέων μηνὶ Ἰανουαρίῳ, καὶ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ἔστεψε Ζήνωνα τὸν ἴδιον πατέρα ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου, loco ab ecclesia vel patriarcha longe alieno. Anastasium successorem coronat Euphemius accepto fidei syngrapho : Στέφει αὐτὸν, inquit Zonaras. Ἐστέφθη δὲ, explicat Theophanes, πέμπτῃ τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου. Justino, exacto pene imperio, Joannes pontifex Romanus Cpolim profectus coronam imponit, ex Anastasio. Justinus idem, ex Zonara, μεταπέμπεται τοὺς ἐν τέλει καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν, αὐτὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ περιθεὶς τὸ διάδημα. Hujus etiam nepos alter Justinus ἐστέφθη ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου, ait Cedrenus : cui gener Tiberius, Theophane teste, ἐστέφθη ὑπὸ τοῦ Εὐτυχίου πατριάρχου. Qui sequitur Tiberii gener Mauricius coram patriarcha senatuque jussu soceri designatus imperator τῆς τῶν κοινῶν, verba sunt Zonaræ, διοικήσεως εἶχετο στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. Phocas, in S. Joannis æde in Hebdomo coronatus, nonnisi a Cyriaco patriarcha illuc occurrente ac fidei professionem exquirente regni coronam videtur adeptus. Heraclius sublato tyranno Phoca εἰς τὰ βασίλεια ἐστέφθη ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Ἁγίου Στεφάνου, ἐν τῷ παλατίῳ, scribit Theophanes. Heraclius filios duos, Heraclium et Constantinum, ἅμφω τὼ παῖδε τῷ βασιλικῷ διαδήματι τεταινίωκε, ut ait Zonaras : solus vero Constantinus successit. Constans, avo patre et patruo mortuis, in regnum assumptus, de quo tacent historici, nonnisi a patriarcha potuit regia donari tænia. Filius Constantinus cognomento Pogonatus τῷ τῆς βασιλείας κεκόσμητο διαδήματι στεφθεὶς παρὰ τοῦ πατρός. De Justiniani Rhinotmeti coronatione nullus apud historicos sermo : ipse tamen, scribit idem Zonaras, Θεοδώραν καὶ τὸ παιδίον τῷ τῆς βασιλείας ἀξιώσας ὀνόματι ἅμφω ἔστεψε. Qui, sublato Justiniano et Philippico, tyrannidem arripuit, Artemius Anastasius τῇ κυριακῇ τῆς Πεντηκοστῆς, συναχθέντος τοῦ λαοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἐστέφθη ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου, ut testatur Cedrenus. Theodosio successore, de cujus consecratione nulla memoria, ad clericalem vitam relegato, Leo Isaurus nonnisi patriarchæ manu diadema potuit accipere. De filio Copronymo hæc Theophanes : Τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα ἐστέφθη Κωνσταντῖνος ὑπὸ Λέοντος τοῦ πατρὸς ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῶν δεκαεννέα ἀκουβίτων, τοῦ μακαρίου Γερμανοῦ τοῦ πατριάρχου τὰς πρὸς συνήθειαν εὐχὰς ποιοῦντος. Copronymus pariter filium Leonem, eodem Theophane scriptore, ceu imperatorem diademate ornavit, verum Anastasii falsi patriarchæ et ejusdem hæreseos consortis opera : Ἔστεψεν Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς Λέοντα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν εἰς βασιλέα δι' Ἀναστασίου τοῦ ψευδωνύμου πατριάρχου καὶ σύμφρονος αὐτοῦ. Qui deinde sceptrum invasit Nicephorus, προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ait Cedrenus, ἐπὶ τὸ στεφθῆναι, Ταρασίου ἔτι τὸν θρόνον κατέχοντος, qui ob coronam tyranno impositam diris exsecrationibus, ut Theophanes testatur, a populo fuit impetitus. **360** Narrat

Digitized by Google

idem Michaelem Curopolatam Nicephori generum ἐν τῷ ὄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου στεφθῆναι. Michael imperator factus τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεοφύλακτον, ait qui putatur Leo Grammaticus in Regiis mss. Qui deinde in aliis certus est, de Armenio Leone scribit: Λέων ὁ Ἀρμένιος ὁ παραβάτης ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά, μῆνας πέντε στεφθεὶς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου. Michael Balbus occiso Leone πρὸς τὸν μέγαν τῆς Ἁγίας Σοφίας ναὸν προελήλυθεν, inquit Cedrenus, χειρὶ τοῦ πατριάρχου στεφθῆναι βουλόμενος. Ἦν δὲ αὐτῷ παῖς ἐξ Εὐφροσύνης, testatur Grammaticus, ὀνόματι Θεόφιλος, ὃν καὶ ἔστεψεν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Michael filius (cujus manu fuerit ipse coronatus historiæ non produnt) Basilium accubitorem adeo solemni ritu coronavit in S. Sophiæ ambone, ut mirus æque ac insuetus videatur: de illo nonnihil superiore nota. Leonem F. data corona non evexit ad imperium Basilius: Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς στέφει Λέων ὁ βασιλεὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον δι' Εὐθυμίου πατριάρχου. Coronam Alexandri cum nepote Constantino solo anno regnantis tacent historiæ. Romanus Lecapenus Constantini hujus socer τῷ τῆς βασιλείας στέφεται διαδήματι παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως καὶ Νικολάου πατριάρχου. Christophorus Romani F. στέφεται παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως. Romanus iterum ἔστεψεν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανόν τε καὶ Κωνσταντῖνον. Romano filio Constantinus Leonis Sapientis F. περιτίθησι διάδημα, scriptore Cedreno, τελέσαντος δὴ τὰς εὐχὰς Θεοφυλάκτου τοῦ πατριάρχου. Romanus στέφει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασίλειον βασιλέα διὰ χειρῶν Πολυεύκτου τοῦ πατριάρχου. Hic Polyeuctus Nicephorum invadentem tyrannidem στέφει ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Hucusque æqua labori cura de imperatoribus vel patriarchis in unum conjuncta, vel separatim, opera posita, aliorum principum capita coronis impositis ornantibus. Cæteros recensendi animum ipsi historici, ob coronationes nonnullorum sequentium, Joannis Zemiscis, Constantini Porphyrogeniti, Romani Argyri, utriusque Michaelis Paphlagonis et Calaphatæ, etc., ab ipsis silentio prætermissas, ademerunt.

P. 90. [Ἄξιος. Quia prius ἅγιος denuntiatus.

Ibid. [Μόνος ὁ πατριάρχης. Adeo solus imperatores coronat patriarcha, ut ab episcopo λιτῷ et simplici nollent illi coronam accipere. Videbis quidem Manuelem Comnenum ejus Vitæ l. I, θῦσαι τὰ ἀναγορευτήρια Θεῷ καὶ ἐπιβατήρια. At quia sceptrum patriarcha defuncto obtigerat, σκέπτεται, ait Nicetas, περὶ τοῦ τανιώσοντος αὐτὸν ἐπὶ νεῷ Κυρίου τῷ αὐτοκρατορικῷ στεφανώματι. Vide quæ diffusius de suscepta corona adjunguntur. Detulit hoc obsequium Theodora Comneno Bulgariæ archiepiscopus, verum ceu patriarcham se gerens et nulli patriarchæ inferiorem se jactans: Ὁ δὲ Βουλγαρίας ἀρχιεπίσκοπος τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἔφασκεν, αὐτόνομος ὢν καὶ μηδενὶ εὐθύνας ὀφείλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἐξουσίαν βασιλέα στέφειν. Hæc logotheta. Cantacuzenus de se narrat, III, 27, absente patriarcha Thessalonicæ, ubi sumebat imperatoris insignia, τὸν βασιλικὸν πῖλον, πρὸ τῆς ἀχράντου καὶ Θεομήτορος τῆς εἰκόνος κείμενον ἐπ' ἐδάφους, αὐτοχειρίᾳ λαβόντα αὐτὸν ἐπιθεῖναι τῇ κεφαλῇ. Goar.]

P. 91. Junius etiam σωλεῖαν et συλέαν adducit, nescio num ex mss. codicibus; et interpretatur *soleum*. Rectius *soleam*, cum rectus sit ὁ σωλέας, primæ declinationis, sive a sole hoc nomen derivatum sit (erat enim locus qui dicebatur *soleas* ad orientem solem, contiguus βήματι seu tabernaculo, ut liquet ex Curopalata c. 17, p. 94: Μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέαν εὑρίσκει τὸν πατριάρχην **361** ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θυρία. Cantacuzenus: Αὐτὸς δὴ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστηκότα εὑρίσκει), sive quis σωλέαν a *solo* seu *pavimento* potius deducere velit, nomine τοῦ σωλέου a *solo* ad totum illum locum, quem nos in nostris templis chorum vocamus, translato, quod mihi minus fit probabile. Erat autem locus iste ut et ὁ ἄμβων, cæteris templi partibus longe ornatior. Quare in Originibus Cpolitanis refertur σωλέαν a Justiniano conditum, cum casu trullæ seu fornicis comminutus esset, non potuisse a Justino successore Justiniani in pristinum splendorem et nitorem restitui. Τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἦσαν πρότερον, ἐποίησεν, ὡς ὁρᾶται νῦν, ἀργυρένδυτον. Meursio *soleas* est *solium* seu *thronus*. Sed aliquid aliud fuisse satis aperte indicat Curopalata: nam διέρχεσθαι et εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν σωλέαν, qua phrasi utitur Cantacuzenus, aliud quiddam innuunt quam thronum seu solium. Grets.

Ibid. [Σωλέας gradus vel locus excelsior, quasi *solium* dictus, ad sacras βήματος fores ponitur, ex quo Christus pro Christiana communione in populum distribuitur. Fores βήματος sacræ sunt, ut sacrorum donorum, Evangelii ac ipsius Christi sub sacramento transitu consecratæ; βασιλικαί nonnunquam dicuntur quod Christo regi ἀπὸ τοῦ ἁγίου βήματος *e sacro tribunali* εἰς τὸν σωλέαν ad aliud *solium* delato viam concedant. E regione est ambo, ad quem gradibus tum ex orientis tum ex occidentis parte datur ascensus duplex: hic ἁγίας θύρας, alius ὡραίας πύλας, *speciosas portas*, retro ambonem positas ac inter vestibulum et ναόν ipsum positas, respicit. De speciosis portis superius. De his cunctis eruditissimus Allatius luculentas dissertationes edidit: nos pro captu quædam in Euchologicis tradidimus.

Ibid. [Στεφθῆναι καὶ αὐτήν. Gregoras, VII, 8: Βασιλικοῖς παρασήμοις οἱ Ῥωμαίων θεσμοὶ τὰς βασιλίδας ᾔρηνται κοσμεῖν.

Ibid. [Βάτον. Nec ramum nec palmam refert hic dictio βάτον, sed *sceptrum*, non tamen quidem ea

omni ex parte æquale, sed nodis globisque productioribus interstinctum, rotundum, quasi torno factum, in cujus suprema parte nodus est major sive flosculus gemmis circumquaque per fila germinantibus emicans. Rotundum esse, non ad palmaris rami modum latum, demonstrat vox κυκλόθεν hîc posita, qua gemmas per gyrum affixas ostentare declaratur. Reliqua, ni fuerim prior deceptus, in effigie Helenes Manuelis conjugis, in imperatorio prius, nunc regio S. Dionysii operum ms. in regia ejusdem nominis abbatia reperiendo, visus comprobabit.

Ibid. [*Ὑπὸ εὐνούχων.* A præposito ipso, id est ab eunuchorum principe, deducendam jubet typus Euchologicus. Εἰσάγεται ἡ βασίλισσα παρὰ τοῦ πραιποσίτου. Simocatta, IV, 15 : Εὐνοῦχος εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένος; κορυφαιόματος, ὃν πραιπόσιτον εἴθιστο Ῥωμαίους ἀποκαλεῖν.

P. 92. [Σωλέαν prius, σωλεῖον hic scribit : alii συλείαν, σολέαν, etc.

Ibid. [*Ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ.* Haud patriarcha, verum imperator, imperatricem coronat. Justinus I, Λουπικίαν ἔστεψεν Αὐγοῦσταν. Justinus II εἶχε γυναῖκα Σοφίαν ὀνόματι, ἥντινα ἔστεψεν Αὐγοῦσταν. Tiberius ἔστεψεν Ἀναστασίαν. Phocas Λεοντίαν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστεψεν Αὐγοῦσταν. Ita Theophanes. Non inficior imperatricibus patriarchas imposuisse coronam, ita monitus a Theophane : Ἐστέφθη ἡ Ἐπιφάνεια **362** ἡ θυγάτηρ Ἡρακλείου ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου | Αὐγοῦστα. Ὁ Ἡράκλειος ἔγημεν Μαρτῖναν καὶ ἀνηγόρευσεν αὐτὴν Αὐγοῦσταν, στεφθεῖσαν ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου. Augustæ porro non usquequaque coronam in ecclesia suscipiebant conjugum vel patriarcharum opera, ἐστέφθη siquidem Προκοπία Αὐγοῦστα ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Αὐγουστέως. Ibidem Maria Leonis Isauri conjux pari honore insignitur, ex Theophane, a quo hæc cuncta. Cæterum Zenobia Basilisci uxor prima στεφθεῖσα Αὐγοῦστα apud Cedrenum occurrit in Zenone. Augustæ nomine conjugem honestasse Domitianum principem, senatum eumdem honorem Adriani conjugi detulisse, apud Georgium Syncellum lego.

Ibid. [*Οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ βασιλέως.* Imo adversa pene forma compactum. Noli enim globosum et tectum, sed planum et apertum, ac latius nonnihil superne imperatricis stemma in regio ms. Sandionysiaci depictum est, eoque memorata Helene, coloribus delineata, velut Cybele turrita corona redimitur. Τυμπάνιον, reor, a forma quam refert, vocat Nicetas Alexii tertii l. I : Προεκάθητο λαμπρῶς διεσκευασμένη, λίθοις τε καὶ μαργάροις διαφανέσι τὸ τυμπάνιον ἀναδέουσα, καὶ τὸν τράχηλον ὁρμίσκοις πολυτίμοις διαλαμβάνουσα.

P. 92. [*Ὁμολογοῦσα διὰ τῆς προσκυνήσεως.* Ita Mauricius a Tiberio coram patriarcha et senatu coronatus confestim ad pedes ejus procidit et eos exosculatur, apud Simocattam. Basilius quoque Michaelis manu jamjam imperii coronam susceppturus βαλὼν τὴν χλαμύδα ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως, ut refert Leo Grammaticus. Goar.]

Ibid. Εἰ δὲ συμβῇ. Si contigerit imperatorem antea esse coronatum, coronatur imperatrix a proprio marito et imperatore; eodem modo tunc quando illa in uxorem ducta nuptiarum solemnia celebrat. At si eo quo diximus pacto eveniat, tunc, postquam imperator novus suam conjugem et imperatricem coronavit, illa vero, ut dictum est, honorem et reverentiam habuit, ascendunt simul in anabathram seu tabulatum, rursusque consident in suo throno. Et hæc interpretatio confirmatur ex l. I Joannis Cantacuzeni, in quo hanc imperatoris inaugurandi et imperatricis coronandæ cæremoniam iisdem ferme verbis quibus Curopalata describit; ait enim : Εἰ δὲ συμβῇ προεστεμμένον εἶναι τὸν βασιλέα ἐπὶ τῆς τῶν γάμων τελετῆς, ὁ βασιλεὺς τὴν ἰδίαν ὡσαύτως στέφει γυναῖκα, αὖθις δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν, etc. Nec illud omittendum, ubi Curopolata habet σάκκον, ibi apud Cantacuzenum legi πορφύραν, ut c. 17, ἐνδύεται ἐπάνω τοῦ σάκκου, Cantacuzenus : Περιβάλλεται μανδύαν χρυσοῦν ἐπὶ τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν. Grets.

P. 93. [*Ψάλλουσιν ᾄσματά τινα.* Theophylacto Michaelis Curopalatis filio coronato coram parentibus οἱ δῆμοι, scribit Leo nuper relatus vel alius quivis, Ἐμέλισαν ποιήματα καθ' ἕκαστον ἦχον πρὸς εὐφημίαν αὐτῶν, πᾶσαν ἡδονὴν κολακείας παρέχοντα. Goar.]

Ibid. Metaxa. Suidas : Σηρικὴ ἡ μέταξά ἐστιν, ἐξ ἧς εἰώθεισαν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὴν ἐκάλουν, τὸ δὲ νῦν σηρικὴν ὀνομάζουσι. Hinc *metaxaricus* negotiator metaxæ. Scribit Nicephorus, XVII, 32, metaxam demum sub Justiniano imperatore Cpolim allatam esse. Huc adde ἑξάμιτον vel ζάμιτον, *sammet*. Etiam Latini usurparunt. In Chronico Sclavorum **363** c. 5 : *Regina donavit duci samittos plurimos, ita ut omnes milites suos vestiret samittis.* Vide Glossarium Græco-Barbarum. Tyrius, XIII, 27 : *Examito coopertum altissimo.* Grets.

P. 93. [*Ὁ λόγος ζητεῖται.* Audebo dubius, si non certus, rationem proferre. Forte ut quondam principibus triumphum agentibus (quod erga Heraclium factitatum narrat Theophanes) populus βαστάζων κλάδους ἐλαιῶν καὶ λαμπάδας, εὐφημῶν ἐξήρχετο εἰς ὑπάντησιν, ita demum sericis illis panniculis elatis in sublime morem antiquum novus iste referre videretur. Nec abs re dici potest cantorum domesticorum et lectorum choros visis in atrio militibus per cohortes divisis sua signa præferentibus (ἕκαστος γὰρ τῶν μεγιστάνων μετὰ τῆς οἰκείας τάξεως διακριδὸν ἑφιστάμενος, ut alibi ex Niceta in Joanne retulimus), ipsos quoque tres memoratas hastas, pro ternis protopsaltarum domesticorum et lectorum turmis, ex utraque τῶν χραχτῶν acie, ut ad singulas velut ad proprium signum se singuli reciperent, vel

Digitized by Google

certe ad solam ostentationem, promere voluisse. Candidum vero rubrumque colores Ecclesiam velut ad se spectantes sibi vindicasse diximus in superioribus. GOAR.]

Ibid. Codex Lauth. pro σεμνοῦ ὕμνου. Recte: *Cum hymnus inchoatur*, videlicet a cantoribus, qui decantari solet in magno ingressu, hoc est in supplicatione seu solemni processione, in qua, lecto jam Evangelio, circumfertur per templum materia futuri sacrificii, ducto initio a prothesi, ad altare in quo sacrificium immolabatur. De qua processione legatur Cabasila in Exposit. Missæ, c. 34. GRETS.

Ibid. [Duplex εἴσοδος *introitus* in liturgia, parvus et magnus. Primus inducendo ad altare Evangeliorum, ante lectionem eorum, libro, secundus deportandis ad idem altare sacris donis, pane nimirum et vino, destinatus est; fitque ea missæ parte, quæ nobis Evangelio lecto dicitur *offertorium*.

Ibid. [Ὕμνου. Hymnus ille Cherubicus est, *offertorium* rursus Latinis vocandum, quod dum oblatæ deferuntur ad altare, cantetur, de quo Allatius, Arcudius, liturgia Chrysostomi et Euchologium.

Ibid. [*Πρόθεσιν*. Altare Græcorum ἅγιον βῆμα vulgo dictum, a reliquo templo separant κιγκλίδες, *cancelli*, vel etiam solida tabulata, prout in ecclesiis nostris alia septa sacrorum virorum chorum a populo dividunt augustiora septa. In transverso illo tabulato tres portæ sunt, media major, aliæ a lateribus minores. Mediam ἁγια θύρια dicunt Græci, ἁγίας πύλας, ἁγίας θύρας, etc. E lateribus dexteram, ubi διακονικόν est, νότιον μέρος, sinistram βόρειον μέρος, nec non πρόθεσιν vocant. Πρόθεσις demum mensa est ubi sacra dona in missa consecranda προτίθενται, *primo proponuntur*, et ante missæ principium a sacerdote et diacono præparata ad offertorium usque reponuntur. Hinc ei quoque προθέσεως nomen.

Ibid. [*Τὰ ἅγια*. Intellige δῶρα, panem et vinum.

Ibid. [Μανδύας *regium pallium* est, et si mavis *chlamys*; nisi quod chlamys brevior, et humero dextro fibula vel nodo necteretur, mandyas longior, ad pectus collique radicem anteriorem. Totus Phrygionis opera ramis circulisque aureis, in quibus aquilæ bicipites eodem auro extuberantes, depictus est.

Ibid. [*Τὸν σταυρόν*. Virgam nimirum auream, in cujus summitate crux aurea gemmis ornata, vulgo δικανίκιον; de quo superius.

Ibid. [*Νάρθηκα, ferulam*, virgam leviorem, quam memorat Simeon Thessalonicensis c. 6 nota 44 relatus. GOAR.]

364 P. 93. *Τάξιν ἐκκλησιαστικὴν, ἣν καλοῦσι τοῦ δέ ποτε. Ordinem ecclesiasticum, quem ipsius vocant.* Perperam, sed correxit Junius errorem ex alio codice. Legendum enim τοῦ δεσποτάτου, ut habet Joannes Cantacuzenus in sua Historia, l. 1 de bellis inter Andronicum avum et nepotem, ubi ritum inaugurandi imperatoris describit. Cod. Bavar. δεσποτάτου, recte, si unicum sigma demas. Sensus est: imperator tenet tunc (nimirum in illa processione) locum *deputati*. Numeratur autem officium deputati a Curopalata inter officia magnæ Ecclesiæ in catalogo officialium ejusdem aulæ, c. 1. GRETS.

Ibid. [Simul atque summum imperium quivis accipiebat imperator, ait Zosimus, amictus ei sacerdotalis a pontificibus offerebatur, et continuo pontificis maximi titulum usurpabat; tantaque erat inter imperatoriam et pontificiam dignitatem connexio, ut sine hac illa consistere nequiret, ac in eum subditi conspirare impellerentur audacius, quem patria religione consecratum non contemplarentur; quem vero illa sublatum suspicerent, tanta simul auctoritate pollentem venerabantur, ut eo quosvis magistratus assererent inferiores, et ex ejus nutu voluntateque res publicæ, privatæ, belli, pacis, externæ, domesticæ, cunctæ penderent; quæ causa fuit ut inter Christianos imperatores primi, Constantinus, Constantius, Valentinianus, Valens et alii ad Gratianum usque, pontificis maximi titulum stolamque non fuerint aversati. Hinc illud Ambrosii de Christianis principibus etiam intra Christianæ religionis terminos ambitione motis dictum: *Vulgo dici quod imperatores sacerdotium magis optaverint quam imperium sacerdotes.* Ubi tamen aucta religio umbratiles etiam superstitionis titulos eliminavit e palatio, ac sincera mentis dejectio falsas aut vanas repudiavit appellationes, inter ultimos Ecclesiæ ministros locum reperire ac eorum munus quodpiam in Ecclesia obire fuit iHis in pretio; unde ortum puto ut antiquas chlamydes posteriores imperii successores in mandyas, lectorum pallia, converterent; deputatorum in Ecclesia gererent officium, et viam in solemni sacrorum donorum ad altare deportatione clericis et sacerdotibus sternerent; ac demum Ecclesia religiosam hujusmodi demissionem compensatura, thus nonnunquam in altaribus accendendi, trisulco cereo benedictionem subditis impertiendi sacrosque sermones ad proceres et populum habendi contulerit eam potestatem, quam ab injustæ vel sacrilegæ usurpationis crimine reor vindicatam nota in hujusce auctoris nostri caput 14, ad p. 76. Quam si quis condemnandam pervicacius expetat, reos simul agat necesse est Christianissimos reges in primores canonicos a pluribus ecclesiasticis collegiis allectos, eosdemque ac supremos alios sæculi principes, qui munium aliquid ecclesiasticorum præsumant ac in privilegiorum partem rem deputent. GOAR.]

P. 94. *Προηγεῖται τῆς εἰσόδου πάσης. Præcedit per ingressum totum.* Inscite. Potius *præcedit totam supplicationem, primus est in processione.* Cantacuzenus ἡγεῖται.

Ibid. Forsan pro ἄλλα legendum ἑπιπλα. Sic enim Cantacuzenus ἑπιπλά τε καὶ σκεύη τῶν ἱερῶν καὶ αὐτὰ ἀγιώτατα ἐπιφερόμενοι. GRETS

Ibid. [*Σκεύη δέτε ἄλλα*. In liturgiæ ingressu majore, sacro procedendi ritu, lectores, subdiaconi, dia-

Digitized by Google

coni et sacerdotes ordine progrediuntur : pontifex si celebret, nusquam. Sed redeuntes in sacris valvis excipit. Lectores et illis permisti deputati et subdiaconi cereos accensos præferunt vel flabella, diaconi thuribula, penultimus tamen pontificis pallium **365** decenter complicatum, postremus, qui prior dignitate, panem sacrum disco superpositum ac velatum capiti superimpositum, gestant. Primus sacerdotum calicem vino mistum, alii sacram lanceam, sacram spongiam, stellam, calices vacuos vel pro populi sacris participantis necessitate plenos deferunt. Hæcque sunt sacra vasa, quæ hic tenere leguntur. Tractat abunde de istis Encholo-gium ac Simeonis Thessalonicencis opere de templo et missa nuper a nobis edito.

Ibid. *Περιελθόντες.* [A prothesi, de qua supra, ad ecclesiæ portam exteriorem, et ab ea ad medias sacrasque altaris fores procedunt.

Ibid. [*Τὸν πατριάρχην ἱστάμενον.* Dona sacra missamque secum celebrantes, sacerdotes videlicet et ministros, excepturum.

Ibid. [*Οὐδὲ πρωτοψάλτην.* Recensetur tamen inter ecclesiasticos officiales c. 1.

P. 96. [*Ὥσπερ καὶ οἱ ἱερεῖς.* Hoc est, ambas species panis et vini separatim accipit, sacerdotum more, relicta plebe panem vino intinctum, sacerdotis manu, in cochleari λαβίς vocato, in communionem sumente. Goar.]

Ibid. De antidoro jam supra ad p. 48. Eleganter describitur a Simeone Thessalonicensi in libello de templo. *Posthæc sacris a prothesi ablatis, diacono quidem disco super caput, sacerdotibus autem manibus calices tenentibus, ipse gratiis actis et manibus lotis egreditur, quodque vocatur ἀντίδωρον in populum distribuit. Quoniam enim episcopus Christum, ut docuimus, exprimit, ipsum et sacrificavit et participavit et sacratis viris impertivit. Sanctificationem autem participare opus est populum, quanta quidem a precibus et tremendo sacrificio intellectuali modo fidelibus communicata est. Et quoniam per vestes quasdam, ut quæ corpus contexerint, sanctificationem accipere oportet, per ἀντίδωρον id fit. Est autem sanctificatus panis in prothesi repositus, ex quo medium exsectum ad sacrificium offertur. Hic postea ut lanceola signatus, et divinis verbis super se factis, loco donorum tremendorum, videlicet iis qui non communicarunt, dispertitur. Quod episcopus ubi fecit et populo bene precatus est finem missæ imponit.* Grets.

Ibid. [Ἀντίδωρον *panis benedictus*, ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων communionis vice in ecclesia sumptus, de quo Balsamon in can. 2 Antiochenum : Ἐπενοήθη, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ ἀντιδώρου διάδοσις ὥστε πᾶσαν ἀνάγκην ἔχειν καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαύειν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων προσκαρτερεῖν μέχρι τέλους τῆς θείας ἱεροτελεστίας καὶ ἐκ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὸ εἰς ἁγιασμόν. En cur ἁγίασμα vocet auctor, quod nimirum sumentibus sanctificationem operetur, quia prius sanctificationem accepit, quod ex ejus mole oblata fuerit excerpta, quod sacras res attigerit ac precibus liturgicis semper adfuerit præsens. Ritus quo distribuitur exhibetur in Euchologicis. Goar.]

Ibid. [*Catechumena.* Scribitur etiam κατηχουμενεῖα, locus in quo catechumeni rei divinæ operam dabant. Amplum ac spatiosum fuisse oportet. Grets.

Ib d. [Nusquam pro catechumenorum mansionibus hic sumenda, sed pro locis verbo Dei officiisque ecclesiasticis audiendis ad templorum muros exstructis. Tales hodie videmus vel ad templorum naves, ut vocant, superne ac introrsum, vel foris prominentes porticus, in sublime erectas, **366** ex quibus in omne templi subjectum spatium prospectus habetur. Inde viros uxoribus cohabitantes depelli jubet canon 93 Trullanus : Ἐκ τῶν ἐν τοῖς σεβασμίοις οἴκοις κατηχουμένων ἐξωθεῖσθαι προστάσσομεν. Ne vero cum interprete Latino vel aliis loca catechumenis addicta intelligas, abunde docet in eumdem canonem Scholiasta Balsamon. Ac si sensus allati validius expetas argumentum, accipe. Catechumenis sacris mysteriis astare quondam nefas : en autem ut ἐκ τῶν κατηχουμένων ex his sublimioribus in ecclesiam prospectantibus ambulacris vel ædibus quædam cum aliis mulier, sacris a Basilio factis, ut Amphilochius in ejus Vita auctor est, aderat, et diaconum Basilio ministrantem mutuis oculorum nutibus ad lasciviam provocabat. Non erat itaque catechumenis sed fidelibus, maxime mulieribus, assignatus in ecclesia locus, quo, ut in mulierum capitibus propter angelos vela poni jubet Apostolus, ita propter eas lem inde prospectantes vela deinceps suspendi præcepit Basilius : Βῆλά τε παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι ἐν τοῖς κατηχουμένοις. An alia fuerint κατηχουμενεῖα, catechumenorum ab his de quibus sermo propriæ diversæque sedes, quidam inquirunt. Non abnuo. Hæc quæ adhuc in templo S. Sophiæ supersunt, fidelibus, cum sacris interessent, fuisse communia contendo; similiaque nonnullis in ecclesiis mulieribus etiam hodie preces in ecclesia facturis Græcia concedit.

P. 97. [*Δεσποίνης.* Imperatorum et despotarum conjugum appellatio est δέσποινα. De Monomachi pellice ad summum honoris gradum ab amante provecta scribit Zonaras : Ἐτετίμητο δὲ ἡ γυνὴ σεβαστὴ, αὐτῇ πρώτῃ τῆς πρώην βασιλίσσης ἀπονεμηθείσης καὶ ἀξίας καὶ κλήσεως, καὶ ὠνομάζετο δέσποινα. Δεσποίνης iterum insignia a Joannis pellice, more reclamante, usurpata suggillat logotheta : Ἐρώτων δὲ θήλεων ἥττᾶτο, μάλιστα δὲ τῆς ἐξ Ἰταλίας Μαρκεσίνης, ὡς καὶ πέδιλα ὑποδεδέχθαι κοκκοβαφῆ καὶ ἐφεστρίδας καὶ χαλινὰ, ἔπεσθαί τε πλείονας ἢ τῇ δεσποίνῃ. Consule Nicetam Manuelis Comneni, l. 1.

Ibid. [*Ἀπέρχονται εἰς τὸ παλάτιον.* Ducto nimirum triumpho, nulliusque pompæ prætermisso apparatu, qualem describit citatus Simocatta, VIII,

Digitized by Google

10, Nicetas in Man. Comn. l. III et V, triumphalis ingressus et processus conjugi Leontiæ a Phoca delatos honores describit citatus Simocatta : Ὑπὲρ δὲ τῷ τυράννῳ γύναιον, Λεοντία ὄνομα αὐτῷ · ταύτῃ στέφανον βασίλειον περιτίθησιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ πομπαῖς εἴθισται τοῖς αὐτοκράτορσι τὰς ὁμοζύγους ἀναγορεύειν, ἐπιφανῶς τιμήσας τὸ ἔθος ὁ τύραννος τὴν Λεοντίαν βασίλισσαν ἠξίου θριαμβεύειν. Irenes Leonis viduæ triumphum splendidissimum commendat Cedrenus in filii Constantini Vita.

Ibid. [*Πάντες πεζῇ.* Cantacuzenum tamen imperatorem recenter coronatum equites omnes secuti sunt, l. III, 27: Μετὰ δὲ τὴν εὐφημίαν ἔφιππος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἑπομένων ἐφ' ἵπποις, ὅσοι ἦσαν. Goar]

Ibid. Pro σχαιώματα lego χαιώματα, et τούβια seu τουβία omnino retinenda sunt, nec mutanda in τουφία. Incpte Junius *parvos tubos* seu *tubulos* interpretatur. Idem circa χαιώματα iterum arabizat.

P. 98. Imago S. Georgii in palatio erat circa sacellum virginis Nicopœæ, ut ex supra dictis constat, c. 11, et hoc libro c. 6. Grets.

Ibid. [Cantacuzenus Thessalonicæ, ut modo relatum est, cum suis πρὸς τὸν ναὸν τοῦ μεγαλομάρτυρος ἐγένετο Γεωργίου τοῦ Παλαιοκαστρίτου προσαγορευομένου, καὶ τὴν προσκύνησιν ἀπεδίδου, ut felicibus **367** ejus auspiciis coronam sumpsisse videretur. Subditur, quod hic tacuit Codinus, imperatorem officia dignitatesque coronationis ritu peracto contulisse : Καί τισι τοῖς ἐκ τῆς Λατινικῆς στρατιᾶς τὴν καβαλαρίων παρεῖχε τιμὴν, πάντα ἐπ' αὐτοῖς τὰ εἰθισμένα πράττων. Idem præstitit accepta corona Joannes Andronici filius : Ἐν τῇ ἑορτῇ δὲ καὶ τῶν τῆς συγκλήτου πλὴν ὀλίγων ἀξιωμάτων πάντες ἔτυχον, ὡς ἂν ἕκαστος παρὰ βασιλίδος καὶ πατριάρχου καὶ τῆς βουλῆς ἄξιος ἐκρίθη. Subjungit dignitates quæ cuique collatæ : at illæ nihil ad rem. Ita l. ejusdem c. 36.

Ibid. [*Κεχυμένα.* Non fusilia, sed *absque numero sparsa et coacervatim effusa.*

Ibid. [*Ἀρχοντόπουλα. Procerum filios* seu *juvenes proceres*, et cum Cantacuzeno ἐπ' εὐγενείᾳ λαμπρυνομένους νέους hic interpretor, prout Cedrenus κομητόπουλα *juvenes comites* scripsit in Constantini Romani Lecapeni genero. Ἀρχοντοπούλους cohortem ita dictam in Alexii exercitu fuisse docet Anna filia, l. VII. At hi ἀρχοντόπουλοι nomine, non forsan ἀρχοντόπουλα sanguinis nobilitate. Ἐκλεξάμενος λογάδας καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀρχοντοπούλους λεγομένους. Et infra : Πίπτουσι τῶν ἀρχοντοπούλων ὡσεὶ τριακόσιοι.

Ibid. [*Ἐκ γένους τις τοῦ βασιλέως.* Cantacuzenus mensæ suæ ministros fecit esse uxoris fratres l. III, c. 27 : Ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὰ βασίλεια ἐπανελθὼν ἅμα βασιλίδι τῇ γαμετῇ λαμπρῶς εἱστιᾶτο, πάντων παριστα[illegible]ένων κατὰ τὰ νενομισμένα βασιλεῦσιν. Ὑπηρετοῦντο δὲ αὐτοῖς πρὸς τὴν ἑστίασιν οἵ τε τῆς βασιλίδος ἀδελφοὶ Ἰωάννης καὶ Μανουὴλ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἀνεψιὸς ὁ Ἄγγελος Ἰωάννης. Goar.]

P. 99. Omnino legendum ἐν τῇ εὐωχήσει, non ἐν τῇ εὐλογήσει, quia εὐλόγησις nihil penitus ad rem facit, at multum εὐώχησις. Dicit enim imperatorem inter epulandum ferre coronam suam, si prius coronatus fuerit, et sedere in loco eminentiore, hoc est in anabathra seu tabulato editiore, prout die coronationis sedere consuevit. Junius prorsus flagitiose : *Sciendum ferre imperatorem coronam suam in benedictione, si proposita est ; sic autem sedere in anabathra, ut ante dictum est, in coronatione.* Perperam plane. Grets.

Ibid. [*Ῥομφαῖαι.* Hæc circa imperatorem ad honoris insigne etiam in acie delatæ. Vidit eas Alexius in adverso Bryennii exercitu erectas, mox eversis et capto imperatoris equo quem comitabantur, præconis voce tyrannum et hostem interiisse proclamat. Annal., l. X : Ὁρᾷ ὁ πατὴρ τὸν ἱππικόμον τοῦ Βρυεννίου ἵππον ἐπισυρόμενον τῇ τε ἁλουργῷ ἐφεστρίδι κεκοσμημένον καὶ κατάχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα, καὶ δὴ καὶ τοὺς κατέχοντας τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσι παραπεμπομένας ῥομφαίας ἐκεῖθεν αὐτῷ παραθέοντας. Et infra : Καταβάλλει μὲν τὸν ἱππικόμον, συναφαιρεῖται δὲ καὶ τὰς ῥομφαίας, καὶ λάθρα ὑπέξεισι τοῦ στρατεύματος. Ἐν τῷ ἀκινδύνῳ δὲ καταστὰς τόν τε χρυσοφάλαρον ἐκεῖνον ἵππον ἐξέπεμψε καὶ τὰς παρ' ἑκάτερα τοῦ βασιλικοῦ σώματος στρεφομένας ῥομφαίας. Goar.]

Porro imperatores in sua inauguratione etiam alios, si occasio offerretur, dignitatibus honestabant novisque titulis condecorabant : nam cum Joannes Andronici Junioris filius coronaretur, *omnes ferme proceres, ut quemque imperatrix, patriarcha et concilium esse dignum judicarat, dignitates adepti sunt. Et Isacius quidem Asanes panhypersebastus declaratus est, Apocaucus magnus dux, Chumnus magnus stratopedarcha.* **368** *Andronicus Palæologus Apocauci gener etiam ipse magnus stratopedarcha designatur, Gabalas protosebastus, et ita alii omnes, eorum suffragiis, de quibus supra diximus. Patriarcha quia gradum permutare non poterat, habitu se augustiorem fecit, et in subscriptionibus colore cæruleo est usus ; flammeumque seu tegmen capitis, quod antea patriarchas, si de monachis non essent, album ferre mos erat, ipse auro illustravit, Servatoris nostri et illibatæ ejus genitricis Deiparæ ac Joannis Baptistæ depictis in eo iconibus.* Cantacuzenus, III, 36. Ita ad ambitionem tegendam argumenta pietatis imagines assumi debuerunt.

Ambitiosior adhuc Bulgariæ archiepiscopus, qui teste Georgio Logotheta in Chronico τὸ βασιλικὸν περιτίθησι σχῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἔφασκεν αὐτόνομος ὢν καὶ μηδενὶ αὐθύνας ὀφείλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἐξουσίαν βασιλέα στέφειν. Vide Novellam 131 Justiniani imperatoris.

Cum Joannes Cantacuzenus Didymotichi imperator initiaretur, ipsemet primo *vestem imperatoriam*

Digitized by Google

induit, deinde in conspectu omnium peaes crepidis purpureis exornat; quarum dexteram ei sanguine proximi, sinistram ex conductitiis Latinis nobilitate et splendore generis primi inducunt. Imperialem autem tiaram ante immaculatæ Virginis Dei Matris imaginem humi positam manu sua tollens ipse capiti suo imponit. Cantacuz. III, 27. Ubi observa morem ponendi humi coronam, ut insinuetur humilitas, et ante imaginem B. Virginis, ut ostendatur imperatoris in sanctos pietas.

Iterum coronatus est idem Cantacuzenus Adrianopoli, prout ipsemet his verbis exponit, III, 92 : *Jam vero placuit etiam imperatorum more coronari, quandoquidem et patriarcha Hierosolymorum et episcopi complures coram adessent. Cumque mandasset artificibus ut coronam et aliis ut alia ad eam celebritatem cæremoniamque accommodata conficerent, paratis omnibus a Lazaro patriarcha Hierosolymitano, mense Maio, quando Constantini Magni et Helenæ matris ejus, apostolis comparandorum, memoria colitur, corona induitur. Coronat autem et ipse, ut mos tenebat, Irenen conjugem suam ; omniaque solitis ritibus, quam maxime fieri potuit, peracta sunt. Nam et argentea atque aurea numismata spargebantur, convivia poculorumque invitationes ad dies plurimos frequentabantur.* Tertio demum coronatus est Cpoli in Blachernis Deiparæ virginis templo, prout ipse fuse exponit IV, 4.

Ad finem hujus capitis de coronatione imperatoris accipe ex Petro Damiano l. I, ep. 17, hunc morem in coronatione observari consuetum, quem a Codino omissum mirarer, nisi scirem ei non fuisse propositum omnia in litteras referre. Ita ergo Damianus : *Apud Græcos hæc teneri consuetudo perhibetur, ut cum imperator quis in dignitate creatur, mox ut imperialibus fuerit infulis redimitus, coronæ simul ac sceptri gloria decoratus, cum denique procerum vallatur obsequiis, cum excipitur modulantibus psallentium choris, quidam sibi præsto fit obvius, qui videlicet una manu vasculum plenum mortuorum*
369 *ossibus ac pulveribus offerat, in alia vero stuppam lini subtiliter pexam ac pilis pensilibus molliter demolitam, cui protinus ignis adhibetur, et repente in ictu oculi flamma subito vorante consumitur, ut in altero debeat considerare quod est, in altero valeat videre quod habet, in cineribus siquidem se cinerem recognoscit; in stuppa jam colligit in die judicii quam subito mundus ardebit; quatenus, dum se simul ac sua tam vana, tam floccipendenda considerat, de imperialis culminis ascenso fastigio nullatenus insolescat ; et dum possessor atque possessio subjacere communi omnium casui non ambigitur, jam quasi de singulari dignitatis apice, qui ad summa provectus est, non infletur. Pulchrum ergo mundanæ conditionis ordinem homo consideret, et dum suis usibus omnia cernit attribui, non sibi sed suo referat gratias conditori ; tenocinantem mundi gloriam sub judicii sui calcibus deprimat, virorem carnis aridum jam pulverem credat, diem suæ vocationis tanquam speculum suis obtutibus anteponat, districtum ultimæ discussionis judicium contremiscat, quatenus, dum nunc Creatoris sui legibus subditur, qui inter creaturas, quæ terrenæ sunt, videtur insignis, in cœlesti quoque gloria veraciter sit sublimis.* Et huc tendebat quoque *acacia*, quam imperator altera manu ferre solebat, de qua jam sæpius dictum. Est autem akacia ad verbum *innocentia*, et Acacius *Innocentius*, ut suo loco notavimus. GRETS.

CAPUT XIII.

Observationes et explicationes in c. 18 *et* 19, *de coronatione despotæ, sebastocratoris et Cæsaris.*

P. 100. [*Τὰ οἰκεῖα.* Dignoscuntur c. 4 hujus operis. GOAR.]

Ibid. Διβολέα πέδιλα, duplicis coloris calceamenta. Vel hinc apparet vocabulum διβολέα spectare ad duplicem colorem. (Hæc c. 3. GOAR.) Ex voce πέδιλα natum est πεδούλιον, et Latinis quoque *pedulis*. Interpres Juvenalis Sat. I : *Pedules novos in braccis, quos pedornes dicunt.* GRETS.

Ibid. [*Ὑπόψηφον.* Proprie qui ad aliquod munus *electus* est et *deputatus*, nondum tamen impositum habet vel a superiore commissum. Sic electus ad episcopatum, nondum tamen ordinatus, ὑπόψηφος est. Euchologium : Προσφέρεται ὁ ὑποψήφιος (ita legit) ὑπὸ τῶν χληρικῶν αὐτοῦ, ut consecretur.

Ibid. [*Ἀσπάζεται πόδα.* Vide dicta in nota ad p. 92.

Ibid. [*Καμάρας μικρὰς τέσσαρας.* Despotæ corona solus circulus est frontem ambiens, quem gemini hemicycli superne in crucem acti exornant. Radix unius in fronte est et in occipite, supra utramque aurem alterius : ita quatuor fornices exsurgunt : καμάρα enim hemicycli pars est media. Imperii Francorum successor delphinus coronam gestat duobus istiusmodi hemicyclis in crucem transversis insignem et καμάρας μικρὰς τέσσαρας ἔχουσαν. Consule Marcum Vulsonium in Scientia heroica.

370 *Ibid.* [*Ἔμπροσθεν μόνον.* Hemicycli nimirum partem mediam circulo in fronte prominentem. GOAR.]

Ibid. Stemmatogyrium, a stemmate scilicet et gyris, quibus constabat. Junius *gyratam coronam vocat.* GRETS.

Ibid. [Coronariæ cujusvis machinæ circulus planus solet esse basis, quæ κύκλος vel γῦρος nuncupanda. Circulus ille eodem opere conflatus, parque conspiciendo in imperatoris præclariori stemmate, στεμματογύριον est, quasi nudus, solo semifornice adjuncto, stemmatis circulus : στέμμα vero præcipuum est imperatoris insigne. Infera ejus ora στεμματογυρίῳ vallatur. Parte fronti superposita germinant semicirculi duo, in ima quam in supera parte, qua declinant ad latus, conjunctiores. Στεμματογύριον æque ac prominentes semicirculi ex metallo fabrilique opere videntur confecti ; velantque pileum, at non supra aures, vel spatio quo dissident ab invicem, ubi pileus, sicut et ipsi cum

Digitized by Google

circulo inferiore, lapillis gemmisque coruscat. Pene modo fugerat explicanda pilei forma rotunda, verum ad latera nonnihil latior, ob conspectum lapidem in ejus vertice insignem, adeo ut verticis decus omne quantumvis exiguum ab illo moderni Græci στέμμα denominent, quasi fuerit στέμματος ipsius στέμμα. Percipe ex istis logothetæ verba: Τὰ μὴν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεδάλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. Cantacuzeni quoque, I, 3: Εἰσιὼν τοῦ οἰκίσκου τὴν θύραν ἐκ μαρμάρων οὖσαν τὴν φλιὰν ἡρμοσμένην συμβέβηκε τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθον τῷ μαρμάρῳ προσαρράχθῆναι.

P. 101. [*Τὰ γὰρ παλαιὰ ζητεῖται.* Nec immerito; vix enim sub favillis exiguus ardebat primævi decoris igniculus, despotaque sebastocratori et utroque Cæsari prælato, nonnisi nominis et insignium erat huic postremo dignitas. Insignia vero hæc ultimis temporibus adeo rara supererant ut vere apud Nicetam Isaacii Angeli, l. II Conradus Cæsar exprobret, εἰς μόνον τὸ μὴ τοῖς πολλοῖς ὁμόχρωμον ὑπόδημα τοῦ ποδὸς τὸ τῶν Καισάρων παράσημον καταλῆξαι. Vetustiora Cæsarum insignia legimus apud Theophanem: Τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον προεβάλετο Καίσαρας, τοῦ πατριάρχου ποιήσαντος εὐχὴν, καὶ τοῦ βατιλέως ἐπιθέντος αὐτοῖς τάς τε χλαίνας καὶ τὰ Καισαρίκια περικεφάλαια. Ὡσαύτως καὶ Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν ποιήσας νωβελίσσιμον, ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαῖναν χρυσῆν καὶ τὸν στέφανον. Καὶ οὕτω προῆλθον ῥίπτοντες βασιλεῖς ὑπατείαν, τριμήσια καὶ σιμήσια καὶ νομίσματα καινούργια, ἕως τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Nobilissimi, de quo locutus est Theophanes, antiquata jam erat Codini tempore memoria. Ad Cæsarem redeat sermo, quem imperatori assedisse refert Theophanes. Βασιλίσκον τὸν Ἀρματίου υἱὸν προβάλλεται ὁ Ζήνων Καίσαρα· καὶ συνεκάθισεν αὐτῷ ἐν τῷ σήνῳ, καὶ ἐτίμα τοὺς ἡνιόχους σὺν τῷ βασιλεῖ, eo quod in Circo peragereturejus promotio, ἐν τῷ σήνῳ, *in sessione*, alibi κάθισμα τοῦ Ἱπποδρομίου vocato, c. 17, nota ad p. 90. Bardam Cæsarem creatum nummos in populum sparsisse scribit Leo Grammaticus in Michaele Theophili: Προβάλλεται Μιχαὴλ Βάρδαν θεῖον αὐτοῦ Καίσαρα, ὃς ἐπὶ ἅρματος ἐποχηθεὶς ἔδωκεν ὑπατείαν τῇ μέσῃ. Scribitur idem συγκαθεσθεὶς τῷ βασιλεῖ, ac pertransiens a cæteris assurgentibus præcipuo honore cultus. Βάρδα δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν τῇ προελεύσει διερχομένου μετὰ σκαραμαγγίου ὀξέως, εἰς τὸ ὡρολόγιον καθεζόμενος Δαμιανὸς οὐκ ἐπηγέρθη τιμῆσαι αὐτόν· τοῦτον ἰδὼν ὁ Καῖσαρ ἐθυμώθη λίαν. Goar.]

Ibid. De Manuele et Joanne uxoris suæ fratribus ipsemet Cantacuzenus, IV, 5, ibidem de filiis suis idem. Manuel Asanes aliquoties etiam a Cantacuzeno appellatur despota. Grets.

371 *Ibid.* [*Διὰ λίθων ἠερανέων.* Quia color ille ἠεράνεος subviridis, de quo c. 3, Cæsaris est insigne, περιδάλου, dicebant illi Bardæ Cæsari apud Leonem citatum, τὸν χρυσοπέρσικόν σου χιτωνίσκον. Ὀξὺν A et viridem medius est. Nicetas γερανέων scribit Isaaci Augeli I 1: Ἠρπάγησαν παρὰ τῶν βαρβάρων αἱ κατοῦναι πᾶσαι καὶ τὰ χρυσοῦφῆ ῥοῦχα τοῦ Καίσαρος, τὰ μετὰ τῶν γερανέων χρωμάτων σεσημειωμένα.

Ibid. [*Εἰς τοὺς αὐτῶν οἴκους.* Miror ad proprias domos, non ad ecclesiam, preces pro imposita dignitate, quo fausta reipublicæ felixque evaderet, suscepturos Cæsarem et sebastocratora deductos auctorem scripsisse. Tanta namque religione imposita sibi munia subibant aulici CP., ut illa nonnisi prævia episcopi vel patriarchæ benedictione auspicarentur. Hinc Euchologicæ orationes ἐπὶ προχειρίσει Καίσαρος, νωβελισσίμου, κουροπαλάτου, ac B ἐπὶ προαγωγῇ ἀρχόντων ἤτοι πατρικίων, alia. Hinc iterum videas apud Cedrenum in Constantino Leonis F. patricii dignitate provectum quemdam confestim κατελθόντα, ὡς ἔθος, λαβεῖν εὐχήν. Sed et superiores magistratus aliis subditis nullam conferebant potestatem quin eam cruce facta committerent. Inde τοῦ σφραγίζω verbi novam percipies significantiam, qua tibi sæcularis magistratus cruce facta designatur institutio. Blastares τοῦ στοιχείου Κ c. 32: Τοὺς συνηγόρους φησὶν ἡ πς' νεαρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοὺς ἐν πολιτικοῖς τεταγμένους δικαστηρίοις καὶ ὑπὸ πριμμικηρίοις ὄντας καὶ ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων σφραγιζομένους. Eadem quoque voce monasterii præfecti denotat institutionem Germani patriarchæ decretum Juris GR., l. III, p. 234: C Τοὺς ἡγουμένους δὲ οὓς ὁ μητροπολίτης προεχειρίσατο εἰς τὰ μοναστήρια, ἐξέσται σοι παραστεῖλαι, καὶ ἀνθετέρους σφραγίσαι, εἰ μή πως ἀρεστοί σοι δοκῶσιν οἱ προεσφραγισμένοι. Ἡγουμένου σφραγῖδα legis p. sqq. tum sparsim in eodem opere. Goar.]

CAPUT XIV.

Observationes et explicationes in c. 20, de electione patriarchæ.

Ibid. Titulus Junii est περὶ χειροτονίας. Est autem *chirotoniæ* vocabulum, ut et τὸ χειροτονεῖν et χειροτονεῖσθαι, homonymum, significans interdum ipsam designationem, electionem et renuntiationem, aliquando consecrationem, ordinationem, initiationem et sacram inaugurationem. Quare videndum quem D sensum hoc vel illo loco dictiones istæ ferant. Errat ergo Junius, cum ista verba Codini, c. 20, χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τοῦ Ἡρακλείας, sic reddit: *Designatur vero patriarcha a metropolitano Heracleæ.* Imo *consecratur, ordinatur*, et ut sic dicam, *inauguratur;* nam designatio seu electio patriarchæ Cpolitani non erat episcopi Heracleensis. Aut si et hujus, nonnisi ut partis unius, quandoquidem ad patriarchæ electionem plures conveniebant, ut docet nos hic Codinus. Ab Heracleensi episcopo patriarcham consecrari consuevisse testis est etiam Zonaras in imperio Constantini filii Leonis fol. 156, qui Heracleensis cum imperatorem offendisset, Polyeuctum patriarcham **372** consecravit episcopus Cæsariensis. Ὃς παρὰ τοῦ Καισαρείας

Digitized by Google

χειροτόνητο. Ubi male interpres Wolfius : *A Cæsariensi episcopo electus.* Non *electus*, sed *consecratus est;* jam antea enim fuerat electus, καὶ προεχειρίσθη πατριάρχης Πολύευκτος μοναχός. Male etiam Crusius in historia patriarchica Malaxi, l. II Turco-Græciæ, p. 131 : Ἐχειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ἡρακλείας πατριάρχην. *Declaravit ipsum Heracleensis patriarcham;* imo *consecravit, ordinavit, initiavit.* Pulchre Zonaras ad can. 1 Apost. : Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱεράσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίκλησις ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο.

Errat iterum Junius cum verba ista, ἐν δὲ τῷ τῆς αὐτοῦ χειροτονίας καιρῷ ἔρχεται μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, more Calviniano detorquet in solam (veluti ministri alicujus) designationem, ita vertens: *Quo autem eligendus est tempore.* Minime vero, sed quo tempore *ordinandus et consecrandus* est patriarcha ; seu *tempore ordinationis et consecrationis appetente, venit imperator ad Sanctam Sophiam.* Grets.

P. 102. Cantacuzenus, IV, 37. *Divina S. Spiritus gratia invocata, tres in patriarcham eligunt, Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphiæ episcopos, et privatum adhuc Nicolaum Cabasilam; electorumque nomina imperatori scripta mittunt, qui Philotheum maluit; et is non diu post, legitimis omnibus servatis, patriarcha consecratus ecclesiam aliquandiu administravit.* Olim imperator arbitratu suo, solus, sine episcoporum suffragiis, patriarcham designabat; quod contra canones factum esse fatetur Cantacuzenus, IV, 37, ubi episcopis potestatem facit ut more veteri tres nominent, ex quibus ipse postea eum qui magis arriserit cæteris præferat.

Postquam Græci a communione sedis apostolicæ sejuncti omnem potestatem, etiam ecclesiasticam, in suos imperatores transtulerunt, non defuerunt certe imperatores partibus sibi delatis, sed qua potestate patriarchas ponebant, eadem eosdem iterum deponebant. et si liberet, depositos reponebant. Omnia historicorum volumina plena sunt exemplis, præcipue Cedreni, Zonaræ, Glycæ, Constantini Manassæ, Nicephori Gregoræ, Cantacuzeni; Turcasque suos successores ipsis factis suis edocuerunt quomodo ipsi itidem cum patriarchis agere deberent. Certe Mahometes sultanus, qui Cpolim sub suum jugum misit, vix alio ritu Gennadium Scholarium creavit quam hic a Codino describitur: *Nam suis manibus* δεκανίκιον seu δικανίκιον, *pastorale pedum, magni pretii dedit, baculum nempe argenteum inauratum, artificiose factum. Dedit et equum bonum et certam aureorum summam, his verbis additis quod faustum ac felix sit, esto patriarcha, et utere nostra amicitia in quibus rebus voles, habens omnia jura privilegiaque, sicuti superiores ante te patriarchæ habuerunt. Habe quoque templum Sanctorum Apostolorum* 373 *domicilii loco. Ita id tunc accepit, et patriarchicam ibi sedem collocavit,* ut est in historia politica l. I Turco-Græc. p. 15. Verum hæc benevolentia sultanorum in patriarchas non diu duravit. Nam sub isto ipso Mahomete patriarchæ novem exstiterunt, et præter Gennadium, qui sponte cessit, vix ullus fuit quem calumniatores de solio non dejecerint vel dejiciendum per Bassas Turcicos curarint, introducto etiam duorum millium florenorum *bescesio,* quod patriarcha recens electus pendebat, et annuo tributo totidem millium, cui *charazio* nomen erat.

Postea etiam usque ad hæc nostra tempora vix unquam pax schismaticis cum schismatico patriarcha fuit. Semper suppullularunt æmulationes invidiæ et occultæ machinæ ad hujus vel illius exitium; ut mihi videatur non sine consilio divino edita esse in Turco-Græcia historia politica et ecclesiastica seu patriarchica rerum Cpolitanarum, ex qua perspicue elucet schismaticos non modo cum supremo catholicæ Ecclesiæ capite per charitatem conjunctos non esse, quod per se liquet, sed nec inter se, cum sub gravissima infidelium servitute mutuo sese miris cuniculis infestent, et modo hunc modo illum in patriarchalem thronum Turcarum ope sublevent. Valet nimirum hic illud: Qui pote, plus urget.

Phranzes, Chronici, III, 19, ferme accuratius morem declarandi patriarcham ab imperatore describit quam Codinus. Grets.

P. 102. [Ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τούτων. Ad trium electorum tertium in patriarcham nominandum non ita coartata imperatoris libertas, quin omissis episcoporum suffragiis eum quem vellet, consuetudine permittente, designare potuerit. Blastares τοῦ Κ στοιχείου, c. 32 : Τῶν γὰρ κανόνων τῶν τὰς ἐπισκόπων ψήφους τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐπαρχίας ἀνατιθέντων, ἄρχοντι δὲ μηδενὶ τούτων ἐξεῖναι κοινωνεῖν κελευόντων, οἱ βασιλεῖς καὶ τῆς ψήφου τῶν ἐπισκόπων χωρὶς καὶ πατριάρχας καὶ ἐπισκόπους προβάλλονται. Διὰ γοῦν τοῦτο, ὡς ἔοικε, ἐπὶ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ τοῦ Δοῦκα ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος Σίδης τὰ τῆς βασιλείας ᾠκονόμει καὶ ὁ Νεοκαισαρείας τὰ τῆς πόλεως ἀνεγράψατο, καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Κυζίκου Νίφων τήν τε ἀπογραφὴν καὶ τὰς τοῦ δημοσίου ἁπάσας ἐνέργησε δουλείας. Sane operas episcoporum æque ac electionem imperatoris dispositioni subjectas adulante supra modum calamo scribit Blastares. De CP. patriarcharum electione et inauguratione docte præclareque illustrissimus episcopus Vabrensis eo præsule digno Ἀρχιερατικῷ. De trium electione facienda accuratiorem habet narrationem, p. 481 et sqq.

Ibid. [Μήνυμα nonnunquam *vadimonium* dictum, aliquando principis *mandatum* sive *rescriptum*, hic ejusdem *codicillos, breve*, nobis *brevet* πιττάκιον proprie vel ψήφισμα significat. Datis enim regiis diplomatibus collatas dignitates firmabant imperatores. Anna, Alexiados, II : Ἐδεδίει γὰρ μὴ τοῦ χρυσοβούλλου τάχιον ἡ προσήκη καταπεμφθέντος αὐτῷ, ὃ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τούτῳ ἐχαρίζετο, etc.

Digitized by Google

P. 103. [*Θρόνου ἠσραηλίου*. Honor et color qualis Cæsari patriarchæ tribuitur ; ac eam forsan ob rem ejus proclamationi se Cæsar subtrahit. Vide dicenda ad v. 15 et sqq.

Ibid. [*Ἀνίστανται ἀμφότεροι*. Mutuo nec non æquali honore se colunt imperator et patriarcha ; dumque sibi invicem assurgunt, pari sese **374** excellere dignitate profitentur. Cantacuzenus, I, 5 : Οὐκ ἔθος βασιλεῦσιν ἐξανίστασθαι ἰδιώταις.

Ibid. [*Ἀπὸ τῶν ἀξιωμάτων τις*. Aliud in aula CP. dignitas, aliud officium. Dignitatem voco, qua obtenta solus honor acquiritur, officium, quod ministeriis in principis vel publici bonum impenditur. Quid præstitit imperio sebastocrator, panhypersebastus, Sebastus et tot alii, de quibus auctor sæpius οὐκ ἐνεργεῖται vel ἀνεπίγνωστον scripsit, nisi ut delatos honores admitterent, rogis acceptis corroderent ærarium, vani nominis appellatione gauderent? Hos proprie ἀξιώματα et ἀξιωματικούς dictos reperies, alios ὀφφικιάλιδας vel ἄρχοντας. Zonaras in Basilio et Constantino : Παρεχωρήθησαν ἔχειν ὃ ἂν ἕκαστος ἐξ ἐκείνου τυραννοῦντος εἰλήφει, εἴτε ἐν ἀξίαις ἦν εἴτε ἐν ἀρχαῖς εἴτε μέντοι ἐν κτήσεσι. Annua stipendia sive pensiones viris in dignitate constitutis colligo e Comnenæ l. III, loco subobscuro, quo Germanorum imperatori ab Alexio promittuntur pacti jam inter eos acti ratione ῥόγαι τῶν ὡθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων, *virorum viginti dignitatibus præcellentium stipendia*.

Ibid. [*Τοῦ πατριάρχου δικανικίου*. Nusquam *sceptra*, sed *pastorales baculos* sive *peda* gerunt ecclesiæ pastores. Δικανίκια vocant Græci, eo quod et ipsi justitiam in subditos exercent. Πατερίσσαν benignius vocant hodierni. Doctius ἀρχιερατικὴν ῥάβδον posuit Euchologium : Εἶτα δίδωσιν αὐτῷ ὁ ἀρχιερεὺς ἀρχιερατικὴν ῥάβδον, λέγων οὕτω πρὸς αὐτόν· Λάβε τὴν ῥάβδον, ἵνα ποιμαίνῃς τὸ ἔμπροσθέν σου ποιμνίον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσιν, ἔστω αὐτοῖς ὑπό σου βακτηρία καὶ ὑποστηριγμός, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσιν καὶ εὐτραπήλοις χρῆσον αὐτῇ ῥάβδῳ ἐπιστυπτικῇ, ῥάβδῳ παιδεύσεως.

Ibid. Πολυχρονίζουσι. Ex hac consuetudine, ut recens instituto patriarchæ πολυχρόνιον occinatur, de Copronymo narrat Theophanes : Ἀνῆλθεν Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἄμβωνι, κρατῶν Κωνσταντῖνον μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλαίου, καὶ ἐπευξάμενος ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ « Κωνσταντίνῳ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ πολλὰ τὰ ἔτη. »

P. 104. [*Ἀπέρχεται ἱππότης*. Restitutio in thronum, æque ac primum instituto, Isaiæ patriarchæ parem honorem exhibuit junior Andronicus, teste Cantacuzeno, l. I, c. ult. : Καὶ πατριάρχῃ Ἡσαΐᾳ δι' αὐτὸν ἐγκεκλεισμένῳ, ὅσον τε ὁ καιρὸς ἐδίδου εὐχαριστήσας, καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἐφ' ἵππου βασιλικῶς κεκοσμημένου ἀγαγών, ἐπανῆκεν αὖθις εἰς τὰ βασίλεια. Gennadium patriarcham recenter consecratum Mohametus nomine secundus, primus Cpolis sibi subjectæ infidelis tyrannus, μεταπεμψάμενος ἔνδον τῶν βασιλείων αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον (ita corruptius profertur) πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν, περικεχρυσωμένην, ὡραίαν, καὶ ἵππον ἀγαθὸν, καὶ μέρος χρυσίνων ex Chronico Cp. Goar.]

P. 104. Junius hæc non vertit, sed penitus evertit. *Sciendum est quod alii sacerdotes summi electionem facientes obsignant bis. Patriarcha designatur solum ; quia ab imperatore facta designatio pro minore sigillo ducitur*. Corrige. *Sciendum est autem alios sacerdotes summos* (hoc est episcopos, archiepiscopos, etc.), *eligi per duplex sigillum ;* hoc est *per duplicia suffragia seu vota obsignata, seu per duplex scrutinium*. Τὴν μὲν πρώτην σφραγῖδα καλοῦσι μικράν· *Primum sigillum vocant minus*. Primum sigillum, hoc est, ut jam plerique vocant, primum *scrutinium*, vocant minus. At vero patriarcham (Cpolitanum) per unum duntaxat sigillum, hoc est uno scrutinio, eligunt, eo quod πρόθλησις seu renuntiatio ab imperatore facta suppleat vicem **375** minoris sigilli. Quod ait Junius, primum illud sigillum seu scrutinium vocari *nominationem* vel *præsentationem*, secundum vero *collationem* sive *collaturam*, id minime dixisset, si ex jure didicisset quidnam jus nominandi, quid jus præsentandi et quid jus conferendi esset. Nec hoc omittendum, in Turco-Græcia τὴν πρώτην καὶ δεύτερον σφραγῖδα vocari τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον μήνυμα, p. 108. Grets.

P. 104. [Electionem deputationemque ad officium quodpiam, ut et germanam in illud institutionem, vocant ecclesiastici σφραγῖδα, ceu crucis signo vel fieri solitam vel firmatam. Illa πρώτη καὶ μικρὰ σφραγίς, hæc δευτέρα καὶ μεγάλη. Quia vero non cruce signat imperator patriarcham, minor siquidem a majori benedicitur, ejus electio virtute par est πρώτῃ σφραγῖδι, nomen nihilominus non adipiscitur. Goar.]

P. 105. Eodem modo quo patriarcha Cpolitanus tresque cæteri patriarchæ, eligebatur archiepiscopus Achridis ; quæ quia patria Justiniani imperatoris erat, ab eodem prima Justiniana vocata est, magnis aucta privilegiis, qua ecclesiasticis qua politicis ; quam ad archiepiscopatum evexit, eique subjecit omnes provinciales episcopos diœceseos, Daciæ et Mysiæ secundæ, Dardaniæ, Prævalitanæ et secundæ Macedoniæ. Gregoras, l. II : *Olim Justinianus imperator eam provinciam ex qua oriundus erat cum aliis multis rebus ornarat, tum primam Justinianam appellaverat, atque etiam perpetua libertate donarat, ea tamen excepto, ne ejus archiepiscopi Romanorum imperatores inungerent ; quæ prærogativa legibus aliis est concessa, etc. Regia sedes eorum* (Bulgarorum) *deinceps urbs ea esse cœpit quam Justinianus imperator archiepiscopatus honore primæque, ut diximus, Justinianæ nomine ornavit. Post appellatione gentis illius vulgata locus ipse Bulgaria dictus est, et Bulgariæ metropolis prima Justiniana*. Vide Novellam 11 Justiniani et ad eam scholia Cujacii, et Novellam 131. Alia Justiniana nomine secunda fuit in Cypro insula, patria Theodoræ uxoris, ut est apud Nicephorum XVII, 28, et XVI, 37, quanquam Procopius, l. IV De

Digitized by Google

ædificiis Justiniani, affirmat Ulpianum, Dardaniæ oppidum, secundam Justinianam appellatum esse. Tertia Justiniana non est Chalcedon, ut inepte vertit Junius, sed Carthago in Africa; neque enim Καρχηδών, ut in sua quoque editione habet Junius, est Chalcedon, sed Carthago; quæ Justiniana dicta, quod Justinianus imperator Carthaginem una cum Africa, pulsis Vandalis, Romano imperio restituerit. Vide Novellam 131. Alia Justiniana nova exstat in Notitia, not. 8, et alia notit. 28, ut notat Cujacius ad Nov. 11.

Ibid. Formula hujus precationis inserta est l. vi Juris GR., p. 441. GRETS.

Ibid. [Ἀρχιμανδρῖται. Non amplius *specum* sed ovium caprarumve *gregem* Græci vocant μάνδραν; quæ vox ad homines sociam ad invicem et pacatam vitam agentes translata aliam confestim producit, ἀρχιμανδρίτην nimirum, qui hujusmodi quietam, solitariam ac sociam vitam in montibus et specubus terræ agentibus ducem se præbet ac rectorem. Quo perspecto **376** non exigua oritur difficultas, quotorum vel qualium sit dux ac rector archimandrites, an plurium vel paucorum monachorum (hi enim sunt, qui testante Basilio ἐν ὄρεσι καὶ ὀπαῖς τῆς γῆς habitant), an unius abbas vel multorum monasteriorum sit gubernator supremus, velut is qui nobis provincialis dicitur aut generalis. Quam partem tenueris, nullum incurres deceptionis periculum: unius enim quandoque superiorem, plurium etiam nonnunquam significat monasteriorum præsidem. Primi sensus allati argumentum est Eutychetis appellatio, quæ in concilio Chalcedonensi et apud Theophanem archimandritæ est, apud Theodorum presbyterum, de Incarn. Domini τοῦ ἡγουμένου· ὁ Εὐτυχὴς ὃς ἦν ἡγούμενος μοναστηρίου ἑνός, inquit. Idem est igitur ἀρχιμανδρίτης qui ἡγούμενος, *unius solius monasterii abbas, pater, superior ac rector.* Secundo tamen sensui non deest multiplex probatio, prima, quod privati monasterii superior non patiatur ob humilem nimis statum se ἀρχιμανδρίτην vocari; secunda, quod eam tantum sustineant appellationem qui plura regunt jure supremo monasteria, vel qui saltem majori præsunt monasterio, cui plura subjiciuntur μετοχεῖα, velut antiquis nostris abbatiis minores prioratus: tertia, quod in textu quem elucubramus interposita inter ἀρχιμανδρίτας et καθηγουμένους πρωτοσυγκέλλων dignitate ab invicem longissime differre commonstrantur, imo particula exaggerans ἀλλά res omnino diversas indicare declarat. Transit in auctoris nostri mentem illustrissimi præsulis Vabrensis opus vere pontificium eo loci τοῦ ἀρχιμανδρίτου καὶ τοῦ ἐξάρχου καὶ τοῦ ἡγουμένου πρόβλησιν dat spectandam, certe non ut unius, sed ut plurium, quorum ut una non est appellatio, ita nec unum officium fuisse temere putandum est. Cæterum quem Cantacuzenus, I, 32 et 33 τὸν τοῦ ἁγίου ὄρους πρῶτον, *sacri montis*, ubi plura monasteria visuntur et ad quatuor millia monachorum degunt, *præfectum* vocat, alium esse non reor ab eo, de quo sermo, archimandrite. GOAR.]

Ibid. Memorat hic Curopalata *protosyncellos*. Junius legit *protosyngelos*. *Vox composita*, inquit, *ex* πρῶτος et σύγγελος, *quod nomen est per syncopen dictum pro* συνάγγελος, *id est, ut hodie magis receptum est, cœnobita. Sed in eis cœnobiis archimandritæ sunt abbates seu patres, protosyngeli vero senes quique.* Si *protosyncellus* idem est quod cœnobita, tunc omnis monachus cum aliis in monasterio degens erit protosyncellus, quia omnis talis monachus est cœnobita. At hoc inauditum est. Deinde si protosyncelli sunt senes quique in suo ordine, ad quid opus habent propria ordinatione et chirotonia, ut archimandritæ? Nam ut quis sit senex aut senior in suo ordine, id non largitur electio et consecratio, sed tempus et ætas.

Quis igitur *protosyncellus* et simplex *syncellus*? Olim syncellus appellabatur is qui mortuo patriarchæ successurus erat. Testes Zonaras et Cedrenus in imperio Constantini Monomachi, quorum ille explicans quisnam apud Saracenos diceretur seriphus seu seriphes, ita scribit: Οὗτος δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ὅπερ παρ' ἡμῖν πάλαι ἦν ὁ λεγόμενος σύγκελλος. Ὡς γὰρ ὁ σύγκελλος τοῦ πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίστατο, οὕτω καὶ ὁ σερίφης τοῦ Χαλιφᾶ φθαρέντος τὸν τελευτήσαντα διαδέχεται. Eadem Cedrenus. Ubi notanda vox πάλαι, qua significant olim quidem hac notione nomen hoc usitatum fuisse, postea desiisse. Sic Anastasius Germani patriarchæ syncellus fuit, Cedren. in imp. Leonis Iconomachi p. 456. Syncellus item fuit Stephanus frater Leonis imperatoris, **377** Cedren. p. 594, in locum Photii substitutus. Syncellus quoque designatus Theophylactus Romani Lacapeni filius a Nicolao patriarcha, etsi ei non successit, sed Stephanus Amaseæ metropolita, Cedr. in imp. Rom. Lac. p. 624. De Joanne syncello lege Zonaram in imperio Theophili, ut et de Michael syncello Cedrenum. Idem Cedrenus mentionem facit protosyncelli in imperio Michaelis Stratiotici, satisque indicat eam de qua ibi loquitur dignitatem fuisse politicam, non ecclesiasticam, cum dicat penes illum fuisse reipublicæ administrandæ curam. Τῷ πρωτοσυγκέλλῳ Λέοντι, inquit, προσελθόντες τὰ κοινὰ διοικοῦντι τῷ τότε.

Est autem syncellus quasi ejusdem cellæ consors, et protosyncellus primus inter cellæ consortes. Res tandem in dignitatis nomen abiit, ut qui nec σύγκαπνοι nec σύγκελλοι essent, tales tamen appellarentur. Sicut hodie multi habent eum titulum ut vocentur S. D. N. *domestici*, ita et syncelli patriarcharum tandem evaserunt illi qui forte nunquam in patriarchio habitaverant. Huic postea dignitati agnatum est πρῶτος, πρωτοσύγκελλος, ex solita nimirum ambitione qua simplicia vocabula τοῦ πρώτου convestire solent. Invenerant olim Græci titulum *nobilissimi*. Res hic non stetit, ambitio πρωτονωβελίσσιμος esse voluit. Nec hic, quamvis in longo no-

Digitized by Google

mine, finis : ut placet tibi ille in jure Græco-Romano l. IV Νικήτας πρωτονωβελισσιμοῦ πέρτατος? Quale monstrum tituli! erant Græcis πρόεδροι : titulus iste augendus fuit præscripto vocabulo πρώτου, πρωτοπρόεδροι : quod in Jure Græco Romano passim obvium est. Etsi autem scriptura illa σύγγελος et πρωτοσύγγελος apud nonnullos scriptores reperiatur, non dubito tamen vitiosam esse, germanamque illam σύγκελλος et πρωτοσύγκελλος, quia clarum esta *concella*, hoc est ab eadem *cella* nomen descendere. Hinc Wilhelmus Tyrius, XIV, 12, *concellos* nominat. Ennodius, l. I, epist. 5 ; vocat *cellulanos* et quod Græcum magis exprimit, *concellaneos*. Heraclius imperator, ut est in quadam ejus constitutione, quæ exstat l. II juris Græco-Romani, numerum *syncellorum* ad duos redegit. Mirum vero Codinum *syncelli* seu *syncellorum* mentionem nullam fecisse, dum catalogum officialium magnæ ecclesiæ texeret, nisi quis dicat syncellorum appellationem non officii, sed dignitatis fuisse.

Ibid. [Qui primus omnium σύγκελλος ac ideo temporis ordine πρωτοσύγκελλος legitur, fuit Anastasius ille presbyter, cui, referente Theophane, quam conceperat de fide perversam sententiam, publice pronuntiandam in ecclesiæ conventu dedit Nestorius : Ὁμιλίαν περὶ πίστεως ἐκδέδωκεν τῷ ἑαυτοῦ συγκέλλῳ. Hic autem cum sublato e vivis Nestorio patriarchæ dignitatem non exceperit, nihil aliud eo vivente adeptus quam ut esset convictus ejus particeps, domus cellæque consors, animæ rebus in dubiis director, in arduis consiliarius, in secretis conscius, ac indivisus in prosperis et adversis socius. Hoc primum primi qui legitur syncelli munus; hæc ut vera nominis expositio, ita pariter officii finis et cognitio sincerior. Evagrius de ipso syncello, VI, 2 : Τοῦ Νεστορίου διάπυρος ἐραστὴς, ὃς καὶ συνεχθὴς οἱ γέγονεν πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀπαίροντι. Socrates, VII, 32 : Συνῆν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς. **378** Τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. Presbytero deinceps hujusmodi in cibi cellæ secretorum, vitæ denique omnis societatem adscito, procedentibus annis factum est ut qui in ecclesiæ cœtu amicos, in palatio quoque notos allegerat, nullo, si quæ forent, ejus merita virtutesque ignorante, defuncto patriarcha in ejus locum successor eligeretur; quique nomine syncelli vel dignitate penes patriarcham adhuc in vivis agentem, ceu ejus sincerior *concellaneus*, insignis vixerat, idem post lethum, ut in ecclesia thronum, ita κελλίον ipsum et secretius patriarchii penetrale occuparet. Videtur mos hujusmodi circa Leonis Isauri tempora invaluisse, de quo Cedrenus : Εὗρεν οὖν ἐν τούτῳ σύμμαχον Ἀναστάσιον σύγκελλον τοῦ ἁγίου (Γερμανοῦ) συνταξάμενος αὐτῷ τοῦ θρόνου διάδοχον γενέσθαι. Invaluisse dixi, non primo merem institutum : jam enim sub Anastasio seniore Τιμοθέου ἀποθανόντος, scribit Theophanes Ἰωάννην τὸν Καππαδόκην πρεσβύτερον καὶ σύγκελλον Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον προεχειρίσαντο. Et sub Justino pariter seniore Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος Ἐπιφάνιος πρεσβύτερος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ σύγκελλος ἐχειροτονήθη. Majora semper incrementa more capiente, Stephanus Leonis Sapientis frater, quem Basilius pater clero CP. sociarat educandumque ac syncelli dignitate ornandum Photio dederat, ait Leo Grammaticus, eodem Photio secundo submoto confestim in ejus locum suffectus est patriarcha. Cedrenus vitæ Leonis initio : Προσέταξεν ὁ Λέων τοῦ θρόνου Φώτιον καταγαγεῖν, κατὰ πόδας δὲ Στέφανον σύγκελλον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ὁ βασιλεὺς πατριάρχην προβάλλεται. Et in eodem Leone : Χειροτονεῖται πατριάρχης ὁ σύγκελλος Εὐθύμιος. Consuetudinem hanc quasi legem habitam narrat Cedrenus idem in Monomacho : Ἐκείνου γὰρ (πατριάρχου) ἀποθανόντος, ὁ σύγκελλος εὐθὺς εἰς τὸν τούτου θρόνον ἐγκαθίδρυται. Πάλαι dixerat nonnihil superius : Monomachi enim ætate consuetudo vel lex quæcumque de syncellis ad patriarchatum subvehendis exstincta erat et penitus abrogata. Eo tamen ac sequentibus temporibus non unus modo sed et plures syncelli ; ac tandem inter eos primas tenens protosyncellus, cujus nomen deinde plures ambierunt. Verum integram syncellorum cohortem aliquando miratus, ac de iis cum Græcis ipsis collocutus, percepi ex ea quæ semper inter eos viguit dignitatum ambitione vel titulorum cupiditate profluxisse, ut qui patriarchatum expeterent vel syncellos in munere vellent æmulari, nomen primum aucuparentur. Pristini vero temporis syncellus, patriarchæ licet successor designatus, quo desiderii successionis a se amoveret suspicionem, ubi patriarchæ consacrificabat, populum ad preces pro eo et ejus salute nec non ei vita longæva obtinenda fundendas hortabatur, quod cum facerent pariter per CP. ecclesias alii presbyteri, exin quasi syncelli nomen promeriti, ea se dignitate promovendos curarunt; ac ut viget et aliis præferri quærit honoris cupiditas qui magna in ecclesia syncellus preces hujusmodi denuntiaret faciendas, protosyncellus, ut reliquis anteponendus ac dignior, est appelatus ; ac ubi sacerdotes vel metropolitæ patriarchæ concelebrantes id muneris fuerunt exsecuti, syncellorum quoque ac protosyncellorum honorem sibi arrogarunt. Audi Cedrenum in Romano Argyro: Ἐτίμησε δὲ συγκέλλους μητροπολίτας τρεῖς. Plures itaque syncelli, adeo sublimis etiam honoris cupidinemoti ut in consessu a sacerdotibus in missa habendo metropolitis se præferri contenderent. Idem Cedrenus inferius : Ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι αὐτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. Ipsi nihilominus metropolitæ aliquando syncelli, ut præmisi. Cedrenus idem in Basilio et Constantino Romani FF. : Ὁ σύγκελλος Στέφανος καὶ τῆς Νικομηδείας πρόεδρος. Pene præterieram non syncellorum modo,

Digitized by Google

qui patriarchæ *concellaneus* ac ejus πνευματικός foret, sed et qui imperator præstaret idem officium, eo nomine **379** vocatum, quod maxime semper eum comitaretur, ac in palatio ad ejus *cellam* (κελλίον enim etiam imperatoris secretius penetrale dictum superius) *concellaneus* σύγκελλος, ac præ aliis dignus μέγας πρωτοσύγκελλος habitaret. *Aderant ei* (si Phranzæ interpreti fides habenda) *sacerdotes sui* (palatini nimirum) et *spiritualis pater Gregorius magnus protosyngelus*. De Joanne imperatore loquitur ad concilium Florentinum viam capessente. Scribit porro protosyngelus, prout alii Græce σύγγελον ob eamdem cum σύγκελου pronuntiationem et ignoratam συγκέλλου propriæ vocis significantiam et originem.

P. 105. [*Καθηγούμενοι*. Quos ἡγουμένους quoque dicimus : προηγουμένους autem, *qui* hos in officio *præcesserunt*, et superiorum munere, quo se abdicarunt, sunt functi.

Ibid. [*Τὴν σφραγῖδα*. Πρόβλησιν, προχείρισιν, *promotionem* intellige, quæ facto crucis signo compleretur. Requires in Euchologicis ; et consules postremam superioris capitis notam. Goar.

Ibid. Καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς εἰς προσκύνησιν τοῦ βασιλέως, ὡς εἴρηται, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον αὐτῶν ποταμούς. Junius p. 212 editionis suæ, I, c. 20, n. 16 : *Summi autem sacerdotes ad salutandum imperatorem, ut diximus, venientes cum aliis mandyum suum habentibus*. Perperam. Lege ex codice Lauther. μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύων αὐτῶν ποταμούς· *cum mandyis suis habentibus fluvios*. Hoc est *cum mandyis undulatis*. In scripto Græcob. l. II Turco-Gr. p. 108 : Καὶ μανδῆ μὲ τοὺς ποταμούς. Μανδεῖον, inquit ille Græcus in Turcogr. p. 189, λέγουσιν ὃ φέρει ἐπάνω ὁ πατριάρχης μετὰ ποταμῶν, διὰ τὸ διδακτικὸν ὀφείλειν. Dicitur ergo μανδύας, μανδεῖον, μανδῆ, et μαντίον, a quo in Turcogr. p. 189 numero multitudinis τὰ μαντία. Οἱ ἀρχιερεῖς βαστοῦν εἰς τὰ μαντία τοὺς ποταμοὺς κοκκινούς καὶ ἄσπρους, *Pontifices gestant in palliis fluvios* (limbos) *coccineos et albos*. Germanice *Mantel*, a Latino *mantelo*. Est autem μανδύας forma similis ei vesti sacræ quam vulgo vocamus *ein Rauchmantel ;* et qua ipse imperator Romanus adhuc in inauguratione insigniri et pingi solet quoque cum electoribus. Simeon magister officiorum in Pandecte Histor . Turcicæ, c. 199, δικητήσιον vocat ; quod Græci rogati ab auctore Pandectæ interpretabantur ἐπιμάνδυον, quasi dicas *supramantellum*. Forte δικητήσιον παρὰ τὴν δίκην derivatur, ut et δικανίκιον, quod imperii et potestatis insigne sit. Eratque vestis hæc tam imperatoribus quam patriarchis aliisque pontificibus communis, ut ex Curopalata et Turco-Græcia constat ; nec satis apte vertitur *paludamentum*, ut agnoscit etiam Leunclavius, cum vox hæc militarem vestem significet, μανδύας autem etiam extra castra gestari consueverit ; nec ab imperatore tantum, sed et ab Ecclesiæ præsulibus, quibus *paludamentum* apte nemo tribuerit. Et hæc accommodari possunt ad varia loca Codini in quibus *mandyæ* mentionem facit. Quod Junius mandyæ originem ex Persica lingua deducit, p. 336, id facit, opinor, ut Persicæ linguæ non ignarum sciamus. Longe facilius a Latino *mantello* aut Germanico *Mantel* deduxisset. Nec assentior Meursio, qui ita legit, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον μὲ ποταμούς. Nam sensus esset : *Episcopi veniunt* **380** *ad venerationem imperatoris cum illis qui habent mandyum cum fluviis* sive *undulatum*. cum ipsimet induti mandyis undulatis veniant ad cultum imperatori deferendum. Nec barbarico illo hellenismo μὲ pro μετά Curopalatam usum esse verisimile fit, præsertim hoc solo et unico loco. Potius hoc nupero alicui Malaxo competat, qui in patriarchica sua historiæ Turcogræciæ inserta ἐχάρισε καππάστον ἐνδύμιον μὲ τὸν καμουχάν, καὶ μανδῆ μὲ τοὺς ποταμοὺς, καὶ ἄλογον ἄσπρον. Grets.]

Ibid. [Superius pontificum indumentum extra missarum solemnia est mandyas, pallio quam similis, ad fauces fibula nexus, sinibus et rugis amplissimus et omnino insignis Ad ejus latera circa ventrem affixæ sunt tæniolæ albi rubrique coloris ternæ, quibus undequaque variatur et adornatur. Tæniolæ illæ sunt ποταμοί, de quibus in præsenti, eamque gratiam et scientiam designant quam intellexit Christus ipse Dominus, dicens « flumina de ventre ejus fluent, etc. Ac propterea circa ventrem appictæ. Superius ad collum et angulos inferiores sunt πόματα, quatuor nimirum additi panniculi quadri, de quibus singulis Symeon Thessal. episcopus : Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς διδάσκει μανδύας, ποταμοὺς μὲν ἔχων διὰ τὰ προειρημένα, πόματα δὲ εἰς τύπον παλαιᾶς τε καὶ καινῆς χάριτος, ἃ ὑπεράνω κεῖνται τῶν ποταμῶν. Goar.]

CAPUT XV.

Observationes et explicationes in c. 21 *de lugubribus imperatoris gestaminibus.*

P. 106. Alius titulus habet περὶ βασιλέως ἀποθανόντος. Sed melior est inscriptio quam capiti huic præfiximus. Citat hoc Codini caput Casaubonus Exercit. 56 contra Baronium. Et, heu ! quid laboris non exantlat, quid sudoris non profundit, quos lecythos suorum collectaneorum non effundit, ut doceat nos aliud esse λαμπροφορεῖν, aliud λευκοφορεῖν seu λευχειμονεῖν, aliud colorem λαμπρόν, aliud colorem λευκόν, interdum tamen λαμπρὸν καὶ λευκόν pro eodem accipi, proprie distingui. *Apud Codinum*, inquit, *vestes albæ, luctus indices, vocantur* λευκαί ; *iisdem opponuntur* λαμπραί, *id est omnes nitidiores ; puta candidæ a fullone recentes, quales fuerunt olim candidatorum, quas Plutarchus et alii Græci* λαμπράς *vertunt, aut purpureæ, vel alius cujusvis coloris, præsertim intensioris. Non enim sola candida dicuntur* λαμπρά, *sed quæcunque valde nitent, cujusmodi erant cum primis illæ chlamydes veri luminis, de quibus ad Trebellium Pollionem diximus* Quam abscondita nobis pandit operosus iste exer-

Digitized by Google

citator! quasi non omnia hæc ex ipso Codino satis superque perspecta sint, præsertim adjunctis iis quæ c. 11 idem Codinus tradit.

Ibid. Lucæ XXIII indutus est Christus ab Herode, irrisus causa, **381** ἐσθῆτα λαμπράν. Beza vertit *splendidam*, interpres noster *albam*. Approbat hoc Casaubonus, quia λαμπρόν et λευκόν sæpe eodem significatu usurpantur. Illud critica ferula sic castigat: Magis ex usu Latine loquentium dixissent *candidam*. Mirum Bezam hoc loco non fuisse memorem suæ *candidæ*, a fullone candentis, cujus iterum oblitus est Jacobi c. II, dum ἐσθῆτα τὴν λαμπράν denuo *splendidam vestem* interpretatur. Bonam tamen operam, sed nimis seram navat nobis asceta iste, dum nos docet quid sit μαργέλλιον, sed per negationem: ait enim imperatorem citrina vestimenta assumere, *sed sine limbis et pretiosis prætexturis: hoc margellium significat, non margaritas.* Audis, Juni, quid te olim Genevæ incolam doceat ejusdem scholæ quondam et urbis insessor Casaubonus? Mitte ergo tandem tuas margaritas. Vocavi *operam seram* respectu nostri, quia jam pridem ex Balsamone et aliis didicimus quid sint *margellia*. GRETS.

P. 106. [*Τεσσαράκοντα*. Defunctorum recolendæ memoriæ sacri sunt dies tertius, nonus, quadragesimus, et annuus a morte. Τοῖς τεθνεῶσιν ἀποτελεῖται, inquit Nicephorus Callistus, τὰ τρίτα, τὰ ἔννατα καὶ τὰ τεσσαρακοστά. Rationes subdit: tertio die faciei, qua dignoscitur homo, discrimen deperditur; nono corpus tabescit, solo corde adhuc incorrupto manente; quadragesimo tandem etiam cor cum reliqua corporis mole labo corruptionique ex integro cedit. Aptius alii τὰ τρίτα apud Græcos resurrectionem Christi post triduanam sepulturam, τὰ ἔννατα novem angelorum choros, quibus mortuos aggregari precantur, τὰ τεσσαρακοστά luctum Israelitici populi in Moysis morte ad quadragesimum usque diem productum, quo defunctis lacrymas precesque parentare possumus, affirmant designare. Hujus mentis est Neophytus Rodius in sua Synopsi vernacula Clementem in Constit. Apost. l. VIII, c. 49, secutus. GOAR.

P. 107. [*Τῶν νενομισμένων ἐννάδων*. De quibus superiore nota. Sacros in feriis agendis novem dies refert Blastares, τοῦ Δ στοιχείου c. 8, adeo ut Alexius imperator edita Novella sanxerit nemini licere demortui parentes vel uxorem vel hæredes, vel fidejussores ante novem dierum luctui dicandorum præfinitum tempus accusare, causam in eos intentare vel in judicium trahere: Θεσπίζομεν μηδενὶ ἐξεῖναι τοῦ τελευτήσαντος τοὺς γονεῖς ἢ τὴν γυναῖκα ἢ τοὺς κληρονόμους ἢ τοὺς ἐγγυητὰς πρὸ τῆς τῶν ἐννέα ἡμερῶν προθεσμίας τοῦ πένθους αἰτιᾶσθαι ἢ παρενοχλεῖν ἢ εἰς δικαστήριον ἕλκειν. GOAR.]

Ibid. Cæterum, quod Codinus ad calcem capitis scribit, nefas esse ut quis vestes nigras in palatio portet, id intelligendum est extra casum quo ipse imperator luget: tunc enim omnes μελανειμονοῦσιν, ut paulo antea Codinus dicebat. GRETS.

CAPUT XVI.

Observationes et explicationes in c. 22 De futura sponsa et imperatrice.

Ibid. [*Πεζεύειν. Ex equo vel curru desilire et pedes incedere.* GOAR.]

Ibid. Ad fontem. Πηγὴ seu πηγαί, templum celeberrimum Cpoli extra mœnia, cujus summus amator, admirator et encomiastes **382** fuit Nicephorus Callistus, ut constat ex l. XV Historiæ ecclesiasticæ, c. 25 et 26; qui de miraculis ad fontem editis integrum se commentarium scripsisse dicit. Exstat Viennæ in Cæsarea bibliotheca fortassis unicum totius Europæ exemplar; cui nisi cito succurratur (vidi enim et percurri allatum Monachium et huc Ingolstadium), penitus a blattis tineisque corrodetur; et jam nunc aliquot locis ab aquis pessime acceptum est, ita ut multa legi nequeant, præsertim sub finem.

Ad hoc templum divertit quoque Helena Cantacuzeni filia, nuptura Joanni Palæologo. Rem narrat ipse Cantacuzenus, IV, 1. GRETS.

Ibid. [Urbis CP situs triangularis est; ejusque latera duo alluuntur mari, tertium continenti obtenditur. Ad eam itaque adveniens itinere terrestri imperatrix ad Pegem ecclesiam celeberrimam et regium simul palatium, qua continentem respicit urbs, desilit; sin mari appellat, circa Blachernas loco portus commodissimo, ubi aliud Blachernense dictum palatium, terram salutat. Ecclesiæ porro Πηγῆς nomen est a *fonte* non minus continuo miraculorum profluvio quam perennibus aquis exuberante. Ad salutares ejus aquas si a Marciano, qui postmodum Romanum imperium obtinuit, deferretur, lumen oculorum recuperaturum cæcus per divinam visionem est monitus. Tulit εἰς τὴν Πηγὴν Marcianus cæcum, cæcus visum ex aquis retulit. Inde, ait Menæum Græcorum, miraculorum τῆς Πηγῆς origo et celeberrimum loco nomen factum: Ἐν τῷ τεμένει ἡ Πηγή ἐστιν ἀφθόνων ἰαμάτων, in templo ipso non adeo fons quam miraculorum ubertim decurrentium latex emergit, ait Cantacuzenus. Justinianus fonti templum superstruxit: Τὴν Θεοτόκον Πηγὴν Ἰουστινιανὸς ἔκτισε, scribunt Origines CP.; exstat adhuc locus Christianis Turcisque venerandus, quodque superest templum nulla ruina fœdatum, antiquitate non modice venerandum, ob pretium omne superantes aquas, a plebe Χρυσοπηγῆς, *aurei fontis* accepit appellationem. GOAR.]

P. 107. De templo Blachernarum suo loco diximus. Erat et ipsum extra urbem ad littus maris, de quo multa Nicephorus loco citato. Principio templa solummodo erant; successu temporis accesserunt splendidissima palatia. Quomodo excepta

Digitized by Google

fuerit ab Andronico juniore sponso Anna Sabauda, leges apud Cantacuz., I, 42. Gretz.

P. 108. [*Περὶ τὴν ἀκρόπολιν.* Ad urbis eum angulum qui Chrysopolim oppidum Asiaticum ex adverso respicit, ubi hodie principis Turcarum regia. Vulgus κέρας, *cornu*, vocat.

Ibid. [*Ἀρχοντιαστῶν.* Legendum omnino ἀρχοντισσῶν : ἀρχοντιαστάς enim nec usus nec lexica nec auctoritas docet. Est autem ἀρχόντισσα *domina, femina nobilis.* Simon Portius ἀρχόντισσα, δέσποινα, δεσπότις, κυρία. Inter præcipuas hujusmodi ἀρχοντίσσας Cedrenus habet ζωστάς, quæ patriciorum cingulo et honoris insigni uterentur.

Ibid. [*Ὑποδοῦσιν αὐτὴν τὰ ἐρυθρά.* Non minus capiti corona quam rubra calceamenta fuerunt pedibus imperatorum insignia. Logotheta de Joanne abdicante se imperio : Καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλετο καὶ τὴν περιμάργαρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. A regibus Albæ tum ad se deduxit, tum ad posteros imperatores Romanos calceorum hunc colorem transmisit Julius Cæsar. Dio l. XLIII: Τῇ ὑποδέσει τῇ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφισὶ διὰ τὸν Ἴουλον ἐχρῆτο. Ammianus pedum tegmina purpurea vocat, quæ a comite **383** largitionum servabantur. Hinc repetita toties in Græcorum historiis φοινικᾶ πέδιλα, πέδιλον ἐρυθρόν, κοκκοβαφὲς καὶ φοινικοβαφὲς, ἐρυθροβαφὲς πέδιλον, ἐρυθρὰ ὑποδήματα. Ex pluribus unum aut alterum exemplum deprome. Botoniates apud Annam Comnenam, exuens se imperio, at non ejus insignibus, μόνον ἔσομαι ψιλοῦ τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος καὶ τῆς εὐφημίας καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων. De Alexio scribit Gregoras, qui filiæ ἐρυθραῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προστετάχει, ἵν' αὐτή τε καὶ ὁ ταύτῃ συζευχθησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος γένηται. Ut imperatrici nobiles feminæ rubra calceamenta induebant, sic nonnisi proceres viri pedibus imperatoris illa consueverant immittere. Cantacuzenus qui fuerint designat, III, 27: Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς πρότερον ἐσθῆτα βασιλικὴν ἐνδὺς, ἔπειτα ὑπ' ὄψεσι ταῖς ἁπάντων ταῖς ἐρυθραῖς κρηπῖσι τοὺς πόδας κατεκόσμει, τὸν ἕτερον μὲν ὑπὸ τῶν ἄγχιστα καθ' αἷμα προσηκόντων ὑποδούμενος, τὸν δὲ λοιπὸν ὑπὸ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ λαμπρότητι μισθοφόρων Λατίνων. Alta fuisse hæc calceamenta Dio monstravit, vocans ea ὑπόδεσιν ὑψηλήν. Ad genu pertinuisse testatur Procopius, l. III *De Ædif. Just.* : Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ὃ δεῖ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι. Τζάγγας ideo vel τζάγγια barbaro nomine dicta existimo ; de illis actum superius.

Ibid. Ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ. Finem his scriptis imponit e Regiis mss. alterum, et vocem τέλος addit ; ut quod sequitur alieni auctoris opus esse conjiciamus. Goar.]

Ibid. Assumentum illud, ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, etc., vere assumentum esse neque huc pertinere, clarius est quam ut multis ostendi debeat. Quia tamen Junius reperit in quodam exemplari sibi a Frehero subministrato, et quia alter Boicus codex eodem additamento cæteris auctior est, relinquamus sane hoc loco, ne dum alium quærimus et assignamus, forte incommodiorem attribuamus. Illud certum esto, hic omnino tanquam peregrinum atque exoticum habitare. Codex tamen Boicus pro παρδόβαλλοι exhibet παρδοβάγιλοι. Gretz.

Ibid [*Παρδόβαλλοι.* Alia lectio παρδοβάγιλοι, *qui pardos curant :* feras enim ad ostentationem vel delectationem principes enutriunt. Βαΐουλον superius *procuratorem, bajulum* referre diximus : βαϊούλου vice nonnunquam βλάγυον apud Theophanem vel etiam βάγιλον lego. Regium hic habet παρδοβάγιλον ; qua de causa *pardorum curatorem* expono. Goar]

Ibid. Turcarum sultano etiam hodie κρυοτήρια potui refrigerando in pretio esse, memini me legere alicubi in observationibus Bellonii. Gretz.

Ibid. [*Παρσινόχοοι.* Regium correcte παροινοχόοι, qui pincernis administrant, et aquas vel puriores vel salubriores aut certe nives aut glaciem vino refrigerando equis aliunde vehunt. Goar.]

Digitized by Google

GEORGII CODINI

EXCERPTA

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS.

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO, S. R. E. CARDINALI,

DOMINO MEO SUMMA OBSERVANTIA COLENDO,

PETRUS LAMBECIUS S.

Multa sunt, Eminentissime Princeps, quæ homini ad immortalem gloriam aspiranti viam præbent ; verum aut me amor propriæ opinionis fallit, aut ulla nec honestior nec compendiosior potest reperiri quam vel ipsa eruditio vel quæ eruditis exhibetur benevolentia et benignitas. Harum altera quibuscunque egenis et obscuris terræ filiis ad summam laudem aditus patet, dummodo natura aptam iis non denegarit indolem, nec ipsi profectui suo debita diligentia, famæ autem legitima non desint ambitione. Altera illis duntaxat ad claritudinem pervenire licet, quibus eam generis potentiæ et fortunarum amplitudinem largiri Deus voluit, ut protegere alios possint et sustentare. Illi ergo hos colunt, ut necessariis ad studia adminiculis potiantur : hi contra illos fovent, ut monumentis litterarum nominis et virtutis suæ memoria apud posteros celebretur ; ita utrique per se indigentes alteri alterorum vigent auxilio. Quare beatissimos ego semper existimavi qui hanc volut omnibus numeris perfectam felicitatem consecuti sunt, ut pariter splendidissimo vitæ statu et merito haud vulgaris eruditionis venerabiles sint atque conspicui. In his te numero, eminentissime princeps, qui cum majestate sacræ purpuræ et pontificalis familiæ prærogativa satis sine ullo aliunde petito splendore fulgeas, adeo tamen litterarum studio inter publica tantæ dignitatis munera et fuisti semper et etiamnunc es deditus, ut cum iis qui tota vita aliud nihil egerunt jure et audacter de multifariæ scientiæ palma possis contendere. Testatur enim hoc ditissima tua lectissimaque bibliotheca, qua post Vaticanam nihil Roma perfectius habet aut magnificentius ; testatur haud exiguus præstantium ingeniorum numerus, quibus aula tua nunquam non fuit exornata ; testatur publicum doctissimorum virorum de Te judicium, qui sæpe gravissimarum quæstionum arbitrium tibi detulerunt, quod cum ita sit abunde, ni fallor, apparet quibus ego nunc causis impulsus volumen hoc Originum Cpolitanarum eminentissimo nomini tuo dedicare audeam. Nempe jam primum minime dubito quin pro singulari tuo erga litteras affectu, quidquid hoc munusculi litterarii est, lætissimo vultu sis excepturus : deinde præcavebo hac dedicandi ratione ne exprobrari mihi possit, quod olim Anacharsin philosophum in Græcorum ludis improbasse refert Laertius, ἀγωνίζεσθαι μὲν τοὺς τεχνίτας, κρίνειν δὲ τοὺς μὴ τεχνίτας. Certum denique habeo obtensam nominis tui auctoritatem non honori tantum laboribus meis fore, sed et præsidio adversus malevolorum improbas detractationes ; quod videlicet nemo sanus ea lacessere ausurus quæ tibi optimo acerrimoque scriptorum censori probantur. Et hæc quidem præcipuæ ex iis sunt quas cum omnibus eruditis communes habeo causas, cur tibi potissimum, eminentissime princeps, quidquid hoc et qualecunque est libri, merito ac lubens consecrem : insuper vero alias multas privatim habeo, quas domesticas appellare lubet ; easque tanto cæteris graviores existimo quanto vehementius ἀχαριστίας crimen subire vereor. Etenim repetenti mihi memoriam omnis ejus temporis quod studiorum causa exteris regionibus perlustrandis impendi, vix ullus occurrit dies qui singulari aliquo tuo in me collato beneficio non sit notabilis. Advenientem me primum Lutetiam humanissime per eos qui tum rebus tuis agendis ibi præerant excipi curasti. Mox ipse Lugduno reversus participem me fecisti mensæ, admisisti inter intimos ; et ut paucis omnia complectar, tanto me prosecutus es affectu ut majorem ab avunculo non potuissem desiderare. Eamdem benevolentiam Romæ postea expertus sum, ubi integrum biennium in aula tua commoranti mihi ea videndi multa et discendi fuit occasio, ut vere gloriari possim plus me in luce illa et strepitu aulico quam in ullo Academiæ recessu et umbra profecisse. Reversus deinde in Galliam incredibile memoratu est quantam ex commendatione tua cum aliis multis locis utilitatem perceperim, tum vero inprimis Tolosæ, cujus urbis illustrissimus archiepiscopus Dn. Carolus de Montchal, vir sanctitatis simul et prudentiæ et eruditionis rarissimæ, continuos octo menses in palatio suo plus quam paterna

Digitized by Google

liberalitate et cura me tractavit. Plura ejus generis addere inconveniens esse credo et superfluum, tum quod ipsa hæc beneficiorum enumeratio nescio quid videatur habere levitatis et arrogantiæ, tum quia vel ex minimo eorum quæ jam dicta sunt satis superque elucet, quanta obligationis necessitate tibi sim devinctus. Accipe igitur, eminentissime princeps, et boni consule qualemcunque hunc juvenilis diligentiæ meæ fructum, quo pariter et gratitudinem meam tibi studeo declarare, et quanti faciam judicii tui acumen et auctoritatem nominis. Quodsi forte nonnusquam editionem minus feliciter curatam deprehendes, ignoscas velim, et benigne reputes, ex quo hæc Lutetiæ absoluta reliqui, triennium jam præteriisse, ideoque quidquid sub prælo commissum est erroris, absentiæ meæ esse tribuendum. Vale.

Dabam Hamburgi prid. id. Decembr. 1653.

LAMBECII PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum ante biennium Lutetiæ Parisiorum agerem, tantum apud me potuerunt innatum publicæ utilitatis studium et amicorum cohortationes et exempla complurium doctissimorum, ut summum nefas esse crederem inceptæ editioni corporis historiæ Byzantinæ qualicunque mea opera deesse. Quæsivi igitur cui potissimum parti laborem impenderem, et cum fere omnia ab aliis præoccupata esse viderem, tandem mecum cogitare cœpi operæ pretium fore si hactenus inedita Codini excerpta de antiquitatibus Cpolitanis in publicum producerem. Præterquam enim quod pertineant ad rem et multum lucis afferant historiæ Byzantinæ, hoc etiam nomine edi merentur, quod a gravissimis hujus et superioris sæculi scriptoribus sæpius laudata et ad confirmationem dubiarum opinionum adhibita sint. Etenim Joannes Leunclavius in Pandectis historiæ Turciæ libri de ædificiis frequentissime mentionem facit; et quæcunque Nicolaus Alemanus notis suis in Procopium ἐκ τῶν ἀνεκδότων πατρίων CP inseruit, inde desumpta sunt. Item Petrus Gillius ex supradicto libro de ædificiis et altero de statuis integras transscripsit paginas. Certum quoque est ineditum illud Chronicon Cpolitanum, quod Joannes Meursius in Glossario Græco-barbaro et alibi creberrime citat, nihil aliud fuisse quam ineditam partem excerptorum Codini; quæ nunc publicatur. Testantur hoc citata loca, et testabitur integrum Chronicon, si quando in lucem veniet. Similiter etiam per antiqua illa collectanea θεαμάτων urbis CP, quæ doctissimus Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium Apollinarem citat et in multis bibliothecis occurrere ait, hæc alias non evulgata Codini excerpta intelligenda sunt. Adderem plures coætaneos auctores, in quorum scriptis ea citantur, nisi longum esset illos enumerare et supervacaneum. Cum itaque jam omnino decrevissem edere Codini illa ἀνέκδοτα, nihil mihi antiquius fuit quam ut propositum hoc avunculo meo per litteras significarem, qui illud non tantum non improbavit, verum ut cœptum urgerem monuit, atque insuper duos mihi submisit codices manu scriptos, quibus continebantur hæc Georgii Codini opuscula:

Περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως,
Περὶ τῆς σχηματογραφίας τῆς Κωνσταντινουπόλεως,
Περὶ ἀγαλμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων,
Περὶ κτισμάτων,
Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας,
Περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει μέχρι τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως,
Περὶ τῆς τάξεως τῶν ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων τοῦ παλατίου καὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.

Horum primum, quintum, septimum et principium tertii a Georgio Dousa, Francisco Junio et Jacobo Gretsero jampridem edita fuerunt: reliqua vero nunc primum a me publicantur. Cæterum præter duos avunculi mei codices, quorum unum a V. Cl. Peirescio dono acceperat, alterum vero ex Vaticano exemplari curaverat transscribi, quatuor aliis codicibus in adornanda editione usus sum, quorum primum ex Britannico exemplari descriptum dedit mihi eruditissimus Isaacius Vossius, cum adhuc essem Amsterodami; secundum R. P. Jacobus Sirmondus mecum communicavit; tertium mihi suppeditavit bibliotheca Regia permissu Petri et Jacobi Puteanorum fratrum; quartum ipsemet Romæ in bibliotheca Vallicellana reperi.

Hactenus dixi unde Codini ἀνέκδοτα prodierint: sequitur ut paucis agam de meis animadversionibus. Illas vero tres maxime ob causas conscripsi, nempe ut varias lectiones, quæ sensum auctoris immutare posse videbantur, aliorum ingeniis dijudicandas proponerem; tum ut loca mendosa, dubia, obscura atque minus recte ab aliis intellecta corrigerem et explicarem, et ubi opus esset, correctionis atque explicationis meæ rationem redderem. Verum utrum ego hoc quod mihi proposueram bene præstiterim necne, res ipsa indicabit. Interim tamen, amice lector, velim tibi persuadeas sedulo me operam dedisse, ut utilitati tuæ pro viribus meis quam fidelissime servirem, neque præter modum diligens atque non necessaria multa aut multoties ab aliis antea dicta compilans patientia tua abuterer.

Digitized by Google

Ad hæc quo facilius mihi ignosceres, sicubi vel in versione vel in animadversionibus humanitus lapsus essem, omnes omnino occasiones fugi, quæ oblatæ mihi fuerunt ad contradicendum iis qui ante me aliquid Codini ediderunt vel secus quam oportebat intellexerunt ; et siquando necessitate coactus fui eorum errores detegere, tantam ea in re adhibui moderationem ut contra quos scribam obscurum sit, manifestum vero, me non eo hoc fecisse ut ex alienis erroribus gloriam quærerem, sed ut præcaverem duntaxat ne aliis necessarii quidquam ignorantia præteriisse viderer. Reliquum ergo est ut hosce labores meos benevole excipias, et si qua in iis deprehendes quæ minus tibi placebunt, aliquantulum indulgeas juventuti meæ et nimiæ erga te voluntati et gravioribus occupationibus, per quas exactissime omnia persequi et recensere non potui. Sic et gratum te præbebis, et alacriorem me reddes ad præstanda majora. Vale.

Romæ 1649, calendis Maiis.

LAMBECII

DE GEORGII CODINI VITA ET SCRIPTIS

BREVIS DISSERTATIO.

Georgium Codinum non sub ultimis tantum imperatoribus Cpolitanis vixisse, sed aliquandiu etiam superfuisse post ipsam Cpoleos expugnationem, ex ipsius scriptis liquido apparet. Curopalatæ vero cognomen, quod ei ab illis tribuitur qui librum ejus de Officiis palatii CP ediderunt, in illis quos ego vidi codicibus manu scriptis non reperi ; et facilius multo credam impositum ei fuisse Curopalatæ cognomen, quia de Officiis palatii scripsit, quam quod ipse curopalatæ dignitatem obtinuerit. Cæterum quod ad scripta ejus attinet, non propterea duntaxat vano quodam præjudicio improbanda sunt, quoniam Codinus ducentis tantum abhinc annis floruit ; quippe qui, quæcunque edidit, ex antiquioribus et magis probatis auctoribus excerpsit et collegit. Nam quod primum inter opuscula ejus locum obtinet et inscribitur περὶ τῶν πατρίων sive de originibus CP, ejus major pars verbotenus descripta est ex Hesychio Milesio, reliqua vero ex Glycæ Annalibus, Chronico Alexandrino et alio quodam hactenus non edito, cujus auctor est quidam Julius Pollux, antiquo illo, qui Commodo imperatori Onomasticum suum dedicavit, aliquot seculis recentior. Libri vero de statuis prima pars de simulacris deorum gentilium ex Phurnuto desumpta est et ex Joannis Lydi Philadelphiensis libro nondum edito de Mensibus *), unde etiam Suidas hausit eadem. Altera autem pars, quæ tractat περὶ στηλῶν καὶ θεαμάτων, quod est, ut ego interpretor, de statuis aliisque rebus spectatu dignis Cpoli, ea tota verbotenus descripta est ex antiqui anonymi auctoris collectaneis antiquitatum Cpoleos, quæ inscripsit παραστάσεις συντόμους χρονικὰς, et compilavit ex Theodoro lectore, Papia, Eusebio, Socrate, Marcello lectore et compluribus aliis. Hæc vero collectanea nunc primum ex antiquissimo codice bibliothecæ Regiæ in lucem prodeunt, qui, ut omnes, quotquot eum viderunt, testantur, ad minimum ante quadringentos annos scriptus fuit. Est autem inter codices ejus bibliothecæ numero millesimus vigesimus septimus. Quisquis igitur auctor est illorum collectaneorum, ducentis saltem vel trecentis annis Codino est antiquior. Ex iisdem quoque collectaneis libri περὶ κτισμάτων satis magna pars excerpta est ; cætera desumpta sunt ex Joanne Antiocheno, Panodoro Ægyptio et aliis, qui in eo libro citantur. Totus denique catalogus imperatorum Cpoleos usque ad imperium primi Alexii Comneni, auctoris est multo antiquioris Codino : quippe qui eum catalogum conscripsit sub Manuele Comneno Alexii nepote, ut ipse testatur his verbis : ὁ κύριος Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς, ὁ πάππος τοῦ κρατοῦντος καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως. Reliqua porro catalogi pars, a Theodoro Lascare ejus nominis primo usque ad ultimam Cpoleos expugnationem, ab ipso Codino superioribus adjecta est, cum ille, ut principio dixi, aliquantulum illi urbis excidio superstes fuerit.

*) Lydi liber ab Hasio et Rœthero editus est.

Digitized by Google

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΝΟΥ (1)

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΧΡΟΝΙΚΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΤΡΙΩΝ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ (2).

—

GEORGII CODINI

EXCERPTA EX LIBRO CHRONICO

DE ORIGINIBUS CONSTANTINOPOLITANIS.

—

1-3 Ferunt Argivos primum oraculo Pythiæ mo- A nitos,

Hic ubi miscentur madido duo flumina ponto,

Cervus ubi et piscis vescuntur pabulo eodem,

suas fixisse sedes eo in loco in quo Cydarus et Borhyzes fluvii, quorum alter ab arcto, alter ab occasu venit, apud aram Sesimetræ nymphæ mari miscentur. Cum igitur fato eo delati sacrificio indigenis diis litarent, **4** corvus particulam victimæ subreptam alium in locum deportavit, qui Bosporus cognominatur, pastore volatum avis indicante, unde et Bucolia loc:s ille vocatus est. Alii vero memoriæ prodiderunt Megarenses, a Niso genus ducentes, illic appulisse duce Byzante, a quo etiam urbi nomen inditum esse volunt. Illi igitur diverse hac de re narrant : nos B vero historiam cognoscere cupientibus, quod vero simile e:t, commemorabimus, ab Io Inachi filia initium facientes. Inachi enim Argivorum regis filia fuit Io :

Φασὶ μέν τινες Ἀργείους πρώτους τῇ θεᾷ (3) χρησάσῃ

Ἔνθα δύο σκυλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν,

Ἔνθ' ἰχθὺς ἕλαφός τε νομὸν ξόσκουσι τὸν αὐτόν,

πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης (4) ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται, ὁ μὲν τῶν ἀρκτῴων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προρρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σεσιμήτρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάττῃ μιγνύμενοι. Ἐπεὶ οὖν κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἀφίκοντο καὶ θυσίαν τοῖς ἐγχωρίοις ἐξιλάσκοντο δαίμοσι (5), κόραξ τῆς ἱερουργίας ὑφαρπάσας βραχὺ μέρος εἰς ἕτερον μετέθηκε τόπον, ὃς ἔχει τὴν Βοσπόρου προσηγορίαν, βουκόλου τὴν τοῦ ὄρνιθος ὑποδείξαντος πτῆσιν, ἀφ' οὗπερ καὶ Βουκολία ἐκεῖνο τὸ χωρίον ἐκλήθη. Ἕτεροι δὲ τοὺς Μεγαρέας ἱστόρησαν, ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατάγοντας, εἰσπλουν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους τῷ τόπῳ ὑφ' ἡγεμόνι Βύζαντι (6), οὗπερ τὴν προσηγορίαν μυθεύουσι

Meursii et Lambecii notæ.

(1) *Γεωργίου τοῦ Κωδίνου* Facilius diverim quo tempore hic auctor non vixerit quam quo vixerit. In libro enim de Officiis aulæ Cpolitanæ meminit Joannis Cantacuzeni et Theodori Metochitæ, qui sub primis Palæologis ætatem egerunt. MEURS.

(2) *Περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντίνου πόλεως* scripsere etiam Leo Byzantius libris septem, teste Suida, et Priscus Panita, qui temporibus Theodosii vixit. Auctor est idem Suidas in Πρίσκος. Et meminit hujus non semel Jornandes de Reb. Get., sed corruptum ejus nomen est apud Evagrium Hist. Eccl. 2, 1 : Μαρκιανὸς τοίνυν καὶ ἄλλοι τε πολλοῖς καὶ μὲν καὶ πατρίκιῳ ἱστόρηται C τῷ ῥήτορι. Corrigo καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ μὴν καὶ Πρίσκῳ ἱστόρηται. Et postea apud eumdem occurrit incorruptum. Ejus Eclogas de legationibus edidit nuper eruditissimus vir, David Hœschelius. MEURS.

(3) Scribe, sicut legitur apud Hesychium, τῆς Πυθίας χρησάσης.

(4) *Βορβύζης* vocatur βαρύβυσσος apud Suidam in Ἡράκλειος. MEURS.

(5) Scribe θυσίαις τοὺς ἐγχωρίους ἐξιλάσκοντο δαίμονας. Sic infra τοὺς πατρῴους inquit ἐξιλασκόμενος δαίμονας. LAMB.

(6) *Νήσου τῆς νῦν Καταγωνίας*. Meursius in notis ad Hesychium pro καταγωνίας hic legendum censet Καταώνίας. Sed profecto, quisquis Cornelii Nepotis, Constantini Porphyrogeniti et reliqua ab eo citata geographorum loca inspiciet, primo animadvertet intuitu Cataoniam, cujus ibi mentio fit, non esse insulam, sed regionem supra Ciliciam in continenti sitam, quæ etiam pro parte Cappadociæ habetur. Vera igitur hujus loci emendatio hæc est: ἀπὸ Νίσου τὸ γένος κατάγοντας. Nisus autem hic intelligitur Pandionis filius, Megarensium rex, a quo ipsa Megaris Νισαία denominata fuit, ut testatur Stephanus : Νισαία, inquit, ἐπίνειον Μεγαρίδος καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος. Vide præterea Strabonem principio libri noni et

Digitized by Google

(15) *Τὸν Ἀρχιστράτηγον τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν καὶ τὸ Σωσθένιον.* De his duobus templis S. Michaelis archangeli eorumque situ prolixe agit Procopius l. 1. ædific., ubi utrumque ab Justiniano instauratum fuisse memorat. Vide Nicephorum Callistum 7, 50. LAMB.

(16) Ἀνήγειρε καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ παλάτια, διότι ἐνεπρήζετο ἡ πόλις μῆνας ς'. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Λεωμάχελος ἔκτισεν αὐτὰ καὶ μόλον ἐποίησε καὶ ναὸν ὡσαύτως. καὶ ἐώρα ἀπεκεῖσε τὴν πόλιν ἐμπρηζομένην. Εἶθ' οὕτως ἔβρεξε στάκτην ἐπ' αὐτῇ ὡς σπιθαμὴν τὸ πάχος. Ἔκτισε δὲ καὶ Ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ καὶ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς ἀνῃρέθη ὑπὸ Βασιλείου, 3058, omissis reliquis.

(17) *Ἐκαίετο ἡ πόλις.* Incendium de quo in præsentia Codinus loquitur, incidit secundum Marcellinum Comitem in annum unum imperii Leonis qui post Christum est 463, Basilisco et Illermineriço coss. LAMB.

(18) De hoc Daniele S. Symeonis Stylitæ discipulo et imitatore vide Græc. Menologium die 11 Decembris. LAMB.

(19) *Τὸν ἅγιον.* Τὸν δὲ ἅγιον Ταράσιον λέγουσιν εἶναι προάστειον τοῦ πατριάρχου Ταρασίου, καὶ ἀνέστησεν ἐν αὐτῷ μονὴν. 3058.

(20) *Ὁ Σθλάβος.* Utroque modo Græco-barbare dicitur, ὁ σθλάβος et ὁ σκλάβος, id est *servus*, et ἡ σθλαβία et ἡ σκλαβία, id est *servitus*, et σθλαβοῦν et σκλαβοῦν, id est *in servitutem redigere*. Frustra igitur Glossarii Græco-barbari auctor voces ἐσθλαβώθη et σθλαβογενὴς ut mendosas rejicit. In præsentia vero Codinus Damianum patricium et cubicularium imperatoris Michaelis Methystæ Σθλαβόν sive σκλαβόν appellat, propterea quod oriundus esset ex Sclavonia sive Dalmatia. Σθλαβὸς ergo idem hic valet quod Σκλαβηνὸς vel Σθλαβηνός. LAMB.

(21) *Ζωτικός.* Erat hospitale mutilatis recipiendis destinatum, et dicatum memoriæ S. Zotici. Vide p. 89. Italis diceretur *lo spedale degli stroppiati*. LAMB.

(22) *Τὰ Μακ.* Τῆς δὲ Μαλελίας τὴν μονὴν ἀνήγειρε Μαλέλιος ὁ πρωτοασηκρῆτις οὕτως καλούμενος; 3058 Μηλελίας; Vat.

Digitized by Google

In monasterio dicto Pelamidæ statua marmorea collocata erat, quam erexit Theophilus tempore Constantini Porphyrogeniti.

Ἐν δὲ (23) τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ Πηλαμίδου (24) στήλη ἵστατο μαρμάρινος, ἣν ἀνήγειρε Θεόφιλος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου.

Palatia sita in Heræo Justinianus magnus ædificavit, quæ postea exornavit Justinus ejus nepos. Vocatur autem locus ille Heræum, quod antiquitus ibi templum Junonis esset; vel Erium, quoniam cives olim ibi sepeliebantur, uti etiam nunc testantur multa marmorea monumenta.

Τὰ δὲ ἐν τῷ Ἡραίῳ (25) παλάτια ἐκτίσθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ· ὁ δὲ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος (26) ἐκαλλώπισεν. Ἡραῖον δὲ ἐκλήθη, ὅτι πάλαι τῆς Ἥρας ἦν ὁ ναὸς ἐκεῖ. Ἢ Ἤριον (27), ὅτι τὸ παλαιὸν ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται· καὶ δηλοῖ τοῦτο τὰ πολλὰ μαρμάρινα κιβούρια.

Palatia quæ sunt in Bryante, Tiberius imperator et Mauricius ejus gener ædificarunt. Dictus autem est ille locus Bryas prophetico præsagio futuri urbis fremitus, qui ibi olim exaudietur. Cum enim ultimus hujus urbis imperator jussu divino ex urbe discedet et proficiscetur Hierosolymam, traditurus Deo una cum suo diademate imperium Romanorum, tunc in hoc colle nominato Bryante ipse et omnes qui eum **118** comitabuntur, clamorem audient et strepitum populi remanentis in urbe.

Τὰ εἰς τὸν Βρύαντα (28) παλάτια Τιβέριος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος. Ἐκλήθη δὲ Βρύας (29) προφητικῇ ῥήσει διὰ τὸν μέλλοντα αὐτόθι ἀκουσθῆναι βρυγμὸν τῆς πόλεως· καὶ γὰρ ὁ ταύτης τῆς πόλεως ἔσχατος βασιλεὺς μέλλων ἐξελθεῖν προστάξει Θεοῦ καὶ ἀπελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ (30) καὶ ἀποδοῦναι τῷ Κυρίῳ τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἅμα τῷ διαδήματι αὐτοῦ, ἐπειδὰν γενήσεται ἐν τῷ τοιούτῳ βουνῷ τῷ Βρύαντι, μέλλει ἀκοῦσαι μετὰ πάντων τῶν ἀκολουθούντων αὐτῷ τὴν βοὴν καὶ τὸν βρυγμὸν τοῦ ἐναπομείναντος λαοῦ, τῆς πόλεως ἤδη ποντιζομένης.

Palatia Damatrii iidem imperatores ædificarunt. Visitur autem ibi πήδημα Constantini, qui a matre Irene Attica excæcatus fuit.

Τὰ τοῦ Δαματρίου παλάτια οἱ αὐτοὶ βασιλεῖς ἔκτισαν. Ἔστι δὲ ἐκεῖσε τὸ πήδημα (31) Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναΐας, τοῦ τυφλωθέντος παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ.

Ædes Florentii et Callistrati duo germani fratres ita nominati exstruxerunt; quæ post eorum mortem in monasteria mutatæ fuerunt. Hic post 428 annos tempore Irenæ Atticæ Paulus patriarcha, de-

Τὰ Φλωρεντίου καὶ τὰ Καλλιστράτου (32) ἀπὸ δύο αὐταδέλφων οὕτω καλουμένων ἐκτίσθη. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτῶν ἐγένετο δύο μοναστήρια ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. Μετὰ δὲ τε-

Meursii et Lambecii notæ.

(23) *Ἐν δέ.* Τὴν δὲ Πηλαμίδα ἀνήγειρε Λέων ὁ φιλόσοφος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. LAMB.

(24) *Πηλαμίδου.* Rectius in cod. Vat. legitur τοῦ Πηλαμιδίου. Πηλαμήδιον enim vel Πηλαμύδιον suburbium erat maritimum, propterea ita nominatum quod pelamides pisces numerose ibi caperentur. In cod. Reg. simpliciter legitur ἐν δὲ τῷ λεγομένῳ Πηλαμιδίῳ. Hujus suburbii meminit Cedrenus, ubi agit de imperio Joannis Tzimiscæ. Id.

(25) *Ἡραίῳ.* Ἡραῖον promontorium est Chalcedonis, quod Stephanus vocat τὴν Ἡραίαν ἄκραν. Antiquitus vero ita nominatum fuit a fano Junonis, quod in eo situm erat. Postea vero, prisco et genuino nomine abolito, corrupte appellari cœpit Ἱερεῖον, Ἤριον et Ἠέριον sive Ἀέριον. Etymologiæ enim, quas Græci recentiores corruptis hisce nominibus attribuunt, non originales sunt, sed tantum fictitiæ. LAMB.

(26) *Ἰουστῖνος.* Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἐκαλλώπισαν αὐτά 3058.

(27) *Ἤ Ἤριον.* Quod hoc loco Codinus ait, Ἤριον appellatum fuisse illud promontorium propterea quod cives Chalcedonenses ibi sepeliuntur, infra etiam p. 119 v. 4 repetit. Eamdemque nominis rationem confirmat fragmentum ex mss. quibusdam biblioth. Reg. Collect. excerptum, cujus exemplar apposui: Ὅτι τὸ τῆς Χαλκηδόνος ἀκρωτήριον τὸ παλαιὸν Ἤριον καὶ ὃν καὶ λεγόμενον (ταφεῖον γὰρ ἦν τῆς πόλεως Χαλκηδόνος) ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς ἀνασκάψας τὸ ὅλον ἀκρωτήριον καὶ ἀναχαθάρας τὸν τόπον βασίλεια ἔκτισε περιφανέστατα, καὶ Ἠερία ὁ τόπος μετωνομάσθη ἢ Ἀερία. Sed quidquid illi dicant, neque Ἠέριον neque Ἤριον genuinum et proprium hujus promontorii nomen fuit, sed Ἡραῖον, ut paulo ante notavi et Stephanus testatur. LAMB.

(28) Locus nuncupatus Βρύας memoratur a Zonara in Theophilo: Ἐπέταξεν, inquit, ἐν τῷ Βρύαντι δεῖμασθαι ἀνάκτορα. Fuit autem, ut opinor, ita nominatus unus ex septem collibus Cpolitanis. Nam paulo post subjungit Codinus: Ἐπειδὰν γενήσεται ἐν τῷ τοιούτῳ βουνῷ τῷ Βρύαντι. Meminit etiam palatii in Bryante siti Constantinus Porphyrogenitus *De administr. Imp.* c. 51: Διὰ τὸ, inquit, καὶ ὑπ' αὐτοῦ (sc. Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος) κτισθῆναι τὰ τοιαῦτα παλάτια, ὁμοίως καὶ εἰς τὸ Ἑβδομον καὶ εἰς τὴν Ἠερείαν (vel Ἱερείαν) καὶ εἰς τὸν Βρύαντα. Sic enim ibi scribendum est pro eo quod vulgo peram legitur, καὶ εἰς τὴν Εἰρίαν καὶ εἰς τὴν Βροΐαν. LAMB.

(29) Βρύας ὅτι μέλλοντος τοῦ ἐσχάτου ἐξελθεῖν βασιλέως καὶ κατοικίσαι εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν αὐτῷ Βρύαντι μέλλει ἀκοῦσαι βρυγμὸν καὶ τὴν βοὴν τοῦ κλαυθμῶνος τῆς πόλεως cod. 3058.

(30) Quæ Codinus hic narrat de etymologia loci nominati Βρύαντος, meræ nugæ sunt et fabulæ aniles. In cod. Regio pro Βρύας legitur Βρύον. LAMB.

(31) Quid vox πήδημα hic significet, nondum mihi liquet. LAMB.

(32) *Τὰ Φλωρεντίου καὶ τὰ Καλλιστράτου.* Utriusque mentio fit in Menologio die 31 Decembris, in Actis S. Zotici. In cod. Reg. et aliquot Vaticanis pro Φλωρεντίου legitur Φλώρου. Quæ vero paulo post Codinus narrat de Paulo patriarcha habentur apud Zonaram in imperio Irenæ et filii ejus Constantini. LAMB.

Digitized by Google

τρακόσια καὶ εἴκοσι ὀκτὼ ἔτη Πιῦλος πατριάρχης ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας παρῃτήσατο, καὶ κατελθὼν τοῦ πατριαρχείου ἐκεῖσε ἡσυχήσας μετὰ μῆνας τέσσαρας τέθνηκε.

A posita patriarchali dignitate, requievit et post quatuor menses mortuus est.

Τὰ παλάτια τῶν Ἐλευθερίου καὶ τὰ ἐργοδόσια ἡ αὐτὴ Εἰρήνη ἔκτισεν. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἐλευθερίου παλατίων μέχρι τοῦ Ἀμαστριανοῦ ἱπποδρόμιον ἦν, παρὰ τοῦ δευτέρου κτίστορος τῆς πόλεως τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου κατασκευασθὲν, ὅπερ κατέλυσεν ἡ Ἀθηναία καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῷ τὰ πιστώρια.

Palatia Eleutheriana et officinas eadem Irene condidit. Hippodromum vero, qui inter ædes Eleutherianas et Amastrianas a secundo urbis conditore Theodosio juniore exstructus erat, demolita est Augusta, ejusque loco pistrina ædificavit.

Τὸ δὲ καλούμενον μέγα Λουτρὸν πλησίον τοῦ Βοὸς ἐκτίσθη παρὰ Νικήτα εὐνούχου καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως.

Thermas magnas, quæ sunt prope Bovem, exstruxit Nicetas eunuchus et præfectus mensæ tempore Theophili imperatoris.

Ὁ ἀρχιστράτηγος τὰ Ἀβάκια, ὁ πλησίον τοῦ Ξηρολόφου, ἐκτίσθη παρὰ Λεωμακέλου. Ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐκεῖσε ἀβάκια παμμεγέθη καὶ ἐξοθαύμαστα.

Templum B. archangeli Michaelis nuncupatum ad Abacos, quod est prope Xerolophum, ædificavit B Leo Macelas. Ita vero nominatum est, quod ibi inventi fuerint Abaci magnitudinis admirandæ.

Ἡ παναγία Θεοτόκος τὸ Κρύσταλλον διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη, ὅτι τοῦ Λεωμακέλου ἐκεῖσε διερχομένου ἐφ' ἵππῳ χειμῶνος ὄντος κρύσταλλον ἔπεσε καὶ ἔδωκεν αὐτόν (33).

119 Ecclesia S. Deiparæ ad Glaciem inde cognomen habet, quod Leonem Macelam equo illac transvehentem hiemali tempore glacies delapsa affixerit.

Περὶ δὲ τῶν Ἠρίων λέγεται ὅτι οἱ ἀποθνήσκοντες τῶν πολιτῶν πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἅγιον Λουκᾶν ἐκεῖσε ἐθάπτοντο. Ἔκτισε δὲ ἐκεῖσε ναὸν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Ἱστέον ὅτι καὶ πρῶτον εἰς τὸ Βυζάντιον ἐλθὼν ὁ ἅγιος Ἀνδρέας ἐκεῖσε ἐκάθισε καὶ ἐδίδασκεν, εἶτα ἐχειροτόνησε τὸν ἅγιον Στάχυν (34) εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τοῦ Γαλάτου πέραθεν· ἐκλήθη δὲ οὕτως ἀπό τινος Γαλάτου ἀνδρὸς ἐκεῖσε οἰκοῦντος. Ὁ δὲ ἅγιος Ἀνδρέας πρὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα Ἁρματίου ἐποίησε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ καὶ ἐκάθητο διδάσκων. Ἐποίησε δὲ καὶ σταυρὸν ἰδιοχείρως, λατομήσας αὐτὸν καὶ γλύψας, ἐν ἔπηξεν εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν εἰς τὸ νεώριον, εἰς τὸ καλούμενον κερατέμβολον, καὶ ἐδίδασκε κἀκεῖσε. Ἐκλήθη δὲ οὕτως (35) ὁ τοιοῦτος ἔμβολος, διότι στήλη τις ἦν, καὶ ἐπάνω αὐτῆς ἵστατο ζῴδιον ἔχον ἐν τῇ κεφαλῇ τέσσαρα κέρατα, καὶ θαῦμα ἐγένετο ἐν αὐτῷ· ὅστις γὰρ εἶχεν ὑπόληψιν τοῦ εἶναι κερατίαν (36), ἡνίκα ἐλθὼν προσήγγιζε τῇ στήλῃ, εἰ ἦν ὡς ὑπελαμβάνετο, ἐγύριζεν ἡ στήλη ἐκ τρίτου· εἰ δὲ οὐκ ἦν, ἵστατο στιγῇ.

De loco nuncupato Erio referunt olim cives ibi sepeliri solitos, antequam conderetur cœmeterium S. Lucæ. Ibidem Constantinus magnus templum S. Georgii condidit. Sciendum est quod S. Andreas apostolus Byzantium veniens primum in eo loco consederit atque docuerit, et deinde ordinaverit S. Stachyn episcopum ecclesiæ S. Irenæ trans fretum, in loco qui a Galata quodam ibi habitante Galata vocatur. S. Andreas autem ante Constantinum magnum Byzantium venit, et in loco qui dicitur Harmatii tabernaculum struxit, atque ibi docuit. Sculpsit etiam propria manu signum crucis ex lapide, collocavitque in ecclesia antiqua S. Irenæ. Postea migravit in Neorium, et ibi quoque docuit in porticu quæ cornuta ob hanc causam vocatur. Stabat ibi columnæ imposita statua quatuor cornua in capite gerens. Quisquis igitur suspectam habebat pudicitiam uxoris, ad hanc statuam accedebat, et si res ita se haberet ut suspicabatur, ter in gyrum se vertebat statua; sin minus, stabat immobilis.

Ὁ τρίκλινος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου λέγεται Μαναύρα διὰ τὸν τρόπον τοιοῦτον. Ἀναστάσιος βασιλεὺς ὁ Δίκορος τῷ κϛ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ καὶ τῷ τετάρτῳ μηνὶ, βροντῶν καὶ ἀστραπῶν περὶ

120 Triclinium magni Constantini propterea Manaura dicitur. Cum imperator Anastasius Dicorus 26 annos et 4 menses imperasset, accidit ut tonitrua et fulgura circum undique palatium vehe-

Meursii et Lambecii notæ.

(33) Ἔδωκεν αὐτόν. Διδόναι hic idem est atque κρούειν, id est *affligere* sive *ad terram dare*. Sic Florus 4, 2, de Cæsare loquens, *Tribus*, inquit, *et viginti vulneribus ad terram datus est*. Et Plautus, *Quemcunque icero, ad terram dabo*. Vide notas ad p. 32. LAMB.

(34) S. Stachys, qui a B. Andrea apostolo primus Byzantii episcopus ordinatus est, meminit Nicephorus patriarcha. Vide præterea Martyrologium et Menæa Græcorum die 31 Octobris et 30 Novembris, et Nicephorum Callistum 8, 7. LAMB.

(35) Ἐκλήθη δὲ οὕτως. Originatio inepta. LAMB.

(36) Κερατίαν sive *cornutam* Codinus vocat qui uxorem habet adulteram. Eodem modo apud Artemidorum 2, 12 uxor adultera dicitur marito fecisse cornua. Refert enim cuidam uxorem ducturo, qui visus sibi fuerat arieti insidere et ab eo excuti, somniorum interpretem ita respondisse: Ἡ γυνή σου πορνεύσει, καὶ κατὰ τὸ λεγόμενον κέρατά σοι ποιήσει. Idem loquendi genus apud Italos, Gallos et Germanos hodieque in usu est. LAMB.

Digitized by Google

menter impeterent. Quare consternatus imperator, et hinc inde præ formidine cursitans, in hoc demum triclinio numinis ira perculsus et penetrabili fulminis ictu ambustus fuit. Moribundus autem extrema hæc verba magna voce protulit : « O Mana, aura pereo, » atque hinc triclinium illud Manaurææ nomen retinuit.

Ecclesiam S. Dei Genitricis quæ vocatur Sigma, Constantinus magnus primo condidit, deinde Justinianus Magnus restauravit. Post annos autem 328, imperante Basilio Macedone, magno terræ motu totum hoc templum collapsum est, die Dominico qui nonus erat Januarii et 8 Polyeucto sacer. Hac ruina omnes, quotquot in eo erant, oppressi sunt, et templum inde cognominatum fuit Sisma, id est conquassatio, sive Sema, id est sepulcrum. Vulgo autem vocatur Sigma.

Ecclesiam novam B. archangeli Zeno et Ariadne ædificarunt.

Monasterium Procopiæ sanctimonialium patruus Justiniani magni cum uxore Euphemia condidit, et post obitum ibidem sepultus est.

121 Monasterium Choræ prius oratorium erat. Postquam vero Priscus præfectus et gener Phocæ tyranni eo relegatus fuit, sua impensa magnum et pulchrum monasterium ejus loco exstruxit, multasque possessiones ei largitus est. Cognominatur autem hoc monasterium Chora, quod ibi olim ager seu prædium esset ; quemadmodum etiam monasteria Studii et Xerocerami extra urbem sita erant.

Templum S. Mamantis condidit soror Mauricii imperatoris. Ita enim, Mauricio et liberis ejus a

τὸ παλάτιον εἱλουμένων, ἀδημονῶν καὶ μὴ φέρων ἐκ τόπου εἰς τόπον ἔφευγε. Καὶ δὴ εἰσελθόντα εἰς τὸν τοιοῦτον τρίκλινον κατέλαβεν ἐκεῖσε αὐτὸν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ· ὑπὸ γὰρ βροντῆς βιαίας καὶ χραυνοῦ ἀπέψυξε καὶ ἐγένετο πυρίκαυστος. Ὅτε δὲ ἀπέθνησκε, φωνῇ μεγάλῃ ἔφη· « Ὦ Μάνα (37), ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι. » Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ὁ τρίκλινος Μαναῦρα.

Τὸ Σίγμα (38) τὴν Θεοτόκον πρῶτον μὲν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισεν, εἶτα δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας ἀνέκτισε. Μετὰ δὲ τριακόσια εἴκοσι ὀκτὼ ἔτη ἐν τῇ αὐτοκρατορίᾳ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος, σεισμοῦ μεγάλου γεγονότος, συνεπτώθη παντελῶς ὁ ναὸς ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ, μηνὸς Ἰανουαρίου θ', τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἀνθρώπους διέφθειρε, καὶ ἔκτοτε ἐκλήθη Σεῖσμα ἢ Σῆμα. Ἰδιωτικῶς δὲ καλοῦσι Σίγμα.

Τὸν μικρὸν ἀρχιστράτηγον τὴν νέαν Ζήνων καὶ Ἀριάδνη ἀνήγειραν.

Τὴν γυναικείαν μονὴν τῆς Προκοπίας ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ, ἔνθα καὶ θανὼν ἐτάφη.

Ἡ χώρα (39) πρῶτον μὲν εὐκτήριον ἦν, Πρίσκος (40) δὲ ὁ ἔπαρχος καὶ γαμβρὸς Φωκᾶ (41) τοῦ τυράννου περιορισθεὶς ἐκεῖ (42) παρὰ τοῦ ἰδίου ἔκτισε ταύτην μονὴν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος, ἀποχαρισάμενος καὶ κτήματα πολλά. Ἐκλήθη δὲ Χώρα, διότι τῶν Βυζαντίων χωρίον ἦν ἐκεῖ, καθὰ καὶ ἡ τοῦ Στουδίου μονὴ ἔξω τῆς πόλεως ὑπῆρχε, καὶ ἡ μονὴ τοῦ Ξηροκεράμου.

Ὁ ἅγιος Μάμας ἐκτίσθη παρὰ τῆς ἀδελφῆς Μαυρικίου (43) τοῦ βασιλέως· μετὰ γὰρ τὸ ἀναι-

Meursii et Lambecii notæ.

(37) *Ὦ Μάνα.* Proprie μάνα Græco-Barbaris dicitur *mater :* deinde etiam accipitur pro interjectione exclamandi, ut in præsentia apud Codinum et apud Luitprandum in Legatione : *Obviantes mihi,* inquit, *mulieres, quæ prius in stuporem mentis versæ Mana Mana clamabant.* Originatio autem nominis Manaurææ vel Magnaurææ deducta ex ultimis Anastasii Dicori verbis, Ὦ Μάνα, ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι, æque mihi probatur atque altera illa quam Luitprandus *de rebus imperat.* 6, 3 enarrat his verbis : *Est Cpoli domus palatio contigua miræ magnitudinis ac pulchritudinis, quæ a Græcis ρ loco λ posita, Megaura vel Magnaura quasi magna aula dicitur.* Lamb.

(38) De templo B. Virginis in *Sigmate,* et terræ motu quo temporibus Basilii Macedonis fuit dejectum, mentio fit in Menologio, 10 Januarii, his verbis : Τελεῖται δὲ ἡ σύναξις διὰ τὸν μέγαν γεγονότα σεισμὸν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν (scilicet τὴν δεκάτην τοῦ μηνὸς Ἰανουαρίου) ἐν ἀρχῇ βασιλείας Βασιλείου, ὅτε καὶ ὁ ναὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὁ ἐν τῷ Σίγματι, καὶ πολλαὶ ἕτεραι ἐκκλησίαι καὶ ἰδιωτικοὶ κατέπεσον εἶχον. Codinus a Menologio paulum discrepat, et collapsum fuisse ait hoc templum die nono Januarii, quo a Græcis anniversaria memoria S. Polyeucti colitur. Quod vero subjungit pristinum ejus templi cognomen Σίγμα postea mutatum fuisse a vulgo in Σεισμός et Σῆμα, satis probabile est : refert enim Plutarchus in Cimone Athenis quoque tumulum eorum, quos ruina ex terræ motu oppressit, Σεισματίαν appellatum fuisse. Lamb.

(39) *Ἡ χώρα.* Id est ἡ μονὴ τῆς χώρας. Hujus monasterii meminit Synodicon vetus : Καὶ τὸν ἀρχιεράρχην Καλλίνικον ἀπόμματον ποιήσας τῷ σεμνείῳ τῆς χώρας παρέπεμψε. Lamb.

(40) Pro Πρίσκος perperam in aliquot codicibus legitur Κρίσπος. Similiter aliquoties erratum est apud Zonaram in Heraclio, uti etiam apud Nicepb. Callist. 18, 37 et 55. Lamb.

(41) *Φωκᾶ.* Τοῦ Καππάδοκος καὶ ἀπηνους Φωκᾶ 3058.

(42) Περιωρίσθη ἐκεῖσε, ὅτι ἐν ὑπολήψει γέγονε τοῦ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Καὶ γὰρ καὶ αὐτῷ συγκροτήσας ὁ αὐτὸς Κρίσπος, καὶ κρατήσας διὰ τῆς θαλάσσης τὴν βασιλείαν, γαμβρὸς τυγχάνων Φωκᾶ. Καὶ μετὰ τοῦτο βασιλέως γράμματα κατ' αὐτοῦ δεξάμενος ὁ Ἡράκλειος ἔφη αὐτῷ οὕτως. « Ἄθλιε, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, καὶ πῶς ἀληθῆ φίλον ποιήσεις ; » Διὰ ταῦτα οὖν ἐκεῖσε περιορισθείς. Lamb.

(43) *Παρὰ τῆς ἀδελφῆς Μαυρικίου.* Zonaras, Nicephorus Callistus et alii scriptores templum S. Mamantis, in quo Mauricius cum familia sua sepultus fuit, ædificatum fuisse referunt non a sorore Mauricii, sed Pharasmane eunucho, qui sub Justiniano cubiculi præfectus fuit. Quod vero paulo post Codinus ait Mauricio uxorem et filias ejus aliquanto superfuisse, testatur etiam Nicephorus Callistus 18, 41. Lamb.

Digitized by Google

ρεθῆναι παρὰ τοῦ Φωκᾶ τὸν Μαυρίκιον ἅμα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ λαβοῦσα τὰ σώματα αὐτῶν κατέθετο ἐκεῖσε. Ἡ δὲ σύμβιος Μαυρικίου μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτῆς ἐφρουρεῖτο παρὰ τῶν τοῦ Φωκᾶ ἐν τῇ νέᾳ καλουμένῃ μονῇ πρὸς ὀλίγον τινὰ καιρόν. Ὕστερον δὲ ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτὴ διὰ ξίφους ἀποτμηθεῖσα, καὶ πᾶσα ἡ συγγένεια Μαυρικίου, καὶ τῇ θαλάσσῃ ἐρρίφησαν. A

Phoca tyranno interfectis, corpora eorum collegit atque ibi deposuit. Cæterum uxor Mauricii cum suis filiabus primum quidem a Phoca aliquantulum in monasterio dicto novo inclusa fuit. Postea autem et ipsa et universa Mauricii cognatio ferro ab eo interrompta est et in mare projecta.

Τὴν μονὴν τῆς ἁγίας Εὐφημίας καὶ τοὺς τάφους τοὺς ὄντας ἐν τῷ Πετρίῳ καὶ τὸ λουτρὸν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἐκεῖσε ἀπέκειρε.

Monasterium S. Euphemiæ, et sepulcra quæ sunt in Petrio, et balneum Basilius Macedo condidit, et filias suas ibidem attondit.

Τὴν ἁγίαν Ζωὴν τὴν οὖσαν εἰς Μωκισίαν ὁ ὅσιος ἀνήγειρε Μαρκιανός, οὗ καὶ θανὼν κατετέθη.

122 Ecclesiam S. Zotici prope cisternam Mocisiam prius imperator Marcianus exstruxit; in qua etiam mortui corpus depositum fuit.

Τοὺς ἁγίους Νοταρίους ὁ μέγας Θεοδόσιος ἀνήγειρε καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε. B

Templum S. Notariorum Theodosius ædificavit et multis ditavit possessionibus.

Τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Μανουὴλ, Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ (44) ἐπὶ τὸ χερσαῖον τεῖχος ὁ μέγας ἀνήγειρε Θεοδόσιος· μετὰ γὰρ τὸ καυθῆναι αὐτοὺς παρὰ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ τὰ σώματα αὐτῶν ἐκεῖ κατέθετο, ἐπεὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀνῃρέθησαν οἱ ἅγιοι.

Ecclesiam SS. Manuel, Sabel et Ismael, quæ sita est ad murum terrestrem, Theodosius magnus condidit. Postquam enim a Juliano apostata fuerunt cremati, reliquiæ eorum ibidem in loco supplicii depositæ sunt.

Τὴν δὲ (45) Παλαιὰν λεγομένην πόρταν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε, καὶ ἕως ἐκεῖ ἦν τὸ ἀρχαῖον καὶ παρ' αὐτοῦ κτισθὲν χερσαῖον τεῖχος.

Portam quæ vocatur Antiqua, Constantinus magnus exstruxit, eo enim usque antiquus et ab eo erectus murus terrestris pertingebat.

Τὸν ἅγιον Ἐλευθέριον Βασίλειός τις ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου ἀνήγειρε.

Templum S. Eleutherii Basilius quidam tempore Arcadii ædificavit.

Αἱ δύο μοναὶ τῆς ἁγίας Δομνίνας, ἡ τε ἐπονομαζόμενη τὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἡ ἄλλη ἡ λέγεται τὰ Μαύρας, ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐκτίσθησαν. Ἐλθοῦσαι γὰρ ἀπὸ Ῥώμης εὗρον δοκὸν τὸν τόπον, καὶ αἰτησάμεναι τὸν βασιλέα, δέδωκεν αὐταῖς τὸν τόπον καὶ συνδρομὴν, καὶ ἀνήγειραν τὰς μονάς. Ὡσαύτως καὶ ὁ ὅσιος Δίος (46) αἰτησάμενος τὸν βασιλέα, τόπον λαβὼν, ἔκτισε τὴν μονὴν τοῦ Δίου καλουμένην. C

Duo monasteria, quorum unum S. Domninæ cognomento Alexandri, alterum vero S. Mauræ dicitur, tempore Theodosii magni condita fuerunt. Tunc enim sanctæ illæ feminæ Roma venerunt, et, impetrata ab imperatore loci hujus tunc inhabitati copia, monasteria ibi ædificarunt. **123** Similiter etiam S. Dius locum ab imperatore petiit, et monasterium in eo exstruxit, quod vocatur Dii.

Ἡ μονὴ ἡ λεγομένη τὸ Μυροκέρατον ἐκτίσθη ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως. Φασὶ δὲ πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν ὅτι τὸ κέρας ἐκεῖνο τοῦ ἐλαίου, ᾧ ἔχρισε Σαμουὴλ ὁ προφήτης τοὺς βασιλέας, εἰς τὴν τοιαύτην μονὴν ἐκρεμᾶτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Μυροκέρατον.

Monasterium quod vocatur Myroceratum, tempore Marciani imperatoris conditum fuit. Referunt autem multi historici fuisse in hoc monasterio suspensum cornu olei, quo propheta Samuel reges Judæorum junxit, atque hinc ita nominatum esse monasterium.

Ἡ μονὴ τοῦ Ξυλινίτου (47) ἐκτίσθη παρὰ μαγίστρου Νικήτα ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συγγενοῦς τοῦ πατρὸς Καβαλλίνου, παρ' οὗ καὶ ἀπεκεφαλίσθη εἰς τὸν σφενδόνα. Ἔχει δὲ τὸ ὄνομα ἡ μονὴ D

Monasterium Xylinitæ Nicetas magister condidit tempore Leonis patris Constantini Caballini, a quo etiam decollatus fuit in sphendone Hippodromi. Nomen vero Xylinitæ inde habet hoc monasterium,

Meursii et Lambecii notæ.

(44) *Μανουὴλ, Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ.* Horum mentio fit in Martyrologio Romano die 17 Junii. Sed hac tantum in parte ab eo discrepant Codinus et Menologium Græcorum, quod non Chalcedone illos martyrium consummasse tradunt, sed Cpoli in muro terrestri sive versus Thraciam sito. Nam idem apud Codinum est τὸ χερσαῖον τεῖχος atque in Menologio πρὸς Θρᾴκην τεῖχος τὸ ἐπιλεγόμενον Κωνσταντίνου. Templum vero SS. martyrum Manuel, Sabel et Ismael meminit alias Codinus, p. 25, ubi agit de muro terrestri. LAMB.

(45) *Τὴν δέ.* Τὸν δὲ Πρόδρομον τὴν παλαιὰν ἀνήγειρεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Τὸ δὲ κτίσμα ἠκούμβιζεν εἰς τὸ χερσαῖον τεῖχος. 5058 et Reg.

(46) S. Dii et monasterii ab eo conditi mentio fit in Martyrologio Romano die 8 Februarii, et in Menologio Græcorum die 19 Julii, et in Actis concilii Chalcedonensis. LAMB.

(47) Ξυλινίτης cognomen fuit Nicetæ magistri. Quare etiam monasterium ab eo conditum τοῦ Ξυλινίτου appellatum fuit. Falso enim Codinus illud cognominatum fuisse putat a sandaliis ligneis quibus utebantur monachæ in eo inclusæ. LAMB.

Digitized by Google

quod monachæ loco calceorum soleis ligneis uterentur.

Monasterium Icasiæ ædificavit Icasia, virgo sanctimonialis piissima et pulcherrima, quæ valde erudita fuit, et multos hymnos et stichera et alia quædam admirabiliter composuit tempore Theophili imperatoris.

Monasterium Smaragdi Smaragdus patricius et præfectus militum tempore Tiberii Thracis condidit, cujus illic domus fuit.

124 Ecclesiam S. Marci prope Taurum primo Theodosius magnus cum trullo ligneo exstruxit : postea terræ motu collapsam reædificavit Romanus senior cognomine Lecapenus.

Æreus culex et musca et alia insecta supra occidentalem arcum Tauri ab Apollonio Tyaneo posita erant. Quandiu autem illa permanserunt integra, nec muscæ, nec pulices, nec culices urbem intrarunt. Cæterum imperator Basilius Macedo ea dejecit atque confregit.

Statua muliebris ærea, posita in Phiala Hippodromi, Irenæ Atticæ est, quam in honorem ejus Constantinus filius posuit.

Locus nuncupatus Necra sive Cadaverum, ex eo nomen habet, quod sub Justiniano magno civium supplicio affectorum cadavera ibi deponerentur. Alibi enim ea sepeliri vetitum erat. Idem vero scalas ab ostio laterali usque ad Camilaucium muro sejunxit atque ita defunctorum corpora ibi condebant.

125 Maxima illa ædificia, prope templum S. Sergii, ædes fuerunt Justiniani magni, cum patricius adhuc esset.

De ecclesiæ S. Deiparæ cognomine Patriciæ memoriæ proditum est imperatores et Augustas tempore processionis ad S. Sophiam ibi stationem facere consuevisse. Etenim illic amplissimum erat palatium, a Constantino magno exstructum. Huc igitur accedebant patricii et præpositi, et succingebant imperatorem : matronæ vero, quæ vocantur Zostæ, imperatricem.

Templum S. Nicolai cognominatum Basilidæ, domus erat Basilidæ patricii et quæstoris Justiniani magni.

Portæ æreæ, quæ prius stabant in Tricymbalo

διὰ τὸ τὰς μοναζούσας χρᾶσθαι εἰς ὑπόδεσιν τοῖς οὕτω καλουμένοις ξυλίνοις.

Ἡ μονὴ τῆς Εἰκασίας ἐκτίσθη παρὰ Εἰκασίας (48) μοναχῆς εὐσεβεστάτης καὶ παρθένου ὡραίας τῷ εἴδει, ἥτις σοφωτάτη οὖσα καὶ κανόνας πολλοὺς καὶ στιχηρὰ καὶ ἄλλα τινὰ ἀξιοθαύμαστα ἐποίησε καὶ ἐμελῴδησεν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως.

Τὰ Σμαράγδου ἐκτίσθη παρὰ Σμαράγδου πατρικίου καὶ στρατηγοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Τιβερίου τοῦ Θρᾳκός. Οὕτως δὲ ἐκλήθη, ἐπεὶ οἶκος ἦν αὐτοῦ ἐκεῖ.

Ὁ ἅγιος Μάρκος ὁ πλησίον τοῦ Ταύρου ἐκκλησία ἦν μεγάλη ξυλότρουλλος, κτισθεῖσα ὑπὸ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. Εἶτα ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθεῖσαν ἀνήγειρεν αὐτὴν Ῥωμανὸς ὁ γέρων ὁ Λακαπηνός.

Χαλκοῦς (49) δὲ κώνωψ καὶ μυῖα καὶ ἄλλα μικρὰ ζωῦφια ἐπάνω τῆς δυτικῆς ἀψῖδος τοῦ Ταύρου ἵσταντο, ἐστοιχειωμένα παρὰ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. Καὶ ἕως μὲν οὖν ἵσταντο, οὐκ ἐφοίτων τῇ πόλει μυῖαι ἢ ψύλλοι ἢ κώνωπες· ὁ δὲ βασιλεὺς Βασίλειος ἐξ οἰκείας ἀγνοίας κατήγαγε καὶ ἠφάνισεν αὐτά.

Ἡ δὲ γυναικοειδὴς στήλη ἡ χαλκῆ, ἡ ἱστημένη εἰς τὴν φιάλην τοῦ Ἱπποδρομίου, εἰς τὸ στυράκιον, Εἰρήνης ἐστὶ τῆς Ἀθηναίας, ἣν ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτῆς εἰς θεραπείαν αὐτῆς.

Ὁ τόπος ὃς καλεῖται τὰ Νεκρά, οὕτως ἔλαβε τὸ ἐπώνυμον, ὅτι τὰ σώματα τῶν ἀναιρεθέντων πολιτῶν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ ἐκεῖσε ἐτέθησαν, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν ἀλλαχόθι θάψαι αὐτά. Ἀπέφραξε δὲ καὶ τὰ σκάλια ἀπὸ τοῦ παραθύρου (50) καὶ μέχρι τοῦ καμιλαυκίου, καὶ οὕτως ἐτίθουν τὰ σώματα τῶν νεκρῶν.

Τὰ δὲ παμμεγεθέστατα κτίσματα εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον (51) οἶκοι ἦσαν Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ὅτι ὄντος αὐτοῦ πατρικίου.

Εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου τὰ Πατρικίας γέγραπται ὅτι ὅτε ἤρχοντο οἱ βασιλεῖς μετὰ τῶν δεσποινῶν ἐπὶ προελεύσεως εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ ἵσταντο· ἦν γὰρ οἶκος ἐκεῖσε μέγας κτισθεὶς παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Καὶ οἱ μὲν πατρίκιοι καὶ πραιπόσιτοι ἐκεῖσε ἦλασαν καὶ ἐζώννυον τὸν βασιλέα. Ὁμοίως καὶ αἱ ζωσταὶ ἐζώννυον τὴν δέσποιναν.

Τὰ Βασιλίδου ὁ ἅγιος Νικόλαος οἶκος ἦν πατρικίου Βασιλίδου καλουμένου καὶ κοιαίστορος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.

Αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ πρότερον μὲν ἱστάμεναι εἰς

Meursii et Lambecii notæ.

(48) *Παρὰ Εἰκ.* Παρ' αὐτῆς μοναχῆς γεγονυίας, ὅτε τῆς βασιλείας ἀπέτυχε παρὰ Θεοφίλου βασιλέως, σεβασμίας καὶ ὡραίας τυγχανούσης. Ἥτις καὶ κανόνα καὶ στιχηρὰ ποιήσασα ἐν τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔζη ἐν αὐτῇ. cod. 3058 ap. Banduriun.

(49) *Χαλκοῦς.* Ἀλλὰ καὶ κωνωπίων ἐστοιχειώθη καὶ ἵστατο ἐστηλωμένος χαλκοῦς ἐπάνω τῆς δυτικῆς ἀψῖδος τοῦ αὐτοῦ ταύρου. Ἦν δὲ κώνωψ καὶ μυῖα καὶ τὰ ἄλλα ζωῦφια, καὶ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἀπεφοίτα τι τῇ πόλει. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς Βασίλειος ἠφάνισε συντρίψας. Reg.

(50) Παράθυρα proprie dicuntur parvulæ portæ majoribus adjunctæ, quas Græco-barbari παραπόρτια vocant. Qua vero in significatione vox καμιλαύκιον hic accipienda sit nondum mihi liquet. Lamb.

(51) *Σέργιον.* Vide Procopium *de ædificiis* l. I, ubi prolixe agit de hoc templo et domo Justiniani, quam habitavit antequam imperium adeptus est. Id.

Digitized by Google

τὸ Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου, ἐπήρθησαν παρὰ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου (52) τοῦ φόρου εἰς τὴν νέαν.

Ἡ μονὴ τῶν Δαλμάτου παρὰ Δαλμάτου πατρικίου ἐκτίσθη, ἐξ οὗ καὶ Ἀψίμαρος, ὃς καὶ Τιβέριος, ὅτε ἀνῆλθε μετὰ τῶν χελανδίων καὶ ἐκράτησε τῆς βασιλείας, τὸν βασιλέα Λεόντιον καταγαγὼν καὶ περιορίσας ἐκεῖσε, εἶτα ῥινοκοπήσας ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐφρούρει μονῇ.

Τὸν ἅγιον Γεώργιον τὰ Χαλκίδου (53) Σέργιος ὁ πατριάρχης ἔκτισεν ὁ αἱρετικὸς, ἐν ᾧ καὶ τὸ βέβηλον αὐτοῦ σῶμα κεῖται. Ὁμοίως καὶ τὰ ἐν τοῖς κατηχουμένοις εὐκτήρια πάντα ὁ αὐτὸς ἔκτισε, δοὺς ἐκεῖ χρυσᾶ κειμήλια καὶ ἀργυρᾶ καὶ πορφύρας διαχρύσους.

Τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πλησίον τοῦ Σίγματος ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Λέων ὁ φιλόσοφος ἐσμίκρυνε τοῦτον, καὶ τὴν ὕλην (54) πᾶσαν, τά τε μάρμαρα καὶ κίονας καὶ τὰς χρυσᾶς ψηφίδας ἀπέθετο εἰς τοὺς Ἁγίους (55) πάντας, ὅπου κεῖται τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Ἰσαακίου.

Τὸν ἅγιον Μητροφάνην ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν. Ὡσαύτως καὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα τὴν οὖσαν εἰς τὸ Ἐξωκιόνιον, τὴν νῦν δὲ ἁγίους Ἀποστόλους ὀνομαζομένην. Συμπτωθέντας δὲ ὕστερον ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἔκτισε.

Περὶ δὲ τοῦ Προδρόμου τοῦ Ἶλλου λέγεται ὅτι πηγὴ ἦν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ δράκων ἐφώλευε παμμεγέθεστατος (ἦν δὲ ταμεῖον βασιλικὸν ἐκεῖ) καὶ πολλοὺς ἀσκέπτως ἐρχομένους κατήσθιεν. Ὁ δὲ ἅγιος Ὑπάτιος προσελθὼν (56) ἐπάταξε τὸν θῆρα μετὰ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, ἐχούσης ἦλον κάτωθεν σιδηροῦν, καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν, ἐξ οὗ καὶ ἔσχεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν (57). Ἡ καθότι καὶ ἀνώτερον (58) εἴπομεν, ἀπὸ Ἶλλου μαγίστρου τοῦ τυραννήσαντος καὶ ἀναιρεθέντος παρὰ Βασιλίσκου.

Τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ (59), τὴν οὖσαν ἔξωθεν τῆς παλαιᾶς κόγχης τῶν μνημοθεσίων τῶν βασιλικῶν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ Σοφοῦ.

A Tzycanisterii, a Basilio Macedone ex porticu fori in ecclesiam novam translatæ fuerunt.

Monasterium Dalmatæ Dalmata patricius condidit. Quare etiam Tiberius Apsimarus, postquam cum chelandiis suis Byzantium pervenit, et imperio potitus est, Leontium imperatorem, naso præciso, in hoc monasterio inclusum custodivit.

126 Templum S. Georgii cognominatum Chalcidæ Sergius patriarcha hæreticus exstruxit: ubi etiam profanum ejus cadaver sepultum est. Idem quoque ædificavit oratoria, quæ sunt in catechumenis, et multa templo largitus est aurea et argentea cimelia, et purpureas vestes auro distinctas.

B

Ædem S. Stephani, prope Sigma, Constantinus magnus condidit: imperator vero Leo philosophus ad minorem formam redegit, et omnem ejus materiam, marmora, columnas et aureas crustulas in templum omnium sanctorum transtulit, ubi depositæ reliquiæ S. Isaacii.

Ecclesiam S. Metrophanis Constantinus magnus exstruxit: uti etiam ædem Sanctæ Trinitatis, quæ sita est in Exocionio, et nunc vocatur SS. Apostolorum. Utramque vero vetustate collapsam Justinianus magnus restauravit.

De templo S. Joannis Præcursoris cognomine Illi tradunt maximum draconem olim in eo loco C latitasse, ubi tum ærarium imperiale erat, et multos incaute illac transeuntes devorasse. Tandem vero S. Hypatius eo accessit, et fustem subtus clavatum draconi impegit, **127** atque eum interemit. Hinc igitur locus denominatus est, vel, ut supra quoque diximus, ab illo magistro, qui ob affectatum imperium ab imperatore Basilisco occisus fuit.

Ecclesiam S. Theophanis, quæ sita est extra veterem testudinem monumentorum imperialium in templo SS. Apostolorum, ædificavit Constantinus primus Porphyrogenitus, filius Leonis Sapientis.

Meursii et Lambecii notæ.

(52) Τῶν ἐμβόλων τοῦ φόρου τῶν χαλιναρίων. Ἐστάθησαν δὲ παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀντικρὺ τοῦ Σενάτου. Κτίσας δὲ τὴν νέαν ἐπῆρε ταύτας καὶ ἀπῆγεν ἐκεῖσε 3058.

(53) *Τὰ Χαλκ.* Τὸν ἐκ Χαλκηδόνι id. cod.

(53') Ἔκτισεν· ὁμοίως καὶ τὴν Θεοτόκον τὰ Μαρναίου, ἐν ᾧ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ κεῖται, id. cod. omissis reliquis.

(54) Τὴν ὕλην πᾶσαν τῶν χρυσῶν ἀψίδων, πολυποικίλων λίθων καὶ κίονας ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, καὶ ναὸν ἀνήγειρε τοὺς Ἁγίους πάντας 3058.

(55) Ἁγίους ἀποστόλους, καὶ ναὸν ἔκτισε τοὺς ἁγίους πάντας καλούμενον Reg.

(56) *Προσελθών.* Παραγενόμενος μετὰ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ ἐχούσης κάτωθεν ἦλους σιδηροῦς, καὶ σφραγίσας καὶ κρούσας τὸν δράκοντα ἀπέψυξε, καὶ λαβὼν αὐτὸν μέσον τοῦ φόρου προῦθηκε νεκρὸν καὶ ἔκαυσεν αὐτόν. 3058 et Reg.

(57) *Ἐξ οὗ καὶ ἔσχεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν.* Hinc patet templum S. Joannis Baptistæ, de quo in præsentia Codinus agit, duplex habuisse cognomen, Ἦλου nempe et Ἶλλου, quorum hoc antiquum est et genuinum, illud D suppositititium et ignorantia vulgi introductum. Lamb.

(58) *Ἀνώτερον.* Scilicet p. 83. Id

(59) De S. Theophanone, prima uxore Leonis Philosophi, supra mentionem fecit p. 105. Quæ vero hic narrantur de templo memoriæ ejus dicato, in duobus Vaticanis codicibus ita concepta sunt: Τὴν τερπνοτάτην ἐκκλησίαν τὴν εἰς τὰ μνήματα τῶν βασιλέων εἰς τοὺς Ἁγίους ἀποστόλους, ἣν ὀνομάζομεν ἁγίαν Θεοφανὼ, Κωνστάντιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀνήγειρεν, ἐκαλλώπισε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Sed verisimilius est pro Κωνστάντιος ὁ υἱὸς, etc., scribendum esse Λέων ὁ Φιλόσοφος ἀνήγειρεν, ἐκαλλώπισε δὲ Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Etiam Zonaras hujus templi structuram Leoni ascribit. Id.

Digitized by Google

Templum Salvatoris in Chalce Romanus senior condidit, et sub duabus parvis columellis altare, ut nunc conspicitur, institutis ibidem 12 clericis. Deinde vero Joannes Tzimisces illud in præsentem magnitudinem et pulchritudinem provexit, et 50 clericos in eo instituit. Præterea multis sacris donariis exornavit, et quidquid bonorum post reditum ex suo præsidio possidebat, ibi obtulit. Collocavit etiam in eo sacram Christi imaginem Beryto allatam, et ejus sandalia. Ipse quoque ibidem sepultus est. A

128 Sacrum balneum in Blachernis Basilius junior filius Romani Porphyrogeniti, cognomine pueri, pretiosius quam ante fuerat exornavit et auro argentoque obduxit.

Monasterium sancti Lazari imperator Leo Sapiens condidit, et monachos eunuchos in eo instituit. Eo etiam transtulit reliquias S. Lazari et Mariæ unguentiferæ, ex Cypro et Bithynia allatas. B

Monasterium Tzautzæ tempore ejusdem Leonis Tzautzes magister exstruxit; cujus filiam Zoen Leo Sapiens concubinam habuit.

Monasterium Libis tempore Romani senioris et Constantini Porphyrogeniti ædificatum fuit a Libe patricio et drungario classis navalis, qui etiam hospitale condidit.

De ingentibus istis saxis quæ sita sunt extra murum maritimum, hæc narrantur. Cum Constantinus magnus urbem hanc conderet et fere totus ejus situs saxosus esset, lapicidæ ad porticus exstruendas loca **129** deplanantes montium apices exciderunt, iisque ad mare devolutis et undique disjectis totum littus adversus irruentem fluctuum violentiam communierunt; ideoque murus maritimus intra hasce petras erectus fuit, ut mare turbatum eis illisum frangeretur et tranquille muris affluere. C

Τὸν Σωτῆρα εἰς τὴν Χαλκῆν Ῥωμανὸς ὁ γέρων ἀνήγειρεν, ὑπὸ στυρακίων (60) μικρῶν δύο, ὡς ἔστιν ὁρώμενον τὸ θυσιαστήριον, ποιήσας κληρικοὺς ιβ'. Ὁ δὲ Τζιμίσκης Ἰωάννης (61) ἀνήγειρεν αὐτὸν εἰς ὅπερ ὁρᾶται νῦν μέγεθος καὶ κάλλος, τυπώσας κληρικοὺς πεντήκοντα. Πολλοῖς δὲ ἱεροῖς ἀναθήμασιν αὐτὸν κατεφαίδρυνε, προσκυρῶν ἅπερ ἀπὸ τοῦ ταξειδίου κατευοδούμενος ἐκτᾶτο. Ἀπέθετο ἐκεῖσε καὶ τὴν ἐκ Βηρυτοῦ ἁγίαν εἰκόνα καὶ τὰ σανδάλια τοῦ Χριστοῦ, καὶ θανὼν ἐτάφη ἐν αὐτῷ.

Τὸ ἅγιον λοῦμα τῶν Βλαχερνῶν ὁ νέος Βασίλειος ὁ υἱὸς (62) Ῥωμανοῦ τοῦ καλουμένου παιδίου τοῦ πορφυρογεννήτου πολυτελεστέρως ἐκόσμησε, χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας πλέον παρ'ὃ ἦν.

Ἡ μονὴ (63) τοῦ ἁγίου Λαζάρου παρὰ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἐκτίσθη. Μοναχοὺς δὲ εὐνούχους ἐν αὐτῇ τετύπωκεν. Ἔφερε καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Κύπρου καὶ Βιθυνίας τῆς τε μυροφόρου Μαρίας καὶ Λαζάρου, καὶ ἐκεῖ ἀπέθετο.

Ἡ μονὴ τοῦ Τζαούτζου ἐκτίσθη παρὰ Τζαούτζου μαγίστρου, οὗτινος τὴν θυγατέρα ἐμοίχευσε Λέων ὁ Σοφὸς, Ζωὴν ὀνομαζομένην.

Ἡ μονὴ τοῦ Λιβὸς ἐν τοῖς χρόνοις Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος καὶ Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου ἐκτίσθη παρὰ Λιβὸς πατρικίου καὶ δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, ὃς καὶ ξενῶνα ἐποίησε.

Περὶ δὲ τῶν παμμεγεθεστάτων πετρῶν τῶν ἔξωθεν κειμένων τοῦ παραλίου τείχους λέγεται ὅτι, κτιζομένης τῆς πόλεως παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ σχεδὸν ἁπάσης πετρώδους ὑπαρχούσης, ἰσάζοντες τοὺς τόπους οἱ λιθοξόοι, ὡς ἂν κτίσωσι τούς τε ἐμβόλους καὶ τὰ ἐξέδρα, ἔκοπτον τὰς κορυφὰς τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρέων καὶ χατεκύλιον (64) πρὸς τὴν θάλασσαν. Πανταχόθεν οὖν τοῦ αἰγιαλοῦ ῥιφέντες ἐποίησαν εἴργεσθαι τὴν ἐπιφορὰν τῶν κυμάτων. Διὸ καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἔκτισαν τὸ παράλιον τεῖχος, ὡς ἵνα κινουμένη ἡ θάλασσα καταθραύηται ταῖς πέτραις καὶ γαληνιῶσα προσπαίζῃ τοῖς τείχεσιν. D

Meursii et Lambecii notæ.

(60) Videtur στυράκιον idem hic esse atque στῦλος sive *columna*. Item supra p. 124, ubi στήλην ἱσταμένην *εἰς* τὸ στυράκιον verti *statuam columnæ impositam*; sed an recte, ipsemet adhuc dubito. Nam στυράκιον pro columna nunquam alias legi. Attamen ex supra citatis duobus Codini locis probabiliter quodammodo videtur colligi posse columnas appellari στυράκια, a similitudine ligni oblongi et rotundi hastæ, quod Græci στύρακα et στυράκιον nuncupant. Lamb.

(61) Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ Τζιμίσκης ἐπλάτυνε καὶ ἀνήγειρεν αὐτὸν καλλύνας ἐκ χρυσίου καὶ ἀργύρου πολλοῦ. Ἐποίησε δὲ καὶ κληρικοὺς λς', τιθεὶς αὐτοῖς καὶ ῥόγας καὶ ἀννώνας καὶ ἀνὰ νομισμάτων λ'. Τὰ δὲ ἱερὰ καὶ τὰ στέμματα καὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τοὺς δίσκους καὶ τὰς λυχνίας καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ τὰ ἄμφια τὰ βασιλικὰ ἰδιόκτητα αὐτοῦ ὄντα ἀπεχαρίσατο πρὸ; τὸν ναόν. Ὡσαύτως καὶ τὰ ἀκίνητα αὐτοῦ κτήματα ἐπεκύρωσεν αὐτῷ, ἐν ᾧ ἀπὸ τοῦ ταξειδίου ἐφέρετο τὴν τιμίαν εἰκόνα τῆς ἁγίας σταυρώσεως τῆς ἐν τῇ Βηρύτῳ καὶ τὰ ἅγια σανδάλια τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἐν ποικίλαις χρυσίοις καὶ διὰ λίθων κιβουρίοις. Ἐποίησεν οὖν καὶ τὸ ἑαυτοῦ μνῆμα ἐκεῖσε ὁλόχρυσον μετὰ χυμεύσεως, ἐν ᾧ καὶ ἐτέθη. 3058 et Reg.

(62) Ὁ υἱός. Ὁ εὐσχήμων υἱὸς Ῥωμανοῦ τοῦ νέου πορφυρογεννήτου παρέλυσε καὶ ἀνήγειρε νεωστὶ, καλλωπίσας καὶ χρυσώσας πρωτοπρεπέστερον παρ' ὃ ἦν, καὶ ἐξ ἀργυρίου καὶ χρυσίου πολλοῦ εἰκόνας καὶ κατεκόσμησεν αὐτόν. 3058.

(63) Ἡ μονή. Ὁ δὲ ἅγιος Λάζαρος ἐκτίσθη μὲν παρὰ τοῦ Μακεδόνος, ὕστερον δὲ παρὰ Λέοντος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπλατύνθη, ἀποχαρισαμένου ἐν τῷ τοιούτῳ ναῷ καὶ κτήματα πολλά. Εἰς εὐνούχων μονὴν ταύτην ἀποκατέστησεν. Ἔφερε δὲ ἀπὸ Κύπρου καὶ τὰ ἅγια λείψανα τοῦ ἁγίου Λαζάρου καὶ ἀπὸ Βιθυνίας τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς μυροφόρου, καὶ ἐπέθετο ἐκεῖσε ταῦτα. Id. cod.

(64) Κατεκύλιον τοὺς λίθους τοὺς κειμένους ἔξωθεν τειχῶν ἀπὸ τῆς Βαρβάρας μέχρι τοῦ παλατίου καὶ τῶν Σοφιῶν καὶ τῶν Ἐλευθερίου μέχρι Χρυσέας, καὶ ἔσωθεν τῶν αὐτῶν λίθων ἔπηξε τὰ τείχη εἰς διάστιξιν τοῦ τείχους καὶ πῆξιν αὐτοῦ, ὅπως κυμαινομένη ἡ θάλασσα εἰς τὰς πέτρας κρούσασα γαληνιᾷ. Id. et Reg.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ *

DE STRUCTURA TEMPLI SANCTÆ SOPHIÆ.

Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἤγουν τῆς ἁγίας Σοφίας, εἰδωλείου τὸ πρὶν οὔσης, καὶ πολλῶν ἀγαλμάτων ἐκεῖσε ἱσταμένων, ἀφεῖλεν αὐτὰ, καθὼς προείρηται (65), ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ Ἰουστινιανός. Καὶ ὁ μὲν μέγας Κωνσταντῖνος πρώην αὐτὴν ἀνήγειρε δρομικὴν (66), ὁμοίαν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου καὶ τῆς ἁγίας Δυνάμεως. Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιὰν πλησίον αὐτῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἤγουν τῆς ἁγίας Σοφίας. Καὶ πληρώσας αὐτὴν τὴν ἁγίαν Σοφίαν στήλας ἔστησε πολλὰς, ὡς προείπομεν. Διήρκεσε δὲ τὸ κτίσμα ἐκεῖνο μέχρι τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις ἐκείνου, κατὰ τὴν δευτέραν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδον, στασιάσαντες οἱ Ἀρειανοὶ κατέφλεξαν τὸ στέγος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὄντος πατριάρχου Νεκταρίου τοῦ ἁγιωτάτου, εἰς τὴν Εἰρήνην καθεζομένου τὴν παλαιάν. Διήλθοσαν δὲ χρόνοι δεκαεξ, καὶ ἦν ἀσκεπὴς ἡ ἁγία Σοφία. Προστάξας δὲ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Ῥουφῖνον τὸν μάγιστρον ἐσκέπασε τὸ στέγος διὰ κυλινδροειδῶν καμάρων. Καὶ διήρκεσεν οὕτως μέχρι τῆς βασιλείας (67) Ἰουστινιανοῦ. Εἰς δὲ τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν σφαγὴν (68) ἐν τῷ Ἱππικῷ τῶν τριακονταπέντε χιλιάδων (69), ἀναιρεθέντων ἐκεῖσε διὰ τὸ ἀναγορευθῆναι παρὰ τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν Ὑπάτιον τὸν πατρίκιον (70) καὶ δήμαρχον μέρους τῶν Βενέτων, ἐνέπνευσεν ὁ πανάγαθος Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος εἰς τὴν διάνοιαν τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τοῦ οἰκοδο-

A Cum olim Magna Ecclesia, videlicet S. Sophiæ, idolorum esset delubrum, simulacra ibi collocata Constantinus Magnus et Justinianus, ut antea dictum est, inde abstulerunt. Primum quidem Constantinus Magnus eam instar circi oblongam exstruxit, templi S. Agathonici et S. Potentiæ similem. Ædificavit quoque prope Magnam Ecclesiam sive S. Sophiam templum S. Irenæ, quod cognominatur antiquum. Postquam vero S. Sophiam absolvit, multas in ea collocavit statuas, ut jam ante diximus. Structura autem illa duravit usque ad imperium Theodosii magni : hujus enim tempore, cum secunda synodus Cpoli haberetur, Ariani seditione excitata tectum Magnæ Ecclesiæ exusserunt, sub patriarchatu **131** sanctissimi Nectarii, B in antiqua Irene præsidentis. Exinde totis sexdecim annis tecto S. Sophia caruit. Imperator vero Theodosius Rufinum magistrum operi præficiens tecto ex cylindrace fornicibus compositio eam operuit; et ita permansit usque ad imperium Justiniani. Quinto autem anno ejus imperii post illam stragem in qua 35 hominum millia in Hippodromo interfecti sunt, quia duæ populi partes Hypatium patricium et præfectum Venetæ factionis imperatorem salutarant, Deus optimus et humanissimus imperatori Justiniano mentem dedit ut templum, quale ab Adamo non fuit neque fiet, ædificaret. Scripsit etiam præsidibus, toparchis, satrapis, ducibus et omnibus præfectis omnium provinciarum

Meursii et Lambecii notæ.

(65) *Καθὼς προείρηται.* Nempe p. 64 et 16. C LAMB.

(66) *Δρομικήν.* Templa δρομικὰ Græcis dicuntur, quæ instar Circi oblonga sunt. ID.

(67) *Εἰς δὲ τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας.* Inquiramus hic. Codinus noster quintum annum imperii ponit. Matthæus Palmerius in Chronico dicit orsum esse ædificationem anno 31, Zonaras indictione 15, id est anno imperii ejus 17. Vide dissidium in historia, quod quis componat? LAMB.

(68) *Τὴν σφαγήν.* Vide Cedrenum et Zonaram Annal. 3. MEURS.

(69) *Τῶν λϛ' χιλιάδων.* Consentit Cedrenus. Zonaras tradit quadraginta millia, Procopius De bell. Vand., et Evagrius IV, 13 tantum triginta.

(70) *Ὑπάτιον τὸν πατρίκιον.* Erat hic cognatus Anastasii imperatoris, teste Zonara. MEURS.

* Cf. Anonymum *De antiquitatibus Cpolitanis*, quem in appendice ad Psellum (t. CXXII) edidimus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

imperii ad orientem, occidentem, septentrionem et meridiem, ut sibi mitterent materiam ad exstruendum tam mirabile et Dei præsidio munitum custoditumque et pulchritudine conspicuum templum, ubicunque videlicet invenirent columnas, lapides, tabulas et clathratas januas. Omnes igitur ei rei ab imperatore Justiniano destinati alacresque imperatori materiam ejusmodi submiserunt, collectam ex delubris idolorum, palatiis, balneis et ædibus omnium provinciarum universi terrarum orbis. Cæterum octo columnas Romanas, ut refert Plutarchus, primus a secretis et ab epistolis Justiniano, vidua quædam nomine **132** Marcia, quæ in dotem illas acceperat, Roma curavit eo ratibus pervehi. Stabant autem Romæ in templo Solis, quod Valerianus Romanus imperator, qui seipsum Persis in manum dedit, construxerat. Sic vero imperatori scripsit : Mitto tibi, Domine imperator, octo columnas Romanas, longitudine et rotunditate, audeo dicere, et pondere æquales, pro animæ meæ salute. Alias octo columnas admirandas, coloris prasini, Constantinus dux e latomiis excisas secum Epheso adduxit. Reliqua omnis materia et columnæ Cyzico advectæ sunt : alias ex Troade, alias ex Cycladibus insulis et Athenis præfecti imperatoris miserunt. Omnis autem hæc materia septem annis cum dimidio collecta est. Anno vero duodecimo imperii Justiniani templum a fundamentis everterunt. Omnem autem ejus materiam seorsim deposuit: nullo enim modo ea opus habebat, quoniam multo meliorem coacervaverat et ad manus habebat.

Cœpit igitur emere domos illic atque in contiguis ædibus habitantium, ac primum cujusdam viduæ nuncupatæ Annæ, quæ cum recusaret imperatori vendere, dixit: Etiam si quingentas libras nummum mihi obtuleris, tamen eam non tibi tradam. Imperator vero cum multos ex proceribus suis misisset, ut blanditiis mulierem demulcerent, nihil impetravit. Ipse autem mulierem accedens obnixe rogavit ut suam domum **133** venderet. Illa cum vidisset imperatorem, cecidit ad pedes ejus supplicater dicens: « Domine imperator, non quidem par est me sero ædium pretio quidquam a te accipere; volo autem me in partem venire sumptuum structuræ hujus templi, ut et ego in die judicii habeam mercedem et post mortem meam sepeliar prope ædes meas, et identidem meæ donationis memoriam fieri. » Locus autem ædium ejus, quem dedit Magnæ Ecclesiæ, totum scevophylacium cum templo S. Petri

A μῆσαι ναὸν, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀπὸ Ἀδὰμ οὔτε γενήσεται. Ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τοπάρχαις καὶ σατράπαις καὶ δουξὶ καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀρχηγέταις πάντων τῶν βασιλικῶν θεμάτων ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, πέμψαι αὐτῷ ὕλην ἀνήκουσαν εἰς τὸ ἀνεγεῖραι τοιοῦτον ἀξιοθαύμαστον καὶ θεοφρούρητον καὶ θεοφύλακτον καὶ περικαλλῆ ναὸν, ὅπου δηλαδὴ εὑρεθῶσι, κίονάς τε καὶ συστημάτια στήθεά τε καὶ ἀδάκια καὶ καγκελοθύρια. Πάντες δὲ οἱ παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ὁρισθέντες χαίροντές τε καὶ ἀγαλλιώμενοι ἔπεμπον τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ τὴν τοιαύτην ὕλην, συναγαγόντες αὐτὴν ἀπό τε ναῶν εἰδωλικῶν καὶ παλατίων λουτρῶν τε καὶ οἴκων ἀπὸ πάντων τῶν θεμάτων τῆς οἰκουμένης. B Καὶ τοὺς μὲν ὀκτὼ κίονας τοὺς Ῥωμαίους, καθώς φησι Πλούταρχος πρωτασεκρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ, μετὰ σχεδίων ἀπεστάλησαν παρὰ γυναικὸς χήρας ἀπὸ Ῥώμης, ὀνόματι Μαρκίας· οὓς τινας εἶχεν εἰς προῖκα αὐτῆς. Ἵσταντο δὲ εἰς τὴν Ῥώμην εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἡλίου τὸν κτισθέντα παρὰ Οὐαληριανοῦ (71) τοῦ βασιλέως Ῥώμης, τοῦ προδόντος ἑαυτὸν Πέρσαις. Ἔγραψε δὲ τῷ βασιλεῖ οὕτως· « Ἀπέστειλά σοι, δέσποτα βασιλεῦ, ὀκτὼ κίονας Ῥωμαίους, ἰσομήκεις, ἰσοκύκλους, τολμῶ εἰπεῖν καὶ ἰσοστάθμους, ὑπὲρ ψυχικῆς μου σωτηρίας. » Τοὺς δὲ ἑτέρους ὀκτὼ πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους ἐκόμισεν ὁ στρατηγὸς Κωνσταντῖνος ἀπὸ Ἐφέσου λελατομημένους. Ἡ δὲ C λοιπὴ πᾶσα ὕλη καὶ πάντες οἱ κίονες ἀπὸ Κυζίκου ἦχθησαν. Ἑτέρους δὲ ἀπὸ Τρωάδος καὶ ἄλλους ἀπὸ Κυκλάδων νήσων καὶ ἀπὸ Ἀθηνῶν οἱ ἄρχοντες βασιλέως ἔπεμπον. Συνήχθη δὲ πᾶσα ἡ ὕλη χρόνους ἑπτὰ ἥμισυ. Τῷ δὲ δεκάτῳ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἐκ θεμελίων κατέλυσαν τὸν ναόν. Τὴν δὲ ἅπασαν ὕλην αὐτοῦ ἰδίως ἀπέθεντο· οὐ γὰρ εἶχον χρείαν αὐτῆς τὸ σύνολον διὰ τὸ πολλὴν καὶ ἄπειρον κρείττονα ὕλην ἀθροῖσαι καὶ ἐτοιμάσαι.

Ἤρξατο γοῦν ἐξωνεῖσθαι οἰκήματα τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων καὶ πλησιαζόντων, καὶ πρῶτον μὲν χήρας τινὸς γυναικὸς, ὀνόματι Ἄννης. Ἐκείνης δὲ μὴ βουλομένης ταῦτα πρᾶσαι τῷ βασιλεῖ, ἔλιγε· « Μέχρι νομισμάτων λίτρας φ' ἐάν μοι παράσχῃς, οὐ δίδωμί σοι ταῦτα. » Ὁ δὲ βασιλεὺς πολλοὺς τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ ἀποστείλας πρὸς θεραπείαν τῆς γυναικὸς οὐδὲν ἤνυε. Παραγενόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς ἐδέετο αὐτῆς περὶ τῆς D διαπράσεως τῶν οἰκημάτων αὐτῆς. Ἡ δὲ θεασαμένη τὸν βασιλέα ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ δεομένη καὶ λέγουσα· « Δέσποτα βασιλεῦ, ἐγὼ μὲν χάριν τιμῆς τῶν οἰκημάτων οὐκ ὀφείλω λαβεῖν τι ἀπὸ σοῦ, θέλω δὲ κοινωνὸν κἀμὲ γενέσθαι εἰς τὸν κτιζόμενον ναὸν, ἵνα ἔχω κἀγὼ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως μισθὸν καὶ μετὰ θάνατόν μου ταφῷ πλησίον τῶν οἰκημάτων μου, καὶ διηνεκῶς μνημονεύεσθαί με ὡς κτῆμα δοῦσαν σύτά. » Ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων

Meursii et Lambecii notæ.

(71) Pro Αὐρηλιανοῦ scribo Οὐαληριανοῦ : nam Valerianus est qui captivum se Sapori Persarum regi tradidit, non Aurelianus, qui inter Cpolim et Heracleam in itinere fraude servi circumventus ab amicis trucidatus erat. Notum hoc historiæ Romanæ vel paulum modo peritis. MEURS.

Digitized by Google

αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον ἅγιον Φρέαρ (72) καὶ τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ὅλον καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος, ἕως τῆς μέσης τοῦ ναοῦ, ὑπῆρχεν οἶκος Ἀντιόχου τινὸς ὀστιαρίου καὶ εὐνούχου, ὃς ἀπετιμήθη εἰς ὑπέρπυρα λίτρας ν'. Τούτου δὲ δυσχεραίνοντος τοῦ μὴ πρᾶσαι ἀξίως τὸν ἴδιον οἶκον τῷ βασιλεῖ, ὁ βασιλεὺς φιλοδίκαιος ὢν καὶ μισοπόνηρος πρὸς τὸ μὴ θέλειν τινὰ λυπῆσαι ἢ ἀδικῆσαι, ἠθύμει ἀδημονῶν τί ἂν πράξοι εἰς αὐτόν. Στρατήγιος δὲ μάγιστρος καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀδελφοποιητός, ὑπέσχετο τῷ βασιλεῖ τοῦ νικῆσαι αὐτὸν διά τινος μηχανῆς καὶ πιπρᾶσαι τὰ οἰκήματα αὐτοῦ καὶ μὴ βουλομένου. Ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἀντίοχος καὶ ὀστιάριος ἐφίλει τὸ κυάνεον χρῶμα φιλιππόδρομος ὤν, καὶ ἀντεποιεῖτο αὐτοῦ λίαν καὶ ἔχαιρεν ἐπ' αὐτῷ. Ἱππικοῦ δὲ μέλλοντος γίνεσθαι, ὁ μάγιστρος Στρατήγιος τὸν ὀστιάριον ἐφρούρησε καὶ καθεῖρξεν αὐτὸν εἰς τὸ πραιτώριον (73) τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἱππικοῦ. Ἐκεῖνος δὲ ἐβόα μετὰ κλαυθμοῦ ὀδυνηρῶς, καὶ ἔλεγεν· « Ἴδω τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἱππικοῦ, καὶ τὸ θέλημα τοῦ βασιλέως ποιήσω. » Ὑπομνησθέντος δὲ τοῦ βασιλέως ἤγαγον αὐτὸν ἐν τῷ καθίσματι καὶ ἐποίησαν ἐκεῖ τὴν πρᾶσιν, παρόντος καὶ τοῦ κοιαίστορος καὶ ὑπογραψάσης πάσης τῆς συγκλήτου. Ἐπράθησαν δὲ εἰς χρυσίου λίτρας πε'. Τὸ δὲ δεξιὸν μέρος τοῦ γυναικίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Βασιλείου ὑπῆρχον οἰκήματα Χαρίτωνος εὐνούχου τοὐπίκλην Χηνοπόδη, ἃ καὶ μετ' εὐχαριστίας πολλῆς δέδωκε τῷ βασιλεῖ, διπλῷ τιμήματι ἀποτιμηθέντα λίτρας ιβ'. Τὸ δὲ εὐώνυμον μέρος τοῦ γυναικίτου μέχρι τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ ὑπῆρχον οἰκήματα Ξενοφῶντός τινος ῥάπτου, καὶ ᾐτήσατο τὸν βασιλέα ἵνα λάβῃ διπλοῦν τὸ τίμημα λίτρας ιδ', καὶ ποιήσῃ αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἱππικοῦ καθεζόμενον προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν τεσσάρων ἡνιόχων. Τῶν δὲ δήμων καὶ πάσης τῆς συγκλήτου εἰπόντων τῷ βασιλεῖ· « Οὐκ ἔξεστι προσκυνεῖσθαι αὐτὸν οὕτως, εἰ μὴ μόνον τὸν βασιλέα, » προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ἐξόπισθεν προσκυνεῖσθαι αὐτὸν καὶ ὀνομάζεσθαι ἄρχοντα τῶν καταχθονίων· καὶ τοῦτο φυλάσσεται μέχρι τοῦ νῦν. Τὸ δὲ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ ὁ λουτὴρ καὶ οἱ νάρθηκες καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν οἶκος ἦν Δαμιανοῦ πατρικίου Σελευκείας, ἅτινα ἀπετιμήθησαν εἰς λίτρας ς', καὶ μετὰ πολλῆς εὐφροσύνης δέδωκεν αὐτὰ τῷ βασιλεῖ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς, καταμετρήσας τὸν τόπον εὗρε στεφαναίαν πέτραν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἕως τῆς κάτω ἀψῖδος, καὶ ἐθεμελίωσεν ἐκεῖ γύρωθεν τὰ θεμέλια τοῦ μεγάλου τρούλλου· ἀπὸ δὲ τοῦ βήματος μέχρι τοῦ ἔξω νάρθηκος εὗρε τόπον ἀλσώδη καὶ χαῦνον, καὶ ἐθεμελίωσεν. Ἀρξαμένου δὲ τοῦ θεμελιοῦσθαι, προσκαλεσάμενος Εὐτύχιον τὸν πατριάρχην ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως ἐκκλησίας. Ὁ

A continet. Porro locus nuncupatus Puteus sacer et sanctum altare et locus suggesti, usque ad mediam partem templi, erat domus cujusdam Antiochi ostiarii et eunuchi, quam quinquaginta nummorum libris æstimabat. Indignante vero ipso quod non posset justo pretio suam domum imperatori vendere, imperator justitiæ et probitatis amans, quod nollet quemquam injuria vel damno affici, mœstus animo cogitabat quid cum illo ageret. Strategius autem magister, thesauri imperatoris præfectus ejusque adoptivus frater, imperatori promisit se aliquo commento illum victurum, ut ædes suas etiam invitus vendere cogeretur. Prædictus enim Antiochus ostiarius Circensium studio flagrans venetum colorem sive cæruleum amabat, illoque ad-

B modum delectabatur. Cum igitur ludi Circenses exercendi essent, magister Strategius ostiarium comprehendit, **134** eumque in prætorium inclusit ipso ludorum die. At ille cum ejulatu et dolore clamans dicebat : «Circenses spectem, et quidquid imperator jusserit faciam.» Imperatoris igitur jussu statim in caveam adductus est, ibique ædes suas præsente quæstore et universo senatu subscribente vendidit, idque 85 libris auri. Dextera pars, ubi gynæconitis, usque ad columnam S. Basilii erat domus Charitonis eunuchi, cognomento Anseripedis, quam cum grata animi significatione imperatori obtulit, duplo pretio, 12 libris æstimatam. Sinistra vero pars gynæconitidis usque ad columnam S. Gregorii

C Thaumaturgi erant ædes cujusdam Xenophontis sutoris, qui ab imperatore duplum pretium, libras 14 petiit, et ut Circensium die in circo sedentem quatuor agitatorum factiones adorarent. Sed populo et universo senatu imperatori dicentibus; «Non licet nobis ipsi eum honorem soli imperatori debitum exhibere, » jussit imperator eum a tergo adorari et vocari principem inferorum, quod etiam ad hoc usque tempus observatur. Templi vero area, lavacrum et porticus narthecis, et quæ in ambitu ejus sunt, erat domus Damiani patricii Seleuciæ, quam sex libris æstimatam lubentissimo animo imperatori obtulit.

D Imperator vero cum locum dimensus esset, invenit rotundum lapidem **135** ab altari usque ad inferiorem arcum, et circum illum fundamenta jecit apsidis majoris sive trulli magni. A suggesto vero usque ad exteriorem narthecem solum palustre et fungosum invenit. Cum autem fundamenta ponere ordiretur, Eutychio patriarcha accersito pro structura ecclesiæ precatus est. Postea impera-

Meursii et Lambecii notæ.

(72) *Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Ἅγιον Φρέαρ.* Cedrenus appellat τὸ Φρέαρ τοῦ μαρτυρίου. Constantinus de Administr. Rom. Imp. Εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ τὸ εἰς τὸ ἅγιον Φρέαρ. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patriarchæ Cp. Διὰ τοῦ ἁγίου Φρέατος ἀνάγεται. Meurs.

(73) *Τὸ πραιτώριον.* Quod Justinus imperator reparavit. Exstat hac de re epigramma Pauli Silentiarii Antholog. l. iv, c. 23. Id.

Digitized by Google

tor primus omnium calcem cum testa accipiens fundamenti initium posuit. Condidit etiam oratorium S. Joannis, juxta horologium, Baptisterium vulgo dictum, et ædificia vicina Metatorii, ut ibi subinde cum proceribus suis commoraretur et cibum sumeret. Inde etiam usque in palatium porticum transitoriam tectam fecit, ut quoties vellet eo accederet. Erant autem magistri numero centum, centenos singuli manuarios opifices mercenarios sub se habentes, ita ut summa decem millia operariorum essent; quorum quinque millia a dextera, quinque a sinistra parte opus cœperunt. Magno autem studio contendebant ut quam celerrime opus absolverent. Cæterum templi formam angelus per somnium imperatori ob oculos posuit. Erat autem machinator quidam summæ peritiæ in exstruendis templis. Stabant etiam cacabi magni hordei bullientis, cujus liquorem calce et testa miscebant: liquor autem ille hordei tepidus aquæ vicem supplebat. **136** Quin etiam dissectos ulmi cortices admiscebant calci et in massam redigebant; qua nec calida nimis neque frigida ad structuram utebantur, sed tepida, quo tenacius adhærescebat et lapides instar ferri conglu inaret. Fundamento autem duobus cubitis supra terram elevato, ut dictus auctor et expensæ rationum scriba refert, 452 auri centenaria expensa fuerant. Miliarisia vero quotidie afferebant, terræque ea permiscentes juxta horologium et circumsita ædificia humo obruebant. Ita cum ab opere abituri suam singuli terram circumcirca lustrarent, multa hinc inde inveniebant, et loti discedebant. Alia etiam miliarisia in horologio reposita servabantur, et singulis qui lapidibus calce tegulis aut cocto latere onusti ascendebant, pro labore argentum distribuebatur, ne cui conviciandi aut conquerendi occasio esset. Quidam vero ex iis cum ingemiscens væ exclamasset, statim præceps dilapsus et casu contusus exspiravit. Cæterum post pilarum eductionem et erectionem magnarum columnarum decreverant etiam una cum illis Romanas columnas collocare; quod tamen minime factum fuit, sed eas quatuor conchis fulciendis apposuerunt. Imperator autem, somno pomeridiano abstinens magnoque studio operi incumbens, fabros et quadratarios circumeundo inspectabat, comitante eum Troilo cubiculario. Verum Strategius, adoptivus imperatoris frater ejusque pecuniarum custos expensarum, rationibus præerat. Præceperat autem ei imperator ut citra mercedem et diurnum **137** argentum bis illos singulis septimanis stipe aliqua muneraret. Quoties

A δὲ βασιλεὺς, οἰκείαις χερσὶ (74) λαβὼν ἄσβεστον μετὰ ὀστράκου, ἔβαλεν εἰς τὸν θεμέλιον πρὸ πάντων. Καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην (75) τὸν δύτα εἰς τὸ ὡρολογεῖον (76), τὸν λεγόμενον Βαπτιστήρα, καὶ τὰ πλησιάσαντα τοῦ Μετατωρίου, ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ὀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ· ἐν ᾧ καὶ τὰ διαβατικὰ σκεπαστὰ τοῦ παλατίου ἐποίησεν, ἵνα διέρχηται ὁσάκις ἂν ἐθέλῃ. Ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν, ἔχοντες ἀνὰ ἑκατὸν μισθίους προσχειριαρίους. Ὁμοῦ οἱ κάμνοντες χιλιάδες δέκα. Καὶ αἱ μὲν πέντε χιλιάδες τὸ δεξιὸν μέρος ἤρξαντο, αἱ δὲ πέντε τὸ εὐώνυμον. Εἶχε δὲ αὐτοὺς ἔρις καὶ πολλὴ σπουδὴ εἰς τὸ ταχέως κτίζεσθαι. Τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ναοῦ ἄγγελος κατ' ὄναρ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ. Ἦν δὲ μαΐστωρ εἷς μηχανικὸς καὶ πολλῆς γνώσεως γέμων εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναοὺς ἐπιτηδείους. Ἡ δὲ κριθὴ ἵστατο βράζουσα εἰς κακάβους εὐμεγέθεις, καὶ τὸν ζωμὸν αὐτῆς ἐμίγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου καὶ τοῦ ὀστράκου. Ἀντὶ δὲ ὕδατος αὐτοῖς ὑπῆρχεν ὁ ζωμὸς τῆς κριθῆς χλιαρός. Ἔκοπτον δὲ καὶ τοὺς φλοιοὺς τῆς πτελέας, καὶ ἐμίγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου, καὶ ἐποίουν μάζας. Καὶ οὔτε ἄγαν θερμὸν οὔτε πάλιν ψυχρὸν ἐτίθουν, ἀλλὰ χλιαρὸν διὰ τὸ κολλητικώτερον εἶναι καὶ τοὺς λίθους κολλᾶν δίκην σιδήρου. Δύο δὲ πήχεις τοῦ θεμελίου ἀπὸ τῆς γῆς ὑψωθέντος, ὡς φησὶν ὁ εἰρημένος ποιητὴς καὶ ἀπογραφόμενος τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνϑ'. Μιλιαρίσια δὲ ἔφερον καθ' ἑκάστην, καὶ ἐμίγνυον B τὸν χοῦν καὶ ἔχυνον εἰς τὸ ὡρολογεῖον καὶ τῶν πέριξ κτισμάτων. Καὶ ἡνίκα ἔμελλον ὑποχωρεῖν γυρεύοντες τὸν χοῦν ἕκαστος αὐτῶν διάφορα εὗρισκε, καὶ ἀπῆρε χαίρων. Καὶ ἕτερα μιλιαρίσια ἀπέκειντο εἰς τὸ ὡρολογεῖον, καὶ ὅσοι ἀνεβίβαζον καὶ ἐκόμιζον λίθον ἢ ὄστρακον μετὰ ἀσβέστου ἢ βησάλου, ἑνὶ ἑκάστῳ ἐκ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἰδίου ἀργύριον διὰ τὸ μὴ βλασφημῆσαι ἢ στενάξαι τινά. Ἐξ αὐτῶν δὲ εἷς στενάξας καὶ εἰπὼν τὸ οὐαὶ ἔπεσεν ἀθρόως καὶ συνετρίβη καὶ ἀπέψυξε. Τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς κίονας στῆσαι. Ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν τούτους εἰς τὰς τέσσαρας κόγχας. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλὰ πολλὴν σπουδὴν D ἐποιεῖτο τοῦ ἔργου, καὶ ἐπορεύετο βλέπων τοὺς λιθοξόους καὶ τοὺς οἰκοδόμους. Ἤρχετο δὲ μετὰ Τρωΐλου κουβικουλαρίου αὐτοῦ. Τὴν δὲ ἐξῶνα κατεῖχε Στρατήγιος ὁ ἀδελφοποιητὸς τοῦ βασιλέως, ὁ καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων. Ἐπηγγείλατο δὲ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ ἐκτὸς τοῦ μισθοῦ αὐτῶν καὶ τῶν καθημερινῶν ἀργυρίων δὶς τῆς ἑβδο-

Meursii et Lambecii notæ.

(74) *Ὁ δὲ βασιλεὺς οἰκείαις χερσί.* Augusti alicujus operis principia ipsi imperatores aut viri cæteroqui principes dabant. Vides hoc in ædificatione templi Sophiæ de Justiniano. Et narrat de Nerone Suetonius c. 19 : *In Achaia Isthmum perfodere aggressus prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est, tubaque signo data primus rastello humum effodit et corbula congestum humeris extulit.* MEURS.

(75) *Τὸν ἅγιον Ἰωάννην.* Templa Joannis Baptistæ Cpoli duo, hoc in Strobelo, illud in Macedonianis ; quorum unum magna ex parte reparavit Basilius, alterum a fundamentis exstruxit. Cedrenus. MEURS

(76) *Τὸ ὡρολογεῖον.* quod condidit Justinianus anno imperii 7. auctor Cedrenus. MEURS.

Digitized by Google

μίδος εὐεργετεῖν αὐτούς. Ὀσάκις δὲ ἤρχετο εἰς θεωρίαν, ἐφόρει λευκὸν κωλόβιον, καὶ ῥάβδον λεπτὴν κατεῖχε τῇ χειρί.

Σκεπάσαντες δὲ ἐπάνω τὰς ἀψῖδας ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τῶν ἐμβόλων τῶν γυναικίτων (77), καὶ ἀναλαβόντες εἰς τοὺς πινσοὺς μέχρι τῶν κατηχουμένων, προσέταξε Στρατήγιος ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ ὥρᾳ τρίτῃ μιλιαρίσια προσαγαγεῖν εἰς πλῆθος, καὶ τοὺς μαΐστορας κατελθεῖν εἰς τὸ ἄριστον. Ὁ δὲ μαΐστωρ Ἰγνάτιος κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ καθορᾶν πάντα τῶν τεχνιτῶν τὰ ἐργαλεῖα. Ἦν δὲ ὁ παῖς ὡσεὶ γρόνων δεκατεσσάρων. Καθεζομένου δὲ αὐτοῦ ἐφώνησεν αὐτῷ λευκοφόρος τις, εὐνοῦχος δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθείς, λέγων αὐτῷ· « Τίνος χάριν τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ταχέως οὐκ ἐπλήρωσαν οἱ κάμνοντες, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον πάντες καὶ ἐσθίουσιν ; » Ὁ δὲ παῖς λέγει· « Ταχέως, κύριέ μου, παραγίνονται. » Κἀκεῖνος πάλιν εἶπεν· « Ἄπελθε ταχέως, φώνησον αὐτούς. » Τοῦ δὲ παιδὸς φοβουμένου διὰ τὸ μὴ ἀπολέσθαι τι τῶν ἐργαλείων, ὁ φανεὶς ἄγγελος ἔφη μεθ' ὅρκου τῷ νέῳ· « Ἄπελθε, λάλησον αὐτοῖς· ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῶν ὧδε οὐχ ὑποχωρῶ, ἕως ἂν ἔλθῃ, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην. » Τοῦτον οὖν τὸν ὅρκον ἀκούσας ὁ παῖς κατῆλθε, καὶ εὗρε τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰγνάτιον, καὶ ἐξηγήσατο αὐτῷ ταῦτα, καὶ αὐτὸς ἤγαγεν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ ἐκεῖσε ἐσθίοντι τότε ἐν τῷ βαπτιστῆρι (78). Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς μετεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους. Καὶ μηδένα ἐξ αὐτῶν γνωρίσας ὁ παῖς, τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς ὅτι ἄγγελός ἐστι Κυρίου. Ἐσημειώσατο δὲ τὸν ὅρκον ὃν εἶπεν ὁ παῖς, καὶ ὅτι λευκοφόρος ἐστὶν ὁ λαλήσας τῷ νέῳ, καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἦν ἡ ὄψις αὐτοῦ. Μεγάλως δὲ χαρεὶς ὁ βασιλεὺς ἐδόξασε τὸν Θεόν, ὅτι εὐδοκεῖ εἰς τὸ ἔργον αὐτοῦ. Καὶ ἔκτοτε ἔλαβεν ὁ ναὸς τὴν προσηγορίαν ἡ ἁγία Σοφία, καίπερ διασκεπτομένου τοῦ βασιλέως τί κληθήσεται τὸν νεών. Βουλευσάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς πολλοὺς ὁσίους καὶ ἀρετὴν μετιόντας, εἶπον μὴ δεῖν ὑποστρέφειν τὸ παιδίον ἐκεῖσε· ἂν γὰρ στραφῇ, ὁ φύλαξ ἄγγελος ὑποχωρεῖ τοῦ τόπου. Ὅ καὶ ἐποίησε· πλουτίσας γὰρ τὸν παῖδα εἰς τὰς νήσους ἐξέπεμψε διάγειν αὐτὸν, ὥστε φυλάσσειν τὸν ἄγγελον μέχρι τῆς σήμερον κατὰ τὸν ὅρκον αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ τὸ βῆμα τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὸν παῖδα εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ πλησίον τοῦ Συλλαγόνου.

Θαυμάσαντες δὲ εἰς τὰ δεύτερα κατηχούμενα καὶ τοὺς κίονας ἀνηγέρθησαν αἱ καμάραι. Σκεπασθέντων δὲ τῶν πέριξ ἐγένετο τὸν βασιλέα ἀθυμεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρυσικὴν ποσότητα. Ἰσταμένου δὲ

A vero spectandi causa accedebat, albam gestabat tunicam, et exiguum baculum manu tenebat.

Cum vero fornices posticum muliebrium utrinque tegerentur, et a pelis usque ad catechumenia opus iterum inchoaretur, jussit Strategius die septimo hora tertia, miliarisiorum summam magnam afferri et magistros ad prandium accedere. Magister autem Ignatius filium suum reliquit, ut omnia instrumenta opificum sua inspectione custodiret ; erat vero puer annorum circiter quatuordecim. Puerum autem sedentem quidam candida veste indutus compellavit, quasi eunuchus e palatio missus, dicens : Qua de causa fabri opus Dei celeriter non perfecerunt, sed eo relicto omnes ad comedendum abierunt ? Respondit puer : « Primo quoque tempore, mi domine, aderunt. » At ille : « Abi cito, inquit, et accerse eos. » Puero autem metuente ne qua ferramenta perirent, angelus, qui ei apparuerat, cum jurejurando dixit : » Abi et voca illos : nam ego hinc non discedam donec redieris. Testor sanctam Sophiam, quæ est Verbum Dei, nunc ædificari cœptam. » Tale igitur juramentum puer audiens descendit, et invenit patrem suum Ignatium, cui hæc omnia enarravit. Pater autem eum ad imperatorem in baptisterio tunc prandentem duxit. Ille his auditis omnes eunuchos ad se vocavit, cumque **138** neminem ex iis puer agnosceret, intellexit imperator angelum Domini fuisse. Cæterum juramentum quod puer retulerat observavit, tum quod albis vestibus amictus fuisset is qui cum adolescente locutus erat ; et quod genæ ejus ignem spirassent, aliusque ab humano fuisset aspectus ejus. Imperator igitur valde lætatus, Deum, quod opere ipsius oblectaretur, celebravit ; et exinde nominatum fuit templum S. Sophiæ, tametsi imperator de nomine illi imponendo deliberasset. Cum vero imperator a multis sanctitate et virtute præcellentibus viris consilium petiisset, suaserunt ipsi ne puerum eo reverti permitteret : si enim reverteretur, fore ut angelus custos inde recederet. Horum ergo consilio paruit, et puerum muneribus ditatum ablegavit in insulas, ut ibi vitam transigeret. Angelus itaque juxta suum juramentum usque in hodiernum diem locum tuetur. Alloquium vero angeli, quo puerum compellavit, in dextera pilæ parte prope Sylagonum contigit.

Cæterum cum usque ad secunda catechumenia eorumque columnas pervenissent, fornices exstruxerunt ; quibus circum undique tectis imperator propter inopiam auri vehementer angi cœpit.

Meursii et Lambecii notæ.

(77) *Τῶν γυναικίτων.* Erat hoc palatium imperatricis. Zonaras Annal. 3. MEURS.

(78) *Τῷ βαπτιστῆρι.* Errant interpretes, qui *Baptisterium* vertunt : *in templo Joannis Baptistæ.* ipse hic noster supra : Καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην, τὸν ὄντα εἰς τὸ ὡρολογεῖον, τὸν λεγόμενον βαπτιστῆρα. Cedrenus : Καὶ εὐξάμενι πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου μετῆλθεν εἰς τὸν μέγαν βαπτιστῆρα. MEURS. Ἐν τῷ βαπτιστῆρι, id est ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστῆρος sive τοῦ Βαπτιστοῦ. Nihil apud Codinum frequentius reperitur hoc loquendi genere. Βαπτιστήρ autem Græcis recentioribus pro βαπτιστής dicitur, ut ποιητήρ pro ποιητής et κτιστήρ pro κτίστης. Errant igitur qui hoc loco et supra p. 135 id in esse credunt βαπτιστήρ atque βαπτιστήριον. [illegible]

Digitized by Google

Stante autem ipso in superiori fornicis parte et structuram inspiciente, apparuit ei eunuchus facie venusta, dicens : «Quid de pecunia sollicitus es? da mihi eras mane quosdam ex tuis proceribus, et afferam tibi pecuniæ quantum **139** velis. » Sequenti vero die cum imperator ad structuram contemplandam prodiisset, ecce eunuchus illi apparens dixit : «Da mihi aliquem virum, et ibimus. » Dedit autem illi prædictum Strategium, Basilidem quæstorem, Theodorum patricium et præfectum urbis, et Colocynthen, octo præterea famulos, et mulos cum bulgis viginti. Eunuchus his secum ductis urbe egressus est, cumque ad tribunal venisset, palatia mirabilia non manu facta apparuerunt. Cumque ex equis descendissent, eunuchus unum cubiculum aperuit, cujus pavimentum aureis nummis plenum erat ; acceptaque pala, eunuchus singulis jumentis centenaria quatuor, quæ simul octoginta conficiunt, imposuit et ad imperatorem misit, claudens iterum coram ipsis cubiculum. Sed ut imperatori aurum attulerunt, interrogavit eos unde redirent, quis ille vir, quæ domus fuisset. Retulerunt itaque imperatori quæ viderant. Imperator autem, cum eunuchus diu exspectatus non venisset, misit ad illum quosdam qui cum eo venissent, invenerunt aream planam nullis ædibus occupatam. Hac de re certior factus imperator divinum miraculum esse intellexit, Deoque gloriam tribuit.

Cum vero aitare ædificaturi essent, jussit imperator concham ejus perlucidam fieri, ne locus nullis suffultus tignis nimio pondere gravaretur. **140** Opifices autem dicebant unam cameram altari illuminando sufficere. Angebatur itaque magister fabrum, quod imperator quandoque de uno, quandoque de duobus fornicibus loqueretur. Stante autem ipso et ædificante venit angelus Domini, Justiniani imperatoris similis et ejusmodi vestibus quibus ille usque ad pedes indutus, dixitque magistro : «Tres cameras propter levitatem exstrue.» Ignatius statim palatium ingressus dixit imperatorem in eodem proposito non manere. Tunc imperator intellexit angeli illa verba fuisse et dixit : «Si tibi heri quid dixi, facias,» quamvis imperator eo non venisset.

Omnes vero trabes ferreis vinculis cohibitæ et plumbo ferruminatæ sunt. Extrinsecus autem universo ædificio consolidando calx cum oleo, loco aquæ, illita est propter firmitatem. Ita demum parietes marmore incrustarunt. Cæterum imperator misit Troilum cubicularium, Theodorum præfectum et Basilidem quæstorem in insulam Rhodum, ut ibi lateres maximos pondere æquales fieri curarent. His lateribus impressa fuere hæc verba :

A αὐτοῦ ἐν τῇ ἀψῖδι ὑπερθεν καὶ ὁρῶντος τὰ κτίσματα, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος ὡραῖος εἰρηκὼς αὐτῷ· « Τί λυπῇ περὶ χαράγματος ; δός μοί τινας αὔριον πρωῒ ἐκ τῶν μεγιστάνων σου, καὶ κομίσω σοι χάραγμα ὅσον ἂν βούλῃ. » Τῇ δὲ ἑξῆς πορευομένου τοῦ βασιλέως καὶ ὁρῶντος τὰς κτίσεις, ἰδοὺ ὁ εὐνοῦχος ὤφθη τῷ βασιλεῖ λέγων· « Δός μοι ἄνθρωπον καὶ πορευθῶμεν. » Δέδωκε δὲ αὐτῷ τὸν εἰρημένον Στρατήγιον καὶ Βασιλίδην κοιαίστωρα καὶ Θεόδωρον πατρίκιον καὶ ἔπαρχον καὶ Κολοκύνθην, καὶ ὑπηρέτας μέχρι τῶν ὀκτὼ, καὶ ἡμιόνους μετὰ βουλγιδίων εἴκοσι. Τούτους λαβὼν ὁ εὐνοῦχος ἐξῆλθε τῆς πόλεως, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ τριβουνάλιον, ἐφάνησαν παλάτια ἀχειροποίητα θαυμαστὰ ἐστεμένα. Ἐκ δὲ τῶν ἵππων καταβάντες, ἤνοιξεν ὁ B εὐνοῦχος κουβούκλιον ἕν, καὶ ἦν τὸ ἔδαφος πεπληρωμένον χρυσίου χαράγματος. Καὶ λαβὼν πτύον ὁ εὐνοῦχος ἔβαλεν ὑφ' ἓν ἕκαστον σαγμάριον κεντηνάρια δ', ὁμοῦ κεντηνάρια π'. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὰ πρὸς τὸν βασιλέα, κλειδώσας πάλιν ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸ κουβούκλιον. Κομισάντων δὲ τὸ χρυσίον τῷ βασιλεῖ, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς πόθεν ἀπῆλθον καὶ τίς ὁ οἶκος καὶ ὁ ἄνθρωπος. Ὅσα οὖν ἐθεάσαντο εἶπον τῷ βασιλεῖ. Ἐκδεχόμενος οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν εὐνοῦχον, οὐκ ἦλθεν. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες εὗρον ἄοικον τὸν τόπον, πεδίον ὄντα. Γνωρίσαντες οὖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, ὑπέλαβεν ὅτι Θεοῦ θαῦμά ἐστι, καὶ ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ.

C Μελλόντων δὲ τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομεῖν, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς γενέσθαι τὸν μύακα διάφωτον διὰ τὸ μὴ δέξασθαι βάρος τὸν τόπον, ὅτι ἐκεῖσε ἱκρώματα οὐκ ἔθεντο. Οἱ δὲ τεχνῖται ἔλεγον μίαν καμάραν φωτίζειν τὸ θυσιαστήριον. Ἠδημόνει οὖν ὁ μαΐστωρ ὅτι ὁτὲ μὲν λέγει ὁ βασιλεὺς δύο καμάρας, ὁτὲ δὲ μίαν. Ἑστῶτος οὖν αὐτοῦ καὶ κτίζοντος ἦλθεν ἄγγελος Κυρίου ἐν ὁμοιώματι τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, καὶ τοιαῦτα ἠμφιεσμένος μέχρι ποδῶν οἷα ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν τῷ μαΐστορι· « Τρεῖς καμάρας ἔγειρε διὰ τὸ ἐλαφρότερον. » Παρευθὺς δὲ ὁ Ἰγνάτιος ἀνελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ ἔφη τῷ βασιλεῖ μὴ ἔχειν λόγον ἕνα. Τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀγγέλου τὰ ῥήματά εἰσι, καὶ εἶπεν, ὅτι Εἴ τι ἄν σοι εἶπον τὴν χθὲς, ποίησον, καίτοι τοῦ βασιλέως μὴ ἀπελθόντος ἐκεῖσε. D

Πάντες δὲ οἱ μοχλοὶ ὑπὸ σιδηρῶν μοχλῶν κατέχονται, ἐγχλιασμένοι σὺν μολίβδῳ (79). Ἔξωθε δὲ τοῦ συνδέσμου τοῦ ὅλου κτίσματος ἡ ἄσβεστος μετὰ ἐλαίου χριστοῦ ἐστι πεπλασμένη ἀντὶ ὕδατος διὰ τὸ ἐδραῖον καὶ πάγιον. Οὕτως ἔστησαν τὰς ὀρθομαρμαρώσεις (80). Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς Τρωΐλον κουβικουλάριον καὶ Θεόδωρον ἔπαρχον καὶ Βασιλίδην κοιαίστωρα εἰς τὴν νῆσον τὴν Ῥόδον, ὥστε κάμνειν ἐκεῖσε βήσαλα παμμεγέθη, σταθμὸν

Meursii et Lambecii notæ.

(79) Ἐγχλιασμένοι σὺν μολίβδῳ. Perperam antea legebatur ἐγγιλισμένων. Hesychius ἐγχλιᾶσθαι exponit ἐμφῦναι. LAMB.

(80) Ὀρθομαρμάρωσιν Codinus vocat *incrustationem marmoream parietum*, et ὀρθομαρμαρῶν *parietem marmore incrustare* vel *crustis marmoreis obducere*. LAMB.

Digitized by Google

ἔχοντα ἐπ' ἴσης. Ἐσφράγιζον δὲ αὐτὰ σφραγῖσι περιεχούσαις οὕτως· « Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. Βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωΐ πρωΐ. » Καὶ σφραγίζοντες ταῦτα μεμετρημένα ὑπέστελλον τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ σταθμὸς τῶν πέντε βησάλων ἐκείνων ἑνὸς βησάλου ἡμετέρου εὑρίσκεται διὰ τὸ εἶναι ἐκεῖνα κοῦφα καὶ σπογγώδη καὶ λεπτὰ καὶ λευκά. Ἐξ οὗ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν φέρεται λόγος ὅτι ὁ τροῦλος κισσήρινός (81) ἐστιν. Οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ἐλαφρὸς ὁ πηλὸς καὶ λευκός. Μετ' αὐτοῦ δὲ ἐξήγειρε τὰς τέσσαρας ἀψῖδας εὐμεγέθεις, εἶθ' οὕτως τὸν τροῦλον ἀνὰ δώδεκα τιθέντες βησάλων. Ἐποίησε δὲ ὁ ἱερεὺς εὐχὴν περὶ συστάσεως ἐκκλησίας, καὶ ἐποίουν ὀπάς, βάλλοντες διάφορα λείψανα ἁγίων πάντων, ἕως ἂν τρουλωθῇ ὁ τροῦλος. Ἦν δὲ νεωτερικὸς ὄρθιος ἱστάμενος. Εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσαν καὶ ὡρθομαρμάρωσαν αὐτὸν, καὶ εἰς τοὺς πυλῶνας καὶ εἰς τὰς στοὰς καὶ εἰς τὰ μεγάλα κιόνια ἔβαλον λείψανα ἁγίων ἐπισήμων. Τὸν δὲ πάτον διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων κατέστρωσαν, διά τε Ῥωμαίων πηγανουσίων (82) καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων. Τὴν δὲ ἁγίαν τράπεζαν, προσκαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλεύσατο βαλεῖν χρυσὸν καὶ ἄργυρον λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας, χαλκὸν, σίδηρον, μόλιβδον, ὕελον καὶ πᾶσαν ὕλην τετριμμένην. Καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα καὶ χωνεύσαντες ἔχωσαν ἀβάκιον. Καὶ ἐγένετο θαυμαστὸν καὶ ἀτίμητον, καὶ ὁρώμενον ἦν ἐκθαμβον. Καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ὁ βασιλεὺς δύο ἡμισυ χιλιάδας ἀργύρια ἔχυνεν εἰς τὸν χοῦν· καὶ ὅτε ἐπλήρουν ἕκαστος αὐτῶν τὸ ἔργον, ἐξ αὐτῶν ἐλάμβανεν. Ἐβούλετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὰς ὀρθομαρμαρώσεις καὶ τὸν πάτον ὅλον χρυσοῦν ποιῆσαι. Ἀντέκειτο δὲ αὐτῷ Μαξιμιανὸς καὶ Ἱερόθεος ὁ καὶ σύμβουλος, Ἀθηναῖοι, φιλόσοφοι ὄντες καὶ ἀστρονόμοι, λέγοντες ὅτι μέλλουσιν ἐλθεῖν ἐν τῇ ἐσχάτῃ γενεᾷ ἄνακτες πένητες, καὶ ἐξεδαφίσαι τὸν ναόν. Εἰ δὲ εἰσὶ λίθοι, συνίστασθαι μέλλει ὁ ναὸς ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου. Καὶ ἐκ τῆς συμβουλῆς ἐγένετο οὕτως.

Καὶ ἡ μὲν ὕλη, ὡς ἔρηται, συνήχθη εἰς ἑπτὰ γρόνους καὶ μῆνας δέκα, πολλοὶ δὲ τῶν χρονογράφων λέγουσιν εἰς δεκαεπτὰ ἔτη κτισθῆναι, καταμῳμοῦντες, ὡς ἔοικε, τοὺς ἑπτὰ χρόνους οὓς συνήγετο ἡ ὕλη. Ἐποίησε δὲ κιβώριον (83) καὶ τοὺς κίονας καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου (84) ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτὰ, τὸ δὲ μῆλον καὶ τὰ κρίνα καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα, τὸν

A «Deus in medio ejus, non commovebitur. Adjuvabit eam Deus mane diluculo.» Lateres his verbis inscriptos et ad eamdem mensuram exactos imperatori miserunt. Quinque autem istiusmodi lateres unum laterem nostratem pondere æquant: nam illi leves sunt, spongiosi, tenues et candidi. Hinc vulgus falso credit trullam **141** esse pumiceam, quia lutum illud leve est et candidum. Quin etiam quatuor magnos fornices eadem materia exstruxit; et deinde ipsam trullam duodecim lateribus eadem serie positis erexerunt. Interim sacerdos pro structura ecclesiæ preces fundebat. Fecerunt etiam foramina, quibus varias omnium sanctorum reliquias indiderunt, donec trulla armato opere perficeretur. Quam, simul atque erecta fuit, recentem adhuc musivo opere et marmorea incrustatione exornarunt. Intra pilas vero et porticus magnasque columnas reliquias celebrium sanctorum abdiderunt. Pavimentum quoque diversis et pretiosis straverunt marmoribus, Romanis, scilicet rutæ colore virentibus, et cæteris roseo rubore variegatis. Ad sacræ vero mensæ structuram de communi artificum concilio, auro, argento, lapidibus pretiosis et margaritis, ære quoque et ferro, plumbo et vitro, omnisque generis materia comminuta invicem permista et conflata, abacum sive tabulam fuderunt adeo admirabilem et pretiosum ut spectantibus stuporem injiceret. Imperator vero quotidie bis mille quingentos argenteos tumulo condebat, unde quisque opere suo absoluto mercedem accipiebat. Cæterum volebat imperator parietaria marmora et totum pavimentum auro obducere: refragabantur autem ipsi Maximianus et Hierotheus consiliarius, Athenienses, philosophi et astronomi, qui dicebant postremo sæculo venturos pauperes **142** reges, qui templum solo æquaturi essent: si vero lapidum fieret, fore ut usque ad consummationem mundi permaneret. Eorum ergo consilio obtemperatum fuit.

Materia autem, ut dictum est, collecta fuit spatio septem annorum et decem mensium. Multi vero historici septendecim annis esse conditum templum affirmant, annumerantes, ut videtur, septem annos, quibus materia congesta est. Fecit etiam ciborium, columnas et fulcra altaris ex argento deaurato, pomum vero et lilia et crucem ciborii ex auro, suggestum item et solium ex auro, addens etiam lapi-

Meursii et Lambecii notæ.

(81) *Κισσήρινος*, id est κισσηρώδης sive *pumiceus*. Antea legebatur κισσάρινος, quasi κίσσινος, hoc est *hederaceus*. LAMB.

(82) *Πηγανουσίων*. Anonymus in Collectaneis statuæ Veneris meminit, quam factam fuisse ait ἐκ μαρμάρου πηγανουσίου. Ubique πηγανούσιον idem mihi videtur significare atque πηγανῶδες, hoc est *quod rutæ colorem refert*. LAMB.

(83) *Κιβώριον*. Mysticam ciborii interpretationem tradit Germanus in Hist. Eccles.: Τὸ κιβώριόν ἐστιν ἔνθα ἐστὶν ἡ σταύρωσις, ἀντὶ τοῦ τόπου ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Χριστός· ἐγγὺς γὰρ ὁ τόπος καὶ ὑπὸ βόθρος ὅπου ἐτάφη. Ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν συντομίᾳ ἐμφέρεσθαι τὴν σταύρωσιν καὶ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τέτακται, ei quæ sequuntur. MEURS.

(84) *Τοὺς κίονας καὶ τὰ στήθεα τοῦ θυσιαστηρίου*. Germanus ita mystice interpretatur loco citato: Κίονα ἤτοι τὰ στήθεα τὰ διαχωρίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λαοῦ τοῦ εἰσερχομένου εἰς προσευχήν. Τὸ δὲ ἔσωθεν, ἤτοι τὸ βῆμα, δηλοῖ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, εἰς ὃ καὶ μόνοι οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ μετ' αὐτῶν εἰσίασιν. MEURS.

Digitized by Google

dles sardonychas et sapphiros unionibus et auro fusili ornatas. Vasa etiam aurea duodecim festorum et discos aureos et thuribula aurea fecit. Præterea 365 prædia suburbana ei assignavit, et mille clericos constituit, qui cellas in circuitu templi habitabant. Operculum vero lapideum ex Samaria allatum fuit : erat autem illud cui insidebat Christus, quando cum Samaritana loquebatur. Præterea tubæ ex Hierichunte allatæ sunt, quibus sonantibus muri ejus corruerant. Supra has sella B. Constantini in superiori parte sancti putei collocata erat : veneranda vero crux in Sceuophylacio posita ad modum statuæ Christi Dei nostri adaptata Hierosolymis allata est. Cæterum in ambonem et soleam 365 centenaria **143** annui tributi Ægyptii impensa sunt, quæ olim a Constantino Magno cum Sapore Persarum rege constituta fuerant. B In templum vero sine apparatu sacro, indumentis et materia, quæ gratis imperatori mittebatur, 3200 centenariorum expensa sunt.

A δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν χρυσᾶ, σαρδόνυχας καὶ σαπφείρους λίθους διὰ μαρμάρων καὶ χρυσίου χυμευτοῦ. Ἐποίησε καὶ σκεύη χρυσᾶ τῶν δώδεκα ἑορτῶν, καὶ δίσκους χρυσοῦς, καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ προσεκύρωσε καὶ προάστεια, τξε' ποιήσας, καὶ κληρικοὺς χιλίους. Τὰ δὲ πέριξ κελλία ἦσαν τῶν κληρικῶν. Τὸ δὲ στόμιον τὸ λίθινον ἦχθη ἀπὸ Σαμαρείας· αὐτὸ δὲ ἦν εἰς ὅπερ ἐκαθέσθη ὁ Χριστὸς διαλεγόμενος τῇ Σαμαρίτιδι. Αἱ δὲ σάλπιγγες ἀπὸ Ἱεριχῶ ἦκασιν, αἵτινες ἤχησαν, καὶ ἔπεσον τὰ τείχη αὐτῆς. Ἡ δὲ σέλα τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ὑπερθεν ἵστατο τοῦ φρέατος τοῦ ἁγίου ἐπάνω τῶν σαλπίγγων. Ὁ δὲ τίμιος σταυρὸς ὁ ἱστάμενος εἰς τὸ σκευοφυλακεῖον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ τὸ μέτρον ἔλαβεν τῆς ἡλικίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν ἐγένετο ἔξοδος, χρόνου (85) πάκτου τῆς Αἰγύπτου, κεντηνάρια τξε', καθὼς ἐτυπώθησαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπὸ τοῦ Σαβάρου βασιλέως Περσῶν. Ὁ δὲ ναὸς ἔχει ἔξοδον, χωρὶς τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐνδυτῶν καὶ τῆς ὕλης τῆς ἐλθούσης δωρεὰν τοῦ βασιλέως, κεντηνάρια γσ',

Vicesimo autem secundo die mensis Decembris totius templi structura absoluta est. Imperator itaque ex palatio usque ad portam Augustei quadrigis vectus, inde cum cruce et patriarcha Eutychio ad templum processit : a valvis autem regiis usque ad ambonem curriculo transcurrit, et manibus extensis in hæc verba erupit : « Gloria Deo, cujus dignatione tale opus ad finem perducere merui. Vici te, Salomon. » Fecit igitur spatsiones consulares, populoque centenaria per Strategium magistrum distribuit. Justinianus vero solus ecclesiam absolvit, nulla alterius cujusquam ope adjutus. Erat autem res mira visu, templum quodammodo maris similitudinem referre ob varietatem pavimenti et auri fulgorem, quo ornamenta intercolumniorum et columnarum capitella obducta erant.

Cæterum duravit novus ambitus ab illo conditus annis septemdecim. Post obitum vero ejus Justinus

Ἐτελειώθη δὲ ὁ ναὸς τῇ κβ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνός. Καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ παλατίου ἕως τῆς πύλης (86) τοῦ Αὐγουστεῶνος (87) ἐπὶ ἅρματος τετραΐππου, καὶ εἰσώδευσε μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐτυχίου. Ἔδραμε δὲ ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν μέχρι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἶπε· « Δόξα τῷ Θεῷ τῷ καταξιώσαντί με τελέσαι τὸ τοιοῦτον ἔργον. Νενίκηκά σε, Σολομών. » Καὶ ἐποίησεν ὑπάτια, καὶ ἔδωκε κεντηνάρια τῷ λαῷ διὰ Στρατηγίου μαγίστρου. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μόνος ἐξετελείωσε τὴν ἐκκλησίαν, μηδενὸς ἑτέρου οἱανδήποτε συνδρομὴν ποιήσαντος. Θαῦμα δὲ ἦν ἰδεῖν· ἀπὸ γὰρ τῆς πολυποικιλίας τοῦ ἐδάφους δίκην θαλάσσης ἐφαίνετο ἐκ τῆς χρυσοῦ θέας τῶν κόσμων καὶ λαγαρικῶν καὶ τῶν κεφαλοκιονίων (88) πάντων.

Διήρκεσε δὲ ὁ νεωτερικὸς κύκλος (89) ὁ ὑπ' αὐτοῦ κτισθεὶς χρόνους δεκαεπτά. Μετὰ δὲ τὸν θάνα-

Meursii et Lambecii notæ.

(85) Χρόνου. Videtur χρόνιον idem hic esse atque ἐνιαύσιον sive *annuum* : χρόνος enim apud Codinum et alios ejus generis scriptores passim sumitur pro anno. Πάκτον vero, ut alias notavi, *tributum* significat, quod victoribus a devictis solvitur : ita in præsentia Codinus χρόνιον πάκτον τῆς Αἰγύπτου vocat *tributum*, quod quotannis Ægyptus pendebat imperatori Justiniano, nempe 365 centenaria, cujusmodi olim Constantino Magno Sapores Persarum rex solverat. Respicit autem ad illud quod supra scripsit p. 20. Nota etiam quod, uti ibi, ita hic quoque Saporem appellat Σάβαρον pro Σαβώρην vel Σαπώρην. LAMB.

(86) Τῆς πύλης. Corrigo τῆς στήλης. Cedrenus et rectius infra κτιζομένης παρ' αὐτοῦ τῆς στήλης τοῦ αὐγουστεῶνος. MEURS.

(87) Τοῦ Αὐγουστεῶνος. In codice scripto legitur τοῦ αὐγουστείου, quod idem est. Errant autem qui pro τῆς πύλης hic legendum existimant τῆς στήλης. Per portam enim *Augustei* intelligitur porta major templi S. Sophiæ, ante quam area Augustalis erat sive forum nominatum Αὐγουστεῖον sive Αὐγουστεῶν, palatio imperatoris, curia senatus allisque præclaris ædificiis cinctum. Vide notas ad p. 28. Notandum præterea τὴν πύλην τοῦ Αὐγουστείου eamdem esse quam paulo post βασιλικὴν sive regiam nuncupat. Media enim erat majorque ecclesiæ porta. Hæc vero regiæ vocantur. LAMB.

(88) Ἀπὸ γὰρ — κεφαλοκιονίων. Quid revera sibi hæc verba velint, nondum satis intelligo. Attamen aliquanto verisimilius mihi ea interpretatum esse scio quam antea factum fuit. Verti enim quasi post verbum ἐφαίνετο inserta esset particula conjunctionis καί, et pro τῶν κόσμων καὶ λαγαρικῶν legeretur τῶν κόσμων μαρμαρείων vel μαρμαρίνων. Per ornamenta autem marmorea hic intelligo τὰς ὀρθομαρμαρώσεις seu *incrustationes marmoreas parietum*, quas ex parte inauratas fuisse superius dixit. LAMB. — Τῶν κεφαλοκιονίων. Ea sunt capitula columnarum. Viri docti male interpretantur *præcipuas columnas*. Cedrenus appellat κιονόκρανα. MEURS.

(89) Ὁ νεωτερικὸς κύκλος. De Trullo loquitur LAMB.

Digitized by Google

τον Ἰουστινιάνου ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος (90) ὁ ἀπὸ κουροπαλάτων ὁ δικαιότατος, καὶ εἰς τὸν δεύτερον αὐτοῦ χρόνον ἡμέρᾳ ἕκτῃ ὥρᾳ πέμπτῃ συνέβη πεσεῖν τὸν τροῦλον, καὶ συντρῖψαι τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμβωνα (91) καὶ τὸν πολυτίμητον σωλέαν καὶ τὸν πολυποίκιλον πάτον. Αἱ δὲ τέσσαρες ἀψῖδες καὶ οἱ κίονες πάντες καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. Ὁ δ' αὐτὸς βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τεχνίτας ἔτι τότε περιόντας ἐκ τῶν ἐκεῖσε καμνόντων ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο. Οἱ δὲ εἶπον· « Σπουδαίως ἔχων ὁ βασιλεὺς ἐπαρεῖν τοὺς ἀντινύκτας καὶ τὰς παντουρώσεις, ἅτινα ἐδέχοντο τὸν τροῦλον, ἀ-ήρασι ταῦτα ταχέως πρὸς τὸ μουσιῶσαι. Καὶ ὅτι ὁ τροῦλος ὑψηλὸς ἐγένετο πολὺ πρὸς τὸ ὁρᾶσθαι πανταχόθεν, καὶ ὅτι τὰς σκαλώσεις κόπτοντες οἱ τεχνῖται ἔῤῥιπτον εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἀπὸ τούτου ἔπεσεν ὁ τροῦλος. » Εἶπον δὲ οἱ τεχνῖται ἵνα γένηται ἐπίπεδος ὁ τροῦλος καὶ κυμβαλικὸς καθὼς ἐστι νῦν. Ἔπεμψε δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥόδον, καθὼς καὶ ὁ θεῖος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ πρώην πηλοῦ καὶ τῶν σφραγίδων ἐποίησε βῆσλα, καὶ ἔκτισε τὸν τροῦλον. Στοχαζόμενοι δὲ οἱ τεχνῖται ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ταχέως χαλάσῃ, ἔκοψαν ἐκ τοῦ πρώην ὕψους ὀργυιὰς ιε', εἶτα δὲ τὰ ξύλα, τοὺς ἀντινύκτας καὶ τὰς παντουρώσεις, χρόνον ἕνα, ἕως ἔλαβεν τὸ ἔργον πῆξιν. Τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἦσαν πρότερον, ἐποίησεν ὡς ὁρᾶται νῦν ἀργυρένδυτον. Ὁμοίως καὶ τὸν ἄμβωνα. Καὶ μὴ δυνάμενος εὑρεῖν πολυποικίλους λίθους, ἀπέστειλε Ναρσῆν τὸν πατρίκιον ἐν Προκοννήσῳ, καὶ ἔκοψαν ἐκεῖθεν μάρμαρα τῆς γῆς ὁμοια. Τὰ δὲ πράσινα τέσσαρα ποτάμια κατὰ μίμησιν τῶν τεσσάρων ποταμῶν ἐγένοντο, τῶν ἐκβαινόντων ἀπὸ τοῦ παραδείσου εἰς τὴν θάλασσαν. Ὅτε δὲ ἔκοψαν τὰς σκαλώσεις καὶ ἔμελλον ἐπαρεῖν τοὺς ἀντινύκτας τοῦ τρούλου, ἐγέμισαν τὴν ἐκκλησίαν ὕδατος ἕως τῶν πρώτων κατηχουμένων, καὶ οὕτως ἔῤῥιπτον τὰ ξύλα. Τούτου δὲ χάριν λέγουσί τινες ὅτι καὶ ὁ Ἰουστῖνος αὐτὴν ἔκτισεν. Ἀλλὰ ψεύδονται. Ἔχει δὲ ὁ ναὸς ἀφ' οὗ ἐκτίσθη χρόνους υνη' (92).

Πλησίον δὲ τοῦ ναοῦ ἔστησεν τὴν στήλην αὐτοῦ εὐχαριστοῦσαν τῷ Θεῷ, καὶ δεικνύουσαν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πολίταις ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ κτίστωρ. Τὸν δὲ εἰρημένον μαΐστορα τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας τὸν Ἰγνάτιον, διὰ τὸ ἀγαπᾶσθαι παρὰ πάντων ἕνεκεν τῶν θαυμαστῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίει, φοβηθεὶς ὁ βασιλεὺς μή ποτε φημισθῇ καὶ ἀναγορευθῇ ὑπὸ τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν (93), μὴ θέλων δὲ τοῦ-

A curopalates, Justiniani ex sorore nepos, cognomento justissimus, imperio potitus est ; secundoque ejus imperii anno, feria sexta, hora quinta, trulla corruit, mirabilemque **144** ambonem cum pretioso solio et pavimentum variegatum contrivit. Quatuor autem fornices, omnes columnæ et structuræ reliquæ salvæ manebant. Quare imperator, accitis architectis qui adhuc superstites erant, sciscitabatur quid hoc rei esset. Responderunt illi, cum imperator obnixe urgeret ut destinæ et fulcimenta quæ trullam sustinebant tollerentur, citius quam par erat sublata, fuerunt ad musivum opus perficiendum : tum quod trulla altior esset quam ut undique conspici posset, quodque artifices scalas in terram projecissent ; indeque trullam corruisse. Suadebant autem opifices ut trulla plana et cava exstrueretur, sicut nunc visitur. Imperator vero, quemadmodum avunculus ejus, in Rhodum misit, et ex eodem illo luto lateres eodem sigillo impressos fieri curavit, trullamque condidit. Opifices vero operam dantes ne et illa cito corrueret, priorem altitudinem ad orgyas quindecim præciderunt; ligneas autem substructiones et fulcimenta annum integrum reliquerunt, donec firmius opus consolidaretur. Cæterum ambonem et solium, cum non posset in pristinam formam restituere, argento obduxit, ut nunc videre est, similiter etiam ambonem. Cum vero non posset variegatos lapides invenire, Marsen patricium in Proconnesum misit, ut illinc lapides terræ colore similes adveheret. Quatuor autem prasini **145** coloris fluvii ad imitationem quatuor fluminum ex paradiso in mare exeuntium facti sunt. Cum vero scalas conscendissent et destinas ad trullam suffulciendam erecturi essent, ecclesiam aqua implerunt usque ad prima catechumenia, et ita ligna in aquam projecerunt. Hujus rei gratia quidam dicunt Justinum quoque eam condidisse : sed falluntur. Cæterum 458 anni, ex quo templum conditum est, elapsi sunt.

Prope templum statuam suam collocavit, quæ Deo gratias agens civibus indicat quod ipse tanti operis conditor. Cum vero prædictus Ignatius Magnæ ecclesiæ ædificator propter mirabilia opera, quæ faciebat, ab omnibus diligeretur, metuens imperator ne quando a duabus populi factionibus imperator salutaretur (neque tamen eum volebat occidere, sicut multi ipsi anxio suadebant), contentus fuit ut

Meursii et Lambecii notæ.

(90) *Ἰουστῖνος*. Cedrenus et Zonaras tribuunt Justiniano. MEURS.

(91) *Συντρῖψαι τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμβωνα*. Zonaras Annal. Ἡ πεσοῦσα τό τε κιβώριον τῆς ἁγίας τραπέζης καὶ αὐτὴν τὴν ἐκείνην ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν ἄμβωνα συνέτριψεν. MEURS.

(92) *Χρόνους υνή*. Exstructum hoc templum est anno 22 Justiniani, qui fuit Christi 543. Adde hos 458 : incides in millesimum et primum. Sed cave hæc Codini esse verba putes : sunt enim illius e quo hæc noster descripsit ; qui longe certe infra ista tempora vivit, puta sub Palæologis, ut initio diximus. Nos tamen hoc voluimus explicare, ne quem temere implicaret. MEURS.

(93) *Τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν*. Id est Prasinis et Venetis. Hos duo μέρη intelligit etiam Suidas in στήλην et τριβουνάλιον. Latini veteres *factiones* dicebant. Diaconus in Mauritio *partes* extulit, recentiorum Græcorum more : *Germanus autem mittit ad Sergium demarchum Prasinæ partis, ut auxiliaretur sibi gratia imperandi, repromittens se partem Prasini honoraturum*. MEURS.

Digitized by Google

statuæ ab ipso in Augusteo erectæ, scalis ablatis, inclusus relinqueretur et ita fame periret. Cognoscens itaque Ignatius, cum equestrem imperatoris statuam jam perfectam erexisset, se ibi derelictum, vicem suam deplorabat. Vespere autem facto prudens commentum excogitavit : tenuem nempe funiculum, quem in suo marsupio habebat, circiter 55 orgyiarum, et pallium et subindusiale et interculam et tiaram suam connexuit et glomeravit, **146** tentavitque num ad terram usque pertingerent. Interim uxori suæ cum magno ejulatu et planctu supervenienti conquestus est, universa civitate quiescente (erat enim profunda nox), sibi istic moriendum esse, dixitque ei : « Abi et clanculum crassum funiculum eme et liquida pice inunge ; media autem nocte revertere. » Cumque sequenti nocte illa venisset, dimisit ipse quæ habebat, et funiculum ab uxore annexum sursum ad se retraxit, et pedi statuæ alligavit, eoque prehenso incolumis inde descendit. Fecit autem hoc eo ut funiculus liquida pice inunctus manibus tenacius hæreret, ne alloqui præceps in terram delatus contunderetur, et ut funiculus postquam se demisisset combureretur. Proinde assumpta uxore et liberis noctu Adrianopolim profectus est, ibique tres annos in habitu monastico transegit, omnibus credentibus dicentibusque eum apud statuam fame enectum esse. Postea Cpolim rediit, ibique commoratus est. Imperatori vero in processione ad templum SS. Apostolorum obviam occurrit, petens ab illo ut ejus misereretur et absque metu vivere permitteret. Imperator tandem illum agnoscens cum universo senatu miratus est. Verum imperator facto ignorationem prætendit, et multis beneficiis Ignatium afficiens indemnem dimisit, dicens : « Ecce quem Deus vult vivere, mille homines non interficient. » Ex eo igitur tempore Ignatius magna cum tranquillitate vixit.

τον ἀποκτεῖναι, καθὼς πολλοὶ συνεβούλευον αὐτῷ, βλέποντες αὐτὸν ἀθυμοῦντα, συνήνεσαν αὐτῷ ἐκ δευτέρου ἵνα κτιζομένης παρ' αὐτοῦ τῆς στήλης τοῦ Αὐγουστεῶνος ἐάσει αὐτὸν ἐκεῖσε καὶ ἄρωσι τὰς σκαλώσεις, ὅπως ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τελευτήσει. Ὁ καὶ ἐποίησε. Γνοὺς τοίνυν ὁ Ἰγνάτιος, μετὰ τὸ τελειῶσαι καὶ στῆσαι τὴν ἐφιππον στήλην τοῦ βασιλέως, ὅτι εἰάθη ἐκεῖσε, ὠδύρετο. Ὀψίας δὲ ἤδη γενομένης εὗρε ἐπιτήδευμα ἄριστον. Τὸ λεπτὸν σχοινίον ὅπερ εἶχεν εἰς τὸ περσίκιον αὐτοῦ, τὸ ὡσεὶ ὀργυιῶν πεντήκοντα πέντε, καὶ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ ὑπόκαμισοβράκιον καὶ τὸ σφικτούριον καὶ τὸ φακεώλιον αὐτοῦ λαβὼν συνέδησεν αὐτὰ καὶ ἔκλεισε καὶ ἐδοκίμασεν εἰ φθάνουσιν ἕως κάτω. Εὑρὼν δὲ οὕτως ταῦτα, ἐλθούσης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ μετὰ κλαυθμοῦ πολλοῦ καὶ ὀδυρμοῦ ἐφώνησεν αὐτῇ, κοιμωμένης πάσης τῆς πόλεως (νὺξ γὰρ ἦν βαθεῖα), ὅτι Ὧδε κατελείφθην ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὕπαγε καὶ κρυφίως ἀγόρασον παχὺ σχοινίον, καὶ ἄλειψον αὐτὸ ὑγροπίσσῳ, καὶ πάλιν ἐλθὲ μεσούσης νυκτός. Καὶ καταλαβούσης τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐχάλασεν ἐκεῖνος ἅπερ εἶχεν, καὶ συνδήσασα ἡ γυνὴ τὸ σχοινίον, ἔσυρεν ἐκεῖνος ἐπάνω καὶ προσέδησεν εἰς τὸν πόδα τοῦ ἵππου, καὶ κρατῶν αὐτὸ κατέβη ὑγιής. Ἐποίησε δὲ τοῦτο, ἵνα κολλᾷ τὸ σχοινίον ἐκ τοῦ ὑγροπισσίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὅπως μὴ συρεὶς ἀθρόως πέσῃ καὶ τριβείη, καὶ ἵνα τὸ σχοινίον καυθήσεται ὑπὸ τοῦ πυρὸς μετὰ τὸ καταβῆναι. Λαβὼν τοίνυν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τοὺς παῖδας νυκτὸς κατέλαβε τὴν Ἀδριανούπολιν, μετασχηματισθεὶς κατὰ μοναχούς, χρόνους τρεῖς, πάντων οἰομένων καὶ λεγόντων ὅτι ἐπὶ τῶ κίονος ἐτελεύτησεν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἦν διατρίβων ἐν αὐτῇ. Καὶ διερχομένου τοῦ βασιλέως εἰς προέλευσιν τῶν ἁγίων ἀποστόλων (94) ἐπήντησεν αὐτῷ ἐκεῖσε, αἰτῶν λόγον συμπαθείας τοῦ μὴ φοβηθῆναι.

Γνοῦσα; οὖν τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἐθαύμασε, καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος αὐτοῦ. Προεβάλλετο δὲ ὁ βασιλεὺς ἄγνοιαν ἐπὶ τῷ γεγονότι ἐπὶ τὸν Ἰγνάτιον, καὶ πολλὰ δῶρα δοὺς αὐτῷ ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, εἰπών· « Ἴδε, ὃν θέλει ὁ Θεὸς ζῆν, χίλιοι οὐκ ἀποκτείνουσι. » Καὶ ἔκτοτε ἔζησεν ἐν εἰρήνῃ πολλῇ.

147 Hucusque autem pertinet narratio eorum quæ ad Magnam ecclesiam spectant. Templum magnum SS. Apostolorum, sicut dictum est, forma oblonga, trulla ligneo, tectoque ligneo opertum invenit, quod Constantinus Magnus et Helena condidertunt. Verum Theodora magni Justiniani uxor multam curam adhibuit, eo quod Lycus amnis isthac subterlaberetur, magnisque fundamentis positis tem-

Καὶ ἕως μὲν ὧδε (95) τὸ πέρας τῶν κατὰ τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν· τοὺς δὲ ἁγίους ἀποστόλους τοὺς μεγάλους, καθὼς προείρηται (96), εὗρε δρομικὴν ἐκκλησίαν, ξυλόστεγον, ξυλότρουλον, κτισθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης (97). Ἡ Θεοδώρα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ἡ καὶ πολλὴν σπουδὴν θεμένη διὰ τὸ διέρχεσθαι κάτωθεν τὸν ποταμὸν τὸν Λύ-

Meursii et Lambecii notæ.

(94) *Εἰς προέλευσιν τῶν ἁγίων ἀποστόλων.* Fiebat hæc processio 2 die Paschatis. Cedrenus : Τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου Πάσχατος ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τὴ κατὰ τύπον γενομένη προελεύσει εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· δέλτης προήλθεν ἐν ὄχήματι χρυσῷ ἐποχουμένη τέσσαρσιν ἵπποις. Meurs.

(95) *Καὶ ἕως μὲν ὧδε.* Operæ pretium esse duxeram huic narrationi de structura templi S. Sophiæ corollarii instar adjicere duplicem delineationem, quarum una iconographiam ejus repræsentat, altera autem formam ejus exteriorem. Utriusque participem me fecit nobilissimus atque eruditissimus vir Cassianus a Puteo. Verum mutato consilio in aliud tempus differre placuit. Lamb. [v. ad Pauli Silentiarii Descriptionem S. Sophiæ.]

(96) *Προείρηται.* Supra p. 17. Lamb.

(97) *Ἐκκλησίαν — κτισθεῖσαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης.* Hujus templi mentio fit etiam in disput. Gregentii cum Herbano: Πῶς δὲ αὐτὸς ἐπ' ἐκεινον τὸν ναὸν, ὃν ἐδείματο ἡ βασιλὶς Ἑλένη, μετοικίζεις τὴν λέξιν; conversum est in patriarcheium ab Amurathe capta Cpoli. Testis Phranzes Chronic. 3, 19. Meurs.

Digitized by Google

κον (98), ἀνεγείρασα θεμελίους παμμεγέθεις καὶ λίθους μεγίστους, ἔκτισε τὸν ναόν. Τὰ δὲ σκάριφα καὶ τὸ σχῆμα ἀπῆρε τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ἀπὸ Ἐφέσου. Τὴν δὲ ὕλην ἅπασαν ἔλαβεν ἀπὸ τῆς ἁγίας Σοφίας μετὰ τὸ τελειωθῆναι αὐτὴν καὶ τὰ εὐκτήρια αὐτῆς· ἀφ' ὅτου γὰρ ἤρξατο κτίζεσθαι ἡ ἁγία Σοφία, μετὰ τέσσαρα ἔτη ἤρξατο καὶ αὐτὸς κτίζεσθαι ὁ ναός. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ μουσιώματος ἔλειψε τῇ δεσποίνῃ χρυσίου ποσότης. Καὶ ἐδημονούσης ἐπὶ τούτῳ τῆς Αὐγούστης, κατ' ὄναρ ἐφάνησαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι λέγοντες αὐτῇ· « Μὴ λυποῦ περὶ χαράγματος χρυσίου, μηδὲ Ἰουστινιανῷ τῷ ἀνδρί σου ἐπιζητήσῃς νομίσματα· ἀλλὰ ἀπελθοῦσα ἔξωθεν τῆς πόρτης Δεξιοκράτους εἰς τὸν σιγαλὸν εὑρήσεις δώδεκα κεράμια γέμοντα χρυσίου κεχωσμένα. » Ἡ δὲ Αὐγούστα ἀποστείλασα εὗρεν αὐτὰ γέμοντα, καὶ ἔχοντα ἕκαστον αὐτῶν ἐπιγραφὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ ὀνόματα. Καὶ λαβοῦσα ταῦτα, δοξάσασά τε Θεὸν, ἐξωδίασεν αὐτὰ εἰς τὸν ναόν. Καὶ πολλὰ κτήματα καὶ ἀναθήματα καὶ σκεύη χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ προσεκύρωσε. Τελεύσασα δὲ τὸν ναὸν ἔμελλεν κρεμάσαι τὰς χαλκᾶς ἁλύσεις καὶ τὰς λυχνίας, ὅπως ἐνθρονιάσῃ τὸν ναὸν (99) καὶ ἐγκαινίσῃ αὐτόν. Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐφθόνησεν, ἵνα μὴ προλάβῃ καὶ ἐγκαινισθῇ πρὸ τῆς ἁγίας Σοφίας, καὶ παρήγγειλε παντὶ τῷ τῆς πόλεως ἵνα μὴ ποιήσωσιν ἁλύσεις καὶ κρεμάσωσιν ἐκεῖσε. Ἡ δὲ βασίλισσα ἐποίησεν ἀπὸ μετάξης πλεκτὰ σχοινία πίστει καὶ μόχθῳ, καὶ κρεμάσασα τὰς πολυφώτους ἀργυρᾶς λυχνίας ἐνεκαίνισε καὶ ἐνεθρόνιασε τὸν ναὸν, προλαβοῦσα τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν. Τὰ δὲ λείψανα τὰ κείμενα κάτωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἦχθησαν παρὰ Κωνσταντίνου βασιλέως, υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, διὰ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀρτεμίου. Τὸ δὲ βῆμα, καθώς ἐστι μέσον, οὕτω καὶ γέγονεν παρὰ τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας. Τὸ δὲ μνημοθέσιον τῆς ἁγίας Θεοφανῶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος (1) ἐποίησε. Τὸ δὲ ἔξω μνημοθέσιον τῶν τε ὀρθοδόξων καὶ τῶν αἱρετικῶν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἐποίησε, καὶ διὰ μουσίων ἐκαλλώπισεν αὐτὸ, καὶ ἐκεῖσε ἐτάφη. Ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Θεοδώρα ἡ κτίσασα τὸν ναόν. Τὸ δὲ Μουσεῖον ἐκεῖνο καὶ τὰ μάρμαρα ἀπῆρε Βασίλειος ὁ βασιλεὺς, ὅτε ᾠκοδόμησε τὴν νέαν καὶ τὸν φόρον.

A plum renovavit. Formam quidem et delineationem a templo S. Joannis Theologi quod Ephesi est desumpsit; omnem vero materiam a S. Sophia, postquam ea cum oratoriis suis perfecta esset, accepit: nam quadriennio post inchoatam S. Sophiæ structuram templum hoc condi cœptum est. Cæterum cum jam musivo opere incrustandum esset, aurum Augustam defecit; cumque ob hoc angeretur, sancti apostoli per somnium ipsi apparuerunt, dicentes: « De pecunia ne sollicita sis, neque a Justiniano marito tuo nummos pete; sed abi extra portam Dexiocratis ad littus, et ibi invenies humo condita duodecim vasa fictilia auro impleta. » Augusta igitur eo mittens invenit ea plena, et singula nominibus sanctorum apostolorum inscripta. Illaque accipiens gratiis B Deo actis in templum expendit, et multos fundos, ornamenta, vasa aurea et argentea ei donavit. Templo **148** itaque absoluto ut dedicari et consecrari posset, æreas catenas lucernis sustinendis in eo suspendere cogitavit. Verum imperator Justinianus, hoc intellecto, concedere noluit ut prius quam S. Sophia consecraretur; et proposuit tota urbe edictum ne quis catenas fabricaret et ibi suspenderet. Verum Augusta funiculos ex serico bona fide multaque industria contexuit, et argenteis candelabris suspensis consecravit et dedicavit templum, Magnam ecclesiam antevertens. Reliquæ vero sanctorum apostolorum sub altari repositæ Constantino imperatore, magni Constantini filio, opera sancti martyris Artemii allatæ sunt. Suggestum autem uti etiam- C num in medio situm est, ita a Theodora Augusta exstructum fuit. Memoriam S. Theophanus magnus Constantinus posuit; monumentum vero exterius orthodoxorum et hæreticorum magnus Justinianus condidit, et musivo opere exornavit, ibidemque sepultus est cum conjuge Theodora, quæ templum ædificavit. Cæterum musivum opus et marmora ejus templi Basilius imperator abstulit, cum ecclesiam cognomine novam forumque ædificaret.

Meursii et Lambecii notæ.

(98) *Τὸν Λύκον.* De fluviolo Lyco Byzantium transeunte supra quædam notavi ad p. 45. LAMB.

(99) *Ἐνθρονιάσῃ τὸν ναόν.* De hoc consecrandorum templorum more diximus in Gloss. nostro in voce ἐγκαίνια. MEURS.

(1) *Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος.* De Constantino D Porphyrogenito loquitur, qui, ut supra dixit p. 127, sacellum S. Theophanonis templo SS. apostolorum adjunctum exædificavit. Vide præter ea quæ de S. Theophanone prima uxore Leonis Philosophi notavi ad p. 105. LAMB.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΩΝ

ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΗ ΤΗ ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΜΕΧΡΙ ΚΑΙ ΑΥΤΗΣ ΤΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΑΓΑΡΗΝΩΝ ΤΑΥΤΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

—

149 DE ANNIS AB ORBE CONDITO

USQUE AD IMPERIUM CONSTANTINI MAGNI: ET DE IIS QUI IN IPSA URBIUM REGINA REGNARUNT, USQUE DUM AB AGARENIS CAPTA EST.

—

A

Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni 2242.

A diluvio usque ad turris ædificationem sunt anni 525.

A turris ædificatione usque ad Abraham sunt anni 570.

Ab Abrahamo usque ad exitum filiorum Israel ex Ægypto sunt anni 430.

Ab exitu usque ad ædificationem templi Salomonis sunt anni 700.

Ab ædificatione templi usque ad captivitatem Israelitarum sunt anni 425.

150 A captivitate usque ad Alexandrum Macedonem sunt anni 319.

Ab Alexandro usque ad descensionem Christi sunt anni 331.

B

In summam vero usque eo dum Christus humanam induit naturam anni sunt 5500.

Sed sciendum est quod salutaris crucifixio Domini nostri Jesu Christi facta sit anno mundi 5534, cyclo solis 18, lunæ quinto, feria sexta, hora nona, decimo octavo anno imperatoris Tiberii.

C

A Christo autem usque ad Constantinum Magnum sunt anni 325, et in summa ab orbe condito usque ad Constantinum Magnum anni sunt 5825.

Imperio igitur potitus est Constantinus Magnus supradicto anno 5525, et duodecimo anno sui imperii Cp lim ædificavit. Simul autem Romæ et Cpoli imperavit annos 33.

Constantius filius ejus imperavit annos 24, dies 11.

Julianus Apostata profanus et Deo repugnans annos 2, dies 15.

Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσιβ'.

Ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς πυργοποιίας ἔτη φκε'.

Ἀπὸ τῆς πυργοποιίας ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη φλ'.

Ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου ἔτη υλ'.

Ἀπὸ τῆς ἐξόδου ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τοῦ Σολομῶντος ἔτη ψ'.

Ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη υκε'.

Ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἔτη τιθ'.

Ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἕως τῆς συγκαταβάσεως Χριστοῦ ἔτη τλα'.

Ὁμοῦ χρόνοι μέχρι τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἔτη ,εφ'.

Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἡ σωτήριος σταύρωσις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέγονε κατὰ τὸ ,εφιδ ἔτος. Κύκλος τοῦ μὲν ἡλίου ιη', τῆς δὲ σελήνης πέμπτος. Ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ἐννάτῃ, τῷ ὀγδόῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Τιβερίου. [Ἦν δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης, τουτέστι τὸ νομικὸν φάσκα, μηνὸς Ἀπριλλίου ιη', ἡ δὲ ἁγία ἀνάστασις τῇ εἰκοστῇ.]

Ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη τκε'. Ὁμοῦ τὰ ἀπὸ κτισεως κόσμου ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη ,εωκε'.

Ὁ οὖν μέγας Κωνσταντῖνος ἐκράτησε τῆς βασιλείας τῷ εἰρημένῳ ἔτει ,εωκε', καὶ ἐν τῷ δωδεκάτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔκτισε τὴν Κωνσταντινούπολιν (2)· ἐβασίλευσε δὲ τὰ ὅλα ἔν τε Ῥώμῃ καὶ Κωνσταντινουπόλει ἔτη λγ'.

Ὁ Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη κα' ἡμέρας κδ'.

Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης ὁ βέβηλος καὶ θεήλατος ἔτη δύο ἥμισυ ἡμέρας ιε'.

Meursii et Lambecii notæ.

(2) *Ἐν τῷ δωδεκάτῳ χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔκτισε τὴν Κωνσταντινούπολιν.* Quo sensu hæc dicantur, ipse supra exposuit his verbis: Περαιωθέντος οὖν, inquit, τοῦ ἐνδεκάτου ἐνιαυτοῦ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως (sc. Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου) καὶ ἀρχὴν λαβόντος τοῦ δωδεκάτου ἔτους, ἐπεχείρησεν τὴν Βύζαντος πάλιν κτίζειν. Laud.

Digitized by Google

Οὐαλεντινιανὸς ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος σὺν Οὐάλεντι τῷ δυσσεβεῖ καὶ Ἀρειανῷ ἔτη ιδ'.

Γρατιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ ῥηθέντος Οὐάλεντος ἔτη γ'.

Θεοδόσιος ὁ Μέγας ὁ ἐξ Ἱσπανίας, ὁ εὐσεβέστατος καὶ μισοπόνηρος, ἔτη ιζ'.

Ἀρκάδιος καὶ Ὀνώριος οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἔτη ιγ'.

Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ὁ υἱὸς Ἀρκαδίου, ὁ καλλίγραφος, ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλάγαθος, ἔτη μβ'.

Μαρκιανὸς ὁ ὁποκαλυφθεὶς ἀπὸ Θεοῦ, ὁ πάσης καλοκαγαθίας ἔμπλεος, ἔτη ς' καὶ ἥμισυ.

Λέων ὁ Μακέλης ὁ εὐσεβὴς καὶ πιστότατος ἔτη ιη'.

(59) *Θεμάτια.* Sic ex Anonymo nostro emendamus. Perperam Lambecius et Combefisius Θεαμάτια legunt. Θεάτιον siquidem *statuam magico ritu consecratam* significat, non solum apud Anonymum nostrum et Codinum eodem loco, verum etiam apud Cedrenum adannum 12 Heraclii: ἐν τῷ ιβ' ἔτει ἐγένετο θεμάτιον τῶν Σαρακηνῶν παρὰ Στεφάνου Ἀλεξανδρέως, etc. Eadem autem notione Θέμα usurpatur apud Eustachium in Vita S. Eutychii patr. Constantinopol., num. 55. ubi de Veneris statua loquitur, ὅτε οὖν ἐξώρυξεν ὁ αὐτὸς μουσωτὴς τὸ θέμα τῆς ἀκαθάρτου Ἀφροδίτης, etc. Vide D Gloss. Ducangii eodem verbo.

(60) *Αἰτησάντων τὸν βασιλέα.* Perperam in ms. legitur et in editione Combefisiana τῷ βασιλεῖ. Ita hæc Anonymus noster narrat; οἱ δὲ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ ἠτήσαντο τὸν βασιλέα στήλην θεῖναι τῷ εὐνούχῳ Πλάτωνι. Ὁ δὲ οὐκ ἐκώλυσεν.

(61) *Ἐν τῇ Χελώνῃ.* Id est, *in Testudine.* Tractus quidem urbis ita nuncupatus.

(62) *Ἐκ τῶν Ἡμερίου χαρτουλαρίου*, etc. Hinc patet quædam etiam alia de Hemerio scripsisse Theodorum, ex quibus istud unum sit electorum. At cum nulla Hemerii mentio occurrat in illis duobus libellis, qui titulo Ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς, Theodori Lectoris nomine inscripti circumferuntur, credere procul dubio licet, Nicephorum Callisti non integram historiam, sed ea tantum quæ excerptu digniora putavit, collegisse. Hæc siquidem non solum nostra conjectura, sed etiam, licet diverso argumento, doctissimi Gerardi Joannis Vossii comprobatur ex ipsis codicibus manu exaratis, qui in Veneta Bessarionis bibliotheca exstant hoc titulo: *Epitomes historiarum ecclesiasticarum Theodori Lectoris et Philostorgii.* Alter, *Theodori Lectoris compositio ecclesiastica e variis auctoribus.* Hujus autem secundi codicis nuper ad nos Venetiis misit quidam amicus titulum, initium operis et finem; nimirum: ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ ΕΚΛΟΓΗ ΕΚ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ. Initium: Καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον, καὶ λαμπρὸν φανεῖται, εἴ δ' ἂν ἐπιθήσει τις δάκτυλον τῇ δοκιμασίᾳ τῇ σῇ. Προέδησι δέ μοι ἡ γραφὴ ἀπὸ τῆς Κρίσπου καὶ Κωνσταντίνου τῶν Καισάρων τρίτης ὑπατείας μέχρι τῆς ἕκτης καὶ δεκάτης τῆς σῆς. Ἔδοξε δέ μοι καλῶς ἔχειν, etc. Finis: Καὶ τὸ μὲν ὧδε γέγονεν, ὁ οἱ προφῆται, Καίπερ πρὸ πλείστων γενεῶν ὑπὸ γῆν κείμενος; σῶς ἀνεφάνη, ἐν χρῷ κεκαρμένος, εὐθυρις, γενειάδα μετρίως κεκαθημένην ἔχων, τὴν δὲ κεφαλὴν . . . καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀλίγῳ ἐν βάθει ταῖς ὀφρῦσι καλυπτομένους. Hinc manifesto apparet integrum opus Theodori Anagnostæ seu Lectoris, quod cum magno detrimento rei literariæ amissum credebatur, Venetiis in bibliotheca sancti Marci delitescere. Sed de hac re pluribus alibi. Cæterum titulum supra dictum ita emendat Lambecius: Ἐκ τῶν Θεοδώρου Ἀναγνώστου φράσις τῶν περὶ Ἡμερίου χαρτουλαρίου, ὅτε, etc. Atqui nullus est morbus, nulla medicina adhibenda; obscurat enim potius auctoris mentem Lambecii castigatio, ut optime Combefisius admonet.

(63) *Ἐμοῦ δὲ, φησὶν ὁ Θεόδωρος*, etc. Ita ex codice Vaticano hunc locum emendat Lambecius.

Digitized by Google

τοὺς ἔξω τῶν ἀναβαθμῶν ὑπάρχοντας, δειλιάσας μὴ κινδυνεύσω, σύρας τῷ δεξιῷ ποδὶ, ἔνθα τοὺς καταδίκους ῥίπτειν ἐπεχείρουν. Δειλιάσας δὲ, τὸ ἄχθος ἀφήσας ἐν τῷ στόματι, τοῦ ἄχθους ἀνεχώρησα, πρόσφυγος γενόμενος ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀγγέλλων τὸ πραχθὲν ἐν ἀληθείᾳ οὐκ ἐπιστευόμην, ἕως εἰς ὅρκου βεβαίωσιν ἐλθεῖν με, διὰ τό ποτε καὶ τοῦτο (64) μόνον τηρῆσαί με τὸ κατόρθωμα. Οἱ οὖν οἰκεῖοι τοῦ τελευτήσαντος, καὶ οἱ τοῦ βασιλέως φίλοι, σὺν ἐμοὶ ἐπορεύθησαν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ πρὸ τοῦ τὸ πτῶμα τοῦ ἀνδρὸς προσεγγίσαι, τὸ πτῶμα τῆς στήλης ἠτένιζον θαυμάζοντες. Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφός φησιν, Ὅτι μᾶ τὴν θείαν πρόνοιαν οὕτως εὑρίσκω ἐν τοῖς Δημοσθένους συγγράμμασιν, ὅτι τούτου τοῦ ζωδίου ἀποκτανθῆναι ἔνδοξον ἄνδρα. Ὃς καὶ παρευθὺ τῷ βασιλεῖ Φιλιππικῷ πληροφορήσας κελεύεται καταχῶσαι τὸ αὐτὸ ζώδιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ· ὃ καὶ γέγονε, διὰ τὸ μὴ δέχεσθαι καταλύσεως. Ταῦτα, φιλόκαλε, μετὰ ἀληθείας ἐρευνῶν, εὔχου μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, καὶ ταῖς ἀρχαίαις στήλαις, καὶ μάλιστα ταῖς Ἑλληνικαῖς πρόσεχε θεωρῶν.

A ret, dextro pede tractum cadaver eo conjicere tentabam, quo rei projiciuntur. Verum metu correptus, relicto ad ostium onere in magnam Ecclesiam profugi. Cumque misso nuntio rem enarrarem, nulla mihi fides habita est, quoad jurisjurandi religio accessit; quod hoc solum mihi superesset quod agerem ad salutem. Defuncti igitur familiares, et imperatoris amici, mecum ad locum profecti, antequam ad viri cadaver accessissent, statuæ casum intentis oculis admirati sunt. Tum Joannes quidam philosophus, per divinam providentiam, inquit, ita reperio in scriptis Demosthenis, ab hac statua virum illustrem necatum iri. A quo statim certior factus Philippicus imperator, statuam eodem loco defodi jubet; quod etiam factum est, quia dissolvi statua non posset. B Hæc, vir optime, vere scrutatus, precare ne intres in tentationem, atque ad antiquas statuas, præsertim Græcorum, spectandas animum adverte.

Θεοδώρου Ἀναγνώστου ἔτι συντομία γυναικῶν.

Βερήνης γυναικὸς Λέοντος Μεγάλου ἡ στήλη πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου ἄνωθεν τῶν βάθρων (65) ἐν κίονι χαλκῇ· ἔτι τῆς αὐτῆς ἐν τῷ Ἀνεμοδουρίῳ πρὸς νότον (66), πλησίον τῆς ἁγίας Βαρβάρας. Ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη ἐν τῷ ἁγίῳ Ἀγαθονίκῳ ἔτι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ζῶντος ἕστη· ἡ δὲ ἄνωθεν τῆς ἁγίας Βαρβάρας, μετὰ τὴν τελευτὴν Λέοντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ φυγὴν Ζήνωνος τοῦ

Theodori Lectoris brevis tractatus de mulieribus.

Verinæ Leonis Magni uxoris statua prope sanctum Agathonicum supra gradus in columna ænea erigitur. Ejusdem item in Anemodulio ad meridiem prope sanctam Barbaram. Ac prior quidem ad sanctum Agathonicum viro adhuc superstite posita est. Quæ vero supra sanctam Barbaram post Leonis mariti mortem, et Zenonis generi fugam, cum scilicet Basiliscum fratrem suum coronavit,

Anselmi Bandurii notæ.

(64) *Διὰ τό ποτε καὶ τοῦτο*, etc. Id est, *quod hoc solum mihi superesset, quod agerem.* Fides si quidem dictis non est habita, testes nulli aderant, recurrendum igitur erat ad jurisjurandi religionem; quod sola canonica purgatio eum servare posset. Aliter vero hunc locum interpretatur Combefisius, *quod et mihi quandoque unum istud facinus constiterit.*

(65) *Ἀνωθεν τῶν βάθρων.* Duas item Verinæ statuas recenset Anonymus noster, quarum unam stetisse ait magis ad austrum vergentem quam sancti Agathonici templum post ascensum graduum, non vero supra gradus uti placuit Chronographo, alteram e regione proxime S. Barbaræ templum in Artotyriano loco, seu Artopoliis, situm. Cæterum Codinus etiam loquens de hac Verinæ statua quæ austrum versus prope S. martyrem Agathonicum stabat, μετὰ τὴν ἄνοδον τῶν ἐκεῖσε βαθμίδων exstitisse perhibet. Ita habet et Suidas v. *Βηρίνη*, ubi perperam Æmilius Portus interpretatus est: Βηρίνης τῆς γυναικὸς τοῦ μεγάλου Λέοντος δύο στῆλαι ἦσαν, *Verinæ magni Leonis uxoris duæ columnæ fuerunt*; Nam hic στήλη non columnam sed statuam significat, qua significatione passim apud Byzantinos scriptores occurrit; quod autem hic στήλη non columnam sed statuam significet, ex ipso Chronographo manifesto evincitur: Βηρίνης, inquit, γυναικὸς Λέοντος Μεγάλου ἡ στήλη πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου ἄνωθεν τῶν βάθρων ἐν κίονι χαλκῇ: scilicet, *Verinæ Leonis Magni uxoris statua prope sanctum Agathonicum supra gradus columnæ æneæ insidens exstitit.*

(66) *Ἐν τῷ Ἀνεμοδουρίῳ πρὸς νότον.* Hæc optime conveniunt cum Anonymo nostro, qui proxime sanctæ Barbaræ templum in Artotyriano C loco seu Artopoliis situm, alteram Verinæ statuam stetisse perhibet: siquidem Anemodulium in ipsis Artopoliis exstitisse creditur. Ilic vero Ἀνεμοδούριον pro Ἀνεμοδούλιον scriptum puto sive pro Ἀνεμοδῆριν; quomodo etiam apud Cedrenum scriptum reperio. Anemodulium graphice describit Nicetas Choniates in narratione de statuis Constantinopolitanis, quas Latini, capta urbe confractas, in monetam conflaverunt (*a*). Idem Nicetas lib. II in Andronico perhibet, habuisse etiam in animo Andronicum æream suam statuam supra columnam in sublimi æneo Tetrapleuro, ubi nudi Cupidines pomis se invicem petunt, quod Anemodulium vocant, erigere. Cæterum id quod Anonymus noster, Nicetas atque alii Ἀνεμοδούλιον vocant, Cedrenus, Ἀνεμοδήριον, quasi ἀνέμων δῆριν, *certamen* scilicet *ventorum*, nuncupat; ac Theodosio Magno ascribit, quod Leoni Isauro Anonymus noster et Codinus: ait enim pag. 323: Τὸ τετρασκελὲς τέχνασμα, ὃ Δῆριν λέγουσιν ἀνέμων, ἤγειρεν ὁ μέγας Θεοδόσιος πυραμίδος σχῆμα ζωγραφοῦν, καὶ ζώοις πλαστοῖς κεκοσμημένον βλαστοῖς τε καὶ καρποῖς, καὶ ῥοῦσκοις, γυμνοί τε ἔρωτες ἵστανται προσγελῶντες ἀλλήλοις ἡμέρως, καὶ τοῖς κάτω περιωσιν ἐμπαίζοντες· ἄλλοι δὲ ἐποχλάζοντες ἔμπαλιν νέοι, σάλπιγξι χαλκαῖ ἐμφυσῶντες ἀνέμους· χαλκοῦς δὲ βρέτας ὕψωθεν πετόμενον, πνοὰς λιγείας δεικνύει τῶν ἀνέμων. *Quatuor pedibus suffultum opus, quod Contentionem ventorum vocant, Theodosius Magnus erexit, pyramidis formam depingens, et fictilibus exornans germinibus, fructibus, atque malis Punicis. Stant et nudi amores invicem sibi blande arridentes, et infra transeuntibus illudentes. Rursum alii adolescentes subsidentes æreis tubis ventos inflant, et imago ærea in sublimi volans, acutos flatus ventorum ciet.*

(*a*) Hæc narratio Nicetæ Historiæ nunc subjicitur.

Digitized by Google

acclamante factione Prasina, *Verinæ orthodoxæ Helenæ multi anni*. Erat enim orthodoxæ fidei addictissima.

A γαμβροῦ αὐτῆς, ὅτε Βασιλίσκον ἔστεψε τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς, κράζοντος τοῦ Πρασίνου μέρους, *Βερίνης ὀρθοδόξου Ἑλένης πολλὰ τὰ ἔτη*. Ἦν γὰρ ὀρθόδοξος πάνυ.

De statua Euphemiæ Augustæ, quæ in tractu Olybrii erecta erat.

Euphemiæ uxoris Justini Thracis statua posita est in Olybrii tractu prope sanctam Euphemiam (quam illa ecclesiam excitavit) in exercesa, quam minima et auro obsita.

Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός, ἐν τοῖς Ὀλυβρίου πλησίον τῆς ἁγίας Εὐφημίας, ἡ τις ἐκκλησία ὑπ' αὐτῆς ἐκτίσθη (67), στήλη ἐν ἀναβάσει, μικρὰ πάνυ χρυσέμβαφος ὑπάρχουσα.

De statuis argenteis Eudoxiæ et ejus filiarum.

Eudoxiæ uxoris Arcadii ingens statua, et Pulcheriæ filiæ ejus allarumque ipsius duarum filiarum, omnes argenteæ. Præterea ejusdem Eudoxiæ altera in columna ænea, atque alia in Augustæis, cujus causa Chrysostomus exsilio multatus est.

Εὐδοξίας γυναικὸς Ἀρκαδίου μεγάλη πάνυ, καὶ Πουλχερίας θυγατρὸς αὐτῆς, καὶ ἑτέρων δύο θυγατέρων αὐτῆς, ἀμφοτέρων ἀργυραῖ· ἔτι τῆς αὐτῆς Εὐδοξίας ἐν κίονι χαλκῇ· καὶ ἑτέρα ἐν τοῖς Αὐγουσταίοις (68), δι' ἣν ὁ Χρυσόστομος ἀνασκευάσθη.

B

De statua Arcadiæ Augustæ ad Topos erecta, necnon aliis Ariadnæ et Zenonis ad Chalces portam positis.

Arcadiæ secundæ Zenonis uxoris statua in gradibus, qui vocantur Topi, ad ædes S. Michaelis archangeli; quo loco Zeno judicium tulit de iis qui ad Basilisci partes desciverant, locumque ipsum secretum fecit. Insuperque prioris ejus uxoris Ariadnæ, ipsiusque Zenonis ad regiam portam Chalces.

Ἀρκαδίας γυναικὸς Ζήνωνος τῆς δευτέρας, ἐν τοῖς πλησίον τῶν βάθρων λεγομένων Τόπων (69), ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Ἀρχιστρατήγου, ἔνθα Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκου, καὶ σέκρητον τὸν τόπον ἐποίησε. Ἔτι τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς Ἀριάδνης, μετὰ καὶ αὐτοῦ Ζήνωνος ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ τῆς Χαλκῆς (70).

De statua Pulcheriæ quæ in Chalce visebatur.

165*d* In eadem Chalce superius versus ambulacrum, quod est ante palatium, inclytæ Pulcheriæ cernitur statua.

Ἐν αὐτῇ τῇ Χαλκῇ πλησίον ἄνωθεν, Πουλχερίας τῆς ἀοιδίμου, ὡς ἐν τῷ περιπάτῳ τῷ ἐν τῷ παλατίῳ ἐμπρὸς ὑπάρχοντι, ἄνωθεν τῆς Χαλκῆς.

C

De statuis Constantini et Helenæ super Milliarii fornicem erectis.

Super fornicem Milliarii ad orientem, Constantini et Helenæ statuæ; ubi etiam crux visitur in cujus medio est Fortuna urbis.

Ἐν τῷ Μιλίῳ τῷ πρὸς ἀνατολήν, Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, ἄνωθεν τῆς καμάρας· ἔνθα καὶ σταυρός, καὶ μέσον τοῦ σταυροῦ (71), τῆς πόλεως ἡ Τύχη.

Anselmi Banduri notæ.

(67) *Ἥτις ἐκκλησίαν ὑπ' αὐτῆς ἐκτίσθη.* Ædem sanctæ Euphemiæ Olybrii nuncupatam exstruere cepit Eudoxia Valentiniani Junioris uxor; sed eam illa acerba morte subtata esset, Olybrius Romanus dignitate magister, qui juxta habitabat, eam absolvit: ita Codinus in Excerptis. Chronicon Alexandrinum loquens de Olybrio, qui Romæ imperator appellatus fuit, et Placidia ejus uxore: Οὗτοι, inquit, κτίζουσι τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν τὰ Ὀλυβρίου. Ex quibus apparet, eadem sanctæ Euphemiæ Olybrii dictam, ab Euphemia Augusta uxore Justini Thracis instauratam tantum fuisse, non vero de novo excitatam. In eadem autem æde sanctæ Euphemiæ concilium celebratum esse anno XXVIII Justiniani scribit Theophanes pag. 194 Fuit vero in ea monasterium virorum; nam Basiliscus presbyter et archimandrita τῆς ἁγίας Εὐφημίας τῆς ἐν Ὀλυβρίου subscripsit libello monachorum ad synodum sub Hormisda, et Dioscorus hegumenus interfuit concilio Constantinopolitano sub Mena. Cæterum vide quæ de statua Euphemiæ Augustæ, quæ erat ad hanc Ecclesiam, habet Codinus in Excerptis.

D

(68) *Καὶ ἑτέρα ἐν τοῖς Αὐγουσταίοις.* Hanc statuam Eudoxiæ, quam Chronographus in Augustæo posuit, Socrates et Sozomenus argenteam pariter fuisse docent, erectamque supra porphyreticam columnam secundum latus meridianum ædis Sophianæ, via duntaxat lata intercurrente, ante domum magnæ Curiæ; ejusdemque causa Chrysostomum exsilio multatum fuisse; nam cum in ejus conspectu ludi publici saltatorum et mimorum ederentur de more, qui jamdudum invaluerat colendi regias imagines, Joannes Chrysostomus hoc contra religionem Christianam fieri existimans, populum pro concione hac de re reprehendit. Quare Eudoxia iis se perstrictam ducens, in exsilium Chrysostomum pellit.

(69) *Ἐν τοῖς πλησίον τῶν βάθρων λεγομένων τόπων.* Topi Constantinopoli unde dicti, satis aperte ostendit Anonymus noster; scilicet. Zeno cum post biennium ingentibus copiis urbem ingressus, magnaque populi ac senatus frequentia exceptus esset, ac Armatius Basilisci præfectus cum omni exercitu ad Zenonem transisset, Basiliscus continuo una cum uxore et liberis in ecclesiam antiquam S. Irenæ confugit. Quare Zeno voluit ibi fieri loca judiciaria et sedes pro universo clero et senatu, ac ubi omnes consedissent, condemnavit Basiliscum, et in Limnas locum Cappadociæ relegavit. Et ob hunc judicum consessum locus ille Toporum nomen nactus est. Vide Chron. Alex. pag. 326.

(70) *Ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ τῆς Χαλκῆς.* Πύλαι βασιλικαὶ eæ sunt quas *regias* a Latinis appellari diximus. Cæterum quas statuas Zenonis et Ariadnæ ad Regiam Chalces portam Chronographus ponit, has Anonymus noster in Chalce proxime quasi ante palatii ambulacrum stetisse perhibet, ubi etiam inclytæ Pulcheriæ, ac pedestres duas exiguæ columnæ insidentes, Secundi philosophi distichis ornatas, exstitisse ait.

(71) *Καὶ μέσον τοῦ σταυροῦ.* Quomodo autem in medio crucis urbis Fortuna erat, pluribus ex-

Digitized by Google

De aliis statuis quæ in Milliario positæ erant.

Ἐν τῷ αὐτῷ Μιλίῳ Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ μετὰ τὸν μέγιστον Ἰουστινιανὸν, καὶ Ἀραβίας θυγατρὸς αὐτῶν, καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτῶν (72) εὐμορφοτάτης πάνυ, κεχρυσωμένη· Ἀρκαδίου καὶ Θεοδοσίου υἱοῦ αὐτοῦ ἐν τοῖς πλησίον Θεοδοσίου στήλης τοῦ πατρὸς, ἀμφότεραι ἐφ' ἵπποις· ὅτε καὶ σιτηρέσια ἐδόθη πολλὰ, ἐξαιρέτως δὲ τῷ Πρασίνων μέρει, κράζοντος τοῦ δήμου, *Ὁ γόνος Θεοδοσίου Κωνσταντῖνον ἐνίκησεν.* A

In eodem Milliario, Sophiæ uxoris Justini, Justiniani maximi successoris, et Arabiæ filiæ eorum, atque Helenæ formosissimæ neptis eorum statuæ auro obductæ. Arcadii item et Theodosii ejus filii haud procul statuæ Theodosii patris, ambæ equestres, in quarum dedicatione annonæ largitio splendida fuit, iis maxime qui Prasinæ factionis erant, acclamante populo, *Theodosii soboles Constantinum vicit.*

De statuis quæ in tribunali palatii erectæ erant.

Ἐν τῷ τοῦ παλατίου τριβουναλίῳ, Εὐδοκίας γυναικὸς Θεοδοσίου τοῦ ἐγγόνου Θεοδοσίου (73), Μαρκιανοῦ τε καὶ Κωνσταντίνου· ἔνθα καὶ ὀρχήσεις πλεῖσται ἕως Ἡρακλείου, τοῦ τε Πρασίνου καὶ Βενέτου μέρους γεγόνασιν.' B

In tribunali palatii Eudociæ uxoris Theodosii alterius Theodosii nepotis, item Marciani et Constantini statuæ collocatæ erant. Ubi etiam saltationes plurimæ Prasinæ et Venetæ factionis ad Heraclii usque tempora perstiterunt.

ΠΕΡΙ ΘΕΑΜΑΤΩΝ (74). 166 DE SPECTACULIS.

Θέαμα α'. *Spectaculum* 1.

Τὸ ἐν τῇ βασιλικῇ κιστέρνᾳ τῇ χρυσορόῃῳ (75) ἀνδρείκελον, χρυσέμβαφον ἄγαλμα ὑπάρχον (ἔνθα τὸ ἕξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως κατεσκευάσθη) τὸ γονυκλινὲς, Ἰουστινιανοῦ ἐστι, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον τὴν Κωνσταντινούπολιν τυραννήσαντος, καὶ πλησίον αὐτοῦ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀδελφῆς Βουσήρου Γλιαβάρου (76), μετὰ τὴν ἧτταν Τιβερίου

Simulacrum auro obductum in Basilica Cisterna auro laqueata (ubi Heraclii imperatoris Examum constructum est) virili specie in genua provolutum, Justiniani est, secundo Constantinopoli tyrannidem exercentis, ac prope eum uxoris ejus, sororis Buseri Gliabari, devicto Tiberio Apsimare; quando et Philippicus **167** eodem ipso in loco Basilicæ

Anselmi Bandurii notæ.

ponit Anonymus noster, scilicet in medio crucis erat catena clausa, atque magice consecrata, ut nempe, quousque illa catena integra maneret, urbs omnium gentium victrix esset, et ab hostium incursionibus libera; ita ut eam nec adire nec lædere possent; sed statim quasi victæ retrocederent. Quis vero hæc superstitiosa et pene ethnicismus non videt?

(72) *Καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτῶν.* Ita restituimus; omnes siquidem mss. habent αὐτοῦ vel αὐτῆς. Codinus καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτοῦ. Cod. Reg. 1, καὶ Ἀράβας τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτῆς. Reg. 2, Ἀράβδας. Suidas vero, καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, καὶ Ἑλένης τῆς ἀνεψιᾶς αὐτῆς. Chronographus item noster nonnihil diverse. At quidem utrobique legendum puto αὐτῶν. Helena quippe filia fuit Baduarii Cæsaris et Arabiæ, Justini Junioris et Sophiæ filiæ. Neptis itaque fuit Helena utriusque, non vero consobrina, ut vertit Lambecius.

(73) *Τοῦ ἐγγόνου Θεοδοσίου.* Male Combefisius legit τοῦ ἔγγονος Θεοδοσίου, et pejus interpretatur: *In palatii tribunali statuæ collocatæ erant Eudociæ uxoris Theodosii, et ipsius Theodosii, et Marciani,* etc. Τοῦ ἐγγόνου lego et sic interpretatus sum: *In tribunali palatii Eudociæ uxoris Theodosii, alterius Theodosii nepotis, item Marciani,* etc.

(74) *Περὶ θεαμάτων.* Philo Byzantinus scripsit περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων τοῦ κόσμου, hoc est, ut interpretatur Vitruvius, *de septem orbis spectaculis.* A. Gellius item lib. x, cap. 18, *septem omnium terrarum spectacula* vocat. At apud Chronographum et Codinum θεάματα dicuntur simulacra et statuæ, et cætera id genus ἔργα περιφανέστατα.

(75) *Τὸ ἐν τῇ βασιλικῇ κιστέρνᾳ τῇ χρυσορόῃῳ.* Ita quoque Lambecius et Combefisius legunt; corrupte enim in ms. habetur, τὸ ἐν τῇ βασιλικῇ σηρᾷ τῆς χρυσορόφου, etc. Anonymus vero noster ita habet: Εἰς δὲ τὸν τῆς βασιλικῆς C χρυσορόφον ὀπίσω τοῦ Μιλίου, ἦν ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἕξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως καὶ γονυκλινὲς Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, etc., id est, *In ea parte ipsius basilicæ pone Milliarium, quæ aureo laqueari operta est, stabat statua virilis inaurata, ubi etiam visebatur Examum Heraclii imperatoris, ac genuflexa Justiniani tyranni statua,* etc. Igitur præter statuam Justiniani genuflexam stabat altera auro obducta.

(76) *Τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἀδελφῆς Βουσήρου Γλιαβάρου.* Perperam hæc Combefisius legit et interpretatur, *ac prope eum, uxoris ejus et sororis, uxoris Buseri Gliabari.* Putat quippe legendum, καὶ τῆς ἀδελφῆς, non Chagani, sed vel ipsius Justiniani, vel Theodoræ ejus uxoris, ἡ Βουσήρου Γλιαβάρου, quæ uxor fuisset Buseri Gliabari; eoque, inquit, forsitan nomine statuam meruisset, quod cum sorore fratris insidias marito detexisset. At non animadvertit vir doctus hanc conjecturam non cohærere subsequentibus: siquidem paulo infra habet Chronographus: Πάντα οὖν οὐκ ὀλίγα ἐκεῖσε D ἐδόθησαν, ἔνθα αὐτοῦ τοῦ τυράννου καὶ τῆς γυναικὸς τὰ ἀγάλματα. Ego vero nullam medicinam adhibendam esse puto, ubi nullus adest morbus; sicque interpretatus sum, *ac prope eum uxoris ejus, sororis Buseri Gliabari.* Bis quippe nuptias iniisse Justinianum Rhinotmetum constat: at prioris uxoris ex qua filiam procreavit, nomen ac familiam non produnt scriptores. Altera fuit Theodora, Buseri, vel ut alii scribunt, Busiri Chazarorum chagani seu ducis filia, quam tum demum duxit cum in exsilio agens, paulo antequam imperium reciperet, ad eumdem Chaganum, insidiis Chersonitarum petitus, profugit. Verum cum Chaganum una cum Apsimaro sibi insidias struere comperisset, ab eo clam discedens, filiam patri remisit, sed haud diu post recuperato imperio Terbelis Bulgarorum principis ope uxorem cum filio Tiberio in urbem revocat, utrumque corona donat. Vide S. Niceph. CP *Breviar. hist.* pag. 121 et seqq. edi-

Digitized by Google

auro laqueatæ abrogatus est : ubi plerumque Terbelis Bulgarus Gliabarus et Chazarus sederunt. Ibi non paucæ pactæ pecuniæ datæ sunt, quo loco item tyranni et uxoris ejus statuæ sunt. Inter quas stat elephas tantæ magnitudinis, ut asserentibus belluarum custodibus nullus majore mole elephas reperiatur. Elephas autem ille a Severo Caro Græco effictus est ad spectaculum, ut aiunt. In illa quippe Basilica auro laqueata statutum fuerat ut elephas consisteret ad ostentum singularissimum. Collem enim esse aiebant ante partem graduum octoginta duorum, ubi et schola custodum urbis excubabat. Ibi, ut narratur, Carcinelo argentario, iniquis lancibus vendenti, elephas molestiam creabat, ita ut ille gubernatori elephanti plerumque interminatus sit, additis etiam necis inferendæ minis, nisi elephantum, qui sibi tabernam everteret, cohiberet. Ille vero quod oleum conveheret, elephanto imperare non poterat. Quem tandem occisum iniquus argentarius, elephanto devorandum apponit. Bestia vero nondum cicurata, illum quoque interemit. Quo audito Severus, hostias bestiæ non paucas obtulit : atque eo ipso loco confecta statua fuit, ubi etiam Hercules multis hostiis et sacrificiis cultus fuerat. Utique multo

τοῦ Ἀψιμάρου· ὅτε καὶ Φιλιππικὸς ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῆς χρυσορόφου βασιλικῆς ἀπεδοκιμάσθη (77), Τερβελὶ τοῦ Βουλγαρίας ἐκεῖσε (78) πολλάκις καθήσαντος, καὶ Γλιαβάρου Χαζάρου· πάντα οὖν οὐκ ὀλίγα ἐκεῖσε ἐδόθησαν, ἔνθα αὐτοῦ τοῦ τυράννου καὶ τῆς γυναικὸς τὰ ἀγάλματα. Ἐν οἷς ἐλέφας ἵσταται παμμεγέθης, ὡς οἱ θηριοδέκται ἡμῖν ἐβεβαίωσαν, μὴ γενέσθαι ἐπάνω αὐτοῦ τὸ μέγεθος τῶν ἐλεφάντων· τῶν δὲ μεγάλων ἕως οὗτος. Ὁ ἐλέφας ὑπὸ Σεβήρου τοῦ Καροῦ Ἕλληνος ἐτυπώθη θέαμά τι, κατὰ τὴν παράδοσιν. Ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ χρυσορόφῳ βασιλικῇ τὸν ἐλέφαντα παραμένειν εἰς θέαμα ἐξαίσιον. Ὄρον γάρ εἶναι πρὸς τοῦ μέρους (79) τῶν ἀναβαθμῶν τῶν οβ' ἔλεγον, ἔνθα καὶ σχολὴ φυλαττόντων πόλιν. Ἐν αὐτῷ δὲ φασὶ τὸν ἐλέφαντα παραμένειν Καρκινήλῳ ἀργυροκόπῳ ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς (80) τὴν πράσιν ποιουμένῳ· ὥστε διατρέφοντι τὸν ἐλέφαντα, φασὶν, ἀπειλεῖν, ὅτι καὶ ἐπορθεῖτο τούτου τὸ οἴκημα· καὶ πολλάκις διαβεβαιωσαμένου θάνατον τῷ θηριοτρόφῳ, εἰ μὴ τοῦτον κρατήσειεν (81)· αὐτὸς δὲ διὰ τὰς βαγύλας ἐλαιοφόρους κρατῆσαι οὐκ ἐνεδίδου· ὃν καὶ φονεύσας ὁ αὐτὸς ζυγοπλάστης, τῷ ἐλέφαντι εἰς βρῶσιν προέθηκε· τοῦ δὲ θηρίου ἀτιθάσσου ὄντος, καὶ αὐτὸν ἐξηνάλωσεν. Ὁ καὶ Σεβῆρος ἀκούσας, Θυσίας τῷ θηρίῳ οὐκ

Anselmi Bandurii notæ.

tionis Petavianæ ; Theoph. pag. 314. Hinc corrigendi sunt Anonymus noster et Codinus cæterique recentiores, qui, cum de S. Anna Deuteron cognominata loquuntur, Justinianum Rhinotmetum profugisse ad Terbelim Bulgarorum principem perhibent, qui filiam suam Theodoram ipsi in uxorem dedit, et insuper quindecim millia militum subministravit; nam non Terbelis Bulgarorum principis filiam Theodoram fuisse, sed Buseri Chazarorum chagani sororem satis constat ex laudato S. Nicephori loco, necnon Theophane ac Chronographo.

(77) *Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῆς χρυσορόφου βασιλικῆς ἀπεδοκιμάσθη.* Philippicus, cum biennium et menses aliquot imperasset, ipso die natalis urbis editis Circensibus ludis, post prandium in palatio meridians a conjuratis capitur, et ad Circum ductus oculis privatur. Vide S. Niceph. pag. 150. Quod autem hic S. Nicephorus Sabbato Pentecostes γενέθλιον τῆς πόλεως illo anno incidisse tradat, impossibile omnino est, cum in Menologio Græcorum ad XI Maii notetur τὸ γενέθλιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Oportet itaque hoc anno Pentecosten in Maii XII incidisse. Annus a fastorum conditoribus Christi DCCXIII statuitur, ind. XI, cyclo lunæ XI, cyclo solis Constantinopolitano XVII, epactæ solis VI, luna XIV, Aprilis XV, quæ cum concurrentibus dat feriam VII. Ideo postridie XVI ejusdem mensis Pascha, cyclo solis Romano XXII, lit. A ; Pentecoste vero Junii IV, longe post XII Maii. Sed neque ante hunc annum præterquam a. DCXLII, Pentecoste in Maii XII incidit ; neque post, nisi tantum a. DCCXXVI, ut ex Bedæ ac Dionysii Cyclis patet. Proinde falsum τὸ γενέθλιον Constantinopoleos ipso anno in Sabbatum ante Pentecosten incidisse. Vide doctissimi Petavii Notas ad laudatum Nicephori locum.

(78) *Τερβελὶ τοῦ Βουλγαρίας ἐκεῖσε*, etc. Terbelim Bulgarorum principem extra Blachernarum mœnia stationem habuisse perhibet Nicephorus noster ; ubi etiam omni honore ac munificentia a Justiniano exceptum scribit : Τῶν δὲ Βουλγάρων ἄρχοντα Τέρβελιν ἔξω τείχους Βλαχερνῶν σκηνούμενον πολλὰ φιλοφρονησάμενος, τέλος παραγενόμενος πρὸς αὐτὸν χλαμίδα τε περιβάλλει βασιλικὴν, καὶ Καίσαρα ἀναγορεύει. Καὶ συμπάρεδρον ποιησάμενος προσκυνεῖσθαι σὺν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐκέλευε. Καὶ πλεῖστα παρασχόμενος δῶρα πρὸς τὰ ἑαυτοῦ ἐξέπεμπε. Præterea Justiniano secundum imperatore statua Valentini argentea, examum tenens in dextera argenteum, ad pactam Barbaris pecuniam solvendam a Curio protectore ablata est forsan hæc quoque Bulgaris data, testatur idem Chonographus supra cum de Modio, Codinus item pag. 35, de eadem re loquens.

(79) *Ὄρον γὰρ εἶναι πρὸς τοῦ μέρους*, etc. Collem ibi exstitisse referunt Anonymus noster et Codinus. Combefisius legit : Ὄρον γὰρ εἶναι πρώτου μέρους, et interpretatur, *Metam enim esse ajebat primæ partis graduum octoginta duorum.* Hæc quidem lectio mihi non probatur : at ejus conjectura mihi arridet, φόρον scilicet pro ὄρον legendum. Forum sane rerum venalium ibi exstitisse sequentia denotant, quod argentarii taberna illic esset, quod elephas onera conveheret, quodque illic schola custodum urbis excubaret ; nam milites in Foro collocari solitos superius docuit Chronographus ; ἔθος γάρ, inquit, τὰ τοῦ φόρου παρ' αὐτοῖς φυλάττεσθαι : quo in foro terribilem elephantis statuam exstitisse perhibet ; num eadem ac eodem in loco ignoratur, sed certe haud procul.

(80) *Ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς.* Ita Lambecius et Combefisius ex Suida emendant ; perperam quippe in ms. legitur, ἐν πλατῦς. Anonymus noster habet, ἐναντίοις ζυγοῖς : et paulo post argentarius ζυγοπλάστης appellatur ab eodem Anonymo, necnon a Suida ubi Portus jure merito a Lambecio et a Combefisio reprehenditur, quod utrobique male interpretetur, *qui in libris a se factis venditionem faciebat.*

(81) *Κρατήσειεν.* Scribæ inscitia κρατήσει in ms. legitur ; sed plura hujusmodi, ubi manifestus scribæ error apparebat, nulla addita nota emendavimus, a supervacaneis quippe notis quantum licuit, abstinuimus ; neque res ab aliis illustratas illustrare aggressi sumus, nisi aliquid inde novi et inobservati nobis appareret.

Digitized by Google

ὀλίγας προσήνεγκεν. Ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τόπῳ παρευ- A
θὺ καὶ ἀπετυπώθησαν· ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς ἐλατρεύθη, παμπόλλας θυσίας δεξάμενος, καὶ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ μετετέθη (82) εἰς θέαμά τι μέγιστον. Τὸ δὲ πρότερον ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ὑπατικοῦ ἐπὶ τὸ Βυζάντιον εἰσήχθη, μετὰ καρούχας καὶ νηὸς καὶ στηλῶν δώδεκα. Αὕτη, φασίν, ἡ ἱστορία τοῦ θεάματος Σευήρου ἡ ξένη γέγονεν ἐπὶ Ἀνθίμου ὑπάτου· οὗτινος τὰ Ἀνθίμου κατὰ τὴν κέλευσιν Νουζαμήτου ὑπάρχου τῆς πόλεως τοῦ ἀπὸ Περσῶν ἀντὶ πάκτων ἐχρηματίσθησαν, ἐν ταῖς ἡμέραις Βύζα καὶ Ἀντίου, καὶ ἕως τῆς σήμερον τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἐν πείρᾳ προτέθειται θέαμα.

magis spectaculo esset in Hippodromum invectus est; cum **168** prius Roma Byzantium Juliano consule cum carruca et nave ac decem aliis statuis translatus fuisset. Contigit vero stupenda hæc spectaculi Severiani historia, Anthimo consule: cujus Anthimi bona, jubente Nuzameto urbis Præfecto Persa, pro pacta pecunia solvenda vendita sunt, in diebus Byzæ et Antii, hodieque philosophantibus ad experimentum hoc spectaculum prostat.

ΘΕΑΜΑ Β'. *Τῶν ἐν τῷ Ὡρέῳ Μιλίῳ.*

Ἐν τῷ Ὡρέῳ Μιλίῳ, Ἡλίου ἅρμα (83) ἐν τετράσιν ἵπποις πυρίνοις ἱπταμένοις παρὰ δύο στηλῶν ἐκ παλαιῶν χρόνων ὑπῆρχεν, ἔνθα Κωνσταντῖνος εὐφημίσθη (84) μετὰ τὸ νικῆσαι Ἀζώτιον, καὶ Βύζαν καὶ Ἄντην, κράζοντος τοῦ Βενέτου μέρους,

..... *Εἶλες παλίνορσον ἱμάσθλην,*
Ὡς δὲ δὶς ἡβήσας μαίνεαι ἐν σταδίοις·

τοῦ δὲ Πρασίνου μέρους λέγοντος, Οὐ χρῄζομέν σε, λωβέ· οἱ Θεοὶ ἀνώτεροι αὐτοῦ ἦλον. Τοῦ δὲ Ἡλίου ἅρματος κατενεχθέντος ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, δορυφορούμενον εἰσῄει στηλίδιον καινὸν παρὰ Κωνσταντίνου κατασκευασθὲν ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον, Τύχη πόλεως· ἐν βραβείοις πλείστοις εἰς τὸ στάμα εἰσῄει, καὶ ἔλαβεν ἄθλα παρὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει, καὶ ἐτίθετο ἐν τῷ Σενάτῳ, ἕως τῶν Γενεθλίων τῆς πόλεως. Ὑπὸ δὲ Ἰουλιανοῦ, διὰ τὸν χαραχθέντα σταυρὸν, ἐν αὐτῷ βοθύνῳ, ὅπου τὰ πλεῖστα θεάματα, καὶ αὐτὸ παρεδόθη.

B

C

SPECTACULUM II. *De iis quæ in Aureo Milliario erant.*

In Aureo Milliario jam inde ab antiquis temporibus currus Solis trahente quadriga equorum ignei coloris quasi volantium a duabus columnis visebatur: ubi Constantinus post victos Azotium, Byzantem et Antem, Venetæ factionis his acclamationibus exceptus est:

. . . Vertisti retro flagellum,
Ac velut bis pubescens, insanis in stadiis.

Prasina ex opposito factione dicente, *Non te opus habemus, injuriose; Dii illo superiores traxere.* Solis autem curru in Hippodromum deducto, statua illa exigua, urbis scilicet Fortuna, quam Constantinus fabricaverat, Sole vecta, multis braviis instructa in Hippodromi tribunal veniebat, receptisque a Constantino imperatore victoriæ præmiis, **169** inde coronata exibat, atque in senatu usque ad diem urbis natalem reponebatur. A Juliano autem quod insculptam crucem haberet, in eam fossam projecta et terra obruta est, in quam plurima quoque alia spectacula.

ΘΕΑΜΑ Γ'. *Τῶν ἐν τῷ Φόρῳ.*

Βαλμασὰ κεντυρίων φίλος εἰδώλων πάνυ κατέαξε τὸ εἴλημα τοῦ Φόρου (85) ὡρολογίου, θέας χάριν, ὡς ἔλεγεν· ὡς δὲ ἐν τῷ δοκεῖν μᾶλλον ἕνεκα τοῦ κλέμματος (86) καὶ τοῦτο ποιήσας (87), ἔκλεψε τὸ Παλλάδος εἴδωλον ἀργυροῦν. Καὶ τὰ βαλάντια Ἀσκληπιοδώρου (88) εὑρέθησαν τῶν τριῶν λιτρῶν

SPECTACULUM III. *De iis quæ in Foro exstant.*

Balmasa centurio, idolorum studiosissimus, horologii in Foro stantis involucrum spectandi causa, ut aiebat, confregit; ut autem vero similius erat, furandi causa id egit: Minervæ quippe signum argenteum furatus est, Asclepiodori quoque marsupia trium librarum reperta sunt, item corona Cleo-

Anselmi Bandurii notæ.

(82) *Καὶ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ μετετέθη.* Hanc statuam ex ære cælatam fuisse, auctore Lysimacho, testatur Nicetas Choniates in Narratione *de statuis Constantinopolitanis*, etc.

(83) *Ἡλίου ἅρμα.* Ita ex Anonymo nostro restituimus. Perperam quidem legit et interpretatus est Combefisius: Ἐν τῷ Ὡρέῳ Μιλίῳ Ἡλίου ἅρμα, etc. *In aureo Solis Miliario, jam inde ab antiquis temporibus Jovis currus*, etc. Ego vero Anonymi nostri lectionem secutus sum. Miliarium aureum in nova Roma adinstar veteris Romæ exstitisse scriptores omnes perhibent. Nullus vero Miliarii Solis meminit. De curru autem Solis, hoc est, statua Constantini, capite radiato, qualem in nummis ejusdem imperatoris videre est, loquuntur Chron. Alex., Anonymus noster, Codinus et alii complures.

(84) *Ἔνθα Κωνσταντῖνος εὐφημίσθη.* Ita ex Suida restituimus. Perperam sane in ms. legitur, Ἔνθα Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας εὐφημίσθη; nam Constantinus hic non imperator, sed auriga celeberrimus fuit in quem aliquot epigrammata exstant Anthologiæ lib. v. Quia autem sequentes versus a Chronographo laudati desumpti sunt ex epigrammate in Porphyrium aurigam Venetæ factionis, putat Lambecius pro *Constantinus* legendum *Porphyrius*.

(85) *Τὸ εἴλημα τοῦ Φόρου.* Corrupte in ms. legitur τοῦ πύρου. De horologio Fori loquuntur Anonymus noster et Codinus.

(86) *Ἕνεκα τοῦ κλέμματος.* Ita et Lambecius legit. Perperam in ms. habetur, ἕως τοῦ κλέμματος.

(87) *Καὶ τοῦτο ποιήσας.* Vel καὶ τοῦτο ποιήσαντος αὐτοῦ. Male Combefisius legit, καὶ τοῦτο ποιήσαντος, etc.

(88) *Καὶ τὰ βαλάντια Ἀσκληπιοδώρου.* Hoc perperam interpretatur Combefisius: *Esculapii quoque lances inventæ sunt trium librarum pondo:* Βαλάντια siquidem *marsupia* significant, nullibi pro lancibus usurpatum reperi; neque Asclepiodorum pro Æsculapio vel contra; nomina quidem propria sunt omnino diversa: Asclepiodorum forsan pictorem intelligit, qui ætate Apellis floruit. Olymp. scilicet CXII. Hunc in symmetria mirabatur ipse Apelles. Quod autem marsupia ipsi Chronographus attribuit, hinc fortassis fabulæ origo, quod Asclepiodoro huic Mnason tyrannus pro XII diis dederit in singulos mnas trecenas: testis est Plinius. Sed istæ, mi lector, conjecturæ: ænigma ægnigmate solvitur.

Digitized by Google

patræ ex smaragdis colore alabastrino. Re cognita, imperator Constantinus centurionem morte damnavit. Etsi autem impudenter negaret, ac deos obtestaretur, capite truncatus est in uno e gradibus ipsius Fori, ubi olim epulæ ac prandia fiebant. Scelus vero in altero fornice perpetratum non tacebimus. Maxentii mœchi simulacrum divinis honoribus illic colebatur; et quod multi idololatrarum ignorabant, Deus eques adorabatur. Quapropter Constantinus simulacrum évertit, ac eos, qui id temere ausi essent, capite mulctavit. Ubi etiam Arius postea fœda morte periit; qui cum blasphema dicta Græcanicis pejora miser **170** pronuntiasset, quando cum comitatu et pompa Constantinopolitanum thronum, imperatoria manu stipatus raptum procederet. Verum Alexander, vir divina scientia præditus, non prius cessavit quam illum funestæ morti tradidit. Eodem loco, qui a fornice viginti novem palmos habet, sub religioso imperatore Theodosio, Arius marmorea statua effictus est quæ solo tantillum sublimior erat, ac cum illo Sabellius, Macedonius, Eunomius; ut eos qui præterirent tales sibi magistros adscribere puderet; utque ii qui Filio honorem detraxerant, stercore, urina, sputo et lu-

A καὶ ἡ κορωνὶς Κλεοπάτρας (89) κατασκευασθεῖσα σμαραγδινὰς πάνυ ἀλάβαστρος. Τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, τὸν αὐτὸν κεντυρίωνα (90) Βαλμασὰ ἐπετίμησεν ἄξιον θανάτου. Τοῦ δὲ ἀναισχυντοῦντος, καὶ θεοὺς ἐπικαλουμένου, ἀπετμήθη εἰς ἓν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ φόρου, ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ πρῶτα ὑπῆρχεν (91). Τὸ δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ καμάρᾳ γεγονὸς ἄθεσμον οὐ σιωπήσομεν. Τὸ τοῦ μοιχοῦ Μαξεντίου (92) εἴδωλον ἐκεῖσε προσεκυνεῖτο λατρευόμενον, καὶ τοῖς πολλοῖς εἰδωλολάτραις ἀγνοούμενον, θεὸς Ἱππόσυνος ἐλατρεύετο· διὸ Κωνσταντῖνος αὐτὸ μὲν κατέβαλε· τοὺς δὲ τοῦτο τολμήσαντας ἀπεκεφάλισεν. Ἔνθα καὶ Ἄρειος μετὰ ταῦτα τὸν μιαρὸν θάνατον ὑπέστη, χεῖρονα Ἑλλήνων βλασφημήσαι ἀποτολμήσας ὁ δείλαιος, μετὰ B λιτῆς καὶ τιμῆς (93) τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τῇ βασιλικῇ χειρὶ καθαρπάσαι βουλόμενος· Ἀλλ' οὐκ Ἀλέξανδρος ὁ πολὺς ἐν θεογνωσίᾳ τοῦτο παρεσ... (94) ἕως τῷ ὀλεθρίῳ θανάτῳ τοῦτον παρέδωκεν. Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ (95) ἀπὸ τῆς καμάρας ἕως κθ' παλαιστὰς ἔχοντι, ἐπὶ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου ἀπετυπώθη Ἄρειος ἐν μαρμάρῳ συγγειτνιῶντι τῇ γῇ, καὶ σὺν αὐτῷ Σαβέλλιος, Μακεδόνιος, Εὐνόμιος, πρὸς αἰσχύνην τοῖς διερχομένοις (96) σφετερίζειν

Anselmi Bandurii notæ.

(89) *Καὶ ἡ κορωνὶς Κλεοπάτρας.* Κορωνὶς et κορόνα, et κορώνα et κουρούνα recentioribus Græcis pro *corona* accipitur. Vide Ducangii Gloss. med. et inf. Græc.

(90) *Τὸν αὐτὸν κεντουρίωνα.* Scribæ mendum C τῷ αὐτῷ κεντουρίωνι, ut et Lambecius animadvertit.

(91) *Ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ πρῶτα ὑπῆρχεν.* Id est, *capite truncatus est in uno e gradibus ipsius fori, ubi olim epulæ ac prandia fiebant.* Loquitur hic forsan Chronographus de tribunali in Foro Constantini, quod in regione tertia statuitur in veteri urbis Descriptione, ac proinde eidem usui deserviebat, quo tribunal novemdecim accubitorum seu accubituum, cujus descriptio habetur apud Luitprandum lib. VI *Hist.* cap. 3: *Est domus*, inquit, *juxta Hippodromum, aquilonem versus, miræ et altitudinis et pulchritudinis, quæ Decaennea cubita vocatur. Quod nomen non abs re, sed ex apparentibus causis sortita est* Δέκα *enim Græce, Latine decem,* ἐννέα *novem, cubita a cubando, inclinata vel curvata possumus dicere. Hoc autem ideo, quoniam quidem decem et novem mensæ in ea, quæ secundum carnem est Domini nostri Jesu Christi Nativitate apponuntur: in quibus imperator pariter et convivæ non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur: quibus in dietus non argenteis, sed aureis vasis ministratur.*

(92) *Τὸ τοῦ μοιχοῦ Μαξεντίου.* Ita etiam Lambecius et Combefisius legendum putant. Corrupte scribitur in ms. τοῦ μυχοῦ Μαξεντίου. Quantus enim erat Maxentius in rapiendis constuprandisque aliorum uxoribus testatur Euseb. lib. VIII, ubi hæc de eo leguntur cap. 26, μοιχείας καὶ παντοίας ἐπιτελῶν φθορᾶς. Cæterum nimis scrupulosus videtur Combefisius, qui pro Μαξεντίου *Maximini* scribendum censet, eo quod Maxentius propensior in rem christianam esset, Maximinus vero Græcanicæ superstitionis vindex acerrimus Christianisque iniquior. Quandoquidem Maxentius initio, populi demerendi gratia tantum, Christianis favere visus est, ac persecutioni modum adhibuit: at mox in omni se crudelitatis ac flagitii genere volutavit. Testatur Euseb. eodem lib. cap. 14; Optatus item lib. 1.

(93) *Μετὰ λιτῆς καὶ τιμῆς.* Scilicet, *quando cum comitatu et pompa Constantinopolitanum thronum, imperatoria manu stipatus raptum procederet.* Perperam interpretatur Combefisius, *supplicationis pompa ac honore Constantinopolitanam sedem imperatorie abusu potestatis armata manu atque vi esset rapturus.* Neque hic λιτὴ *supplicationis pompam*, seu *supplicationem*, ut putat Combefisius, significat, aut *processionem ecclesiasticam*, qua notione in Euchologio et passim apud scriptores occurrit, sed pro *comitatu et pompa* sumitur, ut manifeste ex Cedreno liquet pag. 296: Τῇ γὰρ ἑξῆς ὁ ἀνόσιος μετὰ φαντασίας καὶ γαυριάματος εἰς τὴν ἐκκλησίαν προερχόμενος, ἐπειδὴ ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ λεγομένου Σινάτου ἐγένετο, τῆς γαστρὸς νυξάσης αὐτὸν, τοῖς ἐκεῖσε ἀφεδρῶσιν ἀποχεχωρηκὼς, ἀγγελικῇ κατασπᾶται χειρὶ, τῆς τε κοιλίας αὐτοῦ καὶ τῶν σπλάγχνων σὺν τῇ ψυχῇ βαγέντων καὶ εἰς ἀφεδρῶνας καταβληθέντων. *Nam Arius cum postridie magno cum fastu et ostentatione ad ecclesiam procederet, cum in Foro non procul a curia abesset, rentre stimulante ad latrinam abiit: ibique ab angelo ictus, intestina in latrinam egessit atque exanimatus est.*

(94) *Τοῦτο παρεσ.* Lego παρέσχεν, scilicet Alexander, Constantinopolitanus episcopus, cum ei ab imperatore mandatum esset, ut Arium in Ecclesiam reciperet, anxius, ut par erat, animi, totam noctem ad Dominum precibus fusis Arium pessumdedit, testatur Cedrenus laudato loco.

(95) *Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ*, etc. Locus forsan ille de quo loquitur Anonymus noster, cum de statua Fortunæ urbis, quæ a Juliano in foveam projecta est, quod crucem capiti insculptam haberet; ἔνθα Ἄρειος, inquit, τὸν ἔχθιστον θάνατον ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Φόρου τοῦ Σινάτου ἀπέδωκεν· ποῦ καὶ οἱ παρερχόμενοι οὖρα καὶ κόπρα ἐτίθουν αὐτῷ τῷ ἐχθίστῳ Ἀρείῳ.

(96) *Πρὸς αἰσχύνην τοῖς διερχομένοις.* Id est *ut eos qui præterirent tales sibi magistros ascribere puderet; utque ii qui Filio honorem detraxerant, stercore, urina, sputo et ludibriis deturparentur.* Combefisius vertit, *ad eorum probrum, qui sibi hos ridicare student; et ut ii qui Filio honorem detraxerunt,*

Digitized by Google

τούτους, καὶ κόπρῳ καὶ οὔρῳ καὶ ἐμπτύσματι, καὶ ἀτιμίαις ὀνειδίζεσθαι τοὺς τὸν Υἱὸν ἀτιμήσαντας. Ἅτινα καὶ καθορῶνται σῶα ἕως τῆς σήμερον, τοῖς τὰ γεγραμμένα παρ' ἡμῶν μετὰ φιλοσοφίας καὶ πόνου διερευνῶσι. A

dibriis deturparentur. Quæ hactenus integra conspiciuntur ab iis, qui scripta nostra philosophice et studiose scrutantur.

ΘΕΑΜΑ Δ'. *Τὸ ἐν τοῖς Ἀρτοπωλίοις πόροις* (97) *ὑπάρχον.*

Κυνάριον ἀπὸ μαρμάρου (98) οὕθατα πλεῖστα ἐν τῇ νεμέσει περιφέρον, ὡς οἰκοθεν μυρμηκιὰ λατρεύειν ἐπεχείρουν, τοῖς θεωρεῖν κατὰ πᾶν ἐθέλουσι, τοῖς πᾶσι προὔκειτο· ταοῦ δὲ καὶ ἀετοῦ καὶ λεαίνης, λαγωοῦ τε καὶ κριῶν κάραι, καὶ στρουθῶν, καὶ κορωνῶν καὶ τρυγόνος, μυὸς καὶ γαλῆς, καὶ δαμάλεων ἐμαοῦσαι, καὶ Γοργονίδες δύο ἀμφότεραι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, ἡ μία τῇ ἑτέρᾳ κατ' ὄψιν βλέπουσα, ἀπὸ μαρμάρων, ἀναγεγλυμμέναι, τὰ φυραθέντα κάτω τῶν αὐτῶν πόρων ἤτοι Ἀρτοπωλίων, θέας τοὔνεκεν Κωνσταντίνου δρᾶμα. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Βούλγαρος ὑπὲρ βοὸς καθαρὸς ὑπάρχων, ὡς τῇ γῇ διορύττειν ἐθέλειν τοῖς ὁρῶσι θεαμά τι μέγιστον. Διέκειτο δὲ τοῦτο ἕως τῶν πολλῶν, καὶ μέχρι Ζήνωνος ἀρκέσαι τὴν ἱστορίαν. Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν, ἀπὸ χρονογράφων περαιωθείς, ἐβεβαιώθη τὰς Γοργονίδας τὰς μαρμαρίνους, ἅτε τὴν μίαν ἐκ δεξιῶν, ἅτε δὲ τὴν ἐξ εὐωνύμων, ἱερογλυφικά τινα καὶ ἀστρονομικὰ ἐχίδνια συλλαβούσας τῶν βασιλέων γράφειν τὰς ἱστορίας, Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου τοῦτο ποιήσαντος. Τοῦ δὲ αὐτοῦ Γαληνοῦ ἐπὶ πλεῖστον συχνάσαντος, καὶ τοῖς ἀναγνώσμασιν τούτου προσέχοντος, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν Ζήνωνι παρὰ Βερήνης ἠγέλασε. Καλλίστρατος δέ τις, συρφετὸς μὲν τῷ γένει, κάπηλος δὲ τῇ ἀξίᾳ, ἐμβατεύοντι τῇ ἱστορίᾳ τῶν Γοργονίδων Γαληνῷ καὶ μάλιστα συχνῶς προσέχων μετὰ τὴν ἀνάκαμψιν Ζήνωνος τὴν ἀπὸ Ἰσαυρίας τὸ δεύτερον, φατειασθεὶς ὁ αὐτὸς Γαληνὸς παρὰ τοῦ αὐτοῦ Καλλιστράτου, τοσούτους ἐμπαιγμοὺς ἐπ' ἐνιαυτοῦ καθ' ἑβδομάδας ὑπέμεινεν, ὥστε μέχρι τέλους τὸ πέρας ἐν τῇ αὐτῇ Ἀρτοπωλίων καλενδίᾳ, ἐν αὐτοῖς τοῖς ζωδιακοῖς τετραπόδοις καὶ πετεινοῖς Σελεντίου ὑπ' ἄρχοντος ξίφει ἀποκεφαλισθῆναι, κράξαντος τοῦ Πρασίνου μέρους καὶ τοῦ ὄχλου, *Δικαία ἡ κρίσις*. Ἀριστείδης δὲ φιλόσοφος ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ τόπῳ τοιῷδε, ὃ καὶ φαίνεται ἕως τῆς σήμερον, *Γαληνοῦ θηρία, ἀδικία νεμομένη Ζήνωνι*· καὶ τυπώσας τὴν γραφίδα, ἀπέδρα ἐν Χερσῶνι, καὶ ἐσώθη ἕως τῆς σήμερον. B C

SPECTACULUM IV. *De iis quæ in Artopoliis exstant.*

Catellam marmoream multis mammis distribuendis muneribus præditam, confertim animantes adorare tentabant : quod iis qui considerare vellent erat expositum, pavonis scilicet, aquilæ, leænæ, leporis, arietumque capita, passerum item, cornicum, turturis, muris et felis : itemque buculæ mugientes, Gorgones duæ a dextris et sinistris, obversa mutuo facie, ex marmore sculptæ. Quæ in Artopoliis sculpta a Constantino ad spectaculum facta sunt. Sed etiam Bulgarus mundus **171** bovi insidens, qui quasi spectaculum videntibus maximum, humo defodi voluerit. Hæc multis temporibus constitere, et usque ad Zenonem oculis contemplari licebat. Galenus vero quispiam medicus et philosophus, ut ipse docuit ex Chronographis mutuatus asseverabat, Gorgones marmoreas, quarum alia a dextris, a sinistris alia erat, hieroglyphicas quasdam et astronomicas viperulas continentes, imperatorum historias complecti, magno Constantino ejus rei auctore. Cum vero idem Galenus eo crebrius ventitaret, et lectioni attenderet, de iis quæ a Verina Zenoni eventura erant, in risum effusus est. Callistratus vero quidam ex infima plebe caupo, Galenum Gorgonas sæpius adeuntem, easque assidue considerantem, apud imperatorem Zenonem ex Isauria secundo reversum accusavit : qui Galenus multa ludibria et plagas per annum sustinuit, donec tandem in ipsa Artopoliorum calendia, et ad ipsam quadrupedum animalium atque volucrum statuam, a Silentii præfecto capite plecteretur, clamante Prasina factione ac plebis promiscua turba, *Justum judicium*. Aristides vero philosophus ejusmodi nomen loco imposuit, hodieque manet, *Galeni bestiæ, Zenoni iniquitas attributa*. Scriptaque lamina, in Chersonem aufugit, hactenusque incolumis est.

Anselmi Bandurii notæ.

stercorum, urinarum, sputorum ludibrio prætereuntibus habeantur, ac dehonestentur. Hoc autem Lambecius ita legendum putat : Ὥστε τοὺς διερχομένους ἐφεδρίζειν τούτοις, καὶ κόπρῳ, καὶ οὔρῳ, καὶ ἐμπτύσματι, καὶ, etc.

(97) *Τὸ ἐν τοῖς Ἀρτοπωλίοις πόροις.* Combefisius loco πόροις legendum putat φόροις.

(98) *Κυνάριον ἀπὸ μαρμάρου*, etc. Hoc quidem sic legendum putat Lambecius, κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου οὔθαρα πλεῖστα ἐν τῇ νεμήσει περιφέρον, ὡσεὶ τέκνοις μυρίοις δαιτρεύειν ἐπιχειροῦν. Statuam, inquit idem Lambecius, naturæ describit, quæ innumeris mammis et omnigenorum animalium capitibus circumdata figuratur, quod quasi communis mater, omnia lacte suo nutriat. Posset etiam sic corrigi, ait ipse, hic locus : κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου οὔθαρα πλεῖστα ἐν τῇ νεμήσει περιφέρον ὡσεὶ μυρμήκια, id est, Statua marmorea plurimis mammis circumdata, quasi nævulis seu verrucis. Nam nævuli sunt cutis eminentiæ, quas Græci ἀκροχορδόνας vocant. Similiter Gellius lib. XII, cap. 1. *An tu quoque*, inquit, *putas naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores non liberorum alendorum, sed pectoris ornandi causa dedisse?* Hæc autem Lambeciana lectio, seu potius eratorum castigatio nobis etiam arridet. D

Digitized by Google

SPECTACULUM V. **172** *Ad Amastriam Caracallæ præpositi.*

Quod a Trajano spectaculum seu idolum Byzantinæ urbis primum occurrit Mecas et Glaucus : ex quibus Theodorus chronographus lectionibus clarus. Jupiter ; Sol eodem in loco, marmoreo curru invectus. Jovis scuticam ferens, Aristides. Hercules, auriga recumbens, hoc Deum titulo donans, *Apollo Pancratiastes*. Ubi Cytli fluvius ; Aetius, a Lyco impuro cultore adoratus. In eo testudines plenæ avibus, et dracones octodecim, Acuntius item philosophus idolorum antistes, uxoris immolator ac duorum liberorum ; matris Aglaidis et sororis Graphentiæ. Eodem in loco dæmonum [quippe regum] visiones afflatusque philosophis obtingunt ; maxime si lingua semineve adulteris reges fuerint exitiosi. Idcirco ad nudam oculos conjicientes statuam, sideritimque herbam cochleari concalefacientes, atque naribus adurentes, regis amicos lactari ; ac si forte ex his innotescere velit, divinum eos responsum accipere. Ingens pecuniæ vis, præsertim denariorum humo defossa, quin et auri thesaurus, quod cum theatrum esset die Jovis, populus **173** conferta multitudine spectaculi admiratione defixus, terræ motu, circa tempus Byzæ et Antis, in ipsa cavea absorptus sit. Contigit vero cum necdum Constantinus Dei cultor Urbi innotuisset, sed Romæ. Equi autem et aviculæ, Galinduchii ducis sunt, quæ ad Artemisii ignem hodieque conspiciuntur. Idcirco, quanquam multis laboribus tuæ virtutis causa, vir probe, perfuncti, nihil tamen indigne tulimus.

De Foro Bovis.

Spectaculum quod in Foro Bovis positum erat, clare tibi describemus, quando id sæpe sæpius, vir

ΘΕΑΜΑ Ε'. *Τὸ ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ Καρακάλλου προκειμένου.*

Θεαμάτιον ἤτοι εἰδώλιον (99) τῆς Βυζαντίου πόλεως πρωτεῦον ἀπὸ Τραϊανοῦ, Μεκᾶς καὶ Γλαῦκος· ἐξ ὧν Θεόδωρος χρονογράφος ἀναρρωσθεὶς ἀναγνώσμασιν. Ζεὺς, Ἥλιος ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐν ἅρματι μαρμαρευθέτῳ. Διὸς σκυταλίδης Ἀριστείδης, Ἡρακλῆς, ὁ ἀνακείμενος ἡνίοχος θεὸν ἐπιγράφων, Ἀπόλλων παγκρατιαστής. Ἔνθα ὁ ποταμὸς ὁ Κύτλου, Ἀέτιος ὁ ἀπὸ Λύκου μυσταγωγευόμενος, ἐν αὐτῷ χελῶναι μεσταὶ ὀρνίθων· ἐν αὐταῖς δράκαιναι ιη', καὶ Ἀκούντιος φιλόσοφος εἰδώλων πρωτοστάτης, καὶ θύτης γυναικὸς καὶ δύο τέκνων, μητρὸς Ἀγλαΐδης καὶ ἀδελφῆς Γραφεντίας. Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ δαιμόνων ἐπιστασίαι καὶ πώσεις, ἅτε βασιλέων, τοῖς φιλοσοφοῦσι· μάλιστα ἐὰν πόρνοις εἶεν τῇ γλώττῃ ἢ τῇ σπορᾷ, οἱ βασιλεῖς ὀλέθριοι. Διὰ τοῦτο τῷ γυμνῷ προσεχέτωσαν ζωΐῳ, καὶ σιδηρέαν βοτάνην σὺν κοχλίδι περιζέσαντες, καὶ τοῖς μυκτῆρσιν ὀπτήσαντες, γαλουχεῖται τοῖς φίλοις τοῦ ἄνακτος· καὶ ἢν γνωστὰ ἐκ τούτων ἴσως θέλεται, εἰς αὐτοὺς γενέσθαι ἡμῖν. Πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ μάλιστα δηναρίων κατέχωσται κάτωθεν, ἅτε δὴ καὶ θησαυρὸς χρυσίου, ὅτι θέατρον ὑπάρχων, καὶ τοῖς πολλοῖς βλέπειν ἐν ἡμέρᾳ Διὸς θυσίας καὶ θαυμάζουσιν· σεισμοῦ δὲ γενομένου, ἀποβανεῖν ἐν αὐτῷ τῷ πέλματι, ὡς ἐπὶ Βύζᾳ καὶ Ἄντῃ. πρὶν Κωνσταντῖνος τῇ πόλει, ἀλλὰ τῇ Ῥώμῃ, θεὸν γινώσκων ἐφαίνετο. Οἱ δὲ ἵπποι καὶ αἱ κιννύρες Γαλινδουχίου (1) τοῦ δουκός· ἅτινα καθορῶνται ἐν τῷ πυρὶ Ἀρτεμισίῳ ἕως τῆς δεῦρο· ὅθεν, φιλόκαλε, πολλοὺς κόπους διὰ τὴν σὴν ἀρετὴν ὑπομείναντες, οὐδὲν ἠγαναχτήσαμεν.

Τοῦ Βοός.

Τὸ δὲ ἐν τῷ Βοῒ θέαμα τρανῶς σοι ὑποδείξομεν, ὅπερ πλειστάκις δι' ἐπιστολῶν ἡμῖν ἐσήμανας δηλόν

Anselmi Banduríi notæ.

(99) *Θεαμάτιον ἤτοι εἰδώλιον.* etc. Cum totum hoc caput seu spectaculum quintum non unico laborare mendo, sed undique, ut aiunt, scatere ulceribus animadvertissem, a nova interpretatione manum submovendam esse duxi, ne et ipse mirificus chirurgus, τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰώμενος videar ; interpretationem vero Combefisii, commodo lectoris consulens, qualiscunque sit, in medium attuli, non quod ipsa mihi probetur, sed ut ad manus, inquam, sit lectori. A notis quoque abstinemus, tum eadem de causa, tum etiam, cum res fere nullius momenti sint, tempus in iis terere supervacaneum visum est. Notas si placet ac conjecturas Combefisii et Lambecii videas. Cæterum de Amastriano, seu urbis tractu Ἀμαστριανοῦ nuncupato, necnon de statuis atque aliis monumentis quæ eodem in loco steterunt, loquuntur Anonymus noster et Codinus, qui a statuis binis marmoreis duorum Amastrianorum, vel certe Paphlagonum, ibi defossis, locum sic appellatum perhibent.

Κυνάριον ἀπὸ μαρμάρου (98) οὔθατα πλεῖστα ἐν τῇ νεμέσει περιφέρον, ὡς οἰκοθεν μυρμηκιὰ λατρεύειν ἐπεχείρουν, τοῖς θεωρεῖν κατὰ πᾶν ἐθέλουσι, τοῖς πᾶσι προὔκειτο· ταοῦ δὲ καὶ ἀετοῦ καὶ λεαίνης, λαγωοῦ τε καὶ κριῶν κάραι, καὶ στρουθῶν, καὶ κορωνῶν καὶ τρυγόνος, μυὸς καὶ γαλῆς, καὶ δαμάλεων ἐμαοῦσαι, καὶ Γοργονίδες δύο ἀμφότεραι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων, ἡ μία τῇ ἑτέρᾳ κατ' ὄψιν βλέπουσα, ἀπὸ μαρμάρων, ἀναγεγλυμμέναι, τὰ φυραθέντα κάτω τῶν αὐτῶν πόρων ἤτοι Ἀρτοπωλίων, θέας τοῦνεκεν Κωνσταντίνου δρᾶμα. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Βούλγαρος ὑπὲρ βοὸς καθαρὸς ὑπάρχων, ὡς τῇ γῇ διορύττειν ἐθέλειν τοῖς ὁρῶσι θεαμά τι μέγιστον. Διέκειτο δὲ τοῦτο ἕως τῶν πολλῶν, καὶ μέχρι Ζήνωνος ἀρκέσαι τὴν ἱστορίαν. Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν, ἀπὸ χρονογράφων περαιωθείς, ἐβεβαιώθη τὰς Γοργονίδας τὰς μαρμαρίνους, ἅτε τὴν μίαν ἐκ δεξιῶν, ἅτε δὲ τὴν ἐξ εὐωνύμων, ἱερογλυφικά τινα καὶ ἀστρονομικὰ ἐχίδνια συλλαβούσας τῶν βασιλέων γράφειν τὰς ἱστορίας, Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου τοῦτο ποιήσαντος. Τοῦ δὲ αὐτοῦ Γαληνοῦ ἐπὶ πλεῖστον συχνάσαντος, καὶ τοῖς ἀναγνώσμασιν τούτου προσέχοντος, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν Ζήνωνι παρὰ Βερήνης ἠγέλασε. Καλλίστρατος δέ τις, συρφετὸς μὲν τῷ γένει, κάπηλος δὲ τῇ ἀξίᾳ, ἐμβατεύοντι τῇ ἱστορίᾳ τῶν Γοργονίδων Γαληνῷ καὶ μάλιστα συχνῶς προσέχων μετὰ τὴν ἀνάκαμψιν Ζήνωνος τὴν ἀπὸ Ἰσαυρίας τὸ δεύτερον, φατειασθεὶς ὁ αὐτὸς Γαληνὸς παρὰ τοῦ αὐτοῦ Καλλιστράτου, τοσούτους ἐμπαιγμοὺς ἀπ' ἐνιαυτοῦ καθ' ἡμέραν ὑπέμεινεν, ὥστε μέχρι τέλους τὸ πέρας ἐν τῇ αὐτῇ Ἀρτοπωλίων καλενδίᾳ, ἐν αὐτοῖς τοῖς ζωδιακοῖς τετραπόδοις καὶ πετεινοῖς Σελεντίου ὑπ' ἄρχοντος ξίφει ἀποκεφαλισθῆναι, κράξαντος τοῦ Πρασίνου μέρους καὶ τοῦ ὄχλου, *Δικαία ἡ κρίσις.* Ἀριστείδης δὲ φιλόσοφος ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ τόπῳ τοιῷδε, ὃ καὶ φαίνεται ἕως τῆς σήμερον, *Γαληνοῦ θηρία, ἀδικία νεμομένη Ζήνωνι*· καὶ τυπώσας τὴν γραφίδα, ἀπέδρα ἐν Χερσῶνι, καὶ ἐσώθη ἕως τῆς σήμερον.

SPECTACULUM IV. *De iis quæ in Artopoliis exstant.*

Catellam marmoream multis mammis distribuendis muneribus præditam, confertim animantes adorare tentabant: quod iis qui considerare vellent erat expositum, pavonis scilicet, aquilæ, leænæ, leporis, arietumque capita, passerum item, cornicum, turturis, muris et felis: itemque buculæ mugientes, Gorgones duæ a dextris et sinistris, obversa mutuo facie, ex marmore sculptæ. Quæ in Artopoliis sculpta a Constantino ad spectaculum facta sunt. Sed etiam Bulgarus mundus **171** bovi insidens, qui quasi spectaculum videntibus maximum, humo defodi voluerit. Hæc multis temporibus constitere, et usque ad Zenonem oculis contemplari licebat. Galenus vero quispiam medicus et philosophus, ut ipse docuit ex Chronographis mutuatus asseverabat, Gorgones marmoreas, quarum alia a dextris, a sinistris alia erat, hieroglyphicas quasdam et astronomicas viperulas continentes, imperatorum historias complecti, magno Constantino ejus rei auctore. Cum vero idem Galenus eo crebrius ventitaret, et lectioni attenderet, de iis quæ a Verina Zenoni eventura erant, in risum effusus est. Callistratus vero quidam ex infima plebe caupo, Galenum Gorgonas sæpius adeuntem, easque assidue considerantem, apud imperatorem Zenonem ex Isauria secundo reversum accusavit: qui Galenus multa ludibria et plagas per annum sustinuit, donec tandem in ipsa Artopoliorum calendia, et ad ipsam quadrupedum animalium atque volucrum statuam, a Silentii præfecto capite plecteretur, clamante Prasina factione ac plebis promiscua turba, *Justum judicium.* Aristides vero philosophus ejusmodi nomen loco imposuit, hodieque manet, *Galeni bestiæ, Zenoni iniquitas attributa.* Scriptaque lamina, in Chersonem aufugit, hactenusque incolumis est.

Anselmi Bandurii notæ.

stercorum, urinarum, sputorum ludibrio prætereuntibus habeantur, ac dehonestentur. Hoc autem Lambecius ita legendum putat: Ὥστε τοὺς διεργομένους ἐφεδρίζειν τούτοις, καὶ κόπρῳ, καὶ οὖρῳ, καὶ ἐμπτύσματι, καὶ, etc.

(97) *Τὸ ἐν τοῖς Ἀρτοπωλίοις πόροις.* Combefisius loco πόροις legendum putat φόροις.

(98) *Κυνάριον ἀπὸ μαρμάρου*, etc. Hoc quidem sic legendum putat Lambecius, κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου οὔθαρα πλεῖστα ἐν τῇ νεμήσει περιφέρον, ὡσεὶ τέκνοις μυρίοις δαιτρεύειν ἐπιχειροῦν. Statuam, inquit idem Lambecius, naturæ describit, quæ innumeris mammis et omnigenorum animalium capitibus circumdata figuratur, quod quasi communis mater, omnia lacte suo nutriat. Posset etiam sic corrigi, ait ipse, hic locus: κιονάριον ἀπὸ μαρμάρου οὔθαρα πλεῖστα ἐν τῇ νεμήσει περιφέρον ὡσεὶ μυρμήκια, id est, Statua marmorea plurimis mammis circumdata, quasi nævulis seu verrucis. Nam nævuli sunt cutis eminentiæ, quas Græci ἀκροχορδόνας vocant. Similiter Gellius lib. XII, cap. 1. *An tu quoque*, inquit, *putas naturam feminis mammarum ubera, quasi quosdam nævulos venustiores non liberorum alendorum, sed pectoris ornandi causa dedisse?* Hæc autem Lambeciana lectio, seu potius ceratorum castigatio nobis etiam arridet.

Digitized by Google

SPECTACULUM V. **172** *Ad Amastriani Caracallæ præpositi.*

Quod a Trajano spectaculum seu idolum Byzantinæ urbis primum occurrit Mecas et Glaucus : ex quibus Theodorus chronographus lectionibus clarus. Jupiter ; Sol eodem in loco, marmoreo curru invectus. Jovis scuticam ferens, Aristides. Hercules, auriga recumbens, hoc Deum titulo donans, *Apollo Pancratiastes*. Ubi Cytli fluvius ; Aetius, a Lyco impuro cultore adoratus. In eo testudines plenæ avibus, et dracones octodecim, Acuntius item philosophus idolorum antistes, uxoris immolator ac duorum liberorum ; matris Aglaidis et sororis Graphentiæ. Eodem in loco dæmonum [quippe regum] visiones afflatusque philosophis obtingunt ; maxime si lingua semineve adulteris reges fuerint exitiosi. Idcirco ad nudam oculos conjicientes statuam, sideritimque herbam cochleari concalefacientes, atque naribus adurentes, regis amicos lactari ; ac si forte ex his innotescere velit, divinum eos responsum accipere. Ingens pecuniæ vis, præsertim denariorum humo defossa, quin et auri thesaurus, quod cum theatrum esset die Jovis, populus **173** conferta multitudine spectaculi admiratione defixus, terræ motu, circa tempus Byzæ et Antis, in ipsa cavea absorptus sit. Contigit vero cum necdum Constantinus Dei cultor Urbi innotuisset, sed Romæ. Equi autem et aviculæ, Galinduchii ducis sunt, quæ ad Artemisii ignem hodieque conspiciuntur. Idcirco, quanquam multis laboribus tuæ virtutis causa, vir probe, perfuncti, nihil tamen indigne tulimus.

De Foro Bovis.

Spectaculum quod in Foro Bovis positum erat, clare tibi describemus, quando id sæpe sæpius, vir

ΘΕΑΜΑ Ε'. *Τὸ ἐν τοῖς Ἀμαστριανοῦ Καρακάλλου πραιποσίτου.*

Θεαμάτιον ἤτοι εἰδώλιον (99) τῆς Βυζαντίου πόλεως πρωτεῦον ἀπὸ Τραϊανοῦ, Μεκὰς καὶ Γλαῦκος· ἐξ ὧν Θεόδωρος χρονογράφος ἀναρίθμησθεὶς ἀναγνώσμασιν. Ζεὺς, Ἥλιος ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐν ἅρματι μαρμαρευθέτῳ. Διὸς σκυταλίδης Ἀριστείδης, Ἡρακλῆς, ὁ ἀνακείμενος ἡνίοχος θεὸν ἐπιγράφων, Ἀπόλλων παγκρατιαστής. Ἔνθα ὁ ποταμὸς ὁ Κύτλου, Ἀέτιος ὁ ἀπὸ Λύκου μυκολατρευόμενος, ἐν αὐτῷ χελῶναι μεσταὶ ὀρνίθων· ἐν αὐταῖς δράκαιναι ιη', καὶ Ἀκούντιος φιλόσοφος εἰδώλων πρωτοστάτης, καὶ θύτης γυναικὸς καὶ δύο τέκνων, μητρὸς Ἀγλαΐδης καὶ ἀδελφῆς Γραφεντίας. Ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ δαιμόνων ἐπιστασίαι καὶ πτώσεις, ἅτε βασιλέων, τοῖς φιλοσοφοῦσι· μάλιστα ἐὰν πόρνοις εἶεν τῇ γλώττῃ ἢ τῇ σπορᾷ, οἱ βασιλεῖς ὀλέθριοι. Διὰ τοῦτο τῷ γυμνῷ προσεχέτωσαν ζωδίῳ, καὶ σιδηρέαν βοτάνην σὺν κοχλίδι περιζέσαντες, καὶ τοῖς μυκτῆρσιν ὀπτήσαντες, γαλουχεῖται τοῖς φίλοις τοῦ ἄνακτος· καὶ ἦν γνωστὰ ἐκ τούτων ἴσως θέλεται, εἰς αὐτοὺς γενέσθαι ἡμῖν. Πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ μάλιστα δηναρίων κατέχωσται κάτωθεν, ἅτε δὴ καὶ θησαυρὸς χρυσίου, ὅτι θέατρον ὑπάρχων, καὶ τοῖς πολλοῖς βλέπειν ἐν ἡμέρᾳ Διὸς θυσίας καὶ θαυμάζουσιν· σεισμοῦ δὲ γενομένου, ἀποθανεῖν ἐν αὐτῷ τῷ πέλματι, ὡς ἐπὶ Βύζᾳ καὶ Ἄντῃ, πρὶν Κωνσταντῖνος τῇ πόλει, ἀλλὰ τῇ Ῥώμῃ, θεὸν γινώσκων ἐφαίνετο. Οἱ δὲ ἵπποι καὶ αἱ κιννύρεις Γαλινδουχίου (1) τοῦ δουκός· ἅτινα καθορῶνται ἐν τῷ πυρὶ Ἀρτεμισίῳ ἕως τῆς δεῦρο· ὅθεν, φιλόκαλε, πολλοὺς κόπους διὰ τὴν σὴν ἀρετὴν ὑπομείναντες, οὐδὲν ἠγανακτήσαμεν.

Τοῦ Βοός.

Τὸ δὲ ἐν τῷ Βοῒ θέαμα τρανῶς σοι ὑποδείξομεν, ὅπερ πλειστάκις δι' ἐπιστολῶν ἡμῖν ἐσήμανας δῆλόν

Anselmi Banduríi notæ.

(99) *Θεαμάτιον ἤτοι εἰδώλιον.* etc. Cum totum hoc caput seu spectaculum quintum non unico laborare mendo, sed undique, ut aiunt, scatere ulceribus animadvertissem, a nova interpretatione manum submovendam esse duxi, ne et ipse mirificus chirurgus, τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰώμενος videar ; interpretationem vero Combefisii, commodo lectoris consulens, qualiscunque sit, in medium attuli, non quod ipsa mihi probetur, sed ut ad manus, inquam, sit lectori. A notis quoque abstinemus, tum eadem de causa, tum etiam, cum res fere nullius momenti sint, tempus in iis terere supervacaneum visum est. Notas si placet ac conjecturas Combefisii et Lambecii videas. Cæterum de Amastriano, seu urbis tractu Ἀμαστριανοῦ nuncupato, necnon de statuis atque aliis monumentis quæ eodem in loco steterunt, loquuntur Anonymus noster et Codinus, qui a statuis binis marmoreis duorum Amastrianorum, vel certe Paphlagonum, ibi defossis, locum sic appellatum perhibent.

(1) *Γαλινδουχίου.* Hic apposite afferenda sunt quæ hac de re pereruditus Ducangius adnotavit, loquens de notis Combefisianis ad eumdem locum. «Qui feliciter, inquit, opinor, pro Γαλινδουχίου legendum Παλινδουχίου, conjecit : sed quod hac voce intelligi Constantinum ipsum Ducam censet, non assentior ; malim enim Pseudo-Constantinum Innui, qui, exstincto hac cæso Duca, rursum eumdem mentitus est, ita ut ea ætate Παλινδούχας Δούκας, quasi *redivivus Ducas* a vulgo appellaretur. Hanc conjecturam non minime firmant manus æreæ, quæ ad Horreum in Amastriano stetere, ἐπάνω τῆς ὠφίδος τοῦ Ἀμαστριανοῦ, *supra fornicem Amastriani*, uti a nobis observatum ad *Alexiadem* pag. 385. Manus quippe istæ æreæ videntur fuisse *Palinducæ* seu *Pseudoducæ* istius, quæ in rebellionis et sumptæ de eo pœnæ memoriam, in Amastriano defixæ sunt : non vero, uti nugantur Græculi, quod supplicium truncationis manuum de aliquo falsis mensuris vendente sumptum designarent. Addit Anonymus hæc omnia hactenus conspici ἐν τῷ πυρὶ Ἀρτεμισίῳ, ubi legendum, ἐν τῷ πυρείῳ seu *horreo*, a πυρὸς, *frumentum triticum* : nam ad horreum stetere manus æreæ. Sed cur Ἀρτεμισίῳ addatur, haud omnino constat, ut de vocis Κιννύραις notione, nisi referatur ad *equos*, qui in Amastriano stetere, ita ut de eorum genere fuerint, quos κινούρας vocabant, κακούργους, nempe ἵππους, uti vocem hanc interpretatur Hesychius ; cujusmodi forte fuerit equus Pseudoducæ, cum in hostium manus veni, cujus figura hic expressa fuerit.» Hæc Ducangius ; cujus verba, commodo lectoris consulens, hic attuli.

Digitized by Google

σοι γενέσθαι, ὦ φιλόκαλε· Βαλεντινιανοῦ τοῦ πραιποσίτου (2) Κώνσταντος ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ οἰκοδομηθῆναι γινώσκομεν. Κάμινος δὲ παμμεγέθης μεγάλη ἕως ἡμῶν διασωθεῖσα (3), ἔνθα Ἰουλιανὸς ὁ θεοστυγὴς προφάσει τῶν καταδίκων πολλοὺς ἐν αὐτῇ Χριστιανοὺς κατέκαυσε. Ἦν δὲ ἡ κάμινος φέρουσα βοὸς χαλκοῦ παμμεγεστάτου θέαμά τι, οὗπερ κατὰ μίμησιν ἐν τῷ Νεωρισίῳ λιμένι κατετυπώθη. Τῷ δὲ αὐτῷ βοΐ τῷ χαλκῷ ἕνεκεν καύσεως παρηκολούθησέ τι μῶμον ἕως Φωκᾶ τοῦ ἀναξίου· καὶ μετὰ τὸ καυθῆναι τὸν αὐτὸν Φωκᾶν (4), ὑπὸ Ἡρακλείου χωνευθῆναι (5) τὸν βοῦν εἰς Ἀκουλκαταμίον (6), καὶ εἰς τὸν Πόντον περάσαι ἕνεκεν στρατολογίας. Ἦν δὲ τὸ Ἀκουλκάτον ἐν τῷ Πόντῳ, σταθμῶν τοῦ ἀργυρίου κδ' διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ χρυσεγχυτόν· ὅπερ καὶ ἐνταῦθα σώζεται ἕως τῆς σήμερον τοῖς ὁρῶσιν, εἰς λεχμία χωνευτὰ σκυθρωπὰ πάνυ. A B

studiose, missis ad nos litteris efflagitasti. Novimus sane Valentinianum Constantis imperatoris sacri cubiculi præpositum in Hippodromo illud ædificasse. Fuit vero fornax ingens et ad nostra usque tempora duravit. Ibi Deo perosus ille Julianus multos Christianos quasi maleficos combussit. Erat autem caminus bovis ænei immanis staturæ figuram referens, cui similis in Neorio portu postea confectus est. Huic autem deinde Bovi æneo ad nequissimum usque Phocam quædam infamia inhæsit eo nomine, quod exurendis reis usurparetur. Postquam vero ab Heraclio ipse Phocas exustus est, Bos in Aculcati ærarium conflatus est, atque ad conscribendum militem in Pontum missus. Erat autem in Ponto, quod Aculcatum vocant, **174** argenti pondo quatuor supra viginti, eo quod ipsum esset auro solidum. Quod hic quoque hodieque servatur, ac cernitur, in fusis lechmiis tetricum valde vultum præferentibus.

Γ'. Ἐκ τοῦ Μιλίου (7) θεάματος τοῦ ὀφφικίου Διοσκόρου, ἐκ τῶν καθ' ὥραν Μαυρικίου Αὐγούστου.

VII. *Ex Milliario spectaculi officii Dioscori, ex Mauricii Augusti Diario.*

Ὅτι τὸ Σενᾶτον τὸ λεγόμενον τοῦ Φόρου οὐδὲν ἄλλο ἐτυμολογεῖται, ἢ (8) μόνον Σινάτου οἰκοδομήσαντος τὸν Σινᾶτον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ τρίλιθον ζώ-

Quod vocant Fori Senatum, a nullo alio tale nomen obtinuit, quam quod Senatus a Senato ædificatus sit, necnon illud trium lapidum opus, id est

Anselmi Bandurii notæ.

(2) *Βαλεντινιανοῦ τοῦ πραιποσίτου*, etc. Videtur deesse præpositio ὑπὸ, nisi forte talis fuerit recentioris Græciæ locutio, cum sæpe in mss. recentioribus, præpositiones omissas comperiam, præcipue ὑπὸ, sed an scribarum inscitia hoc factum nescitur. Quod autem ait, bovem illum æneum a Valentiniano Constantis imperatoris sacri cubiculi præposito constructum in Hippodromo esse, non convenit cum Cedreno et Zonara, qui Pergamo bovem illum æneum advectum perhibent.

(3) *Ἕως ἡμῶν διασωθεῖσα.* Hæc verba non ad Chronographum referenda puto, sed ad eum a quo hæc excerpta sunt. Chronographus quippe multo posterior Heraclio, a quo conflatus in folles bos ille æneus, seu fornax ænea ad instar bovis constructa, convincitur ex pluribus ejusdem Chronographi locis, ut cuilibet facile videre ljcet.

(4) *Καὶ μετὰ τὸ καυθῆναι τὸν αὐτὸν Φωκᾶν.* Chronicon Alex. et Zonaras Phocæ cadaver crematum in Bove perhibent.

(5) *Ὑπὸ Ἡρακλείου χωνευθῆνα*, etc. His casligatiora habet Anonymus noster : ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου ἐχωνεύθη λόγῳ φόλεων.

(6) *Εἰς Ἀκουλκαταμίον*, etc. Hæc et quæ sequuntur mendo non carent ; neque ex Anonymo nostro et Codino restitui possunt, cum istæc in utroque desiderentur. Interpretationem Combefisii lectori exhibemus. Vide igitur ejusdem notas. — Ἀκουλκαταμίον, seu potius, ἀκουλκαταμεῖον. *Aculcati ærarium.* Χυτὸν ἀκουλκάτον : moneta sic Justino II cusa. Sed quid illud σταθμῶν τοῦ ἀργυρίου κδ'. Num tanti existimata bovis materia, etsi ille æreus erat, quod ære solidior ac fusus erat? Combefis.

(7) *Ἐκ τοῦ Μιλίου*, etc. Lambecius βιβλίου mutandum censet. Id quidem κατὰ τὸ πρόχειρον expeditius. At quid cogit sine codice? Quidni auctor hoc librum titulo donaverit, analogia quadam ad Milium seu Miliare ; ut sicut illud regula erat atque mensura spatii locorum ac distantiæ, sic liber ille velut norma quædam mensuraque haberetur, vel ipse loca ipsa describens, ac quæ in eis exstarent spectatu digna exhibens, seu etiam in eis gesta referens. Sic certe liberales titulis librorum auctores. Ut nobis exstaret ille liber, non tantus divinandi labor. Sequentia ex τῶν καθ' ὥραν Μαυρικίου Αὐγούστου, quæ sic emendo, cum esset καθόραν, indicio sunt, continuisse eum librum plurium imperatorum res gestas, expeditiones, itinera, ac quæ Græci ταξίδια vocant, diarii in morem, brevique chronographia, quo nomine non obscurum unde auctor τὸ Μίλιον potuerit inscribere. Subtiliorem conjectorem libens audiam. De Fausta restitui quæ clausa repræsento quod probatorum omnium auctorum affirmatione firmum sit, Faustam non Diocletiani, sed Maximiani Herculii fuisse filiam, ac proclive fuerit eas voces omitti per antiquarii socordiam. Auctor Actorum Silvestri, Constantini uxorem Maximinam vocat, ac Diocletiani filiam, penes quem fides ; nisi et ipse male luxatus, ad certiores regulas componendus est. Alterius loci et operæ sit propensius in hæc inquirere. Combefis.

(8) *Οὐδὲν ἄλλο ἐτυμολογεῖται, ἢ μόνον*, etc. Nugas hic nugatur Chronographus cum ait Senatum non aliunde nomen accepisse quam a quodam Senato ejus conditore, cum ex scriptoribus fide dignis constet Senatum sic appellari, quod in eam domum senatus et viri delecti deliberatum convenire solerent, et ipse imperator cum vestem consularem sumebat ; sic Zonaras in Leone M. pag. 41: Καὶ κατέκαυσε πρὸς τοῖς ἄλλοις τόν τε ἐν τῷ Σενάτῳ καλούμενον μέγιστον οἶκον, εἰς ὃν γερουσία καὶ οἱ λογάδες συνερχόμενοι ἐβουλεύοντο, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ὅτε στολὴν ὑπατικὴν ἀνελάμβανεν, ἔργον περιφανὲς καὶ ὑπέρλαμπρον. *Absumpsit præ cæteris maximam domum, quem Senatum vocant, in quam senatus et viri delecti deliberatum convenire solebant, et ipse imperator cum vestem consularem sumebat, opus illustre et splendidissimum.* Ita habet, sed diversis verbis et Cedrenus in eodem Leone. Procopius lib. I *De Ædif.*, cap. 10, prodit, in ea æde

Digitized by Google

triceps porphyreticum simulacrum, quod quidam in medio Constantinum magnum, a sinistris Constantium, a dextris Constantem repræsentare dicebant. Erat illud duobus fultum pedibus, sexque manibus instructum. Spectaculum plane novum et insolens, alium aliunde conspiciens, nam unum caput erat. Incendio autem ibidem grassante, cum omnes una eniterentur ut mirum illud signum suffurarentur, Theodosio juniore Arcadii filio imperante. Is statim misso cursore in loca remota et ad maris oras, iis qui sustulerant interminatus est ni repræsentarent. Qui vero auferre ausi fuerant cum non possent in patriam illud reducere, occupante imperatorio cursore, desperatione ducti sese cum simulacro **175** in mare præcipitarunt; ita ut multis adductis naviculis et funibus, urinatoribusque, quod id imperator molestissime ferret, multisque donis propositis usque ad quinquaginta centenaria, horrendis cum juramentis promissa si quis ex mari extrahere posset, nemo id præstare potuerit. Quamobrem ardens ira Theodosius, quatuor columnis fultam Senatus ædem flammis dedit: atque Helenæ matris Constantini, ipsius item Constantini, et uxoris illius Faustæ, Maximiani Herculii, Diocletiani generi, filiæ statuas in eumdem Senatum transtulit: ipsius quidem et uxoris statuas ex ære fusas partimque lapillis ornatas; illius autem ex marmore porphyretico: quæ hodieque supersunt.

A διον, ἤτοι τριπέφαλον (9) πορφυροειδὲς, ὃ ἔλεγόν τινες Κωνσταντῖνον τὸν Μέγαν μέσον, Κωνστάντιον εὐώνυμον, Κώνσταν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσιν, εἰς πόδας ἀρκούμενον δύο, εἰς δὲ χεῖρας ἓξ. Ξένον τοῖς ὁρῶσι θέαμα, ἄλλον ἀλλαχόθεν ὁρῶν, καὶ ἡ κεφαλὴ μία. Ἐμπυρισμοῦ ἐν αὐτῷ δή ποτε γενομένου ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, καὶ πάντων ἐκεῖσε ἀσχολουμένων, ὡς εἰπεῖν, κλαπῆναι τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ (10) τοῦ Ἀρκαδίου, ὃς εὐθὺς διὰ ταχυδρόμου ἐν τοῖς διαστάτοις καὶ ἐν τοῖς θαλαττίοις μέρεσι μετὰ ἀπειλῆς, εἰ μὴ φάνειεν τὸ θέαμα· καὶ οἱ τοῦτο τολμήσαντες, οὐκ ἰσχύσαντες εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα ἀπενεγκεῖν· φθαζόμενοι δὲ τῷ δρόμῳ τῷ βασιλικῷ (11) ἀποποιησάμενοι ἑαυτοὺς, τό τε θέαμα καὶ ἑαυτοὺς ἐν τῷ βυθῷ ῥίψαντες, B κατεποντίσθησαν· ὡς πολλῶν πλοίων καὶ σαγήνων ἐλθόντων καὶ κολυμβητῶν τινων, διὰ τὸ ἀδημονεῖν τὸν βασιλέα, δῶρά τε εἰς πλῆθος ταττομένου, καὶ ὡς φ' κεντηναρίων μεθ' ὅρκων φρικτῶν βεβαιουμένου, τοῖς μέλλουσιν αὐτὸ ἐκβάλαι ἐκ τῆς θαλάσσης, οὐκ ἴσχυσέ τις. Τότε ὀργισθεὶς ὁ αὐτὸς Θεοδόσιος, καὶ τὸν Σινάτου οἶκον τῷ πυρὶ παραδέδωκεν, ὑπὸ τεσσάρων κιόνων βασταζόμενον (12). Καὶ μετέθηκεν τὴν στήλην Ἑλένης μητρὸς Κωνσταντίνου, καὶ αὐτοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Φαύστης θυγατρὸς [Μαξιμιανοῦ (13) τοῦ Ἐρκουλίου, γαμβροῦ] Διοκλητιανοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ Σινάτῳ· αὐτοῦ μὲν καὶ τῆς γαμετῆς, χαλκεγχύτων καὶ μέρος λιθενδύτων· αὐτῆς δὲ ἐκ πορφυροῦ μαρμάρου C περιέχουσα· ἄτινα καὶ σώζονται ἕως τῆς δεῦρο.

EX PAPIA.

In loco quem Staterem vocant, quam Molium

ΠΑΠΙΑ (14).

Ἐν τῷ λεγομένῳ Στατῆρι, ὅπερ λέγεται Μόλιον

Anselmi Bandurii notæ.

senatum Romanum ineunte anno convenisse, festumque solemne ex veteri more et instituto celebrasse: Ἔνθα δὴ ξυνιοῦσα ἔτους ἀρχομένου ἡ Ῥωμαίων βουλὴ σύγκλητος ἐνιαύσιον ἑορτὴν ἄγει, τὰ τῆς πολιτείας ὀργιάζουσα ἀεὶ νόμιμα. Anonymus noster loquens de Senatu ait, in Senatu codicillos asservatos esse, ibique patricios eos accepisse, ubi Callistratus primum dignitatem consularem suscepit.

(9) *Τρίλιθον ζῶδιον, ἤτοι τριπέφαλον.* Scilicet, *necnon illud trium lapidum opus, id est triceps porphyreticum simulacrum.* Ita fere interpretatur et Combefisius. Sed quid τρίλιθος proprie significet, nondum viri docti assecuti sunt. Holstenius, triplex lapidum genus hac voce significari putat. Ducangius D vero existimat τρίλιθον dici id quod crustis triplicis marmoris distinctum est. Quod autem addit idem Ducangius, forsitan per τρίλιθον intelligi fusile opus, scilicet quod ex triplici lapidum seu marmorum genere fusum seu conflatum est, cujusmodi complures columnas Romæ et alibi exstitisse, ex veterum invento, hodie deperdito, censebat Scaliger in Scaligerianis, Scaligerianæ mæniæ. Vide *Diarium Italicum* doctissimi D. Bernardi de Montfaucon, pag. 247.

(10) *Ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ.* Non quidem sub Theodosio juniore, sed sub Arcadio conflagrasse Senatum eo incendio quod propter Chrysostomum excitatum est, testatur Zosimus lib. v: Ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῶν βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον. *Irruit ignis et in illam domum, in qua senatus haberi solebat, quæ ante palatium sita, et ad omnem elegantiam et magnificentiam elaborata est.*

(11) *Τῷ δρόμῳ τῷ βασιλικῷ.* Scilicet, *imperatorio cursore*, seu, ut Combefisius ad verbum interpretatur, *cursu regio*; nam δρόμον βασιλικὸν eadem hic significare, quæ Græcis δρόμος δημόσιος, una cum Lambecio puto.

(12) *Ὑπὸ τεσσάρων κιόνων βασταζόμενος.* Perperam hæc intelligit ac interpretatur Combefisius, qui τὸν Σινάτου οἶκον ὑπὸ τεσσάρων κιόνων βασταζόμενον, ædem ipsam Senatus putat esse; nam vix credatur Senatus ædem cum esset amplissima et capax totius senatus novæ Romæ, quatuor tantum columnis suffultam fuisse: unde τὸν Σινάτου οἶκον hic interpretatus sum, *Senatus, seu basilicæ vestibulum*; sic autem vertendum esse etiam ex contextu patet, nam paulo infra ait statuas Helenæ, Faustinæ, etc., igne consumpta senatus æde, translatas fuisse ad eumdem Senatum. Quali autem et quanta magnificentia Senatus postmodum a Justiniano reædificatus sit, una cum ipsius porticu, seu vestibulo, testatur Procopius lib. I *De ædif.*, cap. 10.

(13) *Φαύστης θυγατρὸς Μαξιμιανοῦ.* Ita restituit post Lambecium Combefisius; perperam quippe in mss. habetur Φαύστης θυγατρὸς Διοκλητιανοῦ. Nemo quidem vel mediocriter antiquitatis veterumque scriptorum peritus, nisi scholasticus fuerit, ignorare potest, Faustam Constantini magni uxorem filiam fuisse Maximiani Herculii, qui Valeriam Diocletiani filiam uxorem habuit.

(14) *Παπία.* Breviatum hoc, pro ἐκ τῶν Παπίᾳ,

Digitized by Google

ἀλωπὸν εἶναι ἐκ μαρμάρου πηγανουσίου εἰς μῆκος ὀργυιὰς ε', πλάτος δὲ ὀργυιὰς δύο ἥμισυ πρὸς νότον ἐν τοῖς ἀνακτορικοῖς οἴκοις· πρὸς δὲ βορρᾶν πρὸς τὸν παλαιὸν ναὸν, ὅπερ ἐν τῷ στήθει ἔγραφεν, δι' ἐμπλαστῶν χρυσέων καὶ ἀργυρέων γραμμάτων, Ἀφροδίτη Σελήνη, ἐδόθη Πέρσαις εἰς πόκτον, ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως, ἀντὶ σταθμῶν χιλίων χρυσοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ αὐτὸς Παπίας ἐδίδαξεν ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Ὅτι αἱ Γοργονοειδεῖς κεφαλαὶ ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ, πρὸς μὲν τὸ πρόσθεν περιπατοῦντι εὐωνύμως, πρὸς δὲ τὸ ὄπισθεν δεξιῶς, τῆς Ἀρτέμιδος θεᾶς, ἐκ τοῦ ναοῦ Ἐφεσίου ἦκασι· τὰς μὲν τέσσαρας ἐν τοῖς Ταύρου μέρεσιν, ἐν τοῖς παλαιοῖς παλατίοις προσπηχθέντα Κωνσταντίνου, ἔνθα καὶ Ἰουλιανοῦ καὶ τῆς τούτου γαμετῆς· ἀλλὰ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ Γάλλου καθορῶνται ἀγάλματα· τὰς δὲ ὅ ἐν τῆς προειρημένης πύλης εὐωνύμῳ μέρει, ἔνθα καὶ σταυρὸς παπῆγὼς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ πάλαι καὶ Βελισαρίου, καινουργηθεῖσαι (15) ἵστανται, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς Βελισάριος καθορᾶται χρυσέμβαφος, ἡλιοκέφαλος, καὶ Τιβέριος ὁ κυρτοειδὴς Θρᾷξ, καὶ Ἰουστῖνος ὁ πρῶτος λεπτοειδὴς ἐπίφορος κατ' ἰδέαν πάνυ (16), καὶ τῶν συγγενῶν ἑπτά, αἱ μὲν ἐκ μαρμάρου, αἱ δὲ καὶ χαλκαῖ, ἐκ τῶν ζωσμάτων ἐπιγινωσκόμεναι (17) ἀκριβῶς τοῖς παροῦσι..

A Vulpinam appellant ex marmore Peganusio ulnarum quinque longitudinis, duarumque cum dimidio latitudinis, ad Austrum in palatii ædibus; ad Aquilonem vero veteris Ecclesiæ respectu. In cujus pectore hæc inscriptio aureis et argenteis insertis litteris legitur, *Venus Luna*, Anastasio imperatore Persis pro pacta pecunia data est pro mille auri librarum pondere. Quod ipsum suis in scriptis Papias docuit. Gorgonum capita in Chalce 176 porta a sinistris quidem ante, a dextris vero retro Dianam deam ambulanti, ab Ephesino templo advecta sunt: quatuor quidem in Tauri partibus in palatio veteri Constantini affixa, ubi etiam Juliani ejusque conjugis; Constantini quoque Magni et filiorum ejus, necnon Galli statuæ conspiciuntur: B quatuor autem in memoratæ portæ lævo latere, ubi etiam crux defixa sub Justiniano olim et Belisario restaurata consistunt. Ibi quoque ipse Belisarius conspicitur deauratus, capite solaribus radiis micante, et Tiberius gibbosus Thrax, Justinus senior exigua statura, vultu admodum concitato; itemque ex cognatis septem statuæ, partim marmoreæ, partim æneæ, quas ex cingulis facile est adstantibus cognoscere.

De imagine Pulcheriæ Augustæ; necnon de statuis Marciani et Pulcheriæ.

Πολλὰ τῇ βασιλίδι Πουλχερίᾳ Λέων ὁ Μέγας ἐμακάριζεν· ὅθεν καὶ μνήμην αὐτῆς τῆς τελειώσεως ἐπετέλει, καὶ ἐν τῷ τάφῳ αὐτῆς αὐτὸς ἱστόρησε τὸ ταύτης ἐνδάλμα. Καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις δὲ θεωρῶν C αὐτὴν ἐν ἱστορίᾳ, τὸν βίον ὅλον αὐτῆς ἐμακάριζεν. Μαρκιανοῦ δὲ στήλην καὶ Πουλχερίας ὁ αὐτὸς Λέων ἐν τοῖς Θεοδοσιανοῦ ἐμβόλοις μεταστήσας, τῇ βασιλίδι πόλει προσέθηκεν.

Leo Magnus beatissimam Pulcheriam Augustam multum celebrare solebat: unde etiam ejus consummationis, sive exitus memoriam venerabatur, ejusque imaginem sepulcro ipsius apposuit, atque in ædibus imperatoriis ejus depictam effigiem contemplans, totam vitam ejus deprædicabat. Marciani vero et Pulcheriæ statuas idem Leo in Theodosianos embolos translatas, imperatoriæ urbi adjecit.

Anselmi Bandurii notæ.

ex ejus scilicet commentariis. Meminit hujus auctoris Niceph. lib. I, cap. 1. Ἀφροδίτη Σελήνη. Quæ supra Ἀφροδίτη παρθένος, *Venus virgo*, habetur, ad hanc nihil Venerem spectare videtur. Hæc enim dea, et pro Junone sumitur, οὐρανίη scilicet Venus, cujus nomine aer Græcis consecratus, ut auctor est Julius Firmicus, ipsaque Luna, ut hæc inscriptio fidem facit. Illa, puella quædam amasia est, sic eodem condita tumulo, elephanti statua, cum amasio seu amasia. Τὸ, Μόλιον ἀλωπόν, cui hæc inesset inscriptio, etsi reddidi *Molium vulpinam*, quidnam proprie videatur ab alio discere velim. Ut sic redderem, ac vocem retinerem, ceu propriam, auctor mihi Hesychius, qui Μολιονίδας, γυναικός τινος υἱοὺς tradit, *mulieris cujusdam filios*, quæ utique Μόλιον ipsa dicta sit. Num et hæc Græcorum superstitione Veneris nomine ac Lunæ consecrata? vel potius sic dicta Venus, quod Jove nata, qui ipse Molio dictus, a quodam suo ejus nominis hospite. Quod Vulpina, scitum sane Veneris epithetum. Combefis.

(15) *Καινουργηθεῖσαι ἵστανται.* Perperam in ms. sejuncta leguntur nti Lambecius edidit, καὶ νουργηθῆσαι, pro quo legendum idem putat καὶ Ναρσοῦ στῆλαι ἵστανται, et Combefisius pro τοῦ πάλαι legit ὁ πάνυ. Ego vero nullum errorem ibi deprehendo, et sic verto: *Quatuor autem in memoratæ lævo latere, ubi etiam crux defixa, sub Justiniano olim et Belisario restaurata consistunt.* Scilicet Gorgonum capita.

(16) *Λεπτοειδὴς ἐπίφορος κατ' ἰδέαν πάνυ.* Nimirum, *Justinus senior exigua statura, vultu admodum concitato.* Combefisius κατ' ἰδέαν omittit, et vertit *Justinus senior, exili vultu, incitatus nimis.*

(17) *Ἐκ τῶν ζωσμάτων ἐπιγινωσκόμεναι.* Scilicet, *quas ex cingulis facile est astantibus cognoscere.* D Non quidem cum Lambecio inde concludo: Cinctura igitur cognatorum imperatoris statuæ a reliquis dignoscebantur; sed forte quod cingulis seu zonis inscripta erant nomina, ideo ex cingulis, inquit, facile est eas astantibus cognoscere; perperam vertit Combefisius, ἐπιγινωσκόμεναι, *si legantur.* Perperam item idem Combefisius zostas donatas fuisse cingulo putat; nam non a zona zostæ appellatæ sunt, sed quod earum munus esset Augustam succingere, vel vestire: unde idem sonat quod Latine ornatrix, et Græce κοσμήτρια. Qui autem verba Cedreni et Zonaræ ita interpretantur, dum de Theodora loquuntur, male sapiunt: Διαδήματι δὲ τῆς Θεοδώρας κατασταφθείσης, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ Θεοκτίστη, ζωστή τε καὶ πατρικία τετίμηται. *Theodora diademate cornata: ejus quoque mater cingulo donata, ac patriciæ dignitate aucta.* Vide Ducangii Gloss. med. et inf. Græcitatis.

Digitized by Google

De Juliani moneta a Theodosio abolita ; ac de ejusdem statua.

Juliani monetam Theodosius Magnus abrogavit; ac postea ejus statuam extra monetariam officinam stantem conspicatus erubuit, exque comitibus cujus esset figura sciscitatus est; illis autem respondentibus **177** Juliani esse, statim ille, Nigri hominis, ait, statuam conspexi : multumque rubore suffusus, eam statim confregit, edictoque jussit: Si quis usquam hujusmodi figuræ obsignatos nummos repererit, nec publice denuntiaverit, is, proscriptis bonis, extra Constantinopolim exsulatum mittatur.

Ἰουλιανοῦ χαραγὰς Θεοδόσιος ὁ Μέγας ἠμαύρωσε, μεθ' ὧν καὶ τὴν τούτου στήλην ἔξω τῆς χαραγῆς (18) ἑστηκυῖαν θεασάμενος, ἠρυθρίασε, καὶ τοῖς συνοδεύουσιν ἐπύθετο, τίνος ἂν εἴη τὸ χάραγμα. Τῶν δὲ Ἰουλιανοῦ φησάντων, εὐθὺς ἐκεῖνος εἶπεν, Ὅτι μέλανος ἀνθρώπου (19) στήλην τεθέαμαι· καὶ πάνυ ἠρυθρίασε· καὶ παραυτίκα ταύτην κατέαξεν, καὶ δόγμα προέθηκεν, Ὅτι ὅπου ἐὰν εὑρεθῇ ἐν χαραγαῖς νουμίων τὸ τοιοῦτον ὑπόδειγμα, καὶ μὴ τῷ δημοσίῳ καταμηνυθῇ, δημευθεὶς ὁ τοιοῦτος ἐξόριστος Κωνσταντινουπόλεως γένηται.

De idolorum statuis imperatorum specie a Juliano effictis.

Multum Julianus præstigiis deditus erat : unde aiunt idolorum statuas imperatorum specie effingere solitum, ipsas velut imperatorum adorare coegisse. Inter hæc vero, Apollinis statuam inauratam Nicomediæ, quæ metropolis est, ac similiter Dianæ deæ fabricatus, lata lege adorari sanxit, quasi suam et conjugis effigiem: quæ causa fuit ut innumera multitudo, vel inscia, in idololatriam laberetur.

Πολὺς ἦν Ἰουλιανὸς ἐν μαγγανείαις· ὅθεν καὶ τοῖς εἰδώλοις εἰς στήλας βασιλικὰς, φασὶν, ἐξεικόνιζε, καὶ προσκυνεῖσθαι ταύτας, ὡς βασιλέων εἰκόνας, ἠνάγκαζε· μεθ' ὧν καὶ ἐν τῇ Νικομηδέων μητροπόλει, τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα χρυσέγκαυστον κατασκευάσας, καὶ τῆς θεᾶς Ἀρτέμιδος, νόμοις ὁμοίοις ἐνομοθέτει προσκυνεῖσθαι, ὡς αὐτοῦ φησιν εἶναι καὶ τῆς γαμετῆς ἐνδάλματα· ὅθεν καὶ ἄπειρον πλῆθος κλαπὲν εἰς εἰδωλολατρείαν κατέπεσεν.

De statua Jesu ac Hæmorrhoissæ a Juliano in Paneadis partibus reperta ac confracta.

In Paneadis, quam Cæsaream Philippi vocant, partibus, cum Julianus iter haberet, Hæmorrhoissæ et ipsius Jesu statuam, quam, ut fertur, illa posuerat, conspicatus est. Erat vero mulier venerantis more inclinata, fimbriamque statuæ Jesu dextera contingebat. In medio autem herbæ species quædam curandis quibuscumque morbis apta nascebatur, tantæ virtutis, ut aiebant, ut etiam cæcis ab utero visum tribueret. Quam rem Eusebius Pamphili, et qui Hæsitantium sectæ est, **178** diligentius memorat. Hæc ut vidit Julianus myste-

Ἐν τοῖς Πανεάδος (20) μέρεσι τῇ ἐπονομαζομένῃ Καισαρείᾳ, τῇ Φιλίππου, διερχομένου Ἰουλιανοῦ, τὸ τῆς Αἱμορρούσης ἴνδαλμα θεασάμενος, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ τὸν ἀνδριάντα, ὡς ἔλεγον, ὑπ' αὐτῆς κατασκευασθέντα· ἐν οἷς κεκυφυῖα ἡ γυνὴ, καὶ τῇ δεξιᾷ τοῦ κρασπέδου τοῦ ἀνδριάντος Ἰησοῦ ἁπτομένη· μέσον ποῦ βοτάνης εἶδος, ἀλεξητήριον φάρμακον πρὸς πᾶσαν νόσον ἐπιτήδειον, ἐκφυέν· καὶ τυφλοὺς, ὥς φασι, τοὺς ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐξελθόντας ἰάσασθαι. Τοῦτο δὲ καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου (21), καὶ ὁ Διακρινόμενος (22), ἀκριβέστερον

Anselmi Bandurii notæ.

(18) *Ἔξω τῆς χαραγῆς.* Scilicet, *ac postea ejus statuam extra monetariam officinam stantem conspicatus erubuit*, etc. Hoc perperam interpretatur Combefisius, *ejusque statuam seorsim erectam, non nummo incisam, conspicatus, erubuit*, etc. Nam χαραγὴ hic non pecuniam seu monetam signatam significat, sed officinam monetariam. Eodem fere modo quo apud Romanos moneta sumitur nunc pro moneta, hoc est pecunia, seu nummis, nunc vero pro moneta, seu officina monetaria, hoc est, pro loco quo cuditur moneta. Quemadmodum in Gallia *la Monnoye*, et officinam monetariam, et signatam pecuniam denotat. Hinc corrige Ducangii Gloss. Med. Græc. v. *Χαραγή*.

(19) *Ὅτι μέλανος ἀνθρώπου.* Ita Lambecius restituit ; corrupte quidem in Ms. legitur, Ὅτι μέλαν ἄνθρωπον τὴν στήλην τεθέαμαι. Cæterum μέλανος ἀνθρώπου, scilicet *nigri hominis* hic sumitur μέλανος pro κακοῦ, quemadmodum apud Latinos *niger* pro malo accipitur. Horatius :

Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Hac etiam notione apud Juvenalem et Ciceronem reperitur.

(20) *Ἐν τοῖς Πανεάδος.* Panias Ptolemæo Ptoniciæ urbs, quæ etiam Cæsarea Philippi dicitur; nota est ipsis geographiæ tironibus.

(21) *Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Historiæ Ecclesiasticæ* lib. VII, cap. 18.

(22) *Καὶ ὁ Διακρινόμενος.* Hæretici Διακρινόμενοι, ita nuncupati, qui synodum Chalcedonensem partim rejecerunt, partim receperunt. Cæterum quis Διακρινόμενος iste sit, quem hic laudat Chronographus, pluribus docet doctissimus P. Lequien in dissertatione quam hic exhibemus. Sic igitur ille : « Quem auctor incertus Demonstrationum Chronographicarum τὸν Διακρινόμενον, *Hæsitantem* vel *Segregatum* appellat, hoc est Acephalum et concilio Chalcedonensi refractarium ; hunc alio in loco diserte *Joannem* nominat, καθὼς Ἰωάννης ὁ Διακρινόμενος λέγει. Combefisius existimavit Joannem istum eumdem esse ac Joannem Malalam; quia ad calcem orationis 3 S. Joannis Damasceni *de imaginibus* recitatur fragmentum τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας, τοῦ καὶ Μαλάλα, *Chronographiæ Joannis Antiocheni, qui et Malalas dictus est ;* in quo similia referuntur illis quæ anonymus demonstrationum scriptor de muliere Paneadensi ejusque statua strictim narrat. Falsam vero esse viri doctissimi conjectationem facili negotio deprehendet, quisquis Malala Chronographiam, quæ typis tandem excusa est in Anglia, contulerit cum iis quæ Photius perhibet in Bibliotheca cod. 41 de historiis Joannis τοῦ Διακρινομένου. Testatur abs se lectos quinque scriptoris libros, qui complecterentur res gestas ab imperio Theodosii junioris, et Nestorianæ blasphemiæ exortu, ad usque Zeno-

Digitized by Google

μέμνηται. Ταῦτα Ἰουλιανὸς (23) θεασάμενος, ἐπύθετο τὸ μυστήριον· καὶ μαθὼν Ἰησοῦ εἶναι τὸν ἀνδριάντα, κατέκλασεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς Βερονίκης (24), ὡς ὁ Διακρινόμενος μέμνηται καλεῖσθαι τὴν Αἱμορρόουσαν· καὶ τὸ φυτὸν δὲ κατέκαυσε· καὶ Διὸς εἴδωλον καὶ Ἀφροδίτης ἐν τῷ τόπῳ ἀνατεθεικὼς, καὶ ἑαυτοῦ· ἐν οἷς καὶ ναὸν οἰκοδομήσας, ἐπέγραψε, *Τάδε Θεῷ Διὶ παντεπόπτῃ Ἰουλιανὸς Παναέδι εἰς δῶρον ἄγει.* Ἔνθα καὶ Μαρτύριος ἐπίσκοπος πολλὰ ἐξουθενήσας αὐτὸν, ἐκάη πλησίον τοῦ ναοῦ, ὡς ἔλεγον, εἰς θυσίαν θεοῖς.

A rium sciscitatur, utque didicit esse Jesu statuam, confregit illam: similiter Veronicæ, Hæmorrhoissam sic vocatam prodit idem Hæsitans: plantam autem illam igni tradidit, erectoque ibidem Jovis et Veneris simulacro, necnon sui ipsius, templum etiam cum hac inscriptione excitavit, HÆC DEO JOVI OMNIUM INSPECTORI, JULIANUS PANEADI DONO DEDIT. Ibi etiam Martyrius episcopus multa per contemptum in eum locutus, proxime templum flammis traditus, atque, ut aiebant, diis immolatus est.

De statua Juliani imperatoris a Demophilo duce super columnam porphyreticam erecta.

Ἰουλιανοῦ βασιλεύοντος πρὶν ἢ τὴν Ῥώμην καταλαβεῖν, στήλην ἐν Βυζαντίῳ τούτου ἀνέστησαν ἐν τοῖς Κωνσταντινιανοῦ ἐμβόλοις· καὶ ὁ στρατηλάτης δὲ Δημόφιλος, χαίρων τῇ τῶν εἰδώλων θρησκείᾳ, ἐν πορφυρῷ κίονι ταύτην ἀνέθηκε, *Μέγας θεοσεβὴς ὑπάρχων Ἰουλιανός.* Διὰ τοῦτο, ἢ μόνον ἐβασίλευσεν καὶ ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ εἰκόνας αὐτῷ ἔν τε σανίσι καὶ χαλκουργήμασι μεγίστοις ἀνέθετο.

Juliani imperatoris, antequam Romam occupasset, statuam Byzantii ad Constantini Fori porticus collocarunt, quam Demophilus dux exercitus, idolorum cultus studiosissimus, columnæ porphyreticæ cum hoc titulo imposuit: MAGNUS ET RELIGIOSUS JULIANUS. Ideo statim atque imperium Romæ et Antiochiæ adeptus est, in tabulis, magnæque molis æneis operibus imagines ejus collocabat.

Anselmi Bandurii notæ.

nis imperatoris primordia, et Petri impii sive Fullonis, ex Antiochena sede expulsionem primam: Ἄρχεται ἀπὸ τῆς Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλείας, ἀπ' αὐτῆς που τῆς Νεστορίου βλασφημίας καὶ καθαιρέσεως, καὶ κάτεισι μέχρι Ζένωνος καὶ καθαιρέσεως Πέτρου τοῦ αἱρετικοῦ, ὃς τὸν Ἀντιοχικὸν ὑφήρπασε θρόνον. Addit, Joannem pollicitum esse historiam se exporrecturum ad decem libros. Quod quidem eum præstitisse mihi extra dubium est. Nam in septima synodo generali act. 5, col. 370 edit. Labb. excerptum legitur historiæ Joannis τοῦ Διακρινομένου, quo narratur quanto studio Xenaias seu Philoxenus impius præsul Hierapolitanus imagines Christi et sanctorum supprimere sategisset. Atqui Xenaias hæc patraverat sub Anastasio Zenonis successore. Quin etiam Theodorus Lector ex eodem auctore narrat, Anastasium Severo monacho Antiochenam sedem concessisse ea lege ut a synodo Chalcedonensi proscribenda abstineret: Severum vero pactis conventis non stetisse, sed synodo anathema statim pronuntiasse. Scribebat Theodorus sub Justino I, aut circa Justiniani Augusti initia, fuitque adeo Joanne posterior. Insuper Joannes ὁ Διακρινόμενος nequaquam mihi videtur alius esse a Joanne Rhetore, quem Evagrius sparsim citat, et clariss. Valesius in notis ad cap. 16 lib. 1 Evagrius Antiochenum fuisse colligit, perindeque observat res Theodosii junioris, Marciani, Leonis et Zenonis principatu gestas exposuisse. Liberatus Diaconus *Breviarii* cap. 19 tanquam ex Joanne Rhetore narrat Macedonium Constantinopolitanum antistitem, impulsore Severo monacho, qui Antiochenam Ecclesiam paulo post occupavit, deturbatum ab Anastasio fuisse velut Nestorianum, non quod Trisagium hymnum interpolari passus non esset, ut vulgo tradunt scriptores catholici, sed quod Evangelia atque Epistolas Pauli falsasset. Ex quibus evincitur rhetorem ultra Zenonis imperium historiam produxisse. Enimvero eruditissimum Valesium fugerat, Evagrium libro IV, c. 5, scripsisse Joannem Rhetorem historiam absolvisse narrato terræ motu et incendio, quibus Antiochena civitas corruit anno 7 Justini Thracis seu senioris. Hic porro Joannes Rhetor, quia iniquiorem se præbuit erga Macedonium, quem orthodoxi ceu virum sanctum venerati sunt, ideo censeri debet ex caterva eorum qui, cum Chalcedonensis concilii decreta repudiarent, διακρινόμενοι, *hæsitantes*, sive *separati*, audierunt. Quo nomine Acephali seu Monophysitæ vocitantur apud Leontium, Timotheum CP., Photium cod. 24, et alios quos recensere longum foret. Quando itaque constat Joannem τὸν Διακρινόμενον historiam non contexuisse rerum ab exordio mundi gestarum, aut ante imperium Theodosii junioris, neque ad obitu Justini senioris: Joannem vero Malalam initium dicendi fecisse a creatione mundi usque ad exitum saltem Justiniani imperatoris, omnino concludendum est, non unum utrumque Annalium auctorem fuisse, sed diversissimos prorsus. Quin imo Malalam catholicum fuisse multa ejus Chronographiæ loca significant. Præterea apud Malalam non habentur quæ incertus demonstrationum chronographicarum scriptor, tanquam ex Joanne Hæsitante accepta refert, ὡς ὁ Διακρινόμενος μέμνηται; puta Julianum Apostatam, visis miraculis quæ circa statuam Paneadensem fiebant, quæsito mysterio, cum audisset ea Dominum Jesum repræsentari, hanc confregisse, plantam quæ inibi nascebatur incendisse, eoque in loco erexisse Jovis idolum ac Veneris, cum hac inscriptione: *Hæc Deo Jovi omnium inspectori Julianus Paneadi consecravit.* Insuper Martyrium episcopum, cum Julianum multis objurgasset, a gentilibus juxta templum, ceu diis victimam, crematum fuisse. Plura hinc inde alia Anonymus ex Joanne τῷ Διακρινομένῳ recitat, quæ frustra quæsieris apud Malalam. Quanquam Joannem Malalam multa ab Hæsitante, quemadmodum ab aliis, surripuisse nullus dubito. Cæterum audiendus Photius non est, ubi conjicit Joannem τὸν Διακρινόμενον eumdem esse atque Joannem Ægeatam. Nam ipsemet cod. 52 fatetur Joannem Ægeatam nestorianum fuisse, atque adeo Dioscorianis et Monophysitis infensissimum; cum e contra ipso rursum Photio teste, ὁ Διακρινόμενος in historia sua Dioscorum ejusque synodum Ephesinam, quæ vere prædatrix fuit, ceu divinam commendasset: ἦν οὗτος ἐκθειάζει, καὶ τὸν ταύτης ἡγεμόνα Διόσκορον. Sed de his plura in Dissertationibus Damascenicis.

(23) *Ταῦτα Ἰουλιανός.* Asterius hanc statuam Jesu a Maximino confractam fuisse narrat.

(24) *Ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς Βερονίκης*, etc. Id est *Similiter Veronicæ statuam confregit; Hæmorrhoissam sic vocatam prodit idem Hæsitans.* Perperam hæc Combefisius interpretatur: *Similiter etiam Berenicæ ejus feminæ nomen esse, Hæsitans ille prodidit.* Loqui quidem hic Chronographum de statua Hæmorrhoissæ laudata, quam una cum statua Jesu Julianus confregit, nemo non videt.

Digitized by Google

De statuis argenteis Gratiani et ejus uxoris Romæ erectis.

Gratianus, postquam uxorem duxerat, Romam venit, ac sui uxorisque statuas argenteas ad aliud spectaculum Romæ proposuit.

Γρατιανὸς μετὰ τὸ γῆμαι ἐν Ῥώμῃ παρεγένετο, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὴν γαμετὴν ἐν ἀργυραῖς στήλαις εἰς ἄλλο θέαμα τῇ Ῥώμῃ προέθηκεν.

De Valentiniani Junioris statua, quæ in Leontii porticibus visebatur.

Mira Valentiniani junioris statua in Leontii porticibus visebatur, quem locum invisens Zeno, Valentiniani statuam conspicatus, Infelices, inquit, Cæsares, quorum imagines ad memoriam non conspicerentur.

Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου, ἐν τοῖς Λεοντίου ἐμβόλοις ὑπῆρχε στήλη θαυμάσιος, ἔνθα Ζήνων τὰς ἐποψίας ἐποιεῖτο. Ζήνων, Οὐαλεντινιανοῦ τὴν στήλην θεασάμενος, ἀτυχεῖν ἔφησε τοὺς μὴ εἰκόσιν εἰς μνήμην καθοράσθαι Καίσαρας.

De cruce argentea in Bove erecta, a Constantino et Helena sustentata.

179 In Constantini Bove maximum commissum lium est; aciem contra illum instruxit Byzas, ubi, prænarrante Socrate, Græcorum viginti millia ceciderunt. Statimque in eodem ipso Bove crux argentea deaurata confecta est, necnon servorum Dei Constantini et Helenæ imagines, crucem manibus complectentes.

Ἐν τῷ Βοῒ τοῦ Κωνσταντίνου φωσάτον παρεσκευάσθη μέγιστον, καὶ πόλεμον αὐτῷ Βύζας παρετάξατο, καὶ ἀπέθανον Ἕλληνες, ὡς ὁ Σωκράτης φησὶν, εἴκοσι χιλιάδες. Παρευθὺ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ Βοΐ, σταυρὸς ἀργυροῦς κεχρυσωμένος ἐτυπώθη, καὶ Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης εἰκόνες, ἀμφοτέρων αἱ χεῖρες τὸν σταυρὸν κατέχουσαι, φησὶ, τῶν θεοδούλων.

De Contariis, ac idolorum delubro ibidem exstante, quod postmodum in Deiparæ ædem conversum fuit.

Contaria, ut vocant, excubias ad annos septem habuerunt: eodemque loco ad biennium bellum gestum fuit. Erat idolorum delubrum exiguum, quod Gallieni esse dicebant. Quo diruto, Constantinus Deiparæ ædem excitavit, seseque cum matre, Jesuque ac Virgine nummo insculpens, festa publica diebus duodecim celebravit.

Ὅτι τὰ λεγόμενα Κοντάρια, βίγλαν εἶχον ἕως ἔτη ζ', καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ πόλεμος ἕως ἔτη β', καὶ ναὸς εἰδώλων μικρὸς πάνυ, ὃν ἔλεγον Γαληνοῦ (25) εἶναι· ὃν καθελὼν Κωνσταντῖνος, τῇ θεοτόκου οἶκον ἀνήγειρε, καὶ ἑαυτὸν ἐγχαράξας, καὶ τὴν μητέρα, καὶ Ἰησοῦν καὶ τὴν Παρθένον, πανηγυρικὰς ἑορτὰς ἐπετέλει ἕως ἡμέρας ιβ'.

De loco Viglentia nuncupato.

Ad Viglentia validissimæ erant Constantini excubiæ, quas ante crucis visionem in urbe habitam locavit. Nam illic, ut fertur, etiam crucem ipsis oculis circa vesperam conspexit. Eodem quoque loco ad Viglentia Severus Gazæis sedes et domicilium præscripserat; in quos instructo bello Maximinus, Constantini exercitus dux, quasi octo millia eorum concidit. Tum reliqui, equis exsilientes, confractisque gladiis, Maximini pedibus advoluti, vitam supplices deprecati nactique, ex proprio armorum ære statuam Constantino posuere.

Ἐν τοῖς Βιγλεντίου ὑπῆρχεν ἡ ὀχυροτάτη βίγλη Κωνσταντίνου, ἣν πρὸ τῆς ὀπτασίας [τῆς τοῦ Σταυροῦ ἐπὶ (26)] τῆς πόλεως ἔστησεν. Ἐκεῖ γὰρ, ὡς ἔλεγεν, καὶ τὸν σταυρὸν περὶ δειλινὸν ὀφθαλμοφανῶς ἐθεάσατο. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ τοῖς Βιγλεντίου, Σεῦῆρος Γάζους κατῴκισεν, οὓς καὶ πολεμήσας (27) Μαξιμῖνος στρατηγὸς Κωνσταντίνου, ὡσεὶ ὀκτὼ χιλιάδας ἀπέκτεινεν. Καὶ τότε οἱ λοιποὶ καταβάντες τῶν ἵππων, καὶ τὰ ξίφη κλάσαντες, τοῖς ποσὶ Μαξιμίνου ἐγκυλινδούμενοι, σωτηρίας τυχεῖν ἱκέτευον· καὶ τυχόντες, ἐκ τῶν ἰδίων χαλκουργημάτων Κωνσταντίνῳ στήλην ἀνέθεντο.

Anselmi Banduriі notæ.

(25) *Γαληνοῦ.* Hic et in notis ad Codinum Lambecius pro Γαληνοῦ legit Γαλλιηνοῦ. Utrobique de Galieno imperatore Valeriani filio sermonem esse censet. Locus ille *(Contaria)* communi forsan appellatione ita dictus, quod ad Propontidem situs esset; cum a monasterio sancti Georgii in Manganis, Bosporo imminenti, nomen inditum Brachii sancti Georgii fuerit non solum Freto ac Bosporo, sive Hellesponto, sed et toti Propontidi, ut pluribus superius monuimus cum de hoc monasterio ac Manganis egimus. Cæterum hæc ita a Codino narrantur: Εἰς δὲ τὸν τόπον τῆς Ἁγίας Θέκλης ὅστις ἐπιλέγεται τὰ Κοντάρια, ὄρος λέγουσι ἦν ἐπὶ τοῦ Βύζαντος, καὶ τοῦ Αἵμου τῆς Θράκης βασιλέως· ἐλθόντος πολεμῆσαι αὐτῷ, ἔκοψαν οἱ Βυζάντιοι ἐκ τοῦ τοιούτου τόπου τοῦ ὄρους Κοντάρια, καὶ ἔλαβεν ὁ τόπος τὴν παρωνυμίαν. *Ubi nunc est templum S. Theclæ, quod dicitur ad Contaria, ibi olim tempore Byzantii mons fuit. Quo vero tempore Hæmus Thraciæ rex ad ipsum debellandum venit, Byzantii hastas exciderunt ex illa montis parte quæ etiam nunc ex re Contaria nuncupatur.* Chronographus vero noster omnino diversa refert; nam Contaria inquit, excubias ad annos septem habuisse: eodemque loco ad biennium bellum gestum fuisse. Cæterum in cod. Reg. 1, ultimo loco pro Κοντάρια scribitur Κονταρίζια.

(26) Istæc supplevit Combefisius; vide ejusdem notas. — Necessario supplevi quæ clausa repræsento. Qui pugnaturo adversus Maxentium Constantino eam crucem apparuisse dicunt, non facile admittent, sic visam Constantinopoli, seu Byzantii. Unde etiam illud, ὡς ἔλεγον, ut fama, vulgique rumore ita ferri significetur, non certis monumentis proditum esse. Combefis.

(27) *Οὓς καὶ πολεμήσας.* Scribendum putat Lambecius οἷς καὶ, vel καθ' ὧν.

Digitized by Google

De populi acclamationibus quibus in Foro Constantinus M. exceptus est; et de Canonaris Philosophi cæde.

Ἐν τῷ φόρῳ μ' ἡμέρας Κωνσταντῖνος ἐδοξάσθη καὶ εὐφημίσθη παρὰ τοῖς μέρεσι καὶ παρὰ τοῖς ἄρχουσι τῆς αὐτῆς πόλεως. Κανονάρις δὲ Φιλόσοφος ἐν ὑψηλῷ τόπῳ ἀνελθών, μετὰ τὸ παῦσαι τοὺς ὄχλους, μεγάλῃ φωνῇ ἔκραξεν, Ὑπὲρ προγόνων μὴ φρόνει, ὁ τῶν προγόνων καθαιρέτης· ὃν ὁ Κωνσταντῖνος μετακαλεσάμενος συνεκρότει, καὶ παρεκάλει τοῦτον παύσασθαι ἑλληνίζειν. Ὁ δὲ ἰσχυρᾷ τῇ βοῇ ὑπὲρ προγόνων καὶ ἀποθνήσκειν ἑλόμενος, ἐκαρατομήθη ἐν τοῖς αὐτοῖς Βιγλεντίου ἐμβόλοις, εἰς φόβον τῶν καταλειφθέντων Γάζων. A

In Foro Constantinus per quadraginta dies faustis plebis senatusque **180** acclamationibus exceptus ac celebratus est. Canonaris autem philosophus, editum in locum conscendens, cessante turba, alta voce clamavit: *Ne plusquam majores sapias, qui majores sustulisti.* Quem evocatum Constantinus, lenibus hortabatur dictis ut paganismum profitendi finem faceret. Ille vero dum edita voce clamat se pro majoribus mortem oppeturum, capite cæsus in iisdem ad Viglentia porticibus, residuis Gazæis timendi exemplo fuit.

De statua Fortunæ urbis in Foro posita.

Ἡ στήλη ἡ ἐν τῷ φόρῳ πολλὰς ὑμνῳδίας ἐδέξατο. Ἐν αὐτῇ τὸ πολίτευμα, καὶ Ὀλβιανὸς ἔπαρχος, καὶ οἱ Σπαθάριοι, οἱ Κουδικέλλιοι (28), καὶ μὴν καὶ Σιλεντιάριοι μετὰ κηρῶν ὑφικεύσαντες, λευκὰς στολὰς ἀμφότεροι περιβεβλημένοι, ἀπὸ τοῦ καλουμένου ἀρτίως Φιλαδέλφιν, τότε δὲ Προτείχισμα καλούμενον, ἐν οἷς καὶ πόρτα ἦν τὸ πρότερον ὑπὸ Κάρου κατασκευασθεῖσα, ἀνήνεγκαν ἐποχουμένην εἰς καρούχαν. Ὡς δὲ ὁ Διακρινόμενός φησιν, ὅτι ἐκ τῆς καλουμένης Μαγναύρας· ἐν οἷς ἐν τῷ φόρῳ τεθεῖσα, καὶ πολλὰς, ὡς προείρηται, ὑμνῳδίας δεξαμένη, εἰς Τύχην τῆς πόλεως προσεκυνήθη παρὰ πάντων, ἐν οἷς καὶ τὰ ἐξέρκετα. Ἔσχατον πάντων ὑψοῦτο ἐν τῷ κίονι, τοῦ ἱερέως μετὰ τῆς λιτῆς παρεστηκότος, καὶ τὸ *Κύριε ἐλέησον* πάντων βοώντων ἐν ρ' μέτροις. Πολλὰ οὖν ὁ Διακρινόμενος ἄνωθεν τοῦ κίονος φάσκει πράγματα τεθῆναι, ἔνθα ἡ στήλη ἵσταται, ἐν οἷς καὶ χαραγὴ βασιλικὴ Κωνσταντίνου ἡ λεγομένη Σωτηρίκιος (29) χίλια κεντηνάρια. Τότε εὐφημίσθη ἡ πόλις κληθεῖσα (30) Κωνσταντινούπολις, τῶν ἱερέων βοώντων, *Εἰς ἀπείρους αἰῶνας εὐόδωσον ταύτην, Κύριε*· καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς δορυφορίας ἐμμέτρως μ' ἡμέρας πανηγυρίσαντες, τοῦ βασιλέως σιτηρέσια πάμπολλα τοῖς ὄχλοις χαρισαμένου, ἀπῆλθεν ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ. Καὶ οὕτως τῇ ἐπαύριον τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως γέγονεν, καὶ ἱπποδρόμιον μέγα, πολλὰ κἀκεῖσε χαρισαμένου, καταλείψας τὰ τοιαῦτα γενέθλια εἰς μνήμην αἰώνιον. B C D

Statua in Foro posita multis cantibus exornata fuit. Hanc populi cœtus, Olbianusque præfectus, Spatharii, Codicillares ac Silentiarii cum cereis comitantes, candido utrique amictu, a loco nunc Philadelphium, tunc autem Antemurale dicto, ubi etiam porta erat a Caro structa, curru vectam extulerunt: ut autem Hæsitans ille narrat, a Magnaura, ut vocant, ibidem in Foro constituta laudibus canticisque multis, ut jam dictum est, exornata, ab omnibus, ab ipsoque exercitu, tanquam Fortuna urbis adorata est. Demum in columna erecta est, adstante ac supplicante sacerdote, cunctisque, *Domine miserere*, centies acclamantibus. Ait porro Hæsitans multa super columnam, qua statua innitebatur, fuisse reposita; in iisque signatæ Constantini monetæ, quam Sotericium vocant, mille centenaria. Tunc multis acclamationibus Constantinopolis appellata fuit, **181** clamantibus sacerdotibus, *In infinita sæcula eam prospere agere facito, Domine.* Sic cum multo militum satellitio, per dies quadraginta solemnia celebrassent, Imperatore copiosam plebi annonam elargiente, singuli domum abierunt. Atque insequente luce urbis Natalia peracta sunt, majoresque circenses editi, ubi etiam largissimam distributionem fecit imperator, ejusmodi Natalia in æternam rei memoriam celebranda relinquens.

De habitatione æstiva Constantini proxime Taurum.

Ἐν τοῖς πλησίον τοῦ Ταύρου μέρεσι, Κωνστα-

In partibus Tauro vicinis Constantinus Magnus

Anselmi Bandurii notæ.

(28) *Σπαθάριοι, οἱ Κουδικέλλιοι.* Pro Κουδικέλλιοι Lambecius legit κουδικουλάριοι; hujus conjecturam et ego sequor.

λη (76) καὶ Ἀνδρομέδης θυγατρὸς βασιλικῆς (77) ὑπαρχούσης, ἣν οἱ μῦθοί φασι καί τις τῶν ἱστορικῶν, δίδοσθαι θυσίαν τῷ ἐκεῖσε ἐμφωλεύοντι δράκοντι. Οὕτως γὰρ ἦν ἐκ παλαιᾶς συνηθείας, δίδοσθαι παρθένον κόρην τῷ θηρίῳ· καθ' ἣν Ἀνδρομέδα δεθεῖσα, θανάτου αἰτία τῷ θηρίῳ ἔμελλε δίδοσθαι. Ὁ γοῦν προειρημένος Περσεὺς ἐκεῖσε ἦκων, πύθεται κλαιούσῃ τῇ Ἀνδρομέδῃ, τί ἂν εἴη δεδεμένη καὶ θρηνοῦσα. Ἡ δὲ τὸ συμβὰν ἐξηγήσατο. Τοῦ δὲ καθίσαντος ἦκε τὸ θηρίον. Αὐτὸς δὲ Γοργόνης κεφαλὴν ἐν πήρᾳ κατέχων, ὀπισθοφανῶς στραφείς, δείκνυσι τῷ θηρίῳ. Ὅπερ ἰδὼν ἐκεῖνος, ἀπέψυξεν. Ἐκλήθη οὖν Ἰκόνιον (78) παρὰ Φιλοδώρου ἡ πόλις, διὰ τὸ ἥκειν τὸν Περσέα καὶ σῶσαι τὴν Ἀνδρομέδαν. [Φόνοις ἀτύχημα τῇ πόλει ἐκ τοῦ ἥκοντος Περσέως.] Ἦν δὲ ὄνομα τῇ πόλει, τὸ ἀπὸ γενέσεως, Δωρία (79)· ἔπειτα ἐκλήθη Θρηνῳδία· παρὰ δὲ Φιλοδώρου τοῦ Λογιστοῦ, ἐκ τοῦ ἥκειν τὸν Περσέα, ἐκλήθη Ἰκόνιον· ἔνθα ἐτελειώθη ὁ αὐτὸς Περσεὺς σὺν τῇ Ἀνδρομέδῃ· ἐπάνω δὲ τῆς πόρτης τῆς πόλεως (80) ἐστηλώθη ἀμφότερα· καθ' ἣν καὶ θυσίαι πολλαὶ γεγόνασιν ἐκεῖσε παρὰ Δεκίου καὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· ἔνθα πλεῖστοι ἅγιοι ἐμαρτύρησαν. Ἦκασιν οὖν τοῦ τε Περσέως καὶ Ἀνδρομέδης αἱ στῆλαι, ὡς λόγος ἔχει, ἐπὶ Κωνσταντίου (81), μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν.

A Andromedæ regiæ filiæ, quæ, ut fabulose fertur, et etiam a quodam historico proditum est, draconi illic in latibulis agenti ad victimam data fuit. Hic quippe mos olim erat, ut feræ virgo traderetur: quare vincta Andromeda, draconi, cui mortis causa fuit, tradenda erat. Memoratus vero Perseus cum istac haberet iter, lugentem Andromedam percontatur, cur sic vincta lugeret. Rem illa narrat ut contigerat. Illo autem sedente fera irruit. Tum Perseus Gorgonis caput, quod in pera habebat, retro conversus feræ ostendit. Quo illa conspecto exspiravit. Unde urbs a Philodoro Iconium vocata est: quia Perseus eo ivisset. Andromedamque liberasset. Nomen autem urbis a conditu suo Doria fuerat: hinc Threnodia nuncupata est, demum ab adventu Persei B Iconium a Philodoro Logista appellata fuit. In qua tum Perseus, tum Andromeda mortem obierunt, quorum statuæ supra portam urbis erectæ sunt; quo loco multa a Decio, Diocletiano et Maximiano oblata sunt sacrificia, ubi item sancti multi martyrio perfuncti sunt. Advectæ itaque sunt, ut fertur, Persei et **193** Andromedæ statuæ, Constantio imperante, postquam Antiochena ecclesia absoluta est.

De statua Anastasii in Thermis Constantianis erecta.

Ἐν τῷ Κωνσταντιναΐς λουτρῷ (82) Ἀναστασίου στήλη ὑπάρχει, ἡ ὀπισθεν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μηνᾶ, ἥτις στήλη ἐστάθη μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν C

In Constantianis thermis Anastasii statua consistit, pone sanctum Menam martyrem, quæ ibidem locata est, postquam bonum sacrificia idolis fieri solita

Anselmi Bandurii notæ.

(76) *Περσέως στήλη*. Perperam interpretatur Combefisius, *Persei columna*; nam hic στήλη non columnam, sed statuam significat, ut ex contextu liquet.

(77) *Θυγατρὸς βασιλικῆς*. Scilicet, *regiæ filiæ*. Perperam legitur in ms. et in editis, Θυγατρὸς Βασιλίσκου. Andromeda enim non Basilisci filia, sed Cephei Æthiopum regis et Cassiopes filia fuit. Vide Euripidem in *Andromeda*.

(78) *Ἐκλήθη οὖν Ἰκόνιον*. Anonymus noster Iconium appellatum a Philodoro Logista ait, διὰ τὸ τὸν Περσέα δεῖξαι τὴν εἰκόνα ἐκεῖσε τῆς Γοργόνης. Stephanus vero *De urbibus* ex alia fabula ejusdem vocis etymologiam ducit; quod scilicet exstincto per diluvium humano genere, illic primum a Prometheo fictæ imagines et simulacra εἰκόνες, quas spiritus afflans animaverit. Unde ait, καὶ ἔδει διὰ D διαθόγγου. Cæterum quem Anonymus noster, Chronographus ac Codinus Philodorum vocant, Lambecius Philochorum esse contendit. Vide ejusdem ad Codinum notas. Quæ autem sequuntur et clausa repræsentantur corrupta et Combefisio visa sunt, et mihi videntur: neque absque novi codicis ope sanari possunt, nisi hariolando, quæ ars, licet ea usi sint passim superiori tempore viri doctissimi, nunquam mihi placuit, nisi codicis manu exarati auctoritas accedat, vel contextus suadeat.

(79) *Δωρία*. Emendat Lambecius Δανάεια, quod ita Codinus habeat, etsi variant ejus exemplaria, habentque ipso teste alia Δανία, alia Δάνεια. At quis tantus Codinus, auctor sic nuperus, vel si Δανάεια constanter habeat, ut Anonymo, ex quo pleraque hausit, ac qui centenis aliquot annis antiquior est, debeat præscribere? Quod ait Anonymus ἀπὸ τῆς γενέσεως, *cum primum condita est*, sic appellatam urbem, Lambecii conjecturas omnes elidit. Longe enim antiquior ejus origo, quam vel Perseus, vel ejus parens Danae, siquidem Argos jam erat, eique Persei parentes imperitabant, cum ex Stephano ad primos a diluvio homines Iconii origo spectare videatur. Una trium urbium Homero nominatarum, Δώριον est.

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἄλος καὶ Δώριον.

Sed alio spectare videatur. Unum est non esse hoc nomen in antiquis urbibus novum, ut illo Codini sic facile sit mutandum. Danaen in Italiam commigrasse, ac illic Ardeam condidisse auctor Julius Polyhistor, *A Danae Ardeam*. Item Virg. VII *Æneid.*

Quam dicitur olim,
Acrisionæis Danae fundasse colonis.
COMBEFIS.

(80) *Ἐπάνω δὲ τῆς πόρτης τῆς πόλεως*, etc. Ita ex Anonymo nostro restituimus: corrupte quippe in ms. et in editis legitur, Ἔνθα ἐτελειώθη ὁ αὐτὸς Περσεὺς σὺν τῇ Ἀνδρομέδῃ ἐπάνω τῆς πόρτης τῆς πόλεως. Non quidem supra portam diem obierunt, sed cum Iconii Perseus et Andromeda vitam exegissent, ipsorum statuæ portæ urbis impositæ sunt.

(81) *Ἐπὶ Κωνσταντίου*. Has Persei et Andromedæ statuas tempore Constantini advectas, postquam absoluta fuit ecclesia Antiochenorum, perhibet Anonymus noster, ac in Magno Balneo Constantini prope Tzycanisterium collocatas ait.

(82) *Ἐν τῷ Κωνσταντιναΐς λουτρῷ*. Scilicet, *in Constantianis thermis*. Socrates lib. VI, cap. 16 habet, ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ ἐν Κωνσταντιναΐς.

Digitized by Google

sublata sunt, ac locus in lupanar versus fuit, ita jubente imperatore, ad locum infamia notandum.

Α βουλυσίαν τῶν εἰδώλων, καὶ γενέσθαι πορνεῖον τὸν τόπον, τοῦ βασιλέως τοῦτο κελεύσαντος, ἐπὶ τὸ ἀτιμασθῆναι τὸν τόπον.

De statua Valentis Imperatoris in Cisterna Aetii posita.

In Cisterna, quam Aetii vocant, ab Aetio patricio exstructa Valente imperatore, ejusdem Valentis statua visitur, adstante ac satellitium agente Aetio.

Ἐν τῇ καλουμένῃ Ἀετίου κιστέρνῃ, ἥτις ὑπὸ Ἀετίου πατρικίου κτισθεῖσα ἐν ταῖς ἡμέραις Βάλεντος· ἔνθα ἡ στήλη αὐτοῦ τοῦ Βάλεντος ἐν τῇ κιστέρνῃ σώζεται, δορυφοροῦντος αὐτὴν τοῦ Ἀετίου (83).

De Cisterna Asparis cognominata.

Cisterna quæ Asparis vocatur ab Aspare et Ardaburio struota est, qui Leone Magno imperatore vixerunt; qua absoluta Aspar et Ardaburius necati sunt.

Ἡ λεγομένη Ἄσπαρος (84) ὑπὸ Ἄσπαρος καὶ Ἀρδαβουρίου, τῶν ἐπὶ Λέοντος τοῦ Μεγάλου οἰκοδομεῖται· καθ' ἣν Ἄσπαρ καὶ Ἀρδαβούριος, πληρωθείσης αὐτῆς, τὸν ὅλεθρον ὑπομένουσι.

De insula Cranum nuncupata.

Quam vocant Cranum insulam Verina magice consecravit: nec ulla ejus consecrationis ratio excogitari potest. Dum autem magice consecraretur, complures repente exstiterunt mortes, quamobrem deserta mansit usque ad templum Justiniani tertii, qui illam, ut penitus aboleret, mari obrui jussit.

Β Τὴν λεγομένην Κράνου νῆσον ἐστοιχειώσατο Βερίνα, καθ' ἣν οὐδεμία εὑρίσκεται φρονεῖς, τίνος χάριν ταύτην στοιχειοῦσας. Ἐν δὲ τῷ στοιχειωθῆναι τὴν αὐτὴν νῆσον, ἀθρόως θάνατοι γεγόνασι πλεῖστοι, ὅθεν ἐρημοῦται διαμείναι μέχρι τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ τρίτου, τὴν θάλασσαν προστάξαντος ἀναπλοῦσαι ἐν αὐτῇ, εἰς τέλειον ἀφανισμόν.

Anselmi Banduril notæ.

(83) *Δορυφοροῦντος αὐτὴν τοῦ Ἀετίου.* Id est, *astante ac satellitium agente Aetio.* Perperam interpretatur [Combefisius, *cujus Aetii satellitia more latus cingit.* Cæterum quod ait Chronographus, Aetii cisternam conditam esse Valente imperante, non cohæret cum eo quod de hac cisterna scribit Marcellinus comes; ipse enim Cisternam Aetii constructam ait sub Theodosio Juniore anno Christi 421, Eustathio et Agricola coss.

(84) *Ἡ λεγομένη Ἄσπαρος*, etc. Subintelligitur κιστέρνα. Pro ὑπὸ Ἄσπαρος, male in ms. et in editis habetur ἐπὶ Ἄσπαρος. De Asparis cisterna pluribus loquitur Anonymus noster. Ἡ δὲ λεγομένη Ἀσπάρου κιστέρνα ὑπὸ Ἀσπάρου καὶ Ἀρδαβουρίου ἐκτίσθη ἐπὶ τοῦ μεγάλου Λέοντος. Καθ' ἣν ἀμφότεροι, πληρωθείσης αὐτῆς, ἀνῃρέθησαν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, οἵτινες ἐβούλοντο μετὰ τοῦ δημου καταβιβάσαι Λέοντα τῆς βασιλείας, εἰ μὴ ἐξ ἀγχινοίας οὗτος τούτους ἀνεῖλε δόλῳ. Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἀσπάρου ἦν, ὅπερ εἶχε Βασίλειος ὁ παρακοιμώμενος. *Asparis Cisternam Aspares et Ardaburius exstruxere tempore Leonis Magni. Qua absoluta, ambo inibi interfecti sunt ab eodem imperatore, ea quod conjuratione cum populo inita, Leonem ab imperio ejicere statuerant, nisi de industria eos dolo sustulisset imperator. Cæterum domus Asparis erat, quam deinde possedit Basilius accubitor.* Cæterum cisterna hæc Asparis ædificari cœpta est anno 11 Leonis M. imperatoris, Ricimere et Patricio coss., ut testatur scriptor Chronici Alexandrini, qui sic habet: Τούτῳ δὲ ἐνιαυτῷ ἤρξατο Ἄσπαρ ὁ στρατηλάτης κτίζειν τὴν μεγάλην κιστέρναν πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους, *Hoc anno Aspar magister militum cœpit ædificare cisternam maximam juxta antiquum urbis murum.*

ΦΩΤΙΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΙΣ ΝΕΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ, ΥΠΟ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΘΕΙΣΗΣ.

PHOTII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

NOVÆ SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS ECCLESIÆ, IN PALATIO A BASILIO MACEDONE EXSTRUCTÆ, DESCRIPTIO

Vide tomum nostrum CIV, ubi hoc opusculum jam edidimus.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΑΦΩΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ

ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΝΑΩ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

DE SEPULCRIS IMPERATORUM

QUÆ SUNT IN TEMPLO SS. APOSTOLORUM.

(*Anselmus Bandurius, Imperium Orientale*, tom. I, p. 121.)

Ἐν τῷ ἠρῴῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου (1) ἔμπροσθεν κατὰ ἀνατολὰς (2) κεῖται ἡ λάρναξ τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πορφυρᾶ (3), ἐν ᾗ ἀπόκειται αὐτὸς μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης (4).

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς (5) τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

A **194-203** In heroo sancti et magni Constantini versus Orientem jacet urna ejusdem magni Constantini porphyretica, in qua depositus est ipse cum matre sua Helena.

Alia urna porphyretica, in qua depositus est Constantinus, filius magni Constantini.

Anselmi Bandurii notæ.

(1) *Ἐν τῷ ἠρῴῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου.* Templum SS. Apostolorum conditum fuisse a Constantino Magno scribit Anonymus noster qui subjungit, templum sanctorum Apostolorum extructum fuisse a Constantino Magno ac matre ejus Helena, forma oblonga, et tecto ligneo opertum; præterea monumentum imperatorum, in quo et ipse conditus est. His consona habent Eusebius, Socrates, Sozomenus, Theophanes aliique ex vetustioribus; solus vero Zonaras disserte tradit ædem SS. Apostolorum ædificatam a Constantio fuisse; nam Philostorgii verba indicant potius, templum hoc dedicatum fuisse a Constantio, non vero conditum. Sed qui plura hac de re cupit, consulat doctissimum Ducangium, qui omnia accuratissime pro more refert. Cæterum quanta fuerit hujus ædis Constantinianæ amplitudo, quæ elegantia, quæve atria ac ædificia eamdem ædem ambiebant, aut ei erant adjuncta, pluribus prodit Eusebius lib. IV, *De Vita Constantini* cap. 59, quæ cum sint longiuscula, et liber cuique obvius, consulto prætereo.

(2) *Ἔμπροσθεν κατὰ ἀνατολάς.* Ninirum *in anteriori parte versus orientem*, seu potius ἔμπροσθεν subintelligitur τοῦ ναοῦ, hoc est, *ante ipsum templum orientem versus*; nam non in ipso templo sed in porticu quam ad id condiderat idem Constantinus tumulantur imperatores. Joannes Chrysostomus adversus gentiles, et homil. XXVI, et LX ἐν τοῖς προθύροις, hoc est, in templi vestibulo, Constantinum Magnum humatum fuisse scribit. Zonaras vero quemadmodum structuram templi SS. Apostolorum, ita etiam sepulcra imperatorum Constantio adscribit, et præcipue sepulcrum ejus patris, quod in porticu ad id condita a Constantio filio, ponit idem scriptor, Καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κατέθετο ἱερῷ, ἐν ἰδιαζούσῃ μέντοι στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ᾠκοδόμησεν. Manuel Chrysoloras loquens de sepulcris imperatorum a Constantino Magno conditis, subjungit, sua adhuc ætate non pauca imperatorum sepulcra superesse circa ædem Apostolorum: Τί γὰρ ὁ τοῦ κτίστου μὲν καὶ πολιούχου βασιλέως τάφος, καὶ οἱ τῶν ἄλλων περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ πολυανδρίου, ὃ μόνον θαῦμα ἦν ἰδεῖν, πολλοὶ μὲν κύκλῳ σωζόμενοι περὶ τὸν ναὸν τῶν Ἀποστόλων, πολλοὶ δὲ ἤδη καὶ ἀπολωλότες, καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχοῦ τῆς πόλεως ἐπὶ τῶν προνάων; *Nam imperatoris, quem conditorem et tutelarem urbs agnoscit, et ei adjuncta cæterorum Augustorum sepulcra in hoc imperatorio cæmeterio, rem vel solo aspectu admirandam, quid commemorem quorum non pauca adhuc supersunt circa ædem Apostolorum, multa quoque jam interierunt, alia etiam passim in templorum pronais exstant?*

(3) *Πορφυρᾶ.* Sepulcrum Constantini Magni ac ejus situm describit Eusebius lib. IV *De Vita Constantini* cap. 60. Δώδεκα δ' οὖν αὐτόθι θήκας ὡσανεὶ στήλας ἱερὰς ἐπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ τοῦ τῶν ἀποστόλων ἐγείρας χοροῦ, μέσην ἀτίθει τὴν ἑαυτοῦ αὐτὸς λάρνακα, ἧς ἑκατέρωθεν τῶν ἀποστόλων ἀνὰ ἓξ διέκειντο. Καὶ τοῦτο γοῦν, ὡς ἔφην, σώφρονι λογισμῷ, ἔνθα αὐτῷ τὸ σκῆνος τελευτήσαντι τὸν βίον εὐπρεπῶς μέλλον διαναπαύεσθαι ἐσκόπει. *Loculos igitur duodecim, quasi sacras columnas in apostolorum chori honorem et memoriam eriyens, medium inter ipsos sepulcrum suum statuit, quod utrinque seni claudebant apostoli: sano certe, ut dixi, consilio præcogitans, quod ubi vitam cum morte commutasset, illius corpus ibi digne ac decenter quiesceret.* Cedrenus pag. 296 scribit, corpus Constantini Magni depositum fuisse una cum matre Helena, ἐν λάρνακι πορφυρᾷ, ἥτοι Ῥωμαϊκῷ. Cedreno autem ac scriptori nostro adstipulatur Paulus Diaconus lib. II *Hist. Misc.* scribens de Constantino: *Funus ejus sepultum est in ecclesia Apostolorum in sepulcro porphyretico.* At Eusebius, Socrates, Sozomenus aliique tradunt, corpus Constantini Magni in theca aurea reconditum fuisse, atque a Constantio filio in ædem SS. Apostolorum illatum. Ab hujus sepulcro aurea ornamenta a furibus ablata fuisse, scribit Choniates in Alexio lib. I extremo. Vide quid Gyllius de sepulcro Constantini Magni narrat lib. IV, cap. 2. Cæterum quid sentiam de inscriptione sepulcrali Constantini Magni, ac explicatione earumdem litterarum, auctore Gennadio Scholario, quæ in variis bibliothecis reperitur et a nobis in hoc volumine edita lib. VII, pluribus ibidem monemus. (*Vide apud nos in Gennadio ad an.* 1440. EDIT. PATR.)

(4) *Μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Ἑλένης.* Prima omnium Helena Augusta Constantini mater in templo SS. Apostolorum tumulata fuit, si qua fides Eusebio, Cedreno, Nicephoro Callisti, et nonnullis aliis. Sed de his plura viri docti.

(5) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱός.* Sic Græculus noster. Atqui scriptores fide digni, tradunt Constantinum Juniorem, commisso ad Aquileiam cum fratre Constante prælio, ab eodem fusum, ac postmodum interfectum, illiusque corpus

Digitized by Google

Alia urna porphyretica, in qua depositus est Theodosius Magnus.

Alia urna porphyretica, ubi tumulatur Theodosius Junior.

Alia urna prasina Thessalica, in qua jacet Zeno.

264 Alia urna prasina hieracitis (id est ex marmore viridi obscuro), ubi reconditus est Leo Magnus.

Alia urna porphyretica, ubi tumulantur Marcianus et Pulcheria.

Alia urna Nicetiana, in qua jacet Anastasius Dicorus cum Ariadna.

Alia urna prasina Thessalica, ubi tumulantur Basilius Macedo. Eudocia et Alexander.

Alia urna Sangarina Phlegemenusia, in qua depositus est Leo Philosophus et Constantinus filius ejus.

Alia urna alba, quæ dicitur Basilica, in qua jacet Constantinus filius ejus.

Alia urna prasina Thessalica, in qua reconditæ

A Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ Μέγας (6).

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ Μικρός (7).

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζήνων (8).

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος ἱερακῖτις (9), ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Μέγας.

Ἑτέρα λάρναξ πορφυρᾶ, ἐν ᾗν ἀπόκειται Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία (10).

Ἑτέρα λάρναξ Νικητιανὴ (11), ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος μετὰ Ἀριάδνης.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Βασίλειος ὁ Μακεδὼν (12), Εὐδοκία καὶ Ἀλέξανδρος.

Ἑτέρα λάρναξ Σαγγαρινὴ (13) φλεγμενούσιος, ἐν B ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Φιλόσοφος καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ (14).

Ἑτέρα λάρναξ λευκὴ, ἡ λεγομένη Βασιλικὴ (15), ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται

Anselmi Bandurii notæ.

in Alsam fluvium non longe ab Aquileia projectum. Sic Victor Epit. Socrates lib. II, cap. 4. Zosimus lib. II, Idatius in Fastis, Theophanes, cæterique.

(6) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ Μέγας.* Corpus Theodosii Magni ab Arcadio filio Mediolano Constantinopolim advectum, atque in templo sanctorum Apostolorum conditum scribunt Marcellinus, Socrates lib. V, cap. 1, Cedrenus pag. 327, aliique nonnulli ex scriptoribus.

(7) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ Μικρός.* Caput hoc ex cod. Colbertino reponimus. Theodosium Junior em in templo Apostolorum tumulatum scribit et Theodorus Lector pag. 194, Cedrenus pag. 343. Idem repetit paulo infra scriptor noster, ubi de porticu, quæ suo tempore tecto carebat, ubi tres urnulæ porphyreticæ depositæ erant, una nimirum Arcadii ad meridiem, secunda Theodosii ejus filii ad septentrionem: tertia Eudoxiæ ad orientem.

(8) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζήνων.* Caput etiam hoc ex cod. Colbertino supplemus. Vide quæ de Zenonis sepulcro narrat Cedrenus pag. 355.

(9) *Ἱερακίτις.* Seu potius, Ἱρακίτης, de quo lapide seu gemma sic Plinius lib. XXXVII, cap. 10: *Hieracites alternat milvinis nigrisque veluti plumis.* De quo sic erud. Harduinus in notis ad eumdem Plinii locum: Hieracitis ab ἱέραξ, quæ vox accipitrem et milvum sonat. Ἱρακίτης λίθος, Aetio, lib. II cap. 30, ex ms. Cod., ὑπόχλωρος μὲν ἔστι, καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρεραμμένος χροιαῖς ἑτέραις, ὡς ποικίλος εἶναι, ὡς φησι Διογένης ἐν τῷ *Περὶ λίθων. Lapis subviridis ad nigredinem vergens, aliisque subinde alternatis coloribus toto corpore interstinctus, ut varii coloris dici possit, ut narrat Diogenes in libro* De lapidibus.

(10) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία.* Sic Cedrenus: Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς τελευτᾷ, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *Moritur Marcianus imperator, et cadaver ejus deponitur in hæo sanctorum Apostolorum.* Pulcheriæ autem Augustæ, uxoris Marciani statuam positam fuisse a Leone M. imp. in ipsius monumento, scribit Chronographus noster qui etiam ei, festum ejusdem Augustæ institutum fuisse ab eodem Leone. Cæterum Græci memoriam Pulcheriæ celebrant die 10 Septembris, ac rursus utriusque festum, nimirum Marciani et Pulcheriæ, 17 Februarii.

(11) *Νικητιανή.* In codice Colbertino pro Νικητιανὴ legitur, Ἀνακητιανὸς, ubi fortassis quispiam legeret, *Ananchitis*, de quo lapide seu gemma sic Plinius lib. XXXVII, cap 11: *Anaxchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum.* Cedrenus pag. 363 cadaver Anastasii et Ariadnæ depositum fuisse scribit in templo Apostolorum, ἐν λάρνακι C Ἀκυντιανῇ; Ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν λάρνακι Ἀκυντιανῇ, μετὰ Ἀριάδνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτελευτησάσης. Ad quem Cedreni locum sic adnotat doctissimus Goar: Ἀκυντιανῇ. «Ex Acyntiano marmore *flavo*, ex Acyntio monte ad Chalcedonis littus delato.»

(12) *Βασίλειος ὁ Μακεδὼν*, etc. Leo Grammaticus, Alexandrum imperatorem eodem sepulcro cum patre Basilio repositum fuisse scribit in eodem Alexandro: Ἀπέθετο δὲ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς τάφοις μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

(13) *Σαγγαρινή.* Seu potius Σαγαρινή. Sic ex cod. Colbert. et ex contextu reponimus; nam licet hic in cod. Reg. legatur Ἀγαρινή, infra ubi loquitur de sepulcro Constantis, filii Constantini, filii Heraclii, ac ejusdem Constantis uxoris sepulcro scribitur Σαγγαρινή. De lapide autem Sagarino seu D Sagario sic Porphyrogenitus in avi Vita cap. 84 edit. Combef.: Ἡ δὲ πρὸς βοῤῥᾶν ἐκ τοῦ Σαγαρίου λεγομένου λίθου, ὃς τῷ παρά τινων Ὀστρίτῃ καλουμένῳ λίθῳ καθέστηκεν ἐμφερής, etc. *Quæ autem ad aquilonem ex Sagario sic nuncupato concinnata lapide, haud absimili Ostriti, ut quidam vocant.*

(14) *Καὶ Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ.* Constantinum Porphyrogenitum in æde SS. Apostolorum sepultum fuisse una cum patre Leone scribit et Symeon Magister in eodem Constantino pag. 496. Καὶ θάπτεται ἐν τῷ ναῷ ἁγίων Ἀποστόλων μετὰ Λέοντος βασιλέως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Sic Cedrenus pag. 64.

(15) *Ἡ λεγομένη Βασιλική.* Constantinus igitur eodem in loco quo pater, non vero eadem in urna tumulatus fuit; illius siquidem Sangarina fuit, hujus vero alba.

Digitized by Google

τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς (16) καὶ Εὐδοκίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς (17). A

Ἑτέρα λάρναξ Βιθυνή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ζωὴ ἡ δευτέρα γυνὴ Λέοντος (18) τοῦ Φιλοσόφου.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος (19).

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ θυγάτηρ Λέοντος Ἄννα (20).

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Ἀμορ-ῥαῖος (21).

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, ὁ λεγόμενος τὸ καλὸν παιδίον (22).

Ἔσωθεν δὲ τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος καὶ ἀδελφὸς βασιλέως Βασιλείου τοῦ Βωλγαροκτόνου (23). Οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ῥωμανοῦ τοῦ λεγομένου καλοῦ παιδίου καὶ μητρὸς αὐτῶν Θεοφανοῦς, ἐν ᾗ ἀπόκειται καὶ αὐτὴ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ αὐτοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου. B

sunt reliquiæ S. Theophanonis et Eudociæ filiæ ejus.

Alia urna Bithynica, in qua tumulatur Zoe secunda uxor Leonis Philosophi.

Alia urna prasina Thessalica, ubi deposita est tertia uxor ejusdem Leonis.

Alia urna Proconnesia, in qua jacet Anna Leonis filia.

Alia urna, in qua reconditur Nicephorus Phocas.

Alia urna, in qua depositus est Michael Amorrhæus.

205 Alia urna, in qua tumulatur Romanus Constantini Porphyrogeniti filius, qui bonus puer cognominabatur.

Intra templum alia urna, in qua depositus est Constantinus Porphyrogenitus, frater imperatoris Basilii qui Bulgaros concidit. Hi sunt filii Romani, qui bonus puer cognominabatur, et Theophanonis, quæ deponitur in eadem urna ad dextrum ejusdem templi S. Constantini latus.

Ἡρῷον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ (24).

Λάρναξ κατὰ ἀνατολὰς ἀπὸ λίθου ξένου καὶ ἀλλο-

Heroum magni Justiniani.

Urna ad Orientem ex lapide peregrino et extra-

Anselmi Bandurii notæ.

(16) *Τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς.* Nimirum Leonis imperatoris primæ uxoris quæ quidem a Græcis sanctorum catalogo ascripta fuit, cujusque festum colitur die XVI Decembris. Hujus nomine ecclesiam conditam fuisse a Leone imperatore non procul ab æde sanctorum Apostolorum, et in ea corpus ejus depositum, scribit Symeon Magister pag. 463: Καὶ πλησίον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐξωνησάμενος οἰκήματα Λέων ὁ βασιλεὺς κτίζει ἐκκλησίαν περικαλλῆ εἰς ὄνομα Θεοφανοῦς τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς, καὶ κατατίθησι καὶ ταύτην ἐκεῖ. *Prope etiam templum sanctorum Apostolorum, coemptis Leo imperator ædibus, pervulchram ecclesiam ædificat, prioris suæ conjugis Theophanus nomine, cujus et funus in ea deponit.* Similia fere habent Scylitzes, Zonaras, et nonnulli alii ex scriptoribus Byzantinis. Hujus Augustæ elogium ac panegyricum conscripsit Nicephorus Gregoras, ut aiunt Allatius *De Simeon.* pag. 107, et Lambecius lib. IV Bib. Cæsar, p. 61. C

(17) *Καὶ Εὐδοκίας τῆς θυγατρὸς αὐτῆς.* Altum est apud scriptores silentium de nomine filiæ Theophanonis, quæ scriptori nostro Eudocia nuncupatur. Eam autem peperisse Leoni filiam, quæ statim post partum obiit, præter nonnullos alios scriptores, prodit idem Porphyrogenitus in argumento libelli unionis, quod quidem habetur editum in Jure GR. Rom. pag. 103. Λέων ὁ σοφώτατος εἶχε μὲν πρώτην γαμετὴν τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ, μεθ' ἧς καὶ θυγατέρα ἔτεκεν· ἀλλὰ τάχιον ἐτεθνήκει. *Imperator ille sapientissimus Leo primam quidem uxorem habuit, sanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit; sed ea cito rebus humanis excessit.* Verum idem Porphyrogenitus *De adm. imp.* cap. 26, scribit se habuisse sororem nomine Eudociam, dum ait, se curasse ut Bertæ, Romani filii cunjugi, Eudociæ nomen imponeretur, in aviæ et sororis, quæ eo donabantur, memoriam: Μετωνομάσθη δὲ Εὐδοκία, κατὰ τὸ ὄνομα τῆς τε μάμμης καὶ ἀδελφῆς Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου. At, cum nemo ex scriptoribus, quod sciam, prodat Leonem imperatorem ex Zoe quarta uxore suscepisse alteram prolem præter Constantinum, non est dubium quin id intelligat Porphyrogenitus de sua sorore ex patre non vero uterina, quam Leo ex Theophanone suscepit, ut tradit scriptor noster.

(18) *Ζωὴ ἡ δευτέρα γυνὴ Λέοντος.* Dum hujus Augustæ cadaver humaretur, inventam fuisse urnam ejusmodi litteris intus insculptam, *Filia Babylonis misera*; et haud procul, exstructo templo, titulo sanctæ Zoes, eam ibi sepultam fuisse, auctor est Symeon Logotheta in eodem Leone pag. 463: Ἐφεῦρον δὲ λάρνακα εἰς τὸ ἀποτεθῆναι τὸ σῶμα αὐτῆς, ἔχουσαν ἔσωθεν γράμματα κεκολαμμένα, γράφοντα οὕτως, *Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος.* Πλησίον δὲ, τοῦ Μαΐου μηνὸς, οἰκοδομήσας ναὸν, τὴν ἁγίαν Ζωὴν, κατατίθησιν αὐτήν.

(19) *Ἡ τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος.* Ea est Eudoxia ex Themate Obsequiano oriunda, insignis formæ femina, quæ una cum prole mascula ex fœtu paulo post exstincta fuit.

(20) *Ἡ θυγάτηρ Λέοντος Ἄννα.* Anna Leonis filia quam ex Zoe altera uxore Leo suscepit. Hanc a patre imperatoria corona donatam statim post matris obitum scribunt Leo Grammaticus pag. 481 et Scylitzes pag. 509. D

(21) *Μιχαὴλ ὁ Ἀμορ-ῥαῖος.* Idem qui *Balbus*. Caput hoc ex cod. Colbertino reponimus.

(22) *Ὁ λεγόμενος τὸ καλὸν παιδίον.* Corrupte in cod. Regio, ὁ λεγόμενον, etc. Παιδίν Græci recentiores pro παιδίον. Nimirum *cognomento bonus* seu *pulcher puer*.

(23) *Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου.* Hujus cadaver humatum fuit in templo sancti Joannis Evangelistæ in Hebdomo.

(24) *Ἡρῷον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.* Cum ædem Constantinianam sanctorum Apostolorum funditus demolitus esset Justinianus, aliam pulchriorem ac elegantiorem in formam crucis ædificavit, in cujus medio ingens testudo assurgebat, non absimilis in alio Sophianæ, nisi quod ædis sanctorum Apostolorum testudini nullæ suberant fenestræ. Auctor est Procopius lib. I *De ædif.* cap. 4, ubi forma ac elegantia ædis Justinianæ sanctorum Apostolorum pluribus ab eodem historico describuntur. Sic etiam Evagrius lib. IV cap. 30, ac scriptor Actorum S. Lucæ hujus

Digitized by Google

neo, medium colorem habente Bithynicum et Chalcedonitem inter atque Ostritum; in qua depositus est Justinianus.

Alia urna ex lapide Hieropolitano, in qua jacet Theodora uxor ejus.

Alia urna ad occidentem in dextro latere, colore roseo maculis distincto, in qua jacet uxor Justini.

Alia urna alba Proconnesia, ubi recondítus est Justinus junior.

Alia urna Proconnesia, ubi deposita est Sophia uxor Justini.

206 Alia urna ex lapide albo Docimino cavchita, ubi jacet Heraclius.

Alia urna prasina Thessala, in qua deposita est Flavia uxor ejus.

Alia urna Proconnesia, in qua jacet Constantinus Pogonatus.

A κότου, μέσην χροιὰν ἔχουσα τοῦ τε Βιθυνοῦ καὶ Χαλκηδονίτου παρὰ λίθου ὀστρίτου, ἐν ᾗ Ἰουστινιανός (25).

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ἱεροπολίτου (26) ἐν ᾗ ἀπόκειται Θεοδώρα ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πρὸς δυσμὰς εἰς τὸ δεξιὸν μέρος, τὴν χροιὰν ῥοδοποικίλος, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ Ἰουστίνου (27).

Ἑτέρα λάρναξ λευκὴ Προικοννησιός, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰουστῖνος ὁ μικρός (28).

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννήσιος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Σοφία ἡ γυνὴ Ἰουστίνου.

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου λευκοῦ Δοκιμίνου (29) ὀνυχίτου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἡράκλειος (30).

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται B Φλαβία ἡ γυνὴ αὐτοῦ (31).

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννησία, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος (32).

Anselmi Bandurii notæ.

ædis structuram Justiniano imperatori attribuunt; Zonaras vero, Glycas, Constantinus Manasses, et nonnulli alii ex recentioribus scriptoribus eam Theodoræ Augustæ ascribunt. Restaurata autem hac æde Justinianus sepulcra imperatorum et patriarcharum in ea vel ad eam condidit. Evagrius lib. IV cap. 30: Ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, *In qua et imperatores et pontifices debitam sepulturam consequuntur.* Debitam, inquit; nam in hac æde humari alios quam patriarchas et eos qui ex Augusta familia erant, vetant Gratianus, Valentinianus, et Theodosius Augusti in l. 6. Cod. Th. *De sepulcris violatis.* Hæc autem sepulcra varie appellantur a scriptoribus: aliis dicuntur μέγα ἡρῶον Ἰουστινιανοῦ; aliis, οἱ βασιλικοὶ τάφοι; aliis, τὰ βασίλεια τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήματα; aliis, τὰ βασιλικὰ μνήματα; aliis, τὰ τῶν βασιλέων κοιμητήρια; aliis, βασιλικὸν πολυάνδριον. Neque solius Justiniani sepulcra ita varie a scriptoribus appellantur, sed et ἡρῶον Constantini Magni, de quo supra (not. 4.)

(25) Ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰουστινιανός. Justiniani sepulcrum ex auro puro confectum fuisse scribit Coripus lib. III De laudibus Justini:

Donec apostolici subeuntes atria templi,
Inclyta sacrato posuissent membra sepulcro,
Quod prius ipse sibi puro construxerat auro.

(26) Ἀπὸ λίθου Ἱεροπολίτου. Codex Colbertinus, Ἱεραπολίτου, ubi perperam legit Ducanglius Τετραπολίτου. Hierapolis et Hieropolis urbs, ubi fortassis lapis sic dictus reperiebatur.

(27) Ἡ γυνὴ Ἰουστίνου. Hic videtur loqui scriptor noster de Euphemia Justini Thracis conjuge; nam infra capite ab hinc tertio loquitur de Sophia Justini Junioris uxore. At fallitur idem scriptor, dum Euphemiæ Augustæ corpus humatum fuisse scribit in æde Apostolorum: nam ejus corpus una cum Justino conjuge in monasterio Augustæ in urna prasina depositum fuit, ut auctor est Cedrenus pag. 566. Καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς Αὐγούστης, ἐν λάρνακι πρασίνῃ, μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας. Sic etiam et Anonymus noster.

(28) Ἰουστῖνος ὁ μικρός. Corpus Justini Junioris una cum Sophia ejus conjuge depositum fuisse in urna Proconnesia scribit et Cedrenus pag. 391. Καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι Προικοννησίᾳ, μετὰ Σοφίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

(29) Δοκιμίνου. Sic cod. Regius. Perperam legitur in Colbertino, Δοκημιανοῦ; Δοκίμιον quippe marmor sic appellatum a Docimio urbe Phrygiæ. Stephanus: Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας, ὡς εὐδαίμων· τὸ ἐθνικὸν, Δοκιμεύς, κατὰ τέχνην, κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν, Δοκιμηνός, ἀφ' οὗ τὰ μάρμαρα οὕτω φασί. De marmore Docimino loquitur Continuator Theophanis lib. III, n. 42. Πεντεκαίδεκα κίονες ἠρέθησαν ἐκ λίθου Δοκιμίνου. Idem n. 42, ὑπὸ τεσσάρων κιόνων ἐστηριγμένον Δοκιμίνων.

(30) Ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἡράκλειος. Quæ de cadavere Heraclii narrat Cedrenus pag. 430, hic exscribere libet: Ἐθάπη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν λάρνακι, καὶ ἔμεινεν ἀσκεπὲς ἡμέρας δ'. Συνετάφη δὲ αὐτῷ καὶ στέμμα χρυσοῦν, καὶ οὕτως ἐσκεπάσθη. *Corpus* C *ejus in arcam repositum per quatuor dies sine tegmine mansit. Una sepulta est etiam aurea corona, sicque tectus fuit.* Et paulo infra loquens de Constantino Pogonato, Heraclii filio, sic idem scriptor: Τούτῳ τινὲς λέγουσιν, ὅτι τὸ στέμμα, ἐν ᾧ ἐτάφθης, σὺν τῷ πατρί σου ἐτάφη. Καὶ ἐκέλευσε Καλλινίκῳ κουβικουλαρίῳ, κομίσαι αὐτό. Ἀπελθὼν οὖν, καὶ ἀνοίξας, εὗρε τὸ σῶμα διαλυθὲν ὡσεὶ ὕδωρ, τὸ δὲ στέμμα συμπαγὲν τῇ κεφαλῇ. Καὶ ἀνέσπασεν αὐτὸ σὺν τῇ κόμῃ, πενθῶν καὶ ὀδυρόμενος, καὶ ἀπήγαγε τοῦτο τῷ Κωνσταντίνῳ. Ὁ δὲ ἐκέλευσε τοῦτο παρακυθῆναι καὶ τιμηθῆναι. Ὃ καὶ διετιμήθη λίτρας ο'. *Is a quibusdam admonitus, coronam, qua regno inauguratus fuerat, cum patre esse sepultam, Callinico cubiculario mandat, uti eam sibi afferat. Abit ille, et sepulcro reclusu cadaver Heraclii aquæ instar dissipatum reperit, coronamque capiti adhærescentem: eam cum crinibus revellit mœstus atque lamentans, et Constantino adfert. Is solvi ac æstimari jubet coro-* D *nam, et æstimata est libris septuaginta.*

(31) Φλαβία ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Uxorem Heraclii Flaviam appellat et Isidorus Pacensis in Chronico æra 648. Scriptor vero Chronici Alexandrini eam Fabiam Eudociam vocat, ac mortuam fuisse scribit die XIII Augusti, XV Ind., feria I, in secessu Blachernarum, cadaver vero ejus in æde sanctorum Apostolorum conditum: Καὶ τῇ ιγ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς αὐτῆς ιε' ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ πρώτῃ, ἐτελεύτησεν εἰς τὸ προκέσσον Βλαχερνῶν Εὐδοκία ἡ Αὐγούστα, ἡ καὶ Φαβία. Καὶ ἐνεχθέντος τοῦ λειψάνου αὐτῆς πλοῖ ἐν τῷ παλατίῳ τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ ἑξῆς ἐκηδεύθη καὶ ἐτάφη εἰς τοὺς Ἀποστόλους. *Et Augusti mensis die 13, ejusdem XV Indictionis, feria I, mortua est in secessu Blachernarum Eudocia Augusta, Fabia dicta, illiusque funus navigio in urbis palatium illatum, postridie factis exsequiis, in æde Apostolorum conditum est.*

(32) Κωνσταντῖνος, ὁ Πωγωνάτος. Hujus cada-

Digitized by Google

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος Θετταλή, ἐν ᾗ ἀπόκειται Φαύστα (33).

Ἑτέρα λάρναξ Σαγγαρινή (34), ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου (35), υἱοῦ Ἡρακλείου.

Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος Σαγγαρινή (36), ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ αὐτοῦ (37).

Ἑτέρα λάρναξ Ἱεραπολίτις, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου (38).

Ἰστέον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου (39) ἐξ-

Alia urna prasina Thessala, ubi recondita est Fausta.

Alia urna Sangarina, in qua depositus est Constans filius Constantini, filii Heraclii.

Alia urna centum lapidum Sangarina, in qua recondita est uxor ejus.

Alia urna Hierapolitana, in qua jacet uxor Copronymi.

Sciendum est urnam Copronymi ejectam fuisse

Anselmi Bandurii notæ.

ver humatum fuisse in æde sanctorum Apostolorum scribit et Nicephorus CP. : Καὶ κατατίθεται αὐτοῦ τὸ λείψανον ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μνήμασι.

(33) *Ἐν ᾗ ἀπόκειται Φαύστα.* Nescio cujus sit ista Fausta, cum hic non de Fausta Augusta, altera Constantini Magni uxore agatur, neque aliam ex imperatricibus præter hanc sic appellatam fuisse patet ex historicis. Igitur vel est aliqua ex consanguineis imperatorum, cujus quidem nomen silent scriptores ; vel cum de hujus sepulcro loquatur scriptor noster, postquam de Constantino Pogonato egisset, fortassis librarius per errorem loco Anastasiæ quæ erat uxor Constantini Pogonati, Faustæ nomen inseruit. Istæc damus cum meliora non suppetant.

(34) *Σαγγαρινή* seu Σαγαρινή. Vide quæ supra (not. 13) de lapide Sangarino seu Sagarino adnotavimus. In codice Colbertino legitur Σαγγαριχὴ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνστάντιος ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου. Atqui nullus ex Heraclii nepotibus Constantius appellatus fuit ; bene tamen Constantinus et Constans. Capite autem sequenti ubi in cod. Regio loquitur de sepulcro uxoris Constantis filii Constantini III, cod. Colbertinus describit sepulcrum ipsius Constantis sic : Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου.

(35) *Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου.* Is orcisus fuit Syracusis in balneo cui Daphne nomen erat ; cadaver vero ejus a Constantino Pogonato filio Constantinopolim allatum est, atque in templo SS. Apostolorum juxta patrem ejus repositum ; auctor est Cedrenus pag. 436. Καὶ κατασκήσας τὰ Ἑσπέρια, ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἔρχεται ἀπακομίσας καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ ἰδίου πατρός. Καὶ τοῦτον μὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μετὰ Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατατίθησι.

(36) *Ἑκατοντάλιθος Σαγγαρινή.* Deest in cod. Colbertino Σαγγαρινή. Quid vero significet Ἑκατοντάλιθος pluribus conatur docere Ducangius in Gloss. Græc. v. τρίλιθος, cujus verba hic exscribere licet : *Ut ut sit, eadem ratione, non aliud, fuerit* ἑκατοντάλιθος : *quam marmor distinctum multis ac variis crustis : hic enim centenarius numerus pro multiplici sumitur : Symeon Thessalonicensis in Chron. ms. De Philippico imp.* Ὁ δὲ Θεοδόσιος ἀδλαβῆ τοῦτον τηρήσας, ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξώρισεν· ἀνεκομίσθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι παρὰ Λέοντος, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν ἑκατονταλίθῳ λάρνακι, ἣν Κοχλανίστην λέγουσι. *O igines, seu Πάτρια Constantinopoleos a nobis ex mss. laudata lib.* IV Constantinopol. Christ. pag. 140, *ubi de sepulcris imperatorum* : Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου Ἡρακλείου. *Infra* : Ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνα ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνὴ. *Quod vero istiusmodi lapidem* Κοχλανίστην *vocet Logotheta, id forte causæ fuerit, quod crustæ illæ cochlearum, ut aliæ apud Plinium, ovorum et orbium, figuram expresserint.* Istæc in hanc rem Ducangius ; cujus quidem conjectura, nescio an aliis placuerit, mihi sane non probatur. Puto ipse lapidem hunc ἑκατοντάλιθον appellatum, eo quod natura sua multicolor sit, quemadmodum apud Plinium lib. 37 cap. 10, lapis qui reperiebatur in Troglodytica regione hexecontalithos dicebatur, eo quod multicolor erat : *hexecontalithos*, inquit Plinius citato loco, *in parva magnitudine multicolor hoc sibi nomen adoptavit.* Et Solinus istæc clarius cap. 31, pag. 58, de Troglodytis : *Tantum lapide ejus gloriantur, quem* ἑξηκοντάλιθον *nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur.* Hæc totidem ferme verbis Marbodeus cap. 37, Albertus pag. 231, Isidorus lib. XVI *Origin.* cap. 12. Si alicui hæc conjectura non arridebit, potiorem proferat. Cæterum lapis iste ἑκατοντάλιθος Σαγγαρινὴ vel Σαγγαρινὸς dicitur scriptori nostro, quod fortassis in flumine Sangario reperiretur, quod flumen Asiæ Minoris est, teste Ptolemæo, Arriano, etc.

(37) *Ἡ γυνὴ αὐτοῦ.* Videlicet uxor Constantis, filii Constantini III, cujus quidem uxoris nomen a scriptoribus non est proditum, licet Constantis tres filii numerentur, nimirum Constantinus Pogonatus, Heraclius ac Tiberius. Cæterum in hac urna ex lapide ἑκατοντάλιθος dicto facta humatum fuisse corpus Constantis filii Constantini III dicitur in cod. Colbertino, uti supra monuimus.

(38) *Ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου.* Sic in cod. Regio : in cod. vero Colbertino legitur sic : Ἑτέρα λάρναξ Ἱεραπολίτης, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ αὐτοῦ, nimirum uxor Constantis filii Constantini III. Deinde capite sequenti describit sepulcrum uxoris Constantini Copronymi sic : Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικοννήσου, ἐν ᾗ ἀπόκειται ἡ γυνὴ τοῦ Κοπρωνύμου. De qua autem uxore Copronymi loquatur hic scriptor noster non liquet ; nam Constantinum Copronymum ter nuptias iniisse tradunt scriptores ; primum quidem, parente adhuc superstite, cum Irene Chazarorum chagani filia, secundo cum Maria, tertio vero cum Eudocia.

(39) *Ἰστέον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου.* Hæc in cod. Colbertino præcedentibus juncta sunt, ac diversa. Sic ibi : Ἰστέον ὅτι ἡ λάρναξ τοῦ Κοπρωνύμου ἐξεβλήθη καὶ ἐκαύθη. Ὁ δὲ λίθος τοῦ τάφου ἐμπρήσθη· καὶ ἐχρημάτισεν εἰς συστήματα τοῦ παλατίου, καὶ ἀδάκτα τὰ ὄντα ἐν τῷ Φόρῳ. Corpus autem Copronymi humatum fuisse in æde sanctorum Apostolorum, ac postmodum, imperante Michaele Theophili filio, inde amotum et in Foro Amastriano crematum esse prodit Cedrenus pag. 468 : Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ τεθὲν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν ταῖς ἡμέραις Μιχαὴλ υἱοῦ Θεοφίλου, βουλῇ καὶ παραινέσει τοῦ Καίσαρος ἀπαχθὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ τοῦ Ἀμαστριανοῦ, ἐκαύθη. Ubi perperam interpres vertit, Βουλῇ καὶ παραινέσει τοῦ Καίσαρος, *jussu hortatuque ipsius imperatoris.* Interpretor *Cæsaris*, nimirum Bardæ avunculi Michaelis. Titulus quippe Cæsaris a nemine ex scriptoribus Byzantinis imperatori, seu Augusto tribuitur ; nam Cæsaris titulo donatos fuisse primitus imperii

Digitized by Google

ex heroo a Michaele et Theodora, exsecrandumque cadaver ejus combustum fuisse. Lapis autem sepulcri serra dissectus est et ad palatii compages destinatus.

Alia urna ex lapide Proconnesio, in qua jacet Leo Isaurus.

Alia urna Proconnesia Michaelis Balbi et Theclæ ejus uxoris.

Alia urna Prasina, ubi depositus est Theophilus.

Porticus altera, quæ jam tecto caret, in qua tres urnulæ porphyreticæ **207** Romanæ depositæ sunt, quarum ea quæ ad meridiem locatur Arcadii est; quæ ad septentrionem, Theodosii filii ejus; quæ ad orientem, Eudoxiæ.

Porticus alia ejusdem templi ad septentrionem, in qua jacet urna ex lapide pretioso Romano, ubi depositum est exsecrandum cadaver Juliani apostatæ.

A ἐβλήθη ἀπὸ τοῦ ἡρῴου παρὰ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, καὶ τὸ μὲν μιαρὸν αὐτοῦ σῶμα κατεκαύθη, ὁ δὲ λίθος τοῦ τάφου ἐπρίσθη, καὶ ἐχρημάτισεν εἰς συστήματα τοῦ παλατίου.

Ἑτέρα λάρναξ ἐκ λίθου Προικοννησίου (40), ἐν ᾗ ἀπόκειται Λέων ὁ Ἴσαυρος.

Ἑτέρα λάρναξ Προικοννήσιος (41) Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ καὶ Θέκλας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Ἑτέρα λάρναξ πράσινος, ἐν ᾗ ἀπόκειται ὁ Θεόφιλος.

Στοὰ ἑτέρα, ἥτις ἐστὶ τὰ νῦν ἀσκέπαστος, ἐν ᾗ ἀπόκειται λαρνάκια τρία πορφυρᾶ Ῥωμαΐα, τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου (42), τὸ δὲ πρὸς ἄρκτον Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ (43), τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοξίας (44).

B Στοὰ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἄρκτον, ἐν ᾗ κεῖται λάρναξ ἀπὸ λίθου τιμίου Ῥωμαίου, ἐν ᾗ ἀπετέθη τὸ παμμίαρον σῶμα Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου (45).

Anselmi Bandurii notæ.

designatos successores manifestum est; et ne altius rem repetam, sic Valerius Maximianus a Diocletiano Cæsar creatus fuit; Constantius Chlorus et Gal. Maximianus a Diocletiano et Val. Maximiano; Severus et Maximinus a Galerio Maximiano: Constantinus M. a patre Constantio: Constantinus Junior, Constantius ac Constans a patre Constantino, etc. Sed et omnes imperatorum filii fere semper *Cæsaris* titulo donabantur: quod quidem factum est etiam posterioribus longe sæculis. Cæterum quod attinet ad sepulcrum Copronymi videndus Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii patriarchæ Constantinopolitani, pag. 694 ed. 1618.

(40) *Ἐκ Προικοννησίου λίθου.* Sic ex cod. Colbertino. In cod. Reg. legitur: Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται ὁ Ἴσαυρος. Hujus Augusti cadaver humatum fuisse in æde sanctorum Apostolorum scribit et Cedrenus pag. 458: Καὶ θνήσκει σὺν τῷ σωματικῷ καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον, γέρων δυσεντερίας βληθείς· καὶ τίθεται τὸ δύστηνον αὐτοῦ σῶμα ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. *Mortuus est ex intestinorum morbo, anima cum corpore pereunte: infelix ejus cadaver reconditum est in templo sanctorum Apostolorum.*

(41) *Ἑτέρα λάρναξ Προικοννήσιος.* Caput hoc integrum ex cod. Colbertino reponimus. Cæterum Cedrenus pag. 513 scribit Michaelis Balbi cadaver humatum fuisse in æde Apostolorum in urna prasina Thessalica: Ἐτάφη δὲ ὁ τούτου νεκρὸς ἐν τῷ κατὰ τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους μεγάλῳ ἡρῴῳ Ἰουστινιανοῦ, ἐν λάρνακι πρασίνῳ Θετταλικῇ. *Cadaver ejus repositum est in magno Justiniani heroo, ad templum sanctorum Apostolorum in urna prasina Thessalica.*

(42) *Τὸ πρὸς μεσημβρίαν Ἀρκαδίου.* Sic habet et Cedrenus pag. 33: Ἐτέθη δὲ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῇ μεσημβρινῇ στοᾷ, ἔνθα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὐδοξία. *Sepultus est in templo Apostolorum, in porticu meridiana, cum Eudoxia uxore.*

(43) *Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Theodosii Junioris cadaver depositum fuisse in æde SS. Apostolorum scribit et Cedrenus pag. 343: Καὶ τίθεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

(44) *Τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν Εὐδοξίας.* Cujus autem Eudoxiæ, matrisne Theodosii Junioris ac uxoris cadaver ibi depositum fuerit non exprimit scriptor noster. At Eudociæ matris ejus corpus una cum Arcadio ejus conjuge tumulatum fuisse in æde sanctorum Apostolorum scribit Cedrenus pag. 334, ubi de Arcadii sepultura.

(45) *Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου.* Cadaver Juliani Apostatæ a militibus Tarsum perlatum, et in suburbio humatum, ac ejus monumento sequens epigramma inscriptum prodit Zonaras lib. XIII, pag. 27: Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἡ στρατιὰ εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας κομίσασα, ἔθαψεν ἐν προαστείῳ τῆς πόλεως· οὗ τῷ τάφῳ καὶ τόδε τὸ ἐπίγραμμα ἐπεγράφη·

C Κύδνῳ ἐπ' ἀργυρόεντι ἀπ' Εὐφράταο ῥοάων
Περσίδος ἐκ γαίης ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιὴν τόδε Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα,
Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Cadaver ejus milites Tarsum perlatum, in suburbio humarunt, cujus monumento hoc epigramma inscriptum fuit:
Rex bonus et sævis bellator fortis in armis
Julianus jacet hic ad Cydni fluminis undas:
Dum ferus Euphrates et Persica tela cruenti
Martis opus cæptosque negant inire triumphos.

Errat igitur Cedrenus, dum pag. 308 scribit, Juliani cadaver statim advectum fuisse Constantinopolim, atque in arca porphyretica, cylindri forma, repositum, cum prædicta inscriptione; etenim si Zonaræ auctoritas tanti non esset, saltem vel Cydni mentio, ad cujus undas tumulatus dicitur in epigrammate, satis evincit, epitaphium hoc Tarsi D inscriptum fuisse tumulo, in quo primum depositum fuerat ejus cadaver. Zosimus lib. III, pag. 153, Ἔν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ humatum fuisse ait: inscriptionem vero sepulcri paulo aliter recitat idem Zosimus:

Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται,
Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Tigride Julianus jacet hic post fata relicto,
Rex pariter bonus, et bellator acerrimus idem.

Quod vero attinet ad id quod scribit Zonaras in Joviano, nimirum ab eodem Augusto ornatum fuisse Juliani sepulcrum: Ἐξ Ἀντιοχείας τε εἰς Ταρσὸν ᾐγονὸς, καὶ τὸ μνῆμα κοσμήσας τοῦ Ἰουλιανοῦ, ἐπανῆλθε, consulendi sunt Ammianus lib. XXV, Socrates lib. III, cap. 22; Theodor. lib. IV, cap. 4; Philostorg. lib. VIII, cap. 1; Sozom. lib. IV, cap. 6. Cæterum Juliani cadaver postmodum

Digitized by Google

Ἑτέρα λάρναξ ἀπὸ λίθου Ῥωμαίου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰοβιανός (46). A

Ἱστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος, πλησίον τοῦ τείχους τῆς πόρτης τῆς Ξυλοκέρκου, ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἀριστεροῦ μέρους ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντία ἡ τοῦ Μαυρικίου γυνὴ μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῇ καταφυγῇ τῆς αὐτῆς μονῆς πρὸς ἀνατολὰς ἐξ ἀριστερῶν ἵσταται λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται τὸ σῶμα Μαυρικίου σφαγέντος ἀπὸ Φωκᾶ.

Ἱστέον ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς ἐπονομαζομένης τὰ Σταυρακίου, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἵσταται λάρναξ Σταυρακίου βασιλέως (48) καὶ Θεοφανοῦς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.

Εἰ δὲ ἐν τῇ μονῇ τῶν Λιβαδίων (49) τῆς κυρᾶς Εὐφροσύνης ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου Βιθυνοῦ, ἐν B

Altera urna ex lapide Romano, ubi reconditur Jovianus.

Sciendum est, in monasterio S. Mamantis, proxime murum portæ Xylocerci, in narthece ecclesiæ a sinistro latere urnam stare ex lapide tessellis lapideis distincto, in qua reconditur Constantia Mauricii uxor cum filiis suis. In loco autem abdito ejusdem monasterii ad orientem a sinistro latere stat urna, in qua reconditur corpus Mauricii, qui a Phoca occisus est.

Sciendum est, in monasterio S. Trinitatis, quæ cognominatur Stauracii, a dextro latere ecclesiæ, in oratorio S. Joannis Præcursoris, stare urnam Stauracii imperatoris et Theophanonis uxoris ejus.

Et in monasterio Libadiorum dominæ Euphrosynæ locatur urna ex lapide Bithyno, in qua jacet

Anselmi Bandurii notæ.

translatum fuisse Constantinopolim tradit et Zonaras superius citato loco: Ὕστερον δὲ ἀνεκομίσθη εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων, *Post in reginam urbium translatum est.* Sic et Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Philosophum: Ἀπεκομίσθη δὲ αὖθις εἰς Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐτέθη ἔνθα καὶ τοῦ Ἰοβιανοῦ ἐν λάρνακι πορφυρέῳ κυλινδροειδεῖ μετὰ Ἑλένης τῆς θυγατρὸς τοῦ Κωνσταντίνου καὶ γυναικὸς αὐτοῦ. Gregorius Nazianzenus orat. IV Tarso Constantinopolim translatum fuisse, et ἐν λάρνακι κυλινδροειδεῖ conditum scribit. In templo autem sanctorum Apostolorum humatum fuisse tradit Joannes episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam: Εὑρίσκονται δὲ καὶ δυσσεβῶν βασιλέων τάφοι ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁγίοις ναοῖς, ὡς καὶ τοῦ Παραβάτου Ἰουλιανοῦ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων. *Inveniuntur etiam impiorum imperatorum tumuli in nostratibus sacris templis, ut Juliani Apostatæ in templo sanctorum Apostolorum.*

(46) Ἐν ᾗ ἀπόκειται Ἰοβιανός. Sic ex cod. Colbertino. Perperam legitur in cod. Reg. Ἰουλιανός. Joviani imperatoris cadaver in æde sanctorum Apostolorum depositum fuit, ubi post uxor ejus Charito sepulta est; auctor est Zonaras pag. 29. Ὁ μέντοι νεκρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον ἀνακομισθείς, ἐν τῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐτάφη ναῷ, ὅπου μετὰ ταῦτα συνετάφη αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Χαριτώ. *Corpus ejus Byzantium perlatum in sanctorum Apostolorum æde sepultum est, ubi post uxor etiam ejus Charito est sepulta.* Vide Ammianum lib. XXIV, pag. 332, Philostorg. lib. VIII, cap. 8. Cæterum Zonaræ tradenti Charitonem post Jovianum conjugem sepultam fuisse in æde sanctorum Apostolorum repugnat Cedrenus, qui Charitonem mortuam scribit antequam Jovianus ad imperium evectus esset. D

(47) Ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Μάμαντος. Georgius monachus in Vita Romani Lacapeni n. XIII, narrat, istius Augusti ætate inventas fuisse in æde sancti Mamantis tres urnas sepulcrales, in quibus fama erat Mauricium imperatorem cum liberis tumulatum: Τηνικαῦτα δὲ καὶ Πετρωνᾶς αἰδεσιμώτατος, προστάξει Ῥωμανοῦ βασιλέως, ἤγαγε λάρνακα ἐνζωδον, καὶ ἕτερα δύο γλυφῆς ἀμοιροῦντα ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος μονῆς ἀνδρείας, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένης πόρτης· ἐν οἷς φασὶν ἐναποκεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν τοῖς αὐτοῦ παισὶν· ἃ καὶ ἀπετέθη ἐν τῇ τοῦ βασιλέως μονῇ, ἤτοι εἰς τὸ Μυρέλαιον. *Sub idem tempus Petronas vir venerabilissimus, Romani imperatoris jussu urnam unam figuris ac imaginibus sculptam, alias que duas nulla cælaturæ arte sculptas, ex sancti Mamantis virorum monasterio, quod est prope portam quam Xylocerci vocant, advexit; in quibus fama est conditum fuisse Mauricium cum liberis: quæ et in Romani monasterio (in Myrelæo scilicet) fuere depositæ.* Cæterum hic et in sequentibus agit scriptor noster de iis sepulcris quæ erant extra ædem sanctorum Apostolorum; nam post Mauricii tempora plures imperatores tumulati fuere in variis monasteriis, ut videre est apud scriptores Byzantinos.

(48) Σταυρακίου βασιλέως. Monasterium hoc sanctæ Trinitatis Stauracii dictum ex quo ibi Stauracius humatus fuit, *Braca* etiam appellatur, ut scribit Zonaras, qui in eodem monasterio Stauracium imperatorem una cum conjuge Theophanone sepultura donatum fuisse tradit, cum prius vitam monasticam in eodem monasterio ambo professi essent: Καὶ τὴν γαμετὴν δὲ Σταυρακίου Θεοφανὼ καρεῖσαν τὴν κόμην, καὶ μέλαιναν ἐνδυσαμένην στολὴν, χρήμασι πολλοῖς ἐδωρήσατο, καὶ οἶκον εἰς κατοικίαν αὐτῇ προσαπένειμεν, ὃν εἰς μοναζουσῶν ἐκείνη μετεποίησε καταγώγιον, ἔνθα καὶ ὁ Σταυράκιος τέθαπται, θανὼν ἐκ τῆς πληγῆς ἣν ὁ λόγος ἐδήλωσε, δύο μῆνας αὐταρχήσας μόνους ἐπὶ ἡμέρας ἓξ. Ἥτις μονὴ ἐξ ἐκείνου ἐκλήθη τοῦ Σταυρακίου ὠνομασμένη, βαρβαριζομένου δὲ τοῦ ὀνόματος παρὰ τοῦ συρφετώδους ὄχλου λέγεται τὰ Βρακᾶ, παρά τινων δὲ τὴν ἀληθῆ κλῆσιν ἀγνοησάντων, μεταγόντων δὲ ταύτην ὅθεν πρὸς τὸ Ἑλληνικώτερον, ὀνομάζεται τὰ Ἑβραϊκά. *Theophanem Stauracii conjugem, quæ tonsa coma nigram stolam induerat, magna pecunia donavit, ædibus ei ad habitandum assignatis, quas illa in monasterium convertit, quod a Stauracio ibi sepulto nomen est sortitum. Nam ex vulnere, quod supra memoravimus, decessit, cum duos duntaxat menses et sex dies imperasset. Id monasterium appellatione corrupta vulgo Braca dicitur, et a nonnullis qui vocem ad Græcam formam detorquere conantur, originis ejus ignari, Hebraica.* Theophanes pag. 418 paulo diversa habet. Vide Anastasium pag. 176. Cæterum ex scriptore nostro docemur, hoc monasterium, in quo Stauracius imperator una cum conjuge Theophanone humatus fuit, sanctissimæ Trinitati sacrum fuisse.

(49) Ἐν τῇ μονῇ τῶν Λιβαδίων. Hoc monasterium Euphrosynæ cognominatum fuit etiam Libadia. Notandum, in hoc ipso monasterio humatum etiam fuisse Joannis Tzetzæ patrem, ut idem scriptor testatur Chil. V. cap. XVII.

Ὃς μέχρι νῦν ἀκέραιος νεκρὸν τελῶν ἐν τάφῳ,
Ἐν Εὐφροσύνης τῇ μονῇ τὴν κλῆσιν κεκλουμένῃ.

Digitized by Google

Constantinus filius Irenes, ab ea excæcatus, et Maria ejus prima uxor, abneptis S. Philareti Eleemonis, 206 duæque ipsorum filiæ, Irene et Euphrosyne, quæ fuit uxor Michaelis Balbi, et Anna filia Theophili imperatoris.

Sciendum est, in monasterio gynæcei Gastriorum, ad dextrum latus ecclesiæ versus orientem, sepultum esse corpus S. Theodoræ, uxoris Theophili imperatoris, tresque filias ipsius, Theclam, Anastasiam et Pulcheriam.

Ἢ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Εἰρήνης (50) ὁ τυφλωθεὶς παρ' αὐτῆς, καὶ Μαρία ἡ πρώτη αὐτοῦ γυνὴ, ἡ γεγονυῖα ἐγγόνη τοῦ ἁγίου Φιλαρέτου (51) τοῦ Ἐλεήμονος, καὶ αἱ δύο αὐτῶν θυγατέρες, Εἰρήνη καὶ Εὐφροσύνη (52), ἡ γυνὴ Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Τραυλοῦ, καὶ Ἄννα ἡ θυγάτηρ Θεοφίλου (53) τοῦ βασιλέως.

Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστρίων (54), εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὰς δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας, ἐτάφη τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, καὶ αἱ τρεῖς αὐτῆς θυγατέρες, Θέκλα, Ἀναστασία καὶ Πουλχερία.

Anselmi Bandurii notæ.

(50) *Ὁ υἱὸς Εἰρήνης.* Constantini Augusti cadaver ubi depositum fuerit, scriptores, quod sciam, non produnt; cum, quo tempore idem obierit, non satis constet; alii enim tradunt, haud multo post exstinctum; alii vero superstitem volunt, etiam Nicephoro imperante.

(51) *Ἡ γεγονυῖα ἐγγόνη τοῦ ἁγίου Φιλαρέτου.* Sic emendatus. Perperam legitur in ms. ἡ γεγοσῖα ἐγγονὴ, etc. Mariam vero uxorem Constantini, ex Armenia oriundam sancti Philareti Cappadocis abneptim fuisse volunt Menæa; qui sane ex ea affinitate, ut tradunt, ad consulatus dignitatem evectus postmodum fuerit, cum ei antea vix ad vitam necessaria superessent.

(52) *Εἰρήνη καὶ Εὐφροσύνη.* Constantinus ex Maria prima uxore Euphrosynam tantum suscepit, quæ Michaeli Balbo imperatori, qui imperium post Nicephorum excepit, nupsit. Ex altera vero uxore Theodota Leonem tantum suscepit qui infantulus admodum obiit. Ex qua autem ex his filiam Irenem susceperit, quam illi scriptor noster attribuit, non liquet, cum nemo ex scriptoribus Byzantinis filiæ ejus Irenæ meminerit.

(53) *Καὶ Ἄννα ἡ θυγάτηρ τοῦ Θεοφίλου.* Anna filia Theophili una cum Thecla, Anastasia ac Pulcheria sororibus, detonsis crinibus, in monasterio Euphrosynes inclusa fuit a Michaele imperatore ejus fratre.

(54) *Ἐν τῇ γυναικείῳ μονῇ τῶν Γαστρίων.* In eodem monasterio cadaver Theodoræ depositum fuisse a Basilio Macedone, et filias ejusdem Theodoræ translatas fuisse scribit Cedrenus pag. 545: Ἀλλ' ἡ Θεοδώρα μετ' οὐ πολὺ τῶν τῆδε μεθίσταται. Ἧς τὸν νεκρὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύσας ὁ Βασίλειος, καὶ τὰς αὐτῆς θυγατέρας, πρὸς τὸ τῆς Μέσης ἐξαπέστειλε μοναστήριον ἐνδιαιτᾶσθαι, ἡ Γάστρια κατονομάζεται. *Neque multo post Theodora e vivis discessit. Ejus cadaver Basilius imperator, et filias ejus in Aviæ monasterium transtulit, quod Gastria nominabatur.* Pluribus autem Theodora Augusta a scriptoribus celebratur ob fidei integritatem, ac sacrarum imaginum cultum, quem, marito fato functo, in Ecclesia Orientali rursus restituit. Ex quo sane a Græcis ipsis in Ecclesiæ canonem relata est, ejusque festum agitur die undecima Februarii.

SÆCULO XV.

DUCAS

NOTITIA

(Hankius De rer. Byzant. Script. Græc., p. 610.)

Ducas noster, cujus prænomen incognitum nobis est, ex Ducarum imperatoria prosapia Michaelem Ducam, virum eruditum, qui, cum Joannem Cantacuzenum (post imperatorem Andronicum Palæologum juniorem A. C. 1341 vivis exemptum) imperatoris Joannis Palæologi tutorem adversarii bello persequerentur, cæteris amicis plerisque Constantinopoli trucidatis, in Asiam profugus, tandem in Europa sedem apud Ephesios tutam fuit adeptus, avum habuit. Hoc indicat in Historia Byzantina cap. 5, interprete Ismaele Bullialdo: *inter eos equidem* (Joannes Cantacuzeni amicos plus quam ducentos in carcerem conjectos et, exceptis sex, neci datos) *qui tanto periculo erepti sunt, fuit avus meus paternus Michael Ducas. Ipsi porro monachorum illius monasterii* (in cujus subterraneo specu delituerant) *mantis seu cappis induti Constantinopoli aufugerunt, et in oppositum continentem Asiam transvecti, in regiones orientales, alius in Bithyniam, alius alio discesserunt, avusque meus Asiam petiit, adivitque Jesæum* (quem Bajazetes Turcarum sultanus Ioniæ principem con-

Digitized by Google

stituerat) *filium Atenis, et ei, sibi quæ acciderant, narrat. Eruditus equidem erat et scientiarum liberaliumque artium peritissimus, medicæ artis non ignarus, genus ducens ab antiquis illis Ducis, inque prosapia ista, veluti catenæ annulus aureus, splendebat. Hunc ergo honorifice excepit tyrannus, providetque, ut cuncta necessaria commeatusque rerum omnium ei præberentur, beneficiisque cumulato Ephesum habitandum concessit : quæ sedes peregrinæ æque ac patria gratæ ipsi ac charæ fuerunt.*

Ipse Ducas noster, post Constantinopolin a Turcis occupatam, principum Christianorum quos Lesbus Ægei maris insula dominos habuit, Turcis tributariorum minister fuit. A Dorino Gateluzo, Lesbiorum principe, missus, anno mundi Græco 6963, post Byzantium a Turcis subactum altero, Christi 1455, ad Hamzam, Turcicæ classis præfectum, munera perferebat, et amicitiam inter utrumque stabiliebat, ut ipse tradit in Historia Byzantina, cap. 43. Mortuo Dorino Gateluzo, Ducas in Dominici Gateluzi, Lesbiorum principis, aula vivebat. Ab eo missus, eodem anno Christi 1455, tributa Lesbiorum Lemniorumque Mahometi II Turcarum tyranno Adrianopolin afferebat. *Anno illo* 6963, inquit in Historia sua, cap. 44, *Junii die tricesima, Dorinus Gateluzus insulæ Lesbi princeps obiit. Augusti deinde die prima ab ejus filio novo principe Adrianopolin destinatus sum, ut tributa annua, Lesbi ratione tria millia nummum, Lemni vero duo millia trecenta viginti quinque solverem. Hanc siquidem insulam Lesbi principi, tributum, de quo inter eos convenerat, stipulatus tyrannus concesserat.* Ibidem post paucissima : *Principem igitur adoraturus, ut mos est, adivi, ejusque manum deosculatus, coram ipso, donec pransus esset, sedi : quo demum salutato recessi. Aureos nummos veziris postridie numeravi.*

Mox, cum Mehemetes Dominicum Gateluzum, ut principatum præsenti concederet, ad se venire jussisset, Ducas ejusdem comes ad Mehemetem, in castris prope vicum Bulgaricum positis commorantem, revertebatur : sicut ibidem narrat. *Nec ut Lesbi princeps appelletur,* inquiunt ad Ducam veziri, post acceptum tributum, *fieri potest, nisi postquam celsissimum principem adierit, et ab eo principatum impetraverit. Abi itaque et da operam, ut illum huc conducas. Sin minus obtemperaverit, novit ille quid futurum sit. Reversus itaque Mitylenem, cum aliquot præcipuis viris Latinis et Romæis Lesbi principem adduxi. Spe nostra in Deum reposita, ex insula solvimus, et Chersonesum emensi Adrianopolin pervenimus. At princeps ob grassantem pestem sedes subinde mutabat : quippe ista pestiferi morbi contagio Chersoneso et toti Thraciæ ita infesta erat, ut in triviis insepulta cadavera jacerent. Cum itaque principem Philippopoli morari comperissemus, eo contendimus : postquam vero illuc advenimus, ipsum ante biduum inde, ob vim morbi sævientem discessisse, et Sophiam versus movisse didicimus. Philippopoli itaque abeuntes montibus arduis ac asperis superatis, tridui itinere ad vicum quemdam Bulgarorum Izlati dictum, ubi tyrannus castra habebat, pervenimus. Nobiles et satrapas Mahmutem et Seidi Ahmetem bassas, plurima dona ostentantes, convenimus ; postridie coram imperatore nos stitimus, cujus manum postquam deosculatus est Mitylenes princeps, subito ab eo eximus.* Interpositis paucis, cum inter Mehemetem et Gateluzum acta descripsisset : *Vestem auro intextam ipsum* (Gateluzum) *nosque ejus domesticos ac comites sericas tum induerunt : conscriptis pactis sacramento mutuo firmatis discessimus, et die decimo tertio in Lesbum, collaudantes Deum, qui ex manibus iniqui nos salvos eripuerat, pervenimus.*

Paulo post, Genuzes Turcicus contostablus, id est maris præfectus, Nicolao Gateluzo Lemniorum principi de quadam biremi, feminam nobilem Chiam, resque multas pretiosas continente, litem movebat. Hujus causa Ducas a Dominico Gateluzo Lesbiorum principe Lemniorum principis fratre, Constantinopolin ad Mehemetem II Turcarum imperatorem mittebatur. A quo cum nihil impetravisset, post Phocæam veterem Lesbiæ ditionis urbem a Turcis, die 24 Decembris, anno mundi Græco 6964, Christi 1455, occupatam, dimittebatur. Commemorat hæc in eodem cap. 44. *At Lesbi princeps,* ait, *Mitylenem profectus, de iis quæ acciderunt a fratre certior factus ; utque socrus sua, utpote Chia nobilis aliaque a contostablo repetebantur, causam suam apud imperatorem ut agerem, me misit. Constantinopolin cum venissem, apud veziros causam egi, et cum contostablo Genuza litigavi, quæcunque attuleram, vera esse jurejurando affirmavi. Ille pariter, etsi falsa ac ficta, juratus, quæ dixit, vera esse asseruit ; secundum quem, me victo, vindiciæ datæ sunt. Alterum etiam e duobus imperator eligendum proponit, aut aureorum nummorum decem millia solverem, aut, quod Lesbiis inferretur, bello se parare. Tam alienæ ab æquo et bono injuriæ cum obsisterem, ipse omnibus insciis, suorum satellitum unum mittit, qui Phocæam veterem, ditionis Lesbii principis oppidum, Decembris mensis die 24, anno mundi 6964, occupavit. Captam Phocæum ubi rescivit tyrannus, solutum me dimisit.*

Eodem anno mundi Græco 6964, Christi 1456, tributum Dominici Gateluzi, Lesbiorum principis, annuum Turcis Adrianopolin afferebat. Id docet cap. 45 : *Tyrannus* (Turcarum ab Hungaris) *contumeliam ac repulsam passus,* inquiens, *Adrianopolin remeat, bello se petiturum anno novo Belogradum minitatus ; hæcce porro anni prædicti* (6964) *mense Julio gesta sunt. Sequente Augusto, ut tributum, quod Lesbi princeps annuum pendit, solverem, missus sum. Eo numerato, quos Lemnii, tanquam proditionis reos tradiderant, repetenti mihi negati : jubetque tyrannus ipsos Adrianopoli carceribus inclusos capite plecti ; dumque ad supplicium ducerentur, pœnitentia actus, venundari imperat, milleque nummis veniere.*

Idem Mehemetes II Turcarum tyrannus, sub autumni initium, anno mundi Græco 6971, Christi 1462, insulam Lesbum, quæ tum Nicolaum, Dominici fratrem, Gateluzum principem

Digitized by Google

habebat, [illegible] per proditionem [illegible] Mitylene, subegit. Eo tempore superstitem Ducas [illegible], quæ suæ Historiæ suæ finem tradit : *Anno 6971, classe triremium sexaginta [illegible] septem instructa, mense Septembri, in insulam Lesbum* [tyrannus T[illegible] *[illegible] copiis secum ductis accedit. Insulam a Nicolao Gateluzo, qui tunc dominabatur, sibi tradi poscit. Hic Dominici decessoris sui, quem ditione [illegible] [illegible], frater erat, quartusque annus ab occupata dominatione [illegible].*

Historiam Byzantinam, quæ res imperii Constantinopolitani postremas complectitur, [illegible]. Exordium [illegible] ad imperatoris Andronici Palæologi junioris [illegible] A. C. 1341, [illegible] a Joannis Cantacuzeni rebus qui Joannis Palæologi [illegible] Andronici [illegible] patre constitutus, imperium, quod administrabat, [illegible] A. C. 1341 : terminat insula Lesbo, quæ tum Dominicum [illegible] a Turcis expugnata, id est in A. C. 1462. Prodiit Græce et Latine [illegible] Ismaelis Bullialdi [illegible] ejusdem notis, Parisiis e typographia Regia, per Sebastianum Cramoisium, 1649.

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

RES IN IMPERIO GRÆCORUM GESTAS COMPLECTENS A JOANNE PALÆOLOGO I AD MEHEMETEM II.

ACCEDIT

CHRONICON BREVE, QUO GRÆCORUM, VENETORUM ET TURCORUM, ALIQUOT GESTA CONTINENTUR,

E Bibliotheca Regia primum in lucem edita, versione Latina et notis illustrata studio et opera Ismaelis Bullialdi.

(Parisiis, e Typographia Regia, MDCXLIX).

ISMAELIS BULLIALDI EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Eminentissimo ac illustrissimo Julio S. R. E. Cardinali Mazarino Ismael Bullialdus.

Ad te, Cardinalis eminentissime, hoc Ducæ opus historicum, animique mei in edendo illo qualemcunque fœtum affero : apud quem Musis earumque mystis amicum, tenellus ille et infirmus felicius adolescere, et virium incrementum suscipere possit ; quibus injurias invidorumque calumnias propellere queat. Aliud equidem tutius nobiliusque patrocinium eligere non habui: et genium jam habere liber, victurusque mihi videtur, quod clientelæ tuæ se crediderit, tuque, Cardinalis eminentissime, eum admiseris. Inscriptum celeberrimum nomen tuum, ceu ornamentum dignitate ac splendore conspicuum, in fronte cum gestet : quodque inter cæteros libros adnumerandus etiam sit, quibus artium scientiarumque omnium officinam, bibliothecam tuam superbissimam ac magnificentissimam ψυχῆς ἰατρεῖον *exornas, magnum inde decus ipsi accessurum spero. Nomen auctoris, cujus majores Byzantii olim regnarunt, ab oblivione vindicabitur, inscriptum illi bibliothecæ, amplitudine sua omnia complectenti, cujus structura famæ tuæ perpetuitati in omne ævum consuluisti. Ita equidem est, Cardinalis eminentissime, per ora virorum tandiu nomen feretur tuum, quandiu terras genus humanum incolet. Veram stabilemque hanc esse laudem, non fictam aut fluxam, Ptolemæi Philadelphi Ægypti regis post bis mille annos asserit probatque notissima fama : quam non gestamina regia, sceptrum vel diadema, non rerum bello gestarum claritudo, illustrem ad nostra etiamnum tempora transmisere, sed regio cultu ac sumptu pluribus librorum myriadibus instructa bibliotheca. Diceris*

Digitized by Google

aliis, qui cæteras virtutes tuas digne prædicare possunt : attonitus illas admirabundusque suspicio, simulque mœstus, quod facundia ac eloquentia me deficiant, quibus illas meritis laudibus efferre possim. Perge quod facis, Cardinalis eminentissime, litteratorum votis et otio favere, eorumque studia benignitate tua fovere. Vale.

AD LECTOREM.

Benevole Lector, ad operis regii ac magnifici structuram, ex Regia bibliotheca materias sine furto alio non transferendas, cum potuerim, comportare debui. Illi equidem, quo Byzantina historia huc et illuc sparsa, ac velut inter rudera jacens, in superbi ædificii molem accompagem assurgit, operam nostram utcunque navavisse, et particulæ nomen nostrum inscripsisse, aliquantam laudem nobis allaturum spero. Sostratus siquidem Gnidius architectus, Alexandriæ pharum Ptolemæo ædificans, nominis sui ac famæ perpetuitati, structuræ illud permittente rege inscribendo, prospexit. Ex bibliothecæ igitur Regiæ manu scripto codice opus transcriptum affero, styli quidem elegantia haud ornatum et comptum : barbarum potius, impolitum ac rude dixero, sed rerum momento ac gravitate eximium earumque narratione prudenti gratum. Infelici sæculo, quo Græcia ærumnis cladibusque continuis attrita Turcorumque tyrannide oppressa, ultimos ducebat spiritus, styli barbaries ascribenda est : quæ totam illam gentem tam late pervaserat, ut paucissimos, venustatem illam antiquam leporemque sermonis suis circumdare scriptissineret. Noster idcirco auctor, qui rebus etiam agendis expediendisque negotiis, potius quam evolvendis libris operam suam impendebat, barbaris non solum vocibus utitur (quod et anteriorum sæculorum castigatiores auctores quique sermonis nitorem affectaverunt, fecere) : sed etiam Græca verba absurda constructione seu solœcismo perturbat ac permiscet. Inter vepres tamen spinasque illas flos quidam non ineruditi ingenii se explicat : legerat quippe sacros libros aliosque historiarum auctores : ita ut linguam Græcam antiquam calluisse, verum scribendi usu ac peritia destitutus fuisse mihi videatur. Criticum propterea agere nolui, vel de verbis litem illi movere, qui, grammatices deserto foro, ad alienum peregrinumque se transtulit. Satis mihi visum fuit sensum verborum assequi et qua potui bona fide ac diligentia in Latinum sermonem convertere, in gratiam illorum qui linguam Græcam aut penitus ignorant aut imperfecte didicerunt.

Byzantini imperii res ad interitum festinantes, et postremorum imperatorum Christianorum tempora describere aggressus, rerum usu peritum ac sapientia politica instructum se approbat, dum causas et principia exquirit et investigat eorum quæ acciderunt, Græcorumque rebus ultimam perniciem attulere. Trium equidem novissimorum imperatorum auspicio res gestas enarrare ipsi propositum fuit, urbisque et imperii excidium scriptis mandare. Quamobrem Turcorum, qui illud debellarunt, mentionem ubique facere non solum oportuit, sed ab annis pluribus jam elapsis narratio repetenda fuit, et Joannis Cantacuzeni Joannisque Palæologi bella civilia discordiæque domesticæ in memoriam revocandæ fuerunt : quæ Turcis in Europam trajiciendi occasionem tum primum præbuere : cum inauspicato ac tristi consilio, Turcos in Europam Græci insanientes accersiverunt, sibique et aliis gentibus Christianis, cur perirent funditus, auctores exstitere. Manuelis Palæologi ejusque filiorum Joannis ac Constantini res ad captam urbem deinceps persequitur. Ad Turcorum statum quantum spectat, in Asia qualis fuerit sub Andronico seniore, paucis indicat, suspensoque pede Othmanidarum principum seriem ad Bajazitem primum percurrit, breviterque de Othmane, Orchane et Morate primo disserit. Bajazitis gesta, tam adversus Turcorum regulos et Temyrem (quem vulgus *Tamerlanem* vocat), quam Christianos principes, prolixius enarrat. Lanienam cædesque mutuas liberorum Bajazitis, Isæ nimirum, Musulmani, Mosis, Mustaphæ ac Mehemetis exponit. Cineitis, qui Ioniæ imperium aliquando sibi adrogaverat, variam fortunam, fraudulentum versutumque ingenium, modo ad has, modo ad illas propendens ejusque tandem eversionem ac ruinam describit. Moratis denique secundi, Mehemetisque itidem secundi, cum contra Turcos et Christianos in Asia, tum in Europa contra Græcos, Hungaros, Venetos, Servios, Walachos, Genuenses, Rhodiorumque Equitum collegium præcipuas res gestas enarrat. Omnia momenta adnotat, quibus Byzantinum imperium a Turcis subinde labefactatum Christianis tandem ereptum est. Othmanicorum principum (quibus occasio propagandi fines imperii vix unquam neglecta aut omissa est) artes, curas acres

Digitized by Google

habebat, occupato per proditionem oppido Mitylene, subegit. Eo tempore superstitem Ducem hæc indicant, quæ sub Historiæ suæ finem tradit : *Anno 6971, classe triremium sexaginta naviumque septem instructa, mense Septembri, in insulam Lesbum* [tyrannus Turcicus] *movet : terrestri vero profectione copiis secum ductis accedit. Insulam a Nicolao Gateluzo, qui ei tunc dominabatur, sibi dedi poscit. Hic Dominici decessoris sui, quem ditione spoliatum laqueo necaverat, frater erat, quartusque annus ab occupata dominatione agebatur.*

Historiam Byzantinam, qua res imperii Constantinopolitani postremas complectitur, scripsit. Eam, summis annorum ab orbe condito ad imperatoris Andronici Palæologi junioris mortem, A. C. 1341, præmissis, incipit a Joannis Cantacuzeni rebus qui Joannis Palæologi tutor ab Andronico Palæologo patre constitutus, imperium, quod administrabat, ipse consecutus est, id est ab A. C. 1341 : terminat insula Lesbo, quæ tum Dominicum Gateluzum principem habebat, a Turcis expugnata, id est in A. C. 1462. Prodiit Græce et Latine, interprete Ismaele Bullialdo, cum ejusdem notis, Parisiis e typographia Regia, per Sebastianum Cramoisium, 1649.

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

RES IN IMPERIO GRÆCORUM GESTAS COMPLECTENS A JOANNE PALÆOLOGO I AD MEHEMETEM II.

ACCESSIT

CHRONICON BREVE, QUO GRÆCORUM, VENETORUM ET TURCORUM, ALIQUOT GESTA CONTINENTUR,

E Bibliotheca Regia primum in lucem edita, versione Latina et notis illustrata studio et opera Ismaelis Bullialdi.

(Parisiis, e Typographia Regia, [MDCXLIX).

ISMAELIS BULLIALDI EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Eminentissimo ac illustrissimo Julio S. R. E. Cardinali Mazarino Ismael Bullialdus.

Ad te, Cardinalis eminentissime, hoc Ducæ opus historicum, animique mei in edendo illo quemcunque fœtum affero : apud quem Musis earumque mystis amicum, tenellus ille et infirmus felicius adolescere, et virium incrementum suscipere possit ; quibus injurias invidorumque calumnias propellere queat. Aliud equidem tutius nobiliusque patrocinium eligere non habui : et genium jam habere liber, victurusque mihi videtur, quod clientelæ tuæ se crediderit, tuque, Cardinalis eminentissime, eum admiseris. Inscriptum celeberrimum nomen tuum, ceu ornamentum dignitate ac splendore conspicuum, in fronte cum gestet : quodque inter cæteros libros adnumerandus etiam sit, quibus artium scientiarumque omnium officinam, bibliothecam tuam superbissimam ac magnificentissimam ψυχῆς ἰατρεῖον exornas, magnum inde decus ipsi accessurum spero. Nomen auctoris, cujus majores Byzantii olim regnarunt, ab oblivione vindicabitur, inscriptum illi bibliothecæ, amplitudine sua omnia complectenti, cujus structura famæ tuæ perpetuitati in omne ævum consuluisti. Ita equidem est, Cardinalis eminentissime, per ora virorum tandiu nomen feretur tuum, quandiu terras genus humanum incolet. Veram stabilemque hanc esse laudem, non fictam aut fluxam, Ptolemæi Philadelphi Ægypti regis post bis mille annos asserit probatque notissima fama : quam non gestamina regia, sceptrum vel diadema, non rerum bello gestarum claritudo, illustrem ad nostra etiamnum tempora transmisere, sed regio cultu ac sumptu pluribus librorum myriadibus instructa bibliotheca. Diceris

Digitized by Google

aliis, qui cæteras virtutes tuas digne prædicare possunt : attonitus illas admirabundusque suspicio, simulque mœstus, quod facundia ac eloquentia me deficiant, quibus illas meritis laudibus efferre possim. Perge quod facis, Cardinalis eminentissime, litteratorum votis et otio favere, eorumque studia benignitate tua fovere. Vale.

AD LECTOREM.

Benevole Lector, ad operis regii ac magnifici structuram, ex Regia bibliotheca materias sine furto alio non transferendas, cum potuerim, comportare debui. Illi equidem, quo Byzantina historia huc et illuc sparsa, ac velut inter rudera jacens, in superbi ædificii molem accompagem assurgit, operam nostram utcunque navavisse, et particulæ nomen nostrum inscripsisse, aliquantam laudem nobis allaturum spero. Sostratus siquidem Gnidius architectus, Alexandriæ pharum Ptolemæo ædificans, nominis sui ac famæ perpetuitati, structuræ illud permittente rege inscribendo, prospexit. Ex bibliothecæ igitur Regiæ manu scripto codice opus transcriptum affero, styli quidem elegantia haud ornatum et comptum : barbarum potius, impolitum ac rude dixero, sed rerum momento ac gravitate eximium earumque narratione prudenti gratum. Infelici sæculo, quo Græcia ærumnis cladibusque continuis attrita Turcorumque tyrannide oppressa, ultimos ducebat spiritus, styli barbaries ascribenda est : quæ totam illam gentem tam late pervaserat, ut paucissimos, venustatem illam antiquam leporemque sermonis suis circumdare scriptissineret. Noster idcirco auctor, qui rebus etiam agendis expediendisque negotiis, potius quam evolvendis libris operam suam impendebat, barbaris non solum vocibus utitur (quod et anteriorum sæculorum castigatiores auctores quique sermonis nitorem affectaverunt, fecere) : sed etiam Græca verba absurda constructione seu solœcismo perturbat ac permiscet. Inter vepres tamen spinasque illas flos quidam non ineruditi ingenii se explicat : legerat quippe sacros libros aliosque historiarum auctores : ita ut linguam Græcam antiquam calluisse, verum scribendi usu ac peritia destitutus fuisse mihi videatur. Criticum propterea agere nolui, vel de verbis litem illi movere, qui, grammatices deserto foro, ad alienum peregrinumque se transtulit. Satis mihi visum fuit sensum verborum assequi et qua potui bona fide ac diligentia in Latinum sermonem convertere, in gratiam illorum qui linguam Græcam aut penitus ignorant aut imperfecte didicerunt.

Byzantini imperii res ad interitum festinantes, et postremorum imperatorum Christianorum tempora describere aggressus, rerum usu peritum ac sapientia politica instructum se approbat, dum causas et principia exquirit et investigat eorum quæ acciderunt, Græcorumque rebus ultimam perniciem attulere. Trium equidem novissimorum imperatorum auspicio res gestas enarrare ipsi propositum fuit, urbisque et imperii excidium scriptis mandare. Quamobrem Turcorum, qui illud debellarunt, mentionem ubique facere non solum oportuit, sed ab annis pluribus jam elapsis narratio repetenda fuit, et Joannis Cantacuzeni Joannisque Palæologi bella civilia discordiæque domesticæ in memoriam revocandæ fuerunt : quæ Turcis in Europam trajiciendi occasionem tum primum præbuere : cum inauspicato ac tristi consilio, Turcos in Europam Græci insanientes accersiverunt, sibique et aliis gentibus Christianis, cur perirent funditus, auctores exstitere. Manuelis Palæologi ejusque filiorum Joannis ac Constantini res ad captam urbem deinceps persequitur. Ad Turcorum statum quantum spectat, in Asia qualis fuerit sub Andronico seniore, paucis indicat, suspensoque pede Othmanidarum principum seriem ad Bajazitem primum percurrit, breviterque de Othmane, Orchane et Morate primo disserit. Bajazitis gesta, tam adversus Turcorum regulos et Temyrem (quem vulgus *Tamerlanem* vocat), quam Christianos principes, prolixius enarrat. Lanienam cædesque mutuas liberorum Bajazitis, Isæ nimirum, Musulmani, Mosis, Mustaphæ ac Mehemetis exponit. Cineitis, qui Ioniæ imperium aliquando sibi adrogaverat, variam fortunam, fraudulentum versutumque ingenium, modo ad has, modo ad illas propendens ejusque tandem eversionem ac ruinam describit. Moratis denique secundi, Mehemetisque itidem secundi, cum contra Turcos et Christianos in Asia, tum in Europa contra Græcos, Hungaros, Venetos, Servios, Walachos, Genuenses, Rhodiorumque Equitum collegium præcipuas res gestas enarrat. Omnia momenta adnotat, quibus Byzantinum imperium a Turcis subinde labefactatum Christianis tandem ereptum est. Othmanicorum principum (quibus occasio propagandi fines imperii vix unquam neglecta aut omissa est) artes, curas acres

Digitized by Google

assiduumque laborem in debellandis nationibus indicat. Neque etiam illa prætermisit, quæ ad religionem tam nostram Christianam, quam Musulmanicam pertinent. Concilii Florentini ab Eugenio papa celebrati, cui Joannes Palæologus imperator, Josephus patriarcha Constantinopolitanus, et Græci cæteri interfuerunt, historiam breviter contexuit. Novam vero sectam, quæ inter Turcos a quodam Bercligia Mustapha invecta est statimque deleta, intactam non reliquit. Ad captam a Turcis Constantinopolim historiam solummodo perducere sibi proposuerat; verum, spe ductus futuræ aliquando eversionis potentiæ Turcicæ, gentemque Græcam in pristini splendoris statum reducendam fore ratus, post urbis captæ annum narrationem produxit. Hunc porro auctorem Laonico et Phranzi multum præstare propterea censeo, quod rerum principia et causas diligentius investiget, narrationisque filum parcius interrumpat. Laonicus enim, dum de rebus Turcorum confusam sæpe narrationem instituit, ad describendas, imperite ut plurimum, occidentalium regnorum politeias digreditur. Phranzes autem præter rem et nullius momenti multa suis inseruit; nec accurate et diligenter, præter Constantinopolitanam obsidionem, quam recte instituit et persequitur, res gestas narrat. Cum Turcorum annalibus et historia, a Leunclavio, accerrimi judicii viro, editis, Noster admodum sentit: quo nomine magnificiendus mihi videtur. In illis quæ ad Joannem utrumque, Cantacuzenum et Palæologum, pertinent, ab ipso Cantacuzeno non valde dissentit quamvis temporum seriem interturbasse alicubi deprehendatur. Nec silentio transmittendus est consensus qui inter ipsum ac Leonardum Chiensem intercedit in Constantinopoleos obsidione ac expugnatione describenda. Quæ quidem diversorum scriptorum concordia historiæ fidem conciliat, et quæ vera quæve falsa sint, discernendi copiam facit. In rebus porro Hungaricis imperitum se prodit, statumque regni illius a morte Sigismundi imperatoris ignorasse.

De auctoris hujus Historiæ, quam sub manu habemus, nomine et genere paucissima dicenda occurrunt. Et nisi avi sui paterni nomen capite 5 edidisset, anonymus liber proditurus erat. Verum cum ab antiquis illis Ducis qui Constantinopoli regnarunt, se ortum dicat, et Michaelem Ducam avum suum appellet, Historiæ titulum inscripturi, avi nomen proprium ac gentilitium repetitum præfiximus, ut auctoris proprium nomen, nobis ignotum, tali circumstantia determinaretur. Christianæ pietatis tenacissimum et catholicæ Ecclesiæ communionis studiosissimum se ubique approbat. Græcis levitatem malamque fidem objicit, qui ficte ac simulate cum Romana Ecclesia concordiam inierant, nec alio animo pacem composuerant quam ut a principibus occidentalibus, papa præcipue, auxilia contra Turcos consequerentur. Institutum vitæ quale fuerit ex ipso discere possumus, qui se politicis rebus ac negotiis tractandis occupatum fuisse tradit. Apud Gateluzios, Lesbi principes, vitæ partem transegit, fide ac gratia valuit, ab illisque ad sultanum Mehemetem secundum post urbem captam legatus missus est. Rerum quarumdam, quas narrat, spectator fuit: cumque principibus istis Lesbiis operam navaverit, in Asia res gestas, in qua ipsum natum fuisse verisimile est, vel in Lesbo, accuratius novisse potuit. Atque de Duca ejusque scribendi ratione hactenus.

Quæ vero in hoc edendo libro ipsi præstiterimus deinceps exponenda sunt. Unico codice bibliothecæ Regiæ usi sumus; operis finis in eo desideratur, nec scriptura ejus castigata et emendata est, at pronuntiationis hodiernæ vitio, confusione nimirum ι tenuis cum αι diphthongo, iotacismo etiam continuo corrupta, ita ut sæpe vocalis una pro alia, diphthongus pro vocali, ac vice versa succedant. Textus illius continuus est, non sectionibus aut capitibus distinctus, cui marginales notulæ indices quibusdam locis appositæ sunt. Faciliorem lectionem ut redderemus, textum in capita dividere visum est, marginibus etiam notulas apponere indices eorum quæ in textu narrantur. Cumque temporum quibus res gestæ sunt, epochæ omnino necessariæ sint ut clara ac perspicua narratio evadat, illas cum ex historia Musulmanica, tum ex aliis Græcis ac Latinis excerptas apposuimus. Annos etiam Hegiræ, ubi necesse fuit, et ab orbe condito secundum Græcos, Christianæ æræ annis adjectis ascripsimus. Historiam Byzantinam appellare placuit, quoniam Ducas res in illo imperio gestas Manuele, Joanne et Constantino imperantibus describit. Notas libro subjecimus, ut consensum ac dissensum narrationis Ducæ cum Laonico, Phranze, Leunclavio et aliis indicaremus, vel alia notatu digna adnotaremus. Ne nimium crescerent inhibuimus, illasque, quantum penes nos fuit, contraximus. Ducæ Historiæ chronicum breve, ex bibliotheca Regia descriptum, attexere ad rem visum est: quod Græcorum, Turcorum ac Venetorum res gestas et casus aliquot insignes adnotet. Græcus aliquis Peloponnesius, Cephallenius aut Zacynthius, dominii Veneti subditus illud conscripsit.

Digitized by Google

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

A JOANNE PALÆOLOGO, ANNO CHRISTI 1341, AD ANNUM 1462.

—

1 CAPUT PRIMUM.

Generationum ab Adamo ad Christi Nativitatem brevis enarratio. Annorum elapsorum a Christo ad Constantini initia enumeratio. A Constantino ad Justinianum, a Justiniano ad Constantinum et Irenen. Ab his ad Alexium Commenum. Brevis deinceps Impp. Constantinopolitanorum enumeratio ad urbem a Latinis captam.

Ἀριθμοὶ ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως τῆς ἡμετέρας γενεᾶς.

Numeri annorum a primo homine ad ætatem nostram.

Ἀπὸ Ἀδὰμ (1) τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως Νῶε, ἐφ' ὃν ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, γενεαὶ δέκα γεγόνασι· πρώτη ἡ καὶ παρὰ Θεοῦ, τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ σλ' ἔτη δευτέρα ἡ τοῦ Σὴθ παρὰ τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ τὸν Σὴθ σε' ἔτη τρίτη ἡ τοῦ Ἐνὼς ἐκ τοῦ Σὴθ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼς ριζ' ἔτη τετάρτη ἡ τοῦ Καϊνὰν ἐκ τοῦ Ἐνώς. Μετὰ δὲ τὸν Καϊνὰν ρο' ἔτη πέμπτη ἡ τοῦ Μαλελεὴλ ἐκ τοῦ Καϊνάν. Μετὰ δὲ τὸν Μαλελεὴλ ρξε' ἔτη ἕκτη ἡ τοῦ Ἰάρεδ ἐκ τοῦ Μαλελεήλ. Μετὰ δὲ τὸν Ἰάρεδ ρξβ' ἔτη ἑβδόμη ἡ τοῦ Ἐνὼχ ἐκ τοῦ Ἰάρεδ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼχ ρξε' ἔτη ὀγδόη ἡ τοῦ Μαθουσάλα ἐκ τοῦ Ἐνώχ. Μετὰ δὲ τὸν Μαθουσάλα ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα ἑπτὰ ἔτη ἐννάτη τοῦ Λάμεχ ἐκ τοῦ Μαθουσάλα. Μετὰ δὲ Λάμεχ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ὀκτὼ ἔτη δεκάτη ἡ τοῦ Νῶε. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. Ὥστε ἀριθμεῖσθαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ'. Ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραὰμ γενεαὶ δέκα, ἔτη χίλια ἑκατὸν εἴκοσι ἕν. Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομηκονταπέντε ὅτε μετῴκησε εἰς γῆν Χαναὰν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, κἀκεῖ διατρίψας ἔτη εἴκοσι πέντε ἔτεκε τὸν Ἰσαάκ· ἔτεκε δὲ Ἰσαὰκ παῖδας δύο,

Ab Adamo primo homine usque ad Noachum, cujus ævo diluvium accidit, decem exactæ sunt generationes. Prima cum Adam a Deo creatus est. Post annos 230 secunda cum Sethus nascitur Adamo. Post Sethum ann. 205 tertia, tunc Enos Setho natus est. Post Enos ann. 197 quarta, quando Cainanus nascitur Enos. Post Cainanum ann. 170 quinta, nascitur Maleleel filius Cainani. Post Maleleelem annos 165 sexta, Jaredus nascitur Maleleelo. Post Jaredum ann. 162 septima, Enochus nascitur Jaredo. Post Enochum ann. 165 octava, Mathusala nascitur Enocho. Post 2 Mathusalam ann. 167 nona, Lamechus nascitur Mathusalæ. B Post Lamechum ann. 188 decima, tuncque natus est Noe. Noachus autem natus erat annos sexcentos cum aquarum diluvium terram obruit. Ab Adamo itaque ad diluvium anni numerantur supra bis mille ducenti quadraginta duo. A diluvio pariter ad Abrahamum generationes decem transierunt, et anni supra mille centum viginti et unus. Abraham porro annum septuagesimum quintum exegerat, cum Mesopotamia relicta discessit in Chananæorum regionem, ibique annos viginti quinque commoratus ge-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(1) Initio hujus operis propositum auctoris fuit, annorum a mundi ortu et creatione exactorum synopsim ob oculos ponere juxta Ecclesiæ Orientalis calculum; quæ ab initio mundi ad annum primum æræ Christianæ vulgaris annos integros 5508, a Septembri antecedente Kal. Januar anni primi numerat. C Nullus vero eorum, qui in Chronologia parumper versati sunt, nescit Græcos annum suum ab illo termino Kal. Septemb. ordiri: ita ut Christus anno 5509, sive autumno, sive ineunte hieme Θεοτόκος cum genuisse dicatur, natus sit. Norunt etiam omnes, Septuaginta, ita appellatos ac creditos, veteris Testamenti interpretes, plures annos a mundi exordio ad Abrahamum in versione sua computavisse, quam in textu Hebraico reperiantur. Qua ratione id contigerit assequi arduum. Textus equidem Hebraicus ab Adamo ad diluvium annos exactos summodo exhibet 1655, cum interim LXX interpretes numerant 2242. In hujus enim capitis verbis, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ' rectus est: etsi e generationum explicatarum numeris colligantur 2249. A diluvio ad Abrahamum textus Hebraicus numerat annos 292, at interpretes numerant annos 1178, hic noster 1121. De hac computandi dissensione non est dicendi nunc locus; nec propositum est nobis disquirere et scrutari num textus Hebraicus, quo illi usi sunt, ab eo, qui omnibus probatus circumfertur, variaverit. Num etiam aliqua ratione ducti illi viri, qui gentilium, Ægyptiorum præcipue ac Græcorum oculis ac judicio sacram historiam subjiciebant, annos aliquot ab orbe condito ad diluvium, et inde ad Abrahamum intercalarint, importunas gentium ob idololatriam cæcutientium objectiones declinaturi.

Digitized by Google

nuit Isaac. Duos vero filios genuit Isaac, Esau nimirum et Jacobum. In Ægyptum deinde profectus est Jacobus, cum annos centum et triginta exegisset, illucque cum duodecim suis filiis nepotibusque venit, qui septuaginta quinque erant. Incoluit Abrahamus cum posteris suis terram Chanaan per spatium annorum quadringentorum triginta trium. Illiusque posteri numero aucti in duodecim tribus digesti et distributi sunt : et multitudo posterorum duodecim filiorum Jacobi ad sex millia chiliadum numerata est. Horum autem sunt nomina : Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Zabulon, Nephthalim, Gad, Aser, Dan, Joseph et Benjamin. Moses et Aaron genus a Levi ducunt, hic quidem sacerdotio primus functus est, Moses vero reipublicæ administrationem capessivit, atque anno ætatis suæ octogesimo Erythræum mare transivit, eduxitque populum Ægypto. Hic Moses floruit temporibus Inachi, qui primus regnavit [apud Græcos.] Quare Judæi sunt Græcis antiquiores. Transactis deinde per deserta annis quadraginta, Josuæ filio Nave annis 25 paruerunt ; resque Israelitarum publica, per viros ab ipsis Judices appellatos, administrata est annis quadringentis quinquaginta quatuor, usque ad Saulis unctionem, qui primus apud eam gentem rex constitutus est, cujus imperii anno primo magnus nascitur David. Adeo ut ab Abrahamo ad Davidem quatuordecim generationes colligantur, et anni mille viginti quatuor. Atque a David le ad transportatosB abylonem Judæos totidem generationes 14, et anni sexcenti novem. A transportatione usque ad Christi nativitatem quatuordecim pariter numerantur generationes, anni etiam quingenti quaterni. Simul vero temporum seriem, et intervalla ad calculum revocantes, colligimus a primo

A Ἰσαῦ καὶ Ἰακώβ. Γενόμενος δὲ Ἰακὼβ χρόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα πέντε. Παρῴκησε δὲ Ἀβραὰμ σὺν τῷ σπέρματι εἰς γῆν Χαναὰν ἔτη τετρακόσια τριακοντατρία, καὶ πληθυνθὲν εἰς δωδεκάφυλον ἐλογίσθη. Καὶ πλῆθος εἰς ἑξακισχιλίας χιλιάδας (2) ἐψηφίσθη ἐκ τῶν δώδεκα υἱῶν τοῦ Ἰακώβ· ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα· Ῥουβὶμ, Συμεών, Λευΐ, Ἰοῦδας, Ἰσάχαρ, Ζαβουλών, Νεφθαλὶμ, Γάδ, Ἀσὴρ, Δάν, Ἰωσὴφ καὶ Βενιαμίν. Καὶ τοῦ μὲν Λευΐ ἀπόγονοι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρών· καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεύειν ἦρξατο, ὁ δὲ Μωϋσῆς πρὸς τὸ ἄρχειν μεθίστατο· ὃς ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ πατεῖ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Οὗτος ὁ Μωσῆς (3) ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς B Ἰνάχου, πρώτου βασιλεύσαντος· οὕτως ἀρχαιότεροι Ἑλλήνων Ἰουδαῖοι. Διατρίψαντες δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα, καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀρχόμενοι ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ ὑπὸ τῶν κριτῶν ἔτη τετρακόσια πεντηκοντατέσσαρα μέχρι τῆς βασιλείας Σαοὺλ, πρώτου παρ' αὐτοῖς καταστάντος βασιλέως· ἐφ' ᾧ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας τίκτεται Δαβίδ. Ὥστε συναθροίζεσθαι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη χίλια καὶ εἴκοσι τέσσαρα. Καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη ἑξακόσια ἐννέα, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη πεντα- C κόσια τέσσαρα. Ὁμοῦ κατὰ τὰς τῶν χρόνων ἀκολουθίας συμψηφίσαντες εὕρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ (4) ἕως τοῦ Χριστοῦ ἔτη πεντακισχίλια πεντακόσια. Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας (5) ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου (6) ἔτη τιη'. Ἀπὸ δὲ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(2) Id est sex milliones.

(3) *Οὗτος ὁ Μωσῆς.* At Eusebii Chronicon initium annorum Inachi alligat anno ætatis Abrahami 161, eo ipso quo natus est Jacob seu Israel. Mosem vero natum prodit anno ab Abrahami nativitate 435, ita ut annis totis 274 posterior sit Inachi initio Mosis nativitas.

(4) *Εὕρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδάμ.* In enumerandis annis ab orbe condito ad Incarnationem hallucinatus est hujus historiæ auctor, vel, qui illum transcripsit, lapsus est. Ab anno namque primo æræ mundi ad annum primum Christi Ecclesia Græca numerat annos 5508, et tali intervallo Epocharum utitur in sequentibus hic scriptor ; legendum itaque hoc loco ἔτη ,ϛφη', 5508.

(5) *Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας.* Mysterium adorandum Incarnationis Filii Dei Græci Theologi et scriptores appellant ἔνσαρκον οἰκονομίαν.

(6) *Ἕως τοῦ μεγάλου Κωνστ.* Post Christi epocham mentionem facit Constantini, qui ob redditam Christianæ Ecclesiæ pacem et tranquillitatem clarus, Deo ac hominibus acceptus, Græco etiam homini religiose cultus est. Hujus enim imperatoris matrisque Helenæ Ecclesia Orientalis memoriam die 21 Maii celebrat. Et Constantinopolitani imperatores, referente Codino Curopalata lib. *De officiis palatii Constantinopolit.* in templum SS. Apostolorum die illa se conferebant. Κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπέρχεται εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἔνθα καὶ ἡ ἁγία τούτου σορὸς κεῖται. *Die quo magni Constantini memoria celebratur, confert se imperator in templum SS. Apostolorum, in quo illius sanctus loculus situs est.* Græcorum insuper universitati chara Constantini memoria est, qui, translata imperii Romani sede ab Italis ad Græcos, nomini suo novam, quam condidit Romam, consecravit. Byzantii appellatione omissa urbem immensum in modum auctam atque ornatam Constantinopolim appellavit. Justinianus etiam de S. Sophiæ magnificentissimo ac elegantissimo, quod exstruxit, templo jure commendatur. Anno porro secundo regni sui Justinianus S. Sophiam restitutam ac ædificatam consecravit. Georgius Cedrenus : Τῷ ια' ἔτει γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς Ἁγίας Ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. Ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως αὐτῆς μέχρι τῶν ἐγκαινίων ἔτη ε', μῆνες ια', καὶ ἡμέραι ι', παρῆλθον· ἐν γὰρ τῷ ,ϛη' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἰνδικτ. ιε' τῆς κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας τὴν τῆ μεγάλης Ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν ὁ Ἰουστινιανός. *Anno Justiniani* III *Magnæ Ecclesiæ encænia, seu consecratio, celebrata sunt. Litanias et preces recitantes patriarcha et imperator, comitante populo, a Sanctæ Anastasiæ templo egressi processerunt. A die porro, quo flammis pertit, ad encænia anni* 5, *menses* 11, *dies decem transierunt. Anno enim ab orbe condito* 6008, *Indict.* 15, *Februarii die* 23, *hora diei prima, Justinianus instaurationem magnæ Ecclesiæ auspicatus est.* In

Digitized by Google

τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἕως τῆς A βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἔτη σι'. Ἐν τῷ αὐτοῦ ᾠκοδομήθη τὸ μέγα τέμενος τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας Σοφίας παρ' αὐτοῦ σκευασθέν. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἕως τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔτη σξ'. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Εἰρήνης ἕως τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἔτη σιε'. Ἐβασίλευσε δὲ Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ μῆνας δ' καὶ ἡμι. Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ' μῆνας η'. Μανουὴλ ὁ υἱὸς Ἰωάννου ἔτη λζ' μῆνας θ'. Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Μανουὴλ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ φονεὺς Ἀλεξίου ἔτη γ'. Ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τῶν Κομνηνῶν ἔτη ρα', μῆνας θ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη θ' μῆνας η'. Ἀλέξιος δὲ ὁ Ἄγγελος ἀδελφὸς Ἰσαακίου ἔτη θ'. B Δούκας ὁ Μούρτζουφλος μῆνας β'. Ὥστε εἶναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασιλείας Δούκα, ἐν ᾗ καὶ ἑάλω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων (7)

homine Adamo ad Christum annos supra quinquies mille quingentos. Ab incarnatione vero usque ad Constantinum Magnum 3 anni numerantur 318 ; ab imperio deinde Constantini Magni ad Justinianum imperatorem anni ducenti et decem, quo imperante sumptusque præbente magnum templum exstructum est nominique sanctæ Dei Sophiæ [id est Sapientiæ] dicatum. Ab imperio Justiniani, ad Constantini, et Irenes matris ejus imperium anni elapsi sunt [1] ducenti sexaginta ; ab Irene ad Alexium Comnenum anni effluxerunt ducenti nonaginta quinque. Imperium tenuit Alexius [2] annos 37, menses 4 cum semisse. Joannes filius ejus [3] annos 24 menses 8. Manuel [4] filius Joannis ann. 37 mens. 9. Alexius [5] Manuelis filius et Andronicus [6], qui Alexium occidit, imperarunt annos 3, ita ut omnes anni dynastiæ Comnenorum colligantur centum et unus [7] cum mensibus novem. Post Andronicum vero Isacius Angelus [8] obtinuit imperium per annos 9 menses 8. Alexius Angelus [9] Isacii

Ismaelis Bullialdi notæ.

hoc Cedreni loco mendum librarii occurrit in annis mundi hic enumeratis ; cœpit Justinianus anno Christi 527, mundi 6035 Kal. April. Anno ejus quinto, id est, 531 Christi, mundi vero 6039, vel 6040, seditio Constantinopoli orta est. Februario mense cœpta est reædificari S. Sophiæ Basilica ; et anno ejus undecimo consecrata est, id est, anno Christi 537; ab April. Kal. ad similem diem anni 538, et ut quod sentio dicam, anno mundi 6040 Februario mense cœpit instaurari templum S. Sophiæ indictione 9, ita ut legendum sit ,ςμ' ἔτει ἰνδικτ. θ' anno 6040. indict. 9. Præter illud alia collapsa, aut seditione factionum Prasinæ ac Venetæ combusta instauravit. Xenodochia et monasteria fabricari jussit, iisque reditus annuos ingentes attribuit : imperii fines Barbarorum incursionibus angustiores redditos dilatavit. De quibus omnibus Procopii tractatus sex περὶ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων legendi sunt.

Ab æræ Christianæ vulgaris initio ad Constantinum computantur anni 305, et unius semissis cum diebus aliquot. Nam mortuo anno 306, Julii die 25, Constantio Chloro, ipse imperii fasces suscepit. Perperam igitur noster a Christo ad Constantinum numerat annos 318. A Constantino pariter ad Justinianum erravit statuens annorum 210 intervallum, cum revera intercesserint ab anno 306 Julii 25, ad annum 527, Kal. April, quo imperium adeptus est Justinianus, anni 221 fere; quatuor quippe propemodum menses desunt. Ista numerorum perturbatio etiamdum cernitur in illo temporis intervallo, quo Justiniani initia distant a Constantino Leonis IV F. et hujus conjuge Irene, quod noster Historicus statuit annorum 260, cum tamen juxta historicam veritatem anni tantum 253 numerentur. Etenim cum Irene matre cœpit Constantinus anno Christi 780. A Constantino et Irene ad Alexium Comnenum numerat annos noster 295. Simul itaque collectis intervallis, quæ a Christo ad Alexium Comnenum statuit, reperiuntur anni elapsi 1063. Ideo cœpisset Alexius 1084 ineunte. Juxta veritatem vero chronologicam anno Christi 1081 imperium adeptus est Alexius Comnenus. Propterea a Constantino et Irene ad Alexium verum temporis intervallum statuitur annorum 301. Videtur

equidem historiæ hujus auctor has temporum epochas et intervalla ex memoria descripsisse ; nam ista cum sequentibus committi ac concinnari nequeunt. Cum enim occupatam a Latinis urbem Constantinopolim anno mundi 6712, hoc anno Christi 1204, Aprilis die 12 statuat : numeretque Ducæ Murtzuphli, Alexii Angeli, ejusque fratris Isaaci annos, quibus regnarunt, 19 fere ; Comnenorum vero dynastiam annorum 103 (quæ summa colligitur ex numeris annorum attributorum singulis ex gente Comnena imperatoribus) non vero 101, ut in textu legitur : summa annorum, quibus Angeli ac Comneni regnarunt fit 122. Quam cum ab annis C 1204 rejecerimus ad annum 1082 et initium Alexii Comneni regrediendo pervenimus. At ex intervallis antecedentibus initia dynastiæ Comnenorum anno Christi 1084, hunc auctorem alligare invenimus. Non sibi itaque constat Ducas in hac calculi subductione.

(7) Ἐν ᾗ καὶ ἑάλω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων. Huc advocandæ sunt Kalendarii notæ vulgares, ut nobis constet num auctor in assignanda die erraverit. Anno Christi 1204 fuit cyclus lunæ 8, solis 9, litteræ Dominicales D. C. Pascha igitur Aprilis 25. Dominica τῶν Βαΐων, sive Palmarum Aprilis 18. Ergo dies Aprilis 12 fuit feria 2, seu dies lunæ sextæ septimanæ jejuniorum, ut a Nostro notatur : quæ in libris Græcorum ecclesiasticis Δευτέρα τῆς ἕκτης τῶν νηστειῶν vocatur. Huic etiam temporis notæ consentit Nicetas Acominatus Choniates. Flandriæ Comes Balduinus ab Henrico Dandulo Venetiarum duce, D cæterisque 12, vel, ut aliis placet, quindecim electoribus, imperator electus est 6. Kal Maii, hoc est, postridie Paschatis, quod eo anno incidit in 7 Kal. Maii, seu 25 Aprilis. Coronatur vero 17 Kal. Junii, hoc est, Maii 16. Hæc tradit Jacobus Meyerus Baliolanus Annal. Flandriæ lib 7, sub finem. Villharduinus scribit diem coronationis indictam fuisse tribus post Pascha septimanis, hoc est 16 die Maii, quæ fuit Dominica *Jubilate*.

Inducit Villharduinus Dandulum promittentem se imperatoris nomen proclamaturum *hora qua Deus natus est*. Quæ verba me inducunt, ut credam vigilia Paschatis electionem factam, et post Pa-

[1] Cœperunt anno Christi 780. [2] Cœpit Alexius anno Christi 1081. [3] Joannes cœpit anno 1118. [4] Manuel 1143. [5] Alexius 1180. [6] Andronicus 1182. [7] Colliguntur 103. [8] Isacius 1185. [9] Alexius Angelus 1195

Digitized by Google

frater imperavit annis novem. Ducas qui Murtzuphlus dictus est, mensibus duobus fasces imperii tenuit.

Adeo ut a creatione mundi ad Ducæ imperium, quo regnante a Latinis Constantinopolis occupata est Aprilis die 12, feria secunda sextæ septimanæ jejuniorum [id est jejunii quadragesimalis] anni colligantur supra sexies mille septingenti et duodeni [10].

A ἔτη ,ςψιβ'. Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν.

CAPUT II.

Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Palæologorum primus. Asiæ minoris, quæ Anatolia dicitur, status. Turcorum reguli in Asia. Andronicus Senior, Joannes ejus F. Ægæi maris insulæ ab externis occupatæ.

Post occupatam vero a Latinis urbem, Theodorus Lascaris [11] Nicææ annis 12 imperavit. Joannes Ducas [12] qui et Batatza, generque Theodori Lascaris, imperii sedem habuit Magnesiæ ad Sipylum annis 33. Theodorus Lascaris ejus filius [13] annis 4. Joannes Lascaris [14], qui, priusquam coronam imperato-

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἐβασίλευσε Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ (8) ἔτη ιη'. Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης (9), καὶ γαμβρὸς Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη ἐπὶ θυγατρὶ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ τῇ ἐν Σιπύλῳ ἔτη λγ'. Θεόδωρος Λάσκαρις (10) ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. Ἰωάννης Λάσκαρις (11), ὁ καὶ πρὸ

Ismaelis Bullialdi notæ.

scha incoronationem Balduini dilatam : ita ut Calvisio adhæreamus, qui electionem 24 Aprilis Sabbato sancto factam asserit. Et fortasse Villharduinus scripsit aut scribere voluit, *Hora, qua Deus resurrexit*, hoc est, summo mane die Paschatis, paulo post mediam noctem. Hic tamen omittere non debemus, imperatorem Balduinum in epistola quam de Constantinopoli expugnata scripsit monere se electum fuisse Dominica *Misericordias Domini*, quæ contigit Maii die 9, sublimatum vero Dominica *Cantate*, hoc est, Maii die 23. Epistolam illam edidit Aubertus Miræus in codice *Donationum piarum a Flandriæ comitibus factarum*.

(8) *Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ.* Exstincto a Latinis Alexio Duca Murtzuphlo, qui Alexium Angelum veneno bis frustra aggressus, laqueo tandem necaverat, Balduinus Belga seu Flander, adjuvante Henrico Dandulo Venetiarum Duce CPolitanus imperator renuntiatur. Theodorus vero Lascaris occupata a Latinis urbe in Orientem abiit, et Niceæ imperator salutatur. Ita Nicephorus Gregoras lib. I *Hist. Byzant.* post urbem captam, Ἕως ὀψὲ καὶ μόλις περὶ τὴν Νικαέων μητρόπολιν ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλέα Θεόδωρον Λάσκαριν τριακοντούτη ἤδη τυγχάνοντα· *Donec in Nicæa metropoli vix tandem acciderit Theodorum Lascarim annos jam triginta natum imperatorem renuntiari.* Clarius vero, lib. IV, cap. 2 : Ἐντεῦθεν εἰς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει. Αὐτὴ γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος ἅλωσιν. Inde Nicæam rediit, quæ regia sedes imperatorum Romanorum post captam Byzantium fuit. Nicetas enim Choniates in Annalibus Theodorum Lascarim in Asia regnasse scribit duobus in locis : Ὁ δὲ Λάσκαρις Θεόδωρος ὡς γένει εὐπρεπέστατος καὶ κήδει βασιλεῖ περιδοξος, ἀποχρουσάμενος ἐκεῖνον, τὸ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδύεται, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑφ' ὅλων τῶν ἑῴων ἀναγορεύεται πόλεων. *Theodorus Lascaris genere nobilissimus, et imperatoris affinitate clarus, illo repulso* [Manuele Maurozome] *calceos purpureos induit, et a cunctis urbibus provinciarum Orientalium imperator proclamatur.* Et infra, Κατὰ δὲ τὴν Ἕω Προυσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς Λυδοί τε καὶ οἱ Φιλόμολποι, καὶ Σμύρνη, καὶ Ἔφεσος, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων κείμενα Θεοδώρῳ προσανεῖχον τῷ Λάσκαρι· *In Oriente vero Prusæi et Nicæenses, Lydi et Philomolpi, Smyrna et Ephesus, quæque regiones illas interjacent urbes, Theodori Lascaris partibus adhærebant.* Nescio igitur cujus auctoritate fulti Sethus Calvisius, in prima editione suæ Chronologiæ, quam postea correxit et ampliorem reddidit; et

B post eum Christophorus Helvicus dixerint Lascarim Adrianopoli regnasse : imprimis vero Calvisium demiror, qui Nicephorum auctorem citat. Non extra rem erit si lectorem moneamus populum illum, qui Φιλόμολποι hic vocantur, apud nullum geographum reperiri : et procul dubio error est librariorum, et forte ex duobus Φυλακήνιοι καὶ Ἱεροπολῖται coaluit vox Φιλόμολποι. Phylacensii autem et Hierapolitæ populi sunt Phrygiæ majoris, quæ Lydiæ, cui Theodorus Lascaris imperavit, finitimi et contermini sunt.

(9) *Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.* Nicephorus Gregoras, lib. II, cap. 1 : Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ [Λάσκαρι] παρεβρύησαν ἔτη, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀμείβει, διάδοχον τῆς βασιλείας καταλελοιπὼς τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Εἰρήνῃ γαμβρὸν Ἰωάννην τὸν Δούκαν. *Cum annos 18 Lascaris in imperio egisset, ex hac migravit vita, successore relicto Joanne Duca, qui filiam ejus Irenem uxorem duxerat.* Sed C sedem habuisse Joannem Batatzam, seu Vataciam, Magnesiæ potius quam Nicææ non constat ex illo loco. cap. 6, ait Joannem, lustrata Macedonia et Thracia, per æstatem Nicæam recessisse, et in hiberna militem dimisisse, et cap. 12, Joannem ædificasse Magnesiæ templum, ὄνομα τῆς Θεομήτορος Σώτανδρα καλούμενον, aliudque, ἐντὸς τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. Hic Vatacia Didymotœcho oriundus erat, et protovestiarii dignitatem adeptus a Lascari gener ascitus est. Georgius logotheta in Chronico.

(10) *Θεόδωρος Λάσκαρις ἔτη δ'.* Hic Theodorus junior senioris ex filia nepos, annos triginta tres natus erat, quando fasces imperii suscepit. Anno enim quo pater ipsius Joannes imperator designatus fuit, natus est Theodorus, ut scripsit Gregoras lib. II, sub finem.

(11) *Ἰωάννης Λάσκαρις.* Hic filius Theodori junioris fuit, cui pater moriens Arsenium patriarcham et Muzalonem protovestiarium tutores dederat, ut res imperii administrarent, donec Joannes qui sexennis solummodo erat, adolevisset. Muzalo dum funus Theodori effertur, et Magnesiæ in magno templo Sosandrio defuncti commemoratio agitur, ad ipsam sacram mensam ab irruentibus militibus confoditur. Arsenius deinde patriarcha rerum usu ac consilio destitutus Michaelem Palæologum in imperatorem coronat, ea conditione ut adulto Joanni imperio cedat, seque abdicet. Michael coronatus Joannem custodiendum Magnesiam mittit, tandemque excæcat, hocque scelere ineptum ac inhabilem imperio reddit. Niceph. Gregoras, lib.

[10] Christi 1204. [11] Theodorus 1204. [12] Ducas 1222. [13] Theodorus 1255. [14] Joan. Lascar. 1259.

Digitized by Google

τοῦ στεφθῆναι τυφλωθεὶς παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ἐν τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει. Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι ἐκ τῆς πόλεως (12), καὶ εἰσῆλθε βασιλεύων ἐκ τῆς Ἀνατολῆς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος. Μέχρι τῆς βασιλείας τούτου ἡ μικρὰ Ἀσία, Παφλαγονία, Μυσία, ἡ καὶ Βιθυνία, Φρυγία μεγάλη, Φρυγία Καππατιανὴ, Καρία, καὶ μέρος Κιλικίας ὑπὸ Ῥωμαίους τελῶν ἦν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐγκάτοικοι Λυκαονίας ὄντες τὰ ἐπέκεινα ἦρχον, ἤτοι Λυκαονίαν, Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Παμφυλίαν, Ἀρμενίαν, Ἑλενόποντον, Πισιδίαν, Λυκίαν, Κοίλην Συρίαν, καὶ ἕτερα. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μιχαὴλ ἔτη κδ'. Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος (13) ὁ Παλαιολόγος ἔτη μγ'. Ἐν τῷ... ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἑάλω μητρόπολις τῆς Ἀσίας Ἔφεσος, καὶ ἡ ἐπαρχία Καρίας παρὰ τοῦ Μανταχία· καὶ ἡ Λυδία παρὰ τοῦ Ἀτὴν ἄχρι Σμύρνης· καὶ ἡ Μαγνησία μέχρι Περγάμου, καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας (14) παρὰ τοῦ Σαρχάν·

A riam suscepisset, à Michaele Palæologo excæcatur, et anno tertio quam imperare cœperat regno pellitur. Latini quoque urbe excedere coguntur, eamque ingressus est Michael Palæologus [15], ab Orientis partibus, assumpto imperatorio nomine, profectus. Ad hunc usque imperatorem Romano imperio subditæ fuerunt, tributumque solverunt hæ provinciæ : Asia minor, Paphlagonia, Mysia, quæ et Bithynia, Phrygia magna, Phrygia Capatiana, Caria, atque etiam pars Ciliciæ ; Turci vero, qui Lycaoniam jam occuparant, provinciis quoque ulterioribus remotioribusque imperabant ; Lycaoniæ 4 scilicet, Cappadociæ, Galatiæ, Pamphyliæ, Armeniæ, Helenoponto, Pisidiæ, Lyciæ, Syriæ cavæ, et aliis. Imperium tenuit Michael annos 24. Michaelem secutus est filius ejus Andronicus [16] Pa-
B læologus qui regnavit annis 43. Hujus imperii anno... Asiæ metropolis Ephesus, et Caria provincia in potestatem Mantachiæ devenerunt, Lydiamque Smyrnam usque subegit Atin. Magnesiam Pergamum usque,

Ismaelis Bullialdi notæ.

II, sub finem, et lib. IV. Georgius Phranzes, lib. I, capp. 3 et 5. Michael Palæologus ex gente antiqua et nobilissima oriundus erat, quem, ut ex aliis Petrus Bizarus refert, lib. I *De bello Veneto* : *Et Italia adeoque Viterbo ipso Hetruriæ civitate haud sane ignobili (quæ olim Vejusa nuncupata, tanquam trium urbium septa vel mœnia in se complectens), originem traxisse nonnullis placet.*

(12) Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι τῆς πόλεως. In margine ascriptum ἐν ἔτει ςψξη' Ἰουλίου κε'. *mundi anno* 6768, [Christi 1260.] *Julii* 25. Referri debet hæc temporis nota ad annum 1 imperii Mi-
C chaelis Palæologi. Quippe urbs a Græcis recuperata fuit anno Christi 1262, mundi juxta Græcos anno 6770. Nam collectis annis Theodori Lascaris, Joannis Vataciæ, Theodori, et Joannis annis tribus, fit summa annorum 58, qui cum additi fuerint annis 1204, exhibebunt annum 1262, quo Joannes cui imperialis corona nunquam imposita fuit, a Palæologo Michaele excæcatus et imperio pulsus est, et Latini urbe exacti sunt. Libro etiam IV, Gregoras de urbe recuperata per Cæsarem Strategopulum verba faciens notat, Δύο ἐξῆς ἠνύετο ἔτη ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατὴς ὁ Μιχαὴλ ἐγεγόνει. Quo igitur anno urbs capta est, jam duos in imperio annos integros Michael exegerat : unde constat ipsum clypeo insidentem imperatorem proclamatum esse anno 1260. Phranzes, cap. 4, lib. I dynastiam Francorum annos 59, mens. 3, dies 4, CPoli durasse ait. Georg. Logotheta in Chron. CPolitano sub finem ait urbem a Latinis
D captam anno 6712, et eam tenuisse annis 58, recuperatam anno 6769, indict. 4, in quo sibi non constat ; nam mensis Julii 25 captam ait CPolim a Græcis. Post annos 58, qui additi cum fuerint annis 6712, dabunt annos 6770, et indictionem 5, transcriptoribus fortasse hic error imputandus est, non logothetæ.

(13) *Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος.* Sub Michaele Palæologorum primo cœperunt Turci provincias Asiaticas, quæ imperatoribus CPolitanis adhuc parebant, vexare ac perpetuis latrociniis vastare. Gregoras, lib. V, et lib. VII, c. 1 ; statum provinciarum Asiæ talem fuisse narrat. Κατέσχον ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας, καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφίας, καὶ τῶν ἐγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαιάνδρου ποταμὸν Ἀντιοχείας, τὰ δὲ ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος ὄνομα Σαρχάνης· τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὑφείλετο σατράπης ἕτερος ὄνομα Σασάν. Τὰ δὲ ἀπὸ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ τε Καλάμης λεγόμενος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐξῆς ἕτερος ὄνομα Ἀτμᾶν. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως εἰς τοὺς Ἀμουρίου διέθησαν παῖδας. *Caramanus itaque Alisurius maximam Phrygiæ mediterranæ partem occupaverat, et Philadelphiam atque Antiochiam ad Mæandrum usque omnia ditioni suæ subjecerat. Quæ vero regiones ab illis locis ad Smyrnam et Ioniæ maritima pertingunt, alius Surchanes appellatus illis dominabatur. Sasan etiam, qui vocabatur, satrapa Magnesiam Prienen et Ephesum, (Romæis) eripuerat. Calames ejusque filius Carasis ab Æolide usque ad Mysiam Hellesponto adjacentem regnabat. Bithyniam et quæ Olympo monti circumjecta sunt alius nomine Atman obtinebat. A Sangario tandem fluvio Paphlagoniam usque Amurii filii inter se regionem partiti erant.* Qui nostro Carmian appellatur Gregoræ est Caramanus Alisurius. Sarchanem et Carasim uterque habet ; pro Othmane Gregoras legit Atman. Sasanem Noster, ut et Amurii seu Homuris filios nescit. Gregoras Mantachiam ignorat, etiamque Atinen. Laonicus Chalcocondylus lib. I *De reb. Turc.*, non longe ab initio, lib. etiam II hos duces fuisse Aladinis Selzuccii, qui sedem imperii Iconii habuerat, ministros asserit. Quique Laonico est Ædines nostro vocatur Atin, et qui illi Mendesius nobis est Mantachias. Phranzes, lib. I, cap. 26. hos duces enumerat ut Gregoras, easdemque ditiones attribuit. Leunclavius in *Pandectis historiæ Turcicæ*, num. 13, duces istos aliter enumerat, ita ut in tanta varietate auctorum nomina illa, ducumque numerus in incerto aliquatenus maneant, Asiæ statu interim misero imperiique vastatione pro compertis habitis. Cantacuz. I. II, c. 29, Atinis sive Ædinis filios ait fuisse Χατὴρ καὶ Ἀμοὺρ, id est, Cheterem et Homurium. Carasem vero Phrygiæ regulum tradit lib. III, c. 82.

(14) *Καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας.* Valde pro-

[15] Anno a creatione mundi 6768, Julii die 25, Christi 1260, cœpit Michael. [16] Andronicus 1283.

Digitized by Google

et totam Magedorum provinciam suæ ditionis fecit Sarchan. Phrygiam universam occupavit Carmian. Altera Phrygia magna, quæ ab urbe Asso ad Hellespontum extenditur a Carase occupata est. Bithynia tota, et Paphlagoniæ pars Othmano cesserunt, atque hi omnes Turcorum principes ac duces erant. Post Andronicum Michael filius ejus [17] imperii fasces obti-

A Φρυγία πᾶσα παρὰ τοῦ Καρμιάν· ἑτέρα Φρυγία μεγάλη ἀρχομένη ἀπὸ Ἄσσοῦ πόλεως ἄχρι καὶ Ἑλλησπόντου (15) παρὰ τοῦ Καρασή· Βιθυνία πᾶσα καὶ μέρος τῶν Παφλαγόνων παρὰ τοῦ Ὀθμάν, οἳ ἦσαν ἀρχηγοὶ Τούρκων. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαὴλ (16) ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη... Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ἐβασίλευσεν Ἀνδρόνικος ὁ ἐπονομα

Ismaelis Bullialdi notæ.

habile est Magedi vel Magidi præfecturam hic vocari, quæ in mss. Notitia episcopatuum CP. diœceseos sub Sardium metropolita legitur ὁ Σετῶν ἤτοι Μαγίδου. Sub Sylæo etiam sive Pergæo metropolita Pamphyliæ secundæ habetur in eadem Notitia Μαρύδου episcopatus, sed in alio exemplari legitur Μαγύδου, quæ ab alia differt. Hæc secunda forte illa est quam Nagidon appellat Leunclavius, et Turci Nigde. Magydum habet in Pamphylia Ptolemæi interpres, textus Græcus Μίτυλον non longe a Cestri fluvii ostiis. Nagidon non habet Ptolemæus: Stephanus de urbibus Νάγιδο; πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας ubi citat Hecatæum. Estque eadem cum Matylo. Casaubonus in Strabonem lib. XIV, in his verbis Τοῦτο δ' ἐστὶ Ἀγιδος πόλις ex Stephano corrigit et Νάγιδος legit.

(15) *Ἀπὸ Ἄσσου πόλεως ἄχρι καὶ Ἑλλησπόντου.* Assus urbs ad Propontidem in littore Asiatico, quam Strabo lib. XIII, a Methymnæis conditam scribit, teste Myrsilo, Φησὶ δὲ Μυρσίλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον. Stephanus de urbibus duas facit Assos, unam in Lycia πλησίον Ἀτάρνης, alteram in Æolide ad Hellespontum. Hic obiter notabimus Stephanum errasse, dum Assos duas facit, primamque in Lycia collocat Atarnæ vicinam; in Lycia siquidem Atarna sita non est, ut ipse scribit, sed in Mysiæ et Lydiæ finibus, Ἀτάρνα πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, Strabo quoque lib. XIII, Atarneam habet prope Assum: nec ipse nec Ptolemæus Assum in Lycia ponunt. Notitia episcopatuum sub throno Constantinopoleos habet Ἄσσον sub Ephesino metropolita.

(16) *Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαήλ.* Hic auctor noster male ac perperam scribit Michaelem in imperio successisse Andronico patri: simul namque pater et filius regnarunt: et Michael anno 6829 [Christi 1320], Octob. 12, die Dominica ante patrem obiit, accepto Thessalonicæ nuntio Manuelem secundo genitum filium ab Andronico natu majore (quem ejus frater Manuel in meretricis, cum qua consueverat ille, domo quærebat), occisum fuisse, cum quis esset Andronici satellites ignorarent, rivalemque esse suspicarentur. De quibus adeundus Gregoras, lib. VIII, in principio. Cantacuzenus, lib. I *Hist.* cap. 1, generis mortis nullam mentionem facit, quo Manuel exstinctus est. Diligenterque animadvertendum dissidii causam inter Andronicos avum et nepotem orti, quo mutuis odiis certarunt, in avum a Cantacuzeno transferri; et Gregoram ab isto, utpote scriptorem mendacem, asperis aliquando verbis castigatum esse, quod ipse scripsit Cantacuzenus, lib. IV, capp. 24 et 25, cui tamen potior fides hac in re adhibenda sit nescio. Nam Cantacuzenus cum juniore Andronico a puero educatus adoleverat, inter hujus fidissimos ac maxime familiares semper numeratus, ita ut ab eo ad dignitatem usque imperatoriam, tutoris munere cohonestatus, provectus fuerit: quapropter non levi suspicione perstringendus venit, actis et gestorum ab Andronico juniore memoriæ nimio studio indulgens, dum Andronico seniori æquum minus forte se præbet.

[17] Pater et filius simul annis supra dictis 43.

Phranzes protovestiarius lib. I, cap. 10, sub finem tradit Andronicum seniorem cum Michaele regnasse annos 45. et Andronicum juniorem cœpisse anno mundi 6838, qui fuit Christi 1328. Gregoras lib. VIII. notat Andronicum juniorem coronatum fuisse Februarii ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος. Hæc indictio 8 congruit cum Christi anno 1325, ita ut hic auctor noster, annos imp. Andronici ejusque F. Michaelis dum numerat 43, terminum istum incoronationis junioris Andronici respiciat, quæ anno 1325, Februarii die 2, indict. 8 peracta est. Quibus etiam consentit Cantacuzenus, lib. I, cap 41. Post quam incoronationem nepotis, Andronicus avus annos 3 in imperio adhuc vixit: ita ut totos annos 46 cum filio et nepote regnaverit, quos 45 solummodo numerat protovestiarius, anno siquidem 1328 nepos solus imperio potitus est. Christi deinde anno 1330 senior Andronicus ad vitam monasticam a nepote invitus cogitur, ut ait Gregoras; inque monasterio mutato nomine Antonius appellatus biennium vixit, summaque rerum necessariarum inopia pressus anno demum 1332 obiit

Cantacuzenus, lib. II Hist. cap. 16, Andronicum seniorem ad vitandas insidias, quas sibi aliquos struere tyrannidem affectantes suspicabatur, sponte monasticam vestem induisse asserit: ærumnis ac miseriis colluctantem obiisse silentio transmittit, ne sibi dedecus accersat, et Andronico juniori invidiam et odium conciliet; quandoquidem præcipuum inter consiliarios hujus Andronici apud quem præ cæteris gratia potentiaque valuit, habitum esse notum sit. Ilic Andronicus ad vitam privatam coacto avo solus regnavit ab anno 1338, ad annum 1341, Junii diem 15, orbis conditi 6849, ita ut annos 13 imperaverit. Notandum etiam Andronicum seniorem anno ætatis suæ 74, fato concessisse: ex quo vero imperium assecutus fuerat anno 50, ut adnotavit Gregoras, lib. IX, monodia in eum scripta, et in eo cum aliis convenit. Tradit præterea ipsum, vivente patre Michaele Palæologorum primo, imperatorem designatum et appellatum esse, quod contigit circa annum 1281. Michael secundus Palæologus Andronici F., tradente Cantacuzeno, lib I, cap. 1, anno mundi 6829, Octobris 12, vitam cum morte commutavit. id est, anno Christi 1320, non vero 1321, ut in editione Parisiensi typographiæ Regiæ in margine ascriptum est; at ex Niceph. Greg. in lib. VII calce annus alius colligi potest. Narrat quippe Joannis Glyci patriarchæ anno 2 vehementi Borea flante crucem e manibus statuæ æneæ, quæ columnæ imposita ante vestibulum templi S. Sophiæ stabat, excussam fuisse anno mundi 6825, id est anno Christi 1316. A Kal. Septemb. ad easdem Kal. anni 1317, paulo post dicit, Irenen ex Alemania Andronico juniori avum despondisse: Michaelem deinde imperatorem Thessalonicam abiisse, et anno ibi exacto rebus humanis exemptum esse, ex quibus annum orbis 6827, Christi 1319, concludere possumus: verumtamen Cantacuzeno, qui annum et diem ascripsit, adhærebimus.

Digitized by Google

ζόμενος γέρων ἔτη ιγ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος (17) ὁ υἱὸς αὐτοῦ νέος ὢν, καὶ παιδαγωγούμενος παρὰ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Ἐν τῷ αὐτοῦ ἔτει... ἤρξαντο οἱ Τοῦρκοι (18) περᾶν τὸν Ἑλλήσποντον, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας Ὁμοῦρ ἔγγονος Ἀτὴν ἀρχηγὸς Τούρκων δεσπόζων Σμύρναν, Ἔφεσον, καὶ τὰ πέριξ, ἐκ δὲ Προύσης Ὀρχὰν ἔκγονος τοῦ ῥηθέντος Ὀθμάν. Περῶντες γοῦν λῃστρικῷ τρόπῳ, ἐπόρθουν Χερρόνησον πᾶσαν, καὶ παράλιον Θρᾴκης μὴ ἔχοντες τὸν ἀνθιστάμενον, ἢ ἀνταίροντα, ἀφύβως ἄχρι Διδυμοτείχου (19), καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἄχρι Σηλυμβρίας (20) κατέτρεχον, ὡς τὴν πᾶσαν Θρᾴκην ὑπὸ χεῖρα ποιήσοντες. Ἐν τῇ βασιλείᾳ γοῦν τοῦ ῥηθέντος Ἰωάννου ἔτι μείρακος ὄντος ἑάλω Χίος νῆσος παρὰ τῶν Γενουϊτῶν, καὶ αἱ λοιπαὶ Κυκλάδαι νῆσοι ἐκ τῶν Ναυάρας ἀφικομένων Φράγκων (21).

A nuit annis... Michaeli successit Andronicus [18] senior [19] dictus, annisque 13 imperio præfuit. Andronicum sequitur filius ejus Joannes [20] Palæologus, qui cum juvenis esset sub tutela domini Joannis Cantacuzeni regebatur. Anno imperii hujus... Turci Hellespontum primo transfretarunt [21]. Ex Asia quidem Homur filius Atinis Turcorum dux movit, qui Smyrnam, Ephesum, et loca vicina tenebat. Orchanes vero filius memorati Othmani Prusa profectus est. Superato itaque freto, prædonum more totam Chersonesum populati sunt. Thraciæque loca maritima secure, nulloque, qui incurrentes reprimeret, obvio facto usque Didymotœchum, etiamque versus imperii sedem Constantinopolim Selymbriam usque incursionibus infestarunt, tanquam Thraciam universam subacturi. Imperante quoque Joanne prædicto eoque adhuc juvene, Chium insulam Genuenses occupa-

B

Ismaelis Bullialdi notæ.

(17) *Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος.* Andronicus junior filium suum, quem ex Anna, Nostro Alemanna, Cantacuzeno e Sabaudia, aliis Pannonia, susceperat, imperii hæredem reliquit. Joannes Andronico nascitur post avi Andronici obitum anno mundi 6840, Christi 1332, Junii die 18, ut adnotavit Gregoras lib. x, cap. 3. obiit autem Andronicus junior anno mundi 6849, Christi 1341, ita ut impubes admodum esset Joannes, annum agens cum imperium adeptus est nonum: quot etiam fuisse tradit Cantacuzenus, lib. III, cap. 2. Quamobrem pater moriens rebus imperii administrandis tutorem testamento dedit hunc Joannem Cantacuzenum magnum domesticum, historiæ jam sæpius allegatæ auctorem, virum equidem Gregoræ et Nostro laudatum: Phranzæ affectati regni suspectum, et quod voluerit ad liberos suos imperium transferre insimulatum. Legendus Phranzes, lib. I, cap. 13, 14 et 15. Illum Cantacuzenum tanti fecit Andronicus junior, ut testamento suo, quod anno Christi 1330 gravi morbo decumbens condidit, præteritis in illo Andronico avo adhuc superstite nondumque monacho, matre etiam sua Xena, tutorem eum posthumo filio suo daret, si ex Anna uxore sua tunc prægnante nasceretur. Nec etiam omittenda sunt, quæ a Codino Curopalate de Andronici erga Joannem Cantacuzenum benevolentia et amore referuntur lib. *De offic. palat. Constantinopolit.* Ἐποίησε τὸν μέγαν δομέστικον Καντακουζηνὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει καὶ βασιλεὺς, ἰσοστάσιον τῷ πανυπερσεβάστῳ. *Magnum domesticum Joannem Cantacuzenum, qui postea imperavit, æqualem summo panhypersebasto reddidit.* Paucisque lineis interjectis, post Andronici senioris obitum ab hoc juniore Cantacuzenum auctum esse narrat: Ὑπερέχοντα πάντων ἐποίησε, τῶν μὲν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀνεψιῶν, ἑαυτοῦ δὲ θείων, τῶν ἑτέρων τε πάντων τοῦ πανυπερσεβάστου, βεστιαρίου· ἦν οὖν οὗτος ἐνταῦθα ὁ μέγας; δηλαδὴ δομέστικος μετὰ τὸν Καισάρχη. *Supra cæteros eum extulit, avi sui imperatoris nepotibus, suisque avunculis, cæterisque omnibus summo panhypersebasto et vestiario dignitatis ordine anteposuit, hacque sanctione secundus erat a Cæsare magnus domesticus.*

C

(18) *Ἐν τῷ αὐτοῦ ἔτει... ἤρξαντο οἱ Τοῦρκοι.* Hæc Turcorum in Europam irruptio prima est sub auspiciis Oguziorum sive Othmanidum regnante Orchane sive Urchane: antea enim in Europam transierant Turci, a Catelanis bellum Andronico seniori et Michaeli ejus F. inferentibus evocati, ut lib. VIII *Hist. Rom.* narrat Gregoras, et post eum Laonicus, lib. I. Transierunt etiam Turci paulo post annum 1300 eodem Laonico teste, lib. I. Hujus quoque Turcorum in Europam expeditionis meminit idem loco citato, verum jam defuncto Orchane, et Suleimane ejus filio regnante. Nostro tamen consentit Turcorum narratio a Leunclavio adducta lib. IV *Hist. Musulmanicæ;* et Phranzes, lib. I, capp. 15 et 27, quibus potior fides habenda est. Adnotatur autem ille transitus, quoniam Turci tunc primum sedes in Europa fixerunt, occupata Callipoli anno juxta Annales Turcicos 758, Christi 1357. Matthæus Villanius *Hist. Florent.* lib. VI, c. 29, transitum Turcorum accidisse ait anno 1356.

(19) *Ἄχρι Διδυμοτείχου.* Didymotœchus oppidum Thraciæ, quod Hebrus alluit. Nicetas Choniates duobus locis illius meminit: Καὶ ῥαγδαίας βροχῆς θεόθεν ἀφορισθείσης ἐν τοῖς ἀνόπιν τοῦ Διδυμοτείχου μέρεσιν ὁ τῷ φρουρίῳ παραρέων Εὖρος διευρυνθεὶς ὑετῷ, etc.: *Imbre subito ac impetu cadente in locis supra Didymotichum sitis, qui oppidum alluit Hebrus, undas dilatavit.* Turcis *Dimotuc.*

D

(20) *Ἄχρι Σηλυμβρίας.* Stephanus, Σηλυμβρία πόλις Θρᾴκης. Κέκληται δὲ ἀπὸ Σήλυος, Βρία γὰρ κατὰ Θρᾷκας ἡ πόλις. *Selymbria Thraciæ urbs: nomen a Selye trahit; Bria enim Thracibus urbs dicitur.*

(21) *Ἐκ τῶν Ναυαρας ἀφικομένων Φράγγων.* Franci ex Navarra sunt ii, quos alibi Catelanos appellat, qui Hispaniam Tarraconensem habitant. Illa Genuensium expeditio ab Augustino Nebiensi, Uberto Folieta, et Petro Bizaro facta adnotatur anno Christi 1346, quo Simone Vignosio duce Genuenses, Chium, Smyrnam et Phocæam utramque dominio suo adjecerunt. Idem testatur Joannes Villanius, *Hist. Florent.*, lib. XII, cap. 160, *l'anno 1346. el simile feciono all' isola del Silo in Arcipelago di Romania e quella presono, e sonne signori e tolsolla a Greci, ove nasce la Mastica la quale e di grande frutto e rendita.* Non video autem quare Navarros hoc loco adducat, nisi quia illis temporibus Petrus IV Arragoniæ rex Philippi III Navarræ regis filiam Mariam anno 1334 uxorem duxerat.

[18] Andronicus 1328. [19] Junior, ὁ νέος. [20] Hic Joannes coronatus est Novemb. XIX an. 6850 (1341).
[21] Transitus Turcorum Othmaneorum in Europam ann. Hegiræ 758, Christi annis 1356 et 1357. Cœpit annus Hegiræ 758 anno 1356, Decemb. die XXV, Dominica, Cyclo solis XXI, litteris C. B., Joannis Palæologi anno XVI.

Digitized by Google

runt [21], cæterasque Cycladas insulas Franci ex Navarra profecti. Universa insuper Peloponnesus, præter Lacedæmonem et Monembasiam, et quæ in Ionia sitæ sunt Phocææ ab iisdem Genuensibus suæ ditioni adjectæ sunt.

A Καὶ Πελοπόννησος πᾶσα πλὴν Λακεδαιμόνων καὶ Μονεμβασίας, καὶ αἱ κατ' Ἰωνίαν Φώκαιαι παρὰ τῶν Γενουΐτων.

§ CAPUT III.

Orchanis Osmanidæ mors: Morates ejus F. imperium adeptus Lazaro Despotæ Serviæ bellum infert, A juvene Servio occiditur; post cujus cædem prælium Turci ineunt, Servios cædunt, et magna clade afficiunt. Lazarus vivus et multi Serviorum proceres capiuntur et in Moratis tentoriis interficiuntur. A Veziris Ildrim Bajaziti imperium defertur natu minori filiorum Moratis. Fratrem natu majorem fraude oppressum excæcat Bajazites.

Eodem anno labente nobis supra memoratus Orchanes Turcorum princeps obiit, relicto filio Morate ditionum atque principatus hærede, qui Thraciæ urbibus potitus imperii limites producit, obsessamque Adrianopolim occupat, atque universam, exceptis Thessalonica, Thessaliam; velut ergo Romanorum provinciis omnibus perdomitis et subactis, in Triballos movit, et quamplurima ipsorum oppida pagosque funditus delevit, incolasque captivos in objectam Europæ Asiam per fretum Chersonesi abductos trajecit. Quibus cum attendisset Serviæ Cra-les [id est rex] Lazarus Stephani Cralæ F., conscripto ex omnibus ditionibus suis exercitu, cum tyranno acie decertat, eoque prælio utriusque exercitus plurimi ceciderunt. Admissum deinde novum quoddam, præterque id quod dici aut cogitari potest callide susceptum facinus. Vir quidam Servius e primaria

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτεθνήκει καὶ ὁ προρρηθεὶς Ὀρχὰν (22) ὁ ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων, καταλιπὼν τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μουράτ, ὃς ἐγκρατέστερος τῶν Θρᾳκικῶν πόλεων γενόμενος, πολιορκήσας τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε (23), καὶ Θετταλίαν πᾶσαν πλὴν Θεσσαλονίκης· ὡς οὖν σχεδὸν B πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων γῆν ὑπὸ χεῖρα κατέχων, καὶ ἐς Τριβαλλοὺς ἀφίκετο, καὶ πολλὰ τῶν αὐτῶν πολίχνια, καὶ κώμας ἀφανίσας, καὶ τοὺς οἰκήτορας αἰχμαλώτους ποιῶν, ἐς τὴν περαίαν διὰ τοῦ ἐν Χερρονήσῳ πορθμοῦ ἀπέπεμπε· ὁρῶν οὖν ταῦτα ὁ τότε τὴν Σερβίαν κραλεύων Λάζαρος, υἱὸς Στεφάνου τοῦ Κράλη Σερβίας συναγηοχὼς πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ δύναμιν συμπλέκεται τῷ τυράννῳ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τῶν δυνάμεων πίπτουσι πλεῖστοι· εἶτα γίνεταί τι καινὸν καὶ ὑπὲρ λόγον τεχνούργημα. Ἀνήρ τις τῶν ἐνδόξων Σέρβος νέος (24), ἀνδρεῖος, καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

Rex Navarræ seu Vasconiæ his fœderibus nuptialibus urbes aliquot Arragonio concesserat: vicissimque Arragonius illi; propterea Navarri seu Vascones Arragonensibus juncti atque Catelanis in Orientem profecti sunt. Tunc etiam Vascones in illis expeditionibus Catelanis ultro magis se adjunxerunt; quod in regni successione Maria sorori suæ Joannæ prælata esset, si Philippo patri mascula proles deesset. Genealog. Dom. Francicæ clarissimorum virorum fratrum Sammarthanorum lib. XXII; Mariana, lib. XVI, cap. 4, *Hist. Hispanic.*

(22) *Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτεθνήκει ὁ προρρηθεὶς Ὀρχάν.* Duæ sunt de anno obitus Orchanis opiniones: alii e vita migrasse volunt anno Hegiræ 759, id est, Christi 1358; nam cœpit annus 759, anno 1357, Decemb. 14, feria 5, et ita Calvisius sentit. Leunclavius sub finem lib. IV aliam sequitur, quæ mortuum Orchanem asserit anno 760, qui cœpit anno 1358, Decembris die 3, feria 2. Annales Turcici adnotant post captam Callipolim Suleimanem inter venandum equo lapsum humi tam graviter afflictum fuisse, ut statim exspiraret, et duobus mensibus ante patrem obiisse. Quæ narratio non consentit illis quæ infra cap. 10 Ducas noster narrat, deletum scilicet exercitum Turcorum a Matthæo Cantacuzeno, et Suleimanem occisum, antequam imperio cessisset Joannes Cantacuzenus, id est, ante annum 1355.

(23) *Τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε.* Ex Leunclavii *Hist. Musul.* lib. V, Adrianopolis occupata est anno Hegiræ 763, Christi 1362. At annales referunt ad annum 761, id est Christi 1360, quem annum Calvisius retinuit.

(24) *Συλλαμβάνεται οὖν ὁ Λάζαρος.* Laonicus lib. I, sub finem, hanc Serviorum infelicem expeditionem clademque acceptam narrat secundum

C Græcorum sententiam, hujus Nostri narrationi paucis mutatis prope similem: Lazarumque Eleazarum appellat; Moratem peremptum inter prælian-dum tradit; at Phranzes a Lazaro necatum fuisse scribit. Nomen illius, qui Moratem occidit, Miloes traditur a Laonico: Milos Cobilitzius appellatur a Leunclavio: Milos Cobilik Lazari despotæ gener a Mauro Orbino. Lazarus ille, ut hic Orbinus in Slavorum historia scribit, partem imperii defuncti Stephani Cralis seu imperatoris occupavit, alii alias: cum Vroscus Stephani F. ignavia ac desidia tempus transigeret. Hic Lazarus primus fuit Serviæ despota e familia Privazia sive Pribazia. Pugna porro illa commissa est in campo Cossovo anno Hegiræ 791, Christi 1389; non vero anno 1390, ut vult Leunclavius in *Pandectis Turcicis*, cap. 54. Annus enim 791 cœpit anno Christi 1388, Decemb. 30, fer. 4, cyclo solis 25. litt. E, D. Propter occisum vero ex insidiis Moratem, morem ac consuetu-D dinem inde manasse ait Leuncl. ut nullus legatus Sultanum accedat, nisi a duobus capigis brachia complectentibus ducatur. Ex parte verum esse concedatur: honoris nihilominus gratia, id etiam nunc fieri constat: et anno 1647, vezir-azemum seu primum vezirum palatio suo egredientem, rursumque illud ingredientem vidi, duorum famulorum manibus brachia complectentium sublevatum. Eodemque modo genitzerorum agam seu præfectum qui eumdem vezirum conveniebat, duorum famulorum manibus sublevatum incedere aspexi. Hic lector monendus est falli Leunclavium, lib. VI *Hist. Musulm.*, quando mense Junio Ramazan celebratum esse ait anno Hegiræ 791; Neomenia enim hujus mensis Ramazan jejunii Turcorum eo anno incidit in Augusti diem 24 anni 1389 æræ Christi.

[21] Christi anno 1346.

Digitized by Google

τολμηρὸς ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε, καθὼς ἀπε- A
δείχθη, ἀποσπασθεὶς ἐκ τῆς φάλαγγος τῶν Χρι-
στιανῶν, εἰς μέσον τῆς παρατάξεως τῶν Τούρκων
ὡς αὐτόμολος πίπτει. Καὶ δῆτα ἁρπάσαντες οἱ
Τοῦρκοι τοῦτον, αὐτὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα ὀνομασεὶ
καλῶν, καὶ, Βούλομαι τοῦτον ἰδεῖν, καὶ λόγους τινὰς
ὑποψιθυρίσαι ὡς ἐγκρατὴς γενέσθαι τουτουΐ τοῦ
πολέμου, *ἕνεκα γὰρ τούτου αὐτόμολος ἐλήλυ-
θειν*, εἰπὼν, τὸν ἡγεμόνα δεικνύουσι. Ὁ Μουρὰτ
δὲ διὰ τῆς χειρὸς δειγματίσας τοῦτον ὡς πρὸς
αὐτὸν ἐλθεῖν, ὁ νέος ὁρμήσας καὶ πλησίον ἐλθὼν,
ξιφιδίῳ κατὰ καρδίας καιρίαν δίδωσι τὴν πληγὴν,
καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν πελεκυφόρων καὶ ὑπασπιστῶν
τοῦ Μουρὰτ μεληδὸν κατατέμνεται. Τότε οἱ Τοῦρκοι
τὸ παρ' ἐλπίδα καινὸν θεασάμενοι, καὶ οἷον κακὸν
αὐθωρὸν ἐπ' ὄφιν ἐπιπεσὸν μὴ ἐνεγκάμενοι, βου- B
λὴν εὐσύνοπτον βουλεύονται μάλα καὶ σοφιστικήν·
ἐν μέσῳ τῆς παρατάξεως σκηνὴν πεπηγότες, εἴσω
τὸν ἡμιθανῆ Μουρὰτ τεθείκασι· αὐτοὶ δὲ ὡς οὐδένα
τοὺς πολλοὺς κινδύνους ἀπώσαντες, εἴσω τῶν πα-
ρατάξεων ὡς κύνες λυττῶντες ἐχώρησαν. Οἱ δὲ
Σέρβοι ἀγνοοῦντες τὴν εἰς αὐτοὺς γενηθεῖσαν παρὰ
τοῦ καλοῦ νέου ἐκείνου εὐστοχίαν, καὶ τὴν εἰς τοὺς
Τούρκους τοῦ ἡγεμόνος ζημίαν, ἀλλὰ μᾶλλον
ἀπεγνωκότες, ὡς ὁ καλὸς ἐκεῖνος στρατηγὸς ἄτερ
χέρδους τοῦ προσδοκωμένου ἀπώλετο, δειλοκαρδίως
κἀκεῖνοι πρὸς τοὺς Τούρκους ἀντεῖχον, ἕως οὗ τέλος
ὁ πόλεμος ἐλήφθη. Συλλαμβάνεται οὖν ὁ Λάζα-
ρος (24), καὶ σὺν αὐτῷ τῶν μεγιστάνων οἱ πλεῖστοι,
οὓς ἀπαγαγόντες ἐν τῇ σκηνῇ ᾗ ἔκειτο ὁ Μουρὰτ C
ἤδη τὰ λοίσθια πνέων, σὺν τῷ Λαζάρῳ πάντας τοὺς
ὑπ' αὐτὸν ἄρδην κατέσφαξαν, καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ
Μουρὰτ ἄμφω τέλος ἐδέξαντο. Τὸ δεξιὸν κέρας
μήπω τῶν πραττομένων αἰσθόμενόν τι, ἀλλ' οὔτε
τὸ ἀριστερὸν, ἐν δὲ τῇ οὐραγίᾳ ταῦτα ἐπράχθησαν.
Ἦν δὲ ὁ ἔξαρχος τοῦ δεξιοῦ κέρατος Σαβούτζιος ὁ
πρῶτος τῶν υἱῶν Μουρὰτ, τοῦ δὲ ἀριστεροῦ ὁ δεύ-
τερος ὁ καὶ Παγιαζήτ, δεινὸς, καὶ δραστήριος ὡς
οὐδεὶς τῶν ἄλλων, ὃν καὶ μετακαλέσαντες οἱ τῆς
βουλῆς ἐξοχώτατοι τοῦ Μουρὰτ, οὓς καὶ βεζήριδας
κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶτταν καλοῦσιν, ἀνακαλύπτουσι
τὰ γινόμενα, καὶ τὸ πτῶμα τὸ πατρικὸν ἐμφανί-
ζουσι. Ὁ δὲ, οὐδὲ σχῆμα οἰμωγῆς ἢ κλαυθμοῦ ἐν
ταῖς παρειαῖς ἀναφανὲν, μετακαλεῖται Σαβούτζιον
τὸν ἀδελφὸν, ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἵνα ἐκφώνησαί D
τι βαθύτερον. Ἀγνοοῦντος δὲ Σαβουτζίου (25) τὸ
ὁρᾶμα ἐκὼν ἔρχεται ὡς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἄκων
συλλαμβάνεται παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς ἐξορύττεται. Καὶ ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων ὁ
Παγιαζὴτ ἀναδείκνυται, ἀνὴρ δεινὸς καὶ περὶ τὰ
πολεμικὰ ἔργα γρήγορος Χριστιανομάχος ὡς οὐδεὶς
τῶν κατ' αὐτὸν, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων θρησκείᾳ μα-

nobilitate, juvenis fortis, et audax, si quis alius co- A
ætaneorum tunc fuit, talisque exitu approbatus, a
Christianorum acie in medios Turcorum ordines ve-
lut transfuga procurrit, statimque a Turcis com-
prehenditur. Ipse vero Turcorum principem nomine
compellans dicebat cupere se eum videre, et verba
quædam in aurem ipsi facere, ut hoc bello superior
evaderet : *Hujus enim causa*, inquit, *transfuga huc
transivi* : ducem itaque suum illi ostendunt. Morates-
que manu significat, ut ad se accederet : cum ergo
prope accessisset juvenis, sica lethale vulnus præ-
cordiis tyranni infligit, ipseque ab hastatis Moratis
satellitibus, custodibusque membratim concisus est.
Tunc Turci novum casum præter spem contuiti,
tamque acerbæ cladis, cujus ipsi spectatores fue-
rant, impatientes, consilium prudens atque callidum B
ineunt : in media acie tentorio erecto intus semi-
mortuum Moratem deponunt, ac veluti nullum sub-
iissent periculum, multis interim devitatis, intra or-
dines ut canes rabidi se receperunt. Servii vero, quæ
a forti ac generoso juvene illo tam solerter et feliciter,
proque salute sua gesta erant, non solum non co-
gnoverunt, quamque Turci cladem amisso duce acce-
perant; sed animo insuper fracti ac despondentes, ut
eximius ille belli dux sperato fructu delusus periit et
ipsi ignave ac timide Turcis restiterunt, tantisper
dum talem exitum prœlium haberet. Comprehenditur
Lazarus, et cum eo procerum atque belli ducum
quamplurimi, qui in tentorium, in quo Morates jace-
bat animam jam agens, adducti trucidantur, idem C
mortis genus ac Morates experti. Horum vero quæ ge-
rebantur nondum quidquam senserant, qui in lævo
dextroque acici cornu stabant : in postrema quippe
acie pugnatum erat. Dextrum ducebat cornu Sabucius
major natu filiorum Moratis : lævo præerat alter eo-
rum Bajazites, vir acer, et præ cæteris promptus
quem accersiverunt, qui vezirides eorum lingua
vocantur, præcipui Moratis consiliarii, eique expo-
nunt quæ acciderant, casumque patris. Lacrymis
itaque compressis omnique luctus specie, Sabucium
fratrem tanquam jussu patris cum eo de rebus gravio-
ribus acturus ad se vocat. Sabucius itaque veluti
patri obtemperans sponte accedit fraudis ac doli
ignarus, invitusque a fratre comprehenditur et ex- D
cæcatur. Turcorum deinde princeps renuntiatur
Bajazites, vir acris ingenii, inque rebus bellicis sedu-
lus atque impiger, præ cæteris sui ævi hominibus
Christianorum hostis, superstitionis Arabum obser-
vator studiosissimus : et Mohamedis impiis præcep-
tis adhærens ea accuratissime observabat. Noctes
insomnes ducebat consilia struens, dolosque nec-
tens adversus Christi rationabiles oves.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(25) Ἀγνοοῦντος δὲ Σαβουτζίου. Conveniunt inter se historici de Bajazitis ad imperium evectione. Ducas excæcatum fuisse prodit Sabucium; Laonicus et Phranzes strangulatum asserunt. Leunclavius lib. v eodem mortis genere perisse scribit, et Bajazitem Gilderum, nostro Iltrim, quod nomen *fal-*

men interpretantur, natu majorem; fratremque illius Jacupem Zelebim natu minorem fuisse. Laonicus Suleimanem fuisse natu majorem, Bajazitem vero minorem tradit. Phranzes illum Musulmanum, Turci Jacupem, Laonicus et Græci Suleimanem appellant, quem Ducas Sabucium nominat.

Digitized by Google

assiduumque laborem in debellandis nationibus indicat. Neque etiam illa prætermisit, quæ ad religionem tam nostram Christianam, quam Musulmanicam pertinent. Concilii Florentini ab Eugenio papa celebrati, cui Joannes Palæologus imperator, Josephus patriarcha Constantinopolitanus, et Græci cæteri interfuerunt, historiam breviter contexuit. Novam vero sectam, quæ inter Turcos a quodam Bercligia Mustapha invecta est statimque deleta, intactam non reliquit. Ad captam a Turcis Constantinopolim historiam solummodo perducere sibi proposuerat; verum, spe ductus futuræ aliquando eversionis potentiæ Turcicæ, gentemque Græcam in pristini splenderis statum reducendam fore ratus, post urbis captæ annum narrationem produxit. Hunc porro auctorem Laonico et Phranzi multum præstare propterea censeo, quod rerum principia et causas diligentius investiget, narrationisque filum parcius interrumpat. Laonicus enim, dum de rebus Turcorum confusam sæpe narrationem instituit, ad describendas, imperite ut plurimum, occidentalium regnorum politeias digreditur. Phranzes autem præter rem et nullius momenti multa suis inseruit; nec accurate et diligenter, præter Constantinopolitanam obsidionem, quam recte instituit et persequitur, res gestas narrat. Cum Turcorum annalibus et historia, a Leunclavio, accerrimi judicii viro, editis, Noster admodum sentit: quo nomine magnifaciendus mihi videtur. In illis quæ ad Joannem utrumque, Cantacuzenum et Palæologum, pertinent, ab ipso Cantacuzeno non valde dissentit quamvis temporum seriem interturbasse alicubi deprehendatur. Nec silentio transmittendus est consensus qui inter ipsum ac Leonardum Chiensem intercedit in Constantinopoleos obsidione ac expugnatione describenda. Quæ quidem diversorum scriptorum concordia historiæ fidem conciliat, et quæ vera quæve falsa sint, discernendi copiam facit. In rebus porro Hungaricis imperitum se prodit, statumque regni illius a morte Sigismundi imperatoris ignorasse.

De auctoris hujus Historiæ, quam sub manu habemus, nomine et genere paucissima dicenda occurrunt. Et nisi avi sui paterni nomen capite 5 edidisset, anonymus liber proditurus erat. Verum cum ab antiquis illis Ducis qui Constantinopoli regnarunt, se ortum dicat, et Michaelem Ducam avum suum appellet, Historiæ titulum inscripturi, avi nomen proprium ac gentilitium repetitum præfiximus, ut auctoris proprium nomen, nobis ignotum, tali circumstantia determinaretur. Christianæ pietatis tenacissimum et catholicæ Ecclesiæ communionis studiosissimum se ubique approbat. Græcis levitatem malamque fidem objicit, qui ficte ac simulate cum Romana Ecclesia concordiam inierant, nec alio animo pacem composuerant quam ut a principibus occidentalibus, papa præcipue, auxilia contra Turcos consequerentur. Institutum vitæ quale fuerit ex ipso discere possumus, qui se politicis rebus ac negotiis tractandis occupatum fuisse tradit. Apud Gateluzios, Lesbi principes, vitæ partem transegit, fide ac gratia valuit, ab illisque ad sultanum Mehemetem secundum post urbem captam legatus missus est. Rerum quarumdam, quas narrat, spectator fuit: cumque principibus istis Lesbiis operam navaverit, in Asia res gestas, in qua ipsum natum fuisse verisimile est, vel in Lesbo, accuratius novisse potuit. Atque de Duca ejusque scribendi ratione hactenus.

Quæ vero in hoc edendo libro ipsi præstiterimus deinceps exponenda sunt. Unico codice bibliothecæ Regiæ usi sumus; operis finis in eo desideratur, nec scriptura ejus castigata et emendata est, at pronuntiationis hodiernæ vitio, confusione nimirum ι tenuis cum αι diphthongo, iotacismo etiam continuo corrupta, ita ut sæpe vocalis una pro alia, diphthongus pro vocali, ac vice versa succedant. Textus illius continuus est, non sectionibus aut capitibus distinctus, cui marginales notulæ indices quibusdam locis appositæ sunt. Faciliorem lectionem ut redderemus, textum in capita dividere visum est, marginibus etiam notulas apponere indices eorum quæ in textu narrantur. Cumque temporum quibus res gestæ sunt, epochæ omnino necessariæ sint ut clara ac perspicua narratio evadat, illas cum ex historia Musulmanica, tum ex aliis Græcis ac Latinis excerptas apposuimus. Annos etiam Hegiræ, ubi necesse fuit, et ab orbe condito secundum Græcos, Christianæ æræ annis adjectis ascripsimus. Historiam Byzantinam appellare placuit, quoniam Ducas res in illo imperio gestas Manuele, Joanne et Constantino imperantibus describit. Notas libro subjecimus, ut consensum ac dissensum narrationis Ducæ cum Laonico, Phranze, Leunclavio et aliis indicaremus, vel alia notatu digna adnotaremus. Ne nimium crescerent inhibuimus, illasque, quantum penes nos fuit, contraximus. Ducæ Historiæ chronicum breve, ex bibliotheca Regia descriptum, attexere ad rem visum est: quod Græcorum, Turcorum ac Venetorum res gestas et casus aliquot insignes adnotet. Græcus aliquis Peloponnesius, Cephallenius aut Zacynthius, dominii Veneti subditus illud conscripsit.

Digitized by Google

DUCÆ

MICHAELIS DUCÆ NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA

A JOANNE PALÆOLOGO, ANNO CHRISTI 1341, AD ANNUM 1462.

—

1 CAPUT PRIMUM.

Generationum ab Adamo ad Christi Nativitatem brevis enarratio. Annorum elapsorum a Christo ad Constantini initia enumeratio. A Constantino ad Justinianum, a Justiniano ad Constantinum et Irenen. Ab his ad Alexium Commenum. Brevis deinceps Impp. Constantinopolitanorum enumeratio ad urbem a Latinis captam.

Ἀριθμοὶ ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως τῆς ἡμετέρας γενεᾶς.

Numeri annorum a primo homine ad ætatem nostram.

Ἀπὸ Ἀδὰμ (1) τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως Νῶε, ἐφ' ὃν ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, γενεαὶ δέκα γεγόνασι· πρώτη ἡ καὶ παρὰ Θεοῦ, τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ σλ' ἔτη δευτέρα ἡ τοῦ Σὴθ παρὰ τοῦ Ἀδάμ. Μετὰ δὲ τὸν Σὴθ σε' ἔτη τρίτη ἡ τοῦ Ἐνὼς ἐκ τοῦ Σὴθ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼς ριζ' ἔτη τετάρτη ἡ τοῦ Καϊνὰν ἐκ τοῦ Ἐνώς. Μετὰ δὲ τὸν Καϊνὰν ρο' ἔτη πέμπτη ἡ τοῦ Μαλελεὴλ ἐκ τοῦ Καϊνάν. Μετὰ δὲ τὸν Μαλελεὴλ ρξε' ἔτη ἕκτη ἡ τοῦ Ἰάρεδ ἐκ τοῦ Μαλελεήλ. Μετὰ δὲ τὸν Ἰάρεδ ρξβ' ἔτη ἑβδόμη ἡ τοῦ Ἐνὼχ ἐκ τοῦ Ἰάρεδ. Μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼχ ρξε' ἔτη ὀγδόη ἡ τοῦ Μαθουσάλα ἐκ τοῦ Ἐνώχ. Μετὰ δὲ τὸν Μαθουσάλα ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα ἑπτὰ ἔτη ἐννάτη τοῦ Λάμεχ ἐκ τοῦ Μαθουσάλα. Μετὰ δὲ Λάμεχ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ὀκτὼ ἔτη δεκάτη ἡ τοῦ Νῶε. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων, καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς. Ὥστε ἀριθμεῖσθαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ'. Ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραὰμ γενεαὶ δέκα, ἔτη χίλια ἑκατὸν εἴκοσι ἕν. Ἀβραὰμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομηκονταπέντε ὅτε μετῴκησε εἰς γῆν Χαναὰν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, κἀκεῖ διατρίψας ἔτη εἴκοσι πέντε ἔτεκε τὸν Ἰσαάκ· ἔτεκε δὲ Ἰσαὰκ παῖδας δύο,

Ab Adamo primo homine usque ad Noachum, cujus ævo diluvium accidit, decem exactæ sunt generationes. Prima cum Adam a Deo creatus est. Post annos 230 secunda cum Sethus nascitur Adamo. Post Sethum ann. 205 tertia, tunc Enos Setho natus est. Post Enos ann. 197 quarta, quando Cainanus nascitur Enos. Post Cainanum ann. 170 quinta, nascitur Maleleel filius Cainani. Post Maleleelem annos 165 sexta, Jaredus nascitur Maleleelo. Post Jaredum ann. 162 septima, Enochus nascitur Jaredo. Post Enochum ann. 165 octava, Mathusala nascitur Enocho. Post 2 Mathusalam ann. 167 nona, Lamechus nascitur Mathusalæ. B Post Lamechum ann. 188 decima, tuncque natus est Noe. Noachus autem natus erat annos sexcentos cum aquarum diluvium terram obruit. Ab Adamo itaque ad diluvium anni numerantur supra bis mille ducenti quadraginta duo. A diluvio pariter ad Abrahamum generationes decem transierunt, et anni supra mille centum viginti et unus. Abraham porro annum septuagesimum quintum exegerat, cum Mesopotamia relicta discessit in Chananæorum regionem, ibique annos viginti quinque commoratus ge-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(1) Initio hujus operis propositum auctoris fuit, annorum a mundi ortu et creatione exactorum synopsim ob oculos ponere juxta Ecclesiæ Orientalis calculum; quæ ab initio mundi ad annum primum æræ Christianæ vulgaris annos integros 5508, a Septembri antecedente Kal. Januar anni primi numerat. Nullus vero eorum, qui in Chronologia parumper versati sunt, nescit Græcos annum suum ab illo termino Kal. Septemb, ordiri: ita ut Christus anno 5509, sive autumno, sive ineunte hieme Θεοτόκος cum genuisse dicatur, natus sit. Norunt etiam omnes, Septuaginta, ita appellatos ac creditos, veteris Testamenti interpretes, plures annos a mundi exordio ad Abrahamum in versione sua computavisse, quam in textu Hebraico reperiantur. Qua ratione id contigerit assequi arduum. Textus equidem Hebraicus ab Adamo ad diluvium annos exactos solummodo exhibet 1655, cum interim LXX interpretes numerant 2242. In hujus enim capitis verbis, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ' rectus est: etsi e generationum explicatarum numeris colligantur 2249. A diluvio ad Abrahamum textus Hebraicus numerat annos 292, at interpretes C numerant annos 1178, hic noster 1121. De hac computandi dissensione non est dicendi nunc locus; nec propositum est nobis disquirere et scrutari num textus Hebraicus, quo illi usi sunt, ab eo, qui omnibus probatus circumfertur, variaverit. Num etiam aliqua ratione ducti illi viri, qui gentilium, Ægyptiorum præcipue ac Græcorum oculis ac judicio sacram historiam subjiciebant, annos aliquot ab orbe condito ad diluvium, et inde ad Abrahamum intercalarint, importunas gentium ob idololatriam cæcutientium objectiones declinaturi.

Digitized by Google

nuit Isaac. Duos vero filios genuit Isaac, Esau nimirum et Jacobum. In Ægyptum deinde profectus est Jacobus, cum annos centum et triginta exegisset, illucque cum duodecim suis filiis nepotibusque venit, qui septuaginta quinque erant. Incoluit Abrahamus cum posteris suis terram Chanaan per spatium annorum quadringentorum triginta trium. Illiusque posteri numero aucti in duodecim tribus digesti et distributi sunt : et multitudo posterorum duodecim filiorum Jacobi ad sex millia chiliadum numerata est. Horum autem sunt nomina : Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Zabulon, Nephthalim, Gad, Aser, Dan, Joseph et Benjamin. Moses et Aaron genus a Levi ducunt, hic quidem sacerdotio primus functus est, Moses vero reipublicæ administrationem capessivit, atque anno ætatis suæ octogesimo Erythræum mare transivit, eduxitque populum Ægypto. Hic Moses floruit temporibus Inachi, qui primus regnavit [apud Græcos.] Quare Judæi sunt Græcis antiquiores. Transactis deinde per deserta annis quadraginta, Josuæ filio Nave annis 25 paruerunt ; resque Israelitarum publica, per viros ab ipsis Judices appellatos, administrata est annis quadringentis quinquaginta quatuor, usque ad Saulis unctionem, qui primus apud eam gentem rex constitutus est, cujus imperii anno primo magnus nascitur David. Adeo ut ab Abrahamo ad Davidem quatuordecim generationes colligantur, et anni mille viginti quatuor. Atque a David ad transportatos Babylonem Judæos totidem generationes 14, et anni sexcenti novem. A transportatione usque ad Christi nativitatem quatuordecim pariter numerantur generationes, anni etiam quingenti quaterni. Simul vero temporum seriem, et intervalla ad calculum revocantes, colligimus a primo

A Ἰσαῦ καὶ Ἰακώβ. Γενόμενος δὲ Ἰακὼβ χρόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα πέντε. Παρῴκησε δὲ Ἀβραὰμ σὺν τῷ σπέρματι εἰς γῆν Χαναὰν ἔτη τετρακόσια τριακοντατρία, καὶ πληθυνθὲν εἰς δωδεκάφυλον ἐλογίσθη. Καὶ πλῆθος εἰς ἑξακισχιλίας χιλιάδας (2) ἐψηφίσθη ἐκ τῶν δώδεκα υἱῶν τοῦ Ἰακώβ· ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα· Ῥουβὶμ, Συμεὼν, Λευΐ, Ἰοῦδας, Ἰσάχαρ, Ζαβουλὼν, Νεφθαλὶμ, Γὰδ, Ἀσὴρ, Δὰν, Ἰωσὴφ καὶ Βενιαμίν. Καὶ τοῦ μὲν Λευΐ ἀπόγονοι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρών· καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεύειν ἦρξατο, ὁ δὲ Μωϋσῆς πρὸς τὸ ἄρχειν μεθίστατο· ὃς ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ πατεῖ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου. Οὗτος ὁ Μωσῆς (3) ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς Ἰνάχου, πρώτου βασιλεύσαντος· οὕτως ἀρχαιότεροι Ἑλλήνων Ἰουδαῖοι. Διατρίψαντες δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα, καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀρχόμενοι ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ ὑπὸ τῶν κριτῶν ἔτη τετρακόσια πεντηκοντατέσσαρα μέχρι τῆς βασιλείας Σαοὺλ, πρώτου παρ' αὐτοῖς καταστάντος βασιλέως· ἐφ' ᾧ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέγας τίκτεται Δαβίδ. Ὥστε συναθροίζεσθαι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ γενεὰς δεκατέσσαρες, ἔτη χίλια καὶ εἴκοσι τέσσαρα. Καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη ἑξακόσια ἐννέα, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη πεντακόσια τέσσαρα. Ὁμοῦ κατὰ τὰς τῶν χρόνων ἀκολουθίας συμψηφίσαντες εὕρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ (4) ἕως τοῦ Χριστοῦ ἔτη πεντακισχίλια πεντακόσια. Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας (5) ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου (6) ἔτη τιη'. Ἀπὸ δὲ

B

C

Ismaelis Bullialdi notæ.

(2) Id est sex milliones.

(3) *Οὗτος ὁ Μωσῆς.* At Eusebii Chronicon initium annorum Inachi alligat anno ætatis Abrahami 161, eo ipso quo natus est Jacob seu Israel. Mosem vero natum prodit anno ab Abrahami nativitate 435, ita ut annis totis 274 posterior sit Inachi initio Mosis nativitas.

(4) *Εὕρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδάμ.* In enumerandis annis ab orbe condito ad Incarnationem hallucinatus est hujus historiæ auctor, vel, qui illum transcripsit, lapsus est. Ab anno namque primo æræ mundi ad annum primum Christi Ecclesia Græca numerat annos 5508, et tali intervallo Epocharum utitur in sequentibus hic scriptor ; legendum itaque hoc loco ἔτη ,ϛφη', 5508.

(5) *Ἀπὸ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας.* Mysterium adorandum Incarnationis Filii Dei Græci Theologi et scriptores appellant ἐνσάρκον οἰκονομίαν.

(6) *Ἕως τοῦ μεγάλου Κωνστ.* Post Christi epocham mentionem facit Constantini, qui ob redditam Christianæ Ecclesiæ pacem et tranquillitatem clarus, Deo ac hominibus acceptus, Græco etiam hominum religione cultus est. Hujus enim imperatoris matrisque Helenæ Ecclesia Orientalis memoriam die 21 Maii celebrat. Et Constantinopolitani imperatores, referente Codino Curopalata lib. *De officiis palatii Constantinopolit.* in templum SS. Apostolorum die illa se conferebant. Κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπέρχεται εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἔνθα καὶ ἡ ἁγία τούτου σορὸς κεῖται. *Die quo magni Constantini memoria celebratur, confert se imperator in templum SS. Apostolorum, in quo illius sanctus loculus situs est.* Græcorum insuper universitati chara Constantini memoria est, qui, translata imperii Romani sede ab Italis ad Græcos, nomini suo novam, quam condidit Romam, consecravit. Byzantii appellatione omissa urbem immensum in modum auctam atque ornatam Constantinopolim appellavit. Justinianus etiam de S. Sophiæ magnificentissimo ac elegantissimo, quod exstruxit, templo jure commendatur. Anno porro secundo regni sui Justinianus S. Sophiam restitutam ac ædilicatam consecravit. Georgius Cedrenus : Τῷ ια' ἔτει γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς Ἁγίας Ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. Ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως αὐτῆς μέχρι τῶν ἐγκαινίων ἔτη ε', μῆνες ια', καὶ ἡμέραι ι', παρῆλθον· ἐν γὰρ τῷ ,ϛη' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἰνδικτ. ιε' τῆς κγ' τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας τὴν τῆ μεγάλης Ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν ὁ Ἰουστινιανός. *Anno Justiniani* III *Magnæ Ecclesiæ encænia, seu consecratio, celebrata sunt. Litanias et preces recitantes patriarcha et imperator, comitante populo, a Sanctæ Anastasiæ templo egressi processerunt. A die porro, quo flammis pertii, ad encænia anni* 5, *menses* 11, *dies decem transierunt. Anno enim ab orbe condito* 6008, *Indict.* 15, *Februarii die* 23, *hora diei prima, Justinianus instaurationem magnæ Ecclesiæ auspicatus est.* In

Digitized by Google

τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἔτη σι'. Ἐν τῷ αὐτοῦ ᾠκοδομήθη τὸ μέγα τέμενος τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας Σοφίας παρ' αὐτοῦ σκευασθέν. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἕως τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔτη σξ'. Ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Εἰρήνης ἕως τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἔτη σιε'. Ἐβασίλευσε δὲ Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ μῆνας δ' καὶ ἡμι. Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ' μῆνας η'. Μανουὴλ ὁ υἱὸς Ἰωάννου ἔτη λζ' μῆνας θ'. Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Μανουὴλ καὶ Ἀνδρόνικος ὁ φονεὺς Ἀλεξίου ἔτη γ'. Ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς βασιλείας τῶν Κομνηνῶν ἔτη ρα', μῆνας θ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη θ' μῆνας η'. Ἀλέξιος δὲ ὁ Ἄγγελος ἀδελφὸς Ἰσαακίου ἔτη θ'. Δούκας ὁ Μούρτζουφλος μῆνας β'. Ὥστε εἶναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασιλείας Δούκα, ἐν ᾗ καὶ ἑάλω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων (7)

A homine Adamo ad Christum annos supra quinquies mille quingentos. Ab incarnatione vero usque ad Constantinum Magnum 3 anni numerantur 318 ; ab imperio deinde Constantini Magni ad Justinianum imperatorem anni ducenti et decem, quo imperante sumptusque præbente magnum templum exstructum est nominique sanctæ Dei Sophiæ [id est Sapientiæ] dicatum. Ab imperio Justiniani, ad Constantini, et Irenes matris ejus imperium anni elapsi sunt [1] ducenti sexaginta ; ab Irene ad Alexium Comnenum anni effluxerunt ducenti nonaginta quinque. Imperium tenuit Alexius [2] annos 37, menses 4 cum semisse. Joannes filius ejus [3] annos 24 menses 8. Manuel [4] filius Joannis ann. 37 mens. 9. Alexius [5] Manuelis filius et Andronicus [6], qui Alexium occidit, imperarunt B annos 3, ita ut omnes anni dynastiæ Comnenorum colligantur centum et unus [7] cum mensibus novem. Post Andronicum vero Isacius Angelus [8] obtinuit imperium per annos 9 menses 8. Alexius Angelus [9] Isacii

Ismaelis Bullialdi notæ.

hoc Cedreni loco mendum librarii occurrit in annis mundi hic enumeratis ; cœpit Justinianus anno Christi 527, mundi 6035 Kal. April. Anno ejus quinto, id est, 531 Christi, mundi vero 6039, vel 6040, seditio Constantinopoli orta est. Februario mense cœpta est reædificari S. Sophiæ Basilica ; et anno ejus undecimo consecrata est, id est, anno Christi 537; ab April. Kal. ad similem diem anni 538, et ut quod sentio dicam, anno mundi 6040 Februario mense cœpit instaurari templum S. Sophiæ indictione 9, ita ut legendum sit ϛμ' ἔτει ἰνδικτ. θ' anno 6040. indict. 9. Præter illud alia collapsa, aut seditione factionum Prasinæ ac Venetæ combusta instauravit. Xenodochia et monasteria fabricari jussit, iisque reditus annuos ingentes attribuit : imperii fines Barbarorum incursionibus angustiores redditos dilatavit. De quibus omnibus Procopii tractatus sex περὶ τῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων legendi sunt.

Ab æræ Christianæ vulgaris initio ad Constantinum computantur anni 305, et unius semissis cum diebus aliquot. Nam mortuo anno 306, Julii die 25, Constantio Chloro, ipse imperii fasces suscepit. Perperam igitur noster a Christo ad Constantinum numerat annos 318. A Constantino pariter ad Justinianum erravit statuens annorum 210 intervallum, cum revera intercesserint ab anno 306 Julii 25, ad annum 527, Kal. April, quo imperium adeptus est Justinianus, anni 221 fere; quatuor quippe propemodum menses desunt. Ista numerorum perturbatio etiamdum cernitur in illo temporis intervallo, quo Justiniani initia distant a Constantino Leonis IV F. et hujus conjuge Irene, quod noster Historicus statuit annorum 260, cum tamen juxta historicam veritatem anni tantum 253 numerentur. Etenim cum Irene matre cœpit Constantinus anno Christi 780. A Constantino et Irene ad Alexium Comnenum numerat annos noster 295. Simul itaque collectis intervallis, quæ a Christo ad Alexium Comnenum statuit, reperiuntur anni elapsi 1035. Ideo cœpisset Alexius 1084 ineunte. Juxta veritatem vero chronologicam anno Christi 1081 imperium adeptus est Alexius Comnenus. Propterea a Constantino et Irene ad Alexium verum temporis intervallum statuitur annorum 301. Videtur equidem historiæ hujus auctor has temporum epochas et intervalla ex memoria descripsisse ; nam ista cum sequentibus committi ac concinnari nequeunt. Cum enim occupatam a Latinis urbem Constantinopolim anno mundi 6712, hoc anno Christi 1204, Aprilis die 12 statuat : numeretque Ducæ Murtzuphli, Alexii Angeli, ejusque fratris Isaaci annos, quibus regnarunt, 19 fere ; Comnenorum vero dynastiam annorum 103 (quæ summa colligitur ex numeris annorum attributorum singulis ex gente Comnena imperatoribus) non vero 101, ut in textu legitur : summa annorum, quibus Angeli ac C Comneni regnarunt fit 122. Quam cum ab annis 1204 rejecerimus ad annum 1082 et initium Alexii Comneni regrediendo pervenimus. At ex intervallis antecedentibus initia dynastiæ Comnenorum anno Christi 1084, hunc auctorem alligare invenimus. Non sibi itaque constat Ducas in hac calculi subductione.

(7) *Ἐν ᾗ καὶ ἑάλω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν Λατίνων.* Huc advocandæ sunt Kalendarii notæ vulgares, ut nobis constet num auctor in assignanda die erraverit. Anno Christi 1204 fuit cyclus lunæ 8, solis 9, litteræ Dominicales D. C. Pascha igitur Aprilis 25. Dominica τῶν Βαΐων, sive Palmarum Aprilis 18. Ergo dies Aprilis 12 fuit feria 2, seu dies lunæ sextæ septimanæ jejuniorum, ut a Nostro notatur : quæ in libris Græcorum ecclesiasticis Δευτέρα τῆς ἕκτης τῶν νηστειῶν vocatur. Huic etiam temporis notæ consentit Nicetas Acominatus Choniates. Flandriæ Comes Balduinus ab Henrico Dandulo Venetiarum duce, D cæteris que 12, vel, ut aliis placet, quindecim electoribus, imperator electus est 6. Kal Maii, hoc est, postridie Paschatis, quod eo anno incidit in 7 Kal. Maii, seu 25 Aprilis. Coronatur vero 17 Kal. Junii, hoc est, Maii 16. Hæc tradit Jacobus Meyerus Baliolanus Annal. Flandriæ lib 7, sub finem. Villharduinus scribit diem coronationis indictam fuisse tribus post Pascha septimanis, hoc est 16 die Maii, quæ fuit Dominica *Jubilate*.

Inducit Villharduinus Dandulum promittentem se imperatoris nomen proclamaturum *hora qua Deus natus est*. Quæ verba me inducunt, ut credam vigilia Paschatis electionem factam, et post Pa-

[1] Cœperunt anno Christi 780. [2] Cœpit Alexius anno Christi 1081. [3] Joannes cœpit anno 1118. [4] Manuel 1143. [5] Alexius 1180. [6] Andronicus 1182. [7] Colliguntur 103. [8] Isacius 1185. [9] Alexius Angelus 1195

Digitized by Google

frater imperavit annis novem. Ducas qui Murtzuphlus dictus est, mensibus duobus fasces imperii tenuit.

Adeo ut a creatione mundi ad Ducæ imperium, quo regnante a Latinis Constantinopolis occupata est Aprilis die 12, feria secunda sextæ septimanæ jejuniorum [id est jejunii quadragesimalis] anni colliganter supra sexies mille septingenti et duodeni [10].

Ἔτη ,ςψιβ'. Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν.

CAPUT II.

Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Palæologorum primus. Asiæ minoris, quæ Anatolia dicitur, status. Turcorum reguli in Asia. Andronicus Senior, Joannes ejus F. Ægæi maris insulæ ab externis occupatæ.

Post occupatam vero a Latinis urbem, Theodorus Lascaris [11] Nicææ annis 12 imperavit. Joannes Ducas [12] qui et Batatza, generque Theodori Lascaris, imperii sedem habuit Magnesiæ ad Sipylum annis 33. Theodorus Lascaris ejus filius [13] annis 4. Joannes Lascaris [14], qui, priusquam coronam imperato-

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἐβασίλευσε Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ (8) ἔτη ιη'. Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης (9), καὶ γαμβρὸς Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη ἐπὶ θυγατρὶ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ τῇ ἐν Σιπύλῳ ἔτη λγ'. Θεόδωρος Λάσκαρις (10) ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. Ἰωάννης Λάσκαρις (11), ὃ καὶ πρὸ

Ismaelis Bullialdi notæ.

scha incoronationem Balduini dilatam : ita ut Calvisio adhæreamus, qui electionem 24 Aprilis Sabbato sancto factam asserit. Et fortasse Villharduinus scripsit aut scribere voluit, *Hora, qua Deus resurrexit*, hoc est, summo mane die Paschatis, paulo post meridiam noctem. Hic tamen omittere non debemus, imperatorem Balduinum in epistola quam de Constantinopoli expugnata scripsit monere se electum fuisse Dominica *Misericordias Domini*, quæ contigit Maii die 9, sublimatum vero Dominica *Cantate*, hoc est, Maii die 23. Epistolam illam edidit Aubertus Miræus in codice *Donationum piarum a Flandriæ comitibus factarum*.

(8) *Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ.* Exstincto a Latinis Alexio Duca Murtzuphlo, qui Alexium Angelum veneno bis frustra aggressus, laqueo tandem necaverat, Balduinus Belga seu Flander, adjuvante Henrico Dandulo Venetiarum Duce CPolitanus imperator renuntiatur. Theodorus vero Lascaris occupata a Latinis urbe in Orientem abiit, et Nicææ imperator salutatur. Ita Nicephorus Gregoras lib. I *Hist. Byzant.* post urbem captam, Ἕως ὀψὲ καὶ μόλις περὶ τὴν Νικαέων μητρόπολιν ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλέα Θεόδωρον Λάσκαριν τριακοντούτη ἤδη τυγχάνοντα· *Donec in Nicæa metropoli vix tandem acciderit Theodorum Lascarim annos jam triginta natum imperatorem renuntiari.* Clarius vero, lib. IV, cap. 2 : Ἐντεῦθεν εἰς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει. Αὕτη γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος ἅλωσιν. Inde Nicæam rediit, quæ regia sedes imperatorum Romanorum post captam Byzantium fuit. Nicetas enim Choniates in Annalibus Theodorum Lascarim in Asia regnasse scribit duobus in locis : Ὁ δὲ Λάσκαρις Θεόδωρος ὡς γένει εὐπρεπέστατος καὶ κῆδει βασιλεῖ περιδέξιος, ἀποκρουσάμενος ἐκεῖνον, τὸ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδύεται, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑφ' ὅλων τῶν ἑῴων ἀναγορεύεται πόλεων. *Theodorus Lascaris genere nobilissimus, et imperatoris affinitate clarus, illo repulso* [Manuele Maurozome] *calceos purpureos induit, et a cunctis urbibus provinciarum Orientalium imperator proclamatur.* Et infra, Κατὰ δὲ τὴν Ἑω Προυσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς Λυδοί τε καὶ οἱ Φιλόμολποι, καὶ Σμύρνη, καὶ Ἔφεσος, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων κείμενα Θεοδώρῳ προσανεῖχον τῷ Λάσκαρι· *In Oriente vero Prusæi et Nicæenses, Lydi et Philomolpi, Smyrna et Ephesus, quæque regiones illas interjacent urbes, Theodori Lascaris partibus adhærebant.* Nescio igitur cujus auctoritate fulti Sethus Calvisius, in prima editione suæ Chronologiæ, quam postea correxit et ampliorem reddidit; et

post eum Christophorus Helvicus dixerint Lascarim Adrianopoli regnasse : imprimis vero Calvisium demiror, qui Nicephorum auctorem citat. Non extra rem erit si lectorem moneamus populum illum, qui Φιλόμολποι hic vocantur, apud nullum geographum reperiri : et procul dubio error est librariorum, et forte ex duobus Φυλακήνσιοι καὶ Ἱεροπολῖται coaluit vox Φιλόμολποι. Phylacensii autem et Hierapolitæ populi sunt Phrygiæ majoris, quæ Lydiæ, cui Theodorus Lascaris imperavit, finitimi et contermini sunt.

(9) *Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.* Nicephorus Gregoras, lib. II, cap. 1 : Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ [Λάσκαρι] παρεβρύησαν ἔτη, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀμείβει, διάδοχον τῆς βασιλείας καταλελοιπὼς τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Εἰρήνῃ γαμβρὸν Ἰωάννην τὸν Δούκαν. *Cum annos 18 Lascaris in imperio egisset, ex hac migravit vita, successore relicto Joanne Duca, qui filiam ejus Irenem uxorem duxerat.* Sed sedem habuisse Joannem Batatzam, seu Vataciam, Magnesiæ potius quam Nicææ non constat ex illo loco. cap. 6, ait Joannem, lustrata Macedonia et Thracia, per æstatem Nicæam recessisse, et in hiberna militem dimisisse, et cap. 12, Joannem ædificasse Magnesiæ templum, ὄνομα τῆς Θεομήτορος Σώτειρα καλούμενον, aliudque, ἐντὸς τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. Hic Vatacia Didymotæcho oriundus erat, et protovestiarii dignitatem adeptus a Lascari gener ascitus est. Georgius logotheta in Chronico.

(10) *Θεόδωρος Λάσκαρις ἔτη δ'.* Hic Theodorus junior senioris ex filia nepos, annos triginta tres natus erat, quando fasces imperii suscepit. Anno enim quo pater ipsius Joannes imperator designatus fuit, natus est Theodorus, ut scripsit Gregoras lib. II, sub finem.

(11) *Ἰωάννης Λάσκαρις.* Hic filius Theodori junioris fuit, cui pater moriens Arsenium patriarcham et Muzalonem protovestiarium tutores dederat, ut res imperii administrarent, donec Joannes qui sexennis solummodo erat, adolevisset. Muzalo dum funus Theodori effertur, et Magnesiæ in magno templo Sosandrio defuncti commemoratio agitur, ad ipsam sacram mensam ab irruentibus militibus confoditur. Arsenius deinde patriarcha rerum usu ac consilio destitutus Michaelem Palæologum in imperatorem coronat, ea conditione ut adulto Joanni imperio cedat, seque abdicet. Michael coronatus Joannem custodiendum Magnesiam mittit, tandemque excæcat, hocque scelere ineptum ac inhabilem imperio reddit. Niceph. Gregoras, lib.

[10] Christi 1204. [11] Theodorus 1204. [12] Ducas 1222. [13] Theodorus 1255. [14] Joan. Lascar. 1259.

Digitized by Google

τοῦ στεφθῆναι τυφλωθεὶς παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ἐν τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει. Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι ἐκ τῆς πόλεως (12), καὶ εἰσῆλθε βασιλεύων ἐκ τῆς Ἀνατολῆς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος. Μέχρι τῆς βασιλείας τούτου ἡ μικρὰ Ἀσία, Παφλαγονία, Μυσία, ἡ καὶ Βιθυνία, Φρυγία μεγάλη, Φρυγία Καππατιανὴ, Καρία, καὶ μέρος Κιλικίας ὑπὸ Ῥωμαίους τελῶν ἦν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐγκάτοικοι Λυκαονίας ὄντες τὰ ἐπέκεινα ἦρχον, ἤτοι Λυκαονίαν, Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Παμφυλίαν, Ἀρμενίαν, Ἑλενόποντον, Πισιδίαν, Λυκίαν, Κοίλην Συρίαν, καὶ ἕτερα. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μιχαὴλ ἔτη κδ'. Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος (13) ὁ Παλαιολόγος ἔτη μγ'. Ἐν τῷ... ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἑάλω μητρόπολις τῆς Ἀσίας Ἔφεσος, καὶ ἡ ἐπαρχία Καρίας παρὰ τοῦ Μανταχία· καὶ ἡ Λυδία παρὰ τοῦ Ἀτὴν ἄχρι Σμύρνης· καὶ ἡ Μαγνησία μέχρι Περγάμου, καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας (14) παρὰ τοῦ Σαρχάν·

A riam suscepisset, a Michaele Palæologo exœcatur, et anno tertio quam imperare cœperat regno pellitur. Latini quoque urbe excedere coguntur, eamque ingressus est Michael Palæologus [15], ab Orientis partibus, assumpto imperatorio nomine, profectus. Ad hunc usque imperatorem Romano imperio subditæ fuerunt, tributumque solverunt hæ provinciæ : Asia minor, Paphlagonia, Mysia, quæ et Bithynia, Phrygia magna, Phrygia Capatiana, Caria, atque etiam pars Ciliciæ ; Turci vero, qui Lycaoniam jam occuparant, provinciis quoque ulterioribus remotioribusque imperabant ; Lycaoniæ scilicet, Cappadociæ, Galatiæ, Pamphyliæ, Armeniæ, Helenoponto, Pisidiæ, Lyciæ, Syriæ cavæ, et aliis. Imperium tenuit Michael annos 24. Michaelem secutus est filius ejus Andronicus [16] Pa-
B læologus qui regnavit annis 43. Hujus imperii anno... Asiæ metropolis Ephesus, et Caria provincia in potestatem Mantachiæ devenerunt, Lydiamque Smyrnam usque subegit Atin. Magnesiam Pergamum usque,

Ismaelis Bullialdi notæ.

II, sub finem. et lib. IV. Georgius Phranzes. lib. I, capp. 3 et 5. Michael Palæologus ex gente antiqua et nobilissima oriundus erat, quem, ut ex aliis Petrus Bizarus refert, lib. I *De bello Veneto* : *Et Italia edeoque Viterbo ipso Hetruriæ civitate haud sane ignobili (quæ olim Vejusa nuncupata, tanquam trium urbium septa vel mœnia in se complectens), originem traxisse nonnullis placet.*

(12) *Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι τῆς πόλεως.* In margine ascriptum ἐν ἔτει ,ςψξη' Ἰουλίου κε'. *mundi anno* 6768, [Christi 1260.] *Julii* 25. Referri debet hæc temporis nota ad annum I imperii Michaelis Palæologi. Quippe urbs a Græcis recuperata fuit anno Christi 1262, mundi juxta Græcos anno 6770. Nam collectis annis Theodori Lascaris, Joannis Vataciæ, Theodori, et Joannis annis tribus, fit summa annorum 58, qui cum additi fuerint annis 1204, exhibebunt annum 1262, quo Joannes ejus imperialis corona nunquam imposita fuit, a Palæologo Michaele exœcatus et imperio pulsus est, et Latini urbe exacti sunt. Libro etiam IV, Gregoras de urbe recuperata per Cæsarem Strategopulum verba faciens notat, Δύο ἐξῆς ἠνύστο ἔτη ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατὴς ὁ Μιχαὴλ ἐγεγόνει. Quo igitur anno urbs capta est, jam duos in imperio annos integros Michael exegerat : unde constat ipsum clypeo insidentem imperatorem proclamatum esse anno 1260. Phranzes, cap. 4, lib. I dynastiam Francorum annos 59, mens. 3, dies 4, CPoli durasse ait. Georg. Logotheta in Chron. CPolitano sub finem ait urbem a Latinis captam anno 6712, et eam tenuisse annis 58, recuperatam anno 6769, indict. 4, in quo sibi non constat ; nam mensis Julii 25 captam ait CPolim a Græcis. Post annos 58, qui additi cum fuerint annis 6712, dabunt annos 6770, et indictionem 5, transcriptoribus fortasse hic error imputandus est, non logothetæ.

(13) *Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος.* Sub Michaele Palæologorum primo cœperunt Turci provincias Asiaticas, quæ imperatoribus CPolitanis adhuc parebant, vexare ac perpetuis latrociniis vastare. Gregoras, lib. V, et lib. VII, c. 1 ; statum provinciarum Asiæ talem fuisse narrat. Κατέσχον ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας, καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφίας, καὶ τῶν ἐγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαιάνδρου ποταμὸν Ἀντιοχείας, τὰ δὲ ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος ὄνομα Σαρχάνης· τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὑφεῖλετο σατράπης ἕτερος ὄνομα Σασάν. Τὰ δὲ ἀπὸ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ τε Καλάμης λεγόμενος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐξῆς ἕτερος ὄνομα Ἀτμᾶν. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως εἰς τοὺς Ἀμουρίου διέθησαν παῖδας. *Caramanus itaque Alisurius maximam Phrygiæ mediterrancæ partem occupaverat, et Philadelphiam atque Antiochiam ad Mæandrum usque omnia ditioni suæ subjecerat. Quæ vero regiones ab illis locis ad Smyrnam et Ioniæ maritima pertingunt, alius Sarchanes appellatus illis dominabatur. Sasan etiam, qui vocabatur, satrapa Magnesiam Prienen et Ephesum, (Romæis) eripuerat. Calames ejusque filius Carasis ab Æolide usque ad Mysiam Hellesponto adjacentem regnabat. Bithyniam et quæ Olympo monti circumjecta sunt alius nomine Atman obtinebat. A Sangario tandem fluvio Paphlagoniam usque Amurii filii inter se regionem partiti erant.* Qui nostro Carmian appellatur Gregoræ est Caramanus Alisurius. Sarchanem et Carasim uterque habet ; pro Othmane Gregoras legit Atman. Sasanem Noster, ut et Amurii seu Homuris filios nescit. Gregoras Mantachiam ignorat, etiamque Atinen. Laonicus Chalcocondylus lib. I *De reb. Turc.*, non longe ab initio, lib. etiam II hos duces fuisse Aladinis Selzuccii, qui sedem imperii Iconii habuerat, ministros asserit. Quique Laonico est Ædines nostro vocatur Atin, et qui illi Mendesius nobis est Mantachias. Phranzes, lib. I, cap. 26. hos duces enumerat ut Gregoras, easdemque ditiones attribuit. Leunclavius in *Pandectis historiæ Turcicæ*, num. 13, duces istos aliter enumerat, ita ut in tanta varietate auctorum nomina illa, ducumque numerus in incerto aliquatenus maneant, Asiæ statu interim misero imperiique vastatione pro compertis habitis. Cantacuz. l. II, c. 29, Atinis sive Ædinis filios ait fuisse Χετὴρ καὶ Ἀμοὺρ, id est, Cheterem et Homurium. Carasem vero Phrygiæ regulum tradit lib. III, c. 82.

(14) *Καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας.* Valde pro-

[15] Anno a creatione mundi 6768, Julii die 25, Christi 1260, cœpit Michael. [16] Andronicus 1283.

Digitized by Google

frater imperavit annis novem. Ducas qui Murtzuphlus dictus est, mensibus duobus fasces imperii tenuit.

Adeo ut a creatione mundi ad Ducæ imperium, quo regnante a Latinis Constantinopolis occupata est Aprilis die 12, feria secunda sextæ septimanæ jejuniorum [id est jejunii quadragesimalis] anni colligantur supra sexies mille septingenti et duodeni [16].

Ἔτη ,ςψιβ'. Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν.

CAPUT II.

Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Palæologorum primus. Asiæ minoris, quæ Anatolia dicitur, status. Turcorum reguli in Asia. Andronicus Senior, Joannes ejus F. Ægæi maris insulæ ab externis occupatæ.

Post occupatam vero a Latinis urbem, Theodorus Lascaris [11] Nicææ annis 12 imperavit. Joannes Ducas [12] qui et Batatza, generque Theodori Lascaris, imperii sedem habuit Magnesiæ ad Sipylum annis 33. Theodorus Lascaris ejus filius [13] annis 4. Joannes Lascaris [14], qui, priusquam coronam imperato-

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἐβασίλευσε Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ (8) ἔτη ιη'. Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης (9), καὶ γαμβρὸς Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη ἐπὶ θυγατρὶ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ τῇ ἐν Σιπύλῳ ἔτη λγ'. Θεόδωρος Λάσκαρις (10) ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. Ἰωάννης Λάσκαρις (11), ὁ καὶ πρὸ

Ismaelis Bullialdi notæ.

scha incoronationem Balduini dilatam : ita ut Calvisio adhæreamus, qui electionem 24 Aprilis Sabbato sancto factam asserit. Et fortasse Villharduinus scripsit aut scribere voluit, *Hora, qua Deus resurrexit*, hoc est, summo mane die Paschatis, paulo post mediam noctem. Hic tamen omittere non debemus, imperatorem Balduinum in epistola quam de Constantinopoli expugnata scripsit monere se electum fuisse Dominica *Misericordias Domini*, quæ contigit Maii die 9, sublimatum vero Dominica *Cantate*, hoc est, Maii die 23. Epistolam illam edidit Aubertus Miræus in codice *Donationum piarum a Flandriæ comitibus factarum*.

(8) *Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ Νικαίᾳ.* Exstincto a Latinis Alexio Duca Murtzuphlo, qui Alexium Angelum veneno bis frustra aggressus, laqueo tandem necaverat, Balduinus Belga seu Flander, adjuvante Henrico Dandulo Venetiarum Duce CPolitanus imperator renuntiatur. Theodorus vero Lascaris occupata a Latinis urbe in Orientem abiit, et Nicææ imperator salutatur. Ita Nicephorus Gregoras lib. I *Hist. Byzant.* post urbem captam, Ἕως δὲ καὶ μόλις περὶ τὴν Νικαέων μητρόπολιν ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλέα Θεόδωρον Λάσκαριν τριακοντούτη ἤδη τυγχάνοντα· *Donec in Nicæa metropoli vix tandem acciderit Theodorum Lascarim annos jam triginta natum imperatorem renuntiari.* Clarius vero, lib. IV, cap. 2 : Ἐντεῦθεν εἰς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει. Αὐτὴ γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος ἅλωσιν. Inde Nicæam rediit, quæ regia sedes imperatorum Romanorum post captam Byzantium fuit. Nicetas enim Choniates in Annalibus Theodorum Lascarim in Asia regnasse scribit duobus in locis : Ὁ δὲ Λάσκαρις Θεόδωρος ὡς γένει εὐπρεπέστατος καὶ κήδει βασιλεῖ περίδοξος, ἀποκρουσάμενος ἐκεῖνον, τὸ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδύεται, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑφ' ὅλων τῶν ἑῴων ἀναγορεύεται πόλεων. *Theodorus Lascaris genere nobilissimus, et imperatoris affinitate clarus, illo repulso* [Manuele Maurozome] *calceos purpureos induit, et a cunctis urbibus provinciarum Orientalium imperator proclamatur.* Et infra, Κατὰ δὲ τὴν Ἕω Προυσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς Λυδοί τε καὶ οἱ Φιλόμολποι, καὶ Σμύρνη, καὶ Ἔφεσος, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων κείμενα Θεοδώρῳ προσανεῖχον τῷ Λάσκαρι· *In Oriente vero Prusæi et Nicæenses, Lydi et Philomolpi, Smyrna et Ephesus, quæque regiones illas interjacent urbes, Theodori Lascaris partibus adhærebant.* Nescio igitur cujus auctoritate fulti Sethus Calvisius, in prima editione suæ Chronologiæ, quam postea correxit et ampliorem reddidit; et post eum Christophorus Helvicus dixerint Lascarim Adrianopoli regnasse : imprimis vero Calvisium demiror, qui Nicephorum auctorem citat. Non extra rem erit si lectorem moneamus populum illum, qui Φιλόμολποι hic vocantur, apud nullum geographum reperiri : et procul dubio error est librariorum, et forte ex duobus Φυλακήνσιοι καὶ Ἱεροπολῖται coaluit vox Φιλόμολποι. Phylacensii autem et Hierapolitæ populi sunt Phrygiæ majoris, quæ Lydiæ, cui Theodorus Lascaris imperavit, finitimi et contermini sunt.

(9) *Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.* Nicephorus Gregoras, lib. II, cap. 1 : Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ [Λάσκαρι] παρεβύησαν ἔτη, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀμείβει, διάδοχον τῆς βασιλείας καταλελοιπὼς τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Εἰρήνῃ γαμβρὸν Ἰωάννην τὸν Δούκαν. *Cum annos 18 Lascaris in imperio egisset, ex hac migravit vita, successore relicto Joanne Duca, qui filiam ejus Irenem uxorem duxerat.* Sed sedem habuisse Joannem Batatzam, seu Vataciam, Magnesiæ potius quam Nicææ non constat ex illo loco. cap. 6, ait Joannem, lustrata Macedonia et Thracia, per æstatem Nicæam recessisse, et in hiberna militem dimisisse, et cap. 12, Joannem ædificasse Magnesiæ templum, ὀνομα τῆς Θεομήτορος Σώτανδρα καλούμενον, aliudque, ἐντὸς τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. Hic Vatacia Didymotæcho oriundus erat, et protovestiarii dignitatem adeptus a Lascari gener ascitus est. Georgius logotheta in Chronico.

(10) *Θεόδωρος Λάσκαρις ἔτη δ'.* Hic Theodorus junior senioris ex filia nepos, annos triginta tres natus erat, quando fasces imperii suscepit. Anno enim quo pater ipsius Joannes imperator designatus fuit, natus est Theodorus, ut scripsit Gregoras lib. II, sub finem.

(11) *Ἰωάννης Λάσκαρις.* Hic filius Theodori junioris fuit, cui pater moriens Arsenium patriarcham et Muzalonem protovestiarium tutores dederat, ut res imperii administrarent, donec Joannes qui sexennis solummodo erat, adolevisset. Muzalo dum funus Theodori effertur, et Magnesiæ in magno templo Sosandrio defuncti commemoratio agitur, ad ipsam sacram mensam ab irruentibus militibus confoditur. Arsenius deinde patriarcha rerum usu ac consilio destitutus Michaelem Palæologum in imperatorem coronat, ea conditione ut adulto Joanni imperio cedat, seque abdicet. Michael coronatus Joannem custodiendum Magnesiam mittit, tandemque excæcat, hocque scelere ineptum ac inhabilem imperio reddit. Niceph. Gregoras, lib.

[16] Christi 1204. [11] Theodorus 1204. [12] Ducas 1222. [13] Theodorus 1255. [14] Joan. Lascar. 1259.

Digitized by Google

τοῦ στεφθῆναι τυφλωθεὶς παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ἐξωσθεὶς τῆς βασιλείας ἐν τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει. Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι ἐκ τῆς πόλεως (12), καὶ εἰσῆλθε βασιλεύων ἐκ τῆς Ἀνατολῆς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγος. Μέχρι τῆς βασιλείας τούτου ἡ μικρὰ Ἀσία, Παφλαγονία, Μυσία, ἡ καὶ Βιθυνία, Φρυγία μεγάλη, Φρυγία Καππατιανὴ, Καρία, καὶ μέρος Κιλικίας ὑπὸ Ῥωμαίους τελῶν ἦν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐγκάτοικοι Λυκαονίας ὄντες τὰ ἐπέκεινα ἦρχον, ἤτοι Λυκαονίαν, Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Παμφυλίαν, Ἀρμενίαν, Ἑλενόποντον, Πισιδίαν, Λυκίαν, Κοίλην Συρίαν, καὶ ἕτερα. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μιχαὴλ ἔτη κδ'. Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος (13) ὁ Παλαιολόγος ἔτη μγ'. Ἐν τῷ... ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἑάλω μητρόπολις τῆς Ἀσίας Ἔφεσος, καὶ ἡ ἐπαρχία Καρίας παρὰ τοῦ Μανταχία· καὶ ἡ Λυδία παρὰ τοῦ Ἀτὴν ἄχρι Σμύρνης· καὶ ἡ Μαγνησία μέχρι Περγάμου, καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας (14) παρὰ τοῦ Σαρχάν·

A riam susceperit, a Michaele Palæologo excæcatur, et anno tertio quam imperare cœperat regno pellitur. Latini quoque urbe excedere coguntur, eamque ingressus est Michael Palæologus [15], ab Orientis partibus, assumpto imperatorio nomine, profectus. Ad hunc usque imperatorem Romano imperio subditæ fuerunt, tributumque solverunt hæ provinciæ : Asia minor, Paphlagonia, Mysia, quæ et Bithynia, Phrygia magna, Phrygia Capatiana, Caria, atque etiam pars Ciliciæ ; Turci vero, qui Lycaoniam jam occuparant, provinciis quoque ulterioribus remotioribusque imperabant ; Lycaoniæ 4 scilicet, Cappadociæ, Galatiæ, Pamphyliæ, Armeniæ, Helenoponto, Pisidiæ, Lyciæ, Syriæ cavæ, et aliis. Imperium tenuit Michael annos 24. Michaelem secutus est filius ejus Andronicus [16] Palæologus qui regnavit annis 43. Hujus imperii anno... Asiæ metropolis Ephesus, et Caria provincia in potestatem Mantachiæ devenerunt, Lydiamque Smyrnam usque subegit Atin. Magnesiam Pergamum usque,

Ismaelis Bullialdi notæ.

II, sub finem. et lib. IV. Georgius Phranzes. lib. I, capp. 3 et 5. Michael Palæologus ex gente antiqua et nobilissima oriundus erat, quam, ut ex aliis Petrus Bizarus refert, lib. I *De bello Veneto* : *Et Italia edeoque Viterbo ipso Hetruriæ civitate haud sane ignobili (quæ olim Vejusa nuncupata, tanquam trium urbium septa vel mœnia in se complectens), originem traxisse nonnullis placet.*

(12) *Ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λατῖνοι τῆς πόλεως.* In margine ascriptum ἐν ἔτει ,ςψξη' Ἰουλίου κε', *mundi anno* 6768, [Christi 1260.] *Julii* 25. Referri debet hæc temporis nota ad annum 1 imperii Michaelis Palæologi. Quippe urbs a Græcis recuperata fuit anno Christi 1262, mundi juxta Græcos anno 6770. Nam collectis annis Theodori Lascaris, Joannis Vataciæ, Theodori, et Joannis annis tribus, fit summa annorum 58, qui cum additi fuerint annis 1204, exhibebunt annum 1262, quo Joannes cui imperialis corona nunquam imposita fuit, a Palæologo Michaele excæcatus et imperio pulsus est, et Latini urbe exacti sunt. Libro etiam IV, Gregoras de urbe recuperata per Cæsarem Strategopulum verba facienis notat, Δύο ἐξῆς ἠνύστο ἔτη ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατὴς ὁ Μιχαὴλ ἐγεγόνει. Quo igitur anno urbs capta est, jam duos in imperio annos integros Michael exegerat : unde constat ipsum clypeo insidentem imperatorem proclamatum esse anno 1260. Phranzes, cap. 4, lib. I dynastiam Francorum annos 59, mens. 3, dies 4, CPoli durasse ait. Georg. Logotheta in Chron. CPolitano sub finem ait urbem a Latinis captam anno 6712, et eam tenuisse annis 58, recuperatam anno 6769, indict. 4, in quo sibi non constat ; nam mensis Julii 25 captam ait CPolim a Græcis. Post annos 58, qui additi cum fuerint annis 6712, dabunt annos 6770, et indictionem 5, transcriptoribus fortasse hic error imputandus est, non logothetæ.

(13) *Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος.* Sub Michaele Palæologorum primo cœperunt Turci provincias Asiaticas, quæ imperatoribus CPolitanis adhuc parebant, vexare ac perpetuis latrociniis vastare. Gregoras, lib. V, et lib. VII, c. 1 ; statum provinciarum Asiæ talem fuisse narrat. Κατέσχον ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας, καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφίας, καὶ τῶν ἐγγιστα πάντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαιάνδρου ποταμὸν Ἀντιοχείας, τὰ δὲ ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίων τῆς Ἰωνίας ἕτερος ὄνομα Σαρχάνης· τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πριήνην καὶ Ἔφεσον φθάσας ὀφείλετο σατράπης ἕτερος ὄνομα Σασάν. Τὰ δὲ ἀπὸ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ ὅ τε Καλάμης λεγόμενος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς· τὰ δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐξῆς ἕτερος ὄνομα Ἀτμᾶν. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σαγγαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως εἰς τοὺς Ἀμουρίου διέδησαν παῖδας. *Caramanus itaque Alisurius maximam Phrygiæ mediterraneæ partem occupaverat, et Philadelphiam atque Antiochiam ad Mæandrum usque omnia ditioni suæ subjecerat. Quæ vero regiones ab illis locis ad Smyrnam et Ioniæ maritima pertingunt, alius Sarchanes appellatus illis dominabatur. Sasan etiam, qui vocabatur, satrapa Magnesiam Prienen et Ephesum, (Romæis) eripuerat. Calames ejusque filius Carasis ab Æolide usque ad Mysiam Hellesponto adjacentem regnabat. Bithyniam et quæ Olympo monti circumjecta sunt alius nomine Atman obtinebat. A Sangario tandem fluvio Paphlagoniam usque Amurii filii inter se regionem partiti erant.* Qui nostro Carmian appellatur Gregoræ est Caramanus Alisurius. Sarchanem et Carasim uterque habet ; pro Othmane Gregoras legit Atman. Sasanem Noster, ut et Amurii seu Homuris filios nescit. Gregoras Mantachiam ignorat, etiamque Atinen. Laonicus Chalcocondylus lib. I *De reb. Turc.*, non longe ab initio, lib. etiam II hos duces fuisse Aladinis Selzuccii, qui sedem imperii Iconii habuerat, ministros asserit. Quique Laonico est Ædines nostro vocatur Atin, et qui illi Mendesius nobis est Mantachias. Phranzes, lib. I, cap. 26. hos duces enumerat ut Gregoras, easdemque ditiones attribuit. Leunclavius in *Pandectis historiæ Turcicæ*, num. 13, duces istos aliter enumerat, ita ut in tanta varietate auctorum nomina illa, ducumque numerus in incerto aliquatenus maneant, Asiæ statu interim misero imperiique vastatione pro compertis habitis. Cantacuz. I. II, c. 29, Atinis sive Ætinis filios ait fuisse Χετὴρ καὶ Ἀμοὺρ, id est, Cheterem et Homurium. Carasem vero Phrygiæ regulum tradit lib. III, c. 82.

(14) *Καὶ πάσης Μαγεδῶν ἐπαρχίας.* Valde pro-

[15] Anno a creatione mundi 6768, Julii die 25, Christi 1260, cœpit Michael. [16] Andronicus 1283.

Digitized by Google

et totam Magedorum provinciam suæ ditionis fecit Sarchan. Phrygiam universam occupavit Carmian. Altera Phrygia magna, quæ ab urbe Asso ad Hellespontum extenditur a Carase occupata est. Bithynia tota, et Paphlagoniæ pars Othmano cesserunt, atque hi omnes Turcorum principes ac duces erant. Post Andronicum Michael filius ejus [17] imperii fasces obti-

A Φρυγία πᾶσα παρὰ τοῦ Καρμιάν· ἑτέρα Φρυγία μεγάλη ἀρχομένη ἀπὸ Ἄσσου πόλεως ἄχρι καὶ Ἑλλησπόντου (15) παρὰ τοῦ Καρασή· Βιθυνία πᾶσα καὶ μέρος τῶν Παφλαγόνων παρὰ τοῦ Ὀθμάν, οἳ ἦσαν ἀρχηγοὶ Τούρκων. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαὴλ (16) ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη... Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ἐβασίλευσεν Ἀνδρόνικος ὁ ἐπονομα

Ismaelis Bullialdi notæ.

habile est Magedi vel Magidi præfecturam hic vocari, quæ in ms. Notitia episcopatuum CP. diœceseos sub Sardium metropolita legitur ὁ Σετῶν ἤτοι Μαγίδου. Sub Sylæo etiam sive Pergæo metropolita Pamphyliæ secundæ habetur in eadem Notitia Μαρύδου episcopatus, sed in alio exemplari legitur Μαγύδου, quæ ab alia differt. Hæc secunda forte illa est quam Nagidon appellat Leunclavius, et Turci Nigde. Magydum habet in Pamphylia Ptolemæi interpres, textus Græcus Μάτυλον non longe a Cestri fluvii ostiis. Nagidon non habet Ptolemæus: Stephanus de urbibus Νάγιδο; πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας ubi citat Hecatæum. Estque eadem cum Matylo. Casaubonus in Strabonem lib. XIV, in his verbis Τοῦτο δ' ἐστὶ Ἄγιδος πόλις ex Stephano corrigit et Νάγιδος legit.

(15) *Ἀπὸ Ἄσσου πόλεως ἄχρι καὶ Ἑλλησπόντου.* Assus urbs ad Propontidem in littore Asiatico, quam Strabo lib. XIII. a Methymnæis conditam scribit, teste Myrsilo, Φησὶ δὲ Μυρσίλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον. Stephanus de urbibus duas facit Assos, unam in Lycia πλησίον Ἀτάρνης, alteram in Æolide ad Hellespontum. Hic obiter notabimus Stephanum errasse, dum Assos duas facit, primamque in Lycia collocat Atarnæ vicinam; in Lycia siquidem Atarna sita non est, ut ipse scribit, sed in Mysiæ et Lydiæ finibus, Ἀτάρνα πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, Strabo quoque lib. XIII, Atarneam habet prope Assum: nec ipse nec Ptolemæus Assum in Lycia ponunt. Notitia episcopatuum sub throno Constantinopoleos habet Ἄσσον sub Ephesino metropolita.

(16) *Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαήλ.* Hic auctor noster male ac perperam scribit Michaelem in imperio successisse Andronico patri: simul namque pater et filius regnarunt: et Michael anno 6829 [Christi 1320], Octob. 12, die Dominica ante patrem obiit, accepto Thessalonicæ nuntio Manuelem secundo genitum filium ab Andronico natu majore (quem ejus frater Manuel in meretricis, cum qua consueverat ille, domo quærebat), occisum fuisse, cum quis esset Andronici satellites ignorarent, rivalemque esse suspicarentur. De qu bus adeundus Gregoras, lib. VIII, in principio. Cantacuzenus, lib. I *Hist.* cap. 1, generis mortis nullam mentionem facit, quo Manuel exstinctus est. Diligenterque animadvertendum dissidii causam inter Andronicos avum et nepotem orti, quo mutuis odiis certarunt, in avum a Cantacuzeno transferri; et Gregoram ab isto, utpote scriptorem mendacem, asperis aliquando verbis castigatum esse, quod ipse scripsit Cantacuzenus, lib. IV, capp. 24 et 25, cui tamen potior fides hac in re adhibenda sit nescio. Nam Cantacuzenus cum juniore Andronico a puero educatus adoleverat, inter hujus fidissimos ac maxime familiares semper numeratus, ita ut ab eo ad dignitatem usque imperatoriam, tutoris munere cohonestatus, provectus fuerit: quapropter non levi suspicione perstringendus venit, actis et gestorum ab Andronico juniore memoriæ nimio studio indulgens, dum Andronico seniori æquum minus forte se præbet.

[17] Pater et filius simul annis supra dictis 43.

B ita ut hic auctor noster, annos impp. Andronici ejusque F. Michaelis dum numerat 43. terminum istum incoronationis junioris Andronici respiciat, quæ anno 1325, Februarii die 2, indict. 8 peracta est. Quibus etiam consentit Cantacuzenus, lib. I, cap 41. Post quam incoronationem nepotis, Andronicus avus annos 3 in imperio adhuc vixit: ita ut totos annos 46 cum filio et nepote regnaverit, quos 45 solummodo numerat protovestiarius, anno siquidem 1328 nepos solus imperio potitus est. Christi deinde anno 1330 senior Andronicus ad vitam monasticam a nepote invitus cogitur, ut ait Gregoras; inque monasterio mutato nomine Antonius appellatus biennium vixit, summaque rerum necessariarum inopia pressus anno demum 1332 obiit

C Cantacuzenus, lib. II Hist. cap. 16, Andronicum seniorem ad vitandas insidias, quas sibi aliquos struere tyrannidem affectantes suspicabatur, sponte monasticam vestem induisse asserit: ærumnis ac miseriis colluctantem obiisse silentio transmittit, ne sibi dedecus accersat, et Andronico juniori invidiam et odium conciliet; quandoquidem præcipuum inter consiliarios hujus Andronici apud quem præ cæteris gratia potentiaque valuit, habitum esse notum sit. Hic Andronicus ad vitam privatam coacto avo solus regnavit ab anno 1338, ad annum 1341, Junii diem 15, orbis conditi 6849, ita ut annos 13 imperaverit. Notandum etiam Andronicum seniorem anno ætatis suæ 74, fato concessisse: ex quo vero imperium assecutus fuerat anno 50, ut adnotavit Gregoras, lib. IX, monodia in eum scripta, et in eo cum aliis convenit. Tradit præterea ipsum, vivente patre Michaele Palæologorum primo, imperatorem designatum et appellatum esse, quod contigit circa annum 1281. Michael secundus Palæologus Andronici F., tradente Cantacuzeno, lib I, cap. 1, anno mundi 6829, Octobris 12, vitam cum morte commutavit. id est, anno D Christi 1320, non vero 1321, ut in editione Parisiensi typographiæ Regiæ in margine ascriptum est; at ex Niceph. Greg. in lib. VII calce annus alius colligi potest. Narrat quippe Joannis Glyci patriarchæ anno 2 vehementi Borea flante crucem e manibus statuæ æneæ, quæ columnæ imposita ante vestibulum templi S. Sophiæ stabat, excussam fuisse anno mundi 6825, id est anno Christi 1316. A Kal. Septemb. ad easdem Kal. anni 1317, paulo post dicit, Irenen ex Alemania Andronico juniori avum despondisse: Michaelem deinde imperatorem Thessalonicam abiisse, et anno ibi exacto rebus humanis exemptum esse, ex quibus annum orbis 6827, Christi 1319, concludere possumus: verumtamen Cantacuzeno, qui annum et diem ascripsit, adhærebimus.

Digitized by Google

ζόμενος γέρων ἔτη ιγ'. Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος (17) ὁ υἱὸς αὐτοῦ νέος ὤν, καὶ παιδαγωγούμενος παρὰ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Ἐν τῷ αὐτοῦ ἔτει... ἦρξαντο οἱ Τοῦρκοι (18) περᾶν τὸν Ἑλλήσποντον, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας Ὁμοῦρ ἔγγονος Ἀτὴν ἀρχηγὸς Τούρκων δεσπόζων Σμύρναν, Ἔφεσον, καὶ τὰ πέριξ, ἐκ δὲ Προύσης Ὀρχὰν ἔχγονος τοῦ ῥηθέντος Ὀθμάν. Περῶντες γοῦν λῃστρικῷ τρόπῳ, ἐπόρθουν Χερρόνησον πᾶσαν, καὶ παράλιον Θράκης μὴ ἔχοντες τὸν ἀνθιστάμενον, ἢ ἀνταίροντα, ἀφόβως ἄχρι Διδυμοτείχου (19), καὶ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἄχρι Σηλυμβρίας (20) κατέτρεχον, ὡς τὴν πᾶσαν Θράκην ὑπὸ χεῖρα ποιήσοντες. Ἐν τῇ βασιλείᾳ γοῦν τοῦ ῥηθέντος Ἰωάννου ἔτι μείρακος ὄντος ἑάλω Χίος νῆσος παρὰ τῶν Γενουΐτῶν, καὶ αἱ λοιπαὶ Κυκλάδαι νῆσοι ἐκ τῶν Ναυάρας ἀφικομένων Φράγκων (21).

nuit annis... Michaeli successit Andronicus [18] senior [19] dictus, annisque 13 imperio præfuit. Andronicum sequitur filius ejus Joannes [20] Palæologus, qui cum juvenis esset sub tutela domini Joannis Cantacuzeni regebatur. Anno imperii hujus... Turci Hellespontum primo transfretarunt [21]. Ex Asia quidem Homur filius Atinis Turcorum dux movit, qui Smyrnam, Ephesum, et loca vicina tenebat. Orchanes vero filius memorati Othmani Prusa profectus est. Superato itaque freto, prædonum more totam Chersonesum populati sunt. Thraciæque loca maritima secure, nulloque, qui incurrentes reprimeret, obvio facto usque Didymotœchum, etiamque versus imperii sedem Constantinopolim Selymbriam usque incursionibus infestarunt, tanquam Thraciam universam subacturi. Imperante quoque Joanne prædicto eoque adhuc juvene, Chium insulam Genuenses occupa-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(17) *Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος.* Andronicus junior filium suum, quem ex Anna, Nostro Alemanna, Cantacuzeno e Sabaudia, aliis Pannonia, susceperat, imperii hæredem reliquit. Joannes Andronico nascitur post avi Andronici obitum anno mundi 6840, Christi 1332, Junii die 18, ut adnotavit Gregoras lib. x, cap. 3. obiit autem Andronicus junior anno mundi 6849, Christi 1341, ita ut impubes admodum esset Joannes, annum agens cum imperium adeptus est nonum: quot etiam fuisse tradit Cantacuzenus, lib. III, cap. 2. Quamobrem pater moriens rebus imperii administrandis tutorem testamento dedit hunc Joannem Cantacuzenum magnum domesticum, historiæ jam sæpius allegatæ auctorem, virum equidem Gregoræ et Nostro laudatum: Phranzæ affectati regni suspectum, et quod voluerit ad liberos suos imperium transferre insimulatum. Legendus Phranzes, lib. I, cap. 13, 14 et 15. Illum Cantacuzenum tanti fecit Andronicus junior, ut testamento suo, quod anno Christi 1330 gravi morbo decumbens condidit, præteritis in illo Andronico avo adhuc superstite nondumque monacho, matre etiam sua Xena, tutorem eum posthumo filio suo daret, si ex Anna uxore sua tunc prægnante nasceretur. Nec etiam omittenda sunt, quæ a Codino Curopalate de Andronici erga Joannem Cantacuzenum benevolentia et amore referuntur lib. *De offic. palat. Constantinopolit.* Ἐποίησε τὸν μέγαν δομέστικον Καντακουζηνὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγεγόνει καὶ βασιλεύς, ἰσοστάσιον τῷ πανυπερσεβάστῳ. *Magnum domesticum Joannem Cantacuzenum, qui postea imperavit, æqualem summo panhypersebasto reddidit.* Paucisque lineis interjectis, post Andronici senioris obitum ab hoc juniore Cantacuzenum auctum esse narrat: Ὑπερέχοντα πάντων ἐποίησε, τῶν μὲν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀνεψιῶν, ἑαυτοῦ δὲ θείων, τῶν ἑτέρων τε πάντων τοῦ πανυπερσεβάστου, βεστιαρίου· ἦν οὖν οὗτος ἐνταῦθα ὁ μέγας; δηλαδὴ δομέστικος μετὰ τὸν Καισάρχη. *Supra cæteros eum extulit, avi sui imperatoris nepotibus, suisque avunculis, cæterisque omnibus summo panhypersebasto et vestiario dignitatis ordine anteposuit, hacque sanctione secundus erat a Cæsare magnus domesticus.*

(18) *Ἐν τῷ αὐτοῦ ἔτει... ἦρξαντο οἱ Τοῦρκοι.* Hæc Turcorum in Europam irruptio prima est sub auspiciis Oguziorum sive Othmanidum regnante Orchane sive Urchane: antea enim in Europam transierant Turci, a Catelanis bellum Andronico seniori et Michaeli ejus F. inferentibus evocati, ut lib. VIII *Hist. Rom.* narrat Gregoras, et post eum Laonicus, lib. I. Transierunt etiam Turci paulo post annum 1300 eodem Laonico teste, lib. I. Hujus quoque Turcorum in Europam expeditionis meminit idem loco citato, verum jam defuncto Orchane, et Suleimane ejus filio regnante. Nostro tamen consentit Turcorum narratio a Leunclavio adducta lib. IV *Hist. Musulmanicæ;* et Phranzes, lib. I, capp. 15 et 27, quibus potior fides habenda est. Adnotatur autem ille transitus, quoniam Turci tunc primum sedes in Europa fixerunt, occupata Callipoli anno juxta Annales Turcicos 758, Christi 1357. Matthæus Villanius *Hist. Florent.* lib. VI, c. 29, transitum Turcorum accidisse ait anno 1356.

(19) *Ἄχρι Διδυμοτείχου.* Didymotœchus oppidum Thraciæ, quod Hebrus alluit. Nicetas Choniates duobus locis illius meminit: Καὶ ῥαγδαίας βροχῆς θεόθεν ἀφορισθείσης ἐν τοῖς ἀνόπτυ τοῦ Διδυμοτείχου μέρεσιν ὁ τῷ φρουρίῳ παραρέων Εὖρος διευρυνθεὶς ὑετῷ, etc.: *Imbre subito ac impetu cadente in locis supra Didymotichum sitis, qui oppidum alluit Hebrus, undas dilatavit.* Turcis *Dimotuc.*

(20) *Ἄχρι Σηλυμβρίας.* Stephanus, Σηλυμβρία πόλις Θράκης. Κέκληται δὲ ἀπὸ Σήλυος, Βρία γὰρ κατὰ Θρᾷκας ἡ πόλις. *Selymbria Thraciæ urbs: nomen a Selye trahit; Bria enim Thracibus urbs dicitur.*

(21) *Ἐκ τῶν Ναυαρας ἀφικομένων Φράγγων.* Franci ex Navarra sunt ii, quos alibi Catelanos appellat, qui Hispaniam Tarraconensem habitant. Illa Genuensium expeditio ab Augustino Nebiensi, Uberto Folieta, et Petro Bizaro facta adnotatur anno Christi 1346, quo Simone Vignosio duce Genuenses, Chium, Smyrnam et Phocæam utramque dominio suo adjecerunt. Idem testatur Joannes Villanius, *Hist. Florent.*, lib. XII, cap. 169, *l'anno 1346. el simile feciono all' isola del Silo in Arcipelago di Romania e quella presono, e sonne signori e tolsolla a Greci, ove nasce la Mastica la quale e di grande frutto e rendita.* Non video autem quare Navarros hoc loco adducat, nisi quia illis temporibus Petrus IV Arragoniæ rex Philippi III Navarræ regis filiam Mariam anno 1334 uxorem duxerat.

[18] Andronicus 1328. [19] Junior, ὁ νέος. [20] Hic Joannes coronatus est Novemb. XIX an. 6850 (1341).
[21] Transitus Turcorum Othmanicorum in Europam ann. Hegiræ 758, Christi annis 1356 et 1357. Cœpit annus Hegiræ 758 anno 1356, Decemb. die XXV, Dominica, Cyclo solis XXI, litteris C. B., Joannis Paleologi anno XVI.

Digitized by Google

runt [17], cæterasque Cycladas insulas Franci ex Navarra profecti. Universa insuper Peloponnesus, præter Lacedæmonem et Monembasiam, et quæ in Ionia sitæ sunt Phocææ ab iisdem Genuensibus suæ ditioni adjectæ sunt.

Καὶ Πελοπόννησος πᾶσα πλὴν Λακεδαιμόνων καὶ Μονεμβασίας, καὶ αἱ κατ' Ἰωνίαν Φώκαιαι παρὰ τῶν Γενουϊτῶν.

CAPUT III.

Orchanis Osmanidæ mors: Morates ejus F. imperium adeptus Lazaro Despotæ Serviæ bellum infert, A juvene Servio occiditur; post cujus cædem prælium Turci ineunt, Servios cædunt, et magna clade afficiunt. Lazarus vinctus et multi Serviorum proceres capiuntur et in Moratis tentoriis interficiuntur. A Veziris Ildrim Bajaziti imperium defertur natu minori filiorum Moratis. Fratrem natu majorem fraude oppressum excæcat Bajazites.

Eodem anno labente nobis supra memoratus Orchanes Turcorum princeps obiit, relicto filio Morate ditionum atque principatus hærede, qui Thraciæ urbibus potitus imperii limites producit, obsessamque Adrianopolim occupat, atque universam, exceptis Thessalonica, Thessaliam; velut ergo Romanorum provinciis omnibus perdomitis et subactis, in Triballos movit, et quamplurima ipsorum oppida pagosque funditus delevit, incolasque captivos in objectam Europæ Asiam per fretum Chersonesi abductos trajecit. Quibus cum attendisset Serviæ Cralis [id est rex] Lazarus Stephani Cralæ F., conscripto ex omnibus ditionibus suis exercitu, cum tyranno acie decertat, eoque prælio utriusque exercitus plurimi ceciderunt. Admissum deinde novum quoddam, præterque id quod dici aut cogitari potest callide susceptum facinus. Vir quidam Servius e primaria

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτεθνήκει καὶ ὁ προρρηθεὶς Ὀρχὰν (22) ὁ ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων, καταλιπὼν τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μουράτ, ὃς ἐγκρατέστερος τῶν Θρᾳκικῶν πόλεων γενόμενος, πολιορκήσας τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε (23), καὶ θετταλίαν πᾶσαν πλὴν Θεσσαλονίκης· ὡς οὖν σχεδὸν πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων γῆν ὑπὸ χεῖρα κατέχων, καὶ ἐς Τριβαλλοὺς ἀφίκετο, καὶ πολλὰ τῶν αὐτῶν πολίχνια, καὶ κώμας ἀφανίσας, καὶ τοὺς οἰκήτορας αἰχμαλώτους ποιῶν, ἐς τὴν περαίαν διὰ τοῦ ἐν Χερρονήσῳ πορθμοῦ ἀπέπεμπε· ὁρῶν οὖν ταῦτα ὁ τότε τὴν Σερβίαν κραλεύων Λάζαρος, υἱὸς Στεφάνου τοῦ Κράλη Σερβίας συναγηοχὼς πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ δύναμιν συμπλέκεται τῷ τυράννῳ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν τῶν δυνάμεων πίπτουσι πλεῖστοι· εἶτα γίνεταί τι καινὸν καὶ ὑπὲρ λόγον τεχνούργημα. Ἀνήρ τις τῶν ἐνδόξων Σέρβος νέος (24), ἀνδρεῖος, καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

Rex Navarræ seu Vasconiæ his fœderibus nuptialibus urbes aliquot Arragonio concesserat: vicissimque Arragonius illi; propterea Navarri seu Vascones Arragonensibus juncti atque Catelanis in Orientem profecti sunt. Tunc etiam Vascones in illis expeditionibus Catelanis ultro magis se adjunxerunt; quod in regni successione Maria sorori suæ Joannæ prælata esset, si Philippo patri mascula proles deesset. Genealog. Dom. Francicæ clarissimorum virorum fratrum Sammarthanorum lib. XXII; Mariana, lib. XVI, cap. 4, *Hist. Hispanic.*

(22) *Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτεθνήκει ὁ προρρηθεὶς Ὀρχάν.* Duæ sunt de anno obitus Orchanis opiniones: alii e vita migrasse volunt anno Hegiræ 759, id est, Christi 1358; nam cœpit annus 759, anno 1357, Decemb. 14, feria 5, et ita Calvisius sentit. Leunclavius sub finem lib. IV aliam sequitur, quæ mortuum Orchanem asserit anno 760, qui cœpit anno 1358, Decembris die 3, feria 2. Annales Turcici adnotant post captam Callipolim Suleimanem inter venandum equo lapsum humi tam graviter afflictum fuisse, ut statim exspiraret, et duobus mensibus ante patrem obiisse. Quæ narratio non consentit illis quæ infra cap. 10 Ducas noster narrat, deletum scilicet exercitum Turcorum a Matthæo Cantacuzeno, et Suleimanem occisum, antequam imperio cessisset Joannes Cantacuzenus, id est, ante annum 1355.

(23) *Τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε.* Ex Leunclavii *Hist. Musul.* lib. V, Adrianopolis occupata est anno Hegiræ 763, Christi 1362. At annales referunt ad annum 761, id est Christi 1360, quem annum Calvisius retinuit.

(24) *Συλλαμβάνεται οὖν ὁ Λάζαρος.* Laonicus lib. I, sub finem, hanc Serviorum infelicem expeditionem clademque acceptam narrat secundum Græcorum sententiam, hujus Nostri narrationi paucis mutatis prope similem: Lazarumque Eleazarum appellat; Moratem peremptum inter prœliandum tradit; at Phranzes a Lazaro necatum fuisse scribit. Nomen illius, qui Moratem occidit, Miloes traditur a Laonico: Milos Cobilitzius appellatur a Leunclavio: Milos Cobilik Lazari despotæ gener a Mauro Orbino. Lazarus ille, ut hic Orbinus in Slavorum historia scribit, partem imperii defuncti Stephani Cralis seu imperatoris occupavit, alii alias: cum Vroscus Stephani F. ignavia ac desidia tempus transigeret. Hic Lazarus primus fuit Serviæ despota e familia Privazia sive Pribazia. Pugna porro illa commissa est in campo Cossovo anno Hegiræ 791, Christi 1389; non vero anno 1390, ut vult Leunclavius in *Pandectis Turcicis*, cap. 54. Annus enim 791 cœpit anno Christi 1388, Decemb. 30, fer. 4, cyclo solis 25. litt. E, D. Propter occisum vero ex insidiis Moratem, morem ac consuetudinem inde manasse ait Leuncl. ut nullus legatus Sultanum accedat, nisi a duobus capigis brachia complectentibus ducatur. Ex parte verum esse concedatur: honoris nihilominus gratia, id etiam nunc fieri constat: et anno 1647, vezir-azemum seu primum vezirum palatio suo egredientem, rursumque illud ingredientem vidi, duorum famulorum manibus brachia complectentium sublevatum. Eodemque modo genitzerorum agam seu præfectum qui eumdem vezirum conveniebat, duorum famulorum manibus sublevatum incedere aspexi. Hic lector monendus est falli Leunclavium, lib. VI *Hist. Musulm.*, quando mense Junio Ramazan celebratum esse ait anno Hegiræ 791; Neomenia enim hujus mensis Ramazan jejunii Turcorum eo anno incidit in Augusti diem 24 anni 1389 æræ Christi.

[17] Christi anno 1346.

Digitized by Google

τολμηρὸς ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε, καθὼς ἀπε- A
δείχθη, ἀποσπασθεὶς ἐκ τῆς φάλαγγος τῶν Χρι-
στιανῶν, εἰς μέσον τῆς παρατάξεως τῶν Τούρκων
ὡς αὐτόμολος πίπτει. Καὶ δῆτα ἁρπάσαντες οἱ
Τοῦρκοι τοῦτον, αὐτὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα ὀνομαστὶ
καλῶν, καὶ, Βούλομαι τοῦτον ἰδεῖν, καὶ λόγους τινὰς
ὑποψιθυρίσαι ὡς ἐγχρατὴς γενέσθαι τουτουΐ τοῦ
πολέμου, *ἕνεκα γὰρ τούτου αὐτόμολος ἐλήλυ-
θειν*, εἰπὼν, τὸν ἡγεμόνα δεικνύουσι. Ὁ Μουρὰτ
δὲ διὰ τῆς χειρὸς δεῖγματίσας τοῦτον ὡς πρὸς
αὐτὸν ἐλθεῖν, ὁ νέος ὁρμήσας καὶ πλησίον ἐλθὼν,
ξιφιδίῳ κατὰ καρδίας καιρίαν δίδωσι τὴν πληγὴν,
καὶ αὐτὸς παρὰ τῶν πελεκυφόρων καὶ ὑπασπιστῶν
τοῦ Μουρὰτ μεληδὸν κατατέμνεται. Τότε οἱ Τοῦρκοι
τὸ παρ' ἐλπίδα καινὸν θεασάμενοι, καὶ οἷον κακὸν
αὐθωρὸν ἐπ' ὄψιν ἐπιπεσὸν μὴ ἐνεγκάμενοι, βου- B
λὴν εὐσύνοπτον βουλεύονται μάλα καὶ σοφιστικήν·
ἐν μέσῳ τῆς παρατάξεως σκηνὴν πεπηγότες, εἴσω
τὸν ἡμιθανῆ Μουρὰτ τεθείκασι· αὐτοὶ δὲ ὡς οὐδένα
τοὺς πολλοὺς κινδύνους ἀπώσαντες, εἴσω τῶν πα-
ρατάξεων ὡς κύνες λυττῶντες ἐχώρησαν. Οἱ δὲ
Σέρβοι ἀγνοοῦντες τὴν εἰς αὐτοὺς γενηθεῖσαν παρὰ
τοῦ καλοῦ νέου ἐκείνου εὐστοχίαν, καὶ τὴν εἰς τοὺς
Τούρκους τοῦ ἡγεμόνος ζημίαν, ἀλλὰ μᾶλλον
ἀπεγνωκότες, ὡς ὁ καλὸς ἐκεῖνος στρατηγὸς ἄτερ
χέρδους τοῦ προσδοκωμένου ἀπώλετο, δειλοκαρδίως
ἐκεῖνοι πρὸς τοὺς Τούρκους ἀντεῖχον, ἕως οὗ τέλος
ὁ πόλεμος ἐλήφε. Συλλαμβάνεται οὖν ὁ Λάζα-
ρος (24), καὶ σὺν αὐτῷ τῶν μεγιστάνων οἱ πλεῖστοι,
οὓς ἀπαγαγόντες ἐν τῇ σκηνῇ ᾗ ἔκειτο ὁ Μουρὰτ C
ἤδη τὰ λοίσθια πνέων, σὺν τῷ Λαζάρῳ πάντας τοὺς
ὑπ' αὐτὸν ἄρδην κατέσφαξαν, καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ
Μουρὰτ ἄμφω τέλος ἐδέξαντο. Τὸ δεξιὸν κέρας
μήπω τῶν πραττομένων αἰσθόμενόν τι, ἀλλ' οὔτε
τὸ ἀριστερὸν, ἐν δὲ τῇ οὐραγίᾳ ταῦτα ἐπράχθησαν.
Ἦν δὲ ὁ ἔξαρχος τοῦ δεξιοῦ κέρατος Σαβούτζιος ὁ
πρῶτος τῶν υἱῶν Μουρὰτ, τοῦ δὲ ἀριστεροῦ ὁ δεύ-
τερος ὁ καὶ Παγιαζὴτ, δεινὸς, καὶ δραστήριος ὡς
οὐδεὶς τῶν ἄλλων, ὃν καὶ μετακαλέσαντες οἱ τῆς
βουλῆς ἐξοχώτατοι τοῦ Μουρὰτ, οὓς καὶ βεζήριδας
κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶτταν καλοῦσιν, ἀνακαλύπτουσι
τὰ γινόμενα, καὶ τὸ πτῶμα τὸ πατρικὸν ἐμφανί-
ζουσι. Ὁ δὲ, οὐδὲ σχῆμα οἰμωγῆς ἢ κλαυθμοῦ ἐν
ταῖς παρειαῖς ἀναφανὲν, μετακαλεῖται Σαβούτζιον
τὸν ἀδελφὸν, ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἵνα σκέψωνταί D
τι βαθύτερον. Ἀγνοοῦντος δὲ Σαβουτζίου (25) τὸ
δρᾶμα ἐκὼν ἔρχεται ὡς πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἄκων
συλλαμβάνεται παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς ἐξορύττεται. Καὶ ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων ὁ
Παγιαζὴτ ἀναδείκνυται, ἀνὴρ δεινὸς καὶ περὶ τὰ
πολεμικὰ ἔργα γρήγορος Χριστιανομάχος ὡς οὐδεὶς
τῶν κατ' αὐτὸν, ἐν τῇ τῶν Ἀράβων θρησκείᾳ μα-

nobilitate, juvenis fortis, et audax, si quis alius coætaneorum tunc fuit, talisque exitu approbatus, a Christianorum acie in medios Turcorum ordines velut transfuga procurrit, statimque a Turcis comprehenditur. Ipse vero Turcorum principem nomine compellans dicebat cupere se eum videre, et verba quædam in aurem ipsi facere, ut hoc bello superior evaderet : *Hujus enim causa*, inquit, *transfuga huc transivi* : ducem itaque suum illi ostendunt. Moratesque manu significat, ut ad se accederet : cum ergo prope accessisset juvenis, sica lethale vulnus præcordiis tyranni infligit, ipseque ab hastatis Moratis satellitibus, custodibusque membratim concisus est. Tunc Turci novum casum præter spem contuiti, tamque acerbæ cladis, cujus ipsi spectatores fuerant, impatientes, consilium prudens atque callidum ineunt : in media acie tentorio erecto intus semimortuum Moratem deponunt, ac veluti nullum subiissent periculum, multis interim devitatis, intra ordines ut canes rabidi se receperunt. Servii vero, quæ a forti ac generoso juvene illo tam solerter et feliciter, proque salute sua gesta erant, non solum non cognoverunt, quamque Turci cladem amisso duce acceperant; sed animo insuper fracti ac despondentes, ut eximius ille belli dux sperato fructu delusus periit et ipsi ignave ac timide Turcis restiterunt, tantisper dum talem exitum prœlium haberet. Comprehenditur Lazarus, et cum eo procerum atque belli ducum quamplurimi, qui in tentorium, in quo Morates jacebat animam jam agens, adducti trucidantur, idem mortis genus ac Morates experti. Horum vero quæ gerebantur nondum quidquam senserant, qui in lævo dextroque aciei cornu stabant : in postrema quippe acie pugnatum erat. Dextrum ducebat cornu Sabucius major natu filiorum Moratis : lævo præerat alter eorum Bajazites, vir acer, et præ cæteris promptus quem accersiverunt, qui vezirides eorum lingua vocantur, præcipui Moratis consiliarii, eique exponunt quæ acciderant, casumque patris. Lacrymis itaque compressis omnique luctus specie, Sabucium fratrem tanquam jussu patris cum eo de rebus gravioribus acturus ad se vocat. Sabucius itaque veluti patri obtemperans sponte accedit fraudis ac doli ignarus, invitusque a fratre comprehenditur et excæcatur. Turcorum deinde princeps renuntiatur Bajazites, vir acris ingenii, inque rebus bellicis sedulus atque impiger, præ cæteris sui ævi hominibus Christianorum hostis, superstitionis Arabum observator studiosissimus : et Mohamedis impiis præceptis adhærens ea accuratissime observabat. Noctes insomnes ducebat consilia struens, dolosque nectens adversus Christi rationabiles oves.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(25) *Ἀγνοοῦντος δὲ Σαβουτζίου.* Conveniunt inter se historici de Bajazitis ad imperium evectione. Ducas excæcatum fuisse prodit Sabucium; Laonicus et Phranzes strangulatum asserunt. Leunclavius lib. v eodem mortis genere perisse scribit, et Bajazitem Gilderum, nostro Iltrim, quod nomen *fulmen* interpretantur, natu majorem; fratremque illius Jacupem Zelebim natu minorem fuisse. Laonicus Sulcimanem fuisse natu majorem. Bajazitem vero minorem tradit. Phranzes illum Musulmanum, Turci Jacupem, Laonicus et Græci Suleimanem appellant, quem Ducas Sabucium nominat.

Digitized by Google

θητὴς τοῦ Μωάμεδ θερμοτάτης, φυλάττων τὰς ἀθέσμους αὐτοῦ ἐννολὰς ἄχρι καὶ τῆς ὑστάτης στιγμῆς· ἄγρυπνος καὶ διανυκτερεύων ἔν τε βουλαῖς καὶ μηχανουργίαις κατὰ τῶν Χριστοῦ λογικῶν προβάτων.

CAPUT IV.

Bajazites Serviis tributa imperat, Stephanum Lazari F. sibi militare jubet, ejusque sororem Mariam uxorem ducit. Carmianum Phrygiæ regulum spoliat. Ioniam invadit. Sarchanem deditione accipit, et Asiæ regulos in ordinem cogit. Philadelphiam occupat et Callipoleos arcem instaurat.

Hic adepto principatu, post Moratis et Lazari cædem a nobis expositam, Servios primum tributa pendere coegit, obsidibusque acceptis has conditiones tulit. Lazari illius filius Stephanus post cladem Serviis illatam Crales ab eis constitutus, quocunque cum exercitu moveret Bajazites (26), sub ejus signis militaret, Maria Lazari filia (27) virgo tenera adhuc et florens Stephani soror Bajaziti nuberet, plurimaque argenti talenta ex 7 Serviæ fodinis metallicis ei solverentur. His legibus data atque obstricta Turcis Serviorum fide, collecto universo Thracico atque Thessalico equitatu, proficiscitur Bajazites versus orientem in provincias ultra mare sitas, trajectoque freto quod Callipolim et Lampsacum interjacet, cum ingentibus Turcorum atque Romæorum, quos devicerat, copiis Cotyæum Phrygiæ metropolim tendit, urbeque et Carmiano Phrygiæ principe potitur. Rebus deinde illic constitutis Carmianus a Bajazite Prusam dimittitur, nec multo post ad Persas confugit. Totam postea Phrygiam itineribus emensus Bajazites, a Laodicea Ephesum delatus tota Ionia potitur, et Jesæum filium Atenis Ioniæ principem, eique tunc imperantem Nicæam Bithyniæ ablegatum ibi subsistere jussit: et reliquum deinceps vitæ tempus Jesæus illic transegit. Hinc superato Mæandro flumine, trajectisque universis copiis, Cariam totam et Lyciam sine aliquo tumultu bellico occupat, istarum provinciarum principe Eliez ad Persas aufugiente: exercitum in Lydiam inde reducit, perque Tmolum altissimum montem Sardeis Lydiæ metropolim venit. Magnesiam deinde ad Sipylum sitam tendenti occurrit

A Οὗτος τὴν ἡγεμονίαν ἀναδυσάμενος πρῶτον μὲν Σέρβους μετὰ τὴν πτῶσιν Λαζάρου καὶ τοῦ Μουρὰτ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ὑποτελεῖς καὶ ὑποφόρους πεποίηκεν, ὁμήρους τε καὶ συνθήκας λαβών, ὡς ὁ τοῦ Λαζάρου ἐκείνου υἱὸς Στέφανος, ὃν καὶ Κράλην ἡ Σερβία μετὰ τὴν συμφορὰν ἐκείνην κεχειροτόνηκεν, εἴη σὺν τῇ στρατείᾳ αὐτοῦ ὅποι διάγει ὁ Παγιαζήτ, κἀκεῖνος συνεκστρατεύεσθαι· καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Μαρίαν τὴν τοῦ Λαζάρου θυγατέρα εἰς γάμον ἐκδώσειν αὐτῷ παρθένον οὖσαν καὶ τρυφεράν· καὶ ἀργύρου τάλαντα ἱκανὰ ἐκ τῶν μετάλλων Σερβίας (28). Καὶ οὕτω μὲν Σέρβοι τοῖς Τούρκοις ὑπόσπονδοι γεγονότες, ὁ Παγιαζὴτ πᾶσαν τὴν ἱππικὴν τῶν Θρᾳκικῶν, καὶ Θετταλικῶν δυνάμεων συναγηοχὼς, ἐπὶ τὴν περαίαν B τὴν πρὸς ἕω τὴν πορείαν ποιεῖ, καὶ διαβὰς τὸν πορθμὸν τὸν ἐν μέσῳ Καλλιουπόλεως, καὶ Λαμψάκου (29), μετὰ πολλοῦ συμμαχικοῦ Τούρκων τε καὶ Ῥωμαίων τῶν ὑπὸ χεῖρα, ἐπὶ τὸ Κοτύαιον (30) ἀνατρέχει μητρόπολιν τῆς Φρυγίας, καὶ τὴν τε πόλιν εἷλε, καὶ τὸν Καρμιὰν τὸν ἀρχηγὸν τῆς Φρυγίας. Γενόμενος δὲ ἐν τοῖς πράγμασι τῆς Φρυγίας ὁ Παγιαζὴτ Καρμιάνον ἐν τῇ Προύσῃ ἐξέπεμψεν. Ὁ δὲ ἀποδράσας εἰς Πέρσας ἐξέφυγεν. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ τὴν Φρυγίαν διαβὰς, καὶ ἀπὸ Λαοδικείας (31) εἰς Ἔφεσον κατελθὼν, ἐγκρατὴς τῆς Ἰωνίας ἐγένετο. Καὶ τὸν Ἰεσαὶ ἔκγονον τοῦ Ἀτὴν ἀρχηγὸν ὄντα τῆς Ἰωνίας κατασχὼν, ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ ἐξώρισεν, κἀκεῖ τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ C διεβίβασεν. Τὰς δὲ δυνάμεις πάσας διαβιβάσας τὸν Μαίανδρον (32), καὶ Καρίαν πᾶσαν καὶ Λυκίαν ἀψοφητὶ λαβὼν, καὶ ὁ τούτων ἀρχηγὸς Ἐλιὲζ πρὸς

Ismaelis Bullialdi notæ.

(26) De Bajazitis expeditione in Asiæ Minoris regulos Turcos adeundi Laonicus lib. II, Leuncl. lib. VI, et Phranzes lib. I cap. 29.

(27) De Lazari despotæ filia Maria Stephani sorore, quam Bajazites uxorem duxit, non convenit cum Leunclavio Noster; ille enim lib. VI *Histor. Musulm.* Bajazitem Bulcoglii principis Christiani filiam uxorem duxisse refert; et cap. 54, *Pandect. Hist. Turc.* in Genealogia Bulcorum accuratius explicat quænam illa fuerit, Stephani nempe Serviorum despotæ filiam, non sororem facit, et loco historiæ citato adnotavit Marlam illam Serviam Bajazitem vinum bibere primam docuisse, cum Osmanidæ abstemii hactenus fuissent. Cum Nostro faciunt Laonicus, lib. III, qui Eleazari, qui Lazarus est, filiam fuisse scribit, et a Temyre captam, non sine Bajazitis indignatione summa, illi pocula ministrasse. Maurus quoque Orbinus in historia de regno Slavorum illam fuisse Lazari filiam scribit, ejusque nomen Milievam fuisse prodit: eamque Bajaziti in matrimonium collocatam a matre sua Muliza Lazari vidua, ut benevolum ac pacatum cum sibi pararet.

(28) *Ἐκ τῶν μετάλλων Σερβίας.* Illarum argenti fodinarum meminit Bonfinius D. 3. lib. 8: *Mehemetes superiorem prius Mysiam ingressus, fodinas argenti quæ despotis erant, occupare nititur. Novum montem Trepciam et Prifren ejus oppida, argenti metallorumque feracissima, obsidet et expugnat.* Maurus etiam Orbinus in Slavorum regno, *Monte nero ove il Turco ha richissime minere d'oro e d'argento.*

(29) *Ἐν μέσῳ Καλλιουπόλεως καὶ Λαμψάκου.* Callipolis urbs ad Hellespontum in Europa sita, a Callia Atheniense olim condita: cum a Turcis Suleimane bassa duce Callipolis seu Calliopolis capta fuit, et tantæ jacturæ nuntius Constantinopolim perlatus, eo vesaniæ cæci Græci devenerant, ut dicerent, *Amphoram vini a Turcis ereptam*, nec de illa arce recuperanda cogitarent. Lampsacum in Asia est, et *Lapsaco* hodie a Græcis vocatur.

(30) *Ἐπὶ τὸ Κοτυαῖον.* Majoris Phrygiæ urbs, quam Turci *Cutahige* appellant.

(31) *Καὶ ἀπὸ Λαοδικείας.* Laodicea urbs Phrygiæ Capatianæ, Diospolis antea appellata.

(32) *Τὸν Μαίανδρον.* A Turcis *Madre* appellatur.

Digitized by Google

Πέρσας φυγὰς ὥχετο. Λαβὼν δὲ τὰς δυνάμεις πάσας ὑπισθορμῶν ἐν τῇ Λυδίᾳ παραγίνεται, τὴν πορείαν ἀπὸ τοῦ Τμώλου τοῦ μεγίστου ὄρους τῆς Λυδίας ἐς Σάρδεις μητρόπολιν τῆς Λυδίας κατελθών. Καὶ πρὸς Μαγνησίαν τὴν ἐν Σιπύλῳ τὴν πορείαν ποιούμενος, ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτοῦ Χχηδὴρ ὁ ἀρχηγὸς Λυδίας, καὶ τῶν Αἰολίδων πόλεων, ὁ ἔκγονος τοῦ Σαρχὰν, καὶ παρέδωκεν ἑαυτόν. Αὐτὸς δὲ μεταδοὺς μερικῆς τιμῆς, ἐπεὶ γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ ἦν ὁ Χχηδὴρ, πέμπει τοῦτον πρὸς Προῦσαν. Ὡς ἐν ὀλίγῳ δὲ καὶ φαρμάκῳ τοῦτον ἀπέκτεινεν. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ τὴν πρὸς Φιλαδέλφειαν (33) ἀπάγουσαν εἶχεν ὁδόν· καὶ γὰρ αὕτη ὡς ὑπερέχουσα τῷ μεγέθει, καὶ πολύανδρος οὖσα ἐπεκράτει ἐγγιστά που τοῖς ρ' ἔτεσι, καὶ ἡ ὑφήλιος πᾶσα ἦν ὑποχείριος παρὰ τῶν Τούρκων· ἡ δὲ πόλις αὕτη δίκην ἀστέρος ἐν συννεφώδει μεσουρανήματι φαινουσα ἦν. Πολιορκήσας δὲ ταύτην. . . . . .

. . . . . καὶ μὴ δυνάμενοι διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν τροφῶν παρεδόθησαν. Λαβὼν δὲ τὰς δυνάμεις πάσας τῆς Ἕω προκαταστήσας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχηγοὺς καὶ ἡγεμόνας, οὓς αὐτὸς ἐβούλετο, πρὸς τὰ ἑσπέρια χωρεῖ. Καὶ δὴ τὸν πορθμὸν διαβάς, ἐπεὶ τὸ τῆς Καλλιουπόλεως φρούριον πρὸ πολλοῦ καιροῦ πάρά τε τῶν Κατελάνων παρ' αὐτῶν Τούρκων διεφθαρμένον καὶ ἐς παντελῆ ἀφανισμὸν ἦν, αὐτὸς ἐκ βάθρων ἄλλο καινὸν ᾠκοδόμηκε, καὶ ὁρμητήριον ἕνεκα τριήρων φυλακῆν, καὶ πύργον ὑπερμεγέθη πρὸς ἀντιπαράταξιν ὑπερεστηκότα τοῦ λιμένος ᾠκοδόμησεν.

Cheder filius Sarchanis Lydiæ Æoliduinque civitatum princeps, eique se dedidit. Hunc Chederem Bajazites quem impertito honore cohonestaverat collocata ei in matrimonium sorore sua, Prusam mittit, moxque veneno sustulit. Movit inde Bajazites, et Philadelphiam proficiscitur, (cum enim totus Oriens ab annis fere centum Turcorum imperio premeretur, hæc urbs amplissima, hominumque frequentia celeberrima interim hactenus steterat, neque dum istorum tyrannidi cervicem submiserat, ipsaque, instar stellæ inter nubes in cœli vertice micantis, splendebat), et obsessam urbem ad deditionem compellit deficiente cives commeatu. Constitutis deinde pro libitu proviuciarum rectoribus et præfectis, ad occidentales regiones cum omnibus copiis tendit: jamque fretum transvectus arcem ad fauces Callipoleos, a Catalanis ipsisque Turcis jam diu dirutam penitusque excisam, a fundamentis novam excitavit, portumque seu stationem unde triremes excurrere, in quem deinde tuto se recipere possent, construxit, eique turrim amplissimam imminentem ad arcendos hostiles incursus imposuit.

CAPUT V.

Initia discordiæ inter Joan. Cantacuzenum et imperatricem Annam ejusque aulæ proceres. Cantacuzenus urbe discessit, dolo eum aggrediuntur adversarii; ab amicis monetur, qui adeo ab Alexio Apocauco in carcerem conjiciuntur; Apocaucum interficiunt, et propter ea omnes fere necantur. Michael Ducas auctoris avus paternus.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης (34) ὑπερβὰς τὴν μειρακιώδη, καὶ νεανικὴν, μεθ' ἡλικίωσιν καὶ τὴν ἀνδρώαν μεθ' ὅσης ναρκότητος πρὸς τὴν πρεσβυτικὴν ἡτοιμάζετο τῷ τότε καιρῷ· καὶ γὰρ νέος ὤν, καὶ παιδαγωγῷ χρώμενος κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ προρρηθέντι Καντακουζηνῷ, ἀνδρὶ συνετῷ καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ μαχιμωτάτῳ, καὶ τῶν εὐγενῶν, ὡς εἶπότις, ἄνθος εὔοσμον. Τοιοῦτον γὰρ ὄντα, καὶ ὁ προβεβασιλευκὼς Ἀνδρόνικος κατὰ πάντα ὡς ἀδελφὸν

§ Dum hæc geruntur imperator Joannes exacta juvenili ætate virilique consumpta, socordiæ ac desidiæ totus immersus senescebat. Hunc adhuc juniorem rexerat nobis memoratus dominus Joannes Cantacuzenus, vir prudens reique militaris peritissimus ac strenuus, nobilium, ut ita dicam, flos suavissimi odoris; talem equidem Andronicus imperator decessor Joannis, in omnibus non aliter quam fratrem habuit, ejusque fidei imperium ac filium

Ismaelis Bullialdi notæ.

(33) *Ὁ δὲ Παγιαζὴτ τὴν πρὸς Φιλαδελφίαν.* Laonicus lib. II, refert imperatorem Manuelem per caduceatorem jussisse Philadelphiæ cives, ut se Bajaziti dederent ac permitterent: quibus parere renuentes Bajazites obsidione cinxit, urbeque potitus est. Libro etiam VI *Historiæ Musulm.* narrat Leunclavius Bajazitem anno hegiræ 792, Christi 1390, Philadelphiam subegisse; quæ per multos annos steterat, postquam cæteras Asiæ urbes in ditionem suam Turci redegissent. Philadelphia Lydiæ urbs est, Sardium metropolitæ olim subdita.

(34) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης.* Quæ ab Orchane ejusque filio Morate gesta sunt dum Christianorum aut vicinorum Turcorum se rebus immiscent, breviter enarravit hujus historiæ auctor. Bajazitis deinde initia usque ad Joannis obitum leviter hactenus perstrinxit: ad eorum deinde narrationem regreditur, quæ in aula Constantinopolitana, et in imperio Græcorum, quibus Joannes regnavit temporibus, acciderunt. Rerum ac eventuum præcipuorum seriem exponit, et infortunia narrat, quibus labantis illius imperii Constantinopolitani reliquiæ, sub Andronico et Joanne tanquam procellosis turbinibus circumactæ ac jactatæ, tandem perierunt. Quarum ampliorem notitiam qui habere cupit, Cantacuzeni historiam et Gregoræ adeat. Jam diximus Cantacuzenum illum ob generis splendorem, eximias insignesque virtutes, quibus domi militiæque claruit, a Gregora et Nostro laudatum, accusatum vero a Phranze affectatæ tyrannidis, et in Joannem perfidiæ. His de objectis sibi criminibus passim in historia, quam scripsit, purgat se Cantacuzenus, omnemque suspicionem a se, quantum potest, amolitur. Quicquid sit, coronam imperialem sibi et uxori bis imponi voluit. Matthæum liberorum suorum primogenitum despotam designavit, calceosque purpureos induere jussit; Manuelem natu minorem Spartæ despotam proclamavit: ita ut viam ad imperium sibi suisque usurpandum ac retinendum, sternere voluisse videatur. Ut vero inceptum omitteret, vires, quibus instructus erat, infirmæ ac fluxæ, rerum imperii perturbatio, quæ attritæ in pejus quotidie ruebant, atque imminentia a Turcis pericula suaserunt.

Digitized by Google

moriens commisit. Sed Romæorum improspera et iniqua fortuna odium ei invidiamque conflavit: maxime etenim invidere solent homines illis, quos virtus ad altiora evehit: quapropter cum Joannem imperatorem adhuc adolescentem generum sibi habere Cantacuzenus vellet, nuptum data illi Helena filia sua, cæteri senatorii ordinis viri invidia exagitati matrem imperatoris adeunt, uxoremque ei ex Germania petendam pro consuetudine jamdiu usurpata dicunt, nullatenus vero ex subditis, ut a Germanis (aiunt) auxilia, et suppetias, si tempus ita exegerit, consequi possimus. His cum annuisset domina Anna, quæ Germana quoque fuit, et cui admodum cordi erat eodem sanguine imperatoris ac filii purpuram connubiali fœdere intingere, negligitur respuiturque Cantacuzenus, qui tutelæ ac administrationis onere excusso Constantinopoli egressus in Macedoniam secessit. Hinc opportunam occasionem nacti, qui invidia in illum ardebant, crimen majestatis in illum confingunt, totumque commentum pro re comperta ad imperatricem imperatorisque matrem referunt, dantque consilium ut res accurate exploretur. Jubeat, inquiunt, Majestas tua domesticum omnes turmas Macedonicas confestim cogere, Byzantiumque deducere. Horum etenim alterutrum animo versabant, aut ad jussa imperatoris præsto futurum, captivumque quem optant habituros; aut, si obsequi renuerit, accusationem criminis manifesti illi intentaturos, aliumque, qui rerum administrationem capessat, suffecturos. At interea Cantacuzeni consanguinei, et affines scriptis clam litteris machinationem fraudemque illi aperiunt, monentque, si volet luce frui, tenebrasque effugere, contumacia usus mandata

A ἡγεῖτο, καὶ τὴν βασιλείαν σὺν τῷ παιδὶ τελευτῶν τας ἀνέθετο. Ἀλλ' ἡ τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἀγαθὴ τύχη μῖσος ἐνέσκηψε, καὶ φθόνον ἀκίνητον. Καὶ γὰρ φθονοῦσι μᾶλλον τοὺς μᾶλλον ἐπ' ἀρετῇ προϊόντας, ἔθεν καὶ κατὰ τὸν τότε καιρὸν νέος ὢν ἔτι ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης, ἠθούλετο ὁ Καντακουζηνὸς κηδεστὴς αὐτοῦ γενέσθαι (35) ἐπὶ θυγατρὶ Ἑλένῃ. Οἱ δὲ λοιποὶ τῆς συγκλήτου φθονοῦντες πρὸς τὴν μητέρα τοῦ βασιλέως ἐξ Ἀλαμανῶν καὶ Γερμανῶν, ὡς ἐκ συνήθους μακροῦ, τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ἀγαγέσθαι νύμφην ἔφασκον, οὐχὶ δὲ ἐκ τοῦ ὑπηκόου, ὅπως ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν ἐν καιρῷ δυσμενῆ παρὰ τοῦ γένους ἐκείνου σχοίημεν. Συγκατανεύσης οὖν εἰς τοῦτο καὶ τῆς δεσποίνης Ἄννης ὡς ὅτι καὶ ἐξ Ἀλαμανῶν ἦν (36), καὶ προθύμως

B εἶχε πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν αἱμάτων πορφύραν βάψαι τῷ βασιλεῖ καὶ παιδὶ, παροράται Καντακουζηνὸς καὶ αὐτὸς τῆς ἐπιτροπῆς τὸν φόρτον ἀποφορίζεται, ἔξεισι τῆς Κωνσταντίνου, καὶ πρὸς Μακεδονίαν μεθίσταται. Καὶ οἱ τὸν φθόνον τρέφοντες εὖρον εὐκαιρίαν, καὶ καθοσίωσιν κατ' αὐτοῦ πλάττουσι, καὶ τῇ βασιλίσσῃ καὶ μητρὶ τοῦ βασιλέως τὸ πλάσμα ὡς πρᾶγμα βέβαιον ἀπαγγέλλουσι, καὶ δοκίμιον τοῦ πράγματος τῇ δεσποίνῃ συμβουλεύονται, Γενηθήτω, λέγοντες, πρόσταγμα παρὰ τῆς σῆς βασιλείας πρὸς τὸν δομέστικον ὥστε λαβεῖν τὰς τῶν Μακεδόνων ἴλας καὶ ἐλθεῖν ταχὺ πρὸς τὸ Βυζάντιον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐνενόουν, εἰ μὲν ἀπαντήσει πρὸς τὸ θέσπισμα, τὸν θηρώμενον ἔξουσι ὡς ἀνδράποδον· εἰ δ' ἀποκρούσει τὸ προσταχθὲν,

C εὐδηλον τὴν κατηγορίαν καταγγέλλουσι, καὶ δίλογον ἐν τοῖς πράγμασιν χειροτονήσουσι ἔφεδρον. Οἱ δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ προσγενεῖς τε καὶ φίλοι τὸ δρᾶμα λαθραίως διὰ γραφῆς δηλοῦσι, καὶ, Εἰ μὲν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(35) *Ἠβούλετο ὁ Καντακουζηνὸς κηδεστὴς αὐτοῦ γενέσθαι.* Phranzes lib. I, c. 12, tradit Andronicum morti vicinum mandatis supremis præcepisse, ut filius suus ac hæres Joannes filiam Cantacuzeni uxorem duceret, quam ob causam potiori jure affinitatem illam contractam Cantacuzenus cupiebat. Verum senatorii ordinis huic adversata est sententia, in quam Annam adducere haud difficile fuit. Rerum quippe summa ex testamento Andronici jam potiebatur Cantacuzenus, quod Annæ imperatrici Joannis matri grave ac molestum erat. Contracto deinde matrimonio illo, pluribus nitebatur munimentis tutor socerque imperatoris factus. Hoc loco lectorem monebimus historicum nostrum in enarrandis rebus, quæ sub imperatore Joanne gesta sunt, donec Cantacuzenus monachus et anachoreta fieret, ab hoc non multum dissentire: ex quo non parum auctoritatis ac commendationis ei accedere debet, cum Cantacuzenus diligens ac judicio præstans historicus sit. Paucis indicabimus illa quæ diversa apud Catacuzenum occurrunt, qui res illas singulas amplius et exquisite magis explicatas complexus est.

Lib. III, cap. 3, Cantacuzenus queritur se a patriarcha et Apocaucho statim post excessum Andronici petitum esse. Cumque in Triballos seu Servios, qui fines imperii populabantur, moturus esset, urbe excedit, prius vero quam abeat, imperatricem adit ei valedicturus. Dum inter se colloquuntur, Cantacuzenum Anna hortatur, ut ante discessum filiam suam imperatori Joanni despondeat, quod ut faceret, adduci tunc non potuit, et sponsalia illa post reditum suum distulit. Πρὶν δὲ Βυζαντίου ἐξελθεῖν γενόμενος ἐν βασιλείοις αὐθις ὡς συνταξάμενος τῇ βασιλίδι, τὴν θυγατέρα κελευούσης βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἰωάννῃ τὸν μίγαν δομέστικον κατεγγυᾶν, ἀνεβάλλετο εἰς τὴν ἐπάνοδον ἐκεῖνος τὴν ἐκ τῆς Ἑσπέρας. *Antequam vero Byzantio discederet, in palatium iterum abiit imperatrici valedicturus: quæ cum hortata ipsum fuisset, ut Joanni imperatori adolescenti filiam suam desponderet, id facere post reditum suum ex Occidente distulit.* Dissentit ergo a Cantacuzeno Ducas noster, qui eum ambiisse generum sibi imperatorem adscisceret narrat: eumque repulsæ impatientem, invidiaque procerum se peti animadvertentem Constantinopolim deseruisse.

(36) *Ἄννης ὡς ὅτι καὶ ἐξ Ἀλαμανῶν ἦν.* Dicas eam ex Alemania fuisse dicit; quod fortasse Sabaudiæ comites imperio subditos esse sciverit: vel quod eadem regione ortam, ac imperatricem ex ducum Brunsvicensium prosapia Annam Andronici senioris uxorem, crediderit. Verum Cantacuzenus ipsam ex Sabaudiæ comitibus ortam asserit. Quod confirmat Lambertus Vander-Burchius in Sabaudorum ducum principumque historia gentilitia, sed illam vocat Joannam: sic itaque ille: *Joanna uxor Andronici Palæologi imperatoris Byzantini, Amedei IV Sabaudiæ comitis VIII, et Joannæ Brabantinæ filia.* Gregoras, lib. VIII, c. penult. appellatam fuisse Annam, mutato nomine, tradit.

Digitized by Google

βούλει τὸν ἥλιον ὁρᾶν, καὶ σκότους ἀπέχεσθαι, τὰ πρωτεῖα τῇ παρακοῇ νέμε, γεγράφασιν· εἰ δ' ὑπήκοος γένῃ. Ἕξεις πρὸ θανάτου τὴν σκότωσιν (37). Καὶ ταῦτα μαθὼν ὁ Καντακουζηνὸς, καὶ τοῦ θεσπίσματος καταφρονήσας προφανῶς ἀντέστη. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ (38) ψηφίζουσιν ἔπαρχον, Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον, ἄνδρα ἀγενῆ τε καὶ ἀνάνδρον, πλὴν ποικίλον ἐν πανουργίᾳ καὶ δεινὸν ἐν σκαιότητι, ὃν καὶ μέγαν Δοῦκαν ἡ βασιλὶς ὠφψικίωσεν. Οὗτος μαθὼν τοὺς τὸν Καντακουζηνὸν (39) ἀπαγγείλαντας τὰ γενόμενα, καὶ συλλαβὼν ἅπαντας προσγενεῖς τε καὶ φίλους, ἐν τῷ φρουρίῳ τοῦ μεγάλου παλατίου ἀπέκλεισε, τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ διακοσίους ἄνδρας, ἡμιθέους, ἥρωας, καὶ Πελοπίδων, καὶ Αἰακίδων ἀπογόνους. Τούτους ἔχων ἔνδον ὡς στρουθία εἰς πάγην, καὶ φοβηθεὶς μή ποτε νεωτερίσαντες ἀντέχωσι τοῦ φρουρίου, καὶ γένωνται οἱ δέσμιοι ἐγκρατεῖς δι' ἐπισκέψεως τῶν συγγενῶν

A imperatoria detrectet, quibus obsequentem manent ante mortem tenebræ. Hæc ubi intellexit Cantacuzenus jussis imperatoris spretis palam rebellat: tuncque qui in urbe erant in locum ejus alium præfectum constituunt Alexium Apocaucum, virum timidum et ignavum, vafrum tamen et astutum, sceleruinque peritum artificem, quem etiam magni ducis officio et dignitate imperatrix auxit. Iste, cum recepisset eos qui Cantacuzeno insidiarum machinationem et seriem patefecerant, comprehensos omnes ejus consanguineos et amicos supra ducentos viros, heroas et semones, Pelopidarum et Æacidarum almepotes, in carcere magni palatii conclusit. Tanquam passeres itaque intra retia præpeditos dum retinet, veretur ne quando novi aliquid moliti B custodibus superiores evadant, et vincti palatium occupent, consanguineorum et amicorum studio et opera adjuti. Potior namque civium pars, cum se-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(37) *Πρὸ θανάτου τὴν σκότωσιν.* Excæcationem ut vitet monent: vero simile enim est ipsum excæcandum fuisse, si tunc captus fuisset, ut imperio ineptus redderetur; ipseque Cantacuzenus lib. IV, sub finem genero suo Joanni gratias agit, quod Matthæum Cantacuzenum filium non excæcaverit: hic enim imperium affectabat, et regnante patre Cantacuzeno despota designatus fuerat. Theophylactus Simocatta, *Hist. Mauricianæ*, lib. IV, cap. 6, de excæcato Hormisda Persarum rege a subditis suis verba faciendo hisce exponit: Νύκτα κατ' αὐτοῦ τὸ λοιπὸν διὰ παντὸς ἐψηφίζοντο. *Nocte perpetua eum damnarunt*, ne ut Cabades olim aufugerei, et contumelias sibi illatas ulcisceretur.

(38) *Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ.* In Cantacuzenum, dum Constantinopoli abest rei publicæ causa, invidia et odio accensi patriarcha et Apocauchus conjurant, et ut hostem proscribunt, hicque præfectus urbi creatus est. Cantacuzenus lib. III, cap. 22: Ἀπόκαυχον δὲ τὸν παρακοιμώμενον ἄρχοντα Βυζαντίου ἀποδείξαντες, ἐκέλευον τὸν πόλεμον κινεῖν ὅθεν ἂν αὐτῷ δοκοίη βέλτιον. *Apocauchum vero accubitorem Byzantii præfectum creant, jusserunique in quascumque partes, prout ipsi e re publica visum erit, bellum movere.* Quisnam fuerit isto Apocauchus, et unde ortus, discimus a Cantacuzeno lib. III: Οὗτος γὰρ δὴ ὁ παρακοιμώμενος ἐκ Βιθυνίας ὁρμώμενος καὶ ἄσημος ἐκ φαύλων φύς, τὰ πρῶτα μὲν ὑπεγραμμάτευσε πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ, etc. *Hic accubitor* [Apocauchus] *ex Bithynia profectus, ingloriusque parentibusque vilibus et obscuris natus, primum quidem operam suam mercede tenui vectigalium redemptoribus ad scriptum faciendum locavit.* Vocatur etiam a Nostro ἀγενὴς καὶ ἀνάνδρος. Fortuna tamen usus secunda ad præcipuas palatii dignitates provectus est, ita ut magnus dux creatus sit.

(39) *Οὗτος μαθὼν τοὺς τὸν Καντακουζηνόν.* Noster historicus semel in carcerem compactos Cantacuzeni amicos indicat: sed hic historiæ suæ libro tertio capp. 86, 87 et 88, sæpius incarceratos fuisse queritur. His vero duobus postremis capitibus de constructione istorum ergastulorum loquitur, et de nece Apocaucho illata, cap. 87, sic narrat: Δεσμωτήριον δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου καινὸν ποιεῖν διενοεῖτο. Οἴκου γάρ ὄντος ἐκεῖ μεγάλου Ἰουστινιανείου προσαγορευομένου, τὴν στέγην ὑπὸ τοῦ χρόνου διεφθαρμένου, πᾶσαν εἴσοδον ἀναφράξας, οἰκίσκους ἔνδον ἐκείνου πλείστους διελεῖν ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει, καὶ τούτοις

C Apocauchus sequenti capite 88 narrat eodem fere modo, quo Ducas noster. Alia vero Constantinopoli gesta sunt, quæ recenset Cantacuzenus, ex quo Apocauchus præfecturam urbis inivit, ad ipsius cædem per incarceratos illos patratam. Statim namque præfectus urbi creatus Apocauchus, aliquos Cantacuzeni amicos interfecit, aliquos in vincula conjecit; quo territi alii ad hunc aufugiunt, et hortantur ne longiores moras nectat: imperatorisque nomen et insignia quanto ocius sumat: quorum monitis tandem paruit; et ornamenta imperatoria induit. Quæ cum ad Annam et senatum Constantinopolitanum allata essent, iis placuit Joannem imp. Palæologum coronari. Apocauchus porro auctoritate sibi concessa per superbiam ac proterviam abutendo, Cantacuzeni matrem diris ac inhumanis modis in carcere vexat; quæ febri tandem correpta, medicorum ope, alimentisque opportunis immanitate sævissima ei negatis, anno 6850 D [Christi 1342], Januarii die 5 diem obiit. His peractis ad Serviæ seu Triballorum Cralem Stephanum Cantacuzenus abit, et junctis cum eo fœderibus auxilia sibi parat. Ubi dum moratur, Atinis seu Aidinis F. Amur sive Homur superato Hellesponti freto Didymoteichum advolat, ei opem laturus, qui a Cantacuzena humane ac magnifice excipitur: et per longum tempus frustra exspectato Cantacuzeno in Asiam revertitur. Unde ab illo evocatus opem fert, et auxiliares copias ei adducit. Cum vero Smyrna a Latinis capta fuisset, eam oppugnaturus Amurius abit, frustraque tentat. Imperatrix ad Orchanem auxilia rogatum legatos mittit et fœdus cum eo init: quod Cantacuzenus, Orchane in partes suas tracto, interrumpit; iterumque Amurium ut sibi opem ferat accersit. Apocauchi deinde consilium de exstruendo carcere secutum est, et cædes illius ab incarceratis patrata.

καταχλεῖσαι τοὺς δεσμώτας ἄνωθεν καλωδίοις καθιεὶς, ὥστε νυκτὸς μὲν τοῖς οἰκίσκοις χρῆσθαι, ἡμέρας δὲ πρὸς μετρίαν ἄνεσιν τῷ ὑπολελειμμένῳ μεταξὺ χωρίῳ. *Carcerem novum in Constantini Magni palatio exstruere cogitavit: in quo domus ampla de Justiniani nomine appellata stabat, cujus tecta temporis lapsu diruta erant: aditibus omnibus præclusis, intra illius parietes tuguriola plurima a se invicem separata ex utraque parte ædificare volebat, in quæ per superius ostium carcerati funibus demitterentur, in hisque totam noctem agerent: per diem vero in area levandæ ægritudinis causa deambulare iis liceret.* Quomodo vero interemptus fuerit

natus, tum plebs Cantacuzenum suspiciebat, quem magnificentissimum et in omnes maxime beneficum experti erant: hac de causa ejusmodi consilium improbum init: omnes inter se versari familiariterque colloqui intra carceris septa interdiu permittere, per noctem vero separatos binos singulos vel etiam ternos in quibusdam domunculis custodiæ securioris causa concludere. Jamque consilium peragebatur, asseresque et ligna apparabantur, et fabri advocati erant, cum illud, qui sub custodia tenebantur, senserunt, inque sui certam ac manifestam perniciem parari cognoverunt: illamque per noctem singulorum separationem, strangulationem aut in profundum mare demersionem prænuntiare, hosque sermones dum inter se agitant, animo despondent. Interim Apocaucus fabris ostensurus modum et ordinem, quem teneant in cameris illis exstruendis, nullo comitante equite, sed uno servo, eoque, ut mos ipsi erat, pedibus sequente venit, intraque januam carceris ingreditur; quem mox conspectum, ut communem omnium pestem, vitæque singulorum insidiantem, unus eorum inter præcipuos ex genere *Raoul* apprehensa vice gladii tabula obvia, quæ ad limen statuendum dedolata erat, invadit, ejusque caput percutit, et Apocaucus ab equo, velut alius Satan de cœlo, cadit. At Apocauci servus cum Raoul colluctatur, et ambo tanquam in certamine singulari stant: dumque simul confligunt, incarceratorum alius arrepta de fabri manibus securi, **10** humi jacentis caput abscindit, illudque palo infixum in propugnaculi quadam parte depangit. Tantum facinus non parum attonitos reddidit Byzantinos, imperatricem ipsam, totumque exercitum; omnes itaque concursu ad palatium promiscue facto ingrediuntur, non tamen citra pugnam cædemque, sed multa vi facta sibi via: omnesque trucidarunt, præter sex, qui in subterraneo templi novi monasterii specu delitescentes salvi evaserunt; plurimos etiam in medio templo mactaverunt, nec adytorum, aut altaris majestas et reverentia, ut parceretur ulli, quidquam valuere. Inter eos equidem, qui tanto periculo erepti sunt, fuit avus meus paternus MICHAEL DUCAS: ipsi porro monachorum illius monasterii mantis seu cappis induti Constantinopoli aufugerunt, et in oppositam continentem Asiam transvecti, in regiones orientales alius in Bithyniam, alius alio discesserunt, avusque meus Asiam petiit, adivitque Jesæum filium Atenis, et ei, sibi quæ acciderant, narrat. Eruditus equidem erat,

(καὶ φίλων καὶ γὰρ τὸ πλεῖστον τῆς πόλεως μέρος; ὅσον τῆς γερουσίας, ὅσον τὸ συρφετὸν ἐσέβετο τὸν Καντακουζηνὸν ὡς μεγαλοδωρότατον, καὶ εἰς ἅπαντας εὐεργετικώτατον), βουλεύεται βουλὴν πονηράν· τὴν μὲν ἡμέραν ἔχειν ἀλλήλοις τὸν ὅμιλον, καὶ συνδιάγειν ἐντὸς τοῦ φρουρίου τοὺς ἅπαντας, τὴν δὲ νύκτα κατὰ μέρος σὺν δύο, καὶ σὺν τρεῖς ἀσφαλίζεσθαι ἐν οἰκίσκοις τισί. Τὸ δὲ βουληθὲν εἰς ἔργον ἦγετο, καὶ δὴ σανίδες, καὶ ξύλα, καὶ τέκτονες παρεσκευάζοντο. Ὡς δὲ τὸ πραττόμενον οἱ φρουρούμενοι ἔγνωσαν, εἶπον ἐν αὑτοῖς, Οὐκ ἄλλο τοῦτο πλὴν προφανὴς ἡμέτερος ὄλεθρος. Ἡ γὰρ ἀπ' ἀλλήλων διάστασις τὴν νυκτώδη πνιγμονήν, ἢ τὴν ἐν βυθῷ τῆς θαλάσσης καταπόντωσιν προμαντεύεται. Ταῦτ' ἔφασκον, καὶ εἰς ἀθυμίαν ἐνέπεσον. Ὁ δ' Ἀπόκαυκος ἐλθὼν τοῦ μεθοδεῦσαι τὰς σκηνὰς, πῶς δεῖ πῆξαι τοῖς ἀρχιτέκτοσιν, μόνος ἔφιππος οὐκ ἄλλου τινὸς συνιππεύοντος πλὴν ἑνὸς δούλου, καὶ τούτου πεζοποροῦντος ὡς ἔθος· ἐντὸς δὲ τῆς θύρας τοῦ φρουρίου γενόμενος, καὶ τοῦτον οἱ ἐκεῖ κατεχόμενοι ὡς φθορέα κοινὸν, καὶ ψυχάρπαγα θεασάμενοι, μίαν τῶν παρατυχόντων [παρατυχουσῶν] σανίδων φλιᾶς ἕνεκα λεπτυνθεῖσαν, λαβὼν εἷς τῶν προύχόντων ἐκ γένους Ῥαοὺλ ἀντὶ ξίφους, παίει κατὰ κεφαλῆς τὸν Ἀπόκαυκον. Ὁ δὲ κατὰ γῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου ὡς ἀπ' οὐρανοῦ ἄλλος Σατὰν πίπτει. Ὁ δὲ δοῦλος πλέκεται τῷ Ῥαοὺλ (40) καὶ ἄμφω μονομαχοῦντες εἱστήκεσαν. Τούτων δὲ ἀσχολουμένων ἐπὶ τῇ πάλῃ, ἕτερος τῶν ἐγκλείστων πέλεκυν παρὰ τῶν τοῦ τέκτονος χειρῶν ἁρπάσας τὸν χαμαὶ πεσόντα κατατομεῖ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐν ἑνὶ μέρει τῶν προμαχώνων ξύλῳ πεπερονημένην προσπήγνυσι. Τοῦτο οὐκ εἰς μικρὰν ἀθυμίαν ἐνέβαλε τοὺς Βυζαντίους; σύναμα τῇ κρατούσῃ, καὶ παντὶ τῷ στρατῷ· ἀλλὰ φύρδην ἅπαντες συνδραμόντες; ἐντὸς τοῦ παλατίου εἰσῆλθον οὐκ ἀκόπως οὐδ' ἀναιμακτὶ, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς βίας, καὶ πάντας κατέσφαξαν πλὴν ἐξ σωθέντων ἐν τῷ ὑπογείῳ τοῦ ναοῦ τοῦ νέου· καὶ γὰρ τοὺς πλείονας ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ τούτου κατέθυσαν, οὐκ αἰδοῖ, ἢ φειδοῖ χρησάμενοι τῶν ἀδύτων ἕνεκα καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐξ ὧν εἷς ὁ πατρὸς πατὴρ (41) καὶ ἐμὸς πάππος ἐτύγχανε ΜΙΧΑΗΛ ΔΟΥΚΑΣ· οἳ καὶ ἅμφια ἐνδυθέντες μοναχῶν τῶν ἐκ τῆς μονῆς ἐξῆσαν τῆς Κωνσταντίνου, καὶ τὴν περαίαν διαβάντες εἰς τὰ μέρη τῆς ἴω διεσπάρησαν, οἱ μὲν εἰς Βιθυνίαν, ἕτερος ἀλλαχοῦ· ὁ δ' ἐμὸς πάππος εἰς Ἀσίαν, καὶ δὴ ἐντυχὼν τῷ Ἐσὲ τῷ υἱῷ τοῦ Ἀτὴν, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν δῆλα ποιήσας, καὶ γὰρ ὑπῆρχε παιδείας μεστὸς, καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(40) *Ἐκ γένους Ῥαοὺλ.* Unde genus duxerit Raulus ille non mihi constat; cujusdam ejusdem nominis mentionem facit Gregoras, lib. VI, ductus in locis, qui a Muzalone relictam Theodoram, Michaelis imperatoris ex ejus sorore Eulogia neptem, uxorem duxit: Γυνὴ δὲ πρότερον τοῦ Μουζάλωνος τοῦ πρωτοβεστιαρίου ὕστερον καὶ τοῦ Ῥαοὺλ πρωτοβεστιαρίου καὶ αὐτοῦ γενομένου. Et infra refert Constantinum Porphyrogenitum Rauli filiam uxorem duxisse; Phranzes, lib. III, c. 23 et 25, Georgii Rauli viri nobilitate generis eximii meminit, qui num ex eadem gente ortus fuerit non mihi constat.

(41) *Ὧν εἷς ὁ πατρὸς πατήρ.* Ex hoc loco discimus Historiæ hujus auctorem ex Ducarum antiqua gente originem paternam duxisse: ex qua imperatores aliquot orti sunt, Constantinus Ducas, Michael, Alexius Murzuphlus dictus, et quartus Joannes Vatacia cognominatus: si tamen hic ex eadem gente ortus sit; quem Didymotæcho oriundum ex Georgio logotheta didicimus.

Digitized by Google

πάσης τῆς ἄλλης ἔξω σοφίας ἀνάπλεως, καὶ ἰατρικῆς τέχνης οὐκ ἄμοιρος, γένει τε καταγόμενος τῶν ἀνέκαθεν Δουκῶν κἀκ τῆς αὐτῆς σειρᾶς χρυσόκομος κρίκος. Δεξιοῦται τοῦτον ὁ τύραννος, καὶ προνοεῖ, καὶ φιλοτιμεῖται τὸν ἄνδρα σιτηρεσίοις παντοίοις καὶ εὐεργεσίαις ἀμείψας, καὶ τοῦτον ἐν Ἐφέσῳ καθίστησι, καὶ τὴν μετοικίαν ὡς πατρίδα ἐνηγκαλίσατο. Καὶ τὸν ἀλλογενῆ καὶ βάρβαρον ὡς θεόστεπτον ἔσεβε καὶ ἐτίμα, εἰς νοῦν λαμβάνων τὰς ἀτασθαλίας τῶν Ῥωμαίων, καὶ προβλέπων ὡς ὅτι ἐν ὀλίγῳ πάντα τὰ τῆς Θρᾴκης, καὶ μέχρι Δανούβεως, ὑπὸ χεῖρας τῶν Τούρκων πεσοῦνται, καὶ αὐτοκράτορες φανήσονται ὡς ἐν ὀλίγῳ, καθὼς καὶ πρὸ ὀλίγου ἐν Φρυγίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ, καὶ τῶν ἐπέκεινα ἐγένοντο, Θεοῦ παραχωροῦντος διὰ τὰς ἁμαρτίας τῶν τότε πολιτευομένων Ῥωμαίων, καὶ ἡμετέρων ἀποπάππων.

A et scientiarum liberalium artium peritissimus, medicæ artis non ignarus, genus ducens ab antiquis illis Ducis, inque prosapia ista veluti catenæ annulus aureus splendebat. Hunc ergo honorifice excepit tyrannus, providitque ut cuncta necessaria commeatusque rerum omnium ei præberentur, beneficiisque cumulato Ephesum habitandam concessit: quæ sedes peregrinæ æque ac patria gratæ ipsi ac charæ fuerunt; barbarum vero et alienigenam non aliter quam divina providentia constitutum regem veneratione ac cultu prosecutus est, reputans Romæorum scelera, prævidensque brevi Thraciam universam cæteraque ad Danubium pertinentes regiones Turcos invasuros, et subacturos: ut paulo ante Phrygiam, Asiam ulterioresque provincias debellarant, ita annuente Deo, et peccata Romæorum tunc viventium majorumque nostrorum vindicante.

B

CAPUT VI.

Cantacuzenus calceos purpureos induit, imperator salutatur et ad Serviæ Crralem fugit, et cum eo fœdus percutit (42).

Ὁ γὰρ Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνός, ὃν καὶ φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε, μαθὼν τὴν γεγονυῖαν εἰς τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς τε καὶ φίλους ἄδικον σφαγήν, καὶ τινες ἐκ τῆς πόλεως εἰς αὐτὸν ὀφικόμενοι οὐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν, προγενεῖς ὄντες αὐτοῦ καὶ τῶν φονευθέντων καθ' αἷμα, καὶ ἐξ ἀγχιστείας πλείονες μελανειμονοῦντες παρέστησαν τῷ Καντακουζηνῷ κλαίοντες, καὶ ὀλοφυρόμενοι, καὶ καταβοῶντες αὐτοῦ, ὡς Ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ τοὺς ἡμετέρους ἀπεβαλλόμεθα, καὶ τὸ ἄνθος τῶν Ῥωμαίων κατεμαράνθη, καὶ ἐλώλεν· ἡ βασιλεία ἐν χερσὶ γυναικείαις κερκίδος δίκην παρακλώθουσα καὶ παρατρακτοῦσι τὴν ἀλουργίδα, ἡ ἀρχὴ ἐν ὑπομαζίῳ βρέφει, μόλις τὸν νοῦν καὶ τὴν γλῶτταν ἐν παιγνίοις καὶ ψελλίσμασι ἐνεργεῖν δυναμένῳ. Ἡ δυναστεία ἐν ἀγοραίοις καὶ μηδαμινοῖς ἀνδράσι. *Πείσθητι τῶν ῥημάτων ἡμῶν, καὶ ἀντιλαβοῦ τὴν ἡγεμονίαν, καὶ περίζωσε τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, καὶ ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης.* Τότε ὁ Καντακουζηνὸς (43), ἀναλογισάμενος τὰς ἐπαναστάσεις τῆς

Joannes itaque Cantacuzenus in superioribus sæpius dictus audita amicorum ac consanguineorum tam inique patrata cæde [vehementer perculsus est] conspectisque non paucis sanguine et affinitate proximis, tam sibi, quam occisis, qui pullati urbe relicta ad eum transierunt, **11** ejulatibusque ac singultibus mistas querelas in eum jactarunt, se suosque propter illum quotidie truciari, Romæorumque florem cædibus convulsum radicitus languescere, imperii sceptrum fœminæ manibus tractari, in iisque transformatum in radium textorium, colo fusoque additis, texendis purpuris inservire, dignitatem imperialem infanti adhuc lactenti innixam, qui crepundia vix dignoscat et lingua balbutiente eorum nomina vix proloquatur, magistratus forensis turbæ homines vilesque obtinere. *Crede*, inquiunt, *verbis nostris, imperiique fasces sume, accinge gladium super femur tuum, intende, procede et regna propter veritatem, mansuetudinem et justitiam.* Cantacuzenus, animo tum revolvens ab imperatrice et senatu invidia exagitatis adversum se præter rationem excitatas turbas, insidiisque se petitum, Ro-

C

Ismaelis Bullialdi notæ.

(42) Quæ hoc capite Ducas enarrat, videntur potius ante Apocauci mortem, quam postea accidisse: anno nempe 6850 (Christi 1342), quo tempore Joannes imperator Palæologus annos 10 natus erat; cui ætati impuberi conveniunt verba illa ἡ ἀρχὴ ἐν ὑπομαζίῳ, etc.; post mortem enim Apocauci non longo tempore CPolim ingressus est Joan. Cantacuzenus anno 6855 [Christi 1347], quo tempore Palæologus annos fere 15. natus erat, nec amplius lactens balbutiensque appellari poterat.

(43) *Τότε ὁ Καντακουζηνός.* Hortatu suorum amicorum imperatoria ornamenta induit Cantacuzenus, crepidas sericas coccinei seu purpurei coloris, quæ insignia fuerunt ab impp. Constantinopolitanis usurpata. Zonaras tom. III, de Basilino quodam remige imperatoriæ triremis Michaelis Theodoræ filii mentionem faciendo, Ἐδίδου αὐτῷ τὰ τοιαῦτα πέδιλα, καὶ προστάττειν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. *Dedit ei* (id est Michael imperator Basilino) *purpureos calceos, et induere præcipit, eumque imperatorem appellavit.* Nicetas Choniates in *Annalibus* duobus locis: primo cum Alexius Comnenus Joannem filium suum successorem designat, Ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. *Crepidas purpureas ei concessit, imperatoremque appellavit:* et tomo III de Theodoro Lascari, Τὸ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδύεται, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑφ' ὅλων τῶν ἑῴων ἀναγορεύεται. *Calceos purpureos induit, et Romanorum imperator ab Orientalibus omnibus proclamatur.* Gregoras etiam libro tertio de Palæologorum generis splendore disserens, et de contracta affinitate ab Alexio Angelo imperatore cum Palæologo Alexio, cui Irenem primogenitam filiam despondit, eamque imperio destinavit: Ὡς ἐπειδὴ γονῆς ἄῤῥενος αὐτὸς οὐκ ἠξιώσατο ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προστετάχει· ἵνα εἴη αὐτή τε, καὶ ὁ ταύτῃ συζυχθησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος. *Qui* [Alexius

D

Digitized by Google

mæis obtemperat, calceosque purpureos et sericos induit, imperatorque ab universo exercitu salutatur, Deo, ut mihi visum est, cor ejus indurante, ut seditionibus intestinis scissum Romanum imperium Turci invaderent, omnesque illius provincias vastarent: atque etiam alias gentes, Triballos, Mysos, Albanos cæterasque ad occasum sitas; justitia divina, quæ cuncta providet, pœnas exigente a gentibus, quæ continuis incursibus Romanum imperium lacessierant, vindicante etiam Romæorum perjuria. Juramentis namque præstitis, addito excommunicationis anathemate diro, fidem suam obstrinxerant imperium servaturos Lascaris filio, nec unquam Palæologi defectioni adhæsuros, aut opem illi laturos: contrario nihilominus jurejurando sanxerunt imperatorem Romanorum se agnoscere Palæologum, excæcato prius Joanne Lascari. Anathemate itaque percussi, in se ipsos maledictionem, ut Judæi tempore passionis Domini, atque exsecrationem accersiverunt, penitusque perierunt, ut narrationis series ostendet, iisdem pœnis ac Judæi, quorum scelera imitabantur, damnati. Statim itaque collectis copiis Thracicis, simulque ab urbe transfugis, ad Serviæ Cralem pergit, sibique illatam præter omne jus et fas contumeliam ei ab initio exponit, suorumque affinium cædem. His etenim temporibus Stephanus, hoc enim erat Cralæ nomen, admodum illustris et potens erat; sic namque accidere solet, ut, corporibus multa mole assurgentibus, multoque gravitatis pondere depressis ac demersis, quæ levia et tenuia sunt, in sublime ferantur. Romæorum certe infortunia et quotidiani sequeque **12** serie continua excipientes tumultus bellici atque intestinæ seditiones, Barbarorum colluviem superiorem ipsis potioremque reddiderant. Unde Serviorum principi audacia nata vires acquirendi, et Cralæ nomen assumendi: quæ barbara appellatio Græce reddita βασιλέα (id est imperatorem) designat. Cum audiisset ergo Cantacuzeni querelas lætitia completus, suppetias ei se laturum, ut Romæis resistat, pollicetur, etiamque tuiit. At Byzantines, ubi certiores facti sunt de Cantacuzeni defectione, ipsumque imperii insignia induisse, et ab omnibus, qui Thraciam tenebant, Selymbriam usque proclaA βασιλίδος, καὶ τῆς συγκλήτου φθόνῳ φερόμενοι [φερομένων] κατ' αὐτοῦ, ἄνευ τινὸς εὐλόγου αἰτίας, καὶ τῆς τυχούσης ἐπιβουλῆς, συνωμόκουσι τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ἀμφιέννυνται τὰ κόκκινα καὶ τὰ σηρικὰ πέδιλα, καὶ βασιλεὺς παρὰ τοῦ στρατοῦ ἀναγορεύεται, οἶμαι τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο σκληρύναντος τὴν καρδίαν αὐτοῦ, τοῦ διχοστατῆσαι τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων, καὶ διὰ μέσου τούτων εἰσάξαι τοὺς Τούρκους τοῦ καταφθεῖραι πᾶσαν γῆν Ῥωμαίων τὴν ὑπὸ χεῖρα, καὶ οὐ μόνον Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ Τριβαλλῶν, καὶ Μυσῶν, καὶ Ἀλβανιτῶν, καὶ παντὸς ἄλλου δυτικοῦ ἔθνους· κρίμασιν ὡς οἶδεν ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς τὰ μὲν ἄλλα γένη τιμωρῶν διὰ τὰς συνεχεῖς ἀντάρσεις κατὰ Ῥωμαίων· τοὺς δὲ Ῥωμαίους διὰ τοὺς φρικωδεστάτους ὅρκους (44), B καὶ ἀφορισμοὺς ἀφορήτους οὓς ἔφερον κατὰ κεφαλῆς αὐτῶν ὀμνύντες, καὶ ἐξομνύντες τοῦ φυλάξαι τὴν βασιλείαν τῷ υἱῷ τοῦ Λάσκαρι, καὶ μηδ' ὅλως συνομαρτεῖν καὶ συνανταίρειν τῷ Παλαιολόγῳ πρὸς ἀποστασίαν. Ἀντιστρόφως δὲ πάλιν ἀντομνύειν ὥστε ἔχειν καὶ στέργειν βασιλέα Ῥωμαίων τὸν Παλαιολόγον, ἀποτυφλώσαντες πρῶτον Ἰωάννην τὸν Λάσκαριν, καὶ ἀναθέματι καθυποχθέντες αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν, ὡς οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους, ἐπισπάσαντες τὴν ἀρὰν. Οἳ καὶ ἄρδην ἀπώλοντο, ὡς παρακατιὼν ὁ λόγος δηλώσει, τὴν ταυτοπάθειαν τῶν Ἰουδαίων καταχριθέντες ζηλωταὶ τῶν παρανομιῶν γενόμενοι. Εὐθέως οὖν παραλαβὼν ἃς εἶχε δυνάμεις Θρᾳκικὰς, καὶ τοὺς ἐκ C τῆς πόλεως αὐτομόλους, πρὸς Κράλην Σερβίας παραγίνεται, καὶ τὴν ἄπασαν ἦν ἀδίκως ὑπέστη ζημίαν, καὶ ὄνειδος, καὶ τὴν ἐκ τοῦ γένους τῶν οἰκείων φθορὰν ἅπαντα καταγγέλας. Ἦν γὰρ εὐδοκιμῶν ὁ Στέφανος τῷ τότε καιρῷ, οὕτω γὰρ ἦν τῷ Κράλῃ ὄνομα. Καὶ γὰρ, ὡς ἔθος, τὸ ὀγκῶδες καὶ βαρὺ ταπεινωθὲν, τὸ κοῦφον καὶ λεπτὸν εἰς ὕψος αἴρεται. Αἱ γὰρ δυστυχίαι τῶν Ῥωμαίων, καὶ αἱ καθημεριναὶ ἀλλεπάλληλοι ταραχαὶ, καὶ οἱ ἐμφύλιοι πόλεμοι, τοὺς βαρβάρους καὶ ἀγελαίους ὑπερέχοντας αὐτῶν πεποιήκασιν. Ὅθεν ὁ τῶν Σέρβων ἀρχηγὸς ἐτόλμησεν ἀναδύσασθαι κράτος, καὶ Κράλης ὀνομάζεσθαι. Τοῦτο γὰρ τὸ βάρβαρον ὄνομα ἐξελληνιζόμενον βασιλεὺς ἑρμηνεύεται. Ἑνωτισθεὶς οὖν τῶν ῥημάτων Καντακουζηνοῦ (45),

Ismaelis Bullialdi notæ.

Angelus] *postquam prolem masculam non suscepit, crepidas purpureas induere hanc* Irenem filiam suam *præcipit, ut ipsa et qui ei junctus esset, in imperio ei succederent.*

(44) *Τοὺς δὲ Ῥωμαίους διὰ τοὺς φρικωδεστάτους ὅρκους.* Theodorus Lascaris II, Joannis Batatzæ seu Vataciæ filius, Joannem filium suum pupillum moriens reliquit, tutoresque ei dedit Arsenium patriarcham et Musalonem. Theodorus, quod futurum verebatur, a successore suo avertere voluit, ideoque semel atque iterum ab aulæ suæ proceribus infimisque jusjurandum exegit, ut filio suo fideles obsequentesque eo constricti se præberent; post illius etiam obitum repetitum ac statim violatum est. Hoc de negotio adeundus Gregoras lib. 3, cap. 6, et Phranzes lib. 1, cap. 3. Michael etiam Palæologus, et Muzalonis cædis rei, anathemate D dirisque devoti et excommunicati sunt.

(45) *Ἑνωτισθεὶς οὖν τῶν ῥημάτων τοῦ Καντακουζηνοῦ.* Stephanus Serviæ Cralēs Cantacuzeno auxilium roganti conditiones tulit, quibus ei opem ferre cogitabat: at duras nimis visas Cantacuzenus haud admisit. Stephanus propterea Cantacuzeno indignatus de vi ei inferenda consilium agitavit, verum per uxorem Cralænam reconciliatus statim fuit. Cantacuzenus lib. III, cap. 43 et 44. Monendus hic lector hunc Serviæ despotam seu Cralem Stephanum, ad quem Cantacuzenus confugit, ex Nemagna gente fuisse, vocatumque imperatorem, Byzantinique imperii provincias Thessalonicam usque dominationi suæ supposuisse. Regnare cæpit hic Stephanus anno 1331, quo patrem suum Uroscum aulicorum consilio gula fracta interfici jussit. Regnavit ad annum usque 1354, cum ad

Digitized by Google

καὶ πλήρης ἡδονῆς γεγονὼς, συνέβετο τοῦ δοῦναι αὐτῷ βοήθειαν καὶ ἀρωγὴν πρὸς ἀντιπαράταξιν τῶν Ῥωμαίων, ὃ καὶ πεποίηκεν. Οἱ δὲ τῆς πόλεως μαθόντες τὴν ἀποστασίαν Καντακουζηνοῦ, καὶ τὰ παράσημα τῆς βασιλείας ἐνδυθέντα, καὶ παρὰ πᾶσιν ὡς βασιλέα ἀναγορευόμενον τοῖς ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν οἰκοῦσιν ἄχρις αὐτῆς Σηλυμβρίας, κατωδυνῶντο τὴν ψυχήν. Καὶ πλήρεις δειλίας καὶ φόβου γενόμενοι συνείχοντο κοινολογοῦντες ὁ καθεὶς πρὸς τὸν γείτονα τί ἄρα ἔσται τὸ ἀποβησόμενον, τί δὲ ἡ πρὸς τὰ κακὰ ῥέπουσα τύχη τοῖς Ῥωμαίοις ἐκλωσεν.

A matum imperatorem et agnitum, vehemens animi dolor invasit; tunc que perculsi metu ac terrore omnes, conventus et colloquia agitando disserere inter se vicini de incerto imminentium exitu, in quamve partem fortuna anceps Romæis tot calamitatibus afflictis inclinaret.

CAPUT VII.

Homur Atinis filius trajecto Hellesponto in Europam venit, Callipolim appellit, et Didymotœchum, ubi Cantacuzeni uxor substiterat, proficiscitur. Turci Thraciam vastant. Smyrna ab equitibus militiæ Hierosolymitanæ capta. Eam frustra recuperare tentat Homur, et in oppugnatione occumbit.

Τῶν τοῦ Ἀτὴν Τούρκου υἱὸς εἷς Ὁμοὺρ ἐπονομαζόμενος, ἀρχηγὸς τῶν ἐν τῇ Σμύρνῃ πολιχνίων, καὶ αὐτῆς Σμύρνης κατὰ διαδοχὴν λαβόντος [λαβὼν] τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἀτὴν τολμηρὸς ὢν, καὶ θρασυκάρδιος· ἐντυχὼν καὶ λιμένας οἵους ἐγκολπίζεται ἡ Ἰωνία, καὶ δρυμῶνας πολυξύλους καὶ πρὸς κατασκευὰς φορτικῶν νηῶν καὶ μακρῶν τριήρων ἐπιτηδείους, κατεσκεύασεν αὐτάρκως πρὸς ἃς ἠβούλετο λῃστρικὰς διήρεις τε καὶ τριήρεις. Καὶ ἐπεμβαίνων αὐτὰς, ἐπόρθει τὰς περικύκλῳ πόλεις καὶ νήσους Μιτυλήνην σὺν πάσῃ νήσῳ Λέσβῳ, Χίον, Σάμον, Ναξίαν καὶ πάσας τὰς περικύκλῳ νήσους. Μαθὼν δὲ τὴν διχοστασίαν τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὅπως Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς ἀνὴρ εὐγενής τε καὶ τῶν πάλαι ἡρώων ἀπόγονος, ἀνδρεῖος, μαχιμώτατός τε περὶ τὰ πολεμικὰ, καὶ συνετὸς ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς ἦθεσι, βουλὴν βουλεύεται πονηράν. Στόλον γὰρ εὐπρεπίσας τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα λέφη, καὶ ἐξελθὼν τοῦ λιμένος πρὸς Καλλιοὺ πολιν ἀφίκετο αὐτοκέλευστος· κἀκεῖθεν ἐξελθὼν διὰ ξηρᾶς ἄχρις Διδυμοτοίχου ἀφίκετο. Ἔτυχε γὰρ ἐκεῖσε διάγουσα ἡ γυνὴ τοῦ Καντακουζηνοῦ πανοικί. Ἀπερχομένου γὰρ αὐτοῦ ἐν Σερβίᾳ συναγαγὼν πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ καὶ πᾶσαν ἄλλην περιουσίαν, καὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκα, ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ εἰς Διδυμότοιχον ἤγαγε, καὶ πᾶσαν ἄλλην τὴν τυχοῦσαν ἐπιμέλειαν τοῦ πολιχνίου παρασκευάσας τότε πρὸς τὸν Κράλην ἀφίκετο. Ὁ δὲ Ὁμοὺρ μὴ εὑρὼν τὸν ποθούμενον ἐδεινοπάθει καὶ ἐδυσχέραινε· ἐπεθύμει γὰρ τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ὁμιλῆσαι καὶ ὅρκους διδόναι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ, τοῦ εἶναι ἐφ' ὅρου ζωῆς αὐτῶν ἀδελφοὺς καὶ συλλήπτορας. Ἡ δὲ Καντακουζηνὴ δεξιωσαμένη τοῦτον, καὶ φιλοφρόνως ἀποδεξαμένη συμπάσῃ δαψιλεῖ ζωοτροφίᾳ, καὶ ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς, διήρκεσε μῆνας τρεῖς ἐκδεχόμενος τὸν Καντακουζηνὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἕως πεντακοσίους Τούρκους ἱππεῖς, καὶ ἑτέρους τόσους πεζοὺς ἐκ τῶν αὐτοῦ τριήρων· οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ στόλου συναθροισθέντες, καὶ εἰς τὰ τῶν ὑπερεχόντων πλοίων ἐμβάντες τὴν παράλιον πᾶσαν ἐλεηλάτουν ἐξ αὐτῆς

B Atinis Turcorum principis filiorum unus, Homur dictus, Smyrnæ oppidorumque tractus illius princeps, quam ditionem a patre Atine jure hereditario obtinuerat, audax ipse et generosus: quosque Ioniæ littora in sinus curvata portus efficiunt occupabat, sylvasque arboribus densissimas aptis ad fabricandum naves actuarias longasque triremes; ex quibus materias abunde coegit ad prædatorias biremes triremesque pro libitu construendas; quas cum conscendisset, urbes et insulas in ambitu circumjacentes vastavit, et depopulatus est Mitylenen cum tota insula Lesbo, Chium, Samum, Naxum cæterasque alias vicinas insulas. Cum vero nuntius ad ipsum perlatus esset de Romæorum discordia civili, innotuissentque ipsi Joannis Cantacuzeni nobilitas genusque ab heroibus olim deductum, bellica etiam virtus reique militaris peritia, quæ morum probitati ac prudentiæ conjunctæ erant, consilium improbum inivit. Instructam enim classem quadraginta navium portu deduxit, et Callipolim nullo sollicitante appulit, exscensione demum facta terrestri itinere Didymotœchum inde pervenit, ubi Cantacuzeni uxor cum tota familia substiterat; **13** in Serviam enim discedens Cantacuzenus universam supellectilem auream atque argenteam cæterasque opes convasatas, liberos simul et uxorem Adrianopoli deduxerat, et Didymotœchum transportarat; securitati insuper oppidi hujus ab ipso provisum cum ad Cralem se contulit. At Homur cum illum, quem tantopere cupiebat, non invenisset, moleste id tulit; magna siquidem videndi eum cupiditate tenebatur, et alloqui mutuoque jurejurando fœdus ferire, societatemque fraternam et amicitiam firmare, cujus præter mortem non esset alius terminus. Humane ac comiter exceptum Cantacuzena opipare et lautissime omni rerum ciborumque copia domi cum quingentis equitibus Turcis, totidemque peditibus qui triremibus vecti erant, per trimestre tempus commorantem, et tantisper dum Cantacuzenus rediret exspectantem habuit. Cæteri interim classiarii simul collecti majoribus navigiis conscensis oram mari-

Ismaelis Bullialdi notæ.

Divolopotamum Thraciæ urbem fato concessit. Successit illi Uroscus unicus filius, qui imperium ignavia amisit, avique diras et imprecationes, in filium ejusque posteros jactatas, expertus est. Supra notavimus Lazarum Vulci filium Urosco partem imperii paterni ademisse. Maurus Orbinus in *Hist. de regno Slavorum*. Vide etiam ad caput 30, infra.

Digitized by Google

timam universam a Callipoli Selymbriam usque deprædari, tanquam Cantacuzeno opem jam ferrent. Id autem specie tantum agebatur, dum serio Thraciæ situm, locorum aditus exitusque explorabant et speculabantur ; ipse vero terrestri itinere cum suis Rhedæstum usque obvia diripiens et vastans excurrit, et inde Didymotœchum rediit. Cantacuzeni vero reditum cum nimis serum fore intellexisset, velletque ad sua reverti (audierat enim ordinis militaris Hierosolymitani Rhodios fratres classe instructa ad Smyrnæ portum applicuisse, jamque arcem in ipso ædificare cœpisse nomine sancti Petri dedicatam, in quam fugitivi captivi tuto se recipere possent) ad pacem incundam, amicitiamque contrahendam optime dispositus discessit, et Cantacuzena dona quamplurima largita hospitem dimisit. Abiit itaque, captivos multos secum abducens, hasque primitias erroris sui perceperunt Romæi Thraciam cæterasque Occidentis partes incolentes. Nam Bithyni, et Phryges, cæterarumque Orientis præfecturatum incolæ a Turcis in servitutem annis prætoritis redacti erant. Smyrnam tandem revectus Homur oppidulum a fratribus militibus jam perfectum absolutumque cernit, crebrosque et frequentes in eo viros bellicosos et apprime industrios, nihilque constructioni ejus deesse. Acerbo itaque animi dolore correptus, jugiter secum agitare aut oppidum occupandi, aut vitam perdendi consilium. Oppugnatione deinde cœpta non cessavit machinas bellicas experiri, novasque comminisci : noctu ac interdiu ad **14** pugnam velitationibus lacessere, et cuniculis actis cæterisque molitionibus adhibitis muros perfodere, et everteré ; tandemque, velut alter Bacchus, frequentibus oppugnationibus et prœliis in oppidi fossam penetravit, scalisque mœnibus admotis, tanquam canis rabidus, primus murum subire ausus est, solique sibi victoriæ tropæum erigere. Verum divina providentia, quæ omnia quo vult agit et transfert, ferocem animum istius et vehementem impetum intuita, de illo ita decrevit. Cum ad medios scalæ gradus jam pervenisset, galeamque ab oculis parum rejecisset, ut, quantum esset propugnaculi pinna inferior, cerneret, sagittarius e superiore propugnaculo eum vulnerat adacto inter media supercilia telo. Percussus Homur ex alto præceps in

A Καλλιουπόλεως ἄχρι Σηλυμβρίας, ὡς δῆθεν συμμαχῶν [συμμαχοῦντες] τῷ Καντακουζηνῷ, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἰχνηλατῶν [ἰχνηλατοῦντες] τὴς Θράκης γῆν· αὐτὸς δὲ διὰ ξηρᾶς σὺν τοῖς αὐτοῦ κατεδραμεν ἄχρι Ῥεδαιστοῦ, καὶ κουρεύσας, καὶ ἀπολέσας ἐστράφη εἰς Διδυμότοιχον. Ἰδὼν οὖν τὴν ἄφιξιν τοῦ Καντακουζηνοῦ βραδεῖαν οὖσαν, καὶ βουληθεὶς ὀπισθόρμητος γενέσθαι (ἤκουσε γὰρ ὅτι οἱ τῆς Ῥόδου φρέριοι (46) στόλον κατασκευάσαντες ἀφίκοντο ἐν τῷ λιμένι τῆς Σμύρνης, καὶ ἤρξαντο οἰκοδομεῖν φρούριον ἐν αὐτῷ, ὡς ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Πέτρου. ἕνεκα σωτηρίας τῶν φυγάδων αἰχμαλώτων), τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ φιλίαν καλῶς διατεθεὶς αὐτός, ἡ δὲ Καντακουζηνὴ σὺν δώροις ὅτι πλείστοις φιλοξενήσασα ἀπέπεμψεν, ἐλθὼν μετ' αἰχμαλωσίας

B ἱκανῆς, ἀπαρχῆς οὔσης τοῦ καρποῦ τῆς ἁμαρτίας τῶν Ῥωμαίων τῶν κατοικούντων ἐν Θράκῃ, καὶ ἐν πᾶσιν τοῖς κατὰ δύσιν μέρεσιν. Οἱ γὰρ Βιθυνοὶ, καὶ Φρύγες, καὶ οἱ ἐν πάσαις τῆς ἑῴας οἰκοῦντες ἐπαρχίαις, προλαβὼν γὰρ ὁ χρόνος κατέφθειρεν, οἳ καὶ ὑπὸ τῶν Τούρκων κατεφθάρησαν· ἐλθὼν δὲ ὁ Ὁμοὺρ ἐν τῇ Σμύρνῃ, καὶ ἰδὼν τὸ πολίχνιον ἤδη ὑπὸ τῶν φρερίων πεπληρωμένον, μεστὸν ἀνθρώπων πολεμικῶν καὶ εὐμηχάνων, πλῆρες κατειργασμένον καὶ μηδεμιᾶς ἄλλης δεούσης οἰκοδομῆς, ὠδυνήθη τὴν ψυχὴν, καὶ ἐπιμόνως καθ' ἑαυτὸν ἐβουλεύσατο, ἢ τὸ φρούριον κατασχεῖν, ἢ τὴν ψυχὴν ἀποβάλλεσθαι. Ἀρξάμενος δὲ μάχεσθαι καὶ ἀντιμάχεσθαι, καὶ πολεμικὰς μηχανὰς ἐξετάζειν καὶ ἐφευρίσκειν,

C οὐ διέλιπε νύκτα καὶ ἡμέραν διεγείρων πολέμους διά τε ἀκροβολισμῶν καὶ γαιορυγμάτων, καὶ τοιχορυγμάτων καὶ πασῶν ἄλλων κατασκευῶν. Ἤδη δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀγωνίσμασι καὶ παλαίσμασιν ὥσπερ τις ἄλλος Λυαῖος ἀντιμαχόμενος ἠδυνήθη εἰς τόσον, ὡς καὶ τὴν τάφρον τοῦ πολιχνίου διαπεράσαι σὺν τοῖς αὐτοῦ, καὶ κλίμακας ἐν τοῖς τείχεσι θεῖναι, καὶ ὡς λυσσητὴρ κύων, ὥρμησεν αὐτὸς πρῶτος ἀναβῆναι, καὶ τὸ τροπαῖον αὐτὸς μόνος λαβεῖν. Ἡ δὲ ἄνω Πρόνοια, ἡ τὰ πάντα καλῶς ἄγουσα καὶ μεταφέρουσα, ὁρῶσα τὸ θηριόγνωμον αὐτοῦ καὶ δρακόντιον ὅρμημα, μεσάζοντος ἤδη τῆς ἀναβάσεως τῶν βαθμίδων τῆς κλίμακος, καὶ ἀνα-

D πετάσας μικρὸν τὴν περικεφαλαίαν ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ ἰδεῖν τί τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ προμαχῶνος, καὶ βέλος ἀφίεται τζαγρόβελος κατ' αὐτοῦ, καὶ περονᾷ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(46) *Ἤκουσε γὰρ ὅτι τῆς Ῥόδου φρέριοι.* Jacobus Bosius qui historiam religionis et militiæ S. Joannis Hierosolymitani Italice scripsit, Smyrnam a fœderatis captam ait anno Christi 1344, sed de castro ædificato nullam mentionem facit Recte equidem convenit hæc temporis nota cum illis quæ a Cantacuzeno narrantur ; nam belli civilis hujus initio Homur Didymotœchum venit. Bosio consentit Cantacuz. lib. III. cap. 68, et a Rhodiis equitibus aliisque belli fœdere consociatis captam Smyrnam tradit. Τριήρεις γὰρ τέτταρες, καὶ εἴκοσι Λατινικαὶ ἐκ τε Ῥοδίων καὶ τινων ἑτέρων παρεσκευασμέναι ἐπέπλευσαν τῇ Σμύρνῃ, καὶ τὸ πρὸς τῷ λιμένι φρούριον εἷλον, καὶ ναῦς ἐνέπρησαν οὐκ ὀλίγας Περσικάς. Ἀμοὺρ δὲ παρὼν καὶ ἀμυνόμενος οὐκ ἴσχυε περιγενέσθαι τῆς Λατινικῆς δυνάμεως. *Triremes 24 Latinæ Rhodiorum equitum, aliorumque Smyrnæ bene instructæ appulsæ sunt, et ab iis castrum portui impositum occupatur, navesque plurimæ Persicæ incenduntur. Quo cum accessisset Homur, et pro viribus Latinos oppugnaret, ipsos nusquam superare potuit.* Manifeste sibi adversantur Ducas noster et Cantacuzenus : nam si, quæ Cantacuzenus narrat, vera sunt, post Smyrnam scilicet a Latinis occupatam Homurem eam expugnare frustra tentavisse, Cantacuzeno deinde suppetias latura fretum Hellespontiacum denuo trajecisse : non potuit in oppugnanda Smyrna, ut noster narrat, occubuisse. Qui porro Frerii Rhodi appellantur, sunt religiosi ac milites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, qui hodie vulgo equites Melitenses appellantur.

Digitized by Google

ται τὸ ἐπισκήνιον διὰ μέσου τῶν ὀφρύων, καὶ πίπτει κύμβαχος ἄνωθεν κάτω, καὶ οὕτω βιαίως ἀπέρρηξε τὴν ψυχήν. Ἁρπάσαντες δ' αὐτὸν οἱ στρατιῶται ἔνδον πεσόντος [πεσόντα] τῆς τάφρου πολλῶν πεσόντων Τούρκων, ἔφερον αὐτὸν νεκρὸν ἐν τῷ πολιχνίῳ τῆς Σμύρνης (47) τὸ κείμενον ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους, ὅπερ φρούριον ἐτύγχανε ὀκρόπολίς ποτε τῆς παλαιᾶς καὶ διεφθαρμένης Σμύρνης, ἀνακαινίσας αὐτὸ προλαβών ὀλίγοι· ἔτεσιν Ἰωάννης ὁ Δοῦκας βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων· ὁ Ἀτὴν δὲ ἀρχηγὸς Τούρκων, ὁ καὶ πατὴρ τοῦ Ὁμοὺρ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἀνδρονίκου τοῦ γέροντος ἔλαβε καὶ κατεῖχε· τοιοῦτον ἦν τὸ τέλος ὁ Ὁμοὺρ ἔσχεν.

A caput cadit, vitamque hoc violento exitu finivit. In fossam lapsum milites Turci magno numero accurrentes mortuum in oppidum Smyrnæ vertici montis impositum raptim efferunt: quod castrum veteris eversæque Smyrnæ arx quondam fuerat, non multos ante annos a Joanne Duca Romanorum imperatore iterum ædificata, quam Atin Turcorum princeps Homuris pater Andronico seniore imperante a Romanis postea recepit et obtinuit.

CAPUT VIII.

Cantacuzenus in Thraciam redit. Anna imperatrix auxilia ab Orchane petit et impetrat. Turci imperii provincias populantur et captivos abducunt.

Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς συνθήκας ποιήσας μετὰ τοῦ Κράλη καὶ φιλίαν ἄσπονδον [ἔνσπονδον], μεσολαβούντων κάστρων, καὶ πόλεων καὶ ἐπαρχιῶν τῆς δυστυχοῦς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἀντὶ Ῥωμαίους δεσπότας κληροδοθέντες [κληροδοθέντων] εἰς ἡγεμόνας βαρβάρους, Τριβαλούς τε, καὶ Σέρβους· ἤρξατο δὲ κατατρέχειν καὶ αὐτὸς, καὶ λεηλατεῖν, καὶ φθείρειν πάσας τὰς πόλεις τῆς Θρᾴκης ἄχρις αὐτῆς Σηλυμβρίας. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἐννοήσαντες τὸ γεγονὸς παρὰ τοῦ Ὁμοὺρ τὸν πέρυσι χειμῶνα, καὶ σκοποῦντες ὅτι τοῦτον ὁ Καντακουζηνὸς μετεπέμψατο, καὶ αὐτὸς ἦν αἴτιος τῆς ἐνδημίας τοῦ Ὁμοὺρ, οὐκ εἰδότες ὅτι αὐτόκλητος ἐλήλυθε, ἢ ὅτι κλώθουσα ἀντιστρόφως τὰ νήματα κακὴ τύχη τῶν Ῥωμαίων προὐξένησεν αὐτὸν τοῦ ἐλθεῖν καὶ καταπατῆσαι χώματα εὐθαλῆ Ῥωμαίων γῆς, βουλὴν βουλεύονται πονηρὰν, καὶ κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν ὀργὴν καὶ μῆνιν θεήλατον· προξενοῦσι τῇ δεσποίνῃ Ἄννῃ τῇ μητρὶ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἔτι μείρακος τοῦ στεῖλαι πρέσβεις εἰς τὸν ἡγεμόνα τῆς Βιθυνίας καὶ Φρυγίας, ἔτι δὲ καὶ Παφλαγονίας, τὸν δν ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, τὸν Ὀρχὰν, τοῦ αἰτῆσαι ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν, ὡς ἵνα καταπολεμήσῃ τῷ Καντακουζηνῷ ἀποστάτῃ ὄντι τῆς βασιλείας· συνθεμένη δοῦναι αὐτῷ ποσότητα χρυσίου πολλοῦ, καὶ οὓς ἀνδραποδίζουσιν οἱ Τοῦρκοι Ῥωμαίους ὑπηκόους τοῦ Καντακουζηνοῦ, ἔχωσι ἄδειαν πωλεῖν καὶ πιπράσκειν ἔνθα βούλονται· καὶ τοὺς μὴ θέλοντας πωλῆσαι τοὺς αὐτοῦ αἰχμαλώτους, ἀνεμποδίστως περᾶν αὐτοὺς ἀπὸ Σκοταρίου, καὶ ἄγειν καὶ φέρειν αὐτοὺς ἔνθα βούλονται. Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ Ὀρχὰν, καὶ ἡδέως ἀκούσας, ἐδίψα γὰρ τὴν τοιαύτην πρὸ πολλοῦ γεῦσιν, καὶ θαρσαλέως πηδήσας, καὶ μετὰ πολλῆς ἡδονῆς τὸ μετὰ χαρᾶς προσειπὼν πέμπει τοὺς πρέσβεις ἀγαλλομένους καὶ χαίροντας, οὐκ εἰδότες οἱ ἄθλιοι τίνα μετακαλοῦνται εἰς βοήθειαν,

At Cantacuzenus cum Crale icto fœdere initaque amicitia, cum præteriisset interjecta castra, urbes provinciasque infortunati Romani imperii, quæ dominos alios Romæis pulsis sortitæ erant, præfectosque barbaros Triballos et Servios, excurrere Selymbriam usque, cunctas Thraciæ urbes vastare prædamque agere cœpit. At illi qui urbis mœnibus se continebant, quæ ab Homure anni superioris hieme gesta erant, reputant, et Cantacuzenum accersivisse istum considerant, auctoremque ei fuisse susceptæ profectionis; latebat tamen eos sponte sua Homurem advenisse, aut malam Romæorum fortunam versa vice seriem malorum ducentem occasionem ipsi præbuisse accedendi et peragrandi colles amœnos Romanæ regionis. Consilium ergo perniciosum (Deo iis irato, minimeque 15 propitio) capiunt, apud dominam Annam Joannis imperatoris etiamnum adolescentis matrem agunt, eique suadent ut ad Bithyniæ, Phrygiæ et Paphlagoniæ principem Orchanem, nobis in superioribus memoratum, legatos mittat, qui auxilia et suppetias ab illo petant, quibus Cantacuzenum rebellem opprimat; magnam itaque vim auri daturam se pollicetur Anna, concedique Turcis, ut libere ac secure vendant et distrahant, ubicunque libitum fuerit, quoscunque Romanos captivos ceperint Cantacuzeni partibus adhærentes: iis etiam, qui mancipia vendere nollent, dat liberam trajiciendi deducendique Scutarium facultatem, eaque abducendi quocunque vellent. Hæc a legatis proposita avido lætoque animo excipit Orchanes, qui antea impotenti atque ardenti libidine talia expetebat: multaque confidentia exsultans, ingenti voluptate completus comiter et benevole legatos amplectitur, eosque allocutus hilares et gaudio perfusos dimittit. Nesciebant certe miseri quem advocarent ad opem sibi ferendam, qualemque her-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(47) Ἐν τῷ πολιχνίῳ τῆς Σμύρνης. Anno 1647 vidimus adhuc castrum illud in montis vertice locatum, cujus mœnia integra ferme sunt. Verum omnia ædificia, præter templum, quod in meschitam Turci transformarunt, diruta sunt. Exstat etiam in eo cisterna amplissima, cujus laquearia ac fornices multis columnis fulciuntur. Castrum illud quadratum oblongum est, vicinum illi urbis antiquæ regioni, in qua Acropolis, cujus adhuc mœnium pars cernitur, sita erat. Castrum inferius ad littus maris et portus ingressum situm est, nunquæ integrum videtur.

Digitized by Google

bam intererent ad levandum emplastro morbum, A quem sceleribus suis contraxerant. Misit itaque Orchanes militum decem millia, qui trajecto freto intra urbis mœnia a civibus gaudio exsultantibus accipiuntur, perque vias urbis et muros ambulant, eosque lustrant ; benigne ab imperatrice habiti cæterisque Romæis urbe excedunt, et adversus Cantacuzenum proficiscuntur. Ex altera vero parte Cantacuzenus præsidiis impositis castra arcesque firmat, commeatumque et cætera necessaria invehit, progredituque cum Romæorum sibi adhærentium copiis Serviorumque exercitu, prælioque semel atque iterum commisso nullum damnum a Turcis passus est ; erat quippe vir bellicosissimus, robustus et artis bellicæ præ cæteris sui B temporis hominibus peritus. Quotquot igitur prælio ceperunt, Turcos peremerunt, Romæos vero vestibus spoliatos domum nudos remiserunt. At Turci omissa pugna ad pagos diripiendos discurrunt. Jamque longa agmina mancipiorum catenis vinctorum trahebant, abducebantque Constantinopolim viros, mulieres, lactentes infantes, adolescentes, sacerdotes et monachos velut oves, et tanquam Scythas aut Abasgos per vias vendendi gratia agebant ; quodque acerbius erat, nisi redemptor statim accederet, spectantibus Romæis Romæi a Barbaris, proh inhumanum scelus ! flagris cædebantur. Isque malus percutientis erat animus, ut nempe miseratione motus quispiam eos redimeret : qui vero redempti non sunt, eos trans fretum Prusam **16** statim avexerunt, inque alias regiones mediterraneas inter Turcos vænum miserunt. Omnium erat miserabilis aspectus, ubique luctus, lamenta et lacrymæ intuentibus Romæis, neque ullus Græcus aut Barbarus miserebatur.

καὶ πολλὰν βοτάνην ἐκθλίβουσιν, ἵνα ποιήσωσι ἔμπλαστρον εἰς τὴν νόσον ἣν ἡ ἁμαρτία αὐτοῖς προεξένησε· στείλας οὖν Τούρκους τὸν ἀριθμὸν χιλιάδας δέκα ὁ Ὀρχὰν, καὶ τὸν πορθμὸν διαβάντας τῆς πόλεως δέχονται τούτους μετὰ χαρᾶς οἱ πολῖται, καὶ τὰ τῆς πόλεως τείχη, καὶ τὰς ἔνδον ἀγυιὰς καταπατήσαντες, καὶ φιλοξενηθέντες παρὰ τῆς δεσποίνης καὶ τῶν Ῥωμαίων, ἐξίασι κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς, ἀσφαλτώσας τὰ φρούρια (48), καὶ ζωοτροφίας καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἅπαντα καλῶς ἐπιμελησάμενος, ἔξεισι καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ Ῥωμαϊκῶν καὶ Σερβικῶν στρατευμάτων, καὶ συμπλακεὶς καὶ πρώτην καὶ δευτέραν εἰσβολὴν, οὐκ εἶχον οἱ Τοῦρκοι κερδᾶναί τι τῶν αὐτοῦ. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ περὶ τὰ πάντα πολεμικώτατος, ἀλκὴν ἔχων καὶ τέχνην τῶν πολέμων ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων τοῦ τότε καιροῦ. Ὅσοι μὲν τῶν Τούρκων ἠνδραποδίζοντο, μαχαίρας αὐτοὺς παρανάλωμα ἐποίησαν· ὅσοι δὲ τῶν Ῥωμαίων μόνον τοῖς ἐνδύμασι αὐτοὺς ἀφελόντες, γυμνοὺς ἀφίεσαν οἴκαδε πορεύεσθαι. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸ πολεμεῖν ἀφέντες τὸ σκυλεύειν τὰς κώμας κατέτρεχον, καὶ δὴ ὁρμαθοὺς ἀναριθμήτους ἐξ ἁλύσεων ἀνθρώπους συμπλέξαντες εἰς τὴν Κωνσταγτίνου ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, θηλάζοντα νήπια καὶ ἐφήβους νέους, ἱερεῖς καὶ μοναχοὺς ἅπαντας φύρδην, ὡς πρόβατα ἐν τῇ λεωφόρῳ, ὡς Σκύθας ἢ Ἀβασγοὺς (49) ἀπεμπολοῦντες ἐκόμιζον. Καὶ τὸ δεινότερον ὅτι εἴ ἔτυχε μὴ παραχρῆμα οὐκ εὑρίσκετο ἀγοράζων, ἐν C ταῖς ὄψεσι τῶν Ῥωμαίων δεινῶς οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τῶν βαρβάρων, ὢ τῆς ἀσπλαγχνίας ! ἐμαστίζοντο. Οὐκ ἄλλο τὸ πανουργευόμενον, ἢ ὅτι καμφθέντες αὐτοὺς ἐξωνήσουσι· τοὺς δὲ μὴ ἐξωνουμένους παρευθὺς τὸν πορθμὸν διαβιβάσαντες ἐν τῇ Προύσῃ, καὶ ἀνωτέρω τούτους ἀπέπεμπον ἐν τοῖς Τούρκοις πιπραθησομένους. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν, πανταχοῦ κλαυθμοὶ, πανταχοῦ ὀδυρμοὶ, πανταχοῦ δάκρυα ἐν ὄψεσι τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὁ ἐλεῶν οὐκ ἦν οὔθ' Ἕλλην οὔτε Βάρβαρος.

CAPUT IX (50).

Cantacuzenus Orchani filiam suam uxorem dare pollicitus, eum a fœdere cum Anna icto avertit, et auxilia ab eo obtinet. Nuptiæ celebrantur. Cantacuzenus Constantinopolim proficiscitur, civesque ut se dedant frustra hortatur, in urbem amicorum ope intrat.

Civium Constantinopoleos adversus alios Romæos nefarie admissum tam indignum facinus, cum animo versaret Cantacuzenus, nec id ferre posset

D Τότε Καντακουζηνὸς, εἰς νοῦν λαβὼν τὸ γεγονὸς, καὶ μὴ φέρων τὴν ἄτοπον πρᾶξιν ἣν ἀθέσμως μετεχειρίσαντο οἱ τῆς πόλεως πρὸς τοὺς ἔξω Ῥωμαίους,

Ismaelis Bullialdi notæ.

(48) Ἀσφαλτώσας τὰ φρούρια. Metaphora a re navali ducta : ut enim naves firmiores sint, nec facile aquam admittant, pice et sebo inunguntur. Quod etiam ad navigationis celeritatem confert. Usus est autem hoc verbo ἀσφαλτοῦν, *bitumine inducere*, quod pro πιττοῦν etiam, id est impicare, usurpatur. Sed fortasse voluit scribere ἀσφαλίσας.

(49) Abasgi, de quibus hoc capite loquitur, populi sunt olim Iberi dicti ad Euxinum pontum pertinentes. Cantacuzenus harum turpium et Christiano nomine indignarum conditionum non meminit, quibus cum Orchane fœdus et societatem belli Annæ contraxit.

(50) Hoc capite de nuptiis Orchanis et Cantacuzeni filiæ Theodoræ agitur. In eo notanda est varietas et dissensio inter nostrum auctorem et Cantacuzenum ; hic quippe asserit, lib. III, cap. 92, Orchanem filiæ suæ nuptias ambiisse ; quas cum in aliud tempus rejiceret Cantacuzenus, imo proco respondere differret, ab Homure eam affinitatem utilem sibi fore suasus filiam suam Orchani despondet. Cantacuzeno soli in sua causa credendum non est, et verisimilius videtur quod dicit Noster, Cantacuzenum filiæ nuptias Orchani proposuisse, ut fœdus, quod cum eo jungere cupiebat, arctiori vinculo stringeret, et Orchanem a priori cum Anna pacto aver-

Digitized by Google

βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν, Θεοῦ σκληρύνοντος, οἶμαι, τὴν καρδίαν αὐτοῦ, διὰ τὸ καταποντισθῆναι ἄρδην τοὺς Ῥωμαίους. Καὶ στείλας πρέσβεις εἰς τὸν Ὀρχὰν αἰτεῖ παρ' αὐτοῦ βοήθειαν, ὡς ἀδικούμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὡς ἐπίτροπος ὢν τῆς βασιλείας τοῦ ἀποιχομένου βασιλέως Ἀνδρονίκου· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι φθονήσαντες ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐπιτροπῆς, καὶ κατέσφαξαν τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, κἀκεῖνον φυγάδα πεποίηκαν. Εἰ οὖν ἀντιλάβοι τε αὐτὸν, καὶ χεῖρα βοηθείας ὀρέξῃ, ἔχει δοῦναι αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα μετὰ καὶ πολλῶν θησαυρῶν χάριν προικὸς, καὶ ἕξειν αὐτὸν ὡς υἱὸν, καὶ ὑπακούειν αὐτῷ εἰς πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ. Τότε ὁ Ὀρχὰν ἀκούσας τοὺς πρέσβεις παρ' ἐλπίδα γαμικῶν συναλλαγμάτων φθεγγομένους φωνὰς, καὶ θησαυρῶν ἀπείρων ἀγγελίας, κεχηνὼς οὕτωσὶ ὡς βοῦς διψῶν ἐν καύσωνι θέρους ἐν λάκκῳ πλῆρες [πλήρει] ὕδατος ψυχροτάτου πίνων μὴ κορεννύμενος τῶν ναμάτων, οὕτω καὶ οὗτος ἐκνωτισθεὶς ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἀκολασίας. Καὶ γὰρ ἀκρᾶτητον τὸ ἔθνος αὐτὸ καὶ οἰστρομανὲς ὡς οὐδὲ ἓν τῶν πασῶν [πάντων] γενῶν ἀκόλαστον ὑπὲρ πάσας φυλὰς, καὶ ἀκόρεστον ἀσωτίαις. Τοσοῦτον γὰρ πυροῦται, ὅτι καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν ἐν Θηλείαις, ἐν ἄρρεσιν, ἐν ἀλόγοις ζώοις ἀδεῶς καὶ ἀκρατῶς μιγνύμενον οὐ παύεται· καὶ τοῦτο τὸ ἀναιδὲς καὶ ἀπάνθρωπον ἔθνος εἰ Ἕλληνίδα, ἢ Ἰταλὴν, ἢ ἄλλην τινὰ ἑτερογενῆ προσλάβῃται, ἢ αἰχμάλωτον ἢ αὐτόμολον, ὡς Ἀφροδίτην τινὰ ἢ Σεμέλην ἀσπάζονται, τὴν ὁμογενῆ δὲ καὶ αὐτόχλωττον ὡς ἄρκτον ἢ ὕαιναν βδελύττοντες. Ἀκούσας τοίνυν ὁ ῥηθεὶς ἀρχηγὸς Ὀρχὰν τὴν πρὸς γάμον τῆς κόρης συνάφειαν, ἣν γὰρ ὡραία τῷ εἴδει, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἄχαρις, καὶ τὸν τῆς προικὸς ὄγκον, καὶ τὰ σταλθέντα παρὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ προγαμιαῖα δωρήματα, συνένευσεν εὐκόλως· καὶ φιλοτιμήσας τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψεν ὅρκους δοὺς καὶ λαβών, ὡς ἀπ' τοῦ γε εἰς τὸ ἔξῆς ἔσται γαμβρὸς τοῦ Καντακουζηνοῦ, καὶ εἰς πᾶσαν ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα ἀόκνως ἑτοιμασθήσεται· μόνον τὴν μελλονύμφην σὺν τῇ φερνῇ συντόμως πρὸ τοῦ ἔαρος εἰ μεταπέμψει. Ἔτυχε γὰρ αὕτη ἡ μιαρὰ μνηστεία ἐν Ἰανουαρίῳ μηνὶ γενέσθαι τοῦ τότε χρόνου· καὶ σὺν τούτοις ἐστάλθησαν ὡς πέντε χιλιάδες Τοῦρκοι τῷ Καντακουζηνῷ ἄνδρες μαχιμώτατοι, καὶ ὀξεῖς εἰς θυμὸν, καὶ τῶν Ῥωμαίων φθορεῖς, ὡς εἰκάσει τις αὐτοὺς εἰς κύνας καρχαρόδοντας, ἢ Χάροντας. Ἀποδεξάμενος οὖν αὐτοὺς ὁ Καντακουζηνὸς, κατὰ τὴν συνήθη φιλοφροσύνην μετὰ δώρων ὅτι πλείστων, ὑποσχέσεων καταχαρίτας αὐτοὺς, ἡτοιμάζετο τὴν πρὸς τὸν Βυζάντιον παρασκευὴν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸ στῖφος τῶν Τούρκων, καὶ ἑτέρους τόσους, ἢ καὶ πλείονας

A perniciosum consilium, Deo, ut videtur, cor ejus indurante, eligit quo Romæi funditus perirent. Legatis ad Orchanem missis auxilium ab eo poscit, ut a Romæis injuriam passus, et imperii Andronici defuncti imperatoris administratione, cujus ipse tutor erat, invidia pulsus : suos etiam consanguineos occisos queritur, seque fugere coactum. Si itaque opem ferre velit, adjutoremque se præbere, pollicetur ei nuptum filiam se daturum, multosque dotis nomine thesauros, habiturumque eum pro filio, inque omnibus ei obtemperaturum. Tunc Orchanes cum legatos de connubialibus pactis disserentes præter spem audivisset, ingentesque auri pollicitationes, non secus ac bos ore hiante per æstatis ardentem æstum e lacu frigidissimæ aquæ pleno hau-
B riens, quamvis largissimo potu sitim non restinguit: hæc auribus insinuata promissa secundum innatam Barbaris libidinem atque aviditatem amplectitur. Gens enim ista cæteras nationes intemperantia atque inexplebilis luxuriæ furore vincit, qui eo erumpit, ut non solum juxta naturæ leges, sed etiam contra fas, et ordine præpostero cum feminis, et maribus, atque brutis audacia effreni stupra exerceat. Præcipue vero impudens et inhumana gens si Græcam aut Italam, aliamve peregrinam mulierem captivam aut transfugam possideat, ut Venerem aliquam aut Semelen amplectitur, suas vero concives feminas ut ursum aut hyænam aversatur. Prædictus itaque princeps Orchanes cum de conjugio puellæ, quæ
C præstanti forma ac venusta erat, deque dotis amplitudine verba percepisset, missisque a Cantacuzeno donis antenuptialibus captus esset, facile petitionibus legatorum annuit, eosque honorifice habitos dimisit, et jurejurando interposito generum Cantacuzeni deinceps 17 gessit, et ad suppetias, ut filium, patri ferendas apparaturum se pollicitus est: hac solum addita conditione, ut futuram uxorem sine mora ante vernum tempus accersat: hæc enim sponsalia scelesta mense Januario anni illius celebrata sunt. His actis missa sunt militum Turcorum quinque millia bellicosorum et manu promptorum, qui Romæorum totidem pestes erant, ut etiam quivis eos cum canibus dentes exasperantibus, aut Charontibus rite comparaverit. Hos Can-
D tacuzenus pro more solito comiter atque humane suscipit, dona quamplurima largitur, promissisque ipsos onerat. Apparat deinde adversus Byzantium expeditionem, agmen Turcorum post se trahens, aliosque totidem vel etiam plures Servios et Romæos, quicunque Thraciam tunc habitabant. Jamque cum dote et pompa splendida multaque magnificentia ad Orchanem filia transmissa, ad bellum se ipse accingebat, et a Selymbria Constantinopolim

Ismaelis Bullialdi notæ.

teret; allidendus erat princeps ille : nec gratiori aut suaviori esca eum in partes suas trahere poterat Cantacuzenus, quam nuptiarum spe ac ingentis dotis promissis. Phranzes, cap. 15, lib. 1. has inter imperatores discordias ad tempora Amerae Muratis falso transfert. Quid hoc loco notandum fuit

Digitized by Google

[illegible]

Ismaelis Bullialdi notae.

(1) [illegible] Adeundus [illegible] Cantacuz. lib. III, cap. 99, [illegible] malum extremum arcesseret.

(2) Οἱ δὲ τῆς πόλεως. Videndus Cantacuz. lib. III, cap. 96, ubi queritur se contumeliis a Constantinopolitanis sæpius petitum fuisse.

κυρίαν αὐτῶν ὁ χρόνος ἔμελλε χειροτονῆσαι, αὐτοὶ ὡς μαχλάδα διὰ γλώττης κατέσυρον. Τότε ὁ Καντακουζηνὸς ὁρῶν ὅτι διὰ δημηγοριῶν καὶ νουθετικῶν λόγων οὐκ ἦν τὸ παράπαν χειρώσασθαι, τὴν ἄλλην ἔτρεπε· καὶ δὴ διὰ πολεμικῶν, καὶ διὰ τῶν ἐντὸς εὑρισκομένων οἰκείων αὐτῷ, εἴσεισιν ἐν τῇ πόλει (53), καὶ πάντες συνέρρεον ἐπὶ τῇ θέᾳ αὐτοῦ εὐφημοῦντες, καὶ ὡς βασιλέα δοξάζοντες.

CAPUT X (54).

Cantacuzenus intra palatium accipitur. Annam, quæ animo intrepido vultuque imperterrito sedebat, adit, et veneratur, placatum sibi reddit, tumultum componit, plebemque demulcet. Celebratio nuptiarum Joannis Palæologi et Cantacuzenæ Helenæ. Coronatur Cantacuzenus. Turci Chersonesum vastantes duce Suleimane Orchanis filio a Matthæo despota Cantacuzeno clade magna afficiuntur.

Ἡ δὲ βασιλὶς Ἄννα ἔνδον τοῦ παλατίου ἐγκλει- A
σθεῖσα σὺν τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ ὀλίγοις στρατιώταις,
οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλὰ κατεῴδα, καὶ, Ἠδίκημαι, λέ-
γουσα οὐκ ἐπαύετο. Οἱ δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ ἐβού-
λοντο μὲν εἰσπηδῆσαι, καὶ ἐντὸς ἐλθεῖν, καὶ ἀτά-
κτως τὰ ἄνω χαμαὶ, καὶ τὰ κάτω εἰς τὸν ἀέρα
λικμῆσαι, ἀλλ' ὁ Καντακουζηνὸς ἐκώλυε· οἱ δὲ
στρατιῶται ἀναμιμνήσκοντες τὰς ἀδολεσχίας, καὶ
τῶν βαναύσων ὕβρεις, ἃς κατέχεον ἐπὶ πρόσωπον
αὐτοῦ, ἠγανάκτουν κατ' αὐτοῦ. Αὐτὲς δὲ διὰ λόγων
πιθανῶν ἐπράῦνε τὸν ὄχλον. Τότε οἱ τοῦ παλατίου
ἰδόντες ὅτι κινδυνεύουσι τοῦ θανεῖν, παρέδοσαν
ἑαυτούς. Καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ ἀπῆλθεν ἕως
τῶν ἐνδοτάτων οἰκίσκων, εὗρε τὴν δέσποιναν σὺν
τῷ υἱῷ αὐτῆς καθεζομένην, μὴ φροντισάσης τὸ B
καθόλου μηδὲ παρασαλευθείσης τὸ ὁλονοῦν τῆς μή-
νιδος ἧς ἐπεφέρετο κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ· ἀλλ'
ἐκάθητο ἀτρεμοῦσα, καὶ μὴ φοβηθεῖσα τὸ καθόλου.
Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ κο-
ρυφῇ (55) προσεγγίσας κατεφίλει τὴν χεῖρα τοῦ
νέου· εἶτα ὡς ἔθος προσκυνήσας καὶ τὴν μητέρα
καὶ δέσποιναν τοῦ νέου, εὐφήμησεν αὐτοὺς ὡς βα-
σιλεῖς τῶν Ῥωμαίων. Τότε ἅπαν τὸ στράτευμα ἰδὸν
τὴν ἄκραν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐχθροὺς
ἀνεξικακίαν, εὐφήμησε καὶ ἐδόξασε. Τοὺς δὲ Τούρ-
κους φιλοξενήσας ὡς ἔπρεπε σὺν δώροις πλείστοις
ἀπέπεμψε, χάριτας ὁμολογῶν τῷ ἡγεμόνι καὶ γαμ-
βρῷ αὐτοῦ τῷ Ὀρχάν· τοὺς δὲ πολίτας φιλοτησίαις,
καὶ γέρα πλεῖστα δωρήσας. Καὶ δεσποίνῃ [τὴν δέ- C
σποιναν] θεραπεύσας ἐν ἡδύσμασι λόγων, καὶ προ-
βλεπτικαῖς πράξεσιν ἔπεισε [ἐπόιησε] ταύτην κα-
τανεῦσαι, τοῦ λαβεῖν εἰς νύμφην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα
Ἑλένην εἰς τὸν αὐτῆς υἱὸν Ἰωάννην τὸν Παλαιολό-
γον, καὶ υἱὸν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Πα-
λαιολόγου, τὸν δν προφθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε.
Ἑτοιμάζονται τοίνυν γάμοι (56), καὶ ὁ ναὸς τῆς

A At imperatrix Anna, quæ intra palatium clausam se continebat cum filio paucisque militibus, nequaquam cedere, sibi vim atque injuriam fieri vociferari : interim Cantacuzeni milites urbem invadere, in eamque perrumpere tentant, omnia sus deque subversuri, quorum impetum ipse repressit. Cumque ei in memoriam revocarent probra et contumelias in eum jactatas, sordidorumque hominum propudiosa verba, ipsi indignabantur, quos tumultuantes sermonis suavitate ac dulcedine sedavit. Tunc ergo cum illi, qui intra palatium clausi erant, se in mortis discrimen adductos cernerent, sese dedunt. Ingressus palatium Cantacuzenus in interiora cubicula penetrat, invenitque imperatricem cum filio suo sedentem, ira, qua in Cantacuzenum erat B accensa, nullatenus commotam aut tristiorem factam : quieta enim atque intrepida sedebat. At Cantacuzenus nudato capite accedens imperatoris adolescentis manum deosculatur: deinde, ut mos erat, matrem ejus et dominam **19** salutat, eosque ut Romanorum imperatores congruis verbis compellat. Cernens itaque universus exercitus animum ejus summe generosum, ergaque inimicos moderatum æquumque, illum laudibus ac præconiis extulit. Ipse vero cum Turcos, ut decebat, multis donis cumulasset, dimittit, gratiasque Orchani principi genero suo agit. Cives epulis demeretur, multisque largitionibus ac congiariis, imperatricem vero blandis sermonibus ita demulcet, et providendo C omnibus, prudenterque se gerendo eam tandem persuasit, ut sibi nurum deligeret filiam ipsius Helenam, et nuptui collocaret Joanni imperatori filio, quem ex Andronico Palæologo supradicto pepererat. Nuptiæ itaque apparantur, et benedictæ dominæ nostræ Deiparæ templum in Blachernis adornatur, cum sacrorum celebratione coronationis so-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(53) *Εἴσεισιν ἐν τῇ πόλει.* Cantacuz. lib. III, cap. 99. Cpolim occupavit Februarii 8, anno 6855 (Christi 1347) indict. XV.

(54) Consentit omnino Cantacuzenus his quæ narrantur a Duca : adeundus est a cap. 99, lib. III, ad cap. 10, lib. IV.

(55) *Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ κορυφῇ.* Gestus est venerantis, salutantis, et officium exhibentis. Codinus Curopalates *De offic. palat. Constantinop.*, ubi de Protovestiarii officio agit, ipsum nudato capite ad imperatorem accedere notat, ut e veste ejus floccos, vel quidvis sordium, si casus ita tulerit, auferat: ita ut apud Græcos caput nudum habere venerationis causa in usu fuerit. Verba Codini talia sunt: Ἔχει δὲ καὶ τοῦτο ἴδιον καὶ ἐξαίρετον, καὶ ἐάν τι ζουφλίδιον ᾖ, ἢ πηλὸν, ἢ ἄλλο τι περὶ τοῦ ἱματίου τοῦ βασιλέως, τὸ σκιάδιον, ἢ ὡς τὸ κάλυμμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐκβάλλων, τὴν χεῖρα ἐκτείνας ἐπαίρει ἢ καθαίρει τοῦτο ἀνερωτήτως. *Hoc etiam ei soli* [Protovestiario] *officium peculiare obeundum, ut si togæ imperatoris floccum, lutum aliasve sordes adhærere viderit, umbella seu capitis tegmine deposito manum extendat non vocatus, et detergat.*

(56) *Ἑτοιμάζονται τοίνυν γάμοι.* Cantacuz. lib. IV, cap. 1, ait in Blachernis, et templo sanctissimæ Virginis nuptiarum solemnia peracta esse, quoniam anno superiore 6854 [Christi 1346] terræmotu S. Sophiæ templum quassatum fuerat, et vestibuli pars conciderat; cubæ etiam seu tholi pars rimis dehiscebat: quas ruinas Joannes imperator instauravit. Nuptiæ porro celebratæ sunt Maii die 21, quo memoria Constantini Magni, ejusque matris Helenæ ab Ecclesia Orientali peragitur.

Digitized by Google

lemnis ritus peragitur, et acclamationes lætitiæ publicæ signa exaudiuntur, quibus Joanni Palæologo piissimo, imperatori Romanorum potentissimo, et Helenæ religiosissimæ Augustæ multos annos optabat populus. Simul vero Joannes Cantacuzenus imperatoris socer cum conjuge sua coronatur, et imperator proclamatur, et Matthæus filius ejus despota renuntiatur. In hoc celebri epulo cernere erat choream imperatorum et imperatricum, dominorum et dominarum, quale fuisse olim traditur deorum duodecim convivium; imperator siquidem Joannes adolescentiæ flore vigebat, Helenaque imperatrix annos tredecim nondum egressa erat; ex imperatore vero cum concepisset, filium ei peperit primogenitum, quem Andronicum nominarunt. At ille virilem ætatem adeptus sceleribus se polluere cœpit, juveniliterque agere, non armis tractandis deditus, sed stupris et mœchationibus, quæ multorum animos vellicabant, et e cordibus fumum acrem et mordicantem excitabant. At Cantacuzenus somno et quieti haud se permittebat; cumque Turci antea exploravissent et cognovissent Thraciæ claustra, eorumque aditus et exitus, fretum assidue, alii Sesto Abydum, alii Lampsaco minoribus navigiis trajiciebant, et Chersonesum depopulabantur. Cantacuzenus equidem jugiter tuendis arcibus et castris in Serviæ finibus sitis invigilabat: A εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ὁ ἐν Βυζαντίῳ ναὸς ἑτοιμάζεται· καὶ ἱεροτελεστίαι καὶ στέψεις ὁμοῦ γίνονται, καὶ φήμη εὐπαρρησιάστως· Ἰωάννου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων τοῦ Παλαιολόγου, καὶ Ἑλένης τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, πολλὰ τὰ ἔτη (57). Ὁμοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης (58) καὶ πενθερὸς τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτὸς στεφθεὶς σὺν τῇ συζύγῳ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀνηγορεύετο, καὶ Ματθαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ δεσπότης. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν τῇ παλαισίᾳ ἐκείνῃ ὁρμαθὸν βασιλέων καὶ βασιλίδων, δεσποτῶν καὶ δεσποινῶν, ὡς τὸ πάλαι δωδεκάθεον. Ἦν γὰρ ὁ βασιλεὺς ὁ Ἰωάννης τῇ ἡλικίᾳ μεσάζων ἔρηβος· ἡ δὲ βασιλὶς Ἑλένη τρισκαιδέκατον ἔτος ἄγουσα. Ἔγκυος δὲ γενομένη ἔτεκε τῷ βασιλεῖ υἱὸν πρωτότοκον ἄρρενα, ὃν καὶ Ἀνδρόνικον ἐπωνόμασε. Ἀρξάμενος δὲ προσχωρεῖν εἰς τὸν τῆς ἀφηλικιότητος χρόνον, ἀτασθαλεῖν ἤρξατο καὶ νεωτερίζειν, οὐκ ἐν αἰχμαῖς καὶ δόρασι, ἀλλ' ἐν κοίταισι καὶ ἀσελγείαις, καὶ ταῦτα δακνούσαις, καὶ καπνὸν δριμὺ ἀποπεμπούσαις ἀπὸ καρδίας πολλῶν. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς βλεφάροις, οὐδὲ τοῖς κροτάφοις νυσταγμόν· ἀλλ' ὡς εἶδον καὶ ἔμαθον τὸν παρεληλυθότα χρόνον οἱ Τοῦρκοι τὰ τῆς Θράκης εἰσόδια καὶ ἐξόδια, οὐ διέλειπον περῶντες οἱ μὲν ἐκ Σηστοῦ πρὸς Ἄβυδον (59), οἱ δὲ ἐκ Λαμψάκου σὺν ὀκατίοις πάνυ σμικροῖς ἐλεηλάτουν Χερρόνησον. Ὁ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(57) *Πολλὰ τὰ ἔτη. Ad multos annos.* Mos usurpatus in aula Constantinopolitana, in festis celebrioribus annos multos imperatoribus precari, ut apud Codinum Curopalatem videre est multis locis: et uno verbo dicebant, πολυχρονίζειν τὸν βασιλέα. Hicque mos adhuc durat in Ecclesia Constantinopolitana; ut sacram liturgiam celebranti patriarchæ ex Ecclesiæ officialibus unus aliquoties, sed per intervalla acclamet, Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα. Quæ etiam verba tanquam εὐχαριστικὰ a Græcis nunc usurpantur, cum gratiam officio vel muneri accepto verbis reponunt, dicunt enim, Εἰς πολλὰ ἔτη, multos annos precantes.

(58) *Ὁμοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης.* Cap. 4, lib. IV, iterum se coronatum fuisse hoc anno Maii 13 scripsit: voluisse etiam uxorem suam coronari. Adrianopoli jam coronatus fuerat; quare denuo sibi coronam imponi voluerit, hanc ipse rationem affert: Καίτοιγε αὐτὸς ἐν Ἀδριανουπόλει ὑπὸ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου ἐστέφθη· καὶ ἀπέχρησεν ἂν ἡ τοῦ ἁγίου μύρου χρίσις ἐκείνη παρ' εὐφρονοῦσιν· ἵνα δὲ μηδεμία εἴη πρόφασις τοῖς ὑβρισταῖς ὡς ἄρα μὴ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν βασιλέων ἔθος ἔστεπτο, καὶ τὸ δεύτερον αὖθις ἐτελεῖτο. *Jam ipse Adrianopoli ab Hierosolymorum patriarcha Lazaro coronatus fuerat: illaque sancti chrismatis unctio apud benevolos sufficiebat. Ne vero occasio ulla calumniandi maledicis et sibi iniquis relinqueretur, quod ex more ab imperatoribus antiquitus servato Byzantii coronam non suscepisset, solemnis iterum incoronatio repetita et peracta est.* Illic ritus aliquatenus necessarius ad res in illo imperio auctoritate imperatoria gerendas habitus est. Quoniam equidem Constantinus, qui in Constantinopoleos expugnatione occubuit, coronatus non fuit, imperator a nostro censeri non videtur; Joannem enim Palæologum Manuelis F. Palæologinæ stirpis ultimum intra appellat, et Constantinum illius fratrem despotam solummodo vocat, postquam mortuo Joanne ipse res imperii Constantinopoli administravit. Michael Palæologorum primus ut res imperii administraret, ejusque auctoritate et auspiciis gererentur, coronam suscepit: interim cum legitimus hæres non coronaretur, quod per ætatem puerilem rebus gerendis ineptus esset, eaque solemni cæremonia imperii non tantum insignia, sed et legitimam potestatem traditam esse videri po est; et ad tempus etiam concedi potuisse, siquidem patriarcha Arsenius, qui Michaelem coronavit, imperium ei continuum non concessit. Πλὴν (ait Gregoras lib. IV) οὐκ αὐτῷ γε διενεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν χαρίζεται, ἀλλ' ὡς τῶν πραγμάτων τέως ἀναγκαζόντων διοικεῖν αὐτὸς αὐτήν, μέχρις ἂν ἐς ἥβην ὁ γνήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὁμοῦ καὶ διάδοχος φθάσῃ· τότε δὲ αὐτὸν ἑκόντα παραχωρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε αὐτοκρατορικῶν θρόνων καὶ πάντων ἅμα βασιλικῶν συμβόλων. *Verumtamen perpetuum ipsi imperium non concessit, sed ut tantisper, rebus ita flagitantibus, imperium administraret, dum legitimus hæres adolescentiæ annos adeptus in imperio etiam succederet: tum solio imperatorio ac ornamentis illi soli sponte cederet.* Ex Cantacuzeno idem constat, lib. III, cap. 36. Nam ut auctoritatem Joannis Palæologi Cantacuzeno opponerent Anna imperatrix senatusque Constantinopolitanus, illum coronari curarunt, ut ejus auspiciis ac auctoritate legitima res geri possent. At ubi certa est in imperio successio, statim ac decessor obiit, hæredi jus ac titulus, regiæque majestatis insignia cedunt: nec illa unctione aut coronatione opus habet, ut regem agat, rerum summa potiatur, ejusque auspiciis ac nomine cuncta gerantur.

(59) *Περῶντες οἱ μὲν ἐκ Σηστοῦ πρὸς Ἄβυδον.* Ducas invertit situm locorum. Turci enim ex Asia in Europam trajicientes ἐξ Ἀβύδου πρὸς Σηστὸν vehebantur; Abydus enim Asiæ littori, Sestus Europæo adjacet.

Digitized by Google

δὲ Καντακουζηνὸς οὐ διέλειπε προσέχων τὰ φρούρια τὰ πρὸς τὴν Σερβίαν. Τότε καὶ Σουλειμὰν εἷς τῶν υἱῶν τοῦ Ὀρχὰν (60) περάσας ἀπὸ Λαμψάκου σὺν στρατείᾳ πλείστῃ ἐλεηλάτει Χερρόνησον. Ὁ δὲ δεσπότης Ματθαῖος ὁ Καντακουζηνὸς συναντήσας αὐτῷ, περί που τὸ ἐν Χερρονήσῳ Ἑξαμίλιον συνάπτει πόλεμον, καὶ πολλοὺς τῶν Τούρκων ὤλεσε, καὶ αὐτὸν τὸν Σουλειμάν.

A tunc etiam Suleimanes Orchanis filiorum unus Lampsaco solvens fretum cum valido exercitu trajecit, Chersonesumque diripit ac devastat: cui dominus Matthæus Cantacuzenus occurrit, et prope Hexamilium in Chersoneso extructum cum eo acie conflixit, plurimosque Turcos cum eorum duce Suleimane cecidit.

20 CAPUT XI (61).

Joannes imperator a socero alienatus in Italiam discedit, unde reversus Tenedum cum Catalusio consilia agitat de recuperandis imperio et urbe. Stratagemate Catalusii Joannes Palæologus Constantinopolim recuperat, et Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur.

Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ὁρῶν ἐν στενῷ τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα τυγχάνοντα, τὸν δὲ γαμβρὸν αὐ-

In angusto positas res Romæorum cum videret Cantacuzenus, generumque suum imperii socium

Ismaelis Bullialdi notæ.

(60) *Τότε καὶ Σουλειμὰν εἷς τῶν υἱῶν τοῦ Ὀρχάν.* Videndus Cantacuzenus, lib. IV, cap. 10, qui Suleimanem Orchanis filium in hac expeditione occubuisse non refert: ejusdemque libri cap. 38, illum Callipolim terræ motu eversam de integro ædificasse et munivisse narrat. Leunclavius *Historiæ Musulmanicæ* lib. IV, in quo res ab Orchane gestas exponit: nulla prorsus mentione facta fœderis inter Annam imperatricem et Orchanem sociati: aut etiam affinitatis inter hunc et Cantacuzenum contractæ: res Turcorum auspiciis gestas solummodo narrat, Suleimanisque in Chersonesum expeditionem: ubi fato illum concessisse scriptores Turci tradunt: in hoc tamen variant, cum quidam asserant ante captam a Turcis Callipolim Suleimanem obiisse; alii ejus ductu et auspiciis compulsam ad deditionem fuisse.

(61) Hoc capite narrat Ducas noster causas ob quas Joannes Palæologus imperator a socero iterum alienior factus, Constantinopoli relicta, in Italiam et Germaniam discesserit: ubi transacto biennio, et collectis pecuniæ subsidiis, ad urbem adversus Turcos tuendam, Tenedum revertitur: ibique Catelusium nactus, cum eo de Constantinopoli et imperio recuperandis consilia agitat. Phranzes, lib. I, cap. 15, Gatelusii nullatenus meminit, nec etiam profectionis Joannis Palæologi in Italiam, antequam socerum urbe ac imperio pelleret. Imo cap. 17, postquam solus regnare cœperat, auxilii contra Turcos petendi causa illam profectionem suscepisse scribit. Cantacuzenus, lib. IV, c. 33, tradit Joannem Palæologum, quem candidum ac simplicem dicit, a quibusdam aulicis ei familiaribus excitatum ac irritatum fuisse, hisque rationibus in sententiam eorum pertractum: quod scilicet Cantacuzenus res imperii solus gereret ac moderaretur, totam potentiam in se traheret, destinatisque ad imperium filiis, Joannem legitimum hæredem privatam agere vitam artibus suis cogeret. Ab iisdem etiam Cantacuzeno objiciebatur, quod inermis Joannes Thessalonicæ relictus Turcorum incursionibus expositus esset: dum universas copias contra Serviæ Cralem duxerat Cantacuzenus. His itaque permotus Palæologus etiamnum adolescens cum socero simultates odiaque occulta exercere cœpit, Tenedum aufugit, et inde Constantinop. spe potiundi urbe ductus revertitur. Verum Cantacuzeni factio, opes, apud multitudinem gratia, atque etiam imperatricis Cantacuzenæ diligentia, Joannis molimina irrita reddiderunt, utque Galatam se reciperet, adegerunt. Tandem, cum Palæologus socerum in imperatorio sedere solio diutius ferre non posset, Tenedum repetit, ubi conscensa una biremi, Constantinopolim vectus urbem recuperat, simulque Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur. Nullum equidem de Catelusio verbum facit Cantacuzenus, quamvis certissimum sit Genuensem illum egregiam operam Joanni Palæologo navavisse. Quodque Cantacuzenus Catelusii facinus tacuerit, merito in suspicionem venit multa silentio transmisisse, quæ ipsi dedecus ac famæ detrimentum creare poterant. De Catelusio, præter nostrum Ducam, præclare disserunt Genuensis historiæ scriptores. Augustinus Justinianus episcopus Nebiensis in Annalibus Italice scriptis ad ann. 1355: *L' imperator di Constantinopoli nominato Calo-Joanni con aggiunto di Francesco Gattilusio Genoese scaccio uno nominato Catacozino, che gli occupava parte del imperio: e per gratitudine diede sua sorella per moglie al detto Francesco, e per dote li diede l'isola di Metellino.* Ubertus Folieta *Hist. Genuensis. lib.* 7: *Nonnulla in historia nostra inserere haud abs re duxi, quæ a civibus Genuensibus privatim gesta, quanquam rempublicam nihil attingunt, dignitatem tamen civitatis nostræ augent, quæ tales viros tulerit, qui virtute clarisque gestis rebus, ad magnos honores magnamque potentiam apud maximos principes pervenerunt, qualis fuit Franciscus Catalusius, cujus viri in Græcorum historia plurima est mentio. Is igitur vir classium Græcarum præfectus, fortem et fidelem Joanni Græco imperatori multorum annorum navatam operam egregio facinore cumulavit. Conatu enim Cantacuzeni magnæ nobilitatis ac potentiæ hominis, ingentibus motibus adversus Cæsarem consurgentis, bona ditionis Constantinopolitanæ parte jam illi ademptæ, opera et consilio suo compressit. Quod promeritum Cæsar insigni præmio remuneratus est, insula Lesbo illi et successoribus fiduciaria tradita, sororeque sua in matrimonium data.* Quæ anno 1355 accidisse notat etiam Folieta. Petrus quoque Bizarus lib. VI. *Histor. senatus populique Genuensis* eadem de Catalusio scripsit; addidit solummodo, *triremes in subsidium Calo-Joannis Græci imperatoris cum Genuensibus confœderati, adversus Cantacuzenum, qui magnam imperii partem illi abstulerat Byzantium transmiserat.* Vult itaque auspiciis viribusque reipublicæ Genuensis, non privati viri Catalusii opibus gestum id fuisse. Adeundus etiam Laonicus lib. X *De rebus Turcicis*, ubi de Catalusiis, occasione sibi, ex narratione status insularum maris Ægæi totiusque Archipelagi, data, obiter disserit. Ita ut dedita opera nomen Catalusii subticuisse Cantacuzenus videri possit; ne imperator in imperii sede, privati hominis stratagemate oppressus diceretur, quod ipsi turpe ac infame futurum erat: præcipue cum illius uxor Cantacuzena imperatrix tam egregiam ac strenuam operam antea navasset; ut Constantinopolim invadentem Joannem Palæologum repelleret, et Galatam petere cogeret.

Digitized by Google

Joannem deliciis immersum crapulæque deditum, aeri dolore animi perstringitur, eique aliquando libere apertisque verbis vitia exprobravit. At Joannes urbe excedit, et duabus triremibus Italiam petit. Solus itaque regendo imperio Cantacuzenus relictus, pro viribus hostium tam Turcorum, quam Serviorum invasionibus et insultibus resistit. Frequenter itaque Turci irrumpentes Chersonesum deprædabantur. Exacto demum in Italia et Germania biennio, multaque pecunia specie collatæ opis erogata ad tuendam urbem, Joannes imperator revertitur, et ad Tenedum insulam appulit, quæ tunc colonis frequens erat, Romæisque parebat, sollicitus quomodo ab imperatore socero suo susciperetur. Per id tempus quidam nobilis Genuensis, qui instructis duabus triremibus Genua solverat, ad Hellespontum ferebatur. Fractis enim rebus Romanis ac penitus eversis, ipse Genuæ portu solverat, ut aliquas arces Chersonesi occuparet, illarumque dominium usurparet, ut et alii Chium, aliique alia loca Genuenses et Veneti tenebant: dumque præteryehitur imperatori forte fit obvius; habitisque mutuis inter se colloquiis, suum ei consilium aperit imperator, quem etiam voluntati suæ obsequentem nactus est, paratumque ad auxilium sibi quovis modo ferendum, fidemque ab eo exegit, et jurejurando obstrinxit pro salute sua caput periculis eum objecturum, et urbe Cantacuzeni manibus erepta, si Deus ita annuat, Romanorum imperatorem se solum intra et extra urbem ab eo constituendum esse. Hic appellabatur Franciscus Gateluzus, cui imperator vicissim pollicetur: *Si modo res Deo volente felicem sortiatur exitum, et in recuperando imperio opera tua usus fuero, Mariam sororem meam tibi nuptum dabo.* Cum utrisque conditiones et pollicitationes placuissent, ipsi Hellespontum strenue navigant, et per noctem ante urbem accedunt juxta portam quæ dicitur Hodegetriæ, id est *Ducis viæ*. Austroque

A τοῦ συμβασιλεύοντα Ἰωάννην ἐν σπατάλῃ καὶ μέθῃ διάγοντα, ἐδυσχέραινε. Καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν κατανειδίσας αὐτὸν ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, ἐξῆλθε τῆς πόλεως σὺν δυσὶ τριήρεσι, καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο (62). Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς μόνος ἀπολειφθεὶς βασιλεὺς ὅσον ἡ δύναμις ἀντικαθίστατο τοῖς ὑπεναντίοις, πῆ μὲν Τούρκοις, πῆ δὲ Σέρβοις. Συχνάκις οὖν οἱ Τοῦρκοι πηδῶντες ἐπόρθουν Χερρόνησον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης διέτη χρόνον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ Γερμανίᾳ διαβιβάσας, καὶ πολλοὺς ἐκ τῶν Ἰταλῶν καὶ Γερμανῶν θησαυροὺς ἐγκοπωσάμενος χάριν εὐεργεσίας, ἕνεκα τῆς πόλεως παραφυλακὴν ἐστράφη, καὶ ἐν τῇ Τενέδῳ νήσῳ ἐλθών, ἦν γὰρ τότε οἰκουμένη, καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχεν, ἐν φροντίδι δὲ ἦν, πῶς αὐτὸν ὁ πενθερὸς, καὶ B βασιλεὺς ὑποδέξεται. Τότε εἷς τῶν εὐγενῶν Γενουΐτης σὺν δύο τριήρεσι πλεύσας ἐκ Γενούας πρὸς Ἑλλήσποντον, ἐπεὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων τέθραυστο καὶ εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν καθέστηκε τὰ πράγματα, ὥρμησε καὶ αὐτὸς ἐκ Γενούας τοῦ λαβεῖν μέρος τῶν Χερρονήσου φρουρίων, τοῦ δεσπόζειν, ὡς ἕτεροι Χίον, καὶ ἄλλοι ἄλλους τόπους, Γενουΐται, καὶ Βενετοί· καὶ κατὰ πάροδον ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ καὶ λόγους συνάραντες, καὶ τὴν γνώμην ὁ βασιλεὺς ἀνακαλύψας αὐτῷ εὗρε τὸν ἄνδρα καταπειθῆ, καὶ εἰς παντοίαν βοήθειαν ἕτοιμον· καὶ πιστώσας αὐτὸν ὅρκοις, ὥστε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐξᾶραι ἐκ χειρὸς τοῦ Καντακουζηνοῦ, Θεοῦ συνεργοῦντος, καὶ αὐτὸν μόνον βασιλέα C Ῥωμαίων καταστήσει ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως, Φραντζῆσκος ἦν οὗτος ὁ Γατελοῦζος τὴν ἐπωνυμίαν. Ὁ δὲ βασιλεύς, *Εἰ τοῦτο Θεοῦ συνεργοῦντος γενήσεται, καὶ ἕξω σε βοηθὸν ἐν τῇ ἐπαναλήψει τῆς ἐμῆς βασιλείας, γαμβρόν σε ποιήσομαι ἐπ' ἀδελφῇ τῇ ἐμῇ Μαρίᾳ.* Στέρξαντες οὖν ἀμφότεροι τὰς ὑποσχέσεις ἕτεμον τὸν Ἑλλήσποντον ὡς ἐχρῆν. Καὶ δὴ πλεύσαντες ἀντικρὺ πόλεως διὰ τῆς νυκτὸς, ἔφθασαν ἐν τῇ μικρᾷ πύλῃ, τῇ ἐπονομαζομένῃ τῆς *Ὁδηγητρίας* (63)· καὶ ἀνέμου σφοδροῦ πνέοντος

Ismaelis Bullialdi notæ.

(62) *Καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο.* Parachronismum procul dubio hic admisit Ducas, qui Joannem Paleologum in Italiam profectum esse tradit, antequam imperio Cantacuzenum deturbaret. Phranzes, ut jam notavimus, ei adversatur. Laonicus etiam, lib. D 1, Joannis profectionem post expulsum Cantacuzenum contigisse memorat, rerum apud Turcos summam obtinente Morate, qui patri suo Orchani anno 1359 successit, quatuor post Cantacuzenum regno pulsum annis. Profectionem illam susceptam fuisse a Joanne Palæologo ab anno Christi 1367 ad 1371, ex Pauli Mauroceni patricii Veneti historia constat lib. VIII: *Percio Giovanni Paleologo imperatore non contento de soli officii de gli ambasciatori, per rappresentare il bisogno, si risolse venire egli medesimo in Italia. e nelle provincie Occidentali, sperando con la forza di sua presenza dal pontefice e dagl'altri principi ottenere quei aiuti, che fossero al suo pericoloso stato necessarii. Nel ritornare a Constantinopoli si condusse a Venetia, onde con ogni cortesia et honore receyuto, di vinti cinque mila ducati fù accomodato, et in oltre per le sue galee di quattro cento stara di biscotto, et il figliuolo che haveva seco con altro nobil dono presentato.* Laonicus et Phranzes cum Mauroceno non sentiunt in modo, quo Venetiis habitus est Joannes. Ille lib. I, tradit a mercatoribus Venetis, qui pecunias ei crediderant, quo minus discederet, nisi soluto ære alieno, prohibitum fuisse. Hic cap. 17, lib. I, Manuelem Joannis filium pecuniam patri attulisse quo se alieno ære exsolveret.

(63) *Τῆς Ὁδηγητρίας.* Parva hæc porta Hodegetriæ, seu viæ monstratricis, ea forte est quam Græci Contoscalii vocant, quæ in nuuorum parte Bosphoro adjacente aperta est; de qua Leuncl. in *Pandectis Hist. Turc.* num. 201; Gillius Condescalam vocat, lib. I, cap. 20 *Topograph. Constantinopleos.* Cantacuz. lib. IV, cap. 39, de illo appulsu Joannis Palæologi ad Constantinopolim, Ἀθρόον μηδενὸς εἰδότος ἐπέπλευσε Βυζαντίῳ, καὶ ἐγένετο νυκτὸς ἔνδον τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ νεωρίου. *Confestim omnibus insciis Byzantium navigavit, nocte navale Heptascali ingressus est.* Porta illa inter portas Psamatii et Catergolimenis sita est; et a Nostro vocatur Ὁδηγητρίας, a monasterio τῶν Ὁδηγῶν, in quo beatissimæ Virginis Mariæ imago miraculis clara colebatur.

Digitized by Google

νότου ὁ Φραντζῆσκος σοφίζεται πανουργίαν τινά. Ἐν γὰρ ταῖς τριήρεσιν αὐτοῦ ἦσαν ἑλσιοδόχα ἀγγεῖα πολλά. Ἦν γὰρ ἔχων ἀπὸ Ἰταλίας μερικὸν φορτίον ἐλαίου, ὃ καὶ πέπρακε, καὶ τὰς λαίνας (64) κενὰς ἔφερε. Κελεύσας οὖν τοὺς ἐρέτας σύνδυο τὴν μίαν βαστάζοντες ἐν τῷ τοίχῳ τῆς πόλεως συνέθλιττον, καὶ ἦχος οὐκ ὀλίγος ἐξήρχετο, καὶ οὐ διέλειπον κρούοντες καὶ βοὴν ἀποτελοῦντες, ἕως οἱ φύλακες ἀκούοντες ἐπήδησαν ἔξυπνοι· ἐρωτήσαντες δὲ, τίς ὁ θροῦς, οἱ τῶν τριήρεων ἀπεκρίναντο, ὅτι Ἐμπορικὰ νῆά ἐσμεν, φέροντες ἔλαιον πολὺ, τὰ μὲν ἐν τῇ Ποντικῇ θαλάσσῃ, τὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλευούσῃ, καὶ παρεικήσαντες ἰδοὺ τὸ ἓν τῶν νηῶν συνεθλίβη. Γενέσθω οὖν ἀρρωγή τις ἐξ ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς, καὶ πόντα τὸν καταλειφθέντα φόρτον ὡς ἀδελφοὶ διαμερισόμεθα, μόνον μὴ βλαβέντες τὰ σώματα. Ἦν γὰρ ἡ θάλασσα πρὸς τὸ ἀγριώτερον ῥῶσα, καὶ κλυδωνικὸν σίελον ἀποπτύουσα. Τότε οἱ ἐντὸς τῆς θύρας ἀνοίξαντες, καὶ ἐξελθόντες ὡς εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν, οἱ παρακαθήμενοι ἔνοπλοι ἐκ τῶν κατέργων ὡς πεντακόσιοι εἰσῆεσαν, καὶ τοὺς εὑρεθέντας ἐν τῷ πύργῳ φύλακας κατέσφαξαν, καὶ τὰς τριήρεις κενὰς ἀφέντες, εἰσῆλθον ἐντὸς τῆς πόλεως ὡς δισχίλιοι σὺν πάσῃ τῇ ὁπλοθήκῃ καὶ παρατάξει. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν, καὶ παρευθὺ στείλας τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἐν τοῖς οἰκήμασι τῶν Παλαιολόγων, καὶ τῶν πατρικῶν αὐτοῦ φίλων, ἐσήμανε τὴν αὐτοῦ ἄφιξιν, καὶ πάντες ἔθεον· ἦν γὰρ νύξ. Ὁ δὲ Φραντζῆσκος ἀνελθὼν εἰς ἕνα τῶν πύργων, καὶ ὀχυρώσας αὐτὸν σὺν ὑπασπισταῖς καὶ λοχαγοῖς, ἀνεβίβασε τὸν βασιλέα περιφράξας αὐτὸν Λατίνοις καὶ Ῥωμαίοις ὁπλίταις. Ὁ δὲ αὐτὸς ἔτρεχε ἐπάνω τοῦ τείχους σὺν πλείστοις δορυφόροις, βοῶν μεγαλοφώνως, Πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ Παλαιολόγου βασιλέως Ἰωάννου. Ἤρξατο δὲ λυκαυγίζειν, καὶ ὁ δῆμος ἑνωτισθεὶς τὴν βοὴν ἔτρεχε εἰς τὸν Ἱππόδρομον. Πρωΐτης δὲ γενομένης, καὶ οἱ τοῦ παλατίου, καὶ οἱ τοῦ δήμου πλεῖστοι σωρηδὸν συνεισήρχοντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐν συντόμῳ τῇ μονῇ τῆς Περιβλέπτου εἰσελθὼν κείρεται τὴν κόμην, καὶ ἀμφιέννυται τὰ μέλανα, καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ γαμβρῷ μηνύει τὴν τοῦ παλατίου δι' αὐτὸν ἑτοιμασθεῖσαν εἴσοδον. Καὶ ὁ βασιλεὺς κατελθὼν ἀπὸ τοῦ ὀχυρώματος, τὴν πρὸς τὸ παλάτιον φέρουσαν ὥδευε σὺν πᾶσι τοῖς Ἰταλοῖς καὶ τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ Φραντζῆσκῳ, καὶ παντὶ τῷ πλήθει τῆς πόλεως ὅσον τῶν εὐγενῶν, καὶ ὅσον τῶν τοῦ δήμου ἀκόλουθον. Τότε καὶ ἡ δέσποινα προϋπαντήσασα τῷ βασιλεῖ σὺν τῷ Ἀνδρονίκῳ βρεφυλλίῳ ὄντι, κατησπάζοντο ἀλλήλους, καὶ ἀγαλλόμενοι εἰσῆλθον εἰς τὸ παλάτιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς, ἀφεὶς καὶ δόξαν, καὶ βασιλείαν, καὶ τρυφὴν τὴν κατὰ κόσμον, ἐζήτει παρὰ τοῦ βασιλέως λόγον ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει, καὶ μονάσαι ἐν ἑνὶ τῶν μοναστηρίων· ὃ καὶ πεποίηκε, καὶ διαβιβάσας χρόνον ἱκανὸν καλῶς ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο. Τότε καὶ ὁ Ὀρχὰν ἐγγὺς

A valido flante, Franciscus stratagema ejusmodi comminiscitur. Habebat in triremibus **21** suis olearia vasa plurima. Ab Italia namque discedens triremes oleo partim oneraverat, quo postea distracto ac divendito amphoras vacuas ferebat; jussit ergo remiges binos singulos amphoram unam gestare, et urbis muro allisam confringere, unde strepitus vehemens erumperet; itaque quassandi finem non fecerunt, aut vociferandi, donec custodes audito fragore excitati surgerent, et cum interrogassent causam tanti fragoris ac strepitus, triremium vectores responderunt, Navibus actuariis mercatores vehimur, multum oleum nobiscum portantes, partim in mari Pontico distracturi, partim Constantinopoli, dumque navigamus, ecce navium B nostrarum una quassata est: velitis ergo adjumento nobis esse, et vobiscum quasi fratribus residuas merces partiemur, nos saltem illæsos salvosque præstate, mare etenim exasperabatur, inque spumas fluctus assurgebat. Tunc qui intra portas custodes erant, eas aperiunt, et numero viginti extra prodeunt: at qui armati in insidiis stabant prope quingenti triremibus erumpentes ingrediuntur, et custodes turris, in quos inciderunt, trucidant; triremibus demum vacuis relictis prope bis mille armati et acie instructa procedentes urbem ingrediuntur, statimque imperator familiares aliquos in domos Palæologorum paternorumque amicorum mittit, qui adventum suum eis nuntiarent; interim omnes, dum noctis tenebræ sunt C discurrunt. Franciscus in turrium unam ascendit, eique militum præsidium imponit, et in ea collocat imperatorem satellitibus atque hastatis qui eum protegerent cinctum, ipse vero cum magno militum agmine supra muros discurrit clamando intensa voce, Vivat multos annos imperator Joannes Palæologus. Jamque lucescebat, cum populus audito clamore in hippodromum cucurrit, ortóque sole etiam ii qui in palatio erant, et plerique alii turmatim confluxerunt. Joannes autem Cantacuzenus monasterium venerandæ [Virginis] ingressus confestim comam tondet, pullamque vestem induit, ac imperatori genero suo significat palatii portas ipsi patere. De turre deinde descendit Joannes imperaD tor et viam, quæ in palatium ducit, capessit, comitantibus omnibus Italis, eorumque duce Francisco, populi etiam multitudine tam patriciorum et illustrium, quam plebis. Tum etiam Augusta in occursum imperatoris processit cum filio Andronico adhuc infantulo, mutuisque amplexibus se salutant, et læti palatium ingrediuntur. Jamque Cantacuzenus abdicato imperio, dimissisque deliciis et mundana gloria, imperatorem rogat, ut urbe discedendi **22** copia sibi detur, possitque in sacrum montem secedere, ibique in aliquo monasterio vitam monasticam agere, quod vitæ institutum etiam secu-

Ismael s Bullialdi notæ.

(64) *Τὰς λαΐνας.* Vox est idiomatis vulgaris Græci; figulus λαΐνας dicitur, vas fictile λαΐνι.

Digitized by Google

tus est, longoque tempore ibi exacto in pace pie quievit. Eodem fere tempore Orchanes obiit, filioque suo Morati principatum reliquit.

A ἐπλήρωσε τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῦ τέλος, τὴν ἡγεμονίαν καταλιπὼν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μωράτ.

CAPUT XII.

Joannis imperatoris filiorum natu major Andronicus, et Cuntuzes Moratis filius secundogenitus in parentes conjurant, deque occupanda tyrannide consilia agitant: quibus patefactis Morates filium suum oculis privat, significatque Joanni, si pacem secum habere velit, ut Andronicum etiam excæcet, cui Joannes morem gerens filio atque etiam ex eo nepoti visûm adimit (65), et in carcerem conjicit. Andronicus Genuensium ope liberatus imperium invadit, patrem et fratres carceri mancipat; carcere astu se liberant, et Joannes in solium imperatorium restituitur. Manuel ei successor designatur. Nuptiæ Catalusii et Mariæ Palæologinæ.

Imperator Joannes, cum annis viginti quinque major esset virilemque ætatem adeptus, præter Andronicum genuit filios duos Manuelem et Theodorum. Omnes equidem coætaneos superabat Andronicus corporis robore, multosque proceritate ac forma excellebat. Morates etiam filios genuit Sabucium, de quo mentionem fecimus, Kuntuzem et Bajazitem; æqualis porro ætatis erant Kuntuzes et Andronicus, cumque data occasione inter se colloB cuti essent, et oblectandi animi causa simul convenissent, fama ferebatur ipsos conspirasse, rebellionemque esse meditatos, qua patrem suum uterque de medio tolleret: Kuntuzes Moratem, Andronicus vero Joannem; et in posterum fraterna amicitia fœdusque intercederent, hicque imperium, ille principatum adipisceretur. Hæc cum ad Moratem delata essent, post diligens et accuratum rei examen, compertusque sermones esse veros, quos inter se habuerant, filio suo Kuntazio oculos effodi jubet, epistolamque ad imperatorem Joannem dirigit, qua significat filium suum jussu suo excæcatum, causamque facti exponit: Andronicum etiam ejus filium conjurationis participem accusat: quem C nisi tali pœna mulctaverit, bellum internecinum illaturum minatur. Tunc Joannes Augustus, aut imbecillitatis, qua laborabat, conscius, veritusque hostem in se concitare Moratem, vel crassa ignorantia gravatus [obtemperavit]. Erat enim ut plurimum hebes ac stupidus, nullaque negotia tractabat: sed totus in captandis formosis mulieribus et venustis occupabatur, ut aliquam quomodocunque alliceret, et illaquearet. **23** Cæteras vero res omissas fortunæ volvendas permittebat, neque de earum exitu, quo tandem abirent, erat sollicitus, verum ad bonos vel malos successus indifferens. Excæcavit ergo Andronicum; neque eum solum, sed etiam ex illo nepotem Joannem, infantem admodum et vix balbutientem, inque locum ejus alD terum filium Manuelem Romanorum imperatorem coronatum suffecit. Tertiumque Theodorum dictum

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ὑπερβὰς τὰ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη, καὶ τὴν ἀνδρῶαν ἡλικίαν ἐνδὺς, ἐποίησεν υἱοὺς μετὰ τὸν Ἀνδρόνικον δύο, Μανουὴλ καὶ Θεόδωρον. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος ὑπερεῖχε πάντας τοὺς συνηλικιώτας ἔν τε ῥώμῃ σώματος, καὶ ἐν ἡλικίᾳ καὶ κάλλει διαφέρων πολλούς. Ὁ δὲ Μωρὰτ καὶ αὐτὸς ἔχων υἱοὺς τόν τε Σαβούτζιον τὸν προῤῥηθέντα, καὶ Κουντούζην. καὶ Παγιαζήτ. Ὁ δὲ Κουντούζης ἰσῆλικος ὢν σὺν τῷ Ἀνδρονίκῳ, καὶ κατὰ καιρὸν συνὼν αὐτῷ καὶ συνευφραινόμενος, ἐῤῥέθη λόγος, ὡς ὁμόσαντες ἄμφω ἀνταρσίαν εἰσπράξονται· καὶ ὁ μὲν Κουντούζιος τὸν Μωρὰτ, ὁ δὲ Ἀνδρόνικος τὸν Ἰωάννην τὸν πατέρα αὐτοῦ διαχειρίσονται, καὶ ἔσονται ἀδελφοὶ εἰς τὸ ἑξῆς. Καὶ ὁ μὲν Ἀνδρόνικος τὴν βασιλείαν, ὁ δὲ Κουντούζης τὴν ἡγεμονίαν ἀναδέξεται. Ἐνωτισθεὶς δὲ ταῦτα ὁ Μωρὰτ, καὶ ἐξετάσας ἀκριβῶς, καὶ μαθὼν τὰ λαληθέντα ἀληθῆ, ἐξορύττει τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κουντουζίου· καὶ στέλλει πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωάννην γραφὰς δηλούσας τὴν τύφλωσιν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τυφλώσεως, καὶ συναίτιον δηλῶν τὸν Ἀνδρόνικον καὶ υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰ μὴ καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια δράσει τῷ Ἀνδρονίκῳ, ἐγερεῖ μάχην ἄσπονδον κατ' αὐτοῦ. Τότε ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης, ἢ διὰ τὴν ἀδυναμίαν ἣν εἶχε, μὴ φέρων ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι τῷ Μωράτ· ἢ διὰ τὴν ὑστέρησιν τῆς γνώσεως, ἦν γὰρ ὡς ἐπιπολὺ κοῦφος, καὶ μὴ πολυπραγμονῶν ἐν ἄλλοις τὰ πράγματα πλὴν ἐν γυναιξὶν ὡραίαις καὶ καλαῖς τῷ εἴδει, καὶ τίνος καὶ πῶς παγιδεύσει αὐτήν· ἐν δὲ πράγμασιν ἑτέροις, ὡς ἔλθοι κατὰ τύχην, καὶ κατατροχάδην ἀπορῥεύσει, οὕτω καὶ ἐδέχετο, καὶ ἀντελάμβανε· τυφλωσεν οὖν καὶ αὐτὸς τὸν Ἀνδρόνικον· καὶ οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωάννην νήπιον ὄντα, καὶ μόλις ψελλίζοντα. ἀντ' αὐτοῦ δὲ στέφει τὸν δεύτερον τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἰς βασιλέα Ῥωμαίων, τὸν Μανουήλ. Τὸν δὲ τρίτον, τὸν καὶ Θεόδωρον, δεσπότην Λακεδαιμονίας καθίστησι. Τὸν δὲ τυφλὸν Ἀνδρόνικον μετὰ τοῦ παιδὸς Ἰωάννου καὶ τῆς γυναικὸς ἐγκλείστους ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Ἀνεμᾶ (66) καθειργνυσιν· διετίαν δὲ ἐν

Ismaelis Bullialdi notæ

(65) De excæcatione Cuntuzis et Andronici adeundus Laonicus lib. 1 qui Sauzen, non Cuntuzen appellat, et natu maximum filiorum Moratis fuisse dicit. Joannes imp. aceto fervido Andronici oculis infuso cum excæcavit. Phranzes lib. 1, c. 16, Moratis istum filium appellat Mosen Zelebin, et patris jussu capite plexum fuisse ait. De illorum excæcatione Leunclavius nullum verbum facit.

(66) Ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Ἀνεμᾶ. Leunclavius in *Pandectis Histor. Turcorum* docet se a Zygomala didicisse Constantinopoli turres illas, quas Leonardus Chiensis in narratione expugnationis Constantinopoleos Aveniades appellat, vero nomine Anemanis turres vocari, et esse eas, quæ in arce Pentapyrgo, ad angulum urbis orientalem, juxta Blachernarum templum, sita visebantur.

Digitized by Google

φυλακῇ (67) ἐγκείστοι γενόμενοι συνδρομῇ τῶν τοῦ Γαλατᾶ Λατίνων ἀπὸ τοῦ πύργου ἐξέφυγον, καὶ οἱ Γενουῖται τοῦτον δεξάμενοι, ἥρξαντο ἀντιμάχεσθαι τοῖς πολίταις προσωπεῖον κεκτημένοι τὸν Ἀνδρόνικον. Καὶ πολεμήσαντες ἡμέρας ἱκανὰς πατὴρ πρὸς υἱὸν, καὶ υἱὸς πρὸς πατέρα (τοῦτο τῆς Ῥωμαίων ἀπανθρωπίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἔχθρας) διὰ τῶν φρικωδεστάτων ὅρκων γενομένης παραβάσεώς ποτε εἴσεισιν ἐν τῇ πόλει Ἀνδρόνικος, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναγορεύεται. Τὸν δὲ πατέρα αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μανουὴλ καὶ Θεόδωρον ἐγκλείστους ὁ πύργος, ὃν αὐτὸς εἶχεν ὡς τάρταρον, ὡς ὁ Ζεὺς τὸν πατέρα καὶ Κρόνον, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα ἔνδον κατεῖχε, καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο. Διετίαν οὖν καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ πύργῳ γενόμενοι, ἀπέδρασαν συνεργείᾳ τινὸς ἀλάστορος· ὄνομα μὲν αὐτῷ Ἄγγελος, τῇ δὲ ἐπωνυμίᾳ διάβολος· καὶ μίγδην φέροντες σὺν τῇ ἐπωνυμίᾳ τὸ ὄνομα, ἐκαλεῖτο Διαβολάγγελος. Αὐτὸς τοίνυν ἐκβάλλων ἀπὸ τοῦ πύργου εἴτε ἀγγέλου, εἴτε δαίμονος τέχνῃ ἐπέρασεν αὐτοὺς ἐμβάλλων ἐν ἀκατίῳ πέραν εἰς τὸ Σκουτάριον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος μαθὼν τὴν φυγὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ οὐκ ἠθέλησεν εἰς μακρὰν γενέσθαι τὰ ξυστυχήματα Ῥωμαίοις, οὐδὲ αὐτὸς εἶναι τῶν κακῶν αἴτιος· ἀλλὰ μεταπαλεῖται τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς δοὺς πίστεις ἐνόρκους, καὶ εἰσάγει τούτους ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀναβιβάζει τὸν πατέρα ἐν τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις, καὶ πίπτει ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ζητεῖ λύσιν τῶν ἐγκλημάτων, καὶ αὐτὸς ἀφίησιν. Ἦν γὰρ ὁ Ἀνδρόνικος τὸν ἕνα τῶν ὀμμάτων αὐτοῦ ἔχων ἀνεῳγμένον, ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο σκαρδαμυκτῶν, καὶ παραβλὼψ θεωρῶν. Τότε ὁ βασιλεὺς καμφθεὶς, καὶ ἐπὶ τῷ γεγονότι πάθει σφοδρῶς λυπηθεὶς, ἔπεμψεν αὐτὸν σὺν τῷ παιδὶ καὶ τῇ γυναικὶ οἰκεῖν ἐν Σηλυβρίᾳ [Σηλυμβρίᾳ] δωρήσας αὐτῷ ταύτην, καὶ Δάνειον, καὶ Ἡράκλειαν (68), Ῥεδαιστόν τε καὶ Πάνιδον·

A Lacedæmonis principem constituit. Excæcatum Andronicum cum nepote Joanne et illius uxore in turri Anemæ concludit; cumque per biennium ibi detenti fuissent, concursu Latinorum e Galata facto evaserunt. Genuensesque hunc Andronicum suscipientes, ejusque obtendentes nomen civibus Constantinopolis bellum inferre cœperunt. Per plures itaque dies cum pater et filius mutuis præliis certassent (ita feri erant Romani, et Deum sic odio habebant), Andronicus conceptis exsecrandis juramentis, quæ deinde violavit, ingreditur civitatem, et Romanorum imperator proclamatus, patrem deinde fratresque suos Manuelem et Theodorum, ut olim Jupiter Saturnum patrem, fratresque suos Plutonem et Neptunum, incarcerat in ea turri, in B qua captivus detentus fuerat, quam etiam æque ac Tartarum aversabatur, imperiique solium invadit. Per biennium quoque isti in turri manserunt, evaseruntque ope cujusdam perditi nebulonis, qui vocabatur Angelus, cognomenque ei erat diabolus: conjunctisque nomine ac cognomine vocabatur Diabolangelus. Is igitur, cum eos turri extraxisset sive angeli sive dæmonis arte, navigio impositos Scutarium ultrà mare trajecit. Verum Andronicus, cognita patris fratrumque fuga, noluit amplius auctor esse calamitatum et infortuniorum, quibus Romæi premebantur; patremque accersit et fratres, obstricta iis per jusjurandum fide eos in urbem accipit, parentemque solio imperii restituit, et ejus pedibus C advolutus errorum veniam rogat et consequitur Andronicus equidem ille oculorum alterum apertum habebat, Joannes vero filius ejus utroque luscitiosus erat, et oblique intuebatur. Imperator filii precibus jam delinitus, et eorum quæ acciderant pertæsus, eum cum uxore et filiolo Selymbriam ad habitandum misit, quam ei concedit Daniumque, Heracleam et Panidum. Manuelem deinde imperiali diademate ornat. Francisco Gatelluzo, quem ami-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(67) *Διετίαν δὲ ἐν φυλακῇ.* In carcerem conjectus est Andronicus a patre excæcatus, ut c. 16 narrat Phranzes; ex eo vero extractus est, cum proceres Constantinopolitani Ameram Moratem ut liberaretur exoratum habuerunt. Narrat postea Joannem in Italiam profectum, Andronicum excæcatum despotam rebus imperii interea procurandis præfecisse: at, ubi reversus fuit, Manuelem filium suum secundogenitum, universis applaudentibus, imperatorem proclamasse. Quod indigne ferens Andronicus ad Bajazitem aufugit: et auxilia ab eo consecutus, urbem noctu ex improviso adortus, patrem fratremque cepit, et in carcerem compegit: qui post duos annos cum semisse, Bulgaris custodibus deceptis, ad Bajazitem aufugerunt: tributa annua pendere polliciti, in imperium reducti sunt. Hac de re Laonici narratio lib. I, *Hist. de rebus Turc.* valde confusa est, nec his consentit. Vult etiam ante Andronici excæcationem Joannem in Italiam discessisse. De Andronici ad Bajazitem profectione, lib. II, agit.

(68) *Δάνειον καὶ Ἡράκλειαν.* Apud alios legitur Daonium: oppidum est Thraciæ maritimum sub Heracleensi metropolita. Heraclea, quæ hodie Propontidi adjacet, et metropolis est, olim Perinthus appellata fuit, ut clare docet inscriptio, quam Heracleæ anno 1647, Maii die 1, ex marmore transcripsimus. Lapis ille marmoreus olim fuit Stylobates, cui imperatoris Severi statua imposita erat. Parieti templi metropolitanæ Heracleensis, quod templorum Christianorum per Græciam universam residuorum elegantissimum est, transverse insertus visitur lapis ille, non erectus: et qui illum inseruere fabri, forinsecus inscriptionem apparere, ut legeretur, voluerunt: illam in marmoribus Arundellianis Seldenus transcripsit, pag. 55, sed corruptam; qualem ipsi legimus, hic proponimus:

D

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ*
ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ

* Ultimæ syllabæ duarum vocum Σεπτίμιον Σεουῆρον ita scriptæ sunt, ut intra O τὸ N comprehendatur.

Digitized by Google

bam interereut ad levandum emplastro morbum, quem sceleribus suis contraxerant. Misit itaque Orchanes militum decem millia, qui trajecto freto intra urbis mœnia a civibus gaudio exsultantibus accipiuntur, perque vias urbis et muros ambulant, eosque lustrant ; benigne ab imperatrice habiti cæterisque Romæis urbe excedunt, et adversus Cantacuzenum proficiscuntur. Ex altera vero parte Cantacuzenus præsidiis impositis castra arcesque firmat, commeatumque et cætera necessaria invehit, progrediturque cum Romæorum sibi adhærentium copiis Serviorumque exercitu, prælioque semel atque iterum commisso nullum damnum a Turcis passus est ; erat quippe vir bellicosissimus, robustus et artis bellicæ præ cæteris sui temporis hominibus peritus. Quotquot igitur prælio ceperunt, Turcos peremerunt, Romæos vero vestibus spoliatos domum nudos remiserunt. At Turci omissa pugna ad pagos diripiendos discurrunt. Jamque longa agmina mancipiorum catenis vinctorum trahebant, abducebantque Constantinopolim viros, mulieres, lactentes infantes, adolescentes, sacerdotes et monachos velut oves, et tanquam Scythas aut Abasgos per vias vendendi gratia agebant ; quodque acerbius erat, nisi redemptor statim accederet, spectantibus Romæis Romæi a Barbaris, proh inhumanum scelus ! flagris cædebantur. Isque malus percutientis erat animus, ut nempe miseratione motus quispiam eos redimeret : qui vero redempti non sunt, eos trans fretum Prusam 16 statim avexerunt, inque alias regiones mediterraneas inter Turcos vænum miserunt. Omnium erat miserabilis aspectus, ubique luctus, lamenta et lacrymæ intuentibus Romæis, neque ullus Græcus aut Barbarus miserebatur.

καὶ πολλὴν βοτάνην ἐκθλίβουσιν, ἵνα ποιήσωσι ἔμπλαστρον εἰς τὴν νόσον ἣν ἡ ἁμαρτία αὐτοῖς πραξένησε· στείλας οὖν Τούρκους τὸν ἀριθμὸν χιλιάδας δέκα ὁ Ὀρχὰν, καὶ τὸν πορθμὸν διαβάντας τῆς πόλεως δέχονται τούτους μετὰ χαρᾶς οἱ πολῖται, καὶ τὰ τῆς πόλεως τείχη, καὶ τὰς ἔνδον ἀγυιὰς καταπατήσαντες, καὶ φιλοξενηθέντες παρὰ τῆς δεσποίνης καὶ τῶν Ῥωμαίων, ἐξίασι κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς, ἀσφαλτώσας τὰ φρούρια (48), καὶ ζωοτροφίας καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἅπαντα καλῶς ἐπιμελησάμενος, ἔξεισι καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ Ῥωμαϊκῶν καὶ Σερβικῶν στρατευμάτων, καὶ συμπλακεὶς καὶ πρώτην καὶ δευτέραν εἰσβολὴν, οὐκ εἶχον οἱ Τοῦρκοι κερδᾶναί τι τῶν αὐτοῦ. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ περὶ τὰ πάντα πολεμικώτατος, ἀλκὴν ἔχων καὶ τέχνην τῶν πολέμων ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων τοῦ τότε καιροῦ. Ὅσοι μὲν τῶν Τούρκων ἠνδραποδίζοντο, μαχαίρας αὐτοὺς παρανάλωμα ἐποίησαν· ὅσοι δὲ τῶν Ῥωμαίων μόνον τοῖς ἐνδύμασι αὐτοὺς ἀφελόντες, γυμνοὺς ἀφίεσαν οἴκαδε πορεύεσθαι. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸ πολεμεῖν ἀφέντες τὸ σκυλεύειν τὰς κώμας κατέτρεχον, καὶ δὴ ὁρμαθοὺς ἀναριθμήτους ἐξ ἁλύσεων ἀνθρώπους συμπλέξαντες εἰς τὴν Κωνσταγτίνου ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, θηλάζοντα νήπια καὶ ἐφήβους νέους, ἱερεῖς καὶ μοναχοὺς ἅπαντας φύρδην, ὡς πρόβατα ἐν τῇ λεωφόρῳ, ὡς Σκύθας ἢ Ἀβασγοὺς (49) ἀπεμπολοῦντες ἐκόμιζον. Καὶ τὸ δεινότερον ὅτι εἴ ἔτυχε μὴ παραχρῆμα οὐχ εὑρίσκετο ἀγοράζων, ἐν ταῖς ὄψεσι τῶν Ῥωμαίων δεινῶς οἱ Ῥωμαῖοι παρὰ τῶν βαρβάρων, ὢ τῆς ἀσπλαγχνίας ! ἐμαστίζοντο. Οὐκ ἄλλο τὸ πανουργευόμενον, ἢ ὅτι καμφθέντες αὐτοὺς ἐξωνήσουσι· τοὺς δὲ μὴ ἐξωνουμένους παρευθὺς τὸν πορθμὸν διαβιβάσαντες ἐν τῇ Προύσῃ, καὶ ἀνωτέρω τούτους ἀπέπεμπον ἐν τοῖς Τούρκοις πιπραθησομένους. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν, πανταχοῦ κλαυθμοὶ, πανταχοῦ ὀδυρμοὶ, πανταχοῦ δάκρυα ἐν ὄψεσι τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὁ ἐλεῶν οὐκ ἦν οὐδ' Ἕλλην οὔτε Βάρβαρος.

CAPUT IX (50).

Cantacuzenus Orchani filiam suam uxorem dare pollicitus, eum a fœdere cum Anna icto avertit, et auxilia ab eo obtinet. Nuptiæ celebrantur. Cantacuzenus Constantinopolim proficiscitur, civesque ut se dedant frustra hortatur, in urbem amicorum ope intrat.

Civium Constantinopoleos adversus alios Romæos nefarie admissum tam indignum facinus, cum animo versaret Cantacuzenus, nec id ferre posset

Τότε Καντακουζηνὸς, εἰς νοῦν λαβὼν τὸ γεγονὸς, καὶ μὴ φέρων τὴν ἄτοπον πρᾶξιν ἣν ἀθέσμως μετεχειρίσαντο οἱ τῆς πόλεως πρὸς τοὺς ἔξω Ῥωμαίους,

Ismaelis Bullialdi notæ.

(48) Ἀσφαλτώσας τὰ φρούρια. Metaphora a re navali ducta : ut enim naves firmiores sint, nec facile aquam admittant, pice et sebo inunguntur. Quod etiam ad navigationis celeritatem confert. Usus est autem hoc verbo ἀσφαλτοῦν, *bitumine inducere*, quod pro πιττοῦν etiam, id est picare, usurpatur. Sed fortasse voluit scribere ἀσφαλίσας.

(49) Abasgi, de quibus hoc capite loquitur, populi sunt olim liberi dicti ad Euxinum pontum pertinentes. Cantacuzenus harum turpium et Christiano nomine indignarum conditionum non meminit, quibus cum Orchane fœdus et societatem belli Annæ contraxit.

(50) Hoc capite de nuptiis Orchanis et Cantacuzeni filiæ Theodoræ agitur. In eo notanda est varietas et dissensio inter nostrum auctorem et Cantacuzenum ; hic quippe asserit, lib. III, cap. 92, Orchanem filiæ suæ nuptias ambiisse ; quas cum in aliud tempus rejiceret Cantacuzenus, imo proco respondere differret, ab Homure eam affinitatem utilem sibi fore suasus filiam suam Orchani despondet. Cantacuzeno soli in sua causa credendum non est, et verisimilius videtur quod dicit Noster, Cantacuzenum filiæ nuptias Orchani proposuisse, ut fœdus, quod cum eo jungere cupiebat, arctiori vinculo stringeret, et Orchanem a priori cum Anna pacto aver-

Digitized by Google

βουλὴν βουλεύεται πονηράν, Θεοῦ σκληρύνοντος, A οἶμαι, τὴν καρδίαν αὐτοῦ, διὰ τὸ καταφρονεῖσθαι ἄρδην τοὺς Ῥωμαίους. Καὶ στείλας πρέσβεις εἰς τὸν Ὀρχὰν αἰτεῖ παρ' αὐτοῦ βοήθειαν, ὡς ἀδικούμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ ὡς ἐπίτροπος ὢν τῆς βασιλείας τοῦ ἀποιχομένου βασιλέως Ἀνδρονίκου· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι φθονήσαντες ἐξέωσαν αὐτὸν τῆς ἐπιτροπῆς, καὶ κατέσφαξαν τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς, κἀκεῖνον φυγάδα πεποίηκαν. Εἰ οὖν ἀντιλάβοι τε αὐτὸν, καὶ χεῖρα βοηθείας ὀρέξῃ, ἕξει δοῦναι αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα μετὰ καὶ πολλῶν θησαυρῶν χάριν προικὸς, καὶ ἕξειν αὐτὸν ὡς υἱὸν, καὶ ὑπακούειν αὐτῷ εἰς πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ. Τότε ὁ Ὀρχὰν ἀκούσας τοὺς πρέσβεις παρ' ἐλπίδα γαμικῶν συναλλαγμάτων φθεγγομένους φωνὰς, καὶ θησαυρῶν ἀπείρων ἀγγελίας, κεχηνὼς οὕτως ὡς βοῦς διψῶν ἐν καύσωνι θέρους ἐν λάκῳ πλήρης [πλήρει] ὕδατος ψυχροτάτου πίων μὴ κορεννύμενος τῶν ναμάτων, οὕτω καὶ οὗτος ἐνωτισθεὶς ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἀκολασίας. Καὶ γὰρ ἀκρατέστερον τὸ ἔθνος αὐτὸ καὶ οἰστρομανὲς ὡς οὐδὲ ἓν τῶν πασῶν [πάντων] γενῶν ἀκόλαστον ὑπὲρ πάσας φυλὰς, καὶ ἀκόρεστον ἀσωτίαις. Τοσοῦτον γὰρ πυροῦται, ὅτι καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν ἐν Θηλείαις, ἐν ἄρρεσιν, ἐν ἀλόγοις ζώοις ἀδεῶς· καὶ ἀκρατῶς μιγνύμενον οὐ παύεται· καὶ τοῦτο τὸ ἀναιδὲς καὶ ἀπάνθρωπον ἔθνος; εἰ Ἑλληνίδα, ἢ Ἰταλὴν, ἢ ἄλλην τινὰ ἑτερογενῆ προσλάβηται, ἢ αἰχμάλωτον ἢ αὐτόμολον, ὡς Ἀφροδίτην τινὰ ἢ Σεμέλην ἀσπάζονται, τὴν ὁμογενῆ δὲ καὶ C αὐτόχλωττον ὡς ἄρκτον ἢ ὕαιναν βδελύττοντες. Ἀκούσας τοίνυν ὁ ῥηθεὶς ἀρχηγὸς Ὀρχὰν τὴν πρὸς γάμον τῆς κόρης συνάφειαν, ἦν γὰρ ὡραία τῷ εἴδει, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἄχαρις, καὶ τὸν τῆς προικὸς ὄγκον, καὶ τὰ σταλθέντα παρὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ προγαμιαῖα δωρήματα, συνένευσεν εὐκόλως· καὶ φιλοτιμήσας τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψεν ὅρκους δοὺς καὶ λαβὼν, ὡς ἀπ' τοῦ γε εἰς τὸ ἐξῆς ἔσται γαμβρὸς τοῦ Καντακουζηνοῦ, καὶ εἰς πᾶσαν ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα ἀόκνως ἑτοιμασθήσεται· μόνον τὴν μελλονύμφην σὺν τῇ φερνῇ συντόμως πρὸ τοῦ ἔαρος εἰ μεταπέμψει. Ἔτυχε γὰρ αὕτη ἡ μιαρὰ μνηστεία ἐν Ἰανουαρίῳ μηνὶ γενέσθαι τοῦ τότε χρόνου· καὶ σὺν τούτοις ἐστάλθησαν ὡς πέντε χιλιάδες Τοῦρκοι τῷ Καντακουζηνῷ ἄνδρες μαχιμώτατοι, καὶ ὀξεῖς εἰς θυμὸν, καὶ τῶν Ῥωμαίων φθορεῖς, ὡς εἰκάσει τις αὐτοὺς εἰς κύνας καρχαρόδοντας, ἢ Χάροντας. Ἀποδεξάμενος οὖν αὐτοὺς ὁ Καντακουζηνὸς, κατὰ τὴν συνήθη φιλοφροσύνην μετὰ δώρων ὅτι πλείστων, ὑποσχέσεων κατακορέστας αὐτοὺς, ἡτοιμάζετο τὴν πρὸς τὸν Βυζάντιον παρασκευὴν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸ στῖφος τῶν Τούρκων, καὶ ἑτέρους τόσους, ἢ καὶ πλείονας

perniciosum consilium, Deo, ut videtur, cor ejus indurante, eligit quo Romæi funditus perirent. Legatis ad Orchanem missis auxilium ab eo poscit, ut a Romæis injuriam passus, et imperii Andronici defuncti imperatoris administratione, cujus ipse tutor erat, invidia pulsus : suos etiam consanguineos o cisos queritur, seque fugere coactum. Si itaque opem ferre velit, adjutoremque se præbere, pollicetur ei nuptum filiam se daturum, multosque dotis nomine thesauros, habiturumque eum pro filio, inque omnibus ei obtemperaturum. Tunc Orchanes cum legatos de connubialibus pactis disserentes præter spem audivisset, ingentesque auri pollicitationes, non secus ac bos ore hiante per æstatis ardentem æstum e lacu frigidissimæ aquæ pleno hauriens, quamvis largissimo potu sitim non restinguit: hæc auribus insinuata promissa secundum innatam Barbaris libidinem atque aviditatem amplectitur. Gens enim ista cæteras nationes intemperantia atque inexplebilis luxuriæ furore vincit, qui eo crumpit, ut non solum juxta naturæ leges, sed etiam contra fas, et ordine præpostero cum feminis, et maribus, atque brutis audacia effreni stupra exerceat. Præcipue vero impudens et inhumana gens si Græcam aut Italam, aliamve peregrinam mulierem captivam aut transfugam possideat, ut Venerem aliquam aut Semelen amplectitur, suas vero concives feminas ut ursum aut hyænam aversatur. Prædictus itaque princeps Orchanes cum de conjugio puellæ, quæ præstanti forma ac venusta erat, deque dotis amplitudine verba percepisset, missisque a Cantacuzeno donis antenuptialibus captus esset, facile petitionibus legatorum annuit, eosque honorifice habitos dimisit, et jurejurando interposito generum Cantacuzeni deinceps 17 gessit, et ad suppetias, ut filium, patri ferendas apparaturum se pollicitus est: hac solum addita conditione, ut futuram uxorem sine mora ante vernum tempus accersat: hæc enim sponsalia scelesta mense Januario anni illius celebrata sunt. His actis missa sunt militum Turcorum quinque millia bellicosorum et manu promptorum, qui Romæorum totidem pestes erant, ut etiam quivis eos cum canibus dentes exasperantibus, aut Charontibus rite comparaverit. Hos Cantacuzenus pro more solito comiter atque humane suscipit, dona quamplurima largitur, promissisque ipsos onerat. Apparat deinde adversus Byzantium expeditionem, agmen Turcorum post se trahens, aliosque totidem vel etiam plures Servios et Romæos, quicunque Thraciam tunc habitabant. Jamque cum dote et pompa splendida multaque magnificentia ad Orchanem filia transmissa, ad bellum se ipse accingebat, et a Selymbria Constantinopolim

Ismaelis Bullialdi notæ.

teret; allidendus erat princeps ille: nec gratiori aut suaviori esca eum in partes suas trahere poterat Cantacuzenus, quam nuptiarum spe ac ingentis dotis promissis. Phranzes, cap. 15, lib. 1. has inter imperatores discordias ad tempora Amerae Muratis falso transfert. Quod hoc loco notandum fuit

Digitized by Google

usque direptionibus atque incendiis vastare pagos et urbes cœpit: infelicesque Romæi aut Serviorum præda facti in Serviam dimissi sunt, aut a Turcis capti freto trajecto Prusam cæterasque urbes translati sunt, et in servitutem abducti; miserabile spectaculum omnibus exhibitum; nam qui in servitutem redigebat, et qui vinciebatur, percussor et percussus Romæus erat uterque; quique occidebant et occidebantur, o acerba calamitas! Romæi erant. Profectus Cantacuzenus, ut jam dixi, usque ad portas Constantinopolis plurimis Romæis occisis aut captis, omnibus circumjacentibus locis desolatis et eversis urbem occupare quærebat, taliaque verba dicit: *Non illaturus alicui injuriam, viri Byzantini, veni, neque hactenus. Intuli, qui antea contumeliam prius sum passus imperii tutor ab Andronico imperatore novissimo sum electus. Adolescens ipse imperii hæres, imperator meus est filiusque per adoptionem; sic enim pater ejus coram Deo mihi mandavit. Quid peccavi si generum adsciscere illum voluit? an latet vos quod pater ejus tanquam fratrem genuinum me semper foverit, et dilexerit? et imperii curam, ut et illum ipsum, mihi commiserit, et mecum partitus fuerit? Nobilis certe sum, illustris et clarus, summusque inter eos qui se divites prædicant, eorumque qui arma bellumque tractant fortissimus. Quare vobis infimæ sortis hominibus, barbarorumque labe inquinatis despectus tam et spretus? Propter hoc accessi, o cives, non ut quemquam damno afficiam, sed potius ut ex æquo et bono suum cuique tribuam. Iis profecto qui peccaverunt veniam concedo, eorumque, qui detrimentum aliquod* **18** *senserunt, propriis impensis damna resarciam, Romanam rempublicam constituam, eique pacem stabiliam. Quid si, ut Deus jubet, vindicarem scelera vestra? Aperite ergo mihi portas, Dominum Christum juro illiusque penitus intemeratam matrem, quod me nulli hostem, sed omnibus benevolum exhibebo.* Byzantini vero nullum responsum, verba Cantacuzeni aspernati, dederunt: quin etiam de plebis fæce homines ex propugnaculis verba contumeliosa in eum jactabant, ipsumque probris proscindebant, conjugem atque filiam ejus Helenam, quæ brevi tempore interjecto eorum domina atque imperatrix constituenda erat, ut scortum convitiis onerabant. Tunc intellexit Cantacuzenus admonendo, aut verbis castigando urbem recipere non posse: ad alias vero se convertit artes, belloque experitur, ac tandem ope amicorum et propinquorum, qui in urbe remanserant, ingreditur, ad quem conspiciendum omnes confluunt, faustis acclamationibus prosequuntur, imperatoremque salutant.

A Σέρβους, καὶ Ῥωμαίους ὅσους ἡ Θρᾴκη τότε ἔχειν ἠδύνατο. Καὶ δὴ ἑτοιμάσας τὰ τῆς προικὸς, καὶ πέμψας τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τῷ Ὀρχὰν σὺν πάσῃ τιμῇ καὶ περιφανείᾳ καὶ δόξῃ καὶ πολλῇ τῇ λαμπρότητι, αὐτὸς εἰς πόλεμον ἠσχολεῖτο, καὶ δῃτα ἀρξάμενος ἀπὸ Σηλυμβρίας λῃΐζειν καὶ καίειν πάσας κώμας καὶ πόλεις ἄχρις αὐτῆς πόλεως, καὶ τοὺς δυστυχεῖς Ῥωμαίους; οὓς μὲν Σέρβοι ᾐχμαλώτευον εἰς Σερβίαν ἀπέπεμπον· οὓς δὲ Τοῦρκοι τὸν πορθμὸν διαβιβάζοντες εἰς Προῦσαν καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις δορυαλώτους ἐπόμπευον. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινόν. Τίνες οἱ αἰχμαλωτίζοντες; Ῥωμαῖοι. Τίνες οἱ αἰχμαλωτιζόμενοι; Ῥωμαῖοι. Τίνες οἱ σπαθίζοντες; Ῥωμαῖοι. Τίνες οἱ σπαθιζόμενοι; Ῥωμαῖοι. Τίνων τὰ νεκρὰ σώματα; Ῥωμαίων. Τίνες; B οἱ νεκρώσαντες; Ῥωμαῖοι. Ὦ δεινῆς συμφορᾶς! Ἐλθόντος δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ (51) σὺν αὐτῷ τῷ στρατῷ, ὅπερ εἰρήκαμεν, ἄχρι καὶ τῶν πυλῶν τῆς Κωνσταντίνου, πολλοὺς τῶν Ῥωμαίων φθείρας, καὶ δορυαλώτους πλείστους, καὶ πάντα τὰ πέριξ ἐν ἐρημίᾳ καὶ ἀφανισμῷ καταστήσας, ἐζήτει τὴν πόλιν λέγων, ὡς *Οὐκ ἀδικήσων τινὰ, ἢ ἀδικήσας ἐλήλυθα, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡς ἀδικηθεὶς καὶ ἀδικούμενος. Ἐπίτροπός εἰμι τῆς βασιλείας Ῥωμαίων παρὰ τοῦ ἀποιχομένου βασιλέως Ἀνδρονίκου. Ὁ νέος αὐτὸς καὶ διάδοχος τῆς βασιλείας ἐμός ἐστι βασιλεύς, καὶ υἱὸς κατὰ θέσιν· οὕτως γάρ μοι ἀνέθηκεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Τί κακὸν ἔπραξα, εἰ βούλομαι λαβεῖν* C *αὐτὸν γαμβρόν; Οὐκ οἴδατε ὅτι πατὴρ αὐτοῦ ὡς ἀδελφόν γνήσιον καὶ ἔρα, καὶ ἐπρόσεχε, καὶ ἐφίλει, καὶ τὴν βασιλείαν πολλάκις, ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν, καὶ ἀνετίθη καὶ συνεμέριζε ταύτην μετ' ἐμοῦ; Οὐκ εἰμὶ τῶν ἐνδόξων, τῶν εὐγενεστάτων, τῶν περιφανῶν; τῶν ἐν πλούτῳ καυχωμένων ὁ ὑπέροχος; τῶν ἐν στρατηγίαις ὁ ἀλκιμώτατος; Τί καταφρονεῖτε; καὶ ταῦτα γένος τῆς κάτω τύχης καὶ μιξοβάρβαρον τυγχάνοντες. Διά τοι τοῦτο ἦλθον, ὦ πολῖται, οὐκ ἀδικήσων τινὰ, ἀλλὰ μᾶλλον δικαιώσων. Καὶ τοὺς μὲν ἐπταικότας ἀφίημι τὰ πταιπτώματα,* D *τοὺς δὲ ἀδικηθέντας δικαιώσω ἐκ τῶν ἐμῶν θησαυρῶν, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν εἰσάξω ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πολιτείᾳ. Εἰ δ' οὖν τὸ πᾶν ἐκδικήσω; καὶ ἀνταποδώσω Θεοῦ κελεύοντός μοι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν; Ἀνοίξατέ μοι πύλας, δίνυμι τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ τὴν πανυπέραγνον αὐτοῦ μητέρα, οὐχ ὡς ἐχθρὸς, ἀλλ' ὡς φίλος φανήσομαι.* Οἱ δὲ τῆς πόλεως; (52) τὸ παράπαν ἀπόκρισιν μὴ δόντες ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ καταφρονοῦντες, καὶ ἀτίμους λόγους οἱ τοῦ δήμου χυδαῖοι ἐκ τῶν προμαχώνων κατέχεον. Αὐτὸν δὲ λοιδοροῦντες, καὶ τὴν αὐτοῦ σύζυγον, καὶ τὴν θυγατέρα Ἑλένην, ἣν ὡς ἐν ὀλίγῳ δέσποιναν καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(51) *Ἐλθόντος δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ.* Adeundus ipse Cantacuz. lib. III cap. 99, ubi de se modestius verba facit, quam Noster eum loquentem inducit. Hortatus est equidem Annam, ut se ad pacis conditiones adduci pateretur, neve pertinacia sibi ac liberis malum extremum arcesseret.

(52) *Οἱ δὲ τῆς πόλεως.* Videndus Cantacuz. lib. III, cap. 96, ubi queritur sæ contumeliis a Constantinopolcos incolis sæpius petitum fu'sse.

Digitized by Google

κυρίαν αὐτῶν ὁ χρόνος ἐμέλλε χειροτονῆσαι, αὐτοὶ ὡς μαχλάδα διὰ γλώττης κατέσυρον. Τότε ὁ Καντακουζηνὸς ὁρῶν ὅτι διὰ δημηγοριῶν καὶ νουθετικῶν λόγων οὐκ ἦν τὸ παράπαν χειρώσασθαι, τὴν ἄλλην ἔφερε· καὶ ὃν διὰ πολεμικῶν, καὶ διὰ τῶν ἐντὸς εὑρισκομένων οἰκείων αὐτῷ, εἴσεισιν ἐν τῇ πόλει (53), καὶ πάντες συνέρρεον ἐπὶ τῇ θέᾳ αὐτοῦ εὐφημοῦντες, καὶ ὡς βασιλέα δοξάζοντες.

CAPUT X (54).

Cantacuzenus intra palatium accipitur. Annam, quæ animo intrepido vultuque imperterrito sedebat, adit, et veneratur, placatum sibi reddit, tumultum componit, plebemque demulcet. Celebratio nuptiarum Joannis Palæologi et Cantacuzenæ Helenæ. Coronatur Cantacuzenus. Turci Chersonesum vastantes duce Suleimane Orchanis filio a Matthæo despota Cantacuzeno clade magna afficiuntur.

Ἡ δὲ βασιλὶς Ἄννα ἔνδον τοῦ παλατίου ἐγκλει- A
σθεῖσα σὺν τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ ὀλίγοις στρατιώταις, οὐκ ἐνεδίδου, ἀλλὰ κατεῦδα, καὶ, Ἠδίκημαι, λέγουσα οὐκ ἐπαύετο. Οἱ δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ ἐβούλοντο μὲν εἰσπηδῆσαι, καὶ ἐντὸς ἐλθεῖν, καὶ ἀτάκτως τὰ ἄνω χαμαὶ, καὶ τὰ κάτω εἰς τὸν ἀέρα λιχμῆσαι, ἀλλ' ὁ Καντακουζηνὸς ἐκώλυε· οἱ δὲ στρατιῶται ἀναμιμνήσκοντες τὰς ἀδολεσχίας, καὶ τῶν βαναύσων ὕβρεις, ἃς κατέχεον ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠγανάκτουν κατ' αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ διὰ λόγων πιθανῶν ἐπράϋνε τὸν ὄχλον. Τότε οἱ τοῦ παλατίου ἰδόντες ὅτι κινδυνεύουσι τοῦ θανεῖν, παρέδοσαν ἑαυτούς. Καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ παλατίῳ ἀπῆλθεν ἕως τῶν ἐνδοτάτων οἰκίσκων, εὗρε τὴν δέσποιναν σὺν τῷ υἱῷ αὐτῆς καθεζομένην, μὴ φροντισάσης τὸ καθόλου μηδὲ παρασκευθείσης τὸ οἱονοῦν τῆς μήνιδος ἧς ἐπεφέρετο κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ· ἀλλ' ἠκάθητο ἀτρεμοῦσα, καὶ μὴ φοβηθεῖσα τὸ καθόλου. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ κορυφῇ (55) προσεγγίσας κατεφίλει τὴν χεῖρα τοῦ νέου· εἶτα ὡς ἔθος προσκυνήσας καὶ τὴν μητέρα καὶ δέσποιναν τοῦ νέου, εὐφήμησεν αὐτοὺς ὡς βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων. Τότε ἅπαν τὸ στράτευμα ἰδὸν τὴν ἄκραν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἐχθροὺς ἀνεξικακίαν, εὐφήμησε καὶ ἐδόξασε. Τοὺς δὲ Τούρκους φιλοξενήσας ὡς ἔπρεπε σὺν δώροις πλείστοις ἀπέπεμψε, χάριτας ὁμολογῶν τῷ ἡγεμόνι καὶ γαμβρῷ αὐτοῦ τῷ Ὀρχάν· τοὺς δὲ πολίτας φιλοτησίαις, καὶ γέρα πλεῖστα δωρήσας. Καὶ δεσποίνῃ [τὴν δέσποιναν] θεραπεύσας ἐν ἡδύσμασι λόγων, καὶ προ- C
βλεπτικαῖς πράξεσιν ἔπεισε [ἐποίησε] ταύτην καταπεισθῆναι, τοῦ λαβεῖν εἰς νύμφην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἑλένην εἰς τὸν αὐτῆς υἱὸν Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον, καὶ υἱὸν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, τὸν ὃν προφθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε. Ἑτοιμάζονται τοίνυν γάμοι (56), καὶ ὁ ναὸς τῆς

A At imperatrix Anna, quæ intra palatium clausam se continebat cum filio paucisque militibus, nequaquam cedere, sibi vim atque injuriam fieri vociferari : interim Cantacuzeni milites urbem invadere, in eamque perrumpere tentant, omnia sus deque subversuri, quorum impetum ipse repressit. Cumque ei in memoriam revocarent probra et contumelias in eum jactatas, sordidorumque hominum propudiosa verba, ipsi indignabantur, quos tumultuantes sermonis suavitate ac dulcedine sedavit. Tunc ergo cum illi, qui intra palatium clausi erant, se in mortis discrimen adductos cernerent, sese dedunt. Ingressus palatium Cantacuzenus in interiora cubicula penetrat, invenitque imperatricem cum filio suo sedentem, ira, qua in Cantacuzenum erat B accensa, nullatenus commotam aut tristiorem factam : quieta enim atque intrepida sedebat. At Cantacuzenus nudato capite accedens imperatoris adolescentis manum deosculatur: deinde, ut mos erat, matrem ejus et dominam **19** salutat, eosque ut Romanorum imperatores congruis verbis compellat. Cernens itaque universus exercitus animum ejus summe generosum, ergaque inimicos moderatum æquumque, illum laudibus ac præconiis extulit. Ipse vero cum Turcos, ut decebat, multis donis cumulasset, dimittit, gratiasque Orchani principi genero suo agit. Cives epulis demeretur, multisque largitionibus ac congiariis, imperatricem vero blandis sermonibus ita demulcet, et providendo omnibus, prudenterque se gerendo eam tandem persuasit, ut sibi nurum deligeret filiam ipsius Helenam, et nuptui collocaret Joanni imperatori filio, quem ex Andronico Palæologo supradicto peperat. Nuptiæ itaque apparantur, et benedictæ dominæ nostræ Deiparæ templum in Blachernis adornatur, cum sacrorum celebratione coronationis so-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(53) *Εἴσεισιν ἐν τῇ πόλει.* Cantacuz. lib. III. cap. 99. Cpolim occupavit Februarii 8, anno 6855 (Christi 1347) indict. XV.

(54) Consentit omnino Cantacuzenus his quæ narrantur a Duca : adeundus est a cap. 99, lib. III, ad cap. 10, lib. IV.

(55) *Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ κορυφῇ.* Gestus est venerantis, salutantis, et officium exhibentis. Codinus Curopalates *De offic. palat. Constantinop.*, ubi de Protovestiarii officio agit, ipsum nudato capite ad imperatorem accedere notat, ut e veste ejus floccos, vel quidvis sordium, si casus ita tulerit, auferat: ita ut apud Græcos caput nudum habere venerationis causa in usu fuerit. Verba Codini talia sunt; Ἔχει δὲ καὶ τοῦτο ἴδιον καὶ ἐξαίρετον, καὶ ἐάν τι ζουφλίδιον ἴδῃ, ἢ πηλὸν, ἢ ἄλλο τι περὶ τοῦ ἱματίου τοῦ βασιλέως, τὸ σκιάδιον, ἢ ὡς τὸ κάλυμμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐκβάλλων, τὴν χεῖρα ἐκτείνας ἐπαίρει ἢ καθαίρει τοῦτο ἀνερωτήτως. *Hoc etiam ei soli* [Protovestiario] *officium peculiare obeundum, ut si togæ imperatoris floccum, lutum aliasve sordes adhærere viderit, umbella seu capitis tegmine deposito manum extendat non vocatus, et detergat.*

(56) *Ἑτοιμάζονται τοίνυν γάμοι.* Cantacuz. lib. IV, cap. 1, ait in Blachernis, et templo sanctissimæ Virginis nuptiarum solemnia peracta esse, quoniam anno superiore 6854 [Christi 1346] terræmotu S. Sophiæ templum quassatum fuerat, et vestibuli pars concíderat; cubæ etiam seu tholi pars rimis dehiscebat: quas ruinas Joannes imperator instauravit. Nuptiæ porro celebratæ sunt Maii die 21, quo memoria Constantini Magni, ejusque matris Helenæ ab Ecclesia Orientali peragitur.

Digitized by Google

lemnis ritus peragitur, et acclamationes lætitiæ publicæ signa exaudiuntur, quibus Joanni Palæologo piissimo, imperatori Romanorum potentissimo, et Helenæ religiosissimæ Augustæ multos annos optabat populus. Simul vero Joannes Cantacuzenus imperatoris socer cum conjuge sua coronatur, et imperator proclamatur, et Matthæus filius ejus despota renuntiatur. In hoc celebri epulo cernere erat choream imperatorum et imperatricum, dominorum et dominarum, quale fuisse olim traditur deorum duodecim convivium; imperator siquidem Joannes adolescentiæ flore vigebat, Helenaque imperatrix annos tredecim nondum egressa erat; ex imperatore vero cum concepisset, filium ei peperit primogenitum, quem Andronicum nominarunt. At ille virilem ætatem adeptus sceleribus se polluere cœpit, juveniliterque agere, non armis tractandis deditus, sed stupris et mœchationibus, quæ multorum animos vellicabant, et e cordibus fumum acrem et mordicantem excitabant. At Cantacuzenus somno et quieti haud se permittebat; cumque Turci antea exploravissent et cognovissent Thraciæ claustra, eorumque aditus et exitus, fretum assidue, alii Sesto Abydum, alii Lampsaco minoribus navigiis trajiciebant, et Chersonesum depopulabantur. Cantacuzenus equidem jugiter tuendis arcibus et castris in Serviæ finibus sitis invigilabat:

A εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ὁ ἐν Βλαχέρναις ἑτοιμάζεται· καὶ ἱεροτελεστεῖται καὶ στέψεις ὁμοῦ γίνονται, καὶ φήμη εὐπαρρησίαστος· Ἰωάννου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων τοῦ Παλαιολόγου, καὶ Ἑλένης τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, πολλὰ τὰ ἔτη (57). Ὁμοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης (58) καὶ πενθερὸς τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτὸς στεφθεὶς σὺν τῇ συζύγῳ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀνηγορεύετο, καὶ Ματθαῖος ὁ υἱὸς αὐτοῦ δεσπότης. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν τῇ παιδαισίᾳ ἐκείνῃ ὄρμαθὸν βασιλέων καὶ βασιλίδων, δεσποτῶν καὶ δεσποινῶν, ὡς τὸ πάλαι δωδεκάθεον. Ἦν γὰρ ὁ βασιλεὺς ὁ Ἰωάννης τῇ ἡλικίᾳ μεσάζων ἔφηβος· ἡ δὲ βασιλὶς Ἑλένη τρισκαιδέκατον ἔτος ἄγουσα. Ἔγκυος δὲ γενομένη ἔτεκε τῷ βασιλεῖ υἱὸν πρωτότοκον ἄῤῥενα, ὃν καὶ Ἀνδρόνικον ἐπωνόμασε. Ἀρξάμενος δὲ προσχωρεῖν εἰς τὸν τῆς ἀφηλικιότητος χρόνον, ἀτασθαλεῖν ἤρξατο καὶ νεωτερίζειν, οὐκ ἐν αἰχμαῖς καὶ δόρασι, ἀλλ' ἐν κοίταισι καὶ ἀσελγείαις, καὶ ταῦτα δακνούσαις, καὶ καπνὸν δριμὺ ἀποπεμπούσαις ἀπὸ καρδίας πολλῶν. Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς οὐκ ἐδίδου ὕπνον τοῖς βλεφάροις, οὐδὲ τοῖς κροτάφοις νυσταγμόν· ἀλλ' ὡς εἶδον καὶ ἔμαθον τὸν παρεληλυθότα χρόνον οἱ Τοῦρκοι τὰ τῆς Θρᾴκης εἰσόδια καὶ ἐξόδια, οὐ διέλειπον περῶντες οἱ μὲν ἐκ Σηστοῦ πρὸς Ἄβυδον (59), οἱ δὲ ἐκ Λαμψάκου σὺν ὀκατίοις πάνυ σμικροῖς ἐλεηλάτουν Χερρόνησον. Ὁ

B

Ismaelis Bullialdi notæ.

(57) *Πολλὰ τὰ ἔτη. Ad multos annos.* Mos usurpatus in aula Constantinopolitana, in festis celebrioribus annos multos imperatoribus precari, ut apud Codinum Curopalatem videre est multis locis: et uno verbo dicebant, πολυχρονίζειν τὸν βασιλέα. Hicque mos adhuc durat in Ecclesia Constantinopolitana; ut sacram liturgiam celebranti patriarchæ ex Ecclesiæ officialibus unus aliquoties, sed per intervalla acclamet, Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα. Quæ etiam verba tanquam εὐχαριστικὰ a Græcis nunc usurpantur, cum gratiam officio vel muneri accepto verbis reponunt, dicunt enim, Εἰς πολλὰ ἔτη, multos annos precantes.

(58) *Ὁμοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης.* Cap. 4, lib. IV, iterum se coronatum fuisse hoc anno Maii 13 scripsit: voluisse etiam uxorem suam coronari. Adrianopoli jam coronatus fuerat; quare denuo sibi coronam imponi voluerit, hanc ipse rationem affert: Καίτοιγε αὐτὸς ἐν Ἀδριανουπόλει ὑπὸ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου ἐστέφθη· καὶ ἀπέχρησεν ἂν ἡ τοῦ ἁγίου μύρου χρίσις ἐκείνη παρ' εὐφρονοῦσιν· ἵνα δὲ μηδεμία εἴη πρόφασις τοῖς ὑβρισταῖς ὡς ἄρα μὴ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν βασιλέων ἔθος ἔστεπτο, καὶ τὸ δεύτερον αὖθις ἐτελεῖτο. *Jam ipse Adrianopoli ab Hierosolymorum patriarcha Lazaro coronatus fuerat: illaque sancti chrismatis unctio apud benevolos sufficiebat. Ne vero occasio ulla calumniandi maledicis et sibi iniquis relinqueretur, quod ex more ab imperatoribus antiquitus servato Byzantii coronam non susceperisset, solemnis iterum incoronatio repetita et peracta est.* Hic ritus aliquatenus necessarius ad res in illo imperio auctoritate imperatoria gerendas habitus est. Quoniam equidem Constantinus, qui in Constantinopoleos expugnatione occubuit, coronatus non fuit, imperator a nostro censeri non videtur; Joannem enim Palæologum Manuelis F. Palæologinæ stirpis ultimum intra appellat, et Constantinum illius fratrem despotam solummodo vocat, postquam mortuo Joanne ipse res imperii Constantinopoli administravit. Michael Palæologorum primus ut res imperii administraret, ejusque auctoritate et auspiciis gererentur, coronam suscepit: interim cum legitimus hæres non coronaretur, quod per ætatem puerilem rebus gerendis ineptus esset, caque solemni cæremonia imperii non tantum insignia, sed et legitimam potestatem traditam esse videri po est; et ad tempus etiam concedi potuisse, siquidem patriarcha Arsenius, qui Michaelem coronavit, imperium ei continuum non concessit. Πλὴν (ait Gregoras lib. IV) οὐκ αὐτῷ γε διενεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν χαρίζεται, ἀλλ' ὡς τῶν πραγμάτων τέως ἀναγκαζόντων διοικεῖν αὐτὸς αὐτὴν, μέχρις ἂν ἐς ἥβην ὁ γνήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὁμοῦ καὶ διάδοχος φθάσῃ· τότε δὲ αὐτὸν ἑκόντα παραχωρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε αὐτοκρατορικῶν θρόνων. καὶ πάντων ἅμα βασιλικῶν συμβόλων. *Verumtamen perpetuum ipsi imperium non concessit, sed ut tantisper, rebus ita flagitantibus, imperium administraret, dum legitimus hæres adolescentiæ annos adeptus in imperio etiam succederet: tum solio imperatorio ac ornamentis illi soli sponte cederet.* Ex Cantacuzeno idem constat, lib. III, cap. 36. Nam ut auctoritatem Joannis Palæologi Cantacuzeno opponerent Anna imperatrix senatusque Constantinopolitanus, illum coronari curarunt, ut ejus auspiciis ac auctoritate legitima res geri possent. At ubi certa est in imperio successio, statim ac decessor obiit, hæredi jus ac titulus, regiæque majestatis insignia cedunt: nec illa unctione aut coronatione opus habet, ut regem agat, rerum summa potiatur, ejusque auspiciis ac nomine cuncta gerantur.

(59) *Περῶντες οἱ μὲν ἐκ Σηστοῦ πρὸς Ἄβυδον.* Ducas invertit situm locorum. Turci enim ex Asia in Europam trajicientes ἐξ Ἀβύδου πρὸς Σηστὸν vehebantur; Abydus enim Asiæ littori, Sestus Europæo adjacet.

Digitized by Google

δὲ Καντακουζηνὸς οὐ διέλειπε προσέχων τὰ φρούρια τὰ πρὸς τὴν Σερβίαν. Τότε καὶ Σουλειμὰν εἷς τῶν υἱῶν τοῦ Ὀρχὰν (60) περάσας ἀπὸ Λαμψάκου σὺν στρατείᾳ πλείστῃ ἐλεηλάτει Χερρόνησον. Ὁ δὲ δεσπότης Ματθαῖος ὁ Καντακουζηνὸς συναντήσας αὐτῷ, περὶ που τὸ ἐν Χερρονήσῳ Ἑξαμίλιον συνάπτει πόλεμον, καὶ πολλοὺς τῶν Τούρκων ὤλεσε, καὶ αὐτὸν τὸν Σουλειμάν.

A tunc etiam Suleimanes Orchanis filiorum unus Lampsaco solvens fretum cum valido exercitu trajecit, Chersonesumque diripit ac devastat: cui dominus Matthæus Cantacuzenus occurrit, et prope Hexamilium in Chersoneso extructum cum eo acie conflixit, plurimosque Turcos cum eorum duce Suleimane cecidit.

20 CAPUT XI (61).

Joannes imperator a socero alienatus in Italiam discedit, unde reversus Tenedum cum Catalusio consilia agitat de recuperandis imperio et urbe. Stratagemate Catalusii Joannes Palæologus Constantinopolim recuperat, et Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur.

Ὁ δὲ Καντακουζηνὸς ὁρῶν ἐν στενῷ τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα τυγχάνοντα, τὸν δὲ γαμβρὸν αὐ-

In angusto positas res Romæorum cum videret Cantacuzenus, generumque suum imperii socium

Ismaelis Bullialdi notæ.

(60) *Τότε καὶ Σουλειμὰν εἷς τῶν υἱῶν τοῦ Ὀρχάν.* Videndus Cantacuzenus, lib. IV, cap. 10, qui Suleimanem Orchanis filium in hac expeditione occubuisse non refert: ejusdemque libri cap. 38, illum Callipolim terræ motu eversam de integro ædificasse et munivisse narrat. Leunclavius *Historiæ Musulmanicæ* lib. IV, in quo res ab Orchane gestas exponit: nulla prorsus mentione facta fœderis inter Annam imperatricem et Orchanem sociati: aut etiam affinitatis inter hunc et Cantacuzenum contractæ: res Turcorum auspiciis gestas solummodo narrat, Suleimanisque in Chersonesum expeditionem: ubi fato illum concessisse scriptores Turci tradunt: in hoc tamen variant, cum quidam asserant ante captam a Turcis Callipolim Suleimanem obiisse; alii ejus ductu et auspiciis compulsam ad deditionem fuisse.

B

(61) Hoc capite narrat Ducas noster causas ob quas Joannes Palæologus imperator a socero iterum alienior factus, Constantinopoli relicta, in Italiam et Germaniam discesserit: ubi transacto biennio, et collectis pecuniæ subsidiis, ad urbem adversus Turcos tuendam, Tenedum revertitur: ibique Gatelusium nactus, cum eo de Constantinopoli et imperio recuperandis consilia agitat. Phranzes, lib. I, cap. 15, Gatelusii nullatenus meminit, nec etiam profectionis Joannis Palæologi in Italiam, antequam socerum urbe ac imperio pelleret. Ino cap. 17, postquam solus regnare cœperat, auxilii contra Turcos petendi causa illam profectionem suscepisse scribit. Cantacuzenus, lib. IV, c. 33, tradit Joannem Palæologum, quem candidum ac simplicem dicit, a quibusdam aulicis ei familiaribus excitatum ac irritatum fuisse, hisque rationibus in sententiam eorum pertractum: quod scilicet Cantacuzenus res imperii solus gereret ac moderaretur, totam potentiam in se traheret, destinatisque ad imperium filiis, Joannem legitimum hæredem privatam agere vitam artibus suis cogeret. Ab iisdem etiam Cantacuzeno objiciebatur, quod inermis Joannes Thessalonicæ relictus Turcorum incursionibus expositus esset: dum universas copias contra Serviæ Cralem duxerat Cantacuzenus. His itaque permotus Palæologus etiamnum adolescens cum socero simultates odiaque occulta exercere cœpit, Tenedum aufugit, et inde Constantinop. spe potiundi urbe ductus revertitur. Verum Cantacuzeni factio, opes, apud multitudinem gratia, atque etiam imperatricis Cantacuzenæ diligentia, Joannis molimina irrita reddiderunt, utque Galatam se reciperet, adegerunt. Tandem, cum Palæologus socerum in imperatorio sedere solio diutius ferre non posset, Tenedum repetit, ubi consensa una biremi, Constantinopolim vectus urbem recuperat, simulque Cantacuzenus

C

D

vitam monasticam amplectitur. Nullum equidem de Gatelusio verbum facit Cantacuzenus, quamvis certissimum sit Genuensem illum egregiam operam Joanni Palæologo navavisse. Quodque Cantacuzenus Gatelusii facinus tacuerit, merito in suspicionem venit multa silentio transmisisse, quæ ipsi dedecus ac famæ detrimentum creare poterant. De Gatelusio, præter nostrum Ducam, præclare disserunt Genuensis historiæ scriptores. Augustinus Justinianus episcopus Nebiensis in Annalibus Italice scriptis ad ann. 1355: *L' imperator di Constantinopoli nominato Calo-Joanni con aggiunto di Francesco Gattilusio Genoese scaccio uno nominato Catacozino, che gli occupava parte del imperio: e per gratitudine diede sua sorella per moglie al detto Francesco, e per dote li diede l'isola di Metellino.* Ubertus Folieta *Hist. Genuensis. lib.* 7: *Nonnulla in historia nostra inserere haud abs re duxi, quæ a civibus Genuensibus privatim gesta, quanquam rempublicam nihil attingunt, dignitatem tamen civitatis nostræ augent, quæ tales viros tulerit, qui virtute clarisque gestis rebus, ad magnos honores magnamque potentiam apud maximos principes pervenerunt, qualis fuit Franciscus Catalusius, cujus viri in Græcorum historia plurima est mentio. Is igitur vir classium Græcarum præfectus, fortem et fidelem Joanni Græco imperatori multorum annorum navatam operam egregio facinore cumulavit. Conatu enim Cantacuzeni magnæ nobilitatis ac potentiæ hominis, ingentibus motibus adversus Cæsarem consurgentis, bona ditionis Constantinopolitanæ parte jam illi adempta, opera et consilio suo compressit. Quod promeritum Cæsar insigni præmio remuneratus est, insula Lesbo illi et successoribus fiduciaria tradita, sororeque sua in matrimonium data.* Quæ anno 1355 accidisse notat etiam Folieta. Petrus quoque Bizarus lib. VI. *Histor. senatus populique Genuensis* eadem de Catalusio scripsit; addidit solummodo, *triremes in subsidium Calo-Joannis Græci imperatoris cum Genuensibus confœderati, adversus Cantacuzenum, qui magnam imperii partem illi abstulerat Byzantium transmiserat.* Vult itaque auspiciis viribusque reipublicæ Genuensis, non privati viri Catalusii opibus gestum id fuisse. Adeundus etiam Laonicus lib. X *De rebus Turcicis*, ubi de Catalusiis, occasione sibi, ex narratione status insularum maris Ægæi totiusque Archipelagi, data, obiter disserit. Ita ut dedita opera nomen Catalusii subticuisse Cantacuzenus videri possit; ne imperator in imperii sede, privati hominis stratagemate oppressus diceretur, quod ipsi turpe ac infame futurum erat: præcipue cum illius uxor Cantacuzena imperatrix tam egregiam ac strenuam operam antea navasset: ut Constantinopolim invadentem Joannem Palæologum repelleret, et Galatam petere cogeret.

Digitized by Google

Joannem deliciis immersum crapulæque deditum, aeri dolore animi perstringitur, eique aliquando libere apertisque verbis vitia exprobravit. At Joannes urbe excedit, et duabus triremibus Italiam petit. Solus itaque regendo imperio Cantacuzenus relictus, pro viribus hostium tam Turcorum, quam Serviorum invasionibus et insultibus resistit. Frequenter itaque Turci irrumpentes Chersonesum deprædabantur. Exacto demum in Italia et Germania biennio, multaque pecunia specie collatæ opis erogata ad tuendam urbem, Joannes imperator revertitur, et ad Tenedum insulam appulit, quæ tunc colonis frequens erat, Romæisque parebat, sollicitus quomodo ab imperatore socero suo susciperetur. Per id tempus quidam nobilis Genuensis, qui instructis duabus triremibus Genua solverat, ad Hellespontum ferebatur. Fractis enim rebus Romanis ac penitus eversis, ipse Genuæ portu solverat, ut aliquas arces Chersonesi occuparet, illarumque dominium usurparet, ut et alii Chium, aliique alia loca Genuenses et Veneti tenebant: dumque prætervehitur imperatori forte fit obvius; habitisque mutuis inter se colloquiis, suum ei consilium aperit imperator, quem etiam voluntati suæ obsequentem nactus est, paratumque ad auxilium sibi quovis modo ferendum, fidemque ab eo exegit, et jurejurando obstrinxit pro salute sua caput periculis eum objecturum, et urbe Cantacuzeni manibus erepta, si Deus ita annuat, Romanorum imperatorem se solum intra et extra urbem ab eo constituendum esse. Hic appellabatur Franciscus Gateluzus, cui imperator vicissim pollicetur: *Si modo res Deo volente felicem sortiatur exitum, et in recuperando imperio opera tua usus fuero, Mariam sororem meam tibi nuptum dabo.* Cum utrisque conditiones et pollicitationes placuissent, ipsi Hellespontum strenue navigant, et per noctem ante urbem accedunt juxta portam quæ dicitur Hodegetriæ, id est *Ducis viæ*. Austroque

A τοῦ συμβασιλεύοντα Ἰωάννην ἐν σπατάλῃ καὶ μέθῃ διάγοντα, ἐδυσχέραινε. Καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν κατανειδίσας αὐτὸν ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, ἐξῆλθε τῆς πόλεως σὺν δυσὶ τριήρεσι, καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο (62). Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς μόνος ἀπολειφθεὶς βασιλεὺς ὅσον ἡ δύναμις ἀντικαθίστατο τοῖς ὑπεναντίοις, πῆ μὲν Τούρκοις, πῆ δὲ Σέρβοις. Συχνάκις οὖν οἱ Τοῦρκοι πηδῶντες ἐπόρθουν Χερρόνησον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης διέτη χρόνον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ Γερμανίᾳ διαβιβάσας, καὶ πολλοὺς ἐκ τῶν Ἰταλῶν καὶ Γερμανῶν θησαυροὺς ἐγκολπωσάμενος χάριν εὐεργεσίας, ἕνεκα τῆς πόλεως παραφυλακὴν ἐστράφη, καὶ ἐν τῇ Τενέδῳ νήσῳ ἐλθὼν,

B ἦν γὰρ τότε οἰκουμένη, καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχεν, ἐν φροντίδι δὲ ἦν, πῶς αὐτὸν ὁ πενθερὸς, καὶ βασιλεὺς ὑποδέξεται. Τότε εἷς τῶν εὐγενῶν Γενουΐτης σὺν δύο τριήρεσι πλεύσας ἐκ Γενούας πρὸς Ἑλλήσποντον, ἐπεὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων τέθραυστο καὶ εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν καθέστηκε τὰ πράγματα, ὥρμησε καὶ αὐτὸς ἐκ Γενούας τοῦ λαβεῖν μέρος τῶν Χερρονήσου φρουρίων, τοῦ δεσπόζειν, ὡς ἕτεροι Χίον, καὶ ἄλλοι ἄλλους τόπους, Γενουΐται, καὶ Βενετοί· καὶ κατὰ πάροδον ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ καὶ λόγους συνάραντες, καὶ τὴν γνώμην ὁ βασιλεὺς ἀνακαλύψας αὐτῷ εὗρε τὸν ἄνδρα καταπειθῆ, καὶ εἰς

C παντοίαν βοήθειαν ἕτοιμον· καὶ πιστώσας αὐτὸν ὅρκοις, ὥστε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐξᾶραι ἐκ χειρὸς τοῦ Καντακουζηνοῦ, Θεοῦ συνεργοῦντος, καὶ αὐτὸν μόνον βασιλέα Ῥωμαίων καταστήσει ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τῆς πόλεως, Φραντζῆσκος ἦν οὗτος ὁ Γατελοῦζος τὴν ἐπωνυμίαν. Ὁ δὲ βασιλεύς, *Εἰ τοῦτο Θεοῦ συνεργοῦντος γενήσεται, καὶ ἕξω σε βοηθὸν ἐν τῇ ἐπαναλήψει τῆς ἐμῆς βασιλείας, γαμβρόν σε ποιήσομαι ἐπ' ἀδελφῇ τῇ ἐμῇ Μαρίᾳ.* Στέρξαντες οὖν ἀμφότερα τὰς ὑποσχέσεις ἔτεμον τὸν Ἑλλήσποντον ὡς ἐχρῆν. Καὶ δὴ πλεύσαντες ἀντικρὺ πόλεως διὰ τῆς νυκτὸς, ἔφθασαν ἐν τῇ μικρᾷ πύλῃ, τῇ ἐπονομαζομένῃ τῆς Ὁδηγητρίας (63)· καὶ ἀνέμου σφοδροῦ πνέοντος

Ismaelis Bullialdi notæ.

(62) *Καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο.* Parachronismum procul dubio hic admisit Ducas, qui Joannem Paleologum in Italiam profectum esse tradit, antequam imperio Cantacuzenum deturbaret. Phranzes, ut jam notavimus, ei adversatur. Laonicus etiam, lib. D 1, Joannis profectionem post expulsum Cantacuzenum contigisse memorat, rerum apud Turcos summam obtinente Morate, qui patri suo Orchani anno 1359 successit, quatuor post Cantacuzenum regno pulsum annis. Profectionem illam susceptam fuisse a Joanne Palæologo ab anno Christi 1367 ad 1371, ex Pauli Mauroceni patricii Veneti historia constat lib. VIII: *Percio Giovanni Paleologo imperatore non contento de soli officii de gli ambasciatori, per rappresentare il bisogno, si risolse venire egli medesimo in Italia. e nelle provincie Occidentali, sperando con la forza di sua presenza dal pontefice e dagl'altri principi ottenere quei aiuti, che fossero al suo pericoloso stato necessarii. Nel ritornare a Constantinopoli si condusse a Venetia, onde con ogni cortesia et honore receuuto, di vinti cinque mila ducati fù accomodato, et in oltre per le sue galee di quattro cento stara di biscotto, et il figliuolo che haveva seco con altro nobil dono presentato.* Laonicus et Phranzes cum Mauroceno non sentiunt in modo, quo Venetiis habitus est Joannes. Ille lib. I, tradit a mercatoribus Venetis, qui pecunias ei crediderant, quo minus discederet, nisi soluto ære alieno, prohibitum fuisse. Hic cap. 17, lib. I, Manuelem Joannis filium pecuniam patri attulisse quo se alieno ære exsolveret.

(63) *Τῆς Ὁδηγητρίας.* Parva hæc porta Hodegetriæ, seu viæ monstratricis, ea forte est quam Græci Contoscalii vocant, quæ in murorum parte Bosphoro adjacente aperta est; de qua Leunel. in *Pandectis Hist. Turc.* num. 201; Gillius Condescalam vocat, lib. I, cap. 20 *Topograph. Constantinopleos.* Cantacuz. lib. IV, cap. 39, de illo appulsu Joannis Palæologi ad Constantinopolim, Ἀθρόον μηδενὸς εἰδότος ἐπέπλευσε Βυζαντίῳ, καὶ ἐγένετο νυκτὸς ἔνδον τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ νεωρίου. *Confestim omnibus insciis Byzantium navigavit, nocte navalt Heptascali ingressus est.* Porta illa inter portas Psamatii et Catergolimenis sita est; et a Nostro vocatur Ὁδηγητρίας, a monasterio τῶν Ὁδηγῶν, in quo beatissimæ Virginis Mariæ imago miraculis clara colebatur.

Digitized by Google

νότου ὁ Φραντζῆσκος σοφίζεται πανουργίαν τινά. Ἐν γὰρ ταῖς τριήρεσιν αὐτοῦ ἦσαν ἐλαιοδόχα ἀγγεῖα πολλά. Ἦν γὰρ ἔχων ἀπὸ Ἰταλίας μερικὸν φορτίον ἐλαίου, ὃ καὶ πέπρακε, καὶ τὰς λαΐνας (64) κενὰς ἔφερε. Κελεύσας οὖν τοὺς ἐρέτας σύνδυο τὴν μίαν βαστάζοντες ἐν τῷ τοίχῳ τῆς πόλεως συνέθλαττον, καὶ ἦχος οὐκ ὀλίγος ἐξήρχετο, καὶ οὐ διέλειπον κρούοντες καὶ βοὴν ἀποτελοῦντες, ἕως οἱ φύλακες ἀκούοντες ἐπήδησαν ἔξυπνοι· ἐρωτήσαντες δὲ, τί; ὁ θροῦς, οἱ τῶν τριήρεων ἀπεκρίναντο, ὅτι Ἐμπορικὰ νῆά ἐσμεν, φέροντες ἔλαιον πολὺ, τὰ μὲν ἐν τῇ Ποντικῇ θαλάσσῃ, τὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλευούσῃ, καὶ παρεικήσαντες ἰδοὺ τὸ ἓν τῶν νηῶν συνεθλίβη. Γενέσθω οὖν ἀρωγή τις ἐξ ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς, καὶ πάντα τὸν καταλειφθέντα φόρτον ὡς ἀδελφοὶ διαμερισόμεθα, μόνον μὴ βλαβέντες τὰ σώματα. Ἦν γὰρ ἡ θάλασσα πρὸς τὸ ἀγριώτερον ὁρῶσα, καὶ κλυδωνικὸν σίελον ἀποπτύουσα. Τότε οἱ ἐντὸς τῆς θύρας ἀνοίξαντες, καὶ ἐξελθόντες ὡς εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν, οἱ παρακαθήμενοι ἔνοπλοι ἐκ τῶν κατέργων ὡς πεντακόσιοι εἰσῆεσαν, καὶ τοὺς εὑρεθέντας ἐν τῷ πύργῳ φύλακας κατέσφαξαν, καὶ τὰς τριήρεις κενὰς ἀφέντες, εἰσῆλθον ἐντὸς τῆς πόλεως ὡς δισχίλιοι σὺν πάσῃ τῇ ὁπλοθήκῃ καὶ παρατάξει. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν, καὶ παρευθὺ στείλας τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἐν τοῖς οἰκήμασι τῶν Παλαιολόγων, καὶ τῶν πατρικῶν αὐτοῦ φίλων, ἐσήμανε τὴν αὐτοῦ ἄφιξιν, καὶ πάντες ἔθεον· ἦν γὰρ νύξ. Ὁ δὲ Φραντζῆσκος ἀνελθὼν εἰς ἕνα τῶν πύργων, καὶ ὀχυρώσας αὐτὸν σὺν ὑπασπισταῖς καὶ λοχαγοῖς, ἀνεβίβασε τὸν βασιλέα περιφράξας αὐτὸν Λατίνοις καὶ Ῥωμαίοις ὁπλίταις. Ὁ δὲ αὐτὸς ἔτρεχε ἐπάνω τοῦ τείχους σὺν πλείστοις δορυφόροις, βοῶν μεγαλοφώνως, Πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ Παλαιολόγου βασιλέως Ἰωάννου. Ἤρξατο δὲ λυκαυγίζειν, καὶ ὁ δῆμος ἐνωτισθεὶς τὴν βοὴν ἔτρεχε εἰς τὸν Ἱππόδρομον. Πρωΐτης δὲ γενομένης, καὶ οἱ τοῦ παλατίου, καὶ οἱ τοῦ δήμου πλεῖστοι σωρηδὸν συνεισήρχοντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐν συντόμῳ τῇ μονῇ τῆς Περιβλέπτου εἰσελθὼν κείρεται τὴν κόμην, καὶ ἀμφιέννυται τὰ μέλανα, καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ γαμβρῷ μηνύει τὴν τοῦ παλατίου δι' αὐτὸν ἑτοιμασθεῖσαν εἴσοδον. Καὶ ὁ βασιλεὺς κατελθὼν ἀπὸ τοῦ ὀχυρώματος, τὴν πρὸς τὸ παλάτιον φέρουσαν ὧδευε σὺν πᾶσι τοῖς Ἰταλοῖς καὶ τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ Φραντζήσκῳ, καὶ παντὶ τῷ πλήθει τῆς πόλεως ὅσον τῶν εὐγενῶν, καὶ ὅσον τῶν τοῦ δήμου ἀκόλουθον. Τότε καὶ ἡ δέσποινα προϋπαντήσασα τῷ βασιλεῖ σὺν τῷ Ἀνδρονίκῳ βρεφυλλίῳ ὄντι, κατησπάζοντο ἀλλήλους, καὶ ἀγαλλόμενοι εἰσῆλθον εἰς τὸ παλάτιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς, ἀφεὶς καὶ δόξαν, καὶ βασιλείαν, καὶ τρυφὴν τὴν κατὰ κόσμον, ἐζήτει παρὰ τοῦ βασιλέως λόγον ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει, καὶ μονάσαι ἐν ἑνὶ τῶν μοναστηρίων· ὃ καὶ πεποίηκε, καὶ διαβιβάσας χρόνον ἱκανὸν καλῶς ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο. Τότε καὶ ὁ Ὀρχὰν ἐγγὺς

A valido flante, Franciscus stratagema ejusmodi comminiscitur. Habebat in triremibus 21 suis olearia vasa plurima. Ab Italia namque discedens triremes oleo partim oneraverat, quo postea distracto ac divendito amphoras vacuas ferebat; jussit ergo remiges binos singulos amphoram unam gestare, et urbis muro allisam confringere, unde strepitus vehemens erumperet; itaque quassandi finem non fecerunt, aut vociferandi, donec custodes audito fragore excitati surgerent, et cum interrogassent causam tanti fragoris ac strepitus, triremium vectores responderunt, Navibus actuariis mercatores vehimur, multum oleum nobiscum portantes, partim in mari Pontico distracturi, partim Constantinopoli, dumque navigamus, ecce navium B nostrarum una quassata est: velitis ergo adjumento nobis esse, et vobiscum quasi fratribus residuas merces partiemur, nos saltem illesos salvosque præstate, mare etenim exasperabatur, inque spumas fluctus assurgebant. Tunc qui intra portas custodes erant, eas aperiunt, et numero viginti extra prodeunt: at qui armati in insidiis stabant prope quingenti triremibus erumpentes ingrediuntur, et custodes turris, in quos inciderunt, trucidant; triremibus demum vacuis relictis prope bis mille armati et acie instructa procedentes urbem ingrediuntur, statimque imperator familiares aliquos in domos Palæologorum paternorumque amicorum mittit, qui adventum suum eis nuntiarent; interim omnes, dum noctis tenebræ sunt C discurrunt. Franciscus in turrium unam ascendit, eique militum præsidium imponit, et in ea collocat imperatorem satellitibus atque hastatis qui eum protegerent cinctum, ipse vero cum magno militum agmine supra muros discurrit clamando intensa voce, Vivat multos annos imperator Joannes Palæologus. Jamque lucescebat, cum populus audito clamore in hippodromum cucurrit, ortóque sole etiam ii qui in palatio erant, et plerique alii turmatim confluxerunt. Joannes autem Cantacuzenus monasterium venerandæ [Virginis] ingressus confestim comam tondet, pullamque vestem induit, ac imperatori genero suo significat palatii portas ipsi patere. De turre deinde descendit Joannes imperator et viam, quæ in palatium ducit, capessit, comitantibus omnibus Italis, eorumque duce Francisco, populi etiam multitudine tam patriciorum et illustrium, quam plebis. Tum etiam Augusta in occursum imperatoris processit cum filio Andronico adhuc infantulo, mutuisque amplexibus se salutant, et læti palatium ingrediuntur. Jamque Cantacuzenus abdicato imperio, dimissisque deliciis et mundana gloria, imperatorem rogat, ut urbe discedendi 22 copia sibi detur, possitque in sacrum montem secedere, ibique in aliquo monasterio vitam monasticam agere, quod vitæ institutum etiam secu-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(64) *Τὰς λαΐνας.* Vox est idiomatis vulgaris Græci; figulus λαΐνας dicitur, vas fictile λαΐνι.

Digitized by Google

tus est, longoque tempore ibi exacto in pace pie quievit. Eodem fere tempore Orchanes obiit, filioque suo Morati principatum reliquit.

A ἐπλήρωσε τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῦ τέλος, τὴν ἡγεμονίαν καταλιπὼν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Μωράτ.

CAPUT XII.

Joannis imperatoris filiorum natu major Andronicus, et Cuntuzes Moratis filius secundogenitus in parentes conjurant, deque occupanda tyrannide consilia agitant: quibus patefactis Morates filium suum oculis privat, significatque Joanni, si pacem secum habere vult, ut Andronicum etiam excæcet, cui Joannes morem gerens filio atque etiam ex eo nepoti visum adimit (65), et in carcerem conjicit. Andronicus Genuensium ope liberatus imperium invadit, patrem et fratres carceri mancipat; carcere astu se liberant, et Joannes in solium imperatorium restituitur. Manuel ei successor designatur. Nuptiæ Catalusii et Mariæ Palæologinæ.

Imperator Joannes, cum annis viginti quinque major esset virilemque ætatem adeptus, præter Andronicum genuit filios duos Manuelem et Theodorum. Omnes equidem coætaneos superabat Andronicus corporis robore, multosque proceritate ac forma excellebat. Morates etiam filios genuit Sabucium, de quo mentionem fecimus, Kuntuzem et Bajazitem; æqualis porro ætatis erant Kuntuzes et Andronicus, cumque data occasione inter se colloB cuti essent, et oblectandi animi causa simul convenissent, fama ferebatur ipsos conspirasse, rebellionemque esse meditatos, qua patrem suum uterque de medio tolleret: Kuntuzes Moratem, Andronicus vero Joannem; et in posterum fraterna amicitia fœdusque intercederent, hicque imperium, ille principatum adipisceretur. Hæc cum ad Moratem delata essent, post diligens et accuratum rei examen, compertusque sermones esse veros, quos inter se habuerant, filio suo Kuntazio oculos effodi jubet, epistolamque ad imperatorem Joannem dirigit, qua significat filium suum jussu suo excæcatum, causamque facti exponit: Andronicum etiam ejus filium conjurationis participem accusat: quem C nisi tali pœna mulctaverit, bellum internecinum illaturum minatur. Tunc Joannes Augustus, aut imbecillitatis, qua laborabat, conscius, veritusque hostem in se concitare Moratem, vel crassa ignorantia gravatus [obtemperavit]. Erat enim ut plurimum hebes ac stupidus, nullaque negotia tractabat: sed totus in captandis formosis mulieribus et venustis occupabatur, ut aliquam quomodocunque alliceret, et illaquearet. **23** Cæteras vero res omissas fortunæ volvendas permittebat, neque de earum exitu, quo tandem abirent, erat sollicitus, verum ad bonos vel malos successus indifferens. Excæcavit ergo Andronicum; neque eum solum, sed etiam ex illo nepotem Joannem, infantem admodum et vix balbutientem, inque locum ejus al- D terum filium Manuelem Romanorum imperatorem coronatum suffecit. Tertiumque Theodorum dictum

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ὑπερβὰς τὰ εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη, καὶ τὴν ἀνδρώαν ἡλικίαν ἐνδὺς, ἐποίησεν υἱοὺς μετὰ τὸν Ἀνδρόνικον δύο, Μανουὴλ καὶ Θεόδωρον. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος ὑπερεῖχε πάντας τοὺς συνηλικιώτας ἔν τε ῥώμῃ σώματος, καὶ ἐν ἡλικίᾳ καὶ κάλλει διαφέρων πολλούς. Ὁ δὲ Μωράτ καὶ αὐτὸς ἔχων υἱοὺς τόν τε Σαβούτζιον τὸν προρρηθέντα, καὶ Κουντούζην. καὶ Παγιαζήτ. Ὁ δὲ Κουντούζης ἰσῆλικος ὢν σὺν τῷ Ἀνδρονίκῳ, καὶ κατὰ καιρὸν συνὼν αὐτῷ καὶ συνευφραινόμενος, ἐρρέθη λόγος, ὡς ὁμόσαντες ἅμφω ἀνταρσίαν εἰσπράξονται· καὶ ὁ μὲν Κουντούζιος τὸν Μωράτ, ὁ δὲ Ἀνδρόνικος τὸν Ἰωάννην τὸν πατέρα αὐτοῦ διαχειρίσονται, καὶ ἔσονται ἀδελφοὶ εἰς τὸ ἑξῆς. Καὶ ὁ μὲν Ἀνδρόνικος τὴν βασιλείαν, ὁ δὲ Κουντούζης τὴν ἡγεμονίαν ἀναδέξεται. Ἐνωτισθεὶς δὲ ταῦτα ὁ Μωράτ, καὶ ἐξετάσας ἀκριβῶς, καὶ μαθὼν τὰ λαληθέντα ἀληθῆ, ἐξορύττει τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κουντουζίου· καὶ στέλλει πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωάννην γραφὰς δηλούσας τὴν τύφλωσιν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τυφλώσεως, καὶ συναίτιον δηλῶν τὸν Ἀνδρόνικον καὶ υἱὸν αὐτοῦ· καὶ εἰ μὴ καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια δράσει τῷ Ἀνδρονίκῳ, ἐγερεῖ μάχην ἄσπονδον κατ' αὐτοῦ. Τότε ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης, ἢ διὰ τὴν ἀδυναμίαν ἣν εἶχε, μὴ φέρων ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι τῷ Μωράτ· ἢ διὰ τὴν ὑστέρησιν τῆς γνώσεως, ἦν γὰρ ὡς ἐπιπολὺ κοῦφος, καὶ μὴ πολυπραγμονῶν ἐν ἄλλοις τὰ πράγματα πλὴν ἐν γυναιξὶν ὡραίαις καὶ καλαῖς τῷ εἶδει, καὶ τίνος καὶ πῶς παγιδεύσει αὐτήν· ἐν δὲ πράγμασιν ἑτέροις, ὡς ἔλθοι κατὰ τύχην, καὶ κατατρεχάδην ἀπορρεύσει, οὕτω καὶ ἐδέχετο, καὶ ἀντελάμβανε· ἐτύφλωσεν οὖν καὶ αὐτὸς τὸν Ἀνδρόνικον· καὶ οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἰωάννην νήπιον ὄντα, καὶ μόλις ψελλίζοντα, ἀντ' αὐτοῦ δὲ στέφει τὸν δεύτερον τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἰς βασιλέα Ῥωμαίων, τὸν Μανουήλ. Τὸν δὲ τρίτον, τὸν καὶ Θεόδωρον, δεσπότην Λακεδαιμονίας καθίστησι. Τὸν δὲ τυφλὸν Ἀνδρόνικον μετὰ τοῦ πατρὸς Ἰωάννου καὶ τῆς γυναικὸς ἐγκλείστους ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Ἀνεμᾶ (66) καθειργνυσιν· διετίαν δὲ ἐν

Ismaelis Bullialdi notæ

(65) De excæcatione Cuntuzis et Andronici adeundus Laonicus lib. 1 qui Sauzen, non Cuntuzen appellat, et natu maximum filiorum Moratis fuisse dicit. Joannes imp. aceto fervido Andronici oculis infuso eum excæcavit. Phranzes lib. 1, c. 16, Moratis istum filium appellat Mosen Zelebin, et patris jussu capite plexum fuisse ait. De illorum excæcatione Leunclavius nullum verbum facit.

(66) Ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Ἀνεμᾶ. Leunclavius in *Pandectis Histor. Turcorum* docet se a Zygomala didicisse Constantinopoli turres illas, quas Leonardus Chiensis in narratione expugnationis Constantinopoleos Aveniades appellat, vero nomine Anemanis turres vocari, et esse eas, quæ in arce Pentapyrgo, ad angulum urbis orientalem, juxta Blachernarum templum, sita visebantur.

Digitized by Google

φυλακῇ (67) ἔγκειστοι γενόμενοι συνδρομῇ τῶν A τοῦ Γαλατᾶ Λατίνων ἀπὸ τοῦ πύργου ἐξέφυγον, καὶ οἱ Γενουῖται τοῦτον δεξάμενοι, ἤρξαντο ἀντιμάχεσθαι τοῖς πολίταις προσωπεῖον κεκτημένοι τὸν Ἀνδρόνικον. Καὶ πολεμήσαντες ἡμέρας ἱκανὸς πατὴρ πρὸς υἱὸν, καὶ υἱὸς πρὸς πατέρα (τοῦτο τῆς Ῥωμαίων ἀπανθρωπίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἔχθρας) διὰ τῶν φρικωδεστάτων ὅρκων γενομένης παραβάσεώς ποτε εἴσειτιν ἐν τῇ πόλει Ἀνδρόνικος, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναγορεύεται. Τὸν δὲ πατέρα αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μανουὴλ καὶ Θεόδωρον ἐγκλείστους ὁ πύργος, ὃν αὐτὸς εἶχεν ὡς τάρταρον, ὡς ὁ Ζεὺς τὸν πατέρα καὶ Κρόνον, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Πλούτωνα καὶ Ποσειδῶνα ἔνδον κατεῖχε, καὶ αὐτὸς τῆς βασιλείας ἀντεποιεῖτο. Διετίαν οὖν καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ πύργῳ γενόμενοι, ἀπέδρασαν συνεργείᾳ τινὸς ἀλάστορος· ὄνομα μὲν αὐτῷ Ἄγγελος, τῇ δὲ ἐπωνυμίᾳ Διάβολος· καὶ μίγδην φέροντες σὺν τῇ ἐπωνυμίᾳ τὸ ὄνομα, ἐκαλεῖτο Διαβολάγγελος. Αὐτὸς τοίνυν ἐκβάλλων ἀπὸ τοῦ πύργου εἴτε ἀγγέλου, εἴτε δαίμονος τέχνῃ ἐπέρασεν αὐτοὺς ἐμβάλλων ἐν ἀκατίῳ πέραν εἰς τὸ Σκουτάριον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος μαθὼν τὴν φυγὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ οὐκ ἠθέλησεν εἰς μακρὰν γενέσθαι τὰ συντυχήματα Ῥωμαίοις, οὐδὲ αὐτὸς εἶναι τῶν κακῶν αἴτιος· ἀλλὰ μεταπέμπεται τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς δοὺς πίστεις ἐνόρκους, καὶ εἰσάγει τούτους ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀναβιβάζει τὸν πατέρα ἐν τοῖς τῆς βασιλείας θώκοις, καὶ πίπτει ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ζητεῖ λύσιν τῶν ἐγκλημάτων, καὶ αὐτὸς C ἄφησιν. Ἦν γὰρ ὁ Ἀνδρόνικος τὸν ἕνα τῶν ὀθαλμῶν αὐτοῦ ἔχων ἀνεῳγμένον, ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο σκαρδαμυκτῶν, καὶ παραβλῶψ θεωρῶν. Τότε ὁ βασιλεὺς καμφθείς, καὶ ἐπὶ τῷ γεγονότι πάθει σφοδρῶς λυπηθείς, ἔπεμψεν αὐτὸν σὺν τῷ παιδὶ καὶ τῇ γυναικὶ οἰκεῖν ἐν Συληβρίᾳ [Σηλυμβρίᾳ] δωρήσας αὐτῷ ταύτην, καὶ Δάνειον, καὶ Ἡράκλειαν (68), Ῥεδαιστόν τε καὶ Πάνιδον· B

Lacedæmonis principem constituit. Excæcatum Andronicum cum nepote Joanne et illius uxore in turri Anemæ concludit; cumque per biennium ibi detenti fuissent, concursu Latinorum e Galata facto evaserunt. Genuensesque hunc Andronicum suscipientes, ejusque obtendentes nomen civibus Constantinopolis bellum inferre cœperunt. Per plures itaque dies cum pater et filius mutuis prœliis certassent (ita feri erant Romani, et Deum sic odio habebant), Andronicus conceptis exsecrandis juramentis, quæ deinde violavit, ingreditur civitatem, et Romanorum imperator proclamatus, patrem deinde fratresque suos Manuelem et Theodorum, ut olim Jupiter Saturnum patrem, fratresque suos Plutonem et Neptunum, incarcerat in ea turri, in qua captivus detentus fuerat, quam etiam æque ac Tartarum aversabatur, imperiique solium invadit. Per biennium quoque isti in turri manserunt, evaseruntque ope cujusdam perditi nebulonis, qui vocabatur Angelus, cognomenque ei erat diabolus: conjunctisque nomine ac cognomine vocabatur Diabolangelus. Is igitur, cum eos turri extraxisset sive angeli sive dæmonis arte, navigio impositos Scutarium ultrà mare trajecit. Verum Andronicus, cognita patris fratrumque fuga, noluit amplius auctor esse calamitatum et infortuniorum, quibus Romæi premebantur; patremque accersit et fratres, obstricta iis per jusjurandum fide eos in urbem accipit, parentemque solio imperii restituit, et ejus pedibus advolutus errorum veniam rogat et consequitur. Andronicus equidem ille oculorum alterum apertum habebat, Joannes vero filius ejus utroque luscitiosus erat, et oblique intuebatur. Imperator filii precibus jam delinitus, et eorum quæ acciderant pertæsus, eum cum uxore et filiolo Selymbriam ad habitandum misit, quam ei concedit Daoiumque, Heracleam et Panidum. Manuelem deinde imperiali diademate ornat. Francisco Gateluzo, quem ami-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(67) *Διετίαν δὲ ἐν φυλακῇ.* In carcerem conjectus est Andronicus a patre excæcatus, ut c. 16 narrat Phranzes; ex eo vero extractus est, cum proceres Constantinopolitani Ameram Moratem ut D liberaretur exoratum habuerunt. Narrat postea Joannem in Italiam profectum, Andronicum excæcatum despotam rebus imperii interea procurandis præfecisse: at, ubi reversus fuit, Manuelem filium suum secundogenitum, universis applaudentibus, imperatorem proclamasse. Quod indigne ferens Andronicus ad Bajazitem aufugit: et auxilia ab eo consecutus, urbem noctu ex improviso adortus, patrem fratremque cepit, et in carcerem compegit: qui post duos annos cum semisse, Bulgaris custodibus deceptis, ad Bajazitem aufugerunt: tributa annua pendere polliciti, in imperium reducti sunt. Hæc de re Leonici narratio lib. I, *Hist. de rebus Turc.* valde confusa est, nec his consentit. Vult etiam ante Andronici excæcationem Joannem in Italiam discessisse. De Andronici ad Bajazitem profectione, lib. II, agit.

(68) *Δάνειον καὶ Ἡράκλειαν.* Apud alios legitur Daonium: oppidum est Thraciæ maritimum sub Heracleensi metropolita. Heraclea, quæ hodie Propontidi adjacet, et metropolis est, olim Perinthus appellata fuit, ut clare docet inscriptio, quam Heracleæ anno 1647, Maii die 1, ex marmore transcripsimus. Lapis ille marmoreus olim fuit Stylobates, cui imperatoris Severi statua imposita erat. Parieti templi metropolitanæ Heracleensis, quod templorum Christianorum per Græciam universam residuorum elegantissimum est, transverse insertus visitur lapis ille, non erectus: et qui illum inseruere fabri, forinsecus inscriptionem apparere, ut legeretur, voluerunt: illam in marmoribus Arundellianis Seldenus transcripsit, pag. 55, sed corruptam; qualem ipsi legimus, hic proponimus:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ*
ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ

* Ultimæ syllabæ duarum vocum Σεπτίμιον Σεουῆρον ita scriptæ sunt, ut intra O τὸ N comprehendatur.

Digitized by Google

cum optimum et exploratæ fidei supra memoravimus, nuptui collocat sororem suam, dotisque nomine Lesbum insulam ei tradidit, nuptiarumque solemnitate peracta Mitylenen 24 abierunt, eamque ad nostra tempora eorum posteri successione perpetua possederunt. Quoniam vero narrationis series a Bajazite regressa ad Orchanem illius avum nos retraxit, propter crimina Cantacuzeno objecta, in viam rursus redeamus, et ad Bajazitis res, potius vero Rom. infortunia exponenda pergamus, narrationemque earum ad finem perducamus.

A τὸν δὲ Μανουὴλ στέφει ταινίαις (69) καὶ βασιλέα ἀναγορεύει Ῥωμαίων. Τὸν δὲ Φρανζῆσκον Γατελοῦζον, ὃν ὁ λόγος ὡς φίλον καλὸν καὶ πιστότατον ἐδήλωσε προλαβών, δίδωσι τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν ὁ βασιλεὺς εἰς γυναῖκα, καὶ εἰς προῖκα τὴν νῆσον Λέσβον, καὶ τοὺς γάμους τελέσαντες ἀπῆραν ἐκεῖθεν καὶ ἐν τῇ Μιτυλήνῃ κατῴκησαν μέχρι τοῦ νῦν κατὰ διαδοχὴν ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν τὴν νῆσον ταύτην κυριεύοντες οὐκ ἔλειψαν. Ἐπεὶ δ' ὁ λόγος ἡμᾶς ἀναποδίζων ἀπὸ τοῦ Παγιαζὴτ εἰς τὸν πάππον αὐτοῦ τὸν Ὀρχὰν ἕνεκα τῶν αἰτιαμάτων τοῦ Καντακουζηνοῦ ἀναχαιτίσας κατήντησε, φέρε πάλιν τὴν αὐτὴν ῥύμην ἀρξάμενοι πρὸς τὰ τοῦ Παγιαζὴτ εὐθυδρομήσωμεν, μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ τῶν Ῥωμαίων δυστυχήματα· καὶ ἴδωμεν τὴν διήγησιν ἄχρι ποῦ καταντῆσαι σπουδάζει.

CAPUT XIII.

Bajazites tributa Joanni imperat, et sibi militatum venire alterum ex ejus filiis postulat. Cycladas insulas invadit. Joannes Constantinopolim munit, Bajazitis jussu exstructa a se propugnacula diruit, tandemque obiit. Manuel qui Bajaziti militabat inque ejus aula versabatur, audita patris morte, clam Constantinopolim advenit. Bajazites id aegre ferens graves duraque conditiones ipsi imponit, Thessalonicam occupat, Constantinopolim vexat et cibaria in eam introitu impedit. Hungari ac maxima pars occidentalium principum in Bajazitem movent, et ad Nicopolim a Turcis caeduntur et vincuntur.

Postquam Bajazites omnes Asiæ principatus, qui B plures erant, evertit, et Bithyniæ, Phrygiæ, Mysiæ, Cariæ monarcham se gessit, adversus Constantinopolim mentem et oculos direxit. Primum omnium missis ad imperatorem apocrisiariis tributum poscit, ejusque filiorum unum cum militibus centum ad bellum paratis mitti. Destitutus imperator regum omnium auxilio, desertusque a rebus publicis Bajaziti obtemperat; semel etiam atque iterum Manuel cum cohorte centum armatorum mi-

Ἐπεὶ δ' ὁ Παγιαζὴτ (70) τὰς πολυαρχίας πάσας ἐξῆρεν ἐκ προσώπου τῆς Ἀσιάτιδος γῆς, καὶ Βιθυνίας, καὶ Φρυγίας, Μυσίας λέγω καὶ Καρίας, καὶ μονάρχης ἐγένετο, τότε κατὰ τῆς πόλεως καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἔστησε. Καὶ κατὰ μὲν τὸ πρῶτον (71) πέμψας ἀποκρισιαρίους εἰς βασιλέα ἠτήσατο φόρους διδόναι, καὶ ἐν ἐξπεδίτῳ ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ πέμπειν σὺν στρατιώταις ἑκατόν· ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ ἔχων βοήθειαν ἐκ τινος τῶν ῥηγάδων, ἢ τῶν ἀριστοκρατούντων, ἢ τῶν δημοκρατούντων

Ismaelis Bullialdi notæ.

ΜΕΓΙΣΤΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ.

Quæ statua posita fuit procul dubio a Perinthiis : C quando capta a Severo quæ ei fame compulsa se permisit, Byzantium, muris, balneis, publicisque ædificiis ejus dirutis, in vici formam redacta, omni jurisdictione privata, Perinthiis attributa est, ut Dion Nicæus in Severo prodidit, Καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας· τάς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς τοῖς Περινθίοις ἐχαρίσατο. *Vectigalem eam reddidit, civiumque bona in fiscum publicum redegit, ipsamque et ejus agrum Perinthiis gratuito attribuit.* In ista inscriptione hæc verba. Ὁ δῆμος τῶν νεοκόρων, significant *universitatem, vel collegium sacerdotum, vel æditimorum.* Latini hac etiam voce usi sunt, ut apud Grutherum inscriptionum libro legimus pag. 1102 :

VETTIO AGORIO PONTIFICI.
VESTÆ PONTIFICI.
SOLI QUINDECIMVIRO, AUGURI,
TAUROBOLIATO, CURIALI, NEOCORO,
HIEROFANTÆ, PATRI SACRORUM.

Zosimus, qui tempore erecti hujus monumenti posterior est, lib. 1 etiam testatur suis temporibus Perinthi nomine omisso, Heracleam vocatam fuisse. Διατρίβοντι αὐτῷ κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλειον μετωνόμασται. Stephanus de urbibus idem testatur.

(69) *Τὸν δὲ Μανουὴλ στέφει ταινίοις.* Annum quo Manuel imperator designatus est, excæcato Andronico, habemus in themate cœlesti erecto ad meridianum Constantinopleos ipso meridie, anno mundi 6882, Septembris 25, id est, anno Christi 1373. Sic se habet, Θέμα γεγονὸς ἐπὶ τῇ ἀναγορεύσει κυρίου Μανουὴλ, τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἔτει ϛωπϐ', μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κέ, ἐπ' αὐτῆς τῆς μεσημβρίας. Horoscopus Sagittarii gradus 17, Dom. 2, Capricorni grad. 19, m. 40, dom. 3; Aquarii grad. 27, m. 20, dom. 4, Arietis grad. 10, dom. 5; Arietis 27, m. 20, dom. 6, Tauri grad. 19, m. 40; oppositæ domus sex inde haberi possunt. Loca vero planetarum sic se habuerunt : Sol in Libræ gradu 10, m. 21; Luna Capricorni gradu 8, m. 44; Saturnus, Capricorni grad. 27, m. 30; Jupiter, Cancri grad. 26, m. 22. Mars, Arietis grad. 12, m. 28; Venus, Libræ grad. 12, m. 10; Mercurius, Libræ grad. 18, m. 37 : Nodus ascendens seu caput Draconis, Virginis grad. 28; Κλῆρος βασιλέως, seu Sors regia in Capricorni grad. 9; Τύχη, seu Pars Fortunæ, Piscium grad. 15, 43. Quivis ex istis, themate delineato, planetas et alia puncta cœli per domus distribuere poterit. Hocce porro thema cœleste nacti sumus in bibliotheca serenissimi Magni Etruriæ Ducis Ferdinandi II, principis sapientissimi et erga litteratos humanissimi. D

(70) *Ἐπεὶ δὲ ὁ Παγιαζήτ.* Supra cap. 4 legenda sunt quæ scripsit Ducas.

(71) *Καὶ κατὰ μὲν τὸ πρῶτον.* Supra adnotavimus Byzantinos imperatores tributa obtulisse. Laonicus porro, Phranzes et Leunclavius nullam mentionem faciunt munitæ a Joanne imperatore Constantinopoleos : aut tributa ei a Bajazite imperata fuisse.

Digitized by Google

εἰς τοῦτο κατένευσε· καὶ μίαν, καὶ δευτέραν ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ σὺν ἑκατὸν (72) στρατιώταις ὁπλίταις Ρωμαίοις ἐπέμφθη παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ βασιλέως εἰς ὑπουργίαν συστρατεύων τῷ Παγιαζήτ, ὅτε πρὸς Παμφυλίαν κατὰ Τούρκων ἐχώρει. Τὴν δὲ σιτοπομπίαν ἐκώλυσε, τὴν κατ' ἔτος λαμβανομένην ἐξ Ἀσίας εἰς τὰς νήσους Λέσβον λέγω, Χίον, Λῆμνον, Ῥόδον καὶ τὰς ἑξῆς. Καὶ δὴ στόλον ἑτοιμάσας πέμπει ἐν Χίῳ μακρὰς νῆας ἑξήκοντα, καὶ πυρὶ τὴν πόλιν ἐμπιπρᾷ, καὶ τὰς πέριξ κώμας ἀφανίζει, καὶ τὰς κυκλάδας νήσους καὶ τὴν Εὔβοιαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν μέρη. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν τοῦ τυράννου τὸ ἀποκάλυπτον καὶ αὔθαδες, ἤρξατο κτίζειν εἰς ἓν μέρος τῆς πόλεως τὸ λεγόμενον Χρυσείαν πύλην, κατασκευάσας πύργους δύο ἐν τῷ θατέρῳ τῶν μερῶν τῆς πύλης λευκῷ μαρμάρῳ συνηρμοσμένῳ, οἰκοδομήσας αὐτοὺς οὐ διὰ λιθοξόων, οὐδὲ διὰ οἰκείων ἀναλωμάτων, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἀναθημάτων (73) καλλίστων, κατεάξας τὸν ναὸν ἐπ' ὀνόματι πάντων τῶν ἁγίων κτισθέντα παρὰ κυρίου Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, καὶ μεγάλου βασιλέως, καὶ τοῦ ναοῦ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα καλῶς οἰκοδομηθέντα, καὶ αὐτὸν παρὰ τοῦ βασιλέως Μαυρικίου· καὶ τὰ παραλειπόμενα τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Μωκίου, ὃν ἀνήγειρεν ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος. Ἐχώρησεν οὖν μέρος τῆς πόλεως ἀπὸ τῆς Χρυσείας πύλης (74) ἕως τοῦ αἰγιαλοῦ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν κατασκευάσας, καὶ ὁρμητήριον ἔχων αὐτὴ πρὸς καταφυγὴν ἐν καιρῷ. Ἀπαρτισθέντος οὖν τοῦ πολιχνίου, ὁ Παγιαζὴτ ἠβουλήθη ἐκστρατεῦσαι κατὰ Τούρκων κειμένων ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς κατὰ Πέργην τῆς Παμφυλίας. Καὶ δὴ καλέσας τὸν βασιλέα πέμπει τὸ σύνηθες τὸν υἱόν, καὶ βασιλέα Μανουὴλ σὺν τοῖς ἑκατὸν στρατιώταις. Καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον μηνύει τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ ἐν τῇ Προύσῃ ὄντος τοῦ Μανουὴλ, ἵνα τὸ τῆς Χρυσείας πολίχνιον, ὃ ἀνήγειρεν ἐκ νέου, χαλάσαι, καὶ ἐρείπιον ἀφεῖναι, ἢ τὰς τοῦ Μανουὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κόρας ἐξορύξας ταχέως εἰς αὐτὸν πέμπει τετυφλωμένον. Ὁ οὖν βασιλεὺς Ἰωάννης (75), ὁρῶν τὴν τοσαύτην δυναστείαν, καὶ μὴ ἔχων ὅ τι δράσει (ἦν γὰρ κατάκοιτος, καὶ ἀλγῶν

A litum Romæorum a patre missus, ut Bajaziti operam suam præberet, subque ejus signis militaret in expeditione ab eo adversus Turcos Pamphyliam tenentes suscepta. Frugum insuper convectionem annuam ex Asia in insulas Lesbum, Chium, Lemnum, Rhodum et alias prohibuit Bajazites. Classe deinde instructa sexaginta longas naves in Chium mittit, urbem incendio defet, pagos vicinos diruit, Cycladas insulas affligit, Eubœam et Atticæ regionis partem. Tunc imperator cognita tyranni ambitione manifesta atque audacia, aggressus est munire quamdam urbis partem, quæ Aurea porta dicitur, duabus ad utrumque portæ latus marmore albo bene expolito exstructis turribus, non propriis tamen impensis ex latomiis convecto, sed e magnificentissimis, quæ diruit ipse, donariis consecratis olim ab aliis imperatoribus. Namque templum nomini Omnium Sanctorum dedicatum, quod Leo imperator, Philosophus et Magnus exstruxerat, evertit; aliud quoque Sanctorum **25** Quadraginta, quod imperator Mauricius ædificari jusserat; residuaque ad opus absolvendum congessit rudera Basilicæ sancti Mocii, quam Constantinus Magnus ædificandam locaverat. Hoc munimento exstructo partem civitatis ab Aurea porta ad littus maris meridiei objacens, cinxerat, sibique effugii locum quo se reciperet, paraverat. Jam absolutum erat illud propugnaculum cum Bajazites adversus Turcos, qui agrum Pergæum in Pamphylia tenebant, expeditionem meditabatur: quam imperatori significat: qui, quod jam facere assueverat, Manuelem filium atque imperatorem cum centum militibus mittit. Ex qua expeditione cum rediisset Bajazites, et Manuel Prusæ commoraretur, Joanni imperator significat, ut propugnaculum Aureæ portæ diruerent, soloque rudera æquaret, alias excæcatum Manuelem effossis pupillis ei se remissurum statim minatur. Formidans itaque Joannes tyranni istius vires, animi pendens, consilii viriumque inops (in lecto etenim decumbebat podagra confectus, et uti verum dicam, deliciis nimioque cibo et potu semimortuus),

B

C

D

Ismaelis Bullialdi notæ.

(72) *Ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ σὺν ἑκατόν.* Non solum Manuel, si Phranzæ credimus, sed et illius pater Joannes Bajaziti militarunt, ut narrat lib. I, cap. 16, et Laonicus lib. II.

(73) *Ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἀναθημάτων.* Georgius Cedrenus in Mauricio meminit templi illius quadraginta martyribus dicati: quodque a Tiberio inchoatum a Mauricio imperii sui anno octavo absolutum. Ejus verba talia sunt: Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει Μαυρίκιος τὸν ναὸν τῶν Ἁγίων τεσσαράκοντα, ὃ ἀπῄρξατο Τιβέριος, ἀνεπλήρωσε. Zonaras iisdem fere verbis tomo tertio. De templo sancti Mocii mentionem facit idem Cedrenus in Basilio, qui collapsum refecit. Ἐποιήσατο καὶ τὸ μέγα τέμενος Μωκίου τοῦ μάρτυρος, καὶ τὸ ἄδυτον τούτου καταβληθὲν ἄχρι γῆς, ὡς καὶ τὴν ἱερὰν κατεάξαι τράπεζαν, ἐπιμελείας ἠξίωσε καὶ τοῦ πτώματος ἤγειρε. *Martyris Mocii templum deinceps absolvit: adytumque in terram usque prolapsa, quorum ruina sacra mensa fracta ac disrupta fuerat, refici et de integro instaurari curavit.* Joannes quoque Curopalates hujus templi, quique illud refecit, Basilii meminit. De Omnium Sanctorum templo, de quo Ducas hoc loco verba facit, nihil præterea legi.

(74) *Ἀπὸ τῆς χρυσείας πύλης.* Arcem istam Joannes ædificaverat in mœnium urbis angulo, qui ostio Propontidis et Bosphori Thracii adjacet; in quo Mehemetes II post captam CP. castrum ædificari jussit, quod a septem turribus *Jedi-cula* Turcice appellatur: hodie desertum pene visitur, et a paucis hominibus habitatum. Aurea illa porta nunc etiam, ut et Leunclavii temporibus, clausa est. De hac arce infra, cap. 45, Ducas mentionem facit.

(75) *Ὁ οὖν βασιλεὺς Ἰωάννης.* De hoc Joanne imperatore, ejusque libidinibus et lascivia Laonicus lib. II, ubi scribit ipsum Manuelis filio suo sponsam Trapezuntini imperatoris F. abstulisse, et quamvis podagra confectum, uxorem duxisse.

Digitized by Google

nullum etiam præter Manuelem superstitem filium habens, quem hæredem imperii sibique successorem relinqueret, propugnaculum solo æquat, certisque indiciis notum facit tyranno, peracta esse quæ jusserat. Imperator certe cum tam acerba nefariaque mandata ipsi nuntiata sunt, corporis doloribus adhuc conflictatus, fato cessit. Manuel audita patris morte noctu in fugam se conjicit, inque urbem pervenit, et postquam parentem mortuum de more luxisset, sollicitus atque anxius admodum propter tyrannum erat, dubius an se et urbem ille bello petat. At tyrannus, cognita imperatoris morte Manuelisque fuga, ægre et moleste id ferens, in domesticos ira ac furore percitus excanduit, quod eorum nullo animadvertente aufugisset; illum quippe occidere destinaverat, si in potestate sua habuisset. Statim ergo ad imperatorem Manuelem apocrisiarios mittit, qui ei denuntiarent sibi visum esse, ut in urbe Constantinopoli suorum judicum et jurisperitorum unus, quem Cadin ipsi appellant, resideret ac jus diceret: non æquum esse asserens Musulmanos mercaturam exercentes et Constantinopolim frequentantes, natis litibus et controversiis in jus vocari, et pro tribunali Cavuridum vadimonio adesse; sed oportere Musulmanum a Musulmano judicari, aliaque similia supra modum iniqua et injusta per calumniam proponit. Ilæc tandem ferociter ac superbe addit: *Nisi velis quæcunque tibi impero exsequi, quæque postulo concedere,* **26** *portis urbis clausis in ea regna, quæ extra muros sunt, omnia possideo.* Eodem tempore tyrannus ex Bithynia in Thraciam trajicit, omniaque oppida et vicos, intra præfecturæ urbanæ limites a Panido ad urbis mœnia evertit, incolasque alio transportat. Thessalonicam

A τοὺς πόδας, ἡμιθανῆς, ὡς εἰπεῖν, ὑπὸ πολλῆς ἀδηφαγίας, καὶ πολυποσίας, καὶ τῶν ἡδυπαθειῶν), μὴ ἔχων ἕτερον ἀντὶ τοῦ Μανουὴλ στέψαι καὶ καταλιπεῖν βασιλέα, βάλλει τὸ φρούριον κάτω, καὶ μηνύει τῷ τυράννῳ δι' ἐναργῶν ἀποδείξεων ὅτι τὸ κελευσθὲν πέρας εἴληφεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τὸ πικρὸν καὶ ἀπαίσιον μήνυμα, ἔτι ὄντος [ὢν] ἐν ὀδύναις σωμάτων, ἀπέδωκε τὸ χρεών (76). Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ μαθὼν τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, διὰ νυκτὸς φυγὰς ᾤχετο, καὶ δὴ καταλαβὼν τὴν πόλιν, καὶ τὸ πένθος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὡς ἔθος πληρώσας, ἐκάθητο μεριμνῶν περὶ τοῦ τυράννου, καὶ ἄρα βούλεται κατὰ αὐτοῦ, καὶ κατ' τῆς πόλεως Ὁ δὲ τύραννος μαθὼν τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν φυγὴν τοῦ Μανουὴλ, ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσχέραινε· B καὶ κατὰ τῶν οἰκείων ἐμαίνετο πῶς διέδρα, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἔγνω. Ἠβούλετο γὰρ θανατῶσαι αὐτὸν, εἰ ἐν χερσὶν ἔτυχεν ὤν. Τότε στέλλει πρὸς τὸν βασιλέα Μανουὴλ ἀποχρισιαρίους ζητῶν ὅτι βούλεται τοῦ εἶναι καὶ διαμένειν ἐντὸς τῆς πόλεως ἕνα τῶν αὐτοῦ κριτῶν (77) καὶ νομιμαρίων, ὃν αὐτοὶ καλοῦσι Καδίν· οὐκ εἶναι δίκαιον λέγων τοὺς Μουσουλμάνους ἐν ἐμπορίαις ἀσχολουμένους, καὶ ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἀπερχομένους, διά τινων ὑποθέσεων, καὶ ἀμφιβολιῶν παρίστασθαι τοὺς Μουσουλμάνους ἐν κριτηρίῳ Καβουρίδων, ἀλλὰ τὸν Μουσουλμάνον δεῖ Μουσουλμάνον κρῖναι, καὶ ἕτερα παραπλήσια γέμοντα φόρτους ἀδικίας καὶ συκοφαντίας· τέλος· *Εἰ οὐ βούλει ποιῆσαι, καὶ δοῦναι ὅσα σοι προστάττω, κλεῖσον τὰς θύρας τῆς πόλεως, καὶ βασίλευε ἐν μέσῳ αὐτῆς. Τὰ δὲ ἐκτὸς αὐτῆς ἐμὰ πάντα εἰσίν.* Τότε ὁ τύραννος (78) περάσας ἀπὸ Βιθυνίας εἰς Θράκην, πάντα τὰ τῆς πόλεως ἄστη κατέσκαψε, καὶ τοὺς οἰκοῦντας μετῴκισεν ἀπὸ Πανίδου (79) ἄχρι αὐτῆς πόλεως. Εἶλε καὶ Θεσσα-

Ismaelis Bullialdi notæ

(76) Obiit imp. Joannes anno mundi 6899, indict. x, Christi 1391.

(77) *Ἐνα τῶν αὐτοῦ κριτῶν.* Omnes Musulmani hoc semper ambierunt, ut in Christianorum, quas incoluerunt, urbibus Cadizios seu Cazileros, a quibus judicarentur, suos haberent. Messitas se habuisse Constantinopoli jactant Musulmani, Constantino Copronymo ejusque successore Leone regnantibus: quod tradit Leunel. lib. I *Hist. Musulm.* Inter monumenta mss. Nicolai Fabri Pierescii viri clarissimi, et in antiquitate investiganda accuratissimi, repertum est exemplar pactorum olim fœderum inter imperatorem Fredericum Siciliæ regem, et Abu-Issac F. Abu-ebroim, nepotis Abi-Hafri, anno Hegiræ 628, Ziumadiachir, id est, secundo mediante seu die 15. Fuit annus Christi 1231, Aprilis 21, die Dominica: eo namque anno littera Dominicalis fuit E. Cœpit vero annus Hegiræ 628, anno 1230, Novembris 9, feria 7. In illorum fœderum diplomate talia verba leguntur ex versione Marci Ocelii Citeronis: *Et ut etiam detur illis dimidium tributi insulæ Cosiræ signatum et ordinarium tempore messis solitæ. Nequs habeant Christiani in prædicta insula Cosira jurisdictionem super ullum Mahumetanum, præter præfectum Mahumetanum missum a prædicto rege Siciliæ nomine suo, ad regendos tantummodo populos unitatis, et sit occupatus in negotiis populi Unitatis, quem Deus honorificet.* Ex quibus patet omnino Musulmanos seu Mahumetanos semper in eo laborasse, ut a Christianis judicibus lites eorum minime dirimerentur, sed a suis Cadiziis. In verbis allegatis notandum est Cosiram vel Cossyram insulam jacere inter Siciliam et Africam, hodieque *Pantalariam* appellari. Per populos unitatis Mahumetani intelligendi sunt, non propterea quod Deum haud in personarum Trinitate, sed in unitate tam essentiæ quam personæ adorent; verum dicuntur populi unitatis, id est concordiæ, quoniam inter se concordiam et consensum diutissime servarunt, et propterea Islami, id est unanimes, sunt appellati, ut passim adnotat Leuncavius. Fridericus, qui cum Abu-Issac fœdus inivit, nomine secundus est, Friderici Ænobarbi nepos. De isto judice Musulmano Constantinopoli instituto Laonicus lib. II adnotat, Andronicum Luminibus privatum hanc conditionem Bajaziti, cujus opibus ac viribus imperium recuperare sperabat, proposuisse, præter vectigal annuum imperii causa solvendum, καὶ ἁρμοστὴν ἔχειν ἐν τῇ πόλει, *Judicem se in urbe habiturum:* quem scilicet e Musulmanis Bajazites dedisset. Verum Laohici perturbatæ narrationi ac confusæ parum fidei adhibendum esse mihi videtur.

(78) *Τότε ὁ τύραννος.* Leunclavius, lib. VI, in Gilderune Bajazite agrum Thessalonicensem tunc solummodo occupatum fuisse a Turcis memorat, urbem neutiquam, prout a quibusdam traditum est.

(79) *Ἀπὸ Πανίδου.* Panidus urbs ad Propontidem sita, olim Pactya dicta et Paros. Plinio lib. IV cap 11. Pactie vocatur.

Digitized by Google

λονίκην (80), καὶ τὰ μετὰ τὴν Θεσσαλονίκην χωρία. Εἰς Πελοπόννησον δὲ πέμπει Ἀβρανέζην ἀρχηγὸν (81), καὶ ἐληλάτει πᾶσαν Λακεδαιμονίαν καὶ Ἀχαΐαν. Ἐν δὲ ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς Εὔξεινον πόντον κειμέναις πέμπει Τουραχάνην (82), καὶ ἐρημίᾳ ἐρήμωσεν αὐτάς· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ πάντα ἠφανίσθη, καὶ γεγόνασιν ἄοικα, ἡ δὲ πόλις οὐκ εἶχεν (83) οὔτε τὸν θερίζοντα, οὔτε τὸν ἀλοῶντα, ἀλλὰ τῷ μεγέθει τοῦ λιμοῦ ἐστενοχωρεῖτο, καὶ ἀπεβάλλετο τὴν ψυχήν. Οὐ γὰρ ἐπολέμει ταύτην ὁ τύραννος, οὐδὲ βιψεπάλξεις, οὐδὲ τοιχεπάλξεις, οὐδ' ἀκροβολισμοὺς οὐδ' ἄλλο τι τῶν μηχανικῶν ἀντεπήγαγεν, ἀλλὰ μόνον ἀνθρώπους ὑπὲρ μυρίους καθημένους κύκλῳ μακρόθεν, καὶ προσέχοντας τὰς διεξόδους, τοῦ μὴ ἐξέρχεσθαι, ἢ εἰσέρχεσθαί τι ἐν αὐτῇ. Ἐγένετο οὖν λιμὸς ἰσχυρὸς ἔνδον τῆς πόλεως ἀπό τε σίτου, οἴνου, ἐλαίου, καὶ ἑτέρων εἰδῶν· πρὸς δὲ χρείαν ἄρτου, καὶ πάσης ἄλλης κατασκευῆς, ἣν ὑπουργοῦσι μαγείρων παῖδες, ἐνδείας οὔσης ξύλων, κατέβριπτον τοὺς ἐξαισίους οἴκους, καὶ τὰς δοκοὺς κατέκαιον. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἀπορήσας, καὶ μηδεμίαν βοήθειαν οὖσαν ἐξ ἅπαντος γράφει πρὸς πάππαν, πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίας, πρὸς τὸν Κράλην Οὐγγρίας, μηνύων τὸν ἀποκλεισμὸν καὶ τὴν στενοχωρίαν τῆς πόλεως· καὶ εἰ μὴ τάχος φθάσει ἀρωγή τις καὶ βοήθεια, παραδίδοται εἰς χεῖρας ἐχθρῶν τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. Καμφθέντες οὖν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις (84) οἱ τῶν ἑσπερίων ἀρχηγοὶ, καὶ πρὸς ἀντιπαράταξιν τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ καθοπλίσαντες ἑαυτούς, ἦλθοσαν εἰς Οὐγγρίαν, ἔαρος ἀρξαμένου, ὅ τε ῥὴξ Φιλάνδρας [Φλάνδρας], καὶ ἐκ τῶν Ἰγγλήνων πλεῖστοι, καὶ τῆς Φραγγίας οἱ μεγιστάνες, καὶ ἐκ τῶν Ἰταλῶν οὐκ ὀλίγοι· καὶ δὴ πρὸς τὰς ἐπιτολὰς τοῦ Κυνὸς ἔπηξαν τὰς σκηνὰς παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Δανούβεως, ἔχοντες μετ' αὐτῶν τὸν Κράλην Οὐγγρίας Σιγισμοῦνδον, ὃς καὶ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχέ τε καὶ ἐλέγετο· καὶ δὴ περάσαντες τὴν παραίαν ἐν Νικοπόλει, καὶ καλῶς ἑτοιμασθέντες κατὰ τοῦ Παγιαζὴτ ὡπλίζοντο. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ πρὸ ἱκανὰς ἡμέρας μαθὼν τὴν ἄθροισιν τῶν γενῶν τῶν ἀπὸ ἑσπερίων, καὶ συναθροίσας καὶ αὐτὸς ἅπαντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ, ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, καὶ αὐτοὺς τοὺς φυλάσσοντας τὴν πόλιν, κατὰ πρόσωπον ἤλαυνε· καὶ περάσας τὴν Φιλίππου, καὶ τὰ ὄρη τὰ ὑπερμεγέθη, καὶ τοῖς λιθάσι κατανinde cepit, oppidulaque ulterius sita. Abranezem etiam in Peloponesum mittit, qui universam Spartanam regionem Achaiamque diripuit; et adversus urbes ad Pontum Euxinum sitas Turachanem, qui eas devastavit. Utque plane quod res est dicam, omnia eversa ac desolata sunt, intraque urbem non messor erat, non qui triticum trituraret, sed ira, fame ac desperatione laborabatur. Tyrannus equidem bello non tentabat urbem, pinnas murorum dejiciendo, eosve machinis ullis quatiendo, nec præterea velitationibus aut levibus oppugnationibus lacessebat: sed aderant militum supra decem millia, quos longe a muris in ambitu habebat obsidentes aditus, observantesque, ne quid in urbem importaretur, aut ea exportaretur. Fames propterea in urbe ingravescebat, deficientibus tritico, vino, oleo cæterisque alimentorum speciebus: utque panem coquerent cæteraque obsonia, quæ coqui conficiunt, quod lignum ipsos deficeret, domos altas diruerunt, trabibusque earum ad ignem usi sunt. In ejusmodi angustiis constitutus imperator, nullumque præsens auxilium cernens, ad papam, regem Franciæ, et Hungariæ cralem scribit, monetque Constantinopolim obsidione cingi, et in ea conclusum se esse ad rerum omnium penuriam redactum, et nisi prompte auxilium opemque ipsi tulerint, in hostium fidei Christianæ manus urbem concessuram. His permoti occiduarum regionum principes ad resistendum crucis hostibus armantur, ineunteque vere in Hungariam accedunt Flandriæ comes, Anglorumque manus magna, Franciæ quoque proceres, et Italorum non pauci; perque sidus caniculæ ad Danubii ripam castrametati sunt; quibus Hungariæ Crales Sigismundus se adjunxerat: Romanorum imperator is erat, et ita appellabatur, et cum Nicopoli in alteram oppositamque Danubii ripam trajecissent, ad prælium contra Bajazitem strenue capessendum sese comparavere. Ante multum tempus certior factus erat Bajazites, gentes Occidentales exercitum conscribere, quapropter Orientis atque Occidentis copias in unum coegit: quibus adjunxit eas quæ urbem obsidebant, et in occursum Occidentalium educit; prætergressusque Philippopolim, montesque altissimos ad paludes, quæ Sophiæ vicinæ sunt, 27

Ismaelis Bullialdi notæ.

(80) Anno Hegiræ 795, Zinmasiulachir 19, Christi 1391, Maii 25, Thessalonica capta est a Bajazite.

(81) *Ἀβρανέζην ἀρχηγόν*. His temporibus res gessisse Eurenosem in Thessalia ad Serras Leunclavius tradit, sed Phranzes, lib. I, cap. 20, item cap. 29, Brenezem in Peloponnesum missum esse scribit, et ita cum nostro Duca sentit. Hic Eurenoses ab uno e tribus ducibus, cum quibus Othmanes fœdus ac societatem inivit, et qui inter Turcos nobiles habentur, genus ducebat; alii erant Marcozogli, a quodam Marco religionis Christianæ desertore, et Michalogli ab alio Michaele appellato, pariterque apostata, genus ducentes.

(82) *Τουραχάνην*. Turachanides a quodam Turachane nobili etiam inter Turcos habito. Infra de nobilitate ac antiquitate generis illustribus, cap. 26, pag. 95, Leunclav. in *Pandectis* cap. 27.

(83) *Ἡ δὲ πόλις οὐκ εἶχεν*. Per totum fere decennium urbs Constantinopolis a Bajazite circumsessa fuit admodumque vexata, ut narrat Phranzes, lib. I, cap. 19, sub finem. Verum cœpisse circumdari milite Turco, postquam pugnatum ad Nicopolim fuit, memorat. Ducas vero noster ante prælium id commissum cœptam obsideri scribit: et cum eo convenit Leunclavius, lib. VI *Hist. Musulm.*, qui Bajazitem terra marique Constantinopolim obsedisse narrat ante pugnam ad Nicopolim initam.

(84) *Καμφθέντες οὖν ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις*. Adeundi Laonicus, lib. II; Phranzes lib. I, cap. 19; Leunclavius, lib. VI *Hist. Musulm.*; Bonfinius *Hist. Hungaricæ decadis* III, lib. II; Froissardus, vol. IV, cap. 79 et seqq., aliique.

Digitized by Google

accessit, illicque exspectans substitit. Postridie Christiani acie instructa in conspectum Turcici exercitus procedunt, et testudine facta primo impetu mediam hostium phalangem perrumpunt, et strenue admodum pugnant; et donec ad postremam aciem hostium penetrassent, omnes, qui restiterunt, concidunt. Iterumque globo conferto rem ita strenue gesserunt, ut Turcorum funditorum et sagittariorum operam inutilem redderent. Ubi demum Flandricæ cohortes pugnam adversus Turcos feliciter cedere animadverterunt, et horum plerosque fugæ se committere, effuso cursu turbatisque ordinibus tergo instant, et in medios Turcicæ aciei ordines penetrant, occisorumque cruore cænosas lacunas camporum complent; inque ordines eosdem remeando impetu ruunt. Tum demum principis Bajazitis satellites, qui *Poria* vocantur, veluti ad aulæ palatinæ januam stantes, pecunia empti omnes, exque variis Christianis gentibus supra decem millia coacti, in insidiis delitescentes, uno impetu ac clamore in Francos ac Hungaros impressionem faciunt, eosque undique circumdatos consertis manibus partim ferro cædunt, partim in fugam vertunt. Flandri vero a prælio se recipientes ubi fugatos Hungaros fusosque vident, Turcosque lætitiæ vocibus ac clamoribus aerem complere, et a tergo instare, fugam capessunt: partimque ab hostibus cum clamore et tubarum clangore insequentibus profligantur, partim equis deturbantur. Repugnantes neci dederunt Turci, cæterosque ad Danubii ripam persecuti sunt, quorum plurimi in fluvium præcipites ruerunt, et aquis absorpti sunt. Multos itaque principes viros ac magnates vivos ceperunt, ducem Burgundiæ, qui et Flandriæ comes erat, aliosque Francos et

τήσας τοῖς πρὸ Σοφίαν, ἐκεῖ αὐτοὺς ἀπεξεδέχετο. Τῇ ἐπιούσῃ τοίνυν ἐμφανεῖς γενόμενοι οἱ Χριστιανοὶ, καὶ κατὰ σειρὰν παραστάντες, συνασπισμὸν ποιησάμενοι, πρῶτον τὸ μέσον διέρρηξαν τῆς τῶν πολεμίων φάλαγγος, λίαν εὐρώστως ἀγωνιζόμενοι, καὶ κατακόπτοντες τοὺς ἀνθισταμένους, ἕως διήλασαν καὶ ἐς αὐτὴν τῶν πολεμίων οὐραγίαν. Καὶ συστρέψαντες αὖθις πάντ' ἔδρων τὰ κράτιστα, ὡς ἀπράκτους ἤδη φαίνεσθαι τοὺς τῶν Τούρκων σφενδονήτας τε καὶ τοξότας. Ὡς δ' οἱ τῆς Φλάνδρας εἶδον τὸν πόλεμον δεξιῶς πρὸς τοὺς Τούρκους ἀντικαθιστάμενον, καὶ τὰ πρὸς φυγὴν ὁρμῶμενοι, καὶ αὐτοὶ χύδην ὄπισθεν ἔτρεχον, καὶ τὰς παρεμβολὰς τῶν Τούρκων διαβάντες, καὶ αἱματόφυρτα τὰ τέλματα τοῦ πεδίου ἐργασάμενοι, εἰς τὰς αὐτῶν παρεμβολὰς ὑπέστρεφον. Οἱ δὲ Τοῦρκοι σὺν τῷ ἀρχηγῷ Παγιαζήτ, οἵτινες *Πόρτα* καλεῖται, οἷον θύρα τοῦ παλατίου τῆς αὐλῆς ὄντες, ἀργυρώνητοι πάντες, καὶ ἐκ διαφόρων γενῶν τῶν ἀπαριθμουμένων ἐν Χριστιανοῖς, ὑπὲρ μυρίους ὄντες καὶ ἐν λόχμῃ τινὶ κεκρυμμένοι διὰ τὸ ἀνύποπτον, συμφρονήσαντες αὐτοβοεί τε κατὰ τῶν Φράγκων καὶ τῶν Οὔγγρων ὁρμήσαντες, καὶ κατὰ κύκλον περιελθόντες, καὶ συμμίξαντες, τοὺς μὲν ἔργον ἀπέφαινον ξίφους, τοὺς δὲ φυγάδας ἐποίουν. Στραφέντες δὲ οἱ τῶν Φρανδάλων, καὶ ἰδόντες τὴν τροπὴν τῶν Οὔγγρων, καὶ τοὺς Τούρκους ἀλαλάζοντας, καὶ εἰς ἀέρα φωνὰς πέμποντας καὶ κατόπιν τρέχοντας, ἐξαίφνης ἄλλοι σὺν βοῇ ταραχώδει, καὶ σαλπίγγων ἠχῇ ἐπεισπεσόντες τοῖς Φράγκοις, τοὺς μὲν ἐδίωξαν, ἄλλους δὲ ἔβαλον κάτω τῶν ἵππων, καὶ τοὺς ἑτέρους τοὺς ἀνθισταμένους κατέσφαξαν· καταδιώξαντες τοὺς λοιποὺς ἄχρι Δανούβεως, ὧν πλεῖστοι ἐν τῷ ποταμῷ ἔρριψαν ἑαυτοὺς καὶ ἀπεπνίγησαν. Ἐζώγρησαν οὖν ζῶντας μεγιστᾶνας τὸν δοῦκα τῶν Φρανδάλων [Φλάνδρων] (85)

Ismaelis Bullialdi notæ.

(85) *Τὸν δοῦκα τῶν Φλάνδρων.* Hic est Joannes dux Nivernensis, Philippi Audacis Burgundiæ Ducis filius, Joannis Galliarum regis nepos. Omnes porro ævi illius æquales historici acceptæ a Sigismundo tam insignis cladis culpam in nostros conferunt, qui, Turcorum modum ac artem pugnandi nescientes, temerario impetu in perniciem suam cæterorumque ruerunt. Annus autem hujus prælii varie a diversis proditus est. Turcorum annales, quos sequitur Leunclavius, illam Christianorum strage editam a Musulmanis tradunt anno Hegiræ 794, qui cœpit anno Christi 1391, Novemb. 29, fer. 4. Quapropter pugna illa commissa est anno Christi 1392. Turcorum chronologiam secutus est Calvisius in prima editione: sed perperam scribit anno 1391, Novemb. 27 cœpisse annum Hegiræ 794, fortasse error est typographicus: in posteriori vero editione ad annum 1396 transtulit. Quare vero Turci anno Hegiræ 794, hocce prælium commissum esse scripserint, causam, ut mihi videtur, valde probabilem adducam. Ex *Hist. Hungarica* Bonfinii decad. 3, lib. II, constat Sigismundum Hungariæ regem, post cæsum profligatumque Walachorum Turcorumque exercitum, Nicopolim minorem obsedisse et expugnasse anno Christi 1392, hanc cladem a suis passam, ut ex annalibus suis expungant Turci; anno 1392, quo eorum exercitus cæsus est, prælium Nicopolitanum assignant, insigne Christianorum strage ac cæde: duas ergo pugnas confundunt, et sibi prosperam in annum 1392 transferunt, ut improsperæ memoriam obliterent. His adversatur Froissardus loco citato, qui accidisse ait anno 1396, die lunæ seu feria 2, ante festum S. Michaelis, qui fuit Septembris 25. Quoniam anno illo fuerunt litteræ Dominicales B, A, Bonfinius decad. III. lib. II contigisse ait Kalend. Octob. anno 1396. Brassoviæ seu Coronæ in Transsylvania in Ecclesiæ parietibus ita scriptum legitur: *Anno* 1396, *Sigismundus infeliciter pugnat ad Nicopolim contra Bajazitem Septemb.* 28; ita in volumine scriptorumque *Hist. Hungaricæ*. His Maurus Orbinus in Slavorum Historia consentit. Buntingus et Ubo Emmius in Chronologia anno 1395 contigisse scribunt. At Phranzes, quem hactenus Latine solum habemus, illam cladem ad annum mundi 6900, id est, Christi 1392, refert, et Turcicis congruit Annalibus. Ubi notandum etiam, Phranzem post pugnam illam Nicopolitanam, Christianis tam lugubrem, Manuelis in Italiam discessum, ut et Ducam collocare; ex *Hist. Veneta* constat, anno 1395, Manuelem Constantinopoli solvisse, et Venetias accessisse: quod si hujus profectio cladem ad Nicopolim secuta est, annus prælii Nicopolitani antecessit annum 1395. Quomodo conciliari possint ista, non video: sed nostris auctoribus fidendum potius existimo, qui accuratius, et hoc loco meliori, quam Turci, fide tempora observarunt.

Digitized by Google

καὶ Μπεργονίας, καὶ ἑτέρους Φρανζέζιδας, καὶ ὑψηλοτάτους μπαρούνιδας, οὓς πέμψας ἐν τῇ Προύσῃ ἀπέκλεισε, καὶ διὰ πολλῶν χρημάτων ἀπεμπόλησε, δόντες ἐγγύην τὸν αὐθέντην Μιτυλήνης (86), καὶ υἱὸν τοῦ προρρηθέντος Φραντζήσκου τοῦ Γατελούζου.

A illustres barones, quos Prusam misit Bajazites, et illic captivos vinctosque detinuit: multisque deinde pecuniis vendidit, sponsore vadeque accepto Mitylenes principe, Francisci Gateluzi supra memorati filio.

28 CAPUT XIV.

Bajazites Constantinopolim sibi dedi petit: et Joannem ejecto Manuele imperatorem constituit. Manuel saluti urbis ac plebis consulens Constantinopoli discedit in Peloponnesum, hinc in Italiam proficiscitur, et occidentalibus regnis ac provinciis peragratis in Peloponnesum revertitur.

Φυσιωθεὶς οὖν (87) ἐν τῷ τοιούτῳ εὐτυχήματι, καὶ λίαν ἐπαρθείς, πέμπει πρὸς τὸν βασιλέα Μανουὴλ ἀποκρισαρίους, ζητῶν τὴν πόλιν· αὐτὸς δὲ οὐδ' ἀπόκρισιν ἔδωκεν. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῆς πόλεως βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συνεθλίβοντο μὲν, καὶ δώσειν προῃροῦντο τὴν πόλιν· ἀλλ' ὑπομιμνήσκοντες τὰ πραχθέντα ἐν τῇ Ἀσίᾳ παρὰ τῶν Τούρκων, τὴν φθορὰν τῶν πόλεων, τὴν ἐρήμωσιν τῶν ἱερῶν τεμενῶν, τοὺς καθ' ἑκάστην ὥραν πειρασμοὺς καὶ συκοφαντίας τοῦ ἐξομόσασθαι τὴν εὐσέβειαν, ὀπισθόρμως τὸν νοῦν ἤλαυνον, λέγοντες· *Μὴ ἀκοπάμωμεν, θήσωμεν εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν, ἔτι μικρὸν ὑπομείνωμεν· καὶ τίς οἶδεν εἰ ἄρα ὁ Θεὸς παριδὼν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ὡς ποτὲ τοὺς Νινευΐτας ἐλεήσει, καὶ σώσει ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θηρίου τούτου;* Ὁ δὲ τύραννος ὅσον ἔβλεπε τοὺς πολίτας ἀνθισταμένους, καὶ μὴ ἐνδόντας τοῖς αὐτοῦ θελήμασι, τοσοῦτον ἠγρίαινε καὶ ἐθυμοῦτο κατὰ τῆς πόλεως. Τί δὲ συνέβη; Ὁ πρὸ μικροῦ λαληθεὶς Ἀνδρόνικος (88), καὶ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Μανουὴλ, ἦν τεθνηκώς; ἐν Σηλυμβρίᾳ, ὁ δὲ μείραξ Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀνδρωθεὶς, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τὸν πατρικὸν, ἐζητεῖτο παρὰ τοῦ Παγιαζὴτ Σηλυμβρίαν. Ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, λέγων, καὶ διηγούμενος τὴν ἀδικίαν ἣν ἔπαθε παρὰ τοῦ πάππου αὐτοῦ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ·

B Tam prospero successu superbiens, ac supra modum elatus Turcus ad imperatorem Manuelem apocrisiarios mittit, urbemque Constantinopolim sibi tradi per eos poscit, nec tamen aliquod responsum accipit. Maxima pars interim civium fame laborantes conflictabantur, urbemque Turco prodi malebant: tamen cum eorum memoriam subirent, quæ in Asia a Turcis patrata erant, urbiumque eversiones, sacrorum templorum desolationes ac pollutiones, quibusque calumniis et vexationibus tentarentur singulis horis, adque pietatem ejurandam cogerentur, animum a tali proposito revocabant, his additis verbis: *Labore atque ærumna ne fatiscamus, speque nostra in Deum reposita ad breve tempus sustineamus; nam quis novit an Deus erroribus ac peccatis nostris dissimulatis, sicut olim Ninivitarum, nostri non miserebitur, et a fera ista salvos integrosque præstabit?* At tyrannus quanto obfirmatos civium animos videt suæque libidini haud obC temperantes, tanto feritas illius in eos exasperabatur. Quid demum accidit? Andronicus ille paulo prius nobis dictus, imperatoris Manuelis frater Selymbriæ superstite filio Joanne adolescente jam obierat. Hic virilem ætatem adeptus ditionem paternam obtinuit, a quo Bajazites Selymbriam sibi tra-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(86) *Δόντες ἐγγύην τὸν αὐθέντην Μιτυλήνης.* Idem scribit Froissardus de sponsione facta a Principe Mitylenes; verum in rebus ac geographia regionum Orientalium ignarum admodum ac imperitum se prodit. Hoc autem loco rem adnotare, quæ ad pugnæ illius Nicopolitanæ historiam pertinet, alienum prorsus non erit. Inter Galliæ principes qui ei interfuerunt, Philippus Artesius regiæ prosapiæ princeps, Comes de Eu, et Franciæ conestabuliarius recensetur: isque una cum Joanne Nivernensium D duce captus est. De ejus obitus die et loco, ubi fato concessit, historicos nostros et monumenta, quæ Constantinopoli exstant, inter se dissentire animadverto; clarissimi viri Sammarthani fratres Genealogiæ domus Franciæ, lib. XXX, Philippum Artesium Prusæ, vulgo Burusæ, die 3 Junii 1397 fato functum fuisse tradunt: ejusque cadaver in Galliam translatum, et in choro templi monasterii seu abbatiæ S. Laurentii Essuorum, vulgo de *Eu*, conditum esse. Dum vero anno 1647, per menses Februarium, Martium et Aprilem Constantinopoli agebamus, in monasterii S. Francisci Galatensis sacello uno, peristylio seu claustro contiguo, sepulcrum illius principis marmoreum vidimus, cui sequens epitaphium characteribus Gothicis insculptum legitur: † *Sepulcrum magnifici domini Philippi de Artoes, comitis de Eu, et Conestabiliarii Franciæ, qui obiit in Micalici 1387 Junii die 13 in ..q.. est carne sua: anima cujus requiescat in pace.* Hocce epitaphium crux in medio posita in duas partes divilit. Ad latus insignia gentilitia Franciæ, qualia tunc indefinito liliorum numero constabant, addita Artesiæ familiæ peculiari trifidæ laciniæ in scuti fronte distinctione, cernuntur. Micalici seu Michalizi urbs et regio est, non plus decem milliaribus distans a lacu Lopadio, ejusdemque nominis urbe; quam hodie Græci Lupadi, Turci Ulubat appellant. Burusa etiam hidui itinere abest. Laonicus lib. IV regionis Michalizii, et Leunclavius *Histor. Musulm.* libb. XV et XIII, atque in Pandectis, cap. 86, meminerunt. In illo epitaphio quid significet illud ..g.. assequi hactenus non potui.

(87) *Φυσιωθεὶς οὖν.* Leunclavius lib. VI, idem scribit, caduceatorem scilicet a Bajazite missum, qui Constantinopolim sibi dedi, Manuelemque ea decedere juberet.

(88) *Ὁ πρὸ μικροῦ λαληθεὶς Ἀνδρόνικος.* De Joanne Andronici excæcati filio in imperium a Bajazite constituto Ducas a Phranze multum discrepat. Hic namque lib. I, cap. 20, Joannem a patruo suo Manuele in Italiam discedente rebus Constantinopoleos administrandis præfectum fuisse refert, non vero a Bajazite sultano in solium imperatorium collocatum. Laonicus omnia confuse lib. II describit.

Digitized by Google

di poscebat: quod minime tolerans Joannes, patri sibique illatam ab avo injuriam allegavit; quod cum imperii successio ad patrem ejusque posteros jure deferretur, avus inique in eos se gerens secundo filio illud tradiderit, et *patri*, inquit, *meo hoc oppidulum concesserit, quod si occupaveris damno haud mediocri afficior*. Tunc Bajazites cum aliam occasionem nactus esset, a proposito tali divertit. Jam diu ille, quibus artibus Constantinopolim invaderet, animo versabat: non omisit itaque nomen obtendere Joannis, qui Manuelis ex fratre nepos erat, jubetque Manuelem urbe cedere, et Joannem in illam introduci, ad quem naturæ lege imperium pertinebat; pollicebatur insuper cum civibus Constantinopoleos deinceps se pacifice acturum. Cum itaque populum dissidiis agitatum sensisset Manuel, **29** et adversum se seditione ac clamoribus insurgere, aliosque audaciam sumentes conclamare, ut Joannes introduceretur, et tollerentur scandala: audiisseque passim murmurantes et accusantes, quod imperii solio non cederet, illudque legitimo successori non restitueret, sed tyrannice regnare vellet salutis publicæ immemor: ipse prudentia ac eruditione apprime instructus, sapiens commodumque consilium init: et Joanni, qui in castris Turcorum cum exercitu duodecim millium militum erat, denuntiat, eum in urbem accepturum esse et introducturum, accepto datoque utrimque juramento, eique imperium restituere velle, modo sibi liceat urbe excedere, quoque versum Deo visum fuerit abire, triremesque ad navigandum aptas, quæ in portu reperirentur, abducere. Jurato itaque Manueli fidens Joannes ingreditur urbem, benigne ab eo exceptus, eamque cum palatio recepit. Manuel deinde, coram cœtu nobilium primorumque plebis oratione habita, triremem conscendit cum uxore et liberis, urbe cessit et imperio, Joannique summam rerum tradidit. Bajazitis equidem scopus cum eo, quem sibi proponebat Manuel, fine haud congruebat. Animum induxerat ille posse se Joanni urbem eripere, quod et antea ab eo stipulatus fuerat, isque vicissim consenserat: additoque jurejurando Bajazites ei promiserat daturum esse pro urbe Peloponnesum, et pacem firmam inter eos in posterum intercessuram. Imperator equidem Christianissimus, inque divinis eximie eruditus, cum videret cunctos subditos inopia afflictos (modius enim tritici pluris quam viginti nummis vænibat), vini pariter cæterorumque ciborum, quibus vita sustinetur, penuria pressos: plebem tot ærumnis confectam, ad prodendam insigni perfidia patriam vergere præsentiscebat, singulisque diei horis hæc verba ad Deum dirigebat: *Absit a me, Christe Rex, ut apud longinquas nationes fama exeat, quod Manuelis imperatoris temporibus urbs hostibus prodita sit, impiisque Christianorum adversariis tradita sancta ac pretiosa supplex*. Quare cum vidisset Joannem tyranno operam suam locare, ut imperio potiretur, Turcumque totum negotium tractare, quasi rebus

καὶ ἀνέκειτο εἰς αὐτοὺς τὸ βασίλειον. Ὁ δὲ, ἀδικήσας αὐτοὺς, ἔδωκε τὴν βασιλείαν τῷ δευτέρῳ υἱῷ, καὶ *τὸν ἐμὸν πατέρα τὸ πολίχνιον τοῦτο ὡς ὁρᾷς· εἰ δὲ καὶ σὺ τοῦτο λάβοις, ὑπερηδίκημαι*. Τότε ὁ Παγιαζὴτ χώραν εὑρὼν ἄλλην ἐτράπη· ζητῶν γὰρ ἔκτοτε τὴν Κωνσταντίνου, καὶ τὸ τοῦ Ἰωάννου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ Μανουὴλ ὄνομα οὐκ ἔλιπε, λέγων· Ἔξελθε σὺ, Μανουὴλ, ἐκ τῆς πόλεως, εἰσαχθήτω ὁ Ἰωάννης ὡς φύσει κληρονόμος τῆς βασιλείας, καὶ ἐγὼ παντοίαν γαλήνην ἕξω, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν σὺν τοῖς πολίταις. Τότε ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ ὁρῶν τὸν δῆμον ἐν διχοστασίαις σαλευόμενον, καὶ τὸ μὲν ἀναίρων ἦν καὶ καταβοῶν, τὸ δὲ καὶ μάλα ἐθαρρύνετο, καὶ ἐκέκραγεν, ὡς Ἰωάννης εἰσαχθήτω, καὶ ἀρθήτω τὰ σκάνδαλα· ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ καὶ σύννους ὢν, καὶ παιδείας μεστὸς, ὁρῶν τὸν χυδαῖον λαὸν παραψιθυρίζοντα καὶ αἰτιῶντα, ὡς οὐ παραχωρεῖ τῷ ἐφέδρῳ τὴν καθέδραν, ἀλλὰ τυραννικῶς ἡγεμονεύειν ἐθέλων οὐ φροντίζει τὰ περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ κοινοῦ, βουλὴν βουλεύεται σοφωτάτην καὶ μάλα συνετικήν. Μηνύει τῷ Ἰωάννῃ παρακαθημένῳ τότε τῇ Κωνσταντίνου σὺν Τούρκοις χιλιάσι δέκα, καὶ δίδωσι ὅρκους αὐτῷ, καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τοῦ εἰσαχθῆναι ἐντὸς τῆς πόλεως, καὶ παραδοῦναι αὐτῷ τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων, αὐτὸς δὲ ὁ Μανουὴλ ἐξελθεῖν σὺν ταῖς τριήρεσι ταῖς εὑρισκομέναις, καὶ ἀπελθεῖν ὅπου ἄρα Θεὸς βούλεται. Πεισθεὶς οὖν τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὅρκοις εἴσεισι· καὶ δὴ φιλοφρόνως δεξάμενος αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ παραδοὺς αὐτῷ τὸ παλάτιον, καὶ δημηγορήσας κατενώπιον πάντων τῶν ἀρίστων, καὶ τῶν τοῦ δήμου, αὐτὸς ἐν τριήρεσιν ἐμβὰς σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις ἐξῆλθε τῆς πόλεως, παραδοὺς τὴν βασιλείαν τῷ Ἰωάννῃ. Τίς δὲ ὁ σκοπὸς τοῦ Παγιαζὴτ, καὶ τίς ὁ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ; Ὁ μὲν Παγιαζὴτ ἐφαντάζετο τὴν πόλιν ἔχειν ἐκ χειρὸς τοῦ Ἰωάννου· καὶ γὰρ προεζήτησε τοῦτο καὶ αὐτὸς ὑπέσχετο, καὶ ὁ Παγιαζὴτ ἀντὶ τῆς πόλεως ὑπέσχετο δώσειν τὴν Πελοπόννησον ἐνόρκως, καὶ εἰς τὸ ἐξῆς ἔχειν εἰρηναίαν κατάστασιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Χριστιανικώτατος ὢν, καὶ μεμυημένος τὰ θεῖα, καὶ ἐν φρονήσει μεστὸς, ὁρῶν τὸ ὑπήκοον ἅπαν ταλαιπωρούμενον ὑπὸ ἐνδείας (μόδιος γὰρ σίτου ὑπὲρ τὰ εἴκοσι νομίσματα καὶ τοῦ νόμισμα) οἶνου τὸ ὁμοίως καὶ ἄλλων ἀναγκαίων τροφῶν λεῖψις· ἐξ ἀνάγκης ὁ κοινὸς λαὸς εἰς ἀπιστίαν, καὶ προδοσίαν πατρίδος ἐώρα, καὶ αὐτὸς ἐξωμολογεῖτο καθ' ἑκάστην ὥραν τε καὶ ἡμέραν τῷ Θεῷ, λέγων, *Μή μοι γένοιτο, Χριστὲ βασιλεῦ, μηδὲ ἀκουσθήτω ἐν τοῖς ἀπείροις ἔθνεσι τῶν Χριστιανῶν, ὅτι ἐν ἡμέραις Μανουὴλ τοῦ βασιλέως παρεδόθη ἡ πόλις, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἅγια καὶ τίμια σκεύη τοῖς ἀσεβέσι καὶ Χρισομάχοις*. Εὑρὼν οὖν τότε τὸν Ἰωάννην συνεργοῦντα τῷ τυράννῳ τοῦ ποιῆσαι αὐτὸν βασιλέα· καὶ ὁ τύραννος φροντίζων τὴν πραγματείαν ὡς ὑπὲρ ἐκείνου, ὁ Μανουὴλ εἴρηκε τὸ, *Σώζων σώζου, καὶ μὴ μελέτω σοι περὶ βασιλείας*. Ἐλθὼν δὲ ἐν τοῖς παραλίοις τοῦ Πέλοπος, ἀφῆκε τὴν δέσποιναν σὺν τοῖς τέκνοις ἐκεῖ. Εἶχε γὰρ τὸν Ἰωάννην βρέφος, καὶ τὸν θεό-

Digitized by Google

δωρον νήπιον. Καταλείψας δ' αὐτοὺς ἐν Μεθώνῃ, καὶ τὰς τριήρεις ὀπισθεν πέμψας, αὐτὸς ἐν μιᾷ τῶν μεγάλων νηῶν εἰσελθὼν ἔπλει εἰς Βενετίαν (89), εἰς Μεδιόλανα, Γένουαν, Φλορέντζιαν, Φεραρίαν, καὶ ἅπασαν Ἰταλίαν διελθών, ἀπὸ Προβέντζας ἐχώρει εἰς Γερμανίαν, ἤτοι Φραγγίαν· καὶ πάντες οἱ ῥηγάδες, καὶ δοῦκες, καὶ κόντιδες ἐτίμων αὐτὸν, καὶ ὡς ἡμίθεον δώροις ἠμείβοντο. Διελθὼν δὲ πᾶσαν Φραγγίαν, καὶ εἰς τὰ τῶν Ἀλαμανῶν ὅρια περάσας, πάλιν ἦλθεν εἰς Βενετίαν. Οἱ δὲ Βενετοὶ πρεπόντως φιλοξενήσαντες, καὶ σὺν δώροις πλείστοις ἀποπέμψαντες, ἐστράφη εἰς Μεθώνην (90) σὺν ταῖς αὐτῶν τριήρεσι· καὶ συντυχὼν τῇ δεσποίνῃ καὶ τοῖς τέκνοις, ἐκάθητο καρδοκῶν τὰ τῆς πόλεως ἀτυχήματα, μᾶλλον τὰ τοῦ ἔθνους τῶν Ῥωμαίων δυστυχήματα. A illius studeret, talia dixit: *Urbis saluti consulendo te ipse salva, neque de imperio retinendo sis sollicitus.* Ad littora deinde Peloponnesi delatus, imperatricem et liberos quos ex ea susceperat, Joannem recens natum Theodorumque infantem, Methonæ reliquit, triremibusque remissis navium magnarum unam conscendit, **30** et Venetias appulit: lustravitque deinceps Mediolanum, Genuam, Florentiam, Ferrariam totamque Italiam peragravit, et ubi in (Narbonensem) Provinciam venit, hinc demum in Franciam et Germaniam profectus est. Hunc certe reges omnes, duces et comites maximo honore habuerunt, et velut semideum donis cumularunt. Ubi ergo totam Galliam peragravit, in Germaniam abiit, indeque Venetias repetit: quem Veneti, ut B decebat, amice et benevole tractarunt, eique multa dona largiti sunt, eorumque triremibus vectus Methonem reversus est ad imperatricem et liberos, et cum eis, urbis malam fortunam, potiusque totius Græcorum gentis cladem exspectans, tranquillam privatamque vitam egebat.

CAPUT XV.

Joannes precarium imperium obtinet a Bajazite, et cadin (91) seu judicem Musulmanum intra urbis mœnia accipit. Ad Bajazitem volupiatibus immersum veniunt a Temire Chane legati, qui contumeliose a Bajazite habiti recedunt: ipse deinde in Armenium movet. Constantinopolim a Joanne repetit, sed Constantinopolitani deditionem facere renuunt. Temyr Syriam invadit, urbes expugnat, in incolas immaniter sævit. Damascum, et Halepum diripit et vastat.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει, καὶ στεφθεὶς βασιλεὺς, εἰσῆξε πρῶτον κατὰ τὸ αἴτημα τοῦ Παγιαζὴτ κριτὴν Τοῦρκον, ὃς τὰς ἀμφιβολίας τὰς ἀναμεταξὺ συμβαινούσας Ῥωμαίοις καὶ Τούρκοις αὐτὸς διέκρινε κατὰ τὸν Ἀραβικὸν νόμον· καὶ πάντα ὅσα εἶχον Ῥωμαῖοι μέχρι Σηλυμβρίας, C καὶ αὐτὴ Σηλυμβρία τοῦ Παγιαζὴτ ἐγένοντο, καὶ ὁ Ἰωάννης ἦν βασιλεύων μόνον ἐντὸς τῆς πόλεως. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ καθήμενος ἐν Προύσῃ, καὶ τὰ τῆς εὐτυχίας ὑψίκομα δένδρα ὁρῶν καρποῖς βριθοντα, καὶ καθεκάστην ἡμέραν ἀδεῶς κατατρυφῶντα ἐν διαφόροις στρουθῶν κελαδίσμασιν (92), οὐ γὰρ ἔλλειπέ τι τῶν ἐν τοῖς γένεσι τῶν γλωσσῶν ᾠδῆον, εἴτε ἐν σώματι ζώου, ἢ μετάλλου, ἢ ἄλλης τινὸς ἐν τῷ κόσμῳ δοθείσης παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡδείας ὄψεως, τοῦ μὴ εἶναί τε καὶ εὑρίσκεσθαι ἐν τοῖς θησαυροῖς αὐτοῦ. Ἐκλεγόμενα τοίνυν τὰ καθαρὰ τῶν σωμάτων, καὶ τῶν ὡραίᾳ τῇ ὄψει ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν παρίσταντο, παιδάρια νέα καὶ τρυφερὰ, καὶ κόραι ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπουσαι. Τίνων; Ῥωμαίων, Σέρβων, Βλάχων, Ἀλβανιτῶν, Οὔγγρων, Σάξων (93), Βουλ- D

Postquam imperator Joannes urbem ingressus diadema imperatorium sumpsit, ante omnia conditionem a Bajazite latam adimplens, judicem Turcum in urbe constituit, qui de litibus et controversiis inter Græcos et Turcos ortis cognosceret, et eas ex lege Arabica dirimeret. Omnia insuper oppida ad Selymbriam usque sita, ipsaque Selymbria in ditionem Bajazitis cesserunt, Joanne intra muros urbis tantummodo imperante. Interea Bajazites Prusæ agere, et prosperæ fortunæ fructibus, quos ex illa tanquam ex arbore pendentes et inter avium cantus quotidie incrementum capientes suscipiebat, potiri, et luxui ac deliciis quotidie deditus, variis libidinum generibus secure vacare. In thesauris quippe congestum habebat quidquid pulchri ac venusti cunctæ gentes mittere possunt, cum animalia corporis forma præstantia, tum metalla et alia, quæ oculis grata Deus in rerum natura produxit. Selecti astabant pusiones et puellæ forma et corpore integri, florenteque ætate teneri, virgines etiam oris venustate ac præstantia solis splendori officien-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(89) *Ἐκλεῖ εἰς Βενετίαν.* Nicolaus Doliotus *Histor. Venetæ* lib. VI scribit Emmanuelem imperatorem Christi anno 1395 Constantinopoli discessisse, Venetiasque appulsum in Galliam inde transiisse, ut adversus ingruentem singulisque diebus auctam Turcorum potentiam, opem et suppetias impetraret. Joannes Juvenalis Ursinius adnotavit Manuelem anno Christi 1400 Parisios venisse; anno demum 1402 ab aula regis Christianissimi post biennium cum anni semisse in ea transactum discessisse. Augustinus Justinianus in Annalibus Genuensibus tradit ipsum Genuam advenisse Januarii die 22, anno 1403.

(90) *Εἰς Μεθώνην.* Urbs Peloponnesi Methone, quæ hodie *Modon* appellatur, in sinu Messeniaco, vulgo *Golfo di Coron.*

(91) Leunclavius lib. VI tradit cazim seu cadim ab imperatore Byzantino Constantinopoli admissum anno Hegiræ 795, qui fuit Christi 1393.

(92) *Ἐν διαφόροις στρουθῶν κελαδίσμασι.* Passeres pro omni genere avium hic sumuntur: e rure tamen petitum schema illud: nam aliæ sunt aves magis vocales, quarumque suavior vocis inflexionibus variis cantus sentitur.

(93) *Σάξων.* Cur hic Saxonum potius meminerit Noster, quam Alemannorum seu Germanorum, nescio: aut si per Saxones quos hic nominat, eos intelligat qui Transylvaniæ partem unam incolunt, reliquis duabus a Ciculis et Transylvanis occupatis. Dubitare etiam possumus an Polonos intelligat: infra siquidem cap. 32, ῥῆγα τῶν Σάξων appellat Hungariæ regem Ladislaum Casimiri Poloniæ regis fratrem. Leunclavius adeundus infra in Pandectis num. 122.

Digitized by Google

tes: iique omnes Græci erant, Servii, Valachi, Albani, Hungari, Saxones, Bulgari et Latini, singulique lingua, **31** sua populari, etiam inviti, canebant. Ille itaque otio resolutus ac luxu diffluens, venereis voluptatibus, in mares ac feminas promiscue insaniendo, indesinenter indulgebat: eaque peccatorum ac scelerum nostrorum præmia, divino Numine in nos merito animadvertente, referebamus. Sed tu, Domine, secundum opera eorum retribue etiam illis, et peccata nostra post tergum projice, neque tradas nos sicut cannabis calamum conterendos, sed oculis propitiis nos intuere. Per id tempus Bajaziti voluptatibus indulgenti nuntius affertur, ex Persia legatos adventasse, qui eum convenire peterent. Cumque interrogasset a quo et undenam ad se mitterentur, dixerunt a Temyre Chan Persiæ et Babylonis sultano missos; jussit itaque hospitium illis, ut se reficerent a via, præberi. Post paucos demum dies vocat ad se legatos et ab eis, quæ in mandatis habebant, petit. Accedentes itaque ad eum, dixerunt: *Magnus Chan Temyr per nos servos suos tibi nuntiat, non licere tibi aliena rapere, et hac ratione te præpotentem principem evadere. Contentus esto illis, quæ Deo concedente infidelibus abstulisti. Alias provincias, quas cæteris principibus more prædonis eripuisti, animo mutato statim restitue, ut Deum tibi propitium facias, aliorumque principum gratiam demerearis, laudemque ab eis consequaris. Sin minus hæc facere tibi libuerit, eorum, Deo juvante, vindex ero.* Cum hæc aliaque plura exposuissent, jussit Bajazites barbas iis novacula abradi, contumeliisque affectos dimitti, responsumque tale dedit: *Abite, renuntiate domino vestro, ut celeriter veniat, quodque eum venientem exspecto. Si vero non*

γάρων καὶ Λατίνων· ἕνα ἕκαστον μελῳδοῦντα τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ καὶ μὴ βουλευομένων. Αὐτὸς δὲ καθήμενος, καὶ κατασπαταλῶν, οὐκ ἐπαύετο ἀφροδισιάζων, ἐν ἄρρεσιν ἀσελγαίνων καὶ θήλεσι. Ταῦτα τῶν παρανομιῶν ἡμῶν τὰ ἐπίχειρα, δικαία ἡ τοῦ Θεοῦ παίδευσις. Ἀλλὰ σὺ, Κύριε, ἀπόδος καὶ αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, πάριδε τὰς ἀνομίας ἡμῶν, Δέσποτα, καὶ μὴ ἐάσῃς συντριβῆναι ἡμᾶς ὡς καλάμην στυπείου, ἀλλὰ βλέψον εἰς ἡμᾶς ἱλέῳ ὄμματί σου. Κατασπαταλῶντος οὖν (94) μεθ' ὧν ἡμερῶν ἰδοὺ μήνυμα, ὡς ἀποπρισιάριοι ἦλθοσαν ἀπὸ Περσίας ζητοῦντες ἰδεῖν τὸν ἡγεμόνα. Ἀπὸ τίνος; ἀπεκρίνετο. Οἱ δὲ, Παρὰ τοῦ Τεμὺρ Χὰν σουλτάνου Περσίας καὶ Βαβυλῶνος. Ὁ δὲ προσέταξε τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τόπον εἰς ἀνάπαυσιν. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, ἐζήτει τὰ τῆς πρεσβείας ἀκοῦσαι. Οἱ δὲ ἐλθόντες, καὶ παραστάντες ἐνώπιον αὐτοῦ, ἔφησαν· *Ὁ μέγας Χὰν Τεμὺρ δι' ἡμᾶς τοὺς δούλους αὐτοῦ μηνύει σοι λέγων, ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἁρπάζειν τὰ ἀλλότρια, καὶ δι' αὐτῶν γενέσθαι σε μέγας ἀρχηγός. Ἀρκοῦ εἰς ὅσα σοι ὁ Θεὸς δέδωκε παρὰ τῶν ἀπίστων λαβών. Τὰς δὲ ἐπαρχίας ἃς παρὰ τῶν λοιπῶν ἡγεμόνων ληστρικῶς ἥρπασας, παρευθὺ στρέψας ὁδὸς, ἵνα καὶ παρὰ Θεῷ εὖ σοι γένηται, καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἡγεμόνων εὐχαριστίας καὶ ἐπαίνους ἕξεις. Εἰ δὲ μὴ, ἐγὼ ἔσομαι σὺν Θεῷ ἐκδικητὴς αὐτῶν.* Ταῦτα καὶ ἄλλα πλείω εἰπόντες, ὁ Παγιαζὴτ ἐκέλευσε ξυρίῳ καθᾶραι τοὺς πώγωνας (95), καὶ ἀποπέμψαι ἀτίμους, φήσας αὐτοῖς· *Ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τῷ κυρίῳ ὑμῶν· ἐρχέσθω ταχὺ, ἐκδέχομαι γὰρ αὐτόν. Ἔστω κεχωρισμένος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς* (96) *εἰ μὴ ἔλθοι.* Ταῦτα καὶ ἕτερα ἀδολεσχήματα εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς ἀτίμως ἀπέπεμ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(94) *Κατασπαταλῶντος οὖν.* De legatione Temyris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, ad Bajazitem, legendi sunt Phrantzes lib. I. cap. 21. Laonicus lib. II, sub finem, et Leunclavius lib. VII *Histor. Musulm.*

(95) *Ἐκέλευσε ξυρίῳ καθᾶραι τοὺς πώγωνας.* Principes Turcos ignominiæ inurendæ causa barbam alicui præcidi jubere mos fuit. Leunclavius lib. IV in Urchane Gasi, ubi de pristinis Turcorum institutis agit, hæcce scribit: *Si cui rex iratus esset, ignominiæ et pœnæ causa barbam homini præcidi jubebat.* Et lib. X, exemplum hujus affert, dum Suleimanus filiorum Bajazitis unus bellum cum fratre suo Moyse gerebat, Chasani Agæ barbam injuriæ ac contumeliæ inferendæ causa præcidi mandavit. Apud Cantacuz. etiam lib. IV, c. 22 legimus Stephanum Serviæ Cralem, postquam Macedoniæ Edessam in potestatem suam, prodentibus aliquot civibus, redegisset, jussisse, τὸ γένειον ἐπ' αὐτοῦ τίλεσθαι, *barbam e mento se coram velli Lyzico ejus urbis præfecto*; quod se acerius urbem intranti opponere voluisset. Leunclavius lib. VII, legatos illos Temyris Bajazitem indigne habuisse, dona sibi missa flocci fecisse, tandemque epistolam superbe ac insolenter scriptam eis tradidisse narrat.

(96) *Ἔστω κεχωρισμένος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ νομίμου γαμετῆς.* Laonicus lib. II sub finem alia verba respondisse Bajazitem legatis Temyrianis tradit, Τὸν δὲ Παγιαζήτην ὑπολαβόντα εἰς τὴν ἀγγελον φάναι, Εἰ τοίνυν μὴ ἐπὶ μαχόμενος ἡμῖν, ἐς τρὶς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω ἀπολαβών, *Si itaque bellum nobis non intulerit, uxorem suam* [dimissam] *ter apud se admittat.* Exponit deinceps virum quando uxorem repudiavit, jurejurando affirmare eam apud se nunquam admissurum, ita ut ipsi fas non sit, cum a trinis splenibus dimisit uxorem, eam iterum domici accipere nisi adulterio pollutam; idem Laonic. lib. III ubi de Turcorum moribus disserit adeundus. Ratio ob quam turpissimum habetur ad uxorem dimissam redire hæc est: perjurii ac levitatis nota ac macula se aspergit, qui se non amplius admissurum juravit, deinceps vero admittit: ab honesto denique et decoro alienum est adulterio pollutam sibi uxorem adjungere. Quando igitur Bajazites dixit, *a legitima uxore separetur*, cætera subaudienda sunt, illamque repudiatam a tribus splenibus apud se accipiat, quo dedecus ipsi adultera ducta accedat, levitatisque ac perjurii nota inuratur. Leunclavius lib. VII non longe a fine Temyris ad Bajazitem verba refert, quæ lucem istis afferunt, *Quid opus erat te quosdam ad me mittere, tot nugas mihi renuntiaturos, atque etiam addere, te pro marito meretricis me habiturum, si tuis in regionibus te quæsitum irem, ac vice versa si tu bello me venires oppugnatum, ut a te libera esset mulier tua, hoc est, divortio separata; rursumque tibi nuberet ab alio prius polluta?* Quibus verbis manifestus fit hujus loci sensus.

Digitized by Google

ψεν. Αὐτὸς δὲ μὴ ἀμελήσας, ἀλλὰ σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ πρὸς τὰ ἀνώτερα μέρη τῆς Ἀρμενίας ἐστράτευσεν· ἦν γὰρ τῷ προλαβόντι χρόνῳ λαβὼν τὴν τῆς Καππαδοκίας μεγάλην Σεβάστειαν (97). Ἐν δὲ τῇ στρατείᾳ ταύτῃ διαβὰς τὰ ὅρια τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, καὶ εἰς τὴν τῶν Τουρκοπερσῶν (98) γῆν εἰσελθών, ἐκράτησε μίαν τῶν πόλεων λεγομένην Ἀρσυγγάν (99)· ἐπαναζεύξας δὲ ἦλθεν ἐν Προύσῃ· ἀπάρας δὲ ἐκ τῆς Προύσης, καὶ διαβὰς τὸν πορθμόν, ἦλθεν εἰς Ἀδριανούπολιν, καὶ τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ μηνύει λέγων, ὅτι *Ἐγὼ μὲν εἰ καὶ τὸν βασιλέα Μανουὴλ ἐξέωσα τῆς πόλεως, οὐ διὰ σέ, ἀλλὰ δι' ἐμὲ τοῦτο πεποίηκα· εἰ μὲν βούλει τοῦ εἶναί σε ἡμέτερον φίλον, μετάστηθι τῶν ἐκεῖ, καὶ δώσω ἐπαρχίαν ἣν ἂν βούλῃ· εἰ δὲ μή γε, μάρτυς μοι Θεὸς καὶ ὁ μέγας προφήτης* (1), *οὐ φείσομαί τινος, ἀλλὰ πάντας ἄρδην ὀλέσω.* Ταῦτα καὶ ἕτερα ὁ Παγιαζὴτ ὀργίλα πέμψας μηνύματα, αὐτοὶ τῷ Θεῷ τὰς ἐλπίδας ἀνέθεντο. Ἦσαν γὰρ προμεμελετηκότες ἐκ πολλῶν ὀλίγα πρὸς τροφήν· οἱ δὲ ἀπεκρίναντο λίγοντες, *Ὑπάγετε, ἀναγγείλατε τῷ κυρίῳ ὑμῶν, Ἡμεῖς ἐν ἀδυναμίᾳ ὄντες, καὶ δυναστείᾳ* [*ἀδυναστείᾳ*] *πολλῇ, οὐκ ἔχομεν ποῦ καταφυγεῖν, εἰ μὴ εἰς Θεὸν τὸν βοηθοῦντα τοὺς ἀδυνάτους, καὶ καταδυναστεύοντα τοὺς ἐνδυνάστας, καὶ εἴ τι βούλει, ποίει.* Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἦλθον μηνύματα φέροντες ἐξ Ἀμασείας, ὡς ὁ Τεμὺρ Χὰν στρατεύει κατὰ τῆς Συρίας. Ὁ Παγιαζὴτ δὲ περάσας, καὶ ἐν τῇ Προύσῃ διάγων πέμψας ἁπανταχοῦ προσεκαλεῖτο εἰς δυνάμεις πάσας τῆς ἑῴας καὶ τῆς δύσεως. Ὁ δὲ Τεμὺρ Χὰν, διαβὰς τὴν Ἀρμενείαν, ἐχειρώσατο πρῶτον τὸ Ἀρσυγγὰν πολέμου νόμῳ, καὶ πάντας τοὺς οἰκισθέντας παρὰ τοῦ Παγιαζὴτ ξίφει κατέσφαξεν· εἶτα ἐλθὼν εἰς Σεβάστειαν (2) καὶ μεγαλόπολιν οὖσαν, ἔπηξε χάρακα· καὶ ζητήσας τὴν πόλιν, καὶ μὴ ἐνδόντες οἱ ἐντὸς, κατορύξας γύρωθεν ἔστησεν αὐτὴν ἐπάνω τῶν ὀχυρῶν καὶ τῶν σανίδων κάτωθεν ἐκ θεμελίων, μὴ γνόντος τινὸς τῶν ἐντὸς τί ἄρα ἐγεγόνει τὰ κατ' αὐτῶν. Ἦσαν γὰρ οἱ ὀρυκταὶ ἀρξάμενοι τὴν ὀργὴν ἀπὸ μακρόθεν τῆς πόλεως μίλιον ἓν καὶ πλέον. Ἦν δὲ ἡ πόλις ἐκ πλίνθου ὠμῆς (3) οἰκοδομηθεῖσα. Τότε πάλιν ἐμήνυσε τοῖς ἔνδον λέγων, Εἰ βούλεσθε τοῦ σώζεσθαι, παράδοτε τὴν πόλιν. Αὐτοὶ δὲ μὴ πεισθέντες, ἀλλὰ λοιδορίας ἐκχέαντες ἀμέτρους, πῦρ ἐνίησι

accesserit, ab uxore legitima separetur. Illisque per fastum ac jactantiam factis verbis contumeliose eos dimisit. Ipse vero rerum suarum haud negligens cum universis copiis in Armeniam superiorem contendit. Cumque prius Sebastiam magnam in Cappadocia occupasset, hac expeditione Armeniæ majoris limites transcendit, inque Turco-Persarum regionem penetravit, quamdamque urbem nomine Arsyngam in potestatem suam redegit; indeque relato pede Prusam reversus est. Illinc postea discedens fretum trajicit, et Adrianopolim venit. Talia deinde imperatori Joanni denuntiat: *Manuelem urbe non ejeci, ut ea potiaris, sed ut eam ditioni meæ adjungerem; quod si me amicum tibi habere volueris, abscede, aliam, quamcunque provinciam elegeris, tibi concedam. Quod si ita facere recusaveris, Deum testor ejusque magnum prophetam, quod nulli parcam, sed omnia penitus perdam.* Ejusmodi et alia minarum atque iræ plena mandaverat Bajazites; at cives 32 Constantinopolitani, cum in Deum spem suam reposuissent, annonamque et cibos aliquos in urbem jamdiu importari providissent, responsum id dederunt: *Abite, nuntiate domino vestro nos imbecillos et viribus destitutos nullum præter Deum perfugium habere, qui infirmis auxiliatur, et potentes deturbat, denique quod meditaris, aggredere.* Dum hæc geruntur nuntii Amasia advenerunt, qui Temyrem Chan in Syriam tendere afferunt, quapropter Bajazites superato freto Prusam contendit, ibique commorans copias suas tam ab Occidente, quam ab Oriente ex omni parte evocatas collegit. Interea Armeniam pertransiit Temyr Chan, primumque Arsyngam expugnat, omnesque colonos, qui a Bajazite illuc deducti erant, interficit. Sebastiam deinde urbem, quæ ampla erat, venit, ibique castra metatus illam deditione a civibus facta recipere quærebat; cumque ei non auscultarent, muros per ambitum ab imis fundamentis suffodit, sublicisque et trabibus fulcit. Neque quibus artibus hostis aggrederetur urbem muris ex latere non cocto cinctam, cives noverant, quod fossores plusquam uno ab urbe milliari cuniculos agere cœpissent. Eo opere peracto monet iterum, sollicitatque cives, ut se dedant, si se salvos velint. At illi spreto hoste, contumelias in eum atrocesque contumelias torquent; pro-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(97) Sebastia anno 796 Hegiræ, 1394 Christi capta; Hegiræ 798, Christi 1396, ex *Historia Musulmanica* Leunclavius.

(98) *Καὶ εἰς τὴν τῶν Τουρκορεπσῶν.* Turco-Persæ atque etiam Persæ appellati sunt Turci, postquam in Persidem a Muchumete Imbrailis filio vocati, in eumque deinceps rebellantes duce Tagrolipice, regionis illius dominium adepti sunt circa annum Christi 1042, unde a Zengi, vel Tzingi-Chane pulsi, circa annum Christi 1200 in Anatoliam venerunt. Turci etiam Iconienses hac appellatione comprehenduntur.

(99) *Ἀρσυγγάν.* Olim Dascuta, seu Dascusa, ut habet Itinerarium Antonini, sita ad Euphratis oram, in finibus Cappadociæ et Armeniæ majoris. Illam Leunclav., lib. VI et VII, Ertzintzanem appellat.

(1) *Καὶ ὁ μέγας προφήτης.* Bajazites intelligit prophetam suum Mohammedem.

(2) *Σεβάστειαν.* Sebastia, urbs Cappadociæ, quam Turci Sivas et Sivaste appellant: cuniculis ductis eam cepisse Temyrem anno Hegiræ 802, Christi 1400, refert Leunclav. lib. VII; Laonicus vero lib. III tradit Temyrem suffossa trabibus sustentasse mœnia, illisque igne injecto consumptis, ista corruisse.

(3) *Πλίνθου ὠμῆς.* Hodie etiammum in Anatolia istis lateribus crudis ad domos ædificandas utuntur: qui ex terra aqua modice subacta formantur in ligneæ forma quadrata, et ad solem siccantur.

Digitized by Google

tinus ergo igne immisso sublicis trabibusque, quibus suffossi muri sustentabantur, ab imo corruunt: hostesque urbem ingressi cives promiscue cædere, eorumque res compilare ac diripere cœperunt. Jussit præterea Temyr Chan præcipuos omnes urbis viros in unum locum cogi: lacus in modum amplorum sepulcrorum effodi, illosque vinciri modo tyrannis anteactorum temporum ignoto. Adducta enim inter femora cervix tantisper flectebatur, dum nares miseri ac infelicis illius, quisquis fuerit podici immitterentur, suræque et genua ab utraque aure penderent: tum is in globum, tanquam echinus, convolutus ac constrictus in sepulcrum conjiciebatur: et ubi in unam fossam decem vel plures abjecti sunt, terra non obruebantur; sed tabulis fossæ superstratis terra congerebatur, ne cito ac facile suffocati vita privarentur; taleque tormentum tyranni commentum fuit. Urbe postmodum illa eversa ac deleta, in Phœniciam discessit, et Damascum usque pervenit, omnia igne vastat, diripit, ingentes divitias congerit, ac plurimos captivos abducit. Damasco itaque devastata et in solitudinem redacta, Halepum profectus est, quam quoque evertit, multosque artifices in **33** Persiam inde transtulit. Arabas demum veritus, Samarchandum Persiæ caput reversus est. Cum Bajaziti nuntiata essent, quæ ad Arsyngam et Sebastiam gesta erant, quamque cladem Syria, Damascus et Halepum accepissent, celeritate summa atque diligentia in orientalibus partibus et Asia militem recenset, novumque et præter modum numerosum conscribit exercitum. Imperator ærumnosique cives Constantinopolitani manibus ad Deum protensis, lacrymisque affatim fusis interea ita supplicare: *Domine Deus, miserere nostri quamvis inutilium servorum tuorum, istique, qui nobis, huic domui, et iis quæ in ea sunt, exitium minatur, aliam sollicitudinem et curam, aliudque propositum suggere, ut illius tyrannide absoluti te Patrem et Filium sanctumque Spiritum, Deum unum per sæcula celebremus ac collaudemus. Amen.*

ταῖς δοκοῖς αἷς ἐνίδρυτο ἡ πόλις, καὶ ἐκ τῶν θεμελίων κατέπεσε, καὶ εἰσελθόντες ἥρξαντο ἀφειδῶς κατακόπτειν, καὶ σκυλεύειν τοὺς πολίτας. Ὁ δὲ Τεμὺρ Χὰν ἐκέλευσε πάντας τοὺς προὔχοντας τῆς πόλεως συναθροῖσαι εἰς ἕν, καὶ προστάξας λάκκους ὀρύγειν ὡς τάφους εὐμεγέθεις, καὶ δεσμεῖν αὐτοὺς δεσμὸν, ὃν οὐκ ἐσοφίσατό τις τῶν τυράννων· τὸν γὰρ αὐχένα ὑποκλίναντες, καὶ ἐν μέσῳ τῶν σκελῶν ὠθήσαντες, ἄχρις ἡ ῥὶν τοῦ δυστυχοῦς ἐκείνου, ὅπου ἄρα καὶ εἴη, κατάντης ἐν τῷ πρωκτῷ, αἱ δὲ κνῆμαι σὺν τοῖς γόνασι ἐξ ἑκατέρων τῶν ὤτων ἁπτωρημέναι. Καὶ ὁ ἄνθρωπος ὥσπερ κανδύοχειρος [pro ἐχινοθόχειρος] σφαιροειδὴς ἐν τῷ τάφῳ ἠκοντίζετο· καὶ δέκα ἢ καὶ πλείονες ἐν ἑνὶ μνημείῳ ὄντες, οὐ συνέκλειον χώμασιν· ἀλλὰ σανίσιν ἀσφαλίσαντες, ἐπάνω τῶν σανίδων ἐχωμάτιζον, ἵνα μὴ εὐκόλως πνιγέντες ἀποβάλωνται τοῦ ζῆν. Τοιαύτην ὁ Σκύθης ἐπενοήσατο βάσανον. Ἐπεὶ οὖν αὐτὴν εἰς τέλος ἠφάνισεν, ἔρχεται εἰς τὰ τῆς Φοινίκης μέρη, καὶ ἕως αὐτῆς Δαμασκοῦ (4), καὶ ἐμπιπρᾷ καὶ λεηλατεῖ, καὶ λαμβάνει πλοῦτον ἀναρίθμητον, καὶ αἰχμαλωσίαν πολλήν. Καὶ τὴν Δαμασκὸν ἐρημώσας, ἐπὶ τὸ Χάλεπ διαβαίνει, καὶ αὐτὸ ἠφάνισε, καὶ πολλοὺς τῶν τεχνῶν ἐπιστήμονας εἰς Περσίαν μετῴκισε, καὶ τοὺς Ἄραβας φοβήσας, ἐπανέζευξεν εἰς Σαμαρχὴν μητρόπολιν Περσίας. Ὁ δὲ Παγιαζήτ, ἀκούων τὰ γενόμενα ἐν τῷ Ἀρσυγγὰν, ἐν Σεβαστείᾳ τῇ πόλει, ἐν Συρίᾳ, καὶ ἐν τῇ Δαμασκῷ, καὶ τῷ Χάλεπ, οὐκ ἐπαύετο ποιῶν ἀπογραφὰς ἔν τε ἐφᾳ, καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀθροίζων νέον στρατὸν, καὶ ὑπὲρ περισσοῦ τοῦτον πληθύνων. Οἱ δὲ πτωχοὶ πολῖται σὺν τῷ βασιλεῖ χεῖρας πρὸς Θεὸν αἴροντες, σὺν δάκρυσι πλείστοις ἱκέτευον, λέγοντες· *Θεὲ καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους, ἐλέησον ἡμᾶς τοὺς ἀχρείους δούλους σου· καὶ δὸς τὸν ἐκπεπολιοῦντα ἡμᾶς, καὶ τὸν σὸν οἶκον τοῦτον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἄγια ἄλλην μέριμναν, ἄλλην φροντίδα, ἄλλον λογισμὸν, ἵνα ἐλευθερωθέντες τῆς αὐτοῦ τυραννίδος δοξάσωμέν σε τὸν Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὸν ἕνα Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.* Ἀμήν.

CAPUT XVI.

Temyr versus Tanaim movet. Baiazites exercitum conscribit, et Temyri ad Ancyram castra habenti occurrit. Cometa fulget. Pugna initur a Temyrianis cum Bajazitis copiis: Bajazites deseritur a magna copiarum suarum parte. Vincitur. Captus ad Temyrem, qui Zatrichio seu Schachis ludebat, adducitur. Temyr Bajazitem consolatur et humane erga eum se gerit, arcte nihilominus custodit. Per totam inferiorem Asiam copiæ Temyris se diffundunt. Mehemetes patrem aiit, sed frustra, liberare aggreditur. Chociapherutzes Eunuchorum princeps cum Baiazite domino suo captus, jussu Temyris capite plectitur.

Temyr Chan ineunte vere ex Persia versus Tanaim movet, collectoque Tauroscytharum, Zychorum et

Ἔαρος δ' ἀρξαμένου ἰδοὺ καὶ ὁ Τεμὺρ Χὰν ἐκ Περσίας πρὸς τὰ τοῦ Ναΐδος [Τανάΐδος;] μέρη ἐλθών,

Ismaelis Bullialdi notæ.

(4) *Καὶ ἕως αὐτῆς Δαμασκοῦ.* Leunclavius lib. VII, *Hist. Musulm.* et in *Annal. Turcicis* Halepum primum captam, deinde Damascum tradit: hoc contigit anno Hegiræ 802, Christi 1400, ut etiam Augustin. Justinian., episcop. Nebiens., in Annal. Genuensibus adnotavit. Diris modis ac inhumanis Damascum afflixit ac vastavit Temyr, cujus illatæ cladis causa a Turcicæ historiæ scriptoribus talis traditur. Iezides princeps, hæreticus a Musulmanis habitus, Hasanem et Huseinem prophetæ Muhametus e filia nepotes occidit, ejusque familiam contumeliis gravibus affecit: tandem mortuus Damasci sepultus est. Illius itaque sepulcrum perquiri Temyr, et eo reperto ossa refodi ac comburi, stercore etiam humano sepulcrum oppleri jussit. Quod ergo Iezides Damasci sepultus esset, erga Damascenos tam crudeliter ac immaniter se gessit. Mitiori vero modo Hamusenos, olim Emisenos dictos, habuit: quod inter ipsos Halidis (*qui Velidis filius erat*) et Amru (*Humeia patre nati*) Mohametis sociorum ac discipulorum sepulcra ac monumenta exstarent.

Digitized by Google

καὶ τοὺς Ταυροσκύθας, καὶ Ζυχοὺς (5), καὶ Ἀβασγοὺς ἀθροίσας, καὶ τὰ ἐν τῷ Βοσπόρῳ πολίχνια κατασκάψας, διέβη πρὸς τὰ τῆς Ἀρμενίας μέρη, καὶ τὴν Καππαδοκίαν διελθὼν σὺν πολλῇ στρατιᾷ, καὶ ἐκ τῶν Ἀρμενίων οὐκ ὀλίγους παραλαβὼν πρὸς τὰ τῶν Γαλατῶν μέρη ἀφίκετο, στρατὸν ἔχων ὡς ὁ ποτὲ Ξέρξης πολυαρίθμητον. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ καὶ αὐτὸς πᾶσαν στρατιὰν συνάξας Θρᾳκικήν τε καὶ ἀνατολικὴν καὶ νεόλεκτον ἄλλον στρατὸν, καὶ τὸν Σέρβον ἔχων ὁμοῦ Στέφανον τὸν τοῦ Λαζάρου υἱὸν σὺν δορυφόροις πλείστοις, ἐξῆλθε καὶ αὐτὸς, συναντήσων τῷ Τεμύρ. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸς προσήγγισε τοῖς μέρεσι Γαλατίας, ἐμαθεν ὅτι Τεμὺρ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πόλει πληκεύων ἦν (6). Ἐγγίσας δὲ κἀκεῖνος πλησίον, καὶ τὰς σκηνὰς πήξας ἐν μέσῳ τοῦ κάμπου πλησίον Ἀγκύρας (7), εἶχε καὶ τὸν ποταμὸν εὐθυρρόοῦντα, καὶ τὸ πότιμον ὕδωρ διά τε τὴν χρείαν τοῦ στρατοῦ, καὶ τῶν ἵππων, καὶ πάσης τῆς παρατάξεως. Ὁ δὲ Τεμὺρ ἦν οἰκῶν ἐν ἀνύδρῳ γῇ. Πλὴν τί γίνεται; Κελεύει ὁ Παγιαζὴτ διαλαλητὰς γενέσθαι ἐν μέσῳ τοῦ φωσάτου, τῇ ἐπιούσῃ ἐξελθεῖν ἅπαντας ἐν κυνηγεσίῳ. Ἐξῆλθεν οὖν σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, τρεῖς ἡμέρας κυνηγετῶν καὶ ἐλάφους διώκων. Ὁ δὲ Τεμὺρ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ ἦν, ἦλθε, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ, ὅπου ἐκάθητο πρώην ὁ Παγιαζήτ. Ὕδατος τοίνυν σπανίζοντος, ἐπεὶ καὶ ὁ ἥλιος ἐν τῷ Λέοντι τὴν πορείαν ἐποίει, ὁ Τεμὺρ οὐκ ἐφρόντιζε πλέον περὶ ὑδροποσίας· ἀλλ' ὁ Παγιαζὴτ διαζονευόμενος, καὶ ὑπεροπτικῶς δεικνύων τὴν συμπλοκὴν τοῦ Τεμὺρ, ὡς ἐκ δευτέρου λόγου πρασέχων αὐτὴν, ἐνήργησε τὰ κυνηγέσια· καὶ ἡ πρώτη τῆς αὐτοῦ δυστυχίας ἐμβολὴ ὑπῆρχεν αὕτη· ἐξελθὼν γὰρ, καὶ τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν μεσουρανήματι, οἱ στρατιῶται ὑπὸ τοῦ καύσονος ἀπελέγοντο τῇ ζωῇ. Καὶ ἐζήτουν ὕδωρ, καὶ οὐκ ἦν, καὶ ἐλειποψυχοῦντο, καὶ ἀπέθνησκον. Ἀπέθανον οὖν ἐν τῇ κακοπαθείᾳ αὐτῇ ἄνδρες πεντακισχίλιοι. Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας στραφεὶς ἐν ᾧ τόπῳ ἔκειτο, εὗρε τὸν Τεμὺρ ἐκεῖ κατευνεύσαντα καὶ τὸ ὕδωρ οὐχ ὑπ' ἐξουσίαν αὐτοῦ ἦν, ἀλλ' ἡ θέσις τοῦ τόπου ἀπεμάκρυνε τοῦτο, καὶ οὐκ εἶχον εὐκόλως. Ἐξ ἀνάγκης οὖν ἔγνωσαν ὅτι τῇ ἐπιούσῃ ἐξ ἀνάγκης μέλλουσι συνάψαι πόλεμον. Ἐν

Abasgorum ingenti numero, eversisque oppidis, quæ Bosporo (Cimmerio) adjacent, in Armeniam dein et Cappadociam accessit : adjunxitque copiis suis Armeniorum agmen numerosum ; indeque in Galatiam venit, exercitum ducens ei, quem Xerxes olim conscripsit, multitudine parem. Bajazites vero cum universis copiis Thraciis et orientalibus simul collectis, novoque conscripto milite et auxiliaribus Serviorum hastatorum cohortibus, quas ducebat Lazari filius Stephanus, in occursum Temyris processit. Cumque ad Galatiæ limites pervenisset, certior factus est Temyrem ad Ancyram castra habere. Exercitum itaque prope admovet, castraque in medio campo Ancyræ vicino collocat, fluvium illic vicinum labentem habuit, aquationemque facilem et commodam universo exercitui et equis : cum Temyr loca arida et aquis carentia teneret. Verum quid accidit ? Jubet Bajazites in mediis castris edictum **34** promulgari, ut postridie omnes ad venationem exirent. Cum universo itaque exercitu per triduum venationi cervorum operam dedit ; quo temporis spatio, quem tenebat locum, deserit Temyr et castra movet, inque fluminis locat ripa in qua Bajazites pridie consederat. Aquæ tunc penuria erat, quod anni tempus ageretur, quo signum Leonis sol permeat, nec tamen de aquatione Temyr amplius fuit sollicitus. Verum Bajazites vane superbiens, venatione tempus teredo demonstrabat contemnere se, et aliis rebus posthabere pugnam, si cum Temyre ineunda esset : unde infortunium ac cladis ejus initium habuerunt. Nam ipso meridie egresso, æstu fervente milites intercipiebantur, et aquam frustra quærentes deficiebant, et exstinguebantur : atque penuria aquæ quinque millia militum perierunt. Post triduum ad castra, quæ tenuerat, reversus Bajazites deprehendit Temyrem ea præoccupavisse, nec aquandi facultatem amplius se habere : hinc prævisum omnibus postridie pugnandi sibi impositam necessitatem. Eo anno vero jam affecto, dum sol Geminorum dodecatemorion emetiebatur, in occidentali plaga signum in cœlo malorum nuntium apparuit. Cometes is erat luci-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(5) *Καὶ τοὺς Ταυροσκύθας καὶ Ζυχοὺς.* Tauroscythæ sunt, qui inter Borysthenem et Tanaim, et Tauricam Chersonesum habitant. Zinchi populi sunt ad Euxinum pontum. Sindi alias dicti. Plinius, lib. vi, cap. 7 : *A Cimmerio accolunt Mœotici, Vali, Serbi, Archi, Zingi, Pessii.* Qui Zyngi Plinio ii Zinchi sunt, in peninsula Corocondama siti. Sindi et Zinchi iidem sunt Eustathio ad Περιηγήσεως Διονυσίου hunc versum,

Σίνδοι, Κιμμέριοί τε καὶ οἱ πέλας Εὐξίνοιο,

ὅτι Σαυρομάτας ἐπέχουσι οἱ Σίνδοι, οἱ καὶ Ζίχοι λεγόμενοι κατά τινας· *Sauromatis succedunt Sindi qui apud quosdam Zinchi appellantur.* Regio Zinchorum Zυχία appellatur in biblioth. Regiæ ms. libro, in formulis subscriptionum et inscriptionum epistolarum patriarchæ Constantinopoleos : et habetur inter Metropolitas, quibus scribit patriarcha, ὁ Μετράγων ὃς καὶ Ζηχίας. Constant. Porphyrogenitus, lib. de administratione imperii, sub finem de Zinchia hoc adnotatum reliquit, Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ Ζηχίᾳ πρὸς τὸν τόπον τῆς Παπαγίας, τῆς οὔσης πρὸς τὸ μέρος τῆς Πανάγιας, ἐν ᾗ κατοικοῦσι Ζηχοὶ, ἐννέα πηγαί εἰσι ἄφθας ἀναδιδοῦσαι. *Tenendum in Zinchiæ parte ad fontem qui Papagiam respicit, quam Zinchi incolunt, novem esse fontes, quorum aqua pota ulcera labiis atque pustulas affert.*

(6) *Πληκεύων ἦν.* Leonis imperatoris *Tacticæ* lib. i, cap. 2, hunc titulum habet, Περὶ ἀπλήκτων διάταξις. Ἄπληκτον vero et φοσσάτον eadem sunt, et *castra* significant, et verbum ἀπληκεύειν, *castra locare* eodem loco significat. Per apocopen τοῦ α scripsit Ducas πληκεύων, quæ figura Græcis etiam nunc tam familiaris est, ut unum verbum vix integrum ab iis pronuntietur, nec antiqui Græci idiomatis vestigia cernantur.

(7) *Πλησίον Ἀγκύρας.* Ancyra urbs Galatiæ est.

Digitized by Google

dus et clarus, comam erectam explicans ignis flammantis specie ; supraque quatuor cubitos, non secus ac hastam, ab occasu in ortum radios jaculabatur : et sole infra horizontem demerso propriis radiis effusis omnes orbis terræ terminos collustrabat, nec aliis stellis lumen exserere concedebat, aut aerem noctis umbra infuscari : quod ejus lumen aliorum splendorem vinceret, et ad cœli verticem flammans protenderetur, quaadiu supra horizontem exstabat. Hoc portentum conspexerunt Indi, Chaldæi, Ægyptii, Phryges, Persæ, Asiæ minoris incolæ, Thraces, Hunni, Dalmatæ, Itali, Hispani, et Germani, et si quæ aliæ gentes Oceani littora accolunt : rutilansque ac splendens hoc maxime horrendum portentum, qui Lampadias vocatur, usque ad æquinoctium autumnale perduravit, cum sol Libræ signum permeare incepit.

A δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις (8), ὁπότε τὴν ἐαρινὴν ὥραν ὁ ἥλιος ἐποίει, διιὼν τοὺς Διεύμους, περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη σημεῖον ἐφάνη ἐξ οὐρανοῦ, καὶ προάγγελος κακῶν. Τὸ δὲ ἦν κομήτης περιφανὴς, ὄρθιον ἔχων τὴν κόμην, καὶ ὡς πῦρ φλογερὸν, ὑπὲρ πήχεις τέτταρας ἀπὸ δύσεως ἐν ἑῴᾳ ὡς δόρυ κινῶν τὴν ἀκτῖνα· ὁπότε δ' ἂν ὁ ἥλιος ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα δύνῃ ἦν τότε καὶ αὐτὸς ἐξήπλου τὴν ἰδίαν ἀκτῖνα, καὶ κατηύγαζε πάντα τὰ γῆς πέρατα, καὶ οὐκ ἐᾶν τοῖς λοιποῖς ἄστρασιν ἐξαυγάζειν οὐδὲ τὸν ἀέρα μελανίζειν· ἀλλὰ μᾶλλον ὑπερεκτείνετο καὶ ἐν τῷ μεσουρανήματι, ὑπερεκκέχυτο ἡ φλὸξ, ἕως ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα περιωρίζετο. Τοῦτο τὸ σημεῖον ἑωράκασιν Ἰνδοὶ, Χαλδαῖοι, Αἰγύπτιοι, Φρύγες, Πέρσαι, καὶ οἱ τὴν μικρὰν Ἀσίαν οἰκοῦντες, Θρᾷκές τε καὶ Οὖννα, B Δαλμάται, καὶ Ἰταλοὶ, καὶ Ἰσπανοὶ, καὶ Γερμανοὶ, καὶ ἄλλο εἴ τι ἔθνος ἦν οἰκῶν ἐν τοῖς τοῦ ὠκεανοῦ ῥεύμασιν. Ἔστη οὖν τὸ τοιοῦτον φρικωδέστατον τέρας; ἁπανταχοῦ φαῖνον καὶ λάμπον, ὃ καὶ λαμπαδίας καλεῖται, ἄχρι τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας τοῦ ἡλίου ἐν τῷ Ζυγῷ τὴν πορείαν ἀρξαμένου ποιεῖσθαι.

darum, et universæ Bulgariæ in Spiritu sancto dilecte modicitatis nostræ frater. Ex his verbis videri posset Justiniana prima differre ab Achridis, illaque esse urbs, hæc regio dici posset: cui conveniunt verba libri ms. 1932 bibliothecæ Regiæ, Θράκη ἐστὶν ἡ Ἀδριανούπολις μέχρι τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς Σοφίας, καὶ τῆς Βουλγαρίας καὶ τῆς Ὠχρίδος καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς. *Thracia ab Adrianopoli ad Constantinopolim extenditur, et Sophia, Bulgaria et Ochride ejusque partibus terminatur.* Ita ut Ochris seu Achris pro provincia et regione hoc loco, non pro urbe accipiatur; Justinianam primam Turci Giustandil appellant. Urbs Achris a Gregora, lib. III, in Macedonia collocatur, quæ et Bulgarici regni in Illyricum usque protensi, pars fuit. Libro etiam II habet: Περὶ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τῆς Βουλγαρίας τῆ: καὶ Ἀχρίδο καλουμένης, *De archiepiscopatu Bulgariæ, qui et Achridis dicitur*, cujus metropolis Justiniana prima dicta. Georg. D logotheta in Chron. de Achridis mentionem facit. Laonic. lib. I, Macedoniæ urbem Ochridem nominat. Acta etiam Leonis papæ IX adversus Michaelem Cerularium, et Leonem Achridæ episcopum, urbem esse clare exponunt: in illis exstat epistola Michaelis et Leonis quæ sic incipit: *Michael universalis patriarcha novæ Romæ, et Leo archiepiscopus Achridæ metropolis Bulgarorum dilecto fratri Joanni Cannensi episcopo.* Cantacuzenus etiam πόλιν ἐσπέριον eam appellat, lib. IV, cap. 20, ita ut dubium omne tollatur, et Achridam esse urbem constet.

(57) *Ὁ δὲ Μουσουλμὰν ἐν χωρίῳ τινί.* Ejus mortem eodem fere modo accidisse Beccani Annales et historia Verantiana narrant. Dissentit ab iis Hainvaldana. Leunclavius, lib. X, annum devicti Musulmani ascribit Hegiræ anno 815, qui cœpit Maii 6. feria 3, ann. Chr. 1410. Laonicus, lib. IV, rem aliter quam alii narrat.

Digitized by Google

δὲ Μωσῆς ἀκριβῆ ἔρευναν ποιήσας εἰς τοὺς φονεῖς τοῦ Μουσουλμὰν, καὶ εὑρὼν καὶ τοὺς τρεῖς, καὶ πέμψας ἐν τῷ χωρίῳ ὃ [οὗ] ἐφονεύθη· καὶ ἀθροίσας πάντας τοὺς χωρίτας, καὶ δεσμήσας τὸν καθένα σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἀσφαλίσας τὸν καθένα ἐν ταῖς καλύβαις αὐτῶν, πῦρ ἀφιᾶσιν· καὶ τέκνα καὶ γονεῖς, καὶ συγγενεῖς, καὶ αἱ καλύβαι, καὶ τὸ χωρίον ἅπαν κατετεφρώθη, καὶ εἰς κόνιν ἐγένοντο. Τοιαύτην ποινὴν ὁ ἀπάνθρωπος εἰς ἀνθρώπους εἰργάσατο, δεικνύων τὴν ἀπαρχὴν τῶν κακῶν, ὧν ἤμελλε κατεργάζεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ. Ἀθροίσας οὖν τοὺς μεγιστᾶνας τῆς Θράκης καὶ Μακεδονίας καὶ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν· ἦσαν γὰρ συνηθροισμένοι πάντες εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ· δημηγορήσας εἶρηκε πρὸς αὐτούς· *Ὦ ἄνδρες καὶ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς φίλοι, καὶ γὰρ οὐ δούλους* B *λέγω, οἴδατε ἀκριβῶς τὴν ἣν ὑπέστη παρὰ τοῦ Τεμὺρ ἀπειλὴν ἡ τῆς Ἀσίας μερίς· καὶ τὸ πλέον, ὅτι ὁ ἐμὸς πατὴρ παρεδόθη εἰς χεῖρας αὐτοῦ ὡς στρουθίον. Οὐκ ἄλλο τοίνυν ἦν τὸ καταβιβάσαι τοὺς Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ τὸ λοιπὸν ἔθνος ἐν τοῖς ἡμετέροις σκηνώμασι, πλὴν ἡ Κωνσταντίνου, καὶ σὺν αὐτῇ οἱ ἐν ταύτῃ βασιλεύοντες. Ἐλθὼν οὖν ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς, καὶ κυριεύσας τὰ Θρᾳκῶα μέρη, καὶ τὴν λειπουσαν γῆν, ἣν ὁ ἡμέτερος ἀδελφὸς [πατὴρ] ἐκυρίευεν, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ πάτριον σέβας στοργὴν οὐκ ἐνεδείξατο· ἀλλὰ μᾶλλον, εἰ χρὴ λέγειν, καὶ ἐφ' ἡμῖσεος καθὼρ ἐγένετο* (58). *Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν παραβλέψας, εἰς τὴν* C *ἐμὴν χεῖρα τὴν ῥομφαίαν τοῦ προφήτου* (59) *δέδωκε, τοῦ διχοτομῆσαι τὸν ἄπιστον, τὸν δὲ πιστὸν ὑπερυψῶσαι καὶ ἀναβιβάσαι. Ἕνεκα τοῦτ' οὖν οὐ χρὴ τοσαύτην γῆν ἡ Κωνσταντίνου κληρώσασθαι, οὐδὲ πόλεις Μακεδονικὰς, καὶ ταῦτα τὴν Θεσσαλονίκην, ἣν διὰ πολλῶν ἱδρώτων ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐκληρώσατο, καὶ τοὺς βωμοὺς τῶν εἰδώλων εἰς ἱερὰ τεμένη τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ προφήτου μετέστησεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα τῶν πόλεων, καὶ τὸν φονέα τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, εἰ Θεῷ θελητόν ἐστι, διὰ συνδρομῆς ἐμῆς ἡμετέραν καταστήσω· καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πρσευχῆς οἴκους.* Τότε οἱ πάντες εὐφήμισαν, καὶ ξαντο.

Ἀθροίσας οὖν στρατὸν ἱκανὸν, πρῶτον μὲν ἐν D Σερβίᾳ κατέδραμεν (60) (ἔφθασε γὰρ ὁ δεσπότης

A Musulmanum interfecerant, tresque illos, qui cædem patraverant, comprehensos in oppidum, ubi occisus fuerat, misit: et in unum convocatos omnes oppidanos, cum uxoribus et liberis singulos vinxit, et in singulis tuguriis conclusit; immissoque igne liberi cum parentibus cognatisque, tuguria etiam, totumque oppidum conflagrant, et in cineres vertuntur. Tali supplicio inhumanus ille in homines animadvertit, primitias ac specimen malorum scelerumque, quorum auctor temporibus suis futurus erat, exhibens. **50** Convocatis deinde Thraciæ, Macedoniæ aliarumque provinciarum proceribus, qui ad eum venerandum convenerant, oratione habita talia locutus est: *O viri patris mei amici, neque enim servos appello, probe novistis quanto cum horrore Asia ad Temyris minas trepidaverit: atque etiam, quod gravius est, patrem meum in manus illius velut passerem traditum esse. Non alius tamen, præter Constantinopolim ejusque imperatorem, accersivit Scythas et Persas, cæterasque gentes in patriam nostram evocavit. Cum vero frater meus, qui Thraciæ cæterisque regionibus, quas pater possederat dominabatur, non solum venerationem ac pietatem patriæ debitam non exhibuerit: quin potius, si ita fari licet, cavour, id est infidelis, ex semisse factus est: eapropter Deus illum aversatus, in manum lanceam prophetæ mihi tradidit, ut infidelem discindam, fidelem vero exaltem et honoribus extollam. Propterea non convenit Constantinopolim tam late imperare, aut urbes Macedonicas, imprimis vero Thessalonicam retinere, quam tot laboribus et aruminis parens meus conquisierat, idolorumque altaria in sacra Dei, ejusque prophetæ templa commutaverat: atque ipsum cæterarum urbium caput, patrisque mei homicidam, si Deo ita placuerit, operi gnaviter incumbens, imperio meo submittam, et templa, quæ in illa urbe stant Deo et prophetæ ejus consecrata domos orationis constituam.* His dictis omnes faustis acclamationibus applauserunt, verbaque ejus, non secus ac Dei, aurinus hauserunt.

τεμένη τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ προφήτου τελέσω ὡς παρὰ Θεοῦ τοὺς μιαροὺς αὐτοῦ λόγους; ἐδέ-

D Ingenti itaque conscripto exercitu Serviam primum invadit (quam equidem Stephanus Lazari fi-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(58) *Καθὼρ ἐγένετο.* Gaurum et Gauros scribit Leunclavius: Turci *Giaour*, dissyllabum Gallica pronuntiatione: verbum contumeliosum est, quod *infidelem* significat. Moses porro fratrem suum Musulmanum Gaurum seu infidelem appellat, ob fœdus cum imperatore Manuele ab eo percussum obsidesque fratrem ac sororem datos.

(59) *Τὴν ῥομφαίαν τοῦ προφήτου.* De Halis acinace hic locus intelligendus est: de quo Leuncl. *Hist. Musul.* lib. I, ex Arabum et Turcorum monumentis sic disserit: *Hinc illæ Muhametanorum fabellæ de iltius* Sulficare (*sic Alis acinacem nominare consueverunt*) *quem narrant quoties vagina educeretur, ita se divisisse, ut geminus efficeretur, cubitos* 18 *longus, et Alim eo contra Gauros utentem, ab utroque latere non aliter ipsos ac segetem messores prosternere solitum, ac montes etiam seu scopulos eo dissecuisse. Mos indidem inolevit, ut in militaribus signis Musulmanorum hic Alis acinax, sive* Sulficar, *velut inauspicatus Christianis, faustus ipsis exprimatur*, etc. In superliminaribus quarumdam ædium publicarum Constantinopoli, hoc sulficar expressum bifidi ensis figura vidi, et gladium Halis appellari ab incolis audivi: hoc μορμολυκείῳ et terriculamento pavorem Christianis injicere gens viribus suis nimium confisa credit.

(60) *Πρῶτον μὲν ἐν Σερβίᾳ κατέδραμεν.* Adeundus Leunclavius lib. II *Histor. Musulm.* A Muhamede

Digitized by Google

lius deseruerat tanti hostis adventu perculsus, ad cujus etiam nomen solum pavescebat) et in quamplurima oppida agrosque patentes excursione facta, venustos juvenes corpore ac vultu formosos mancipia abduxit; cæteros gladio peremit: cumque tria castra expugnasset, omnes ense demessos prostravit. Super cadaveribus deinde Christianorum mensa instructa, convivio splendido ac celebri præcipuos suorum magnatesque excepit. Serva excedens Adrianopolim pedem refert, brevique spatio quieti dato ad Constantinopolim expugnandam bellicas machinas apparat: et exercitu haud exiguo in Thessaliam misso Thessalonicam oppugnat, occupatisque omnibus, excepto Zetunio, castris Strymoni impositis, ipse Constantinopolim tendit, omniaque oppida deserta, unde imperator Manuel incolas in urbem transtulerat, invenit eaque deussit. Dispositis deinde castris animo confisus eam in potestatem suam redacturum sperabat. Rem e longinquo gerebat, copias procul ab urbe tenens: verum singulis diebus ad pugnam **51** lacessendo, hostes cædebat, lacessitus quandoque ipse et cæsus. Erumpentes namque Constantinopolis cives prælio cum Turcis congrediebantur, horumque cæsorum numerus Romæorum numerum triplo superabat. Neque interim imperatori ejusmodi victoriæ gratæ erant. Romæos enim ipsi charos ac commendabiles, non minus ac pupillam oculi, eorum paucitas reddebat. Quid commodi, inquit, ad me redit, si decem milites Romæos ex centum amisero? quantamve cladem accipit Moses, si ex mille Turcis centum perierint? Verumtamen audacia freti Romæi haud se continuerunt, ac eruptione facta prælio Turcos aggredi non cessavere. Inter pugnandum vero comprehenderunt Turci quemdam illustrium, Joannis olim imperatoris, Manuelisque F. pincernam, quem capite truncarunt. Cognita cæde cadaver pugnæ subtraxerunt Romæi, postque diuturnam pugnam ac vociferationem illud in urbem importarunt: at ejus caput ad Mosem attulere Turci. Occisi pater Nicolaus Notarius imperatoris D. Manuelis interpres, quique prædives erat, caput abscissum multis centenis nummis illico redemit, et una cum cadavere sepelivit. Ingenti dolore Romæorum juvenis ille desideratus est, patrisque et Lucæ fratris, qui sub imperatore Joanne ultimo Palæologo Mesazontis officio fungebatur; postremo in civitatis universæ clade cum liberis capite plexus est. Verum ad narrationis seriem revertamur.

Manuel equidem imperator cum tyranni ferum ac immanem animum cerneret, bellumque interneci-

Στέφανος ὁ τοῦ Λαζάρου υἱὸς μὴ φέρων ἐν τοῖς ὠσὶ τὴν ἐπιδρομήν), καὶ παμπληθῆ χωρία, καὶ κάμπους καταδραμών, τὰ μὲν ὡραῖα τῇ ὄψει καὶ νέα σώματα ἠχμαλώτιζεν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας ξίφει κατέσφαττε. Λαβὼν δὲ καὶ πολίχνια τρία πολέμῳ πάντας ἐθέρισε· καὶ θερίζων, ἐν τοῖς σώμασι τῶν Χριστιανῶν τράπεζαν ἐφήπλου, καὶ πανδαισίαν ἐποίει μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ. Ἀπὸ δὲ Σερβίας στραφεὶς ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ μικρὸν ἀναπαυσάμενος, τὰ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου παρεσκεύαζε πολεμικὰ τειχομηχανήματα· πέμψας δὲ στρατὸν οὐκ ὀλίγον ἐν Θετταλίᾳ, ἐπολιόρκει Θεσσαλονίκην, καὶ τὰ παρὰ τὸν Στρυμόνα χωρία ἅπαντα παραλαβών, πλὴν Ζητουνίου, αὐτὸς πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἐχώρει, καὶ πάντα τὰ χωρία εὑρὼν ἔρημα· ἦν γὰρ μετοικήσας αὐτὰ ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐντὸς τῆς πόλεως· πάντα πυρὶ παρέδωκεν· αὐτὸς δὲ πῆξας τὰς σκηνὰς, τῇ μὲν γνώμῃ θαῤῥῶν ἦν, ὅτι γενήσεται ταύτης κύριος· τῇ δὲ πράξει καὶ τῇ λοιπῇ δυνάμει μακρόθεν ἦν ἐστώς· πλὴν καθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύετο πολεμῶν, καὶ πολεμιζόμενος, καὶ σφάττων, καὶ σφαζόμενος παρὰ τῶν πολιτῶν. Ἐξερχόμενοι γὰρ οἱ πολῖται συνεπλέκοντο τοῖς Τούρκοις, καὶ εἰς ἕνα Ῥωμαῖον τρεῖς ἔπιπτον Τοῦρκοι. Τὸν δὲ βασιλέα οὐκ ἤρεσκε τοῦτο. Εἶχε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διὰ τὴν ὀλιγότητα φυλάττων αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Ἔλεγε γάρ, Τί μοι ὄφελος, εἰ ἀπὸ τοὺς ἑκατὸν στρατιώτας Ῥωμαίους ὀλέσω δέκα; Ἢ τίς τῷ Μωσῇ ζημία, εἰ ἀπὸ τοὺς χιλίους Τούρκους ὀλέσει ἑκατόν; Πλὴν ἡ θρασύτης τῶν Ῥωμαίων οὐ διέλιπε τοῦ ἐξέρχεσθαι καὶ συμπλέκειν τοῖς Τούρκοις. Ἔλαβον οὖν ἐν πολέμῳ οἱ Τοῦρκοι ἕνα τῶν ἐνδόξων, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης Ἰωάννου τοῦ χρηματίσαντος βασιλέως, τοῦ βασιλέως Μανουὴλ υἱοῦ, ὃν καὶ ἀπέτεμον αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μαθόντες τὸ γεγονὸς ἐξεπόρτησαν. Καὶ διὰ πολλοῦ πολέμου καὶ κραυγῆς, ἔφερον τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐντὸς τῆς πόλεως· τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ οἱ Τοῦρκοι τῷ Μωσῇ ἐκόμισαν. Τότε Νικόλαος Νοταρᾶς, πατὴρ τοῦ τεθνηκότος, διερμηνευτὴς ὢν τοῦ βασιλέως κυρίου Μανουὴλ, πλούσιος ὢν σφόδρα, ἐξαγοράσας διὰ πολλῶν κεντιναρίων τὴν κεφαλὴν ἔθαψε σὺν τῷ σώματι. Μέγα πένθος ποιήσας Ῥωμαίοις ὁ νέος ἐκεῖνος καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ Λουκᾷ· ὃς καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ὑστάτου βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου μεσάζων ἐχρημάτισε, καὶ ἐν τῇ παντελεῖ φθορᾷ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς τέκνοις ἐκαρατομήθη. Ἀλλ' ἐπανιτέον ἤδη πρὸς τὴν διήγησιν.

Ὁ βασιλεὺς γὰρ Μανουὴλ ὁρῶν τοῦ τυράννου τὸ ἀπηνὲς, καὶ τὸ πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν μάχην

Ismaelis Bullialdi notæ.

per legatos ad fœdus amicitiamque contrahendam Manuelem imperatorem sollicitatum Verantiana et Hanivaldana historiæ tradunt. Illa victum a Mehemete Mosem primo congressu, hæc vero secundo prælio asserit: et utraque Mosem in fratris sui Mehemetis manus vivum devenisse affirmant. De Mose Laonicus, lib. IV, adeundus. Phranzes etiam, lib. I, cap. 30, istorum Bajazitis filiorum res gestas narrat: nostroque consentit, cum semel atque iterum victum Mehemetem a Mose recessisse, tertio tandem prælio victoria potitum esse scribit.

Digitized by Google

ἀσπονδον ἔχθραν, μηνύει τῷ Μαχουμὲτ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔτι διάγων ἐν Προύσῃ, τὸ ἐλθεῖν εἰς τὸ Σκουτάριον· καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τριήρεσι διαβιβάσει ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει. Ἀπὸ δὲ Κωνσταντινουπόλεως βοηθείᾳ Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως ἐξερχόμενος συμπλακήσεται τῷ τυράννῳ. Καὶ εἰ μὲν τὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὸν τύραννον ῥέψει, ἡ πόλις πάντοτε ἕτοιμος ἔσται εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ· *Εἰ δὲ τοὐναντίον, ὃ καὶ ἐπιθυμητὸν ἡμῖν ἐστι, τῆς ἡγεμονίας ἐγκρατὴς γενήσῃ, καὶ ὡς ἐμὸς υἱὸς ἔσῃ.* Ὁ δὲ Μαχουμὲτ ἀκούσας τοὺς λόγους τούτους, καὶ πρόθυμος γενόμενος, προθύμως εἰς τὸ Σκουτάριον ἤλαυνε πάσας τὰς αὐτοῦ δυνάμεις. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν ὅτι ἦλθεν εἰς τὸ πέραν, τὰς τριήρεις ἑτοίμους ἔχων περᾷ, καὶ τῷ Μαχουμὲτ ἐντυχὼν, καὶ λόγους ἐνόρκους λαβὼν καὶ δοὺς, περᾷ τὸν Μαχουμὲτ σὺν αὐτῷ εἰς Κωνσταντινούπολιν. Καὶ μεγάλην πανήγυριν ἐν τῇ εἰσόδῳ ποιήσας ὁ βασιλεὺς τρεῖς ἡμέρας, τῇ τετάρτῃ ἔξεισι τῆς πόλεως ὁ Μεχεμὲτ σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ καὶ σὺν ὀλίγοις στρατιώταις Ῥωμαίοις· καὶ συμμίξας τῷ Μωσῇ ἡττήθη, καὶ ἡττηθεὶς κατέφυγεν ἐν τῇ πόλει. Ὁ δὲ βασιλεὺς θεραπεύσας αὐτὸν διὰ λόγων σοφιστικῶν, καὶ πραγμάτων στρατιωτικῶν ὧν ἀπώλεσεν, ἐπεμελεῖτο πάλιν τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ δευτέρου, καὶ συμπλακῆναι τῷ Μωσῇ. Ὁ δὲ Μωσῆς ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Κωνσταντινουπόλεως, ἔχων πάντα τὸν δυτικὸν στρατὸν σὺν αὐτῷ, παρεσκευάζετο κατὰ τοῦ Μεχεμὲτ καὶ τῆς πόλεως. Ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐκ δευτέρου ὁ Μεχεμὲτ καὶ πάλιν ἡττήθη, καὶ πάλιν ἐν τῇ πόλει κατέφυγε, καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ὑπεδέξατο. Τότε ὁ Μεχεμὲτ ἐν ἀδημονίᾳ γεγονὼς, καὶ τὴν τῆς τύχης μεταφορὰν ὡς σφενδόνης στρεπτὸν ἡγησάμενος, εἶρηκε τῷ βασιλεῖ· *Σὺ μὲν, πάτερ ἅγιε, ζυγοσταθμῶν, καὶ πρόβλεπων τὰς πλάστιγγας, οὐκ ἀφίης μοι, ἄνω καὶ κάτω τὴν τύχην ὁρῶν, τοῦ προδοθῆναι ἢ παραδοθῆναί μοι τὸν ἐχθρὸν παρ' αὐτῆς. Ἐγὼδὲ λέγω, πᾶν τὸ ἐν μετώποις γραφὲν* (61) *ἑνὸς ἑκάστου δακτύλῳ Θεοῦ ἀπαραιτήτως προβήσεται. Κέλευσον οὖν μοι σὺν τοῖς ἐμοῖς τὴν πρὸς Ἀδριανοῦ φέρουσαν τρίβον ἄρξασθαι· καὶ μόνον εὔχου μοι ὡς πατὴρ υἱὸν, καθὰ καὶ εἰμὶ, τὰ δὲ μέλλοντα τῷ Θεῷ μελέτω.* Τότε ὁ βασιλεὺς ἀκούσας τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ περιπλακεὶς αὐτὸν, καὶ ἀσπασάμενος, καὶ δεῖπνον εὐτρεπίσας πολυτελῆ, καὶ χαρμονικῶς εὐφρανθέντες· πρωΐας ἤδη γενομένης ἔξεισιν ὁ Μεχεμὲτ τῆς πόλεως, καὶ εἰς δύο μερίσας τὸν στρατὸν, τὸ μὲν ἓν μέρος πρὸς τὰ τοῦ Εὐξείνου μέρη ἔπεμψε, τὸ δὲ ἄλλο πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ φέρουσαν ὥδευε. Τότε ὁ Μωσῆς πάλιν ἀκούσας, καὶ μαθὼν πῶς εἰς δύο κατατομὰς τὰ φοσάτα ἐμέρισε, τὰ πρὸς τὸν πόντον μέρη ἐδίωκεν· καὶ δὴ ἐπεισπεσόντα ἄμφω τὰ στρατόπεδα, καὶ οἱ τοῦ Μωσῆ ἡττηθέντες πρὸς τὸν Μεχεμὲτ ἠθροίζοντο. Ὁ δὲ ἀσπασίως ὑπεδέχετο. Ὁ δὲ Μωσῆς τὸ γεγονὸς ἰδὼν, καὶ τὸ τῆς

A num adversus Christianos odio implacabili eum gerere, Mahometem fratrem ipsius Prusæ tunc adhuc degentem monet, ut Scutarium accedat, unde Constantinopolim triremibus imperatoriis trajiceret; Constantinopoli deinde faventibus Deo ac imperatore egressus pugna cum tyranno experiretur: ita ut ipsi urbs ad tute se recipiendum pateat, si tyranno fortuna arriserit: *Sin minus id contigerit (quod impense nobis optandum), principatum adipisceris, et mihi, non secus ac liberi, charus eris.* His auditis alacer promptusque factus Mahometes, quascunque copias habebat, Scutarium confestim duxit. Imperator ergo, ubi eum advenisse ad oram oppositam didicit, triremibus, quas instructas habebat, eo trajicit; et cum Mahomete collocutus, B mutuo jurejurando fide utrimque obstricta, eum Constantinopolim secum vehit. Exceptum celebri pompa tridui spatio magnifice habuit: quarto demum die Mahometes urbe egreditur cum universo exercitu et parva manu militum Romæorum: initaque **52** cum Mose pugna victus in urbem fuga se recepit. Tum imperator animum illius sermonibus aptis erexit; curavitque apparatum bellicum iterum instaurari, et amissa resarciri, ut eum Mose acie denuo confligeret. At Moses ex finibus Constantinopolitanis occiduarum regionum omnes copias deduxit, aciemque adversus et Mahometem et urbem instruxit. Altera igitur vice erumpens Mahometes, accepta iterum clade in urbem refu- C gît, fugientemque imperator suscipit. Tunc mœstus et anxius, reputans fortunam, æque ac fundam, mutabilem volubilemque esse, his verbis imperatorem alloquitur: *Tu, pater sancte, qui momenta rerum perpendis, lanciumque reciprocam librationem prævides, cum fortunam contempleris susque deque res meas versare, non dimittis me, ut ipsa me prodat, aut in manus meas hostem mihi tradat. Ego vero te coram hoc assero: quidquid in frontibus uniuscujusque nostri Dei digito scriptum est, id irrevocabile esse, ac necessario eventurum. Jubeas igitur me cum omnibus meis copiis viam, quæ Adrianopolim ducit, capessere: mihi bona faustaque solummodo precare et opta, ut patrem filio decet, futura vero Dei providentiæ permittamus.* Hunc sermonem D ubi audivit imperator, ipsum complexus ac deosculatus est: cœna deinde opipare et laute instructa, hilares et læti genio indulserunt. Orta demum luce urbe exiit Mahometes, copiasque in acies binas partitur; quarum altera versus Euxinum incessit, altera Adrianopolim contendit. Moses autem, ubi cognovit exercitum suum Mahometem in duo agmina divisisse: illud, quod ad Euxinum Pontum properabat, insequitur, assequiturque; cumque ambæ oppositæ acies concurrissent, Mosisque copiæ victæ fuissent, ad Machometis partes transie-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61) *Πᾶν τὸ ἐν μετώποις γραφέν.* Juxta mentem Musulmanicæ religionis, quæ prædestinationem inevitabilem astruit, nihilque ex hominis voluntate libera fieri asserit.

Digitized by Google

runt, qui eos benevole admisit. Moses hoc casu fortunæque inconstantia perculsus aufugit, inque paludem locorum ignarus incidit. Fugientem vero insequebatur et urgebat quidam ex satrapis, qui Mahometi militabant, quem conversus Moses occidit. At satrapæ servus equo insidens Mosem invadit, eique brachium dextrum ab humero rescindit, et in paludem decutit. Altero itaque brachio ipsi amputato, et sanguine affatim profluente, animo deficiens ex equo devolvitur. Reversus satrapæ servus ad imperatorem heri sui mortem nuntiat, Mosisque vulnus: ad paludem deinde cum ventum esset, mortuum offenderunt, cadaverque in Mahometis conspectum attulere. Quod contemplatus, et pro more istius gentis fero ac inhumano cum luxisset fratrem mortuum, Prusam conditum mittit **53** in majorum suorum sepulcro. Mahometes his prospere gestis magnis itineribus Adrianopolim petit, ibique paterno in solio sedit: accessere deinde singulis diebus proceres ac magnates Occidentis ipsum veneraturi. Per id autem tempus, quo Moses bello a fratre suo Mahomete nondum petitus fuerat, Thraciam deserens clam aufugit Cincites, et superato Hellesponto in Asiam venit: collectoque e Smyrnæis Thyræisque exercitu Ephesum occupat; quemque illius custodiæ imposuerat Musulmanus, capite truncat, totiusque Asiæ mox potitur, priusquam in Thraciam Mahometus advenisset.

A τύχης εὐμετάβολον, ἔφυγεν. Εἷς ἕλος δέ τι μὴ γνοὺς ἐμπεσών, καὶ εἷς τῶν σατραπῶν τοῦ Μεχεμὲτ καταδιώκων, στραφεὶς ὁ Μωσῆς ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁ δὲ τοῦ σατράπου δοῦλος φθάσας ἱππότης, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν ἀπὸ τοῦ ὤμου, ῥίψας αὐτὴν ἐν τῷ ἕλει· μονόχειρ δὲ εἰσελθών, καὶ διὰ τῆς ῥύσεως τοῦ αἵματος λειποψυχήσας ἔπεσεν ἐκ τοῦ ἵππου. Ὁ δὲ δοῦλος τοῦ σατράπου ἐλθὼν εἰς τὸν ἡγεμόνα, ἀπήγγειλε καὶ τὸν θάνατον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ τοῦ Μωσῆ τὴν πληγήν· ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ ἕλει εὗρον τεθνηκότα (61*), καὶ ἦραν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Μαχουμέτ. Ἰδὼν δὲ καὶ θρηνήσας κατὰ τὸ ἀπάνθρωπον ἔθος αὐτῶν, ἔπεμψε τὸ πτῶμα αὐτοῦ ταφῆναι ἐν Προύσῃ ἐν τοῖς πατράσιν ἐγγύς. Ὁ δὲ
B Μεχεμὲτ ἐπαναζεύξας ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ καθίσας ἐν τοῖς Ὠχοις τοῖς πατρικοῖς, εἱστήρχοντο καθ' ἑκάστην οἱ τῆς Δύσεως προὔχοντες στρατηγοὶ, καὶ προσεκύνουν αὐτῷ. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἔχων σχολὴν καὶ ἀγωνίαν ὁ Μωσῆς μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μαχουμὲτ, ἔλαθε φεύγων ὁ Τζινεὴτ τὰ θρᾳκῶα μέρη, καὶ περάσας τὸν Ἑλλήσποντον κρύφα καὶ εἰς Ἀσίαν ἐλθὼν, καὶ στρατὸν ἀπὸ Σμύρνης καὶ Θυρέων συναγαγὼν ἔρχεται εἰς Ἔφεσον. Καὶ τὸν ἡγεμόνα, τὸν ὂν Μουσουλμὰν χειροτονήσας ἀφῆκεν, καρατομεῖ, καὶ κύριος ὡς ἐν ὀλίγῳ πάσης Ἀσίας γίνεται πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν Μαχουμὲτ ἐν τῇ Θράκῃ.

CAPUT XX.

Manuel ad Mahometem Apocrisiarios mittit (62), *alii quoque principes legatos mittunt, quos Mahometes benigne excipit, pacemque cum omnibus amplectitur. Manuel Joanni filio suo uxorem dat Russiæ magni Ducis filiam, quæ peste moritur, filiorumque Bajazitis unus, isque baptizatus. Secundæ ac tertiæ Joannis nuptiæ. Manuelis in Peloponesum profectio.*

Postquam igitur imperator Manuel nuntium accepit, summam rerum penes Mahometem esse, delectos magnates e præcipua nobilitate apocrisiarios ad eum mittit, et ex fœdere, dum Constantinopoli ageret, inito, res repetit, quæ pactis conventis comprehendebantur. Hos comiter suscepit Mahometes; firmatisque juramento pactis, arces omnes Euxino ponto impositas restituit: oppida quoque et castra Thessaliæ ac Propontidi vicina. Honorifice demum habitos, plurimisque donis cumulatos pacifice dimisit, responso hocce dato: *Abite et nuntiate patri meo Romæorum imperatori, me, auxiliante Dei numine, patreque meo imperatore opem ferente, paternum regnum recuperavisse. Ab hoc vero, et in posterum illi, quemadmodum filium decet, me subditum iri. Non immemor etenim sum, neque beneficiorum acceptorum unquam obliviscar. Pro libitu imperet, quam promptissime jussa ipsius exsequar.* Legatos quoque missos a Serviis, Walachis, Bulgaris, et duce Johannino-

C Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ μαθὼν τὴν μοναρχίαν τοῦ Μαχουμὲτ, καὶ ἀποκρισιαρίους στείλας τοὺς εὐγενεστέρους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, ζητεῖ παρ' αὐτοῦ ὅσα συγκατετέθη δοῦναι ἔτι ἐν Κωνσταντίνου διάγοντος. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ δεξιῶς αὐτοὺς ἰδὼν, καὶ συνθήκας ἐνόρκους ποιήσας, δοὺς ἅπαντα τὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου κάστρα, καὶ τὰ πρὸς Θετταλίαν χωρία, καὶ κάστρα, καὶ τὰ τῆς Προποντίδος ἅπαντα, φιλοτιμήσας, καὶ δώροις πλείστοις κορέσας, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· *Ὑπάγετε, εἰπατε τῷ ἐμῷ πατρὶ τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὅτι βοηθείᾳ θεοῦ καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐζωσάμην τὴν δύναμιν τὴν πατρικήν. Ἀπὸ τοῦ νῦν δὲ εἰμι καὶ ἔσομαι ὑπήκοος αὐτῷ, ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα. Οὐκ*
D *εἰμὶ γὰρ ἀγνώμων, οὐδ' ἀχάριστος ὀφθήσομαι. Κελευέτω μοι τὸ δοκοῦν αὐτῷ. ἐγὼ δὲ μετὰ χαρᾶς ὅτι πλείστης ἔχω τοῦ δουλεύειν αὐτῷ.* Ὁμοίως καὶ πρέσβεις Σερβίας καὶ Βλαχίας, Βουλγαρίας τε, καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων (63), καὶ τοῦ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61*) Moses vincitur et interficitur anno Hegiræ 816, qui cœpit anno Christi 1413, April. 11, feria 2.

(62) Leunclavius, libb. XII et XIII, eorum quæ inter Manuelem imperatorem et principes Othmanos gesta sunt, nihil attigit.

(63) *Καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων.* Urbs Epiri sub metropolita Naupacti Ætoliæ, olim Cassiope appellata, nunc Joannina.

Digitized by Google

δεσπότου Λακεδαιμονίας καὶ πρίγκιπος Ἀχαΐας, καὶ πάντας ἡμέρως προσαγορεύσας, καὶ ἐν ἀρίστῳ ὁμοτραπέζους συγκαθεδρίσας, καὶ ταῖς φιλοτησίαις εἰς ἀνάδειξιν πάντων ἐγκαταστήσας, ἀπέλυσε τοὺς πάντας ἐν εἰρήνῃ, λέγων αὐτοῖς· *Ἀναγγείλατε τοῖς κυρίοις ὑμῶν, ἐγὼ μετὰ πάντων εἰρήνην δίδωμι, καὶ εἰρήνην λαμβάνω. Ὃς πανουργεύει τὴν εἰρήνην, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης κατ' αὐτοῦ.* Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐν ἀδείᾳ ὢν, καὶ μὴ ἔχων τὸν παρεμποδίζοντα, ἐβουλήθη γάμους ποιῆσαι τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. Καὶ στείλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας (64) ἠγάγετο νύμφην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Καὶ ἁρμόσας ταύτην, μετακαλέσας τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἄνναν, οὐκ ἠβουλήθη στέψαι τότε εἰς βασιλέα [βασιλίδα]· ἦν γὰρ ἡ κόρη τὸ ἐνδέκατον ἄγουσα ἔτος· περατουμένων δὲ τριῶν ἐτῶν, καὶ λοιμικῆς νόσου καταλαβούσης τῇ πόλει, καὶ πολὺ πλῆθος λαοῦ διὰ τοῦ βουβῶνος τεθνηκότος, ἐτελεύτησε καὶ ἡ βασιλὶς Ἄννα, μέγα πένθος καταλιποῦσα τοῖς πολίταις. Ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Παγιαζήτ, ὁ εἰς ὁμήρους ἀνατεθεὶς παρὰ τοῦ Μουσουλμὰν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, ὁ μὲν εἷς ὁ καὶ πρῶτος σὺν ἀδελφῇ τῇ Φατμᾷ ἀπελύθη, καὶ ἐν τῇ Προύσῃ ἐτρέφετο· ὁ δ' ἄλλος ἠράσθη (65) παιδείας Ἑλληνικῆς, ἅτε συνὼν τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ Ἰωάννῃ· καὶ ἐν τῷ σχολείῳ ἐρχόμενος ἐμυῆτο γράμμασι, καὶ ἐδιδάσκετο. Τοσοῦτον οὖν ἐφλέγετο ὑπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς μαθήσεως καὶ τῆς μετὰ τοῦ Ἰωάννου παιδοτριβῆς, ὡς καὶ προσελθεῖν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, καὶ δεόμενος τοῦ βαπτισθῆναι Χριστιανικῷ νόμῳ. Καὶ ὁμολογῶν τῷ βασιλεῖ καθ' ἑκάστην ὡς Χριστιανός ἐστι, καὶ οὐ προσίεται τὰ τοῦ Μωάμεδ δόγματα. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἤθελεν ἀκοῦσαι, ἵνα μὴ σκανδάλων ἀφορμὴ γένηται. Τότε ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τῆς νόσου καταδαπανώσης, καὶ ἀφανιζούσης τὰ σώματα, μὴ αἰδουμένης καὶ μὴ φειδομένης τῆς τυχούσης ἡλικίας, ἔφθασε καὶ εἰς τὸν ἄνηβον παῖδα τὸν τοῦ Παγιαζήτ. Μηνύει οὖν τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ λέγων· *Ὦ βασιλεῦ τῶν Ῥωμαίων, ἐμοὶ δὲ αὐθέντα καὶ πάτερ, ἤδη παρίσταμαι, καὶ μὴ θέλων ἀφίημι πάντα, καὶ ἀπέρχομαι εἰς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια. Ἐγὼ γὰρ ὁμολογῶ ὅτι Χριστιανός εἰμι, σὺ δὲ τὸν ἀρραβῶνα τῆς πίστεως καὶ τὴν σφραγῖδα τοῦ Πνεύματος οὐ δίδως μοι. Γίνωσκε τοίνυν, θανὼν ἀβάπτιστος ἔχω κατηγορίας φέρων κατὰ σοῦ ἐν τῷ κριτηρίῳ τοῦ ἀδεκάστου Θεοῦ.* Τότε ὁ βασιλεὺς καμφθεὶς τοῖς ῥήμασι τούτοις, πέμψας ἐβάπτισεν αὐτὸν, αὐτὸς ἀνάδοχος γεγονώς· καὶ τῇ ἑπιούσῃ ἡμέρᾳ τέθνηκεν. Ὁ βασιλεὺς δὲ μεθ' ὅσης τιμῆς ἔθαψεν αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Προδρόμου, ἐν τοῖς Στουδίου ἐν μαρμαρίνῳ λάρνακι πλησίον τοῦ ναοῦ ἐντὸς τῆς πύλης.

A rum, Lacedæmonis despota et principe Achaiæ benigne ac clementer allocutus ad mensæ suæ sacra admisit, et inter compotandum singulis compellatis propinavit, demumque pacifice dimisit, et responsum quod referrent tale dedit : *Nuntiate dominis vestris me pacem omnibus offerre, ab iisque oblatam amplecti. Qui fraude pacem corruperit, ipsi Deus pacis infestus esto.* Rebus ergo Manuelis imperatoris in tuto collocatis, nulliusque injuriæ obnoxiis, 54 decrevit uxorem filio suo Joanni dare ; quare per legatos a Russiæ rege (*Moscoviæ duce*) filiam ejus puellam adhuc obtinuit. Contracto deinde matrimonio Annam appellavit mutato proprio nomine. Neque tamen imperatoriam coronam ei imponere voluit, quod tunc undecimum annum tantummodo ageret. At exactis tribus annis, morboque pestilenti per Constantinopolim grassante, ingenti plebis numero hubonibus exstincto, obiit etiam imperatrix Anna, quam acerbo luctu prosecuti sunt mœsti cives. Bajazitis quoque filiorum, quos obsides Manueli dederat Musulmanus, unus isque natu grandior cum sorore sua Phatma remissus fuerat, et Prusæ educabatur. At alter litteras Græcas addiscendi amore tenebatur, et cum Joanne imperatoris F. familiariter versabatur, scholamque frequentans in litteris erudiebatur. Porro eo usque processit ejus erga scientias liberales studium, et sibi cum Joanne communem educationem tanti faciebat, ut Manuelem imperatorem adierit, rogaveritque, ut juxta Christianum ritum baptisma suscipere liceret, per singulos dies apud eum professus se Christianum esse, neque Mohamedis dogmatibus consentire. Istis auscultare noluit imperator, ne scandala inde orirentur. Verum per id tempus morbo sæviente, funeribusque omnis promiscue ætatis frequentissimis exhausta urbe, corripitur illo impubes Bajazitis filius; qui Joannem imperatorem his verbis monet : *Romæorum imperator, domine mi ac pater, jamjam vadimonium obeo, invitus omnia dimitto, et ad tribunalia, quæ illic in altera vita sunt, abeo. Profiteor equidem me Christianum esse ; tu vero fidei Christianæ arrhabonem et signaculum Spiritus suscipere mihi non concedis. Scias velim, quoniam non baptizatus mortem obeo, tibi accusationem inscripturum me apud tribunal Dei judicis incorruptibilis.* His verbis imperator emollitus ac flexus misit, qui eum baptizaret ; ipseque e sacro lavacro suscepit ; postridie tandem baptizatus satis concessit. Honorifico funere eum extulit Manuel, sepelivitque in monasterio Studitarum nomini sancti Joannis Baptistæ Præcursoris dicato ; conditumque est cadaver in arca marmorea intra monasterii portas juxta templum.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(64) *Καὶ στείλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας.* De his nuptiis pauca Phranzes, lib. I cap. 38. Illius Annæ a Rhosia seu Russia obitum accidisse anno 6925, Christi 1417, et peste consumptam fuisse scribit.

(65) *Ὁ δὲ ἄλλος ἠράσθη.* Hunc filiorum Bajazitis natu minimum Christianum fuisse testantur Laonicus lib. IV, qui Jesum eum appellat, et Phranzes, lib. I, cap. 30, eique Jusuph seu Josephum nomen fuisse tradit.

Digitized by Google

At hoc elapso triennio aliam uxorem despondere voluit Joanni liberorum primogenito, atque etiam Theodoro natu minori. Quamobrem legatos in Italiam misit ad marchionem Montisferrati, qui ejus filiam Joanni despondendam obtinuerunt. Eis pariter comes Malatesta filiam suam, ut Theodoro nuberet, tradidit. Constantinopolim cum reversi essent, nuptias secundum **55** leges et ritus connubiorum celebrat pater imperator, Romæorumque imperatorum diadematibus redimitos eos designat. Nuptias quoque Theodori et filiæ comitis Malatestæ celebrat, eumque Lacedæmonis principem ornamentis ac symbolis impositis proclamavit. Verum imperator Joannes uxorem suam aversabatur, quamvis decenti esset corpore, formoso collo, flavisque crinibus, capillos cincinnatos ad instar radiantis auri ad talos usque defluentes gestabat, lati illi erant humeri, brachia, pectus et manus egregia proportione compositæ. Digiti ipsius chrystalli nitorem ac splendorem imitabantur, corporis statura erecta ac mediocri procerior: cæterum formosissimo erat vultu, naso, oculis et superciliis, ita ut, juxta vulgare proverbium : *Anterius Quadragesimæ, pone vero Paschati similis esse videretur.* Talem conspiciens imperator Joannes ab ea abstinuit, solamque semper in lecto jacentem neglexit. Quamobrem illa in Palatii parte remota seorsim agebat. Cogitabat imperatoris Joannes eam in Italiam remittere ad paternos lares, nisi eum vetuisset amor, quo Manuelem imperatorem prosequebatur. Cum itaque penitus nosset imperatrix animum ipsius obstinatum ac pertinacem, e medio eorum clam se subducere meditabatur: tandemque aufugit, communicatis de fuga, quam parabat, consiliis cum Genuensibus qui Galatam incolebant. Quadam ergo die urbe egressa, oblectandi animi gratia abit in hortos ad captandas delicias consitos, quam secutæ sunt mulieres famulæ suæ conterraneæ: aliqui etiam adolescentes, quos secum domo paterna discedens abduxerat. Sub vesperam deinde biremen unam instructam præcipui Galatæ oppidani conscendunt, littori appellunt, et imperatricem cum honore et reverentia susceptam Peram trajecerunt, cui omnes, utpote dominæ et imperatrici, obviam processere, eamque obsequiis cunctis præstitis venerati sunt. Nihil vero eorum quæ gerebantur, quidquam vespere jam facto senserunt cives; at postridie mane per totum palatium res innotuit, quam omnes ægre tulere:

Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ παραδρομὴν ἐτῶν τριῶν ἐγγύς που ἠβουλήθη ἑτέραν ἀγαγέσθαι νύμφην τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τῷ δευτέρῳ τῷ Θεοδώρῳ· καὶ στείλας ἐν Ἰταλίᾳ (66), ἠγάγετο θυγατέρα Θεοδώρου μαρκεσίου Μόντης Φεράρα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ· τῷ δὲ Θεοδώρῳ θυγατέρα κόντε Μαλατέστα· καὶ εἰσελθόντων ἐν τῇ πόλει, καὶ στεφανώσας αὐτοὺς ὁ πατὴρ νόμῳ γάμου ταινιοῖ τούτους, καὶ βασιλεῖς Ῥωμαίων ἀναδείκνυσι· τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Μαλατέστα τῷ Θεοδώρῳ, καὶ δεσπότην Λακεδαιμονίας εὐφήμισεν, ἐνδύσας αὐτὸν τὰ παράσημα. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ἦν μὴ στέργων τὴν σύνοικον· ἡ κόρη γὰρ τῷ μὲν σώματι καὶ μάλα εὐάρμοστος· τράχηλος εὐειδὴς, θριξ ὑποξανθίζουσα, καὶ τοὺς πλοκάμους ὡς ῥύακας χρυσαυγίζοντας, μέχρι τῶν ἀστραγάλων καταῤῥεομένους ἔχουσα. Ὤμους πλατεῖς, καὶ βραχίονας, καὶ στέρνα καὶ χεῖρας ἐμμέτρους, καὶ δακτύλους χρυσταλλοειδεῖς, καὶ τὴν πᾶσαν ἡλικίαν τοῦ σώματος ἀνωῤῥεπῆ, καὶ πολὺ εἰς τὸ ὀρθιον ἱσταμένη· ὄψις δὲ καὶ χεῖλη, καὶ ῥινὸς κατάστασις, καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ὀφρύων σύνθεσις εὐειδεστάτη πάντασιν, ὡς ἔπος χυδαῖον εἰπεῖν· Ἀπ' ἐμπρὸς Τεσσαρακοστή, καὶ ὄπισθεν Πάσχα. Τοιαύτην οὖν ἰδὼν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης οὐκ ἐμίγη ταύτῃ, οὐδὲ τὸ παράπαν σύγκοιτος ταύτης ἐγένετο. Διὸ καὶ μονάζουσα ἦν ἐν ἑνὶ τῶν κοιτώνων τοῦ παλατίου. Ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς ἠβουλήθη πέμψαι ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς δόμοις, καὶ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ βασιλέως Μανουὴλ στοργὴν ἐκωλύετο. Ἡ δὲ βασιλὶς ὁρῶσα τὸ ἀμετάθετον (67) τῆς γνώμης αὐτοῦ, ἠβουλήθη διαδρᾶσαι ἐκ μέσου αὐτῶν· ὅ καὶ πεποίηκε πέμψασα εἰς τοὺς Γενουΐτας τοῦ Γαλατᾶ, καὶ δηλώσασα τὴν αὐτῆς ἀποδημίαν. Μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἔξεισι τῆς πόλεως ἐν τινι τῶν τερπνῶν κήπων εὐθυμίας χάριν σὺν ταῖς γυναικωνίτισι ταῖς ὁμογλώσσοις, καὶ σὺν ὀλίγοις νέοις, οὓς ἀπὸ τοῦ πατρικοῦ οἴκου ἐξήγαγε. Καὶ πρὸς ἑσπέραν διήρη μίαν ἑτοιμάσαντες, καὶ οἱ τοῦ Γαλατᾶ προὔχοντες εἰσελθόντες, καὶ τῷ αἰγιαλῷ πλησιάσαντες, ἐντίμως αὐτὴν λαβόντες τὴν περαίαν διέβησαν, καὶ πάντες προϋπήντων αὐτὴν, καὶ δουλικῶς προσεκύνουν ὡς κυρίαν αὐτῶν καὶ δέσποιναν. Οἱ δὲ τῆς πόλεως μηδ' ὁτιοσοῦν ἐννοήσαντες τὸ δρᾶμα ἑσπέρας ἤδη καταλαβούσης· τῇ ἔωθεν οἱ τοῦ παλατίου πάντες μαθόντες τὸ γεγονὸς ἐδυσχέραινον· καὶ μὴ φέροντες τὴν καταφρόνησιν ἣν ὑπέστησαν παρὰ τῶν τοῦ Γαλάτου, ἡτοιμάζοντο καταδραμεῖν, καὶ ἀφανίσαι τὰ αὐτῶν προάστεια. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐκώλυσεν (68)· ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης τὸ γεγονὸς ἀπε-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(66) *Καὶ στείλας ἐν Ἰταλίᾳ.* Hæ secundæ Joannis imperatoris nuptiæ juxta Phranzem celebratæ sunt anno 6927 (Christi 1419), Januarii 19, ita ut biennium intercedat ut plurimum inter mortem Annæ a Russia, et secundas istas nuptias : nequaquam vero triennium secundum Ducæ calculum, qui hanc alteram Joannis uxorem Sophiam appellatam, eximia et absoluta pulchritudine nitentem ironice describit: ejusque partes anteriores Quadragesimæ, posteriores Paschati, proverbio non ninis honesto, comparat. Hinc facie macilenta nec florida deformemque fuisse concludere licet. De illa Laonicus, lib. IV non longe a fine illam narrat ἐπαινικῆ μὲν τὸν τρόπον, ἀηδῆ δὲ τὴν ὄψιν, *moribus quidem honestis, sed ingrata ac deformi facie* fuisse.

(67) *Ἡ δὲ βασιλὶς ὁρῶσα τὸ ἀμετάθετον.* Cap. ultimo lib. I Phranzes eam aufugisse testatur anno 6934 (Christi 1426), Augusto mense.

(68) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐκώλυσε.* Phranzes et Ducas dissentiunt in assignando tempore,

Digitized by Google

δέξετο· ἦν δὲ τὰ φορτία φέρουσα μία ναῦς ὑπερμεγέθης τῶν Γενουϊτῶν, ἑτοίμως ἔχουσα τοῦ πλεῦσαι ἐν Ἰταλίᾳ. Ἀνέμου δὲ βοραΐος [βορέου] πνεύσαντος, εἰσῆλθεν ἐντίμως μετὰ δόξης ἡ βασιλὶς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ ἱστία πτερώσαντες εἰς Ἰταλίαν ἀφίκοντο, ἄλλο μηδὲν ἕτερον κερδάνασα, πλὴν τοῦ οὗ ἐστέφθη στέμματος, εἰποῦσα καὶ τοῦτο, Ἀρκεῖ μοι τοῦτο εἰς μαρτύριον ὅτι βασίλισσα τῶν Ῥωμαίων ἐγενόμην, καὶ εἰμί· περὶ δὲ θησαυρῶν μυριοταλάντων οὐ μέλει μοι. Ἐλθοῦσα δὲ ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς ἐπαρχίας τῶν Φεράρων, καὶ μαθόντες οἱ τῆς ἡγεμονίας ἐκείνης προὔχοντες, σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς μαρχεσίῳ ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν αὐτῆς, καὶ προπέμψαντες αὐτὴν μέχρι τῶν παλατίων τῆς πατρικῆς ἑστίας. Αὐτὴ εἰς ἓν τῶν μοναστηρίων ἐλθοῦσα ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ᾑρετίσατο, καὶ τῷ Θεῷ ἑαυτὴν ἀναθεῖσα τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς ἀνεπλήρωσεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης (69) στεῖλας εἰς Κομνηνὸν Ἀλέξιον βασιλέα Τραπεζοῦντος, ἡρμόσατο τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μαρίαν εἰς γυναῖκα, ὡραίαν καὶ κάλλει καὶ ἤθει· καὶ ἀγαγόντες ἀπὸ Τραπεζοῦντος, κατήγαγον ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωσὴφ διὰ τῶν συνήθων ἱεροτελεστιῶν εἰς ἓν συνῆψε, καὶ δέσποινα Ῥωμαίων ἀνηγορεύθη. Ὁ βασιλεὺς δ' ἀπέρας ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως (70) σὺν τριήρεσι πλείσταις, κατῆλθεν ἕως Πελοπόννησον. Καὶ τὸν πρίγκιπα Ἀχαΐας ὑποτάξας, καὶ ἑτέρους ἀπογόνους, τοὺς ἐκ τῆς Ναυάρας καταγομένους ὑποχειρίους λαβών, ἀνῆκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καταλιπὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεόδωρον δεσπότην πάσης Πελοποννήσου. Ἐπαναζεύξας δὲ καὶ εἰς Καλλιούπολιν ἐντυχὼν τῷ Μαχουμέτ· καὶ τοσαύτην πίστιν ἐνδειξάμενος εἰς τὸν βασιλέα, ὡς καὶ ἐν τῇ τριήρει

nec se contemptos ac spretos ab oppidanis Galatæ inultosque sustinebant; jamque ab ipsis arma sumpta ad invadenda funditusque evertenda suburbia eorum, nisi impetum coercuisset Manuel imperator. Cæterum his quæ acta erant, lætatus est Joannes. Aderat autem actuaria navis prægrandis Genuensis, quæ in Italiam mox solvebat. Orto itaque Borea vento, illam decenter apparatam conscendit imperatrix, velisque expansis in Italiam contendit. Hæc equidem præter coronationis gloriam ac decus nihil lucri reportaverat: taliaque verba **56** jactabat: Hoc unum mihi sufficiens testimonium est, quod Romæorum imperatrix facta, titulum istum retineam: nec de thesauris amplissimis sollicita sum. Tandem cum ad fines ditionis Montisferrati venisset, ad famam adventus obviam processit frater ipsius marchio, quem comitabantur regionis illius proceres et nobiles, eamque in palatium paternum deduxere. In monasterium quoddam ipsa deinde secedens habitationem illic elegit, et reliquum vitæ tempus Deo devota et consecrata exegit. Uxorem deinde imperator Joannes sibi habuit Mariam Alexii Comneni Trapezuntini imperatoris filiam, formosam certe et moribus commendabilem, quam ab eo consecutus est, missis Trapezuntem legatis, qui Constantinopolim eam advexerunt. Patriarcha deinde Josephus per solemnes ritus sacros simul conjunxit, ipsaque Romæorum despœna seu imperatrix appellata est. Imperator quoque Manuel Constantinopoleos portu solvens cum plurimis triremibus in Peloponnesum usque navigavit. Achaiæ principem in ordinem redactum sibi parere coegit: aliosque, a

Ismaelis Bullialdi notæ.

quo Sophia in Italiam aufugit. Ducas Manuele superstite id factum tradit: contra vero Phranzes jam obiisse diem Manuelem astruit: fato siquidem concessit Manuel, ut refert Phranzes, lib. I, cap. ultimo, anno mundi 6933 [Christi 1425] Julii die 21. Sophia vero anno 6934. mense Augusto, aufugit, post mortem scilicet Manuelis. Aliud etiam hoc loco notabimus circa temporis momenta a Phranze indicata de Manuelis obitu et Joannis initiis. Mors Manuelis contigit anno prædicto 6933 Julii 21. Capite deinde primo lib. II, narrat anno 6934 mense Augusto rerum summam ad Joannem imperatorem devolutam fuisse. Quod equidem verisimile mihi non videtur, Joannem jam coronatum imperatorem post annum a morte patris Manuelis, rerum summam adeptum esse. Phranzem ergo, aut qui illum transcripsit, errasse puto, vel, pro Septembre mense Augustum scripsisse: vel si Augusto mense Joannes imperii administrare res cœpit, pro anno 6934 legendum esse anno 6933.

(69) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης.* Phranzes, lib. II, cap. 1, anno 6935 [Christi 1427] Augusti 29, Mariam Trapezuntinam Constantinopolim advenisse, et anno 6936 [eodem Christi anno 1427,] mense Septembri, nuptiarum solemnia celebrata esse scribit. At Laonicus rerum ordinem perturbans narrat, postquam marchionis Μονφεράτης filia aufugisset, aliam uxorem Joannem duxisse ἀπὸ τῆς Σαρματίας τοῦ Σαρμάτων ἡγεμόνος θυγατέρα. *E Sarmatia Sarmatarum*, id est, Russiæ seu Moscoviæ, *regis filiam*; quod duobus testibus Ducæ et Phranzi repugnat, qui tertiam Joannis uxorem Trapezuntini imperatoris filiam esse asserunt.

(70) *Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀπέρας ἀπὸ Κωνσταντινούπ.* Auctor noster trium uxorum Joannis historiam digressione usus hactenus pertexuit. Redit deinceps ad narrationis seriem, exponitque Manuelis in Peloponnesum profectionem: quam imperator hiece, anno adventum Annæ a Russia sequenti, teste Phranze suscepit, mundi nempe 6923 (Christi 1415), cujus mense Martio die 23, in Cenchrearum portum salvus venit. Anno deinde sequente 6924, Constantinopolim rediit. Profectionis illius mentionem facit Laonicus, lib. IV, Hexamiliumque, quod et Phranzes testatur, ab eo refectum. Martinus papa V indulgentias plenarias postea concessit illis qui ad Hexamilium propugnandum abire vellent. Quoniam vero de Cenchrearum navali et portu hic mentio injecta est, lectorem admonebimus Leunclavium, lib. XIV *Historiæ Musulmanicæ*, et in *Pandectis Historiæ Turcicæ*, cap. 120, nec sibi constare nec veritatem assecutum omnino esse. Non sibi similis est, quod lib. XIV, Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum collocet; cap. vero 120 *Pandect.* in Laconia seu Tzaconia. Quod impossibile est, in duobus locis eamdem urbem sitam esse. Veritatem partim assecutus est, cum Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum sitam dixit; at Coriuthus non est, sed Cenchreæ in Saronico sinu, ubi quondam fuerunt [illegible]orum navalia.

Digitized by Google

Navarræis illuc profectis genus ducentes, in ditionem suam redegit: indeque Constantinopolim revertitur, relicto Theodoro filio universæ Peloponnesi domino. Cum vero Callipolim appulisset, cum Mahomete collocutus est: qui, quantum imperatori confideret, triremem ejus ingressus, cibumque simul capiens palam approbavit. Imperator quoque, multa dona ei largitus ejusque purpuratis, inde cum cæteris triremibus solvit, et summa cum lætitia navigationem absolvit. Advenientis etiam in occursum processit universus Constantinopolis populus cum patriarcha et senatu: faustisque acclamationibus et hymnis prosecuti in palatium deduxerunt: huncque exitum expeditio ejus sortita est.

A τῇ βασιλικῇ εἰσελθών, καὶ συνεστιαθεὶς τῷ βασιλεῖ. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν σὺν δώροις πλείστοις, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεξιώσας, ἐξῆλθε· καὶ αἱ τριήρεις σὺν τῷ βασιλεῖ μετὰ χαρᾶς ὅτι πλείστης τὴν ἐπάνοδον ἦνυον. Καὶ οἱ τῆς Κωνσταντίνου ἅπαντες σὺν τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ μετ' εὐφημίας καὶ ὕμνων ἐν τῷ παλατίῳ ἀπήγαγον· καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου ἐπλήρωτο.

57 CAPUT XXI.

Mahometes in Asiam trajicit. Cineitem in ordinem redigit (71), *cujus insolentia maxima erat. Magnus Rhodi magister castrum Smyrnæ instaurat, sed a Mahomete prohibetur. Smyrna ab uxore Cineitis Mahometi deditur. Magno magistro concessum ædificare castrum in Cariæ et Lyciæ finibus. Cineites veniam impetrat. Turci bello navali Naxum aggrediuntur, prælio a Veneta classe superantur. Veneti Lampsaci turrim frustra tentant. Cineites Nicopoli ad Danubium præficitur. Novam religionis sectam in Ionia a monacho Turco institutam multi amplectuntur, adversus quos Muhametes Susmani filium et deinde Hali Begum misit: qui re infeliciter gesta occubuerunt, Tandem a Morate Mahometis filio Bajazite Bassa oppressi ac deleti sunt, et paupertatem voluntariam profitentes interfecti.*

At Mahometes, rebus in occidentalibus provinciis rite constitutis, turbis ubique compositis, in partes orientales trajecit: Prusam venit, ibique refectis ædificiis quæ Caramanus incenderat, illinc in Asiam profectionem instituit. Etenim Caramanus per illud tempus, quo Mahometes Constantinopolim profectus bellum adversus Mosem gessit, ab Iconio cum exercitu Prusam advolat, eamque diripit. Bajazitis quoque, qui et Mahometis parens fuerat, ossa e sepulcro eruta igni tradidit. Iste enim Bajazites hujus Caramani patrem Iconii olim capite truncari jusserat. Asiam itaque ingressus Mahometes Cineitem superbia elatum sensit, et supra metas, ut vulgo dicitur, transilientem. Ubi vero Pergamum Asiæ devenit, illico Cineitem monet, ut locis, quæ illic occupabat, cedat, provinciaque excedat. Verum Cineites eum prorsus floccifaciens castra munire, quietusque exspectare illius adventum. Mahometes igitur Cymam veniens, quæ Cineitis partes sequebatur, præsidiariis, ut se dedant, per feciales denuntiat, recusantesque deinde expugnat. Omnes qui Cineiti militabant neci dedit, indigenasque liberos esse jussit. Illinc discedens venit in Campum Mænomeni, in quo exstructum erat castrum munitum, quod Archangeli nomine appellabatur, Turcis vero nomine mutato Kagiacik: id magna vi oppugnatum recepit, indeque Nymphæum profectus est: quo

B Ὁ δὲ Μαχουμὲτ τὰ τῆς δύσεως μέρη καλῶς ἀπαρτίσας, καὶ ταραχὴν οὐδεμίαν ἐξόπισθεν ἀφείς, περᾷ τὰ τῆς ἑῴας μέρη· καὶ ἐν τῇ Προύσῃ ἐλθών, καὶ τὰ ἀφανισθέντα καὶ πυρὶ παραδοθέντα οἰκοδομήματα παρὰ τοῦ Καραμὰν ἀνανεώσας, ἐκεῖθεν εἰς Ἀσίαν καταίρει. Ὁ γὰρ Καραμάν, ὅτε ὁ Μαχουμὲτ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν ἠγωνίζετο κατὰ τοῦ Μωσῆ, ἀπάρας ἀπὸ Ἰκονίου εἰς Πρόῦσαν σὺν δυνάμει κατῆλθε, καὶ λεηλατήσας αὐτὴν, καὶ τὰ ὀστᾶ τοῦ Παγιαζὴτ τοῦ πατρὸς τοῦ Μαχουμὲτ ἀνακομίσας ἐκ τοῦ τάφου, πυρὶ παρέδωκεν. Ὁ γὰρ αὐτὸς Παγιαζὴτ ἀπεκεφάλισέ ποτε ἐν Ἰκονίῳ τὸν πατέρα τοῦ ῥηθέντος Καραμάν. Κατελθὼν δὲ ἐν Ἀσίᾳ εὗρε τὸν Τζινεὴτ μεγαλυνθέντα, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσχαμμένα πηδῶντα· ἐλθὼν δὲ ἐν Περγάμῳ τῆς Ἀσίας μηνὶ C τῷ Τζινεὴτ παραχωρῆσαι, τῶν ἐκεῖ δὲ ἀφεῖναι τὴν ἐπαρχίαν. Ὁ δὲ Τζινεὴτ οὐδὲ τὸ παράπαν ἡγησάμενος, ἠσφαλίσατο τὰ κάστρα, καὶ ἑκάθητο ἐκδεχόμενος τὴν ὑπαντὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ ἐλθὼν εἰς Κύμην (72), καὶ ζητήσας τὸ φρούριον, ἦν γὰρ κρατῶν διὰ τὸν Τζινεὴτ, πολεμήσας κατέσχε. Καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας αὐτοῦ ξίφει ἀνεῖλε, τοὺς δὲ ἐγχωρίους ἠλευθέρωσεν. Ἀπάρας δὲ ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὸν τοῦ Μαινομένου κάμπον, ἦν δὲ ἐκεῖ φρούριον ὀχυρὸν, τὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου λεγόμενον, οἱ Τοῦρκοι δὲ Καγιατζὴκ (73) μετωνόμασαν, κἀκεῖνο σὺν πλείστῃ δυνάμει καὶ ἀκροβολισμοῖς παραλαβὼν ἦλθεν εἰς Νύμφαιον (74)· καὶ τὸ Νύμφαιον σὺν πολέμῳ λαβὼν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(71) Leunclavius, *Histor. Musulm.* lib. XII, et in *Annalibus Turcicis* expeditionis Mohametis contra Cineitem, qui illi Ismyroglius est, nullum verbum facit, sed adversus Caramanum in Asiam movisse scribit.

(72) *Ἐλθὼν εἰς Κύμην.* Κύμη πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος. Stephanus De urbibus. Idem Strabo, lib. II, Dominicus Marius Niger vult esse Phocæam novam, quæ Lesbo objacet.

(73) *Τὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου λεγόμενον, οἱ Τοῦρκοι δὲ Καγιατζήκ.* Notitia Metropoleon sub Smyrnæ throno habet ἐπίσκοπον τοῦ Ἀρχαγγέλου, qui procul dubio is est cujus hic nomen a nostro refertur. D

(74) *Τὸ Νυμφαῖον.* Urbis istius nomen in partibus Æolidis, Lydiæ, aut Ioniæ in antiquis Geographis non reperitur: Ptolemæus, Strabo et Stephanus in Taurica Nymphæum habent inter Panticapæum et Theodosiam. Abrahamus Ortelius hujus nostri in Lydia Nimphæi nullum verbum facit. At Gregoras duobus in locis de eo loquitur oppido, lib. II, in fine, ubi de Joannis Ducæ obitu, qui in eo obiit, περὶ τὸ Νυμφαῖον τότε ποιούμενος τὰς διατριβάς, et lib. VI, cap. 13, ubi de Porphyrogenito verba facit, ἐπεὶ δὲ τέως περὶ τὸ Νυμφαῖον τῆς Λυδίας ἐτύγχανε, etc.

Digitized by Google

ἦλθεν εἰς Σμύρναν. Τὴν δὲ Σμύρναν ὡς ἔπρεπε τειχίσας, καὶ πλείστους τῶν στρατιωτῶν ἐμβαλὼν, καὶ μεγάλην σύνταξιν ἑτοιμάσας διά τε ὅπλων καὶ ἀνδρῶν, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων παρασκευῶν, ὁ Τζινεὴτ αὐτὸς εἰς Ἔφεσον ἦλθε, καταλιπὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Παγιαζήτ, καὶ τὰ τέκνα ἐν Σμύρνῃ ἔγκλειστα. Τὸν δὲ γαμβρὸν αὐτοῦ καὶ δοῦλον, Αὐδουλᾶν ὀνόματι, εἰς τὸ Νύμφαιον εὑρόντες οἱ τοῦ Μαχουμὲτ, ἦν γὰρ φύλαξ τοῦ φρουρίου, ἀπήγαγον παραστήσοντες τῷ Παγιαζήτ Βεζίρῃ ἤγουν μεσάζοντι τοῦ Μαχουμέτ· ἦν γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ἀδείᾳ πολλῇ, δεύτερος ἀρχηγὸς ὡς ἔπος εἰπεῖν· δοῦλος γὰρ ὑπῆρχε τοῦ Μαχουμὲτ, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ δουλείαν κατέστησεν ἄρχοντα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ὁ ῥηθεὶς Παγιαζὴτ ἔτι ὄντος ἐν Θράκῃ τοῦ Μαχουμὲτ γράφει πρὸς τὸν Τζινεήτ· *Εἰ βούλει τοῦ εἶναί σε κύριον Ἰωνίας καὶ μὴ ἔχειν τὸν τυχόντα πειρασμὸν παρ' ἡμῖν, δός μοι τὴν σὴν θυγατέρα νόμῳ γάμου, καὶ ἔσομαί σοι γαμβρὸς, σὺ δ' ἐμὸς πενθερὸς γενήσῃ, καὶ ἔκτοτε ἔσο ἀμερίμνως διάγων ἐν τῇ σῇ ἡγεμονίᾳ.* Ὁ Τζινεὴτ δὲ θέλων δηλῶσαι τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ καὶ ὑπερηφανίαν ἐνώπιον τοῦ πυκταχοκομιστοῦ (75), παρισταμένου τοῦ Αὐδουλᾶ δούλου ὑπάρχοντος αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτόν· *Τίνος εἶ δοῦλος;* Ὁ δὲ, *Τῆς σῆς αὐθεντίας.* Ὁ δὲ Τζινεὴτ, *Καὶ ποίου γένους;* Αὐδουλᾶς δὲ, *Τῶν Ἀλβανῶν. Ποίας θρησκείας;* Ὁ δὲ Αὐδουλᾶς, *Πρώην μὲν Καβοὺρ ὑπῆρχον, νῦν δὲ Μουσουλμάνος.* Ὁ δὲ Τζινεὴτ πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ φησιν· *Τὴν σήμερον ἡμέραν κατ' ἐνώπιον πάντων ὑμῶν ἰδοὺ δίδωμι τὴν ἐμὴν θυγατέρα εἰς γυναῖκα νόμιμον τῷ ἐμῷ δούλῳ Αὐδουλάχ· καὶ ποιῶ τοῦτον ἐλεύθερον καὶ γαμβρὸν ἀπὸ τὴν σήμερον, καὶ ἔνα τῶν ἐμῶν συγγενῶν.* Εὐφημήσαντες δὲ πάντες τὸν Τζινεὴτ οἱ συνεδριάζοντες, ἀνοίξας τὸ στόμα πρὸς τὸν ἀπεσταλμένον τοὺς λόγους τούτους εἴρηκεν· *Ἀνάγγειλον τῷ κυρίῳ σου Παγιαζήτ, ὅτι ἀναλάβομεν γαμβρὸν ἐκ τῶν Ἀλβανῶν ὡς ἐκεῖνον, δοῦλον ἀργυρώνητον ὡς ἐκεῖνον, πώκερον ὑπὲρ ἐκεῖνον, καὶ φρονιμώτερον παρ' ἐκεῖνον.* Ὁ δ' ἀπεσταλμένος συνιεὶς τοὺς λόγους, ἀπεκάλυψε πᾶσαν τὴν περίληψιν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ ἦν ἔκτοτε τρέφων μανίαν ἄσπονδον κατὰ τοῦ Τζινεήτ. Εὑρὼν δὲ καιρὸν ὃν ἐδέετο συλλαβὼν τὸν Αὐδουλᾶν εἰς τὸ Νύμφαιον τοὺς ὄρχεις αὐτοῦ ἐξεθέρισεν εὐνουχίσας αὐτόν. Ἀλλ' ἐπανίωμεν αὖθις εἰς τὸν τῆς ἱστορίας εἰρμόν.

Ὁ γὰρ Μαχουμὲτ ἐλθὼν εἰς Σμύρναν, καὶ περικυκλώσας αὐτὴν, εὗρεν ἐκεῖ τὸν μεγαμαγίστοραν Ῥόδου σὺν τριήρεσι τρισὶ, ἀνοικοδομοῦντα τὸ φρούριον τὸ παρὰ τοῦ Τεμὺρ φθαρὲν, καὶ μὴ θέλοντος τοῦ Τζινεήτ. Τότε οἱ τῶν πέριξ νήσων ἡγεμόνες μαθόντες τὴν ἄφιξιν τοῦ Μαχουμὲτ ἐν τῇ Σμύρνῃ, ἅπαντες ἔθεον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ διὰ δύο τινῶν αἰτιῶν,

A expugnato Smyrnam abiit. Cineites autem Smyrnam validis propugnaculis muniverat, magnamque manum præsidiariorum militum imposuerat. Instructo deinde armorum apparatu ingenti, militumque numero magno conscripto, cæterisque necessariis comparatis, Ephesum discessit, relictis matre ac fratre Bajazite, liberisque suis intra Smyrnæ muros conclusis: **58** gener ipsius, qui et servus erat, Audulasque vocabatur a Mahometis ducibus Nymphæi, cujus custodiæ præfectus erat, comprehenditur, et in conspectum Bajazitis vezîri; id est mesazontis, Mahometis adducitur. Hic potentia ac opibus cæteros antecellebat, et ut alter imperator eminebat. Inter mancipia Mahometis
B fuerat; quodque servitio promptus et habilis magis videretur, familiæ totius directio ipsi concredita est. Hic itaque, de quo nobis sermo, Bajazites ad Cineitem, cum in Thracia adhuc ageret Mahometes, scripsit: *Si dominium Ioniæ retinere cupis, neque a nobis ullatenus lacessiri, filiam tuam legitimo conjugio mihi junge, tuus gener ero, tu vero socer meus eris, deinceps que securus et quietus in tua ditione vives.* At Cineites animi superbiam ac fastum ostentare cogitans, coram nuntio, qui litteras ipsi attulerat, ad se venire jubet mancipium Audulam, qui ipsi serviebat, eumque interrogat: *Cujusnam es servus?* Respondit iste, *Dominationis tuæ.* Cineites iterum, *Unde natus es?* Ad quem Audulas, *Albanus sum. Cujus religionis?* respondit
C Audulas: *Antea Cavur eram, nunc Musulmanus sum.* Conversus illico ad proceres aulæ suæ Cineites fatur: *Hodie coram vobis omnibus filiam meam uxorem legitimam servo meo Andulach nuptum do: eumque libertate dono, generumque in posterum adscisco, et inter affines meos.* His Cineitis sermonibus universus consessus applausit. Ipse vero ad nuntium Bajazitis hocce responsum dedit: *Renuntia hero tuo generum mihi ex Albanis, cujus gentis ipse quoque est, adscivisse; mancipium pecunia emptum, paris etiam ac ipse conditionis, verum ipso juniorem et prudentiorem.* Nuntius igitur Bajazitis intellectis ejusmodi verbis, ad herum reversus omnia refert, qui deinceps adversus Cineitem odio capitali exarsit: occasione demum,
D quam avide expetebat, oblata, injuriam spretæ affinitatis ultus, captum Audulam apud Nymphæum resectis testiculis eunuchum fecit. Redeamus autem ad historiæ seriem.

Mahometes Smyrnam profectus obsidione eam cingit. At Rhodi magnum Magistrum illic invenit cum tribus triremibus, castrum, quod a Temyre eversum fuerat, invito etiam Cineite instaurantem. Cum vero Mahometis Smyrnam adventus fama diffusa fuisset, ad illum conveniunt omnes insularum vicinarum duces duabus de causis: cum prop-

Ismaelis Bullialdi notæ

(75) *Πυκταχοκομιστοῦ.* Phavorinus, Πυκτὸς πίναξ παρ' Ὁμήρῳ τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τοῖς ὕστερον δηλοῖ. Πυκτός *apud Homerum abacum seu tabulam significat, apud recentiores epistolam.*

Digitized by Google

ter ipsius bonam mansuetamque indolem, viresque cæteris superiores, tum propter Cineitis fraudes et deprædationes. Accesserunt ergo Phocæarum principes, partim itinere terrestri, partim mari vecti. Carmianus Phrygiæ superioris princeps, Mantachias Cariæ, Mitylenes Regulus triremibus delatus, Chii quoque dominus **59** et ipse nave advectus; jamque illic aderat magnus Rhodi magister. Cuncti isti, ut colerent eum, illuc sunt profecti, ut etiam gratularentur ipsi de Cineite pessumdato; quos omnes fraterna amicitia complexus est. Per decem dies oppugnata Smyrna, insularibus omnibus, pro virium modo singulis, auxilia navalia ferentibus adversus obsessos: decimo die Cineitis mater, et uxor ipsius cum liberis urbe excedunt, et ad Mahometem supplicantium habitu accedunt, veniam erroris ac criminis admissi orantes. Ab iis traditam Smyrnam recepit, deinde multis in locis muros solo æquavit, propugnacula quoque et turres partim diruit, incolisque habitandam mœnibus nudatam permisit. Interea magnus Rhodi magister turrim quamdam capacissimam ad portus ingressum ædificabat, jamque supra altitudinis semissem illam erexerat: cum Turci, Mahometis jussu, noctu eam radicitus demoliti sunt. Mane cum facinus cognovisset magnus Rhodi magister, id ægre ac graviter ferens ad principem Mahometem accessit, longamque orationem ad ipsum habuit: in medium adducens, quod, dum regioni illi imperasset Atives, castrum illud impensis Rhodiorum constructum sit. Sin minus locum dederit ei instaurando, difficilia utrinque jurgia intercessura inter dominationem ipsius et beatissimum papam: fore etiam ut ingens exercitus ab occiduis partibus profectus ditionis ejus magnam partem devastet ac evertat. Mahometes hisce sermonibus æquo animo auditis, nihil inclementius respondit. Recens enim adhuc Turcorum animis inhærebat memoria eorum quæ a Scythis, in eos severe ac aspere animadvertentibus, passi erant: *Ego quidem, inquit, o pater, erga omnes Christianos liberalis ac magnificus esse cupiebam. Regium enim hoc præcique est, bonos beneficiis locupletare, pravos pœnis subjicere, etiamque subditorum utilitati studere. Sane cum in has regiones advenissem, multi coram me se stiterunt Musulmani, qui animum nostrum ad id incitarunt hac ratione ducti; quamvis Temur in Asia nihil, quod utile sit, patraverit, insigne tamen servatæ Ioniæ monumentum posuit, eversa ac diruta aree, quæ Smyrnæ imposita erat: omnes enim servilis conditionis Iones, in illam arcem confugientes liberi evadebant. Qui vero terrestre iter*

διὰ τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἡμερότητα, καὶ τὸ ὑπερβολικὸν τῆς δυνάμεως τοῦ Μαχουμὲτ, καὶ διὰ τὸ πανοῦργον καὶ ληστρικὸν τοῦ Τζινεήτ. Οἱ τῶν Φωκαιῶν οὖν ἔξαρχοι οἱ μὲν διὰ ξηρᾶς, οἱ δὲ διὰ θαλάσσης· ὁ Καρμιὰν τῆς ἄνω Φρυγίας, ὁ Μαντα-χίας Καρίας, ὁ Μιτυλήνης διὰ τριήρεων, ὁ Χίου καὶ αὐτοὶ [αὐτὸς] διὰ τριήρους, ὁ Ῥόδου καὶ ἦν ἐκεῖ, ἅπαντες εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ καὶ συνδρομὴν ἕνεκα τῆς καταλύσεως τοῦ τυράννου· καὶ τοὺς ἅπαντας ἀσπασίως ὡς ἀδελφοὺς ἠσπάσατο. Ποιήσας οὖν ἡμέρας δέκα πολεμῶν τὴν Σμύρναν, καὶ συμβοηθοῦντες ὡς δυνατὸν καὶ οἱ τῶν νήσων διὰ θαλάσσης, ἐν τῇ δεκάτῃ ἐξῆλθεν ἡ μήτηρ τοῦ Τζινεὴτ σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησαν τῷ Μαχουμὲτ αἰτοῦντες συγχώρησιν τῶν ἐπταισμένων. Παρέδωκαν οὖν τὴν Σμύρναν, καὶ παραλαβὼν αὐτὴν, καὶ εἰς πολλὰ μέρη κατεάξας ἕως γῆς τὰ τείχη ταύτης, καὶ τοὺς προμαχῶνας, καὶ πύργους αὐτῆς καθελὼν ἐκ μέρους ἀφῆκε τοὺς οἰκήτορας κατοικεῖν ἀπεριφράκτους. Ὁ μέγας δὲ μαγίστωρ (76) ἦν οἰκοδομῶν πύργον ἕνα παμμεγέθη ἐν τῷ στόματι τοῦ λιμένος, ἀναβιβάσας αὐτὸν ὑπὲρ τὸν ἥμισυν. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ διὰ τῆς νυκτὸς κελεύσας τοῖς Τούρκοις ἠρείψαν ἀπὸ βάθρων. Πρωΐας δὲ ἰδὼν ὁ μαγίστωρ τὸ γεγονὸς, καὶ δεινοπαθήσας ἦλθεν εἰς τὸν ἡγεμόνα, καὶ πολλοὺς λόγους εἰπὼν, καὶ παραστήσας πῶς τὸ φρούριον ἐκτίσθη ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Ἀτὴν διὰ ἀναλωμάτων τῆς Ῥόδου· καὶ εἰ μὴ δώσει χώραν τοῦ ἀνοικοδομηθῆναι, ἔσονται σκάνδαλα ἀνὰ μέσον ἡγεμονίας αὐτοῦ καὶ τοῦ μακαριωτάτου πάππα. Καὶ ἐλεύσεται δύναμις μεγάλη ἀπὸ τὰ ἑσπέρια μέρη, καὶ ἀφανιεῖ πολλοστὸν μέρος τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ πρᾴως φέρων τοὺς λόγους αὐτοῦ εὐήθως ἀπεκρίνατο. Ἦν γὰρ ἀκμὴν κρατοῦσα ἡ τῶν Σκυθῶν παιδεία, καὶ τιμωρία ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν Τούρκων· *Ἐγὼ μὲν, πάτερ, ἐβουλόμην εἶναι πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου Χριστιανοῖς μεγαλόδωρος καὶ φιλότιμος· καὶ γὰρ τὸ τῆς ἡγεμονίας ἴδιον τοῦτ' ἐστὶ, τὸ τοὺς καλοὺς εὐεργετεῖν, καὶ τοὺς πονηροὺς τιμωρεῖν· ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ὑπηκόου συμφέρον δεῖν πραγματεύεσθαι· ἐλθὼν γὰρ ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις, εὗρον πολλοὺς τῶν Μουσουλμάνων παροτρύνοντάς μου καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν, λέγοντας· Εἰ καὶ οὐδὲν χρηστὸν εἰργάσατο ὁ Τεμὺρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀλλὰ τὸ διαφθεῖραι καὶ ἐρείπιον ἀφεῖναι τὸ πολίχνιον τὸ ἐν Σμύρνῃ, μέγα μνημόσυνον ἀνέθηκε τῇ Ἰωνίᾳ· οἱ γὰρ ἐν τύχῃ δουλείας Ἰωνεῖς δουλεύοντες πάντες εἰς ἐκεῖνο καταφεύγοντες ἐλευθερίας ἐτύγχανον· καὶ οἱ ἐν τριόδοις διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ πελάγους ἐν θαλάσσῃ πλέοντες διὰ τῶν ληστρικῶν ἀκατίων πάντες τύχῃ*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(76) Ὁ δὲ μέγας μαγίστωρ. Magnus magister militiæ Hierosolymitanæ tunc fuit frater Philibertus de Nailaco natione Gallus, et antequam magnus magister electus fuisset, Aquitaniæ prior. Creatus fuit sociorum suffragiis anno 1396, ut lib. IV tradit Jacobus Bosius, anno 1409. Pisas appulit, ad concilium proficisci cogitans, et Constantiensi interfuit. Rhodum deinde rediit anno 1420, et sequenti 1421 obiit, ut idem Bosius lib. V testatur. Verum de illius incepto Smyrnæ castrum iterum excitandi, deque cum sultano Mehemete colloquiis verbum nullum facit.

Digitized by Google

δουλείας ἐδεσμοῦντο, καὶ ἦν ἄσπονδος ἔχθρα τῶν φρερίων ἔν τε ἠπείρῳ, ἔν τε θαλάττῃ μετὰ τῶν Τούρκων. Ἐμακαρίζετο οὖν διὰ τοῦτο ὁ ἀσεβὴς Τεμύρ. Νῦν δὲ βούλει τοῦ εἶναί με ἀσεβέστερον τοῦ τυράννου ἐκείνου; οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι. Πλὴν γενέσθω καὶ τὸ σοὶ βουλητόν, καὶ τὸ παρὰ τῶν Τούρκων αἰτηθὲν ἀσάλευτον· δίδωμί σοι ἐν τοῖς ὁρίοις Καρίας καὶ Λυκίας τόπον ὅσον βούλει, καὶ ἄπελθε οἰκοδομήσων, ὁποῖον βούλει πολίχνιον. Τότε ὁ μέγας μαγίστωρ ἐνωτισθεὶς τοὺς λόγους τούτους, εἶπε πρὸς τὸν Μαχουμέτ· Ὦ ἡγεμών, δός μοι τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν τόπων μέρος, καὶ μή με ἀποπέμψῃς ἐν ἀλλοτρίαις ἐπαρχίαις. Ὁ δὲ ἡγεμών, Ἐκ τῶν ἐμῶν δίδωμί σοι, κἀγὼ τῷ Μανταχίᾳ ἐδωρησάμην τὴν ἐπαρχίαν, καὶ μή σοι μελέτω περὶ τούτου. Αἰτήσας δὲ πρόσταγμα, καὶ λαβὼν ἀπῆλθεν· ὁμοίως καὶ οἱ Χίου, καὶ Λέσβιοι, καὶ Φωκαεῖς πάντες, τὰς αἰτήσεις αὐτῶν ἀσμένως προσδεξάμενος, καὶ πληρώσας τὰ θελήματα, ὁ ἡγεμὼν ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. Ἡ δὲ μήτηρ τοῦ Τζινεὴτ ἱκετικῶς δυσωποῦσα οὐκ ἐπαύετο, μέχρις οὗ εἰσακουσθεῖσα, ἠλευθέρωσε τὸν υἱὸν αὐτῆς τοῦ θανάτου. Ὡς καὶ ἐλθών, καὶ προσκυνήσας τὸν Μαχουμέτ, ὅρκους δοὺς αὐτῷ τοῦ μηκέτι ἀτακτεῖν, ἀλλὰ πιστῶς διάγειν ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ καὶ κυρίους, καὶ δεσπότας ἔχειν καὶ καλεῖν τοὺς ἐκ τῶν Ὀθμάνων καταγομένους, ἔδωκε τὴν ἐπαρχίαν τῷ υἱῷ Ἀλεξάνδρου τοῦ Σουσμάνου (77), ὃν καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν μετεσκεύασε· τὸν δὲ Τζινεὴτ κελεύσας σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Θράκῃ ἐλθεῖν, καλῶς τὰ τῆς ἀνατολῆς φροντίσας εἰς τὴν δύσιν ἐπανέζευξε. Καὶ ἐν Καλλιουπόλει ἐλθών, στόλον ἀπαρτίζει κατὰ τοῦ δουκὸς Νάξίας (78), καὶ τῶν λοιπῶν Κυκλάδων νήσων, τῶν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, αἰτιῶν αὐτὸν ὡς οὐ πρώην, οὕτω καὶ ἐν τῇ Σμύρνῃ, οὐκ ἦλθε προσαγορεύσων τῷ Μαχουμέτ. Ἀπάρας οὖν ἀπὸ τῆς Καλλιουπόλεως ὁ στόλος, ἔχων ἀμηραλῆν τὸν Τζαλισπέγην σὺν τριήρεσι καὶ διήρεσιν ὁμοῦ τριάκοντα ἦλθεν ἐν Ἄνδρῳ τῇ νήσῳ, ἐν τῇ Πάρῳ, ἐν Μύλῳ (79)· καὶ πολλοὺς τῶν νησιωτῶν ἀθροίσας, καὶ ζημίαν πλείστην ποιήσας, ἐπανέζευξεν.

illac capessebant, homines liberi quique mari navigabant, prædatoriis navibus intercepti sub servitutis jugum mittebantur, et hostiliter tam mari, quam terra in se invicem invehebantur fratres Rhodii equites et Turci. Hac de causa bene audiebat impius Temyr. Visne igitur, ut isto tyranno magis impie me geram? abhorret ab hoc animus. 60 Verumtamen ut tuæ libidini satisfiat, et Turcorum preces irritæ non evadant, concedo tibi locum, quam amplissimum volueris, in Cariæ et Lyciæ finibus; illuc te confer, et, prout libitum erit, arcem ædifica. Mahometis sermones cum percepisset magnus magister, eum sic allocutus est: *Partem aliquam, o imperator, mihi largire intra imperii tui fines, neque me in alienum transmitte.* Cui occurrendo respondit imp.: *Quod tibi concedo meum est, quippe ipse ego principatum Mantachiæ concessi, neque porro de his sis sollicitus.* Rogavit itaque magnus magister sibi rescriptum imperatorium dari: quod postquam obtinuit, inde discessit. Chii pariter et Lesbii, Phocæenses que alii erunt, acceptis ab eo benignis responsis, super illis quæ petierant; quæcunque enim ab eo quæsivere consecuti sunt, et pacifice ab eo dimissi. Interim Cineitis mater supplicare ipsi non cessavit, donec alloquendi se copiam ei fecisset, et a mortis pœna filium ejus exsolvisset. Cineites etiam se coram Mahomete stitit, eumque adoravit, et jurejurando se obstrinxit in posterum nullas res novas moliturum, sed in fide mansurum per totum vitæ tempus: dominosque et heros re ac nomine agniturum eos qui ab Othmanica gente genus ducunt. Provinciæ istius administrationem credit Mahometes Alexandri Susmani filio, quem ad impiam superstitionem suam seductum traxerat. Jussit quoque Cineitem se in Thraciam sequi: rebusque in oriente optime constitutis in occiduas partes perrexit. Calliopolim ingressus classem instruit adversus Naxi insulæ ducem, cæterasque, ejus parentes imperio, Cycladas insulas. Objiciebatur ei, quod ad Mahometem nuper non convenisset, nec officiis exhibitis coluisset; ut nec Smyrnam antea eum salutaturus accesserat. Egressa Callipoleos porta tota classis triremium ac biremium simul triginta, cui amiralius, id est Archithalassus, præerat Giali Begus, Andrum insulam, Paron et Mylon appulit: multisque insularibus captis, illatoque gravi damno discessit.

Οἱ δὲ Βενετικοὶ μαθόντες τὸ γεγονὸς οὐχ ὑπέμειναν. Ἦν γὰρ ὁ Δούκας πρὸ πολλοῦ τοῖς Βενετικοῖς

At Veneti tantam injuriam non tulere: ille quippe Naxi dux jamdiu in Venetorum fide et amicitia

Ismaelis Bullialdi notæ

(77) *Τῷ υἱῷ Ἀλεξάνδρου τοῦ Σουσμανοῦ.* Susmanus ille, Mysiæ inferioris dux fuit, a Bajazite vivus captus, et in carcerem detrusus. Ut vitam impetraret, filius patri cognominis musulmanissavit, quod a Leunclavio lib. v scriptum est. Susmani quoque, lib. i, Laonicus mentionem habet. Cantacuzenus meminit etiam lib. iii, cap. 2, Sismani; qui Michaelis Mysorum regis filius erat, qui ad Turcos primum, deinde Constantinopolim profugit. Illum repetebat Alexander Mysorum rex qui Michaeli successerat.

(78) *Κατὰ τοῦ δουκὸς Νάξίας.* Leunclavius de illo bello et prælio nihil habet. Laonicus, lib. iv, non longe a fine, more suo confuso et intricato illud narrat, et classis Venetæ ducem fuisse Petrum Lauredanum asserit. A Duca dissentit in eo quod scripsit de Venetis, Τὴν τε Λάμψακον πολιορκίᾳ παρεστήσαντο, καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπον· καὶ αὐτοὶ ᾤχοντο ἐπ' οἴκου ἀποπλέοντες. *Lampsacum deditione acceperunt, impositoque præsidio, domum renavigarunt.* Ducas ipsos frustra tentasse scribit, et Constantinopolim navigasse. Phranzes, lib. i, cap. 31, paucissimis verbis de illo bello disserit, ducemque classis Venetæ Petrum Lauredanum fuisse notat.

(79) *Ἐν τῇ Πάρῳ καὶ Μύλῳ.* Juxta hodiernam pronuntiationem scripsit Μύλῳ, cum Μῆλον antiqui dixerint, Latini *Melum.*

Digitized by Google

venerat, illorumque vexillo et insignibus se tutabatur. Vere itaque adventante triremes decem ipsi instruxerunt, quas in statione habuerunt in sinu Adriatico, circa Eubœam, Cretam et Cycladas insulas. Triremes porro septem Tenedum usque navigarunt, ita ut in hostium conspectum venirent : faucibus deinde Hellesponti superatis, Lampsacum usque pervenere. Turcica tunc classis supra modum instructa, stationem habebat in portu Callipoleos. 61 Deprehenso interim velo uno exiguo, quod e Constantinopoleos portu solverat, quodque Turcicum conjiciebant Venetæ classis duces : triremem unam ad illud navigium invadendum mittunt. Id cum Turci conspexissent, rati unum e suis esse, quod insequebantur, Veneti illius tutandi causa triremem unam in altum vela facere jubent. Lesbium porro erat Constantinopoli profectum. Veneti itaque cernentes Turcicas triremes portu exire, ad catenæ instar ordine servato, in ipsas feruntur : et, cum classicum cecinissent, pugnam ineunt. Primo impetu triremem amiralii Giali Begi appellunt, in eamque irruentes omnes promiscue ferro cædunt, ipsumque Giali Begum membratim conciderunt. Alius deinde in aliam irruit et insilit: omnibus denique triremibus captis, immaniter Turcos frustulatim discindunt, spectantibus eorum conjugibus et liberis Callipoleos littore, quod a loco, ubi pugna commissa est, milliari uno distat. Inclinato jam die Veneti receptui canunt, triremesque septem et viginti Turcicas cum suis in Tenedum insulam velis pansis deducunt. Portumque ingressi, omnibus accurate perpensis et perspectis Turcos omnes seorsim contractos confodere. In Christianos aliter anquisitum : qui enim captivi vinctique in triremibus detinebantur, iis vita concessa est. Illi vero, qui accepta mercede, aut quovis alio præmio ducti, operam suam sponte locaverant, cuncti in insula Tenedo suspendio affecti sunt. Tuncque cernere erat per totum insulæ ambitum furcas ad instar vitium dispositas, ab eis dependentia, veluti racemos, cadavera. Ubi Cretam appulerunt triremes Venetæ, Christiani captivi remiges partim per eam insulam distributi, partim per Eubœam sparsi, Venetias quoque partim transvecti sunt. Post exactam deinde hiemem, ineunteque vere classis Veneta portu Venetiarum iterum solvit, et Hellespontum ingressa turrim, quæ Lampsaci erat a Musulmano exstructa, tentat. E triremibus itaque eam Veneti oppugnant et quatiunt, cum in littus exscendere nequivissent. Aderat enim illic Chamzas, Bajazitis Mesazontis frater, cum exercitu decem millium et amplius militum, qui Venetorum incessum observabat. Qui cum suos conatus irritos cernerent, Constantinopolim abiere, turris obsidione omissa : quam semidirutam ac quassatam reliquerunt : tecto ipsius a vertice ad imum decusso, et ad

ὑποκύπτων, καὶ τὴν σημαίαν αὐτῶν φέρων· καὶ καταλαβόντος τοῦ ἔαρος ηὐτρέπισαν καὶ αὐτοὶ τριήρεις δέκα· καὶ προσέχοντες ἦσαν τὸν Ἀδριανοῦ κόλπον (80), Εὔβοιαν, Κρήτην, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους· ἐλθοῦσαι δὲ τριήρεις ἑπτὰ μέχρι Τενέδου, ἠβουλήθησαν ἐμφανεῖς γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ εἰσελθόντες τὴν Ἑλλήσποντον διέβησαν μέχρι Λαμψάκου. Καὶ δὲ τριήρεις τῶν Τούρκων ἵσταντο ἐν τῷ λιμένι Καλλιουπόλεως ἕτοιμαι εἰς ἔξοχήν. Αἱ τριήρεις δὲ τῶν Βενετικῶν ὁρῶσαι ἱστίον ἓν σμικρὸν κατερχόμενον ἀπὸ Κωνσταντινούπολιν, καὶ δοκοῦντες Τουρκικὸν εἶναι, στέλλουσι μίαν τῶν τριήρεων τοῦ λαβεῖν αὐτό. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ὁρῶντες τὸ δρώμενον, καὶ εἰκάζοντες τὸ διωκόμενον αὐτῶν εἶναι, ἐξῆλθε καὶ ἐξ αὐτῶν ἑτέρα τριήρης, δεφενδεῦσαι θέλων αὐτό. Ἐκεῖνο δὲ ἦν Λέσβιον πλοῖον κατερχόμενον ἀπὸ Κωνσταντινούπολιν. Ἰδόντες δὲ οἱ Βενετικοὶ τὰς τριήρεις τῶν Τούρκων, δίκην ὁρμαθοῦ ἐξιούσας, ὥρμησαν κατ' αὐτῶν, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἦχησαν, συνεπλάκησαν. Πρῶτον μὲν δὴ προσκρούσαντες τὴν τοῦ ἀμιραλῆ Τζαλίσπεγι τριήρη, ἅπαντας ἀφειδῶς ἐξεθέρισαν, καὶ αὐτὸν Τζαλίσπεγιν μεληδὸν κατέτεμον· εἶτα ἄλλος ἄλλην ἐπεμβαίνοντες πάσας παρέλαβον, ἀνηλεῶς κατατέμνοντες τοὺς Τούρκους ἐνώπιον τῶν γυναικῶν καὶ τῶν παίδων αὐτῶν, μακρὰν ἀπέχοντες τὴν ἐν Καλλιουπόλει ξηρὰν ὡς μίλιον ἕν. Οἱ δὲ Βενετικοὶ ἤδη πρὸς ἑσπέραν τοῦ πολεμεῖν σιγήσαντες, καὶ τὰς τριήρεις τῶν Τούρκων ὡς κζ' τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὰς αὐτῶν πτερώσαντες, κατῆσαν εἰς Τένεδον νῆσον. Κἀκεῖ ὁρμισθέντες ἐν τῷ λιμένι, καὶ ἐξετάσαντες ἀκριβῶς, καὶ χωρίσαντες τοὺς Τούρκους ἅπαντας ἔσφαξαν. Εἰς δὲ τοὺς Χριστιανοὺς ἑτέραν ἔρευναν ἐρευνήσαντες· καὶ τοὺς μὲν ἀγγαρικῷ τρόπῳ εἰσαχθέντας ἐν τῷ στόλῳ, τὴν ζωὴν ἐδωρήσαντο, τοὺς δὲ διὰ προσθέσεως καὶ τῆς τυχούσης προνοίας πάντας ἀνεσκολόπισεν ἐν τῇ Τενέδῳ. Καὶ ἦν ἰδεῖν γυρόθεν τὴν πᾶσαν νῆσον ὡς ἀμπέλους τὰς φούρκας, καὶ ὡς βότρυας τοὺς ἐν αὐταῖς κρεμαμένους. Αἱ δὲ τριήρεις κατελθοῦσαι ἐν Κρήτῃ τοὺς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, τοὺς δὲ ἐν Εὐβοίᾳ, τοὺς δὲ ἐν Βενετίᾳ διέσπειραν, καὶ ἠρημένους ἐρέτας Χριστιανοὺς ὑπάρχοντας. Χειμῶνος δὲ παρελθόντος, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρχομένου πάλιν ἀπὸ Βενετίας τριήρεις· καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ εἰσελθοῦσαι ἠβουλήθησαν παραλαβεῖν τὸν πύργον τὸν ἐν Λαμψάκῳ ὃν ἀνήγειρεν ὁ Μουσουλμὰν, καὶ διὰ θαλάσσης ἀκροβολισμοὺς ποιήσαντες, διὰ ξηρᾶς οὐκ ἠδυνήθησαν ἐξελθεῖν· ἦν γὰρ προσέχων ὁ Χαμζᾶς, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Παγιαζὴτ τοῦ Μεσάζοντος, σὺν στρατῷ χιλιάδας δέκα καὶ πλέον. Ὡς δὲ εἶδον οἱ Βενετικοὶ μηδὲν μηδὲν ἀνύοντες, ἀφῆσαν αὐτὸν, καὶ εἰς Κωνσταντίνου ἔπλεον, καταλιπόντες αὐτὸν ἡμίθραυστον, καὶ τὸ στέγος αὐτοῦ καταβάλλαντες, ἀπὸ κάτωθεν ἕως ἄνω, κοσκινηδὸν κατετρύπησαν. Τότε ὁ Καμζᾶς ἰδὼν τὰς τριήρεις ἐκλειπούσας, αὐτὸς τοὺς Ἴωρ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(80) Ἀδριανοῦ κόλπον. Improprie appellat Adriani sinum. Mare Adriaticum ab urbe Hadria nomen habet, non ab Adriano. Notandum porro per sinum Adriaticum hic intelligi mare Ionium, quod Siciliam et Peloponnesum interfluit : et hodie a nautis *il Golfo* adhuc appellatur.

Digitized by Google

κους κελεύσας ἕως θεμέθλων κατέβραξεν εἰπών· Ἄνευ κέρδους οὐ πρέπον ἐστὶν ὄνειδος κερδᾶναι. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ τὸν Τζινεὴτ περάσας ἐν Καλλιουπόλει, δέδωκεν αὐτῷ πρόνοιαν ἐν τοῖς μέρεσι Νικοπόλεως ἐγγὺς τοῦ ποταμοῦ Δανούβεως, παραγγείλας αὐτὸν φυλάττειν τὰς ἄκρας καλῶς, καὶ ὑπερμαχεῖν ἕνεκα τῶν Μουσουλμάνων.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις (81), ἠγέρθη τις τῶν Τούρκων ἰδιώτης καὶ ἄγροικος ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ὄρους, τοῦ κειμένου ἐν τῇ ἐμβολῇ τοῦ κόλπου τῆς Ἰωνίας, ὃ κοινῶς καλοῦσι Στυλάριον (82), πρὸς ἀνατολὴν καταντικρὺ Χίου. Καὶ ἐδίδαξε τοῖς Τούρκοις ἀκτημοσύνην, καὶ πλὴν τῶν γυναικῶν τὰ λοιπὰ πάντα κοινὰ ἐδογμάτισε, καὶ τροφὰς, καὶ ἐνδύματα, καὶ ζεύγη, καὶ ἀρούρας. Ἐγὼ εἰς τὸν σὸν οἶκον ὡς ἐμὸν, σὺ δὲ εἰς τὸν ἐμὸν ὡς σὸν, πλὴν τοῦ θήλεος μέρους. Πλανήσας δὲ τοὺς πάντας ἀγροίκους ἐν αὐτῷ τῷ δόγματι, ὑπούλως ἐπραγματεύετο καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν φιλίαν. Ἐξέθετο γὰρ δόγμα, Ὅστις τῶν Τούρκων εἴποι, ὅτι Χριστιανοὶ οὐχ ὑπάρχουσι θεοσεβεῖς, οὗτος ἀσεβὴς ἐστι. Καὶ πάντες οἱ ὑπήκοοι τοῦ φρονήματος αὐτοῦ, συναντῶντές τινα τῶν Χριστιανῶν ἐφιλοξένουν, καὶ ὡς ἄγγελον τοῦ Διὸς ἐτίμων· αὐτὸς δὲ καθ' ἑκάστην ἐν Χίῳ οὐ διέλιπε στέλλων ἐν τοῖς ἡγεμόσι, καὶ τοῖς κλήρου τῆς Ἐκκλησίας κατειλεγμένοις ἀποστόλους, μηνύων αὐτοῖς τὸ αὐτοῦ φρόνημα, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως σωθῆναι τῶν ἁπάντων, εἰ μὴ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν. Ἔτυχε δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ κατοικεῖν ἐν τῇ νήσῳ ἀναχωρητὴν ἕνα Κρῆτα γέροντα, ἐν τῇ μονῇ τῇ καλουμένῃ Τουρλωτῇ. Καὶ στείλας ὁ ψευδαββᾶς ἐκεῖνος δύο τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τῶν μονοχιτώνων, ἔχοντας τὴν κεφαλὴν κατεψιλωμένην ἀσκεπῆ, καὶ τοὺς πόδας χωρὶς σανδάλια, καὶ πλὸν ἕνα μονοχιτωνίσκον ἐνδεδυμένου; προσαγορεύων αὐτὸ, καὶ μηνύων, ὡς ὅτι Κἀγὼ συνασκητής σού εἰμι, καὶ τῷ Θεῷ ᾧ λατρεύεις, ἐκείνῳ κἀγὼ τὴν προσκύνησιν φέρω, καὶ μετὰ σοῦ εἰμι νύκτωρ διαβαίνων ἀψόφῳ ποδὶ τὸ πέλαγος. Ὁ δὲ ἀληθὴς ἀββᾶς πλανηθεὶς ὑπὸ τοῦ ψευδαββᾶ, ἤρξατο καὶ αὐτὸς ἀλλόκοτα ὑπὲρ ἐκείνου φθέγγεσθαι, λέγων, ὅτι Ἐν τῇ νήσῳ Σάμῳ σχολάζων, καὶ αὐτὸς συνασκητής μου ἐγένετο· καὶ

cribri modum pertuso. Confestim vero Chamzas, ubi classem Venetam recessisse vidit, jussit Turcos turrim funditus evertere, hac ratione adducta, non decere sine lucro et utilitate **62** contumeliam referre. Per id tempus Mahometes Cineitem Callipoli transmissum præfecit Nicopoli ad Danubium sitæ, hortatus ipsum ut limites imperii strenue tueretur, et Musulmanos ab exteris propugnaret.

Eodem etiam tempore Turcus quidam simplex et agrestis innotuit in regione montis, qui sinus Ionii ostio adjacet, et vulgo Stylarius appellatur, Chio insulæ ad ortum objectus. Docebat ille Turcos paupertatem *voluntariam*; omniaque, præter uxores, annonam, vestes, currus et arva communia esse debere prædicabat. *Ego*, aiebat, *tua domo, ut mea, utor; tu mea, ut tua, uteris, salva uxoris reverentia.* Cumque in istud dogma omnes agrestes pertraxisset, clam ac subdole in Christianorum amicitiam venire satagebat. Hocce etenim effatum evulgavit: *Quicumque Turcus dixerit Christianos non esse erga Deum religiosos, hic impius habeatur.* Quotquot igitur præceptis ejus obsequebantur, quemcunque Christianum, in quem incidissent, benigne amplectebantur et suscipiebant, eique tanquam angelo Dei honorem habebant. Ipse vero quotidie nuntios mittere magistratibus Chiis, et præcipuis eximiisque inter clericos propositum suum ipsis manifestans, profiteriqne non aliter omnes salvari posse, nisi in fidei Christianæ communione. Contigit etiam sub id tempus anachoretam quemdam Cretensem, in insulæ illius monasterio, quod Turlotæ dicitur, monasticam vitam agere. Ad hunc falsus ille abbas misit binos apostolos suos unica veste indutos, capite nudo ac raso, pedibusque sandaliis non opertis, rhenone unico vestitos incedentes, per quos talia ipsi significat: *Ego, sicut tu, idem asceticæ vitæ institutum sequor, eumdem Deum, cui tu servis, veneror; ad te de nocte sine strepitu venio mare pedibus trajiciendo.* Verus itaque abbas, ab impostore illo falso abbate deceptus, cœpit et ipse absurda de illo prædicare his verbis: *Dum Sami morarer, mecum asceticam vitam ipse egit; nunc per dies singulos trajiciens mecum versatur, et simul colloquimur*, aliaque fabularum monstra effutiebat coram me, qui hæc scribo.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(81) Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Hanc de nova secta historiam persequitur Leuncl. lib. XII, et in *Annal. Turc.* Bedredinis Semavinæ F. nomen nostro ignotum est, sicut etiam monachus Cretensis Leunclavio ignotus. Magna singularique prudentia sultani Mehemetis huic nascenti sectæ itum obviam, quæ seditiones et tumultus excitasset: quales postea contigerunt sub Soleimane anno 1526 in Asia minore excitati, ut lib. XVIII Leuncl. notat.

(82) Ὁ κοινῶς καλοῦσι Στυλάριον. Nautæ Itali in tabulis suis nauticis loci illius nomen, *Capo Stylari*, eumque a Smyrna milliaribus 40, Phocæa veteri, *Foia Vecchia* milliaribus 20, a Chii sancta Panagia milliaribus 10. distare asserunt. Dominicus Marius Niger in Comment. Asiæ primo, disserens de Chersoneso Chalcitide, talia scribit: *In cujus altero cornu promontorium est Numantis* (Mimantis dicendum erat) *quod recentiores caput Stilari appellant.* Antiquis temporibus Μέλαινα, ut Strabo lib. XIV refert, appellabatur, inque eo promontorio latomiæ molarium lapidum erant; quæ appellatio antiqua hodiernæ Turciæ respondet: appellatur enim hodie Kara-borru, Kara-bornu vulgo pronuntiatur, id est, niger nasus, seu nigrum promontorium. Fallitur Leunclavius, lib. XII cit. qui Caraboru, vel Caraburum Lyciæ oppidum, Turcicamque appellationem inde derivatam putat. Caraborum, ubi secta illa increverat, in Aidinensi ditione situm est, cui Adin seu Atin imperaverat, cujus pars Ionia fuit. Cara-borum illud seu Caraboru promontorium est altissimum, quod sinum, cui Smyrna adjacet, intrantibus ad dextram objacet.

Digitized by Google

runt, qui eos benevole admisit. Moses hoc casu fortunæque inconstantia perculsus aufugit, inque paludem locorum ignaros incidit. Fugientem vero insequebatur et urgebat quidam ex satrapis, qui Mahometi militabant, quem conversus Moses occidit. At satrapæ servus equo insidens Mosem invadit, eique brachium dextrum ab humero rescindit, et in paludem decutit. Altero itaque brachio ipsi amputato, et sanguine affatim profluente, animo deficiens ex equo devolvitur. Reversus satrapæ servus ad imperatorem heri sui mortem nuntiat, Mosisque vulnus: ad paludem deinde cum ventum esset, mortuum offenderunt, cadaverque in Mahometis conspectum attulere. Quod contemplatus, et pro more istius gentis fero ac inhumano cum luxisset fratrem mortuum, Pruzam conditum mittit **53** in majorum suorum sepulcro. Mahometes his prospere gestis magnis itineribus Adrianopolim petit, ibique paterno in solio sedit: accessere deinde singulis diebus proceres ac magnates Occidentis ipsum veneraturi. Per id autem tempus, quo Moses bello a fratre suo Mahomete nondum petitus fuerat, Thraciam deserens clam aufugit Cinites, et superato Hellesponto in Asiam venit: collectoque e Smyrnæis Thyræisque exercitu Ephesum occupat; quemque illius custodiæ imposuerat Musulmanus, capite truncat, totiusque Asiæ mox potitur, priusquam in Thraciam Mahometus advenisset.

A τύχης εὐμετάβολον, ἔφυγεν. Εἷς ἕλος δέ τι μὴ γνοὺς ἐμπεσών, καὶ εἷς τῶν σατραπῶν τοῦ Μεχεμὲτ καταδιώκων, στραφεὶς ὁ Μωσῆς ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁ δὲ τοῦ σατράπου δοῦλος φθάσας ἱππότης, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν ἀπὸ τοῦ ὤμου, ῥίψας αὐτὴν ἐν τῷ ἕλει· μονόχειρ δὲ εἰσελθών, καὶ διὰ τῆς ῥύσεως τοῦ σῴματος λειποψυχήσας ἔπεσεν ἐκ τοῦ ἵππου. Ὁ δὲ δοῦλος τοῦ σατράπου ἐλθὼν εἰς τὸν ἡγεμόνα, ἀπήγγειλε καὶ τὸν θάνατον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ τοῦ Μωσῆ τὴν πληγήν· ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ ἕλει εὗρον τεθνηκότα (61*), καὶ ἦραν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Μαχουμέτ. Ἰδὼν δὲ καὶ θρηνήσας κατὰ τὸ ἀπάνθρωπον ἔθος αὐτῶν, ἔπεμψε τὸ πτῶμα αὐτοῦ ταφῆναι ἐν Προύσῃ ἐν τοῖς πατράσιν ἐγγύς. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἐπαναζεύξας ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ καθίσας ἐν τοῖς ὠχοις τοῖς πατρικοῖς, εἰσήρχοντο καθ' ἑκάστην οἱ τῆς Δύσεως προὔχοντες στρατηγοὶ, καὶ προσεκύνουν αὐτῷ. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἔχων σχολὴν καὶ ἀγωνίαν ὁ Μωσῆς μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μαχουμὲτ, ἔλαθε φεύγων ὁ Τζινεήτ τὰ θρᾳκῷα μέρη, καὶ περάσας τὸν Ἑλλήσποντον κρύφα καὶ εἰς Ἀσίαν ἐλθὼν, καὶ στρατὸν ἀπὸ Σμύρνης καὶ Θυρέων συναγαγὼν ἔρχεται εἰς Ἔφεσον. Καὶ τὸν ἡγεμόνα, τὸν ὃν Μουσουλμὰν χειροτονήσας ἀφῆκεν, καρατομεῖ, καὶ κύριος ὡς ἐν ὀλίγῳ πάσης Ἀσίας γίνεται πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν Μαχουμὲτ ἐν τῇ Θρᾴκῃ.

CAPUT XX.

Manuel ad Mahometem Apocrisiarios mittit (62), *alii quoque principes legatos mittunt, quos Mahometes benigne excipit, pacemque cum omnibus amplectitur. Manuel Joanni filio suo uxorem dat Russiæ magni Ducis filiam, quæ peste moritur, filiorumque Bajazitis unus, isque baptizatus. Secundæ ac tertiæ Joannis nuptiæ. Manuelis in Peloponesum profectio.*

Postquam igitur imperator Manuel nuntium accepit, summam rerum penes Mahometem esse, delectos magnates e præcipua nobilitate apocrisiarios ad eum mittit, et ex fœdere, dum Constantinopoli ageret, inito, res repetit, quæ pactis conventis comprehendebantur. Hos comiter suscepit Mahometes; firmatisque juramento pactis, arces omnes Euxino ponto impositas restituit: oppida quoque et castra Thessaliæ ac Propontidi vicina. Honorifice demum habitos, plurimisque donis cumulatos pacifice dimisit, responso hocce dato: *Abite et nuntiate patri meo Romæorum imperatori, me, auxiliante Dei numine, patreque meo imperatore opem ferente, paternum regnum recuperavisse. Ab hoc vero, et in posterum illi, quemadmodum filium decet, me subditum iri. Non immemor etenim sum, neque beneficiorum acceptorum unquam obliviscar. Pro libitu imperet, quam promptissime jussa ipsius exsequar.* Legatos quoque missos a Serviis, Walachis, Bulgaris, et duce Johanna-

C Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ μαθὼν τὴν μοναρχίαν τοῦ Μαχουμὲτ, καὶ ἀποκρισιαρίους στείλας τοὺς εὐγενεστέρους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, ζητεῖ παρ' αὐτοῦ ὅσα συγκατετέθη δοῦναι ἔτι ἐν Κωνσταντίνου διάγοντος. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ δεξιῶς αὐτοὺς ἰδὼν, καὶ συνθήκας ἐνόρκους ποιήσας, δοὺς ἅπαντα τὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου κάστρα, καὶ τὰ πρὸς Θετταλίαν χωρία, καὶ κάστρα, καὶ τὰ τῆς Προποντίδος ἅπαντα, φιλοτιμήσας, καὶ δώροις πλείστοις κορέσας, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· *Ὑπάγετε, εἴπατε τῷ ἐμῷ πατρὶ τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὅτι βοηθείᾳ θεοῦ καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐζωσάμην τὴν δύναμιν τὴν πατρικήν. Ἀπὸ τοῦ νῦν δέ εἰμι καὶ ἔσομαι ὑπήκοος αὐτῷ, ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα. Οὐκ*

D *εἰμὶ γὰρ ἀγνώμων, οἰδ' ἀχάριστος ὀφθήσομαι. Κελευέτω μοι τὸ δοκοῦν αὐτῷ. ἐγὼ δὲ μετὰ χαρᾶς ὅτι πλείστης ἔχω τοῦ δουλεύειν αὐτῷ.* Ὁμοίως καὶ πρέσβεις Σερβίας καὶ Βλαχίας, Βουλγαρίας τε, καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων (63), καὶ τοῦ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61*) Moses vincitur et interficitur anno Hegiræ 816, qui cœpit anno Christi 1413, April. 11, feria 2.

(62) Leunclavius, libb. XII et XIII, eorum quæ inter Manuelem imperatorem et principes Othmanos gesta sunt, nihil attigit.

(63 *Καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων.* Urbs Epiri sub metropolita Naupacti Ætoliæ, olim Cassiope appellata, nunc Joannina.

Digitized by Google

δεσπότου Λακεδαιμονίας καὶ πρίγκιπος Ἀχαΐας, καὶ πάντας ἡμέρως προσαγορεύσας, καὶ ἐν ἀρίστῳ ὁμοτραπέζους συγκαθεδρίσας, καὶ ταῖς φιλοτησίαις εἰς ἀνάδειξιν πάντων ἐγκαταστήσας, ἀπέλυσε τοὺς πάντας ἐν εἰρήνῃ, λέγων αὐτοῖς· *Ἀναγγείλατε τοῖς κυρίοις ὑμῶν, ἐγὼ μετὰ πάντων εἰρήνην δίδωμι, καὶ εἰρήνην λαμβάνω. Ὃς πανουργεύει τὴν εἰρήνην, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης κατ' αὐτοῦ.* Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐν ἀδείᾳ ὤν, καὶ μὴ ἔχων τὸν παρεμποδίζοντα, ἐδουλήθη γάμους ποιῆσαι τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. Καὶ στείλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας (64) ἠγάγετο νύμφην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Καὶ ἁρμόσας ταύτην, μετακαλέσας τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἄνναν, οὐκ ἠβουλήθη στέψαι τότε εἰς βασιλέα [βασιλίδα]· ἦν γὰρ ἡ κόρη τὸ ἑνδέκατον ἄγουσα ἔτος· περατουμένων δὲ τριῶν ἐτῶν, καὶ λοιμικῆς νόσου καταλαβούσης τῇ πόλει, καὶ πολὺ πλῆθος λαοῦ διὰ τοῦ βουβῶνος τεθνηκότος, ἐτελεύτησε καὶ ἡ βασιλὶς Ἄννα, μέγα πένθος καταλιποῦσα τοῖς πολίταις. Ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Παγιαζήτ, ὁ εἰς ὁμήρους ἀνατεθεὶς παρὰ τοῦ Μουσουλμὰν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, ὁ μὲν εἷς ὁ καὶ πρῶτος σὺν ἀδελφῇ τῇ Φατμᾷ ἀπελύθη, καὶ ἐν τῇ Προύσῃ ἐτρέφετο· ὁ δ' ἄλλος ἠράσθη (65) παιδείας Ἑλληνικῆς, ἔτι συνὼν τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ Ἰωάννῃ· καὶ ἐν τῷ σχολείῳ ἐρχόμενος ἐμυῆτο γράμμασι, καὶ ἐδιδάσκετο. Τοσοῦτον οὖν ἐφλέγετο ὑπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς μαθήσεως καὶ τῆς μετὰ τοῦ Ἰωάννου παιδοτριβῆς, ὡς καὶ προσελθεῖν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, καὶ δεόμενος τοῦ βαπτισθῆναι Χριστιανικῷ νόμῳ. Καὶ ὁμολογῶν τῷ βασιλεῖ καθ' ἑκάστην ὡς Χριστιανός ἐστι, καὶ οὐ προσίεται τὰ τοῦ Μωάμεδ δόγματα. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἤθελεν ἀκοῦσαι, ἵνα μὴ σκανδάλων ἀφορμὴ γένηται. Τότε ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τῆς νόσου καταδαπανώσης, καὶ ἀφανιζούσης τὰ σώματα, μὴ αἰδουμένης καὶ μὴ φειδομένης τῆς τυχούσης ἡλικίας, ἔφθασε καὶ εἰς τὸν ἄνηβον παῖδα τὸν τοῦ Παγιαζήτ. Μηνύει οὖν τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ λέγων· *Ὦ βασιλεῦ τῶν Ῥωμαίων, ἐμοὶ δὲ αὐθέντα καὶ πάτερ, ἤδη παρίσταμαι, καὶ μὴ θέλων ἀφίημι πάντα, καὶ ἀπέρχομαι εἰς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια. Ἐγὼ γὰρ ὁμολογῶ ὅτι Χριστιανός εἰμι, σὺ δὲ τὸν ἀρραβῶνα τῆς πίστεως καὶ τὴν σφραγῖδα τοῦ Πνεύματος οὐ δίδως μοι. Γίνωσκε τοίνυν, θανὼν ἀδάπτιστος ἔχω κατηγορίας φέρων κατὰ σοῦ ἐν τῷ κριτηρίῳ τοῦ ἀδεκάστου Θεοῦ.* Τότε ὁ βασιλεὺς καμφθεὶς τοῖς ῥήμασι τούτοις, πέμψας ἐβάπτισεν αὐτὸν, αὐτὸς ἀνάδοχος γεγονώς· καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ τέθνηκεν. Ὁ βασιλεὺς δὲ μεθ' ὅσης τιμῆς ἔθαψεν αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Προδρόμου, ἐν τοῖς Στουδίου ἐν μαρμαρίνῳ λάρνακι πλησίον τοῦ ναοῦ ἐντὸς τῆς πύλης.

A rum, Lacedæmonis despota et principe Achaiæ benigne ac clementer allocutus ad mensæ suæ sacra admisit, et inter compotandum singulis compellatis propinavit, demumque pacifice dimisit, et responsum quod referrent tale dedit : *Nuntiate dominis vestris me pacem omnibus offerre, ab iisque oblatam amplecti. Qui fraude pacem corruperit, ipsi Deus pacis infestus esto.* Rebus ergo Manuelis imperatoris in tuto collocatis, nulliusque injuriæ obnoxiis, 54 decrevit uxorem filio suo Joanni dare ; quare per legatos a Russiæ rege (*Moscoviæ duce*) filiam ejus puellam adhuc obtinuit. Contracto deinde matrimonio Annam appellavit mutato proprio nomine. Neque tamen imperatoriam coronam ei imponere voluit, quod tunc un-
B decimum annum tantummodo ageret. At exactis tribus annis, morboque pestilenti per Constantinopolim grassante, ingenti plebis numero bubonibus exstincto, obiit etiam imperatrix Anna, quam acerbo luctu prosecuti sunt mœsti cives. Bajazitis quoque filiorum, quos obsides Manueli dederat Musulmanus, unus isque natu grandior cum sorore sua Phatma remissus fuerat, et Prusæ educabatur. At alter litteras Græcas addiscendi amore tenebatur, et cum Joanne imperatoris F. familiariter versabatur, scholamque frequentans in litteris erudiebatur. Porro eo usque processit ejus erga scientias liberales studium, et sibi cum Joanne communem educationem tanti faciebat, ut Ma-
C nuelem imperatorem adierit, rogaveritque, ut juxta Christianum ritum baptisma suscipere liceret, per singulos dies apud eum professus se Christianum esse, neque Mohamedis dogmatibus consentire. Istis auscultare noluit imperator, ne scandala inde orirentur. Verum per id tempus morbo sæviente, funeribusque omnis promiscue ætatis frequentissimis exhausta urbe, corripitur illo impubes Bajazitis filius; qui Joannem imperatorem his verbis monet : *Romæorum imperator, domine mi ac pater, jamjam vadimonium obeo, invitus omnia dimitto, et ad tribunalia, quæ illic in altera vita sunt, abeo. Profiteor equidem me Christianum esse ; tu vero fidei Christianæ arrhabonem et signaculum Spiritus suscipere mihi non concedis. Scias*
D *velim, quoniam non baptizatus mortem obeo, tibi accusationem inscripturum me apud tribunal Dei judicis incorruptibilis.* His verbis imperator emollitus ac flexus misit, qui eum baptizaret; ipseque e sacro lavacro suscepit ; postridie tandem baptizatus fatis concessit. Honorifico funere eum extulit Manuel, sepelivitque in monasterio Studitarum nomini sancti Joannis Baptistæ Præcursoris dicato ; conditumque est cadaver in arca marmorea intra monasterii portas juxta templum.

smaelis Bullialdi notæ.

(64) *Καὶ στείλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας.* De his nuptiis pauca Phranzes, lib. I cap. 38. Illius Annæ a Rhesia seu Russia obitum accidisse anno 6925, Christi 1417, et peste consumptam fuisse scribit.

(65) *Ὁ δὲ ἄλλος ἠράσθη.* Hunc filiorum Bajazitis natu minimum Christianum fuisse testantur Laonicus lib. IV, qui Jesum eum appellat, et Phranzes, lib. I, cap. 30, eique Jusuph seu Josephum nomen fuisse tradit.

Digitized by Google

molitur Cineites? Smyrna cum una biremi solvit, et Cariæ littora legens Mamalo appulit, clamque incarceratis per nuntium significat illuc advenisse, ut furtim eos asportaret. Illi itaque cunctos custodes suos ad convivium vocant, meracioribusque calicibus ad satietatem porrectis soporem ipsis, ita ut pro mortuis haberentur, conciliaverunt: turri deinde se proripuere, funibus de muro se demittentes, birememque conscenderunt, et gaudio perfusi, quod clanculum ita se subduxissent, Smyrnam navigant.

Hieme deinde incipiente Cineites adversus Ephesum castra movet, intraque arcis mœnia Homurem compellit, urbemque totam militibus diripiendam permittit: et præter corpora, quæ libera remanserunt, quæcunque cives illius residua post Scytharum incursionem possederant, ademerunt, pluresque etiam trucidarunt: aliaque sexcenta horrenda perniciosus ille patravit. Cum res eo loci essent, cum Homure paciscitur, filiamque suam ei despondet: et ubi a Cineite jusjurandum accepit de servandis pactis, castro egreditur: tumque parentum ac liberorum more in mutuos amplexus eunt, et juramento interposito Musulmano obsequium Cineites renuntiat, Atinisque generalis proclamatur. Cineites deinde Homurem comitatus totum illius principatum lustrat, et in suas partes cunctas urbes ad Mæandrum sitas trahit: quæque ad Boream sitæ sunt, Philadelphiam, Sardeis et Nymphæum usque ad Hermonem fluvium. Cumque in iis collocasset viros sibi maxime fidos, earumque omnium regimen et administrationem cognatis et amicis suis concredidisset, cum futuro genero Ephesi agebat. Quodam vero die mane inter cives rumor differtur, ducem obiisse: post solis ergo ortum funus extulerunt in castrum, quod pyrgion, id est turricula, appellatur, ad Tmoli montis radices sitam, et majorum sepulcro mandarunt. Jam Cineites viribus auctus provinciam, quam regebat, paternam hæreditatem reputans, supremus Asiæ dux appellatur. Quamobrem cum Musulmanus tantam ejus insolentiam haud ferret, in Bithyniam trajicere destinat, confestimque fretum transvectus Prusam ingreditur, eumque Prusensium universitas alacri bonoque animo excepit, omnesque 46 hilares admodum atque læti paratos se ad mortem pro

A ἐγκλειστον ἐν πολιχνίῳ τινὶ ἐντὸς πύργου δεσμήσας ἔβριψε, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ὀτμανίδας· Μάμαλος ὀνομάζεται (43) τὸ πολίχνιον. Ὁ δὲ Τζινεὴτ τί δαὶ ἄρα δρᾷ; Ἐκ τῆς Σμύρνης ἐξελθὼν σὺν διήρει μιᾷ, πλεύσας ἐν τῇ Καρίᾳ, ἔρχεται εἰς Μάμαλον, κἀκεῖ κρυφίως πέμπει πρὸς τοὺς ἐγκλείστους, ὡς ἦλθε κλέψων ἦλθεν αὐτούς. Οἱ δὲ τοὺς φύλακας παιδαισίαν ποιήσαντες, καὶ εἰς κόρον τὸν ἄκρατον κεράσαντες, καὶ κοιμήσαντες ὡς τεθνηκότας, αὐτοὶ ἐξῆλθον τοῦ πύργου· καὶ διὰ τοῦ τείχους χαλασθέντες καλωδίοις, εἰσῆλθον ἐν τῇ διήρει, καὶ πλεύσαντες ἦλθον εἰς Σμύρναν. Ἐγένετο οὖν μεγάλη χαρὰ ἐν τῇ τοιαύτῃ κλοπῇ.

B Χειμῶνος δὲ ἀρχομένου ὁ Τζινεὴτ στρατεύει εἰς Ἔφεσον, καὶ κλείει ἐντὸς τοῦ πολιχνίου τὸν Ὁμοὺρ, καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις πρέδαν ποιεῖται· καὶ πλὴν τῶν ἀνθρώπων, ὅ τι οὐκ ἠχμαλωτίζοντο, τὸ πᾶν, ὅ ἐπεκτήσαντο μετὰ τὴν παραδρομὴν τῶν Σκυθῶν, ἐσκύλευσαν, καὶ πολλοὺς τῶν πολιτῶν κατέσφαξαν, καὶ ἄλλα μυρία δεινὰ πέπραχεν ὁ ἀλάστωρ. Τότε εἰς συμβιβάσεις ἐλθὼν μετὰ τοῦ Ὁμοὺρ, καὶ τὴν θυγατέρα εἰς γυναῖκα αὐτῷ δοὺς, καὶ ὅρκοις πιστώσας τὴν ἀλήθειαν, ἔξεισι τοῦ Κάστρου· καὶ περιπτύσσονται ὡς πατὴρ μετὰ υἱοῦ, καὶ ἀποβάλλεται ἐνόρκως τὴν πρὸς τὸν Μουσουλμὰν εὐπείθειαν, καὶ Ἀτήνης καθολικὸς (44) ἀναδείκνυται. Σὺν αὐτῷ οὖν διαδραμὼν τὴν πᾶσαν ἡγεμονίαν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσας τὰς πάσας πόλεις, τὰς πρὸς Μαίανδρον, καὶ τὰς πρὸς ἄρκτον, C Φιλαδέλφειαν, Σάρδεις, Νύμφαιον μέχρι τοῦ Ἑρμονος ποταμοῦ (45), καὶ οἰκήσας [οἰκίσας] τοὺς πιστοτάτους αὐτῷ, καὶ τὴν πᾶσαν ἡγεμονίαν εἰς χεῖρας τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων ἐνθεὶς, αὐτὸς ἐν Ἐφέσῳ σὺν τῷ μελλογάμβρῳ διάγων, θροῦς ἀναπηδήσας πρωῒ ἐν τῷ δήμῳ, ὡς ὁ ἡγεμὼν ἐτεθνήκει, καὶ δὴ ἡλίου ἀνατείλαντος ἅπαντες τὸ πτῶμα αὐτοῦ, ἕτερον ἐν τῷ πολιχνίῳ, ὃ Πυργίον καλεῖται, ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ Τμώλου ὄρους κείμενον· ἐκεῖ αὐτὸν ἔθαψαν ἐγγὺς τῶν πατρῶν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Τζινεὴτ εἰς ὕψος ἀρθεὶς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ὡς πατρικὸν κλῆρον ἡγησάμενος, αὐτόνομος ἡγεμὼν Ἀσίας ἐκλήθη. Ὁ δὲ Μουσουλμὰν, μὴ φέρων (46) τὴν αὐτοῦ ἀναίδειαν, ἠβουλήθη περᾶσαι ἐν τῇ Βιθυνίᾳ. Καὶ δὴ περάσας, καὶ εἰσελθὼν ἐν D Προύσῃ, ἅπαντες οἱ Προυσαεῖς ἀσπασίως αὐτὸν ὑπεδέξαντο, καὶ μεθ' ὅσης χαρᾶς ἑτοίμως τοῦ θανεῖν ὑπὲρ αὐτὸν ἠρετήσαντο [ὑπὲρ αὐτοῦ ἠρετίσαντο]. Τότε δὲ ἔαρος ἀρξαμένου, στρατὸν ἀθροί-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(43) *Μάμαλος ὀνομάζεται.* Hoc castrum ad maris littus situm fuisse, quæ mox sequuntur, ostendunt: et fortasse illud est, quod tabulæ geographiæ Guilelmi Blaeu ad sinum Halicarnassi, vel castri S. Petri situm ostendunt, et *Castelmarmora* appellant. Habent equidem Strabo, Ptolemæus et Stephanus Μάλλον ἐν Κιλικίᾳ, sed non est ille de quo noster hic verba facit, quippe situs est Mallus in extrema fere Cilicia versus Amani portas et Issum; Mamalus vero in Caria esse debet. Turci *Mermere* appellant, unde in Rhodum brevis est trajectus.

(44) *Καὶ Ἀτήνης καθολικός.* Legatus generalis, seu vicarius Atinis, id est, Adinensis ditionis, quam Turci Aidin Ili appellant; cum Homure enim ab Atine orto, affinitate contracta, soceri sui vicarius generalis proclamatus est.

(45) *Τοῦ Ἑρμονος ποταμοῦ.* Hermus est qui Smyrnæos campos alluit.

(46) *Ὁ δὲ Μουσουλμὰν μὴ φέρων.* Expeditionem suscepisse hunc Musulmanum seu Solemanem adversus Mehemetem, et in Asiam transisse Leunclav., lib. x, ex Hanivaldana historia tradit.

Digitized by Google

ζειν ἤρξατο κατὰ τοῦ Τζινεήτ. Ὁ δ' αὐτὸς Τζινεὴτ σὺν ὀλίγοις ἵπποις δρομαῖος εἰς Ἰκόνιον μητρόπολιν τῆς Λυκαονίας ἔρχεται, καὶ τῷ Καραμὰν ὁμιλήσας, κατέρχεται εἰς Κοτύαιον, καὶ τῷ Καρμιὰν τὰ αὐτὰ εἰπών, ἕλκει αὐτοὺς μεθ' ὅπλων εἰς Ἔφεσον. Οἱ δὲ λόγοι οὓς ὡμίλησε μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἦσαν· *Οἴδατε ἀκριβῶς τὴν ζημίαν, ἣν ὑπέστητε παρὰ τοῦ Παγιαζήτ· καὶ τοὺς ὑμετέρους γονεῖς, οὓς μὲν ἔσφαξεν, οὓς δὲ ἀγχόνῃ ἀπέπνιξε, καὶ αὐτὸς μοναρχὴς ἐγένετο, καὶ ὑμᾶς ἐξορίστους ἐποίησεν. Νῦν δὲ ἐπεὶ δικαίᾳ Θεοῦ κρίσει ὁ ἀλάστωρ ἠφάνισται, μὴ καταπιέτω ἡμᾶς τὸ τῆς ἀσπίδος ἔκγονον, ἀλλὰ προθύμως ἔτι* [οὔπω] *ἀκμάζον ὄν συντρίψωμεν αὐτοῦ τὴν κάραν, καὶ τὸ λοιπὸν ἐν ἀμεριμνίᾳ διάξωμεν.*

Τότε οἱ ἡγεμόνες ἐνωτισθέντες τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ εἰς συμφέρον αὐτῶν λογισάμενοι, ἐχώρουν ἐν ἅρμασι· καὶ ὁ μὲν Καραμὰν ἐν τριάκοντα [*f.* τρισὶ] χιλιάσιν, ὁ δὲ Καρμιὰν ἐν δέκα, καὶ ὁ Τζινεὴτ ἐν πέντε χιλιάσιν ἐν Ἐφέσῳ ἐστρατοπέδευσαν. Ὁ δὲ Μουσουλμὰν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῆς Προύσης ἐν Λοπαδίῳ ἐλθών, καὶ τὸν πάντα στρατὸν αὐτοῦ ἐν εἰκοσιπέντε χιλιάσιν ἀριθμήσας, καὶ ἀπὸ Λοπαδίου ἐγερθείς, ἦλθεν εἰς Πέργαμον ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ Μαινομένου (47), ἀπὸ δὲ τοῦ κάμπου ἐν Σμύρνῃ. Μαθὼν δὲ τὴν συνέλευσιν τοῦ Καραμὰν καὶ τοῦ Καρμιάν, ἠπορεῖτο καὶ ἠσχαλεν. Ἀπὸ δὲ Σμύρνης πρὸς Ἔφεσον ἀπάρας, ἦλθε πήξας τὰς σκηνὰς εἰς τόπον λεγόμενον Μεσαύλιον (48)· κἀκεῖ φοβηθεὶς τοὺς ὑπεναντίους, καὶ πυκνώσας τὰς τέντας, τάφρον ἔσκαψε, καὶ χώματα ἀνήγειρε· καὶ αὐτὸς ἐν μέσῳ μετὰ τοῦ στρατοῦ ἐκάθητο. Οἱ δὲ ὑπεναντίοι ἐν Ἐφέσῳ ἀπέχοντες ἡμερῶν [ἡμέρας] οὐδὲ τὸ ἥμισυ, ἦγουν ἓξ ὡρῶν διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, οὔτε αὐτὸς χωρῶν πρὸς ἐκείνους διὰ τὴν ἐειλίαν, οὔτε ἐκεῖνοι πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἀνισότητα. Τοῦ πράγματος οὖν ἐν ἀμελείᾳ κειμένου, πρόσειστ τῷ Τζινεὴτ εἷς τῶν αὐτοῦ μυστικῶν φίλων, καὶ λέγει αὐτῷ, Ὁ Καραμὰν καὶ ὁ Καρμιὰν ὁμονοήσαντες βούλονται τῇ νυκτὶ ταύτῃ παραδοῦναί σε εἰς χεῖρας τοῦ Μουσουλμάν· ἐκεῖνοι δὲ εἰρηναίαν κατάστασιν πράξαντες, ἀνατρέψουσιν ἀφόβως εἰς τὰ ἴδια· ἐν ταύτῃ οὖν τῇ νυκτὶ τὸ πᾶν διαπρόξονται. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Τζινεὴτ (49), καὶ καταλαβούσης τῆς ἑσπέρας φανοὺς καὶ λαμπάδας ἀνάψας ἐν ταῖς αὐτοῦ σκηναῖς, αὐτὸς τοὺς ταχυδρόμους τῶν ἵππων ἀναλεξάμενος, ἄνεισιν ἐν τῇ ἀκροπόλει πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Παγιαζήτ· ἦν γὰρ φύλαξ τοῦ

A eo obeundam dixerunt. Jamque vere inchoato exercitum adversus Cineitem conscribit; hic vero paucis equitibus comitantibus, cursu Iconium Lycaoniæ metropolim advolat, et Caramanum alloquitur, hinc Cotyæum venit, et cum Carmiano de iisdem habito sermone, ipsos cum militibus Ephesum pertrahit. Hancce vero apud eos orationem habuit: *Accurate novistis quam magna damna Bajazites vobis intulit parentibusque vestris: quos partim occidit, partim eis gulam laqueo fregit, ipseque monarcha vobis pulsis evasit; quandoquidem vero pestis illa justo Dei judicio de medio sublata est, non absorbeat nos aspidis proles, sed quanto ocius et alacriter caput illius contundamus, quando nondum viget ac valet, securamque vitam in posterum agamus.*

B Ejus verba cum audiissent principes, utiliaque sibi, quæ monuerat, rati, curribus vecti accesserunt; triginta militum millia adduxit Caramanus, Carmianus vero decem, quibus Cineites quinque millia adjunxit, et Ephesi castrametati sunt. Musulmanus vero Prusa Lopadium venit, et in exercitu viginti quinque millia hominum recenset: cumque Lopadio movisset, Pergamum in campum Mænomeni accessit, unde Smyrnam contendit. Valde quidem anxius ac sollicitus restitit, quod Caramanum Carmianumque copias conjunxisse didicisset. Quare Smyrna digressus Ephesum versus movet, et in loco, quod Mesaulium vocatur, castra locat; illicque hostes reformidans tentoria C constipat, fossam castris circumducit, et aggeres excitat, seque intra vallum cum exercitu continet. At hujus hostes Ephesi castra habebant, nec dimidii diei, hoc est sex horarum, itinere remoti a se invicem erant. Sed neque Musulmanus ad pugnam lacessere, eosque aggredi timiditate præpeditus ausus est, neque illi, quod viribus impares essent. Cum igitur utrique pugnam detrectarent, neque belli opus ferveret, unus inter secretos intimosque Cineitis amicos eum adiit, monetque Caramanum et Carmianum ex compacto decrevisse proxima nocte Musulmano eum tradere, et pace composita secure, ad sua esse reversuros; et hac procul dubio ingruente nocte totum negotium absolvendum esse. Cum talia audivisset Cineites, vespere facto D in tentoriis suis funales et lampades accendit; selectis celeribus equis in arcem ascendit ad Bajazitem fratrem suum, qui ejus custodiæ præerat, quem postquam rerum suarum statum accurate

Ismaelis Bullialdi notæ.

(47) *Ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ Μαινομένου.* Hodie retinet idem nomen, et ab omnibus Smyrnæ incolis appellatur Μαίνεμαι, *Meneme.* Planities camporum illa, quam Hermus alluit, Smyrnæ ejusque sinui a Septentrione objacet. Fertilis est ager, vini generosi, peponum, aliorumque fructuum ferax. Ille locus est de quo Leunclavius, lib. VI, mentionem facit, eumque in Sarchanis seu Saruchanis ditione situm fuisse, et a Turcis *Metmen* appellari docet: ubi tunc temporis salis officinæ erant.

(48) *Μεσαύλιον.* De illo loco nihil legi: si cui forte appellatio loci illius corrupta videtur, dispiciat num ex Νέας Αὐλῆς degeneraverit; quam urbem Catalogus seu Notitia episcopatuum sub patriarchali Constantinopoleos throno constitutorum refert, suppositam esse Ephesino metropolitæ.

(49) *Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Τζινεήτ.* Vafer admodum ac versipellis hic Cineites fuit, ingenioque tam versatili præditus, ut sæpius ad contrarias partes transierit. Diuturnos carceres toleravit in Lemno et tandem a ducibus sultani Moratis captus vitam laqueo finivit.

Digitized by Google

edocuit, et ut diligenter urbem in tempus matutinum custodiat, hortatus est, ipse cum cæteris domesticis ad Musulmanum **47** abit: cumque media nocte Caramani ac Carmiani milites in Cineitis tentoria venissent, neminem offenderunt. Orta jam luce Cineites laqueum collo pendentem gestans, coram Musulmano lacrymas fundens se sistit, taliaque locutus est: *Peccavi, domine, morte dignus sum. Quare collo meo laqueum injeci, de me, prout libuerit, statue ac decerne: cuilibet enim pœnæ jure sum obnoxius.* Musulmanus eo sermone delinitus, ejusque commisertus, veste nitida induit: et interrogavit ubinam duces illi cum exercitu starent? Respondit iste, Ephesi. Quod si velis exercitum mihi credere, ad eos pergam, vinctosque adducam. At Musulmanus veritus ut fraus aliqua subesset, et simulate hæc agerentur, noluit eos insequi: sed orto sole equo insidens cum omnibus copiis Ephesum pergit, et Cineitem secum abducit. Cumque, ut jam diximus, Caramanus et Carmianus circa mediam noctem ad Cineitis tentoria venissent, nec ullus in iis comparuisset, insidias sibi strui suspicati sunt; quare in castris vehementer tumultuatum est, dum hi equos inquirunt, illi sellas et stragula, alii camelos et mulos, alii currus ut sarcinas et impedimenta eis imponerent. Orto jam sole, omnibusque ad discedendum rite instructis, duces cum equitatu et copiis pedestribus in edito loco stabant, ut cameli et muli, quos cum omnibus impedimentis ante se agebant, claustra Mæandri transirent; ipsi vero tandiu in acie steterunt, donec graviora onera fauces illas superasse vidissent: ipsi demum servatis ordinibus claustra illa ingrediuntur, et cum jam illi, qui postremam aciem claudebant, intrassent illa, Musulmanus pedites suos ponte, qui Galesio monti vicinus est, transmisit et Ephesum ingressus est, hora diei quarta, sole Libræ signum tenente. At Cineites multa frustra commentus est, quibus hunc principem induceret ad eos insequendum: sed ille nusquam se persuaderi passus est. Nam præterquam quod admodum facilis esset, et alienis miseriis tangeretur, dolos et machinas Cineitis reformidabat. Eratque Musulmanus tam probus et simplex, quam Cineites improbus ac veterator. Castris itaque in agro Ephesio locatis quadrimestre tempus genio indulgens, voluptatesque captans, per luxum ac delicias ibi transegit: præ cæteris enim vino deditus erat, et in libidinem pronus. τοσοῦτον ἀγαθὸς καὶ ἁπλούστατος, ὅσον ὁ Τζινεὴτ πονηρὸς καὶ περίεργος. Πήξας οὖν τὰς σκηνὰς (51)

A κάστρου καὶ πρόμαχος· καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβῶς ἱστορήσας, καὶ παραγγείλας τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως ἐπιμελῶς ἄχρι πρωΐας διατηρεῖν, αὐτὸς σὺν τοῖς λοιποῖς οἰκειακοῖς πρὸς τὸν Μουσουλμὰν ἐπάνεισι· καὶ διὰ μέσης νυκτὸς οἱ τοῦ Καραμὰν καὶ τοῦ Καρμιὰν εἰς τὰς τέντας τοῦ Τζινεὴτ ἐλθόντες οὐδένα εὗρον. Ὁ δὲ Τζινεὴτ, πρωΐας ἤδη γενομένης, καὶ βρόχον ἐνθεὶς τῷ τραχήλῳ, ἦλθεν ἐνώπιον τοῦ Μουσουλμὰν, κλαίων καὶ λέγων· *Κύριε, ἥμαρτον, ἄξιός εἰμι τοῦ θανεῖν. Ἐγὼ αὐτὸς τῷ τραχήλῳ μου τὸν βρόχον ἀνηρτησάμην. Ὡς βούλει εἰς ἐμὲ πρᾶττε, ὑπεύθυνός εἰμι παντοίας καταδίκης.* Ὁ δὲ Μουσουλμὰν καμφθεὶς τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ συμπαθήσας αὐτὸν, καὶ στολὴν φαιδρὰν ἐνδύσας, ἐρώτησε· Ποῦ εἰσι νῦν οἱ ἡγεμόνες ἐκεῖ-
B νοι, καὶ ποῦ ἡ παράταξις αὐτῶν εὑρίσκεται; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἐν Ἐφέσῳ· καὶ εἰ βούλει χώρησόν μοι στρατὸν, κἀγὼ ἐλθὼν αὐτοὺς δεσμίους ἄγω πρὸς σέ. Ὁ δὲ Μουσουλμὰν φοβηθεὶς μή πως πανουργία ἐν μέσῳ τούτων τῶν ὑποκρίσεων πράττηται, οὐκ ἠθέλησε καταδιώξαι ὀπίσω αὐτῶν· ἀλλ' ἤδη τοῦ ἡλίου ἀνίσχοντος, καὶ αὐτὸς ἐφ' ἵππου ἐπιβὰς, σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ πρὸς Ἔφεσον ἐχώρει, ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ τὸν Τζινεήτ. Ὁ δὲ Καραμὰν καὶ Καρμιὰν, καθὼς ἔφημεν, περὶ τὰς μέσας νύκτας ἐλθόντες εἰς τὰς σκηνὰς τοῦ Τζινεὴτ, καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν, ἐνόησαν τὴν ἐνέδραν· καὶ μέγας θροῦς ἐγεγόνει ἐν τῷ φωσάτῳ καὶ ταραχή· οἱ μὲν ἐρευνῶντες τοὺς ἵππους αὐτῶν, οἱ δὲ τὰς ἐφεστρίδας, ἄλλοι τὰς
C καμήλους καὶ τοὺς ἡμιόνους, πρὸς τὰ φορτία τῶν παρασκευῶν ἐπιθεῖναι, ἕτεροι δὲ ἐν ἅρμασιν. Καὶ δὴ ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου τὰ πάντα καλῶς παρασκευάσαντες, οἱ μὲν ἱππεῖς σὺν τοῖς ἡγεμόσι, καὶ τῷ πεζικῷ στρατῷ ἐπὶ τόπου ὑψηλοῦ ἱστάμενοι, τὰς ἡμιόνους καὶ τὰς καμήλους σὺν παντὶ τῷ φορτικῷ τάγματι προέπεμψαν, περάσαντες τὰς κλεισούρας τὰς πρὸς Μαίανδρον· αὐτοὶ δὲ ἵσταντο ἕως εἶδον, ὅτι τὰ δύσβατα μέρη διέβησαν. Τότε καὶ αὐτοὶ κατὰ τάξιν εἰς τὰς κλεισούρας εἰσήλθοσαν. Ὅτε δὲ τὸ τέλος τῆς οὐραγίας ἐν τῷ στόματι τοῦ στενοῦ ἦν, τότε καὶ τὸ τοῦ Μουσουλμὰν πεζικὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας τῆς πρὸς Γαλήσιον ὄρος (50) κειμένης διαβὰς ἐν Ἐφέσῳ ἦλθεν· καὶ τῇ τετάρτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας, ἡλίου ἐν
D τῷ Ζυγῷ τὴν πορείαν ποιοῦντος, καὶ ὁ Μουσουλμὰν ἐν Ἐφέσῳ. Ὁ δὲ Τζινεὴτ πολλὰ συμβουλεύσας τοῦ ποιῆσαι καταπειθῆ τὸν ἄνδρα τοῦ καταδιῶξαι ὀπίσω αὐτῶν, οὐκ ἠνέσχετο, τὸ μὲν διὰ τὴν ἄκραν αὐτοῦ συμπάθειαν, τὸ δὲ καὶ φοβούμενος αἰεὶ τὰς βδιουργίας τοῦ Τζινεήτ· ἦν γὰρ ὁ Μουσουλμὰν (51)

Ismaelis Bullialdi notæ.

(50) *Πρὸς Γαλήσιον ὄρος.* Mons ille Galesius Epheso vicinus est, et procul dubio nomen ab urbe Galesio traxit, cujus meminit Stephanus de urbibus: Γαλήσιον πόλις Ἐφέσου. Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν. *Galesium urbs Epheso subdita. Parthenius in Auxithemin epicedio.* Abrahamus Ortelius de illo monte perperam opinatur, cum vicinum Constantinopoli illum facit, et Gregoram ut suam tueatur sententiam, adducit.

(51) *Πήξας οὖν τὰς σκηνάς.* Lib. x, *histor. Musulm.* notat Leuncl. hunc fuisse Soleimanis seu Musulmani genium, ut diuturnis, aliquando quadrimestribus, compotationibus indulgeret: quæ ignavia ac socordia ultimam perniciem ei tandem attulerunt.

Digitized by Google

ἐν τῷ τῆς Ἐφέσου κάμπῳ, καὶ ποιήσας μῆνας τέσσαρας, οὐκ ἄλλο ἦν τὸ δρώμενον πλὴν τρυφῆς καὶ σπατάλης· ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ οἰνοπότης, ὡς οὐδεὶς ἄλλος, καὶ εἰς τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας ἀδεῶς ἐμπίπτων.

48 CAPUT XIX.

Moses (52) a Mehemete fratre suo deficit et in Valachiam secedit, fratrem suum Musulmanum invadit et vincit. Musulmanus dum fuga sibi consulit, et in quodam oppido a juvenibus occiditur; Moses oppidum et incolas comburit, in Serviam movet, deinde Constantinopolim frustra oppugnat. Manuel imperator Mehemetem adversus Mosem evocat et concitat. Mehemetes bis victus Byzantium se recipit: tandem Mosem vincit; hic inter fugiendum occiditur, ejusque cadaver Prusam sepeliendum defertur.

Ὁ δὲ Μωσῆς, ὃν λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, διάγων A μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μεχεμὲτ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας καὶ φυγών, ἦκεν ἐν Σινόπῃ ἡγεμονεύοντος Σπεντιὰρ τοῦ Τουρκουμάνου (53). Φιλοξενήσας οὖν αὐτὸν, ὡς ἔδει, ἐζήτησε περᾶσαι Μωσῆς τὴν περαίαν τοῦ Εὐξείνου πόντου, τὰ πρὸς Βλαχίαν. Ὁ δὲ ἀσπασίως τὴν αἴτησιν αὐτοῦ πληρώσας ἀφῆσι, καὶ εἰς Βλαχίαν περᾷ. Καὶ τῷ Μύλτζῃ βεηβόδᾳ (54) συντυχὼν, καὶ πληροφορήσας αὐτῷ τίς τε εἴη, καὶ πόθεν ἦκε, καὶ πῶς, δίδωσιν αὐτῷ ἄδειαν τοῦ περιπατεῖν ἐν πάσῃ Βλαχίᾳ, καὶ πράττειν τὰ δόξαντα. Οἱ δὲ τῆς δύσεως σατράπαι, καὶ τὰ τοῦ Δανούβεως μέρη φυλάττοντες, μαθόντες τὴν εἰς Βλαχίαν εἴσοδον τοῦ Μωσῆ, γράφουσι καὶ δηλοῦσι τῷ Μουσουλμὰν τὰ γενόμενα· καὶ ὅπως, εἰ μὴ φθάσας περάσει B ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Θρᾴκης, τὴν δύσιν ὁ Μωσῆς κληρώσεται, καὶ αὐτὸς ἐν Ἀσίᾳ διάγων εἰς αὐτὴν καὶ καταλήξει. Ὁ δὲ Μουσουλμὰν ἐνωτισθεὶς τοῖς λόγοις τούτοις, συντόμως ἐξ Ἐφέσου πρὸς Λάμψακον ἔρχεται, ἄγων ὁμοῦ καὶ τὸν Τζινεὴτ, ἄλλον ἔπαρχον καταστήσας ἀντ' αὐτοῦ ἐν Ἐφέσῳ καὶ ἐν πάσῃ τῇ ἐπαρχίᾳ. Ἦν δὲ ἐν Λαμψάκῳ κτίζων ἐπ' ὀνόματι τοῦ Μουσουλμὰν πύργον ἕνα παμμεγέθη, ἐν τῇ ἀκτῇ τῇ ἀπέναντι Καλλίουπόλεως. Ὁ δὲ δομήτωρ ἦν Σαλαγρούζω δὲ Νέγρω (55) Γενουΐτης εἷς τῶν εὐγενῶν, ὃν καὶ οἰκοδομήσας ὡς ἔπρεπε, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ Μουσουλμὰν, ἐδωρήσατο αὐτῷ πλεῖστα χρήματα. Καὶ περάσας ἐν Καλλιουπόλει, καὶ καθίσας ἐν πότοις καὶ ἀμεριμνίαις, εὐφραινόμενος, καὶ ἀσελγαίνων οὐκ ἐφρόντιζε περὶ τοῦ Μωσῆ. Ὁ C δὲ Μωσῆς οὐ διέλειπε γράφων τοῖς μεγιστάνοις, καὶ τάττων αὐτοῖς πάντα τὰ χρήσιμα, εἰ ἐγκρατὴς τῆς ἡγεμονίας γενήσεται· καὶ οὐ μόνον ἦν ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ Τούρκους ἀθροίσας ἐκ τῶν τοῦ Ἴστρου μερῶν, παρ' αὐτῶν πάσης Θρᾴκης καὶ Θετταλίας καὶ Ἰλλυρικοῦ ἡγεμὼν ἀνηγορεύετο. Ὁ δὲ Μουσομλμὰν τὸν Τζινεὴτ πρὸς τὰ μέρη τῆς Βουλγαρίας, ἐν τοῖς μέρεσι τῶν Ἀχριδῶν (56) D

At Moses, quem in superioribus nominavimus, cum fratre suo Mehemete Ancyræ in Galatia agebat; unde Sinopem aufugit ad Spentiarem Turcomanum, ejus urbis principem. Cumque ab eo benigne susceptus esset Moses, rogavit, ut in objectam continentem Valachiam versus trajicere ejus ope et auxilio posset, quod etiam facillime ab eo obtinuit, et in Valachiam trajecit. Ad Vaivodam deinde Myltzem se confert, cui certis indiciis notum fecit, quisnam esset, unde et quomodo illuc accessisset. Quare Vaivoda libertatem ei concedit secure per totam Valachiam eundi, et prout ei placuerit agendi facultatem. Cum vero Bassis, qui Occidentis provincias ad Danubium sitas regebant, Mosis in Valachiam adventus innotuisset, Musulmano rem totam scriptis litteris exponunt, monentque nisi celeriter in Thraciam transierit, limites imperii sui intra Asiam, in qua tempus terit, fixum iri: Mosem vero occiduas provincias in ditionem suam redacturum. Iis monitis cum paruisset Musulmanus, quanto ocius Epheso Lampsacum proficiscitur, comitemque expeditionis Cineitem abducit, in ejus locum Epheso totique provinciæ alio præfecto. Per id tempus Musulmano auctore et mandante Salagruzus de Negro patricius Genuensis turrem amplam Lampsaci exstruebat in littore Callipoli objecto: quam, ut par erat, solide constructam, ubi conspexit Musulmanus, multas ei pecunias largitus est. Inde Calliopolim transvectus, compotationibus et crapulæ operam dedit, et omnibus curis remissis, deque Mose haud sollicitus, voluptatibus carpendis exercendisque libidinibus attentus erat. Non cessabat interea Moses ad magnates primariosque viros scribere, et polliceri, si rerum summa potiatur, fore ut eorum commodo ac utilitati studeat; neque his solum intentus Turcos etiam ex Istri tractu collegit, ab eisque totius Thraciæ, Thessaliæ et Illyrici princeps proclamatur.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(52) Leunclavius lib. x, Mosis adversus Suleimanem seu Musulmanum gesta narrat, auctorumque dissentientes narrationes notat.

(53) *Ἡγεμονεύοντος Σπεντιὰρ τοῦ Τουρκομάνου.* Islendiares a Leunclavio appellatur, ejusque genealogiam descripsit. A Turcis Omeroglii et Isfen Israeli appellati sunt. Laonicus, lib. IV, Mosem ad Sinopes principem profectum esse etiam narrat.

(54) *Καὶ τῷ Μύλτζῃ βεηβόδᾳ.* Mirkien Iflakum, seu Marcum Valachum appellat illum Leunclavius; Laonicus, lib. IV, Myrxen. Hic est Dani frater, de quo infra fit mentio cap. 29.

(55) *Σαλαγρούζω δὲ Νέγρῳ.* *Annales Genuenses* nullam isto tempore hujus Nigri mentionem faciunt: cujusdam alius, qui sæculo superiore vixit, nomen ab illis celebratur.

(56) *Ἐν τοῖς μέρεσιν τῶν Ἀχριδῶν.* In ms. libro bibliothecæ Regiæ catalogus urbium et locorum, quorum nomina mutata sunt, exstat: in eo Πρεσθέλλις ἡ Ἀχρίδα. In alio ms. ejusdem bibliothecæ exstant formulæ inscriptionum et subscriptionum, quibus Constantinopolitanus patriarcha in litteris ad papam, patriarchas et metropolitas utitur. Inter illos exstat, πρὸς τὸν Ἰουστινιανῆς, his verbis: Μακαριώτατε ἀρχιεπίσκοπε τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς, Ἀχρίδων καὶ πάσης τῆς Βουλγαρίας ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· ἀγαπητὲ ἀδελφὲ τῆς ἡμῶν μετριότητος. *Beatissime archiepiscope Justinianæ primæ, Achri-*

Digitized by Google

Musulmanus vero Cineitem in Bulgariam misit, eumque vicinis Achridarum **49** provinciæ partibus præfecit; ipse Adrianopolim profectus eam ingreditur, et ab omnibus, ut bonorum omnium auctor atque largitor, laudibus in cœlum effertur. Et revera talis erat Musulmanus: quamcunque enim urbem aut vicum adiret, ut dies triginta ibi moraretur, divitibus et pauperibus, illisque, qui præ inopia mendicabant, abunde largiebatur: tum ergo coactum exercitum adversus Mosem misit, dum ipse dies solidos in compotationibus consumebat. Moses itaque pugna commissa victor evasit, exercitumque Musulmani usque ad portas Sophiæ insecutus est, et fama ubique sparsa ipsum in occidente regnaturum. Ubi autem Musulmanus intellexit brevi Adrianopoli affuturum Mosem, ad quem undequaque turmatim omnes confluebant, etiamque ex primariis plurimi, sero tandem veterno solutus et excitatus ad mentem sobriam rediit, et Constantinopolim petere decrevit, viamque cum paucis equitibus ingressus, ab eis ad Mosem deficientibus deseritur. Musulmanus in quoddam oppidum iter faciendo venit: quem ubi conspexere oppidani, ex equi forma, vestium ornatu et vultu, principem esse cognoverunt, et ad spectandum illum accurrunt: cumque juvenes quinque sagittarii pharetrati eum currendo prævenissent, tum turbatus telum in eos emittit, quo percussus eorum unus pronus in caput cecidit: secundo deinde emisso alium sternit: tunc tres qui supererant, quod fratres germani isti quinque essent, uno consensu tela in Musulmanum torquent, equo dejiciunt et lapso caput abscindunt. Mosem etiam, quem longum satellitum agmen comitabatur, Adrianopolitani cives in urbem accipiunt, et quam exquisito possunt cultu venerantur, ibique Occidentis princeps proclamatur. Cognita porro morte fratris sui Musulmani eum luxit, et milites satraparumque præcipuos misit, qui defuncti cadaver Adrianopolim apportarunt; Prusam postea magna pompa perlatum, monumento, quod ipse posuerat, intulerunt. Diligentem etiam inquisitionem exercuit in eos qui

A ἔπαρχον καταστήσας ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἐν Ἀδριανουπόλει τὴν πορείαν ἐποίει, καὶ εἰσελθὼν ἐντὸς τῆς πόλεως, ἅπαντες αὐτὸν ὡς εὐεργέτην καὶ δωτῆρα πάντων καλῶν ἀνηγόρευον. Καὶ ἐν ἀληθείᾳ οὕτως ἦν· ὅπου γὰρ ὁ Μουσουλμὰν ἤρχετο κἂν τε ἐν πόλει, κἂν τε ἐν κώμῃ τοῦ ποιῆσαι ἐκεῖ ἡμέρας τριάκοντα, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ πένητες καὶ αὐτοὶ οἱ δι' ἔνδειαν τροφῶν προσαιτοῦντες, πάντες αὐτάρκεις ἐγένοντο. Τότε ὁ Μουσουλμὰν ἀπ' Ἀδριανουπόλεως συλλέξας στρατὸν κατὰ τοῦ Μωσῆ ἔπεμψε, καὶ αὐτὸς διημέρευεν ἐν πότοις. Ὁ δὲ Μωσῆς συνάψας πόλεμον, καὶ ὑπέρτερος φανεὶς, καὶ διώξας τὸν στρατὸν τοῦ Μουσουλμὰν ἐγγὺς που Σοφίας, ἐγένετο ἀπανταχοῦ φήμη, ὡς ὁ Μωσῆς μέλλει τῆς δύσεως τοπάρχης γενέσθαι. Καὶ δὴ ἐνωτισθεὶς ὁ Μουσουλμὰν τὴν ὡς ἐν ὀλίγῳ μέλλουσαν εἰσέλευσιν ἐν Ἀδριανουπόλει τοῦ Μωσῆ· ἦν γὰρ συῤῥέων ἅπαν τὸ πλῆθος ἐν αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν προὐχόντων οὐκ ὀλίγοι· αὐτὸς ὀψέ ποτε ἀνανήψας ἐκ τοῦ κάρους τῆς μέθης ἠβουλήθη πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἀπιέναι· καὶ σὺν ὀλίγοις ἐπιβάταις τὴν ὁδὸν ἀρξάμενος, καὶ αὐτοὶ ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον, καὶ πρὸς τὸν Μωσῆν ἤλαυνον. Ὁ δὲ Μουσουλμὰν ἐν χωρίῳ τινὶ (57) καθ' ὁδὸν ἐντυχών· καὶ οἱ τοῦ χωρίου εἶδόν τε αὐτὸν καὶ ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων, καὶ ἐκ τῆς μορφῆς, καὶ γνωρίσαντες ὡς ὁ ἡγεμών ἐστιν, ἔθεον ἐπὶ τῇ θέᾳ αὐτοῦ. Καὶ προκαταλαβόντες νεανίσκοι πέντε τοξόται, φέροντες τόξα καὶ βέλη· ὁ Μουσουλμὰν ταραχθεὶς ἀφίησι βέλος κατ' αὐτῶν, καὶ ὁ εἷς κύμβαχος ὀλισθήσας

B

C ἔπεσε, καὶ δεύτερον πέμψας ῥίπτει τὸν ἕτερον· τότε οἱ τρεῖς ὁμονοήσαντες, ἦσαν γὰρ καὶ οἱ πέντε ὁμοπάτριοι καὶ ὁμαίμονες, ἀφιᾶσι τὰ βέλη κατὰ τοῦ Μουσουλμὰν, καὶ πίπτει τοῦ ἵππου, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσιν. Ὁ δὲ Μωσῆς εἰσάγεται ἐν Ἀδριανουπόλει μετὰ δορυφορίας καὶ τιμῆς ὅσης, καὶ ἡγεμὼν δύτεως ἀναδείκνυται. Μαθὼν δὲ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μουσουλμὰν ἐπένθησε· καὶ στρατιώτας πέμψας, καὶ τοὺς πρώτους τῶν σατραπῶν, ἔφερον τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν Ἀδριανουπόλει, ἔπεμψεν αὐτὸ ἐντίμως ἐν τῇ Προύσῃ, καὶ ἔθαψαν ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι μνημείῳ. Ὁ

Ismaelis Bullialdi no:

darum, et universæ Bulgariæ in Spiritu sancto dilecte modicitatis nostræ frater. Ex his verbis videri posset Justiniana prima differre ab Achridis, illaque esse urbis, hæc regio dici posset: cui conveniunt verba libri ms. 1932 bibliothecæ Regiæ, Θράκη ἐστὶν ἡ Ἀδριανούπολις μέχρι τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς Σοφίας, καὶ τῆς Βολγαρίας καὶ τῆς Ὀχρίδος καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς. *Thracia ab Adrianopoli ad Constantinopolim extenditur, et Sophia, Bulgaria et Ochride ejusque partibus terminatur.* Ita ut Ochris seu Achris pro provincia et regione hoc loco, non pro urbe accipiatur; Justinianam primam Turci Giustandil appellant. Urbs Achris a Gregora, lib. III, in Macedonia collocatur, quæ et Bulgarici regni in Illyricum usque protensi, pars fuit. Libro etiam II habet: Περὶ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τῆς Βουλγαρίας τῆς καὶ Ἀχρίδος καλουμένης, *De archiepiscopatu Bulgariæ, qui et Achridis dicitur*, cujus metropolis Justiniana prima dicta. Georg.

D logotheta in Chron. de Achridis mentionem facit. Laonic. lib. I, Macedoniæ urbem Ochridem nominat. Acta etiam Leonis papæ IX adversus Michaelem Cerularium, et Leonem Achridæ episcopum, urbem esse clare exponunt: in illis exstat epistola Michaelis et Leonis quæ sic incipit: *Michael universalis patriarcha novæ Romæ, et Leo archiepiscopus Achridæ metropolis Bulgarorum dilecto fratri Joanni Cannensi episcopo.* Cantacuzenus etiam πόλιν ἑσπέριον eam appellat, lib. II, cap. 20, ita ut dubium omne tollatur, et Achridam esse urbem constet.

(57) *Ὁ δὲ Μουσουλμὰν ἐν χωρίῳ τινί.* Ejus mortem eodem fere modo accidisse Beccani Annales et historia Verantiana narrant. Dissentit ab illis Hunivaldana. Leunclavius, lib. X, annum devicti Musulmani ascribit Hegiræ anno 815, qui cœpit Maii 6. feria 3, ann. Chr. 1410. Laonicus, lib. IV, rem aliter quam alii narrat.

Digitized by Google

δὲ Μωσῆς ἀκριβῆ ἔρευναν ποιήσας εἰς τοὺς φονεῖς τοῦ Μουσουλμάν, καὶ εὑρὼν καὶ τοὺς τρεῖς, καὶ πέμψας ἐν τῷ χωρίῳ ὃ [οὗ] ἐφονεύθη· καὶ ἀθροίσας πάντας τοὺς χωρίτας, καὶ δεσμήσας τὸν καθένα σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἀσφαλίσας τὸν καθένα ἐν ταῖς καλύβαις αὐτῶν, πῦρ ἀφιᾶσιν· καὶ τέκνα καὶ γονεῖ-, καὶ συγγενεῖς, καὶ αἱ καλύβαι, καὶ τὸ χωρίον ἅπαν κατετεφρώθη, καὶ εἰς κόνιν ἐγένοντο. Τοιαύτην ποινὴν ὁ ἀπάνθρωπος εἰς ἀνθρώπους εἰργάσατο, δεικνύων τὴν ἀπαρχὴν τῶν κακῶν, ὧν ἤμελλε κατεργάζεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ. Ἀθροίσας οὖν τοὺς μεγιστᾶνας τῆς Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας καὶ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν· ἦσαν γὰρ συνηθροισμένοι πάντες εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ· δημηγορήσας εἴρηκε πρὸς αὐτούς· Ὦ ἄνδρες καὶ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς φίλοι, καὶ γὰρ οὐ δούλους λέγω, οἴδατε ἀκριβῶς τὴν ἣν ὑπέστη παρὰ τοῦ Τεμὺρ ἀπειλὴν ἡ τῆς Ἀσίας μερίς· καὶ τὸ πλέον, ὅτι ὁ ἐμὸς πατὴρ παρεδόθη εἰς χεῖρας αὐτοῦ ὡς στρουθίον. Οὐκ ἄλλο τοίνυν ἦν τὸ καταβιβάσαι τοὺς Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ τὸ λοιπὸν ἔθνος ἐν τοῖς ἡμετέροις σκηνώμασι, πλὴν ἡ Κωνσταντίνου, καὶ σὺν αὐτῇ οἱ ἐν ταύτῃ βασιλεύοντες. Ἐλθὼν οὖν ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς, καὶ κυριεύσας τὰ Θρᾳκῶα μέρη, καὶ τὴν λειπουσαν γῆν, ἣν ὁ ἡμέτερος ἀδελφὸς [πατὴρ] ἐκυρίευεν, οὐ μόνον τὴν πρὸς τὸ πάτριον σέβας στοργὴν οὐκ ἐνεδείξατο· ἀλλὰ μᾶλλον, εἰ χρὴ λέγειν, καὶ ἐφ' ἡμῖσεος καθοὺρ ἐγένετο (58). Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν παραβλέψας, εἰς τὴν ἐμὴν χεῖρα τὴν ῥομφαίαν τοῦ προφήτου (59) δέδωκε, τοῦ διχοτομῆσαι τὸν ἄπιστον, τὸν δὲ πιστὸν ὑπερυψῶσαι καὶ ἀναβιβάσαι. Ἕνεκα τοῦτον οὐ χρὴ τοσαύτην γῆν ἡ Κωνσταντίνου κληρώσασθαι, οὐδὲ πόλεις Μακεδονικὰς, καὶ ταῦτα τὴν Θεσσαλονίκην, ἣν διὰ πολλῶν ἱδρώτων ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐκληρώσατο, καὶ τοὺς βωμοὺς τῶν εἰδώλων εἰς ἱερὰ τεμένη τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ προφήτου μετέστησεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα τῶν πόλεων, καὶ τὸν φονέα τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, εἰ Θεῷ θελητόν ἐστι, διὰ συνδρομῆς ἐμῆς ἡμετέραν καταστήσω· καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πρσευχῆς οἴκους. Τότε οἱ πάντες εὐφήμησαν, καὶ ξαντο.

Ἀθροίσας οὖν στρατὸν ἱκανὸν, πρῶτον μὲν ἐν Σερβίᾳ κατέδραμεν (60) (ἔφθασε γὰρ ὁ δεσπότης

A Musulmanum interfecerant, tresque illos, qui cædem patraverant, comprehensos in oppidum, ubi occisus fuerat, misit: et in unum convocatos omnes oppidanos, cum uxoribus et liberis singulos vinxit, et in singulis tuguriis conclusit; immissoque igne liberi cum parentibus cognatisque, tuguria etiam, totumque oppidum conflagrant, et in cineres vertuntur. Tali supplicio inhumanus ille in homines animadvertit, primitias ac specimen malorum scelerumque, quorum auctor temporibus suis futurus erat, exhibens. **50** Convocatis deinde Thraciæ, Macedoniæ aliarumque provinciarum proceribus, qui ad eum venerandum convenerant, oratione habita talia locutus est: *O viri patris mei amici, neque enim servos appello, probe*

B *novistis quanto cum horrore Asia ad Temyris minas trepidaverit: atque etiam, quod gravius est, patrem meum in manus illius velut passerem traditum esse. Non alius tamen, præter Constantinopolim ejusque imperatorem, accersivit Scythas et Persas, cæterasque gentes in patriam nostram evocavit. Cum vero frater meus, qui Thraciæ cæterisque regionibus, quas pater possederat dominabatur, non solum venerationem ac pietatem patriæ debitam non exhibuerit: quin potius, si ita fari licet, cavum, id est infidelis, ex semisse factus est: eapropter Deus illum aversatus, in manum lanceam prophetæ mihi tradidit, ut infidelem discindam, fidelem vero exaltem et honoribus extollam. Propterea non convenit*

C *Constantinopolim tam late imperare, aut urbes Macedonicas, imprimis vero Thessalonicam retinere, quam tot laboribus et arumnis parens meus conquisierat, idolorumque altaria in sacra Dei, ejusque prophetæ templa commutaverat: atque ipsam cæterarum urbium caput, patrisque mei homicidam, si Deo ita placuerit, operi gnaviter incumbens, imperio meo submittam, et templa, quæ in illa urbe stant Deo et prophetæ ejus consecrata domos orationis constituam.* His dictis omnes faustis acclamationibus applauserunt, verbaque ejus, non secus ac Dei, aurinus hauserunt.

τεμένη τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ προφήτου τελέσω ὡς παρὰ Θεοῦ τοὺς μιαροὺς αὐτοῦ λόγους· ἐδέ-

D Ingenti itaque conscripto exercitu Serviam primum invadit (quam equidem Stephanus Lazari fi-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(58) *Καθοὺρ ἐγένετο.* Gaurum et Gauros scribit Leunclavius: Turci *Ginaur*, dissyllabum Gallica pronuntiatione: verbum contumeliosum est, quod *infidelem* significat. Moses porro fratrem suum Musulmanum Gaurum seu infidelem appellat, ob fœdus cum imperatore Manuele ab eo percussum obsidesque fratrem ac sororem datos.

(59) *Τὴν ῥομφαίαν τοῦ προφήτου.* De Halis acinare hic locus intelligendus est: de quo Leuncl. *Hist. Musul.* lib. I, ex Arabum et Turcorum monumentis sic disserit: *Hinc illæ Muhametanorum fabellæ de iltius* Sulficare (*sic Alis acinacem nominare consueverunt*) *quem narrant quoties vagina educeretur, ita se divisisse, ut geminus efficeretur, cubi-*

D *tos* 18 *longus, et Alim eo contra Gauros utentem, ab utroque latere non aliter ipsos ac segetem messores prosternere solitum, ac montes etiam seu scopulos eo dissecuisse. Mos indidem inolevit, ut in militaribus signis Musulmanorum hic Alis acinax, sive* Sulficar, *velut inauspicatus Christianis, faustus ipsis exprimatur*, etc. In superliminaribus quarumdam ædium publicarum Constantinopoli, hoc sulficar expressum bifidi ensis figura vidi, et gladium Halis appellari ab incolis audivi: hoc μορμολυκείῳ et terriculamento pavorem Christianis injicere gens viribus suis nimium confisa credit.

(60) *Πρῶτον μὲν ἐν Σερβίᾳ κατέδραμεν.* Adeundus Leunclavius lib. II *Histor. Musulm.* A Muhamede

Digitized by Google

lius deseruerat tanti hostis adventu perculsus, ad cujus etiam nomen solum pavescebat) et in quamplurima oppida agrosque patentes excursione facta, venustos juvenes corpore ac vultu formosos mancipia abduxit; cæteros gladio peremit: cumque tria castra expugnasset, omnes ense demessos prostravit. Super cadaveribus deinde Christianorum mensa instructa, convivio splendido ac celebri præcipuos suorum magnatesque excepit. Serva excedens Adrianopolim pedem refert, brevique spatio quieti dato ad Constantinopolim expugnandam bellicas machinas apparat: et exercitu haud exiguo in Thessaliam misso Thessalonicam oppugnat, occupatisque omnibus, excepto Zetunio, castris Strymoni impositis, ipse Constantinopolim tendit, omniaque oppida deserta, unde imperator Manuel incolas in urbem transtulerat, invenit eaque deussit. Dispositis deinde castris animo confisus eam in potestatem suam redacturum sperabat. Rem e longinquo gerebat, copias procul ab urbe tenens: verum singulis diebus ad pugnam **51** lacessendo, hostes cædebat, lacessitus quandoque ipse et cæsus. Erumpentes namque Constantinopolis cives prælio cum Turcis congrediebantur, horumque cæsorum numerus Romæorum numerum triplo superabat. Neque interim imperatori ejusmodi victoriæ gratæ erant. Romæos enim ipsi charos ac commendabiles, non minus ac pupillam oculi, eorum paucitas reddebat. Quid commodi, inquit, ad me redit, si decem milites Romæos ex centum amisero? quantamve cladem accipit Moses, si ex mille Turcis centum perierint? Verumtamen audacia freti Romæi haud se continuerunt, ac eruptione facta prælio Turcos aggredi non cessavere. Inter pugnandum vero comprehenderunt Turci quemdam illustrium, Joannis olim imperatoris, Manuelisque F. pincernam, quem capite truncarunt. Cognita cæde cadaver pugnæ subtraxerunt Romæi, postque diuturnam pugnam ac vociferationem illud in urbem importarunt: at ejus caput ad Mosem attulere Turci. Occisi pater Nicolaus Notarius imperatoris D. Manuelis interpres, quique prædives erat, caput abscissum multis centenis nummis illico redemit, et una cum cadavere sepelivit. Ingenti dolore Romæorum juvenis ille desideratus est, patrisque et Lucæ fratris, qui sub imperatore Joanne ultimo Palæologo Mesazontis officio fungebatur; postremo in civitatis universæ clade cum liberis capite plexus est. Verum ad narrationis seriem revertamur.

Manuel equidem imperator cum tyranni ferum ac immanem animum cerneret, bellumque interneci-

A Στέφανος ὁ τοῦ Λαζάρου υἱὸς μὴ φέρων ἐν τοῖς ὠσὶ τὴν ἐπιδρομήν), καὶ παμπληθῆ χωρία, καὶ κάμπους καταδραμών, τὰ μὲν ὡραῖα τῇ ὄψει καὶ νέα σώματα ἠχμαλώτιζεν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας ξίφει κατέσφαττε. Λαβὼν δὲ καὶ πολίχνια τρία πολέμῳ πάντας ἐθέρισε· καὶ θερίζων, ἐν τοῖς σώμασι τῶν Χριστιανῶν τράπεζαν ἐφήπλου, καὶ πανδαισίαν ἐποίει μετὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ. Ἀπὸ δὲ Σερβίας στραφεὶς ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ μικρὸν ἀναπαυσάμενος, τὰ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου παρεσκεύαζε πολεμικὰ τειχομηχανήματα· πέμψας δὲ στρατὸν οὐκ ὀλίγον ἐν Θετταλίᾳ, ἐπολιόρκει Θεσσαλονίκην, καὶ τὰ παρὰ τὸν Στρυμόνα χωρία ἅπαντα παραλαβών, πλὴν Ζητουνίου, αὐτὸς πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἐχώρει, καὶ πάντα τὰ χωρία εὑρὼν ἔρημα· ἦν γὰρ B μετοικήσας αὐτὰ ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐντὸς τῆς πόλεως· πάντα πυρὶ παρέδωκεν· αὐτὸς δὲ πήξας τὰς σκηνὰς, τῇ μὲν γνώμῃ θαῤῥῶν ἦν, ὅτι γενήσεται ταύτης κύριος· τῇ δὲ πράξει καὶ τῇ λοιπῇ δυνάμει μακρόθεν ἦν ἐστώς· πλὴν καθ' ἡμέραν οὐκ ἐπαύετο πολεμῶν, καὶ πολεμιζόμενος, καὶ σφάττων, καὶ σφαζόμενος παρὰ τῶν πολιτῶν. Ἐξερχόμενοι γὰρ οἱ πολῖται συνεπλέκοντο τοῖς Τούρκοις, καὶ εἰς ἕνα Ῥωμαῖον τρεῖς ἔπιπτον Τοῦρκοι. Τὸν δὲ βασιλέα οὐκ ἤρεσκε τοῦτο. Εἶχε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διὰ τὴν ὀλιγότητα φυλάττων αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. Ἔλεγε γὰρ, Τί μοι ὄφελος, εἰ ἀπὸ τοὺς ἑκατὸν στρατιώτας Ῥωμαίους ὀλέσω δέκα; Ἤ τίς τῷ Μωσῇ ζημία, εἰ ἀπὸ τοὺς χιλίους Τούρκους C ὀλέσει ἑκατόν; Πλὴν ἡ θρασύτης τῶν Ῥωμαίων οὐ διέλιπε τοῦ ἐξέρχεσθαι καὶ συμπλέκειν τοῖς Τούρκοις. Ἔλαβον οὖν ἐν πολέμῳ οἱ Τοῦρκοι ἕνα τῶν ἐνδόξων, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης Ἰωάννου τοῦ χρηματίσαντος βασιλέως, τοῦ βασιλέως Μανουὴλ υἱοῦ, ὃν καὶ ἀπέτεμον αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι μαθόντες τὸ γεγονὸς ἐξεπόρτησαν. Καὶ διὰ πολλοῦ πολέμου καὶ κραυγῆς, ἔφερον τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐντὸς τῆς πόλεως· τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ οἱ Τοῦρκοι τῷ Μωσῇ ἐκόμισαν. Τότε Νικόλαος Νοταρᾶς πατὴρ τοῦ τεθνηκότος, διερμηνευτὴς ὢν τοῦ βασιλέως κυρίου Μανουὴλ, πλούσιος ὢν σφόδρα, ἐξαγοράσας διὰ πολλῶν κεντιναρίων τὴν κεφαλὴν ἔθαψε σὺν τῷ σώματι. Μέγα πένθος ποιήσας Ῥω- D μαίοις ὁ νέος ἐκεῖνος καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ Λουκᾷ· ὃς καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ὑστάτου βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου μεσάζων ἐχρημάτισε, καὶ ἐν τῇ παντελεῖ φθορᾷ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς τέκνοις ἐκαρατομήθη. Ἀλλ' ἐπανιτέον ἤδη πρὸς τὴν διήγησιν.

Ὁ βασιλεὺς γὰρ Μανουὴλ ὁρῶν τοῦ τυράννου τὸ ἀπηνὲς, καὶ τὸ πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν μάχην

Ismaelis Bullialdi notæ.

per legatos ad fœdus amicitiamque contrahendam Manuelem imperatorem sollicitatum Verantiana et Hanivaldana historiæ tradunt. Illa victum a Mehemete Mosem primo congressu, hæc vero secundo prælio asserit: et utraque Mosem in fratris sui Mehemetis manus vivum devenisse affirmant. De Mose Leonicus, lib. IV, adeundus. Phranzes etiam, lib. I, cap. 30, istorum Bajazitis filiorum res gestas narrat: nostroque consentit, cum semel atque iterum victum Mehemetem a Mose recessisse, tertio tandem prælio victoria potitum esse scribit.

Digitized by Google

ἀσπονδον ἔχθραν, μηνύει τῷ Μαχουμὲτ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔτι διάγων ἐν Προύσῃ, τὸ ἐλθεῖν εἰς τὸ Σκουτάριον· καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τριήρεσι διαβιβάσει ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει. Ἀπὸ δὲ Κωνσταντινουπόλεως βοηθείᾳ Θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως ἐξερχόμενος συμπλακήσεται τῷ τυράννῳ. Καὶ εἰ μὲν τὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὸν τύραννον ῥέψει, ἡ πόλις πάντοτε ἑτοιμος ἔσται εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ· *Εἰ δὲ τοὐναντίον, ὃ καὶ ἐπιθυμητὸν ἡμῖν ἐστι, τῆς ἡγεμονίας ἐγκρατὴς γενήσῃ, καὶ ὡς ἐμὸς υἱὸς ἔσῃ.* Ὁ δὲ Μαχουμὲτ ἀκούσας τοὺς λόγους τούτους, καὶ πρόθυμος γενόμενος, προθύμως εἰς τὸ Σκουτάριον ἤλαυνε πάσας τὰς αὐτοῦ δυνάμεις. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν ὅτι ἦλθεν εἰς τὸ πέραν, τὰς τριήρεις ἑτοίμους ἔχων περᾷ, καὶ τῷ Μαχουμὲτ ἐντυχὼν, καὶ λόγους ἐνόρκους λαβὼν καὶ δοὺς, περᾷ τὸν Μαχουμὲτ σὺν αὐτῷ εἰς Κωνσταντινούπολιν. Καὶ μεγάλην πανήγυριν ἐν τῇ εἰσόδῳ ποιήσας ὁ βασιλεὺς τρεῖς ἡμέρας, τῇ τετάρτῃ ἔξεισι τῆς πόλεως ὁ Μεχεμὲτ σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ καὶ σὺν ὀλίγοις στρατιώταις Ῥωμαίοις· καὶ συμμίξας τῷ Μωσῇ ἡττήθη, καὶ ἡττηθεὶς κατέφυγεν ἐν τῇ πόλει. Ὁ δὲ βασιλεὺς θεραπεύσας αὐτὸν διὰ λόγων σοφιστικῶν, καὶ πραγμάτων στρατιωτικῶν ὧν ἀπώλεσεν, ἐπεμελεῖτο πάλιν τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ δευτέρου, καὶ συμπλακῆναι τῷ Μωσῇ. Ὁ δὲ Μωσῆς ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Κωνσταντινουπόλεως, ἔχων πάντα τὸν δυτικὸν στρατὸν σὺν αὐτῷ, παρεσκευάζετο κατὰ τοῦ Μεχεμὲτ καὶ τῆς πόλεως. Ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐκ δευτέρου ὁ Μεχεμὲτ καὶ πάλιν ἡττήθη, καὶ πάλιν ἐν τῇ πόλει κατέφυγε, καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ὑπεδέξατο. Τότε ὁ Μεχεμὲτ ἐν ἀδημονίᾳ γεγονὼς, καὶ τὴν τῆς τύχης μεταφορὰν ὡς σφενδόνης στρεπτὸν ἡγησάμενος, εἶρηκε τῷ βασιλεῖ· *Σὺ μὲν, πάτερ ἅγιε, ζυγοσταθμῶν, καὶ προβλέπων τὰς πλάστιγγας, οὐκ ἀφίης μοι, ἄνω καὶ κάτω τὴν τύχην ὁρῶν, τοῦ προδοθῆναι ἢ παραδοθῆναί μοι τὸν ἐχθρὸν παρ' αὐτῆς. Ἐγὼ δὲ λέγω, πᾶν τὸ ἐν μετώποις γραφὲν* (61) *ἑνὸς ἑκάστου δακτύλῳ Θεοῦ ἀπαραιτήτως προβήσεται. Κέλευσον οὖν μοι σὺν τοῖς ἐμοῖς τὴν πρὸς Ἀδριανοῦ φέρουσαν τρίβον ἄρξασθαι· καὶ μόνον εὖχου μοι ὡς πατὴρ υἱὸν, καθὰ καὶ εἰμὶ, τὰ δὲ μέλλοντα τῷ Θεῷ μελέτω.* Τότε ὁ βασιλεὺς ἀκούσας τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ περιπλακεὶς αὐτὸν, καὶ ἀσπασάμενος, καὶ δεῖπνον εὐτρεπίσας πολυτελῆ, καὶ χαρμονικῶς εὐφρανθέντες· πρωΐας ἤδη γενομένης ἔξεισιν ὁ Μεχεμὲτ τῆς πόλεως, καὶ εἰς δύο μερίσας τὸν στρατὸν, τὸ μὲν ἓν μέρος πρὸς τὰ τοῦ Εὐξείνου μέρη ἔπεμψε, τὸ δὲ ἄλλο πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ φέρουσαν ὥδευε. Τότε ὁ Μωσῆς πάλιν ἀκούσας, καὶ μαθὼν πῶς εἰς δύο κατατομὰς τὰ φοσάτα ἐμέρισε, τὰ πρὸς τὸν πόντον μέρη ἐδίωκεν· καὶ δὴ ἐπεισπεσόντα ἅμφω τὰ στρατόπεδα, καὶ οἱ τοῦ Μωσῆ ἡττηθέντες πρὸς τὸν Μεχεμὲτ ἠθροίζοντο. Ὁ δὲ ἀσπασίως ὑπεδέχετο. Ὁ δὲ Μωσῆς τὸ γεγονὸς ἰδὼν, καὶ τὸ τῆς

A num adversus Christianos odio implacabili eum gerere, Mahometem fratrem ipsius Prusæ tunc adhuc degentem monet, ut Scutarium accedat, unde Constantinopolim triremibus imperatoriis trajiceret; Constantinopoli deinde faventibus Deo ac imperatore egressus pugna cum tyranno experiretur: ita ut ipsi urbs ad tute se recipiendum pateat, si tyranno fortuna arriserit: *Sin minus id contigerit (quod impense nobis optandum), principatum adipisceris, et mihi, non secus ac liberi, charus eris.* His auditis alacer promptusque factus Mahometes, quascunque copias habebat, Scutarium confestim duxit. Imperator ergo, ubi eum advenisse ad oram oppositam didicit, triremibus, quas instructas habebat, eo trajicit; et cum Mahomete collocutus,
B mutuo jurejurando fide utrimque obstricta, eum Constantinopolim secum vehit. Exceptum celebri pompa tridui spatio magnifice habuit: quarto demum die Mahometes urbe egreditur cum universo exercitu et parva manu militum Romæorum: initaque **52** cum Mose pugna victus in urbem fuga se recepit. Tum imperator animum illius sermonibus aptis erexit; curavitque apparatum bellicum iterum instaurari, et amissa resarciri, ut eum Mose acie denuo confligeret. At Moses ex finibus Constantinopolitanis occiduarum regionum omnes copias deduxit, aciemque adversus et Mahometem et urbem instruxit. Altera igitur vice erumpens Mahometes, accepta iterum clade in urbem refu-
C git, fugientemque imperator suscipit. Tunc mœstus et anxius, reputans fortunam, æque ac fundam, mutabilem volubilemque esse, his verbis imperatorem alloquitur: *Tu, pater sancte, qui momenta rerum perpendis, lanciumque reciprocam librationem prævides, cum fortunam contempleris susque deque res meas versare, non dimittis me, ut ipsa me prodat, aut in manus meas hostem mihi tradat. Ego vero te coram hoc assero: quidquid in frontibus uniuscujusque nostri Dei digito scriptum est, id irrevocabile esse, ac necessario eventurum. Jubeas igitur me cum omnibus meis copiis viam, quæ Adrianopolim ducit, capessere: mihi bona faustaque solummodo precare et opta, ut patrem filio decet, futura vero Dei providentiæ permittamus.* Hunc sermonem
D ubi audivit imperator, ipsum complexus ac deosculatus est: cœna deinde opipare et laute instructa, hilares et læti genio indulserunt. Orta demum luce urbe exiit Mahometes, copiasque in acies binas partitur; quarum altera versus Euxinum incessit, altera Adrianopolim contendit. Moses autem, ubi cognovit exercitum suum Mahometem in duo agmina divisisse: illud, quod ad Euxinum Pontum properabat, insequitur, assequiturque; cumque ambæ oppositæ acies concurrissent, Mosisque copiæ victæ fuissent, ad Machometis partes transie-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61) *Πᾶν τὸ ἐν μετώποις γραφέν.* Juxta mentem Musulmanicæ religionis, quæ prædestinationem inevitabilem astruit, nihilque ex hominis voluntate libera fieri asserit.

Digitized by Google

runt, qui eos benevole admisit. Moses hoc casu fortunæque inconstantia perculsus aufugit, inque paludem locorum ignarus incidit. Fugientem vero insequebatur et urgebat quidam ex satrapis, qui Mahometi militabant, quem conversus Moses occidit. At satrapæ servus equo insidens Mosem invadit, eique brachium dextrum ab humero rescindit, et in paludem decutit. Altero itaque brachio ipsi amputato, et sanguine affatim profluente, animo deficiens ex equo devolvitur. Reversus satrapæ servus ad imperatorem heri sui mortem nuntiat, Mosisque vulnus: ad paludem deinde cum ventum esset, mortuum offenderunt, cadaverque in Mahometis conspectum attulere. Quod contemplatus, et pro more istius gentis fero ac inhumano cum luxisset fratrem mortuum, Prusam conditum mittit **53** in majorum suorum sepulcro. Mahometes his prospere gestis magnis itineribus Adrianopolim petit, ibique paterno in solio sedit: accessere deinde singulis diebus proceres ac magnates Occidentis ipsum veneraturi. Per id autem tempus, quo Moses bello a fratre suo Mahomete nondum petitus fuerat, Thraciam deserens clam aufugit Cinetes, et superato Hellesponto in Asiam venit: collectoque e Smyrnæis Thyræisque exercitu Ephesum occupat; quemque illius custodiæ imposuerat Musulmanus, capite truncat, totiusque Asiæ mox potitur, priusquam in Thraciam Mahometus advenisset.

A τύχης εὐμετάβολον, ἔφυγεν. Εἷς ἔλος δέ τι μὴ γνοὺς ἐμπεσών, καὶ εἷς τῶν σατραπῶν τοῦ Μεχεμὲτ καταδιώκων, στραφεὶς ὁ Μωσῆς ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁ δὲ τοῦ σατράπου δοῦλος φθάσας ἱππότης, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν ἀπὸ τοῦ ὤμου, ῥίψας αὐτὴν ἐν τῷ ἕλει· μονόχειρ δὲ εἰσελθών, καὶ διὰ τῆς ῥύσεως τοῦ σώματος λειποψυχήσας ἔπεσεν ἐκ τοῦ ἵππου. Ὁ δὲ δοῦλος τοῦ σατράπου ἐλθὼν εἰς τὸν ἡγεμόνα, ἀπήγγειλε καὶ τὸν θάνατον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ τοῦ Μωσῆ τὴν πληγήν· ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ ἕλει εὗρον τεθνηκότα (61*), καὶ ἦραν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ Μαχουμέτ. Ἰδὼν δὲ καὶ θρηνήσας κατὰ τὸ ἀπάνθρωπον ἔθος αὐτῶν, ἔπεμψε τὸ πτῶμα αὐτοῦ ταφῆναι ἐν Προύσῃ ἐν τοῖς πατράσιν ἐγγύς. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἐπαναζεύξας ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ καθίσας ἐν τοῖς Ὠμοῖς τοῖς πατρικοῖς, εἰσήρχοντο καθ' ἑκάστην οἱ τῆς Δύσεως προὔχοντες στρατηγοί, καὶ προσεκύνουν αὐτῷ. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἔχων σχολὴν καὶ ἀγωνίαν ὁ Μωσῆς μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Μαχουμέτ, ἔλαθε φεύγων ὁ Τζινετὴς τὰ Θρᾳκῶα μέρη, καὶ περάσας τὸν Ἑλλήσποντον κρύφα καὶ εἰς Ἀσίαν ἐλθών, καὶ στρατὸν ἀπὸ Σμύρνης καὶ Θυρέων συναγαγὼν ἔρχεται εἰς Ἔφεσον. Καὶ τὸν ἡγεμόνα, τὸν ὃν Μουσουλμὰν χειροτονήσας ἀφῆκεν, καρατομεῖ, καὶ κύριος ὡς ἐν ὀλίγῳ πάσης Ἀσίας γίνεται πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν Μαχουμὲτ ἐν τῇ Θρᾴκῃ.

B

CAPUT XX.

Manuel ad Mahometem Apocrisiarios mittit (62), alii quoque principes legatos mittunt, quos Mahometes benigne excipit, pacemque cum omnibus amplectitur. Manuel Joanni filio suo uxorem dat Russiæ magni Ducis filiam, quæ peste moritur, filiorumque Bajazitis unus, isque baptizatus. Secundæ ac tertiæ Joannis nuptiæ. Manuelis in Peloponnesum profectio.

Postquam igitur imperator Manuel nuntium accepit, summam rerum penes Mahometem esse, delectos magnates e præcipua nobilitate apocrisiarios ad eum mittit, et ex fœdere, dum Constantinopoli ageret, inito, res repetit, quæ pactis conventis comprehendebantur. Hos comiter suscepit Mahometes; firmatisque juramento pactis, arces omnes Euxino ponto impositas restituit: oppida quoque et castra Thessaliæ ac Propontidi vicina. Honorifice demum habitos, plurimisque donis cumulatos pacifice dimisit, responso hocce dato: *Abite et nuntiate patri meo Romæorum imperatori, me, auxiliante Dei numine, patreque meo imperatore opem ferente, paternum regnum recuperavisse. Ab hoc vero, et in posterum illi, quemadmodum filium decet, me subditum iri. Non immemor etenim sum, neque beneficiorum acceptorum unquam obliviscar. Pro libitu imperet, quam promptissime jussa ipsius exsequar.* Legatos quoque missos a Serviis, Walachis, Bulgaris, et duce Johanna-

C Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ μαθὼν τὴν μοναρχίαν τοῦ Μαχουμὲτ, καὶ ἀποκρισιαρίους στείλας τοὺς εὐγενεστέρους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, ζητεῖ παρ' αὐτοῦ ὅσα συγκατετέθη δοῦναι ἔτι ἐν Κωνσταντίνου διάγοντος. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ δεξιῶς αὐτοὺς ἰδὼν, καὶ συνθήκας ἐνόρκους ποιήσας, δοὺς ἅπαντα τὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου κάστρα, καὶ τὰ πρὸς Θετταλίαν χωρία, καὶ κάστρα, καὶ τὰ τῆς Προποντίδος ἅπαντα, φιλοτιμήσας, καὶ δώροις πλείστοις κορέσας, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· *Ὑπάγετε, εἴπατε τῷ ἐμῷ πατρὶ τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὅτι βοηθείᾳ Θεοῦ καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐζωσάμην τὴν δύναμιν τὴν πατρικήν. Ἀπὸ τοῦ νῦν δέ εἰμι καὶ ἔσομαι ὑπήκοος αὐτῷ, ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα. Οὐκ* D *εἰμὶ γὰρ ἀγνώμων, οὐδ' ἀχάριστος ὀφθήσομαι. Κελευέτω μοι τὸ δοκοῦν αὐτῷ. ἐγὼ δὲ μετὰ χαρᾶς ὅτι πλείστης ἔχω τοῦ δουλεύειν αὐτῷ.* Ὁμοίως καὶ πρέσβεις Σερβίας καὶ Βλαχίας, Βουλγαρίας τε, καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων (63), καὶ τοῦ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61*) Moses vincitur et interficitur anno Hegiræ 816, qui cœpit anno Christi 1413, April. 11, feria 2.

(62) Leunclavius, libb. XII et XIII, eorum quæ inter Manuelem imperatorem et principes Othmanos gesta sunt, nihil attigit.

(63) *Καὶ δουκὸς τῶν Ἰωαννίνων.* Urbs Epiri sub metropolita Naupacti Ætoliæ, olim Cassiope appellata, nunc Joannina.

Digitized by Google

δεσπότου Λακεδαιμονίας καὶ πρίγκιπος Ἀχαΐας, καὶ πάντας ἡμέρως προσαγορεύσας, καὶ ἐν ἀρίστῳ ὁμοτραπέζους συγκαθεδρίσας, καὶ ταῖς φιλοτησίαις εἰς ἀνάδειξιν πάντων ἐγκαταστήσας, ἀπέλυσε τοὺς πάντας ἐν εἰρήνῃ, λέγων αὐτοῖς· *Ἀναγγείλατε τοῖς κυρίοις ὑμῶν, ἐγὼ μετὰ πάντων εἰρήνην δίδωμι, καὶ εἰρήνην λαμβάνω. Ὃς πανουργεύει τὴν εἰρήνην, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης κατ' αὐτοῦ.* Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐν ἀδείᾳ ὢν, καὶ μὴ ἔχων τὸν παρεμποδίζοντα, ἐβουλήθη γάμους ποιῆσαι τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. Καὶ στεῖλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας (64) ἠγάγετο νύμφην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Καὶ ἁρμόσας ταύτην, μετακαλέσας τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἄνναν, οὐκ ἠβουλήθη στέψαι τότε εἰς βασιλέα [βασιλίδα]· ἦν γὰρ ἡ κόρη τὸ ἐνδέκατον ἄγουσα ἔτος· περαιουμένων δὲ τριῶν ἐτῶν, καὶ λοιμικῆς νόσου καταλαβούσης τῇ πόλει, καὶ πολὺ πλῆθος λαοῦ διὰ τοῦ βουβῶνος τεθνηκότος, ἐτελεύτησε καὶ ἡ βασιλὶς Ἄννα, μέγα πένθος καταλιποῦσα τοῖς πολίταις. Ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Παγιαζήτ, ὁ εἰς ὁμήρους ἀνατεθεὶς παρὰ τοῦ Μουσουλμὰν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, ὁ μὲν εἷς ὁ καὶ πρῶτος σὺν ἀδελφῇ τῇ Φατμᾷ ἀπελύθη, καὶ ἐν τῇ Προύσῃ ἐτρέφετο· ὁ δ' ἄλλος ἠράσθη (65) παιδείας Ἑλληνικῆς, ἔτι συνὼν τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ Ἰωάννῃ· καὶ ἐν τῷ σχολείῳ ἐρχόμενος ἐμυῆτο γράμμασι, καὶ ἐδιδάσκετο. Τοσοῦτον οὖν ἐφλέγετο ὑπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς μαθήσεως καὶ τῆς μετὰ τοῦ Ἰωάννου παιδοτριβῆς, ὡς καὶ προσελθεῖν τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ, καὶ δεόμενος τοῦ βαπτισθῆναι Χριστιανικῷ νόμῳ. Καὶ ὁμολογῶν τῷ βασιλεῖ καθ' ἑκάστην ὡς Χριστιανός ἐστι, καὶ οὐ προσίεται τὰ τοῦ Μωάμεδ δόγματα. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἤθελεν ἀκοῦσαι, ἵνα μὴ σκανδάλων ἀφορμὴ γένηται. Τότε ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τῆς νόσου καταδαπανώσης, καὶ ἀφανιζούσης τὰ σώματα, μὴ αἰδουμένης καὶ μὴ φειδομένης τῆς τυχούσης ἡλικίας, ἔφθασε καὶ εἰς τὸν ἔνδον παῖδα τὸν τοῦ Παγιαζήτ. Μηνύει οὖν τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ λέγων· *Ὦ βασιλεῦ τῶν Ῥωμαίων, ἐμοὶ δὲ αὐθέντα καὶ πάτερ, ἤδη παρίσταμαι, καὶ μὴ θέλων ἀφίημι πάντα, καὶ ἀπέρχομαι εἰς τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια. Ἐγὼ γὰρ ὁμολογῶ ὅτι Χριστιανός εἰμι, σὺ δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς πίστεως καὶ τὴν σφραγῖδα τοῦ Πνεύματος οὐ δίδως μοι. Γίνωσκε τοίνυν, θανὼν ἀβάπτιστος ἔχω κατηγορίας φέρων κατὰ σοῦ ἐν τῷ κριτηρίῳ τοῦ ἀδεκάστου Θεοῦ.* Τότε ὁ βασιλεὺς καμφθεὶς τοῖς ῥήμασι τούτοις, πέμψας ἐβάπτισεν αὐτὸν, αὐτὸς ἀνάδοχος γεγονώς· καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ τέθνηκεν. Ὁ βασιλεὺς δὲ μεθ' ὅσης τιμῆς ἔθαψεν αὐτὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Προδρόμου, ἐν τοῖς Στουδίου ἐν μαρμαρίνῳ λάρνακι πλησίον τοῦ ναοῦ ἐντὸς τῆς πύλης.

A rum, Lacedæmonis despota et principe Achaiæ benigne ac clementer allocutus ad mensæ suæ sacra admisit, et inter compotandum singulis compellatis propinavit, demumque pacifice dimisit, et responsum quod referrent tale dedit : *Nuntiate dominis vestris me pacem omnibus offerre, ab iisque oblatam amplecti. Qui fraude pacem corruperit, ipsi Deus pacis infestus esto.* Rebus ergo Manuelis imperatoris in tuto collocatis, nulliusque injuriæ obnoxiis, 54 decrevit uxorem filio suo Joanni dare ; quare per legatos a Russiæ rege (*Moscoviæ duce*) filiam ejus puellam adhuc obtinuit. Contracto deinde matrimonio Annam appellavit mutato proprio nomine. Neque tamen imperatoriam coronam ei imponere voluit, quod tunc undecimum annum tantummodo ageret. At exactis tribus annis, morboque pestilenti per Constantinopolim grassante, ingenti plebis numero bubonibus exstincto, obiit etiam imperatrix Anna, quam acerbo luctu prosecuti sunt mœsti cives. Bajazitis quoque filiorum, quos obsides Manueli dederat Musulmanus, unus isque natu grandior cum sorore sua Phatma remissus fuerat, et Prusæ educabatur. At alter litteras Græcas addiscendi amore tenebatur, et cum Joanne imperatoris F. familiariter versabatur, scholamque frequentans in litteris erudiebatur. Porro eo usque processit ejus erga scientias liberales studium, et sibi cum Joanne communem educationem tanti faciebat, ut Manuelem imperatorem adierit, rogaveritque, ut juxta Christianum ritum baptisma suscipere liceret, per singulos dies apud eum professus se Christianum esse, neque Mohamedis dogmatibus consentire. Istis auscultare noluit imperator, ne scandala inde orirentur. Verum per id tempus morbo sæviente, funeribusque omnis promiscue ætatis frequentissimis exhausta urbe, corripitur illo impubes Bajazitis filius; qui Joannem imperatorem his verbis monet : *Romæorum imperator, domine mi ac pater, jamjam vadimonium obeo, invitus omnia dimitto, et ad tribunalia, quæ illic in altera vita sunt, abeo. Profiteor equidem me Christianum esse ; tu vero fidei Christianæ arrhabonem et signaculum Spiritus suscipere mihi non concedis. Scias velim, quoniam non baptizatus mortem obeo, tibi accusationem inscripturum me apud tribunal Dei judicis incorruptibilis.* His verbis imperator emollitus ac flexus misit, qui eum baptizaret; ipseque e sacro lavacro suscepit ; postridie tandem baptizatus satis concessit. Honorifico funere eum extulit Manuel, sepelivitque in monasterio Studitarum nomini sancti Joannis Baptistæ Præcursoris dicato ; conditumque est cadaver in arca marmorea intra monasterii portas juxta templum.

B

C

D

smaelis Bullialdi notæ.

(64) *Καὶ στεῖλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας.* De his nuptiis pauca Phranzes, lib. I cap. 38. Illius Annæ a Rhesia seu Russia obitum accidisse anno 6925, Christi 1417, et peste consumptam fuisse scribit.

(65) *Ὁ δὲ ἄλλος ἠράσθη.* Hunc filiorum Bajazitis natu minimum Christianum fuisse testantur Laonicus lib. IV, qui Jesum eum appellat, et Phranzes, lib. I, cap. 30, eique Jusuph seu Josephum nomen fuisse tradit.

Digitized by Google

At hoc elapso triennio aliam uxorem despondere voluit Joanni liberorum primogenito, atque etiam Theodoro natu minori. Quamobrem legatos in Italiam misit ad marchionem Montisferrati, qui ejus filiam Joanni despondendam obtinuerunt. Eis pariter comes Malatesta filiam suam, ut Theodoro nuberet, tradidit. Constantinopolim cum reversi essent, nuptias secundum **55** leges et ritus connubiorum celebrat pater imperator, Romæorumque imperatorum diadematibus redimitos eos designat. Nuptias quoque Theodori et filiæ comitis Malatestæ celebrat, eumque Lacedæmonis principem ornamentis ac symbolis impositis proclamavit. Verum imperator Joannes uxorem suam aversabatur, quamvis decenti esset corpore, formoso collo, flavisque crinibus, capillos cincinnatos ad instar radiantis auri ad talos usque defluentes gestabat, lati illi erant humeri, brachia, pectus et manus egregia proportione compositæ. Digiti ipsius chrystalli nitorem ac splendorem imitabantur, corporis statura erecta ac mediocri procerior: cæterum formosissimo erat vultu, naso, oculis et superciliis, ita ut, juxta vulgare proverbium : *Anterius Quadragesimæ, pone vero Paschati similis esse videretur.* Talem conspiciens imperator Joannes ab ea abstinuit, solamque semper in lecto jacentem neglexit. Quamobrem illa in Palatii parte remota seorsim agebat. Cogitabat imperatoris Joannes eam in Italiam remittere ad paternos lares, nisi eum vetuisset amor, quo Manuelem imperatorem prosequebatur. Cum itaque penitus nosset imperatrix animum ipsius obstinatum ac pertinacem, e medio eorum clam se subducere meditabatur: tandemque aufugit, communicatis de fuga, quam parabat, consiliis cum Genuensibus qui Galatam incolebant. Quadam ergo die urbe egressa, oblectandi animi gratia abit in hortos ad captandas delicias consitos, quam secutæ sunt mulieres famulæ suæ conterraneæ: aliqui etiam adolescentes, quos secum domo paterna discedens abduxerat. Sub vesperam deinde biremen unam instructam præcipui Galatæ oppidani conscendunt, littori appellunt, et imperatricem cum honore et reverentia susceptam Peram trajecerunt, cui omnes, utpote dominæ et imperatrici, obviam processere, eamque obsequiis cunctis præstitis venerati sunt. Nihil vero eorum quæ gerebantur, quidquam vespere jam facto senserunt cives; at postridie mane per totum palatium res innotuit, quam omnes ægre tulere:

Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ παραδρομὴν ἐτῶν τριῶν ἐγγύς που ἠβουλήθη ἑτέραν ἀγαγέσθαι νύμφην τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τῷ δευτέρῳ τῷ Θεοδώρῳ· καὶ στείλας ἐν Ἰταλίᾳ (66), ἠγάγετο θυγατέρα Θεοδώρου μαρκεσίου Μόντης Φεράρα τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ· τῷ δὲ Θεοδώρῳ θυγατέρα κόντε Μαλατέστα· καὶ εἰσελθόντων ἐν τῇ πόλει, καὶ στεφανώσας αὐτοὺς ὁ πατὴρ νόμῳ γάμου ταινιοῖ τούτους, καὶ βασιλεῖς Ῥωμαίων ἀναδείκνυσι· τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Μαλατίστα τῷ Θεοδώρῳ, καὶ δεσπότην Λακεδαιμονίας εὐφήμησεν, ἐνδύσας αὐτὸν τὰ παράσημα. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ἦν μὴ στέργων τὴν σύνοικον· ἡ κόρη γὰρ τῷ μὲν σώματι καὶ μάλα εὐάρμοστος· τράχηλος εὐειδὴς, θριξ ὑποξανθίζουσα, καὶ τοὺς πλοκάμους ὡς ῥύακας χρυσαυγίζοντας, μέχρι τῶν ἀστραγάλων καταῤῥεομένους ἔχουσα. Ὤμους πλατεῖς, καὶ βραχίονας, καὶ στέρνα καὶ χεῖρας ἐμμέτρους, καὶ δακτύλους χρυσταλλοειδεῖς, καὶ τὴν πᾶσαν ἡλικίαν τοῦ σώματος ἀνωῤῥεπῆ, καὶ πολὺ εἰς τὸ ὀρθιον ἱσταμένη· ὄψις δὲ καὶ χεῖλη, καὶ ῥινὸς κατάστασις, καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ὀφρύων σύνθεσις εὐειδεστάτη πιντάπασιν, ὡς ἔπος χυδαῖον εἰπεῖν· Ἀπ' ἐμπρὸς Τεσσαρακοστῆ, καὶ ὄπισθεν Πάσχα. Τοιαύτην οὖν ἰδὼν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης οὐκ ἐμίγη ταύτῃ, ἀλλὰ τὸ παράπαν σύγκοιτος ταύτης ἐγένετο. Διὸ καὶ μονάζουσα ἦν ἐν ἑνὶ τῶν κοιτώνων τοῦ παλατίου. Ἰδὼν οὖν ὁ βασιλεὺς ἠβουλήθη πέμψαι ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς δόμοις, καὶ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ βασιλέως Μανουὴλ στοργὴν ἐκωλύετο. Ἣ δὲ βασιλὶς ὁρῶσα τὸ ἀμετάθετον (67) τῆς γνώμης αὐτοῦ, ἠβουλήθη διαδρᾶσαι ἐκ μέσου αὐτῶν· ὅ καὶ πεποίηκε πέμψασα εἰς τοὺς Γενουΐτας τοῦ Γαλατᾶ, καὶ δηλώσασα τὴν αὐτῆς ἀποδημίαν. Μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἔξεισι τῆς πόλεως ἔν τινι τῶν τερπνῶν κήπων εὐθυμίας χάριν σὺν ταῖς γυναικωνίτισι ταῖς ὁμογλώσσοις, καὶ σὺν ὀλίγοις νέοις, οὓς ἀπὸ τοῦ πατρικοῦ οἴκου ἐξήγαγε. Καὶ πρὸς ἑσπέραν διήρη μίαν ἑτοιμάσαντες, καὶ οἱ τοῦ Γαλατᾶ προσῦχοντες εἰσελθόντες, καὶ τῷ αἰγιαλῷ πλησιάσαντες, ἐντίμως σὺν τὴν λαβόντες τὴν περαίαν διέβησαν, καὶ πάντες προϋπήντων αὐτὴν, καὶ δουλικῶς προσεκύνουν ὡς κυρίαν αὐτῶν καὶ δέσποιναν. Οἱ δὲ τῆς πόλεως μηδ' ὁτιοσοῦν ἐννοήσαντες τὸ ῥᾶγμα ἑσπέρας ἤδη καταλαβούσης· τῇ ἑωθεν οἱ τοῦ παλατίου πάντες μαθόντες τὸ γεγονὸς ἐδυσχέραινον· καὶ μὴ φέρουσι τὴν καταφρόνησιν ἣν ὑπέστησαν παρὰ τῶν τοῦ Γαλάτου, ἡτοιμάζοντο καταδραμεῖν, καὶ ἀφανίσαι τὰ αὐτῶν προάστεια. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐκώλυσεν (68)· ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης τὸ γεγονὸς ἀπ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(66) *Καὶ στείλας ἐν Ἰταλίᾳ.* Hæ secundæ Joannis imperatoris nuptiæ juxta Phranzem celebratæ sunt anno 6927 (Christi 1419), Januarii 19, ita ut biennium intercedat ut plurimum inter mortem Annæ a Russia, et secundas istas nuptias : nequaquam vero triennium secundum Ducæ calculum, qui hanc alteram Joannis uxorem Sophiam appellatam, eximia et absoluta pulchritudine nitentem ironice describit: ejusque partes anteriores Quadragesimæ, posteriores Paschati, proverbio non nimis honesto, comparat. Hinc facie macilenta nec florida deformemque fuisse concludere licet. De illa Laonicus, lib. IV non longe a fine illam narrat ἐπιεικῆ μὲν τὸν τρόπον, ἀηδῆ δὲ τὴν ὄψιν, *moribus quidem honestis, sed ingrata ac deformi facie* fuisse.

(67) *Ἣ δὲ βασιλὶς ὁρῶσα τὸ ἀμετάθετον.* Cap. ultimo lib. I Phranzes eam aufugisse testatur anno 6934 (Christi 1426), Augusto mense.

(68) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐκώλυσε.* Phranzes et Ducas dissentiunt in assignando tempore,

Digitized by Google

δέξατο· ἦν δὲ τὰ φορτία φέρουσα μία ναῦς ὑπερμεγέθης τῶν Γενουϊτῶν, ἑτοίμως ἔχουσα τοῦ πλεῦσαι ἐν Ἰταλίᾳ. Ἀνέμου δὲ βοραΐου [βορράου] πνεύσαντος, εἰσῆλθεν ἐντίμως μετὰ δόξης ἡ βασιλὶς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ ἱστία πτερώσαντες εἰς Ἰταλίαν ἀφίκοντο, ἄλλο μηδὲν ἕτερον κερδάνασα, πλὴν τοῦ οὗ ἐστέφθη στέμματος, εἰποῦσα καὶ τοῦτο, Ἀρκεῖ μοι τοῦτο εἰς μαρτύριον ὅτι βασίλισσα τῶν Ῥωμαίων ἐγενόμην, καὶ εἰμί· περὶ δὲ θησαυρῶν μυριοταλάντων οὐ μέλει μοι. Ἐλθοῦσα δὲ ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς ἐπαρχίας τῶν Φεράρων, καὶ μαθόντες οἱ τῆς ἡγεμονίας ἐκείνης προϋχοντες, σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς μαρχεσίῳ ἐξῆλθον εἰς συνάντησιν αὐτῆς, καὶ προπέμψαντες αὐτὴν μέχρι τῶν παλατίων τῆς πατρικῆς ἑστίας. Αὐτὴ εἰς ἓν τῶν μοναστηρίων ἐλθοῦσα ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ᾑρετίσατο, καὶ τῷ Θεῷ ἐαυτὴν ἀναθεῖσα τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς ἀνεπλήρωσεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης (69) στείλας εἰς Κομνηνὸν Ἀλέξιον βασιλέα Τραπεζοῦντος, ἡρμόσατο τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μαρίαν εἰς γυναῖκα, ὡραίαν καὶ κάλλει καὶ ἤθει· καὶ ἀγαγόντες ἀπὸ Τραπεζοῦντος, κατήγαγον ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωσὴφ διὰ τῶν συνήθων ἱεροτελεστιῶν εἰς ἓν συνῆψε, καὶ δέσποινα Ῥωμαίων ἀνηγορεύθη. Ὁ βασιλεὺς δ' ἀπάρας ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως (70) σὺν τριήρεσι πλείσταις, κατῆλθεν ἕως Πελοπόννησον. Καὶ τὸν πρίγκιπα Ἀχαΐας ὑποτάξας, καὶ ἑτέρους ἀπογόνους, τοὺς ἐκ τῆς Ναυάρας καταγομένους ὑποχειρίους λαβών, ἀνῆκεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, καταλιπὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεόδωρον δεσπότην πάσης Πελοποννήσου. Ἐπαναζεύξας δὲ καὶ εἰς Καλλιούπολιν ἐντυχὼν τῷ Μαχουμέτ· καὶ τοσαύτην πίστιν ἐνδειξάμενος εἰς τὸν βασιλέα, ὡς καὶ ἐν τῇ τριήρει

A nec se contemptos ac spretos ab oppidanis Galatæ inultosque sustinebant; jamque ab ipsis arma sumpta ad invadenda funditusque evertenda suburbia eorum, nisi impetum coercuisset Manuel imperator. Cæterum his quæ acta erant, lætatus est Joannes. Aderat autem actuaria navis prægrandis Genuensis, quæ in Italiam mox solvebat. Orto itaque Borea vento, illam decenter apparatam conscendit imperatrix, velisque expansis in Italiam contendit. Hæc equidem præter coronationis gloriam ac decus nihil lucri reportaverat: taliaque verba **56** jactabat: Hoc unum mihi sufficiens testimonium est, quod Romæorum imperatrix facta, titulum istum retineam: nec de thesauris amplissimis sollicita sum. Tandem cum ad fines ditionis Montisferrati venisset, ad famam adventus B obviam processit frater ipsius marchio, quem comitabantur regionis illius proceres et nobiles, eamque in palatium paternum deduxere. In monasterium quoddam ipsa deinde secedens habitationem illic elegit, et reliquum vitæ tempus Deo devota et consecrata exegit. Uxorem deinde imperator Joannes sibi habuit Mariam Alexii Comneni Trapezuntini imperatoris filiam, formosam certe et moribus commendabilem, quam ab eo consecutus est, missis Trapezuntem legatis, qui Constantinopolim eam advexerunt. Patriarcha deinde Josephus per solemnes ritus sacros simul conjunxit, ipsaque Romæorum despœna seu imperatrix appellata est. Imperator quoque Manuel Constantinopoleos portu solvens cum plurimis triremibus in Peloponesum usque navigavit. Achaiæ principem in ordinem redactum sibi parere coegit: aliosque, a

Ismaelis Bullialdi notæ.

quo Sophia in Italiam aufugit. Ducas Manuele superstite id factum tradit: contra vero Phranzes jam obiisse diem Manuelem astruit: fato siquidem concessit Manuel, ut refert Phranzes, lib. I, cap. ultimo, anno mundi 6933 [Christi 1425] Julii die 21. Sophia vero anno 6934. mense Augusto, aufugit, post mortem scilicet Manuelis. Aliud etiam hoc loco notabimus circa temporis momenta a Phranze indicata de Manuelis obitu et Joannis initiis. Mors Manuelis contigit anno prædicto 6933 Julii 21. Capite deinde primo lib. II, narrat anno 6934 mense Augusto rerum summam ad Joannem imperatorem D devolutam fuisse. Quod equidem verisimile mihi non videtur, Joannem jam coronatum imperatorem post annum a morte patris Manuelis, rerum summam adeptum esse. Phranzem ergo, aut qui illum transcripsit, errasse puto, vel, pro Septembre mense Augustum scripsisse: vel si Augusto mense Joannes imperii administrare res cœpit, pro anno 6934 legendum esse anno 6933.

(69) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης.* Phranzes, lib. II, cap. 1, anno 6935 [Christi 1427] Augusti 29, Mariam Trapezuntinam Constantinopolim advenisse, et anno 6936 [eodem Christi anno 1427,] mense Septembri, nuptiarum solemnia celebrata esse scribit. At Laonicus rerum ordinem perturbans narrat, postquam marchionis Μονφεράτα; filia aufugisset, aliam uxorem Joannem duxisse ἀπὸ τῆς Σαρματίας τοῦ Σαρμάτων ἡγεμόνος θυγατέρα. *E Sarmatia Sarmatarum*, id est, Russiæ seu Moscoviæ, *regis filiam*; quod duobus testibus Ducæ et Phranzi repugnat, qui tertiam Joannis uxorem Trapezuntini imperatoris filiam esse asserunt.

(70) *Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀπάρας ἀπὸ Κωνσταντινούπ.* Auctor noster trium uxorum Joannis historiam digressione usus hactenus pertexuit. Redit deinceps ad narrationis seriem, exponitque Manuelis in Peloponnesum profectionem: quam imperator hiece, anno adventum Annæ a Russia sequenti, teste Phranze suscepit, mundi nempe 6923 (Christi 1415), cujus mense Martio die 23, in Cenchrearum portum salvus venit. Anno deinde sequente 6924, Constantinopolim rediit. Profectionis illius mentionem facit Laonicus, lib. IV, Hexamiliumque, quod et Phranzes testatur, ab eo refectum. Martinus papa V indulgentias plenarias postea concessit illis qui ad Hexamilium propugnandum abire vellent. Quoniam vero de Cenchrearum navali et portu hic mentio injecta est, lectorem admonebimus Leunclavium, lib. XIV *Historiæ Musulmanicæ*, et in *Pandectis Historiæ Turcicæ*, cap. 120, nec sibi constare nec veritatem assecutum omnino esse. Non sibi similis est, quod lib. XIV, Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum collocet; cap. vero 120 *Pandect.* in Laconia seu Tzaconia. Quod impossibile est, in duobus locis eamdem urbem sitam esse. Veritatem partim assecutus est, cum Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum sitam dixit; at Coriuthus non est, sed Cenchreæ in Saronico sinu, ubi quondam fuerunt Corinthiorum navalia.

Digitized by Google

Navarræis illuc profectis genus ducentes, in ditionem suam redegit: indeque Constantinopolim revertitur, relicto Theodoro filio universæ Peloponnesi domino. Cum vero Callipolim appulisset, cum Mahomete collocutus est: qui, quantum imperatori confideret, triremen ejus ingressus, cibumque simul capiens palam approbavit. Imperator quoque, multa dona ei largitus ejusque purpuratis, inde cum cæteris triremibus solvit, et summa cum lætitia navigationem absolvit. Advenientis etiam in occursum processit universus Constantinopolis populus cum patriarcha et senatu: faustisque acclamationibus et hymnis prosecuti in palatium deduxerunt: huncque exitum expeditio ejus sortita est.

A τῇ βασιλικῇ εἰσελθών, καὶ συνεστιαθεὶς τῷ βασιλεῖ. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν σὺν δώροις πλείστοις, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεξιώσας, ἐξῆλθε· καὶ αἱ τριήρεις σὺν τῷ βασιλεῖ μετὰ χαρᾶς ὅτι πλείστης τὴν ἐπάνοδον ἦνυον. Καὶ οἱ τῆς Κωνσταντίνου ἅπαντες σὺν τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ μετ' εὐφημίας καὶ ὕμνων ἐν τῷ παλατίῳ ἀπήγαγον· καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου ἐπεπλήρωτο.

57 CAPUT XXI.

Mahometes in Asiam trajicit. Cineitem in ordinem redigit (71), *cujus insolentia maxima erat. Magnus Rhodi magister castrum Smyrnæ instaurat, sed a Mahomete prohibetur. Smyrna ab uxore Cineitis Mahometi dedituv. Magno magistro concessum ædificare castrum in Cariæ et Lyciæ finibus. Cineites veniam impetrat. Turci bello navali Naxum aggrediuntur, prælio a Veneta classe superantur. Veneti Lampsaci turrim frustra tentant. Cineites Nicopoli ad Danubium præficitur. Novam religionis sectam in Ionia a monacho Turco institutam multi amplectuntur, adversus quos Muhameles Susmani filium et deinde Hali Begum misit: qui re infeliciter gesta occubuerunt, Tandem a Morate Mahometis filio Bajazite Bassa oppressi ac deleti sunt, et paupertatem voluntariam profitentes interfecti.*

At Mahometes, rebus in occidentalibus provinciis rite constitutis, turbis ubique compositis, in partes orientales trajecit: Prusam venit, ibique refectis ædificiis quæ Caramanus incenderat, illinc in Asiam profectionem instituit. Etenim Caramanus per illud tempus, quo Mahometes Constantinopolim profectus bellum adversus Mosem gessit, ab Iconio cum exercitu Prusam advolat, eamque diripit. Bajazitis quoque, qui et Mahometis parens fuerat, ossa e sepulcro eruta igni tradidit. Iste enim Bajazites hujus Caramani patrem Iconii olim capite truncari jusserat. Asiam itaque ingressus Mahometes Cineitem superbia elatum sensit, et supra metas, ut vulgo dicitur, transilientem. Ubi vero Pergamum Asiæ devenit, illico Cineitem monet, ut locis, quæ illic occupabat, cedat, provinciaque excedat. Verum Cineites eum prorsus floccifaciens castra munire, quietusque exspectare illius adventum. Mahometes igitur Cymam veniens, quæ Cineitis partes sequebatur, præsidiariis, ut se dedant, per feciales denuntiat, recusantesque deinde expugnat. Omnes qui Cineiti militabant neci dedit, indigenasque liberos esse jussit. Illinc discedens venit in Campum Mænomeni, in quo exstructum erat castrum munitum, quod Archangeli nomine appellabatur, Turcis vero nomine mutato Kagiacik: id magna vi oppugnatum recepit, indeque Nymphæum profectus est: quo

B Ὁ δὲ Μαχουμὲτ τὰ τῆς δύσεως μέρη καλῶς ἀπαρτίσας, καὶ ταραχὴν οὐδεμίαν ἐξόπισθεν ἀφεὶς, περᾷ τὰ τῆς ἑῴας μέρη· καὶ ἐν τῇ Προύσῃ ἐλθὼν, καὶ τὰ ἀφανισθέντα καὶ πυρὶ παραδοθέντα οἰκοδομήματα παρὰ τοῦ Καραμὰν ἀνανεώσας, ἐκεῖθεν εἰς Ἀσίαν καταίρει. Ὁ γὰρ Καραμὰν, ὅτε ὁ Μαχουμὲτ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν ἠγωνίζετο κατὰ τοῦ Μωσῆ, ἀπάρας ἀπὸ Ἰκονίου εἰς Πρόῦσαν σὺν δυνάμει κατῆλθε, καὶ λεηλατήσας αὐτὴν, καὶ τὰ ὀστᾶ τοῦ Παγιαζὴτ τοῦ πατρὸς τοῦ Μαχουμὲτ ἀνακομίσας ἐκ τοῦ τάφου, πυρὶ παρέδωκεν. Ὁ γὰρ αὐτὸς Παγιαζὴτ ἀπεκεφάλισέ ποτε ἐν Ἰκονίῳ τὸν πατέρα τοῦ ῥηθέντος Καραμάν. Κατελθὼν δὲ ἐν Ἀσίᾳ εὗρε τὸν Τζινεὴτ μεγαλυνθέντα, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντα· ἐλθὼν δὲ ἐν Περγάμῳ τῆς Ἀσίας μηνὶ C τῷ Τζινεὴτ παραχωρῆσαι, τῶν ἐκεῖ δὲ ἀφεῖναι τὴν ἐπαρχίαν. Ὁ δὲ Τζινεὴτ οὐδὲ τὸ παράπαν ἡγησάμενος, ἠσφαλίσατο τὰ κάστρα, καὶ ἐκάθητο ἐκδεχόμενος τὴν ὑπαντὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ ἐλθὼν εἰς Κύμην (72), καὶ ζητήσας τὸ φρούριον, ἦν γὰρ κρατῶν διὰ τὸν Τζινεὴτ, πολεμήσας κατέσχε. Καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας αὐτοῦ ξίφει ἀνεῖλε, τοὺς δὲ ἐγχωρίους ἠλευθέρωσεν. Ἀπάρας δὲ ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὸν τοῦ Μαινομένου κάμπον, ἦν δὲ ἐκεῖ φρούριον ὀχυρὸν, τὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου λεγόμενον, οἱ Τοῦρκοι δὲ Καγιατζὴκ (73) μετωνόμασαν, κἀκεῖνο σὺν πλείστῃ δυνάμει καὶ ἀκροβολισμοῖς παραλαβὼν ἦλθεν εἰς Νύμφαιον (74)· καὶ τὸ Νύμφαιον σὺν πολέμῳ λαβὼν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(71) Leunclavius, *Histor. Musulm.* lib. XII, et in *Annalibus Turcicis* expeditionis Mohametis contra Cineitem, qui illi Ismyroglius est, nullum verbum facit, sed adversus Caramanum in Asiam movisse scribit.

(72) Ἐλθὼν εἰς Κύμην. Κύμη πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος. Stephanus De urbibus. Idem Strabo, lib. II, Dominicus Marius Niger vult esse Phocæam novam, quæ Lesbo objacet.

(73) Τὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου λεγόμενον, οἱ Τοῦρκοι δὲ Καγιαζήκ. Notitia Metropoleon sub Smyrnæ throno habet ἐπίσκοπον τοῦ Ἀρχαγγέλου, qui proD cul dubio is est cujus hic nomen a nostro refertur.

(74) Τὸ Νυμφαῖον. Urbis istius nomen in partibus Æolidis, Lydiæ, aut Ioniæ in antiquis Geographis non reperitur: Ptolemæus, Strabo et Stephanus in Taurica Nymphæum habent inter Panticapæum et Theodosiam. Abrahamus Ortelius hujus nostri in Lydia Nimphæi nullum verbum facit. At Gregoras duobus in locis de eo loquitur oppido, lib. II, in fine, ubi de Joannis Ducæ obitu, qui in eo obiit, περὶ τὸ Νυμφαῖον τότε ποιούμενος τὰς διατριβάς, et lib. VI, cap. 13, ubi de Porphyrogenito verba facit, ἐπεὶ δὲ τέως περὶ τὸ Νυμφαῖον τῆς Λυδίας ἐτύγχανε, etc.

Digitized by Google

ἦλθεν εἰς Σμύρναν. Τὴν δὲ Σμύρναν ὡς ἔπρεπε τειχίσας, καὶ πλείστους τῶν στρατιωτῶν ἐμβαλὼν, καὶ μεγάλην σύνταξιν ἑτοιμάσας διά τε ὅπλων καὶ ἀνδρῶν, καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων παρασκευῶν, ὁ Τζινεὴτ αὐτὸς εἰς Ἔφεσον ἦλθε, καταλιπὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Παγιαζήτ, καὶ τὰ τέκνα ἐν Σμύρνῃ ἐγκλειστα. Τὸν δὲ γαμβρὸν αὐτοῦ καὶ δοῦλον, Αὐδουλᾶν ὀνόματι, εἰς τὸ Νύμφαιον εὑρόντες οἱ τοῦ Μαχουμὲτ, ἦν γὰρ φύλαξ τοῦ φρουρίου, ἀπήγαγον παραστήσοντες τῷ Παγιαζήτ Βεζίρῃ ἤγουν μεσάζοντι τοῦ Μαχουμέτ· ἦν γὰρ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ ἀδείᾳ πολλῇ, δεύτερος ἀρχηγὸς ὡς ἔπος εἰπεῖν· δοῦλος γὰρ ὑπῆρχε τοῦ Μαχουμὲτ, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ δουλείαν κατέστησεν ἄρχοντα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ὁ ῥηθεὶς Παγιαζήτ ἔτι ὄντος ἐν Θρᾴκῃ τοῦ Μαχουμὲτ γράφει πρὸς τὸν Τζινεήτ· *Εἰ βούλει τοῦ εἶναί σε κύριον Ἰωνίας καὶ μὴ ἔχειν τὸν τυχόντα πειρασμὸν παρ' ἡμῖν, δός μοι τὴν σὴν θυγατέρα νόμῳ γάμου, καὶ ἔσομαί σοι γαμβρὸς, σὺ δ' ἐμὸς πενθερὸς γενήσῃ, καὶ ἔκτοτε ἔσο ἀμερίμνως διάγων ἐν τῇ σῇ ἡγεμονίᾳ.* Ὁ Τζινεὴτ δὲ θέλων δηλῶσαι τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ καὶ ὑπερηφανίαν ἐνώπιον τοῦ πυκτακοκομιστοῦ (75), παρισταμένου τοῦ Αὐδουλᾶ δούλου ὑπάρχοντος αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτόν· *Τίνος εἶ δοῦλος;* Ὁ δὲ, *Τῆς σῆς αὐθεντίας.* Ὁ δὲ Τζινεὴτ, *Καὶ ποίου γένους;* Αὐδουλᾶς δὲ, *Τῶν Ἀλβανῶν. Ποίας θρησκείας;* Ὁ δὲ Αὐδουλᾶς, *Πρώην μὲν Καβοὺρ ὑπῆρχον, νῦν δὲ Μουσουλμάνος.* Ὁ δὲ Τζινεὴτ πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ φησιν· *Τὴν σήμερον ἡμέραν κατ' ἐνώπιον πάντων ὑμῶν ἰδοὺ δίδωμι τὴν ἐμὴν θυγατέρα εἰς γυναῖκα νόμιμον τῷ ἐμῷ δούλῳ Αὐδουλάχ· καὶ ποιῶ τοῦτον ἐλεύθερον καὶ γαμβρὸν ἀπὸ τῆς σήμερον, καὶ ἕνα τῶν ἐμῶν συγγενῶν.* Εὐφημήσαντες δὲ πάντες τὸν Τζινεὴτ οἱ συνεδριάζοντες, ἀνοίξας τὸ στόμα πρὸς τὸν ἀπεσταλμένον τοὺς λόγους τούτους εἶρηκεν· *Ἀνάγγειλον τῷ κυρίῳ σου Παγιαζήτ, ὅτι ἀνελάβομεν γαμβρὸν ἐκ τῶν Ἀλβανῶν ὡς ἐκεῖνον, δοῦλον ἀργυρώνητον ὡς ἐκεῖνον, νεώτερον ὑπὲρ ἐκεῖνον, καὶ φρονιμώτερον παρ' ἐκεῖνον.* Ὁ δ' ἀπεσταλμένος συνιεὶς τοὺς λόγους, ἀπεκάλυψε πᾶσαν τὴν περίληψιν τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, καὶ ἦν ἔκτοτε τρέφων μανίαν ἄσπονδον κατὰ τοῦ Τζινεήτ. Εὑρὼν δὲ καιρὸν ὃν ἐδέετο συλλαβὼν τὸν Αὐδουλᾶν εἰς τὸ Νύμφαιον τοὺς ὄρχεις αὐτοῦ ἐξεθέρισεν εὐνουχίσας αὐτόν. Ἀλλ' ἐπανίωμεν αὖθις εἰς τὸν τῆς ἱστορίας εἰρμόν.

Ὁ γὰρ Μαχουμὲτ ἐλθὼν εἰς Σμύρναν, καὶ περικυκλώσας αὐτὴν, εὗρεν ἐκεῖ τὸν μεγαμαγίστορα Ῥόδου σὺν τριήρεσι τρισὶ, ἀνοικοδομοῦντα τὸ φρούριον τὸ παρὰ τοῦ Τεμὺρ φθαρὲν, καὶ μὴ θέλοντος τοῦ Τζινεήτ. Τότε οἱ τῶν πέριξ νήσων ἡγεμόνες μαθόντες τὴν ἄφιξιν τοῦ Μαχουμὲτ ἐν τῇ Σμύρνῃ, ἅπαντες ἔθεον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ διά δύο τινῶν αἰτιῶν,

A expugnato Smyrnam abiit. Cineites autem Smyrnam validis propugnaculis muniverat, magnamque manum præsidiariorum militum imposuerat. Instructo deinde armorum apparatu ingenti, militumque numero magno conscripto, cæterisque necessariis comparatis, Ephesum discessit, relictis matre ac fratre Bajazite, liberisque suis intra Smyrnæ muros conclusis: **58** gener ipsius, qui et servus erat, Audulasque vocabatur a Mahometis ducibus Nymphæi, cujus custodiæ præfectus erat, comprehenditur, et in conspectum Bajazitis veziri; id est mesazontis, Mahometis adducitur. Hic potentia ac opibus cæteros antecellebat, et ut alter imperator eminebat. Inter mancipia Mahometis

B fuerat; quodque servitio promptus et habilis magis videretur, familiæ totius directio ipsi concredita est. Hic itaque, de quo nobis sermo, Bajazites ad Cineitem, cum in Thracia adhuc ageret Mahometes, scripsit: *Si dominium Ioniæ retinere cupis, neque a nobis ullatenus lacessiri, filiam tuam legitimo conjugio mihi junge, tuus gener ero, tu vero socer meus eris, deinceps que securus et quietus in tua ditione vives.* At Cineites animi superbiam ac fastum ostentare cogitans, coram nuntio, qui litteras ipsi attulerat, ad se venire jubet mancipium Audulam, qui ipsi servicbat, eumque interrogat: *Cujusnam es servus?* Respondit iste, *Dominationis tuæ.* Cineites iterum, *Unde natus es?* Ad quem Audulas, *Albanus sum. Cujus religionis?* respondit

C Audulas: *Antea Cavur eram, nunc Musulmanus sum.* Conversus illico ad proceres aulæ suæ Cineites fatur: *Hodie coram vobis omnibus filiam meam uxorem legitimam servo meo Andulach nuptum do: eumque libertate dono, generumque in posterum adscisco, et inter affines meos.* His Cineitis sermonibus universus consessus applausit. Ipse vero ad nuntium Bajazitis hocce responsum dedit: *Renuntia hero tuo generum mihi ex Albanis, cujus gentis ipse quoque est, adscivisse; mancipium pecunia emptum, paris etiam ac ipse conditionis, verum ipso juniorem et prudentiorem.* Nuntius igitur Bajazitis intellectis ejusmodi verbis, ad herum reversus omnia refert, qui deinceps adversus Cineitem odio capitali exarsit: occasione demum,

D quam avide expetebat, oblata, injuriam spretæ affinitatis ultus, captum Audulam apud Nymphæum resectis testiculis eunuchum fecit. Redeamus autem ad historiæ seriem.

Mahometes Smyrnam profectus obsidione eam cingit. At Rhodi magnum Magistrum illic invenit cum tribus triremibus, castrum, quod a Temyre eversum fuerat, invito etiam Cineite instaurantem. Cum vero Mahometis Smyrnam adventus fama diffusa fuisset, ad illum conveniunt omnes insularum vicinarum duces duabus de causis: cum prop-

Ismaelis Bullialdi notæ

(75) *Πυκτακοκομιστοῦ.* Phavorinus, Πυκτὸς πίναξ παρ' Ὁμήρῳ τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τοῖς ὕστερον δηλοῖ. Πυκτὸς *apud Homerum abacum seu tabulam significat, apud recentiores epistolam.*

Digitized by Google

ter ipsius bonam mansuetamque indolem, viresque cæteris superiores, tum propter Cineitis fraudes et deprædationes. Accesserunt ergo Phocæarum principes, partim itinere terrestri, partim mari vecti. Carmianus Phrygiæ superioris princeps, Mantachias Cariæ, Mitylenes Regulus triremibus delatus, Chii quoque dominus **59** et ipse nave advectus; jamque illic aderat magnus Rhodi magister. Cuncti isti, ut colerent eum, illuc sunt profecti, ut etiam gratularentur ipsi de Cineitis pessumdato; quos omnes fraterna amicitia complexus est. Per decem dies oppugnata Smyrna, insularibus omnibus, pro virium modo singulis, auxilia navalia ferentibus adversus obsessos: decimo die Cineitis mater, et uxor ipsius cum liberis urbe excedunt, et ad Mahometem supplicantium habitu accedunt, veniam erroris ac criminis admissi orantes. Ab iis traditam Smyrnam recepit, deinde multis in locis muros solo æquavit, propugnacula quoque et turres partim diruit, incolisque habitandam mœnibus undatam permisit. Interea magnus Rhodi magister turrim quamdam capacissimam ad portus ingressum ædificabat, jamque supra altitudinis semissem illam erexerat: cum Turci, Mahometis jussu, noctu eam radicitus demoliti sunt. Mane cum facinus cognovisset magnus Rhodi magister, id ægre ac graviter ferens ad principem Mahometem accessit, longamque orationem ad ipsum habuit: in medium adducens, quod, dum regioni illi imperasset Atines, castrum illud impensis Rhodiorum constructum sit. Sin minus locum dederit ei instaurando, difficilia utrinque jurgia intercessura inter dominationem ipsius et beatissimum papam: fore etiam ut ingens exercitus ab occiduis partibus profectus ditionis ejus magnam partem devastet ac evertat. Mahometes hisce sermonibus æquo animo auditis, nihil inclementius respondit. Recens enim adhuc Turcorum animis inhærebat memoria eorum quæ a Scythis, in eos severe ac aspere animadvertentibus, passi erant: *Ego quidem, inquit, o pater, erga omnes Christianos liberalis ac magnificus esse cupiebam. Regium enim hoc præcique est, bonos beneficiis locupletare, pravos pœnis subjicere, etiamque subditorum utilitati studere. Sane cum in has regiones advenissem, multi coram me se stiterunt Musulmani, qui animum nostrum ad id incitarunt hac ratione ducti; quamvis Temur in Asia nihil, quod utile sit, patraverit, insigne tamen servatæ Ioniæ monumentum posuit, eversa ac diruta aree, quæ Smyrnæ imposita erat: omnes enim servilis conditionis Iones, in illam arcem confugientes liberi evadebant. Qui vero terrestre iter*

διὰ τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἡμερότητα, καὶ τὸ ὑπερβολικὸν τῆς δυνάμεως τοῦ Μαχουμὲτ, καὶ διὰ τὸ πανοῦργον καὶ ληστρικὸν τοῦ Τζινεήτ. Οἱ τῶν Φωκαιῶν οὖν ἔξαρχοι οἱ μὲν διὰ ξηρᾶς, οἱ δὲ διὰ θαλάσσης· ὁ Καρμιὰν τῆς ἄνω Φρυγίας, ὁ Μαντιχίας Καρίας, ὁ Μιτυλήνης διὰ τριήρεων, ὁ Χίου καὶ αὐτοὶ [αὐτὸς] διὰ τριήρους, ὁ Ῥόδου καὶ ἦν ἐκεῖ, ἅπαντες εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ καὶ συνδρομὴν ἕνεκα τῆς καταλύσεως τοῦ τυράννου· καὶ τοὺς ἅπαντας ἀσπασίως ὡς ἀδελφοὺς ἠσπάσατο. Ποιήσας οὖν ἡμέρας δέκα πολεμῶν τὴν Σμύρναν, καὶ συμβοηθοῦντες ὡς δυνατὸν καὶ οἱ τῶν νήσων διὰ θαλάσσης, ἐν τῇ δεκάτῃ ἐξῆλθεν ἡ μήτηρ τοῦ Τζινεὴτ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνας αὐτοῦ, καὶ προσεκύνησαν τῷ Μαχουμὲτ αἰτοῦντες συγχώρησιν τῶν ἐπταισμένων. Παρέδωκαν οὖν τὴν Σμύρναν, καὶ παραλαβὼν αὐτὴν, καὶ εἰς πολλὰ μέρη κατεάξας ἕως γῆς τὰ τείχη ταύτης, καὶ τοὺς προμαχῶνας, καὶ πύργους αὐτῆς καθελὼν ἐκ μέρους ἀφῆκε τοὺς οἰκήτορας κατοικεῖν ἀπεριφράκτους. Ὁ μέγας δὲ μαγίστωρ (76) ἦν οἰκοδομῶν πύργον ἵνα παμμεγέθη ἐν τῷ στόματι τοῦ λιμένος, ἀναβιβάσας αὐτὸν ὑπὲρ τὸν ἥμισυ. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ διὰ τῆς νυκτὸς κελεύσας τοῖς Τούρκοις ἤρειψαν ἀπὸ βάθρων. Πρωΐας δὲ ἰδὼν ὁ μαγίστωρ τὸ γεγονὸς, καὶ δεινοπαθήσας ἦλθεν εἰς τὸν ἡγεμόνα, καὶ πολλοὺς λόγους εἰπὼν, καὶ παραστήσας πῶς τὸ φρούριον ἐκτίσθη ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Ἀτὴν διὰ ἀναλωμάτων τῆς Ῥόδου· καὶ εἰ μὴ δώσει χώραν τοῦ ἀνοικοδομηθῆναι, ἔσονται σκάνδαλα ἀνὰ μέσον ἡγεμονίας αὐτοῦ καὶ τοῦ μακαριωτάτου πάππα. Καὶ ἐλεύσεται δύναμις μεγάλη ἀπὸ τὰ ἑσπέρια μέρη, καὶ ἀφανιεῖ πολλοστὸν μέρος τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ πράως φέρων τοὺς λόγους αὐτοῦ εὐθὺς ἀπεκρίνατο. Ἦν γὰρ ἀκμὴν κρατοῦσα ἡ τῶν Σκυθῶν παιδεία, καὶ τιμωρία ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν Τούρκων· *Ἐγὼ μὲν, πάτερ, ἐβουλόμην εἶναι πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου Χριστιανοῖς μεγαλόδωρος καὶ φιλότιμος· καὶ γὰρ τὸ τῆς ἡγεμονίας ἴδιον τοῦτ' ἐστὶ, τὸ τοὺς καλοὺς εὐεργετεῖν, καὶ τοὺς πονηροὺς τιμωρεῖν· ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ὑπηκόου συμφέρον δεῖν πραγματεύεσθαι· ἐλθὼν γὰρ ἐν τοῖς μέρεσι τούτοις, εὗρον πολλοὺς τῶν Μουσουλμάνων παροτρύνοντάς μου καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν, λέγοντας· Εἰ καὶ οὐδὲν χρηστὸν εἰργάσατο ὁ Τεμὺρ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἀλλὰ τὸ διαφθεῖραι καὶ ἐρείπιον ἀφεῖναι τὸ πολίχνιον τὸ ἐν Σμύρνῃ, μέγα μνημόσυνον ἀνέθηκε τῇ Ἰωνίᾳ· οἱ γὰρ ἐν τύχῃ δουλείας Ἰωνεῖς δουλεύοντες πάντες εἰς ἐκεῖνο καταφεύγοντες ἐλευθερίας ἐτύγχανον· καὶ οἱ ἐν τριόδοις διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ πελάγους ἐν θαλάσσῃ πλέοντες διὰ τῶν ληστρικῶν ἀκατίων πάντες τύχῃ*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(76) *Ὁ δὲ μέγας μαγίστωρ.* Magnus magister militiæ Hierosolymitanæ tunc fuit frater Philibertus de Nailaco natione Gallus, et antequam magnus magister electus fuisset, Aquitaniæ prior. Creatus fuit sociorum suffragiis anno 1396, ut lib. IV tradit Jacobus Bosius, anno 1409. Pisas appulit, ad concilium proficisci cogitans, et Constantiensi interfuit. Rhodum deinde rediit anno 1420, et sequenti 1421 obiit, ut idem Bosius lib. V testatur. Verum de illius incepto Smyrnæ castrum iterum excitandi, deque cum sultano Mehemete colloquiis verbum nullum facit.

Digitized by Google

δουλείας ἐδεσμοῦντο, καὶ ἦν ἄσπονδος ἔχθρα τῶν φορείων ἔν τε ἠπείρῳ, ἔν τε θαλάττῃ μετὰ τῶν Τούρκων. Ἐμακαρίζετο οὖν διὰ τοῦτο ὁ ἀσεβὴς Τεμύρ. Νῦν δὲ βούλει τοῦ εἶναί με ἀσεβέστερον τοῦ τυράννου ἐκείνου; οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι. Πλὴν γενέσθω καὶ τὸ σοὶ βουλητόν, καὶ τὸ παρὰ τῶν Τούρκων αἰτηθὲν ἀσάλευτον· δίδωμί σοι ἐν τοῖς ὁρίοις Καρίας καὶ Λυκίας τόπον ὅσον βούλει, καὶ ἄπελθε οἰκοδομήσων, οἷον βούλει πολίχνιον. Τότε ὁ μέγας μαγίστωρ ἐνωτισθεὶς τοὺς λόγους τούτους, εἶρηκε πρὸς τὸν Μαχουμέτ· Ὦ ἡγεμών, δός μοι τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν τόπων μέρος, καὶ μή με ἀποπέμπῃς ἐν ἀλλοτρίαις ἐπαρχίαις. Ὁ δὲ ἡγεμὼν, Ἐκ τῶν ἐμῶν δίδωμί σοι, κἀγὼ τῷ Μανταχίᾳ ἐδωρησάμην τὴν ἐπαρχίαν, καὶ μή σοι μελέτω περὶ τούτου. Αἰτήσας δὲ πρόσταγμα, καὶ λαβὼν ἀπῆλθεν· ὁμοίως καὶ οἱ Χίοι, καὶ Λέσβιοι, καὶ Φωκαεῖς πάντες, τὰς αἰτήσεις αὐτῶν ἀσμένως προσδεξάμενος, καὶ πληρώσας τὰ θελήματα, ὁ ἡγεμὼν ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. Ἡ δὲ μήτηρ τοῦ Τζινεὴτ ἱκετικῶς δυσωποῦσα οὐκ ἐπαύετο, μέχρις οὗ εἰσακουσθεῖσα, ἠλευθέρωσε τὸν υἱὸν αὐτῆς τοῦ θανάτου. Ὃς καὶ ἐλθὼν, καὶ προσκυνήσας τὸν Μαχουμὲτ, ὅρκους δοὺς αὐτῷ τοῦ μηκέτι ἀτακτεῖν, ἀλλὰ πιστῶς διάγειν ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ καὶ κυρίους, καὶ δεσπότας ἔχειν καὶ καλεῖν τοὺς ἐκ τῶν Ὀθμάνων καταγομένους, ἔδωκε τὴν ἐπαρχίαν τῷ υἱῷ Ἀλεξάνδρου τοῦ Σουσμάνου (77), ὃν καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν μετεσκεύασε· τὸν δὲ Τζινεὴτ κελεύσας σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Θράκῃ ἐλθεῖν, καλῶς τὰ τῆς ἀνατολῆς φροντίσας εἰς τὴν δύσιν ἐπανέζευξε. Καὶ ἐν Καλλιουπόλει ἐλθὼν, στόλον ἀπαρτίζει κατὰ τοῦ δουκὸς Νάξίας (78), καὶ τῶν λοιπῶν Κυκλάδων νήσων, τῶν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, αἰτιῶν αὐτὸν ὡς οὐ πρώην, οὕτω καὶ ἐν τῇ Σμύρνῃ, οὐκ ἦλθε προσαγορεύσων τῷ Μαχουμέτ. Ἀπάρας οὖν ἀπὸ τῆς Καλλιουπόλεως ὁ στόλος, ἔχων ἀμηραλῆν τὸν Τζαλισπέγην σὺν τριήρεσι καὶ διήρεσιν ὁμοῦ τριάκοντα ἦλθεν ἐν Ἀνδρῳ τῇ νήσῳ, ἐν τῇ Πάρῳ, ἐν Μύλῳ (79)· καὶ πολλοὺς τῶν νησιωτῶν ἀθροίσας, καὶ ζημίαν πλείστην ποιήσας, ἐπανέζευξεν.

illuc capessebant, homines liberi quique mari navigabant, prædatoriis navibus intercepti sub servitutis jugum mittebantur, et hostiliter tam mari, quam terra in se invicem invehebantur fratres Rhodii equites et Turci. Hac de causa bene audiebat impius Temyr. Visne igitur, ut isto tyranno magis impie me geram? abhorret ab hoc animus. 80 Verumtamen ut tuæ libidini satisfiat, et Turcorum preces irritæ non evadant, concedo tibi locum, quam amplissimum volueris, in Cariæ et Lyciæ finibus; illuc te confer, et, prout libitum erit, arcem ædifica. Mahometis sermones cum percepisset magnus magister, eum sic allocutus est: *Partem aliquam, o imperator, mihi largire intra imperii tui fines, neque me in alienum transmitte.* Cui occurrendo respondit imp.: *Quod tibi concedo meum est, quippe ipse ego principatum Mantachiæ concessi, neque porro de his sis sollicitus.* Rogavit itaque magnus magister sibi rescriptum imperatorium dari: quod postquam obtinuit, inde discessit. Chii pariter et Lesbii, Phocæenesque abierunt, acceptis ab eo benignis responsis, super illis quæ petierant; quæcunque enim ab eo quæsivere consecuti sunt, et pacifice ab eo dimissi. Interim Cineitis mater supplicare ipsi non cessavit, donec alloquendi se copiam ei fecisset, et a mortis pœna filiam ejus exsolvisset. Cineites etiam se coram Mahomete stitit, eumque adoravit, et jurejurando se obstrinxit in posterum nullas res novas moliturum, sed in fide mansurum per totum vitæ tempus: dominosque et heros re ac nomine agniturum eos qui ab Othmanica gente genus ducunt. Provinciæ istius administrationem credit Mahometes Alexandri Susmani filio, quem ad impiam superstitionem suam seductum traxerat. Jussit quoque Cineitem se in Thraciam sequi: rebusque in oriente optime constitutis in occiduas partes perrexit. Calliopolim ingressus classem instruit adversus Naxi insulæ ducem, cæterasque, ejus parentes imperio, Cycladas insulas. Objiciebatur ei, quod ad Mahometem nuper non convenisset, nec officiis exhibitis coluisset; ut nec Smyrnam antea eum salutaturus accesserat. Egressa Calliopoleos porta tota classis triremium ac biremium simul triginta, cui amiralius, id est Archithalassus, præerat Giali Begus, Andrum insulam, Paron et Mylon appulit: multisque insularibus captis, illatoque gravi damno discessit.

Οἱ δὲ Βενετικοὶ μαθόντες τὸ γεγονὸς οὐχ ὑπέμειναν. Ἦν γὰρ ὁ Δούκας πρὸ πολλοῦ τοῖς Βενετικοῖς

At Veneti tantam injuriam non tulere: ille quippe Naxi dux jamdiu in Venetorum fide et amicitiam

Ismaelis Bullialdi notæ

(77) *Τῷ υἱῷ Ἀλεξάνδρου τοῦ Σουσμανοῦ.* Susmanus ille, Mysiæ inferioris dux fuit, a Bajazite vivus captus, et in carcerem detrusus. Ut vitam impetraret, filius patri cognominis musulmanissavit, quod a Leunclavio lib. v scriptum est. Susmani quoque, lib. i, Laonicus mentionem habet. Cantacuzenus meminit etiam lib. iii, cap. 2, Sismani; qui Michaelis Mysorum regis filius erat, qui ad Turcos primum, deinde Constantinopolim profugit. Illum repetebat Alexander Mysorum rex qui Michaeli successerat.

(78) *Κατὰ τοῦ δουκὸς Νάξιας.* Leunclavius de illo bello et prælio nihil habet. Laonicus, lib. iv, non longe a fine, more suo confuso et intricato illud narrat, et classis Venetæ ducem fuisse Petrum Lauredanum asserit. A Duca dissentit in eo quod scripsit de Venetis, Τήν τε Λάμψακον πολιορκίᾳ παρεστήσαντο, καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπον· καὶ αὐτοὶ ᾤχοντο ἐπ' οἴκου ἀποπλέοντες. *Lampsacum deditione acceperunt, impositoque præsidio, domum renavigarunt.* Ducas ipsos frustra tentasse scribit, et Constantinopolim navigasse. Phranzes, lib. i, cap. 31, paucissimis verbis de illo bello disserit, ducemque classis Venetæ Petrum Lauredanum fuisse notat.

(79) *Ἐν τῇ Πάρῳ καὶ Μύλῳ.* Juxta hodiernam pronuntiationem scripsit Μύλῳ, cum Μῆλον antiqui dixerint, Latini *Melum.*

Digitized by Google

venerat, illorumque vexillo et insignibus se tutabatur. Vere itaque adventante triremes decem ipsi instruxerunt, quas in statione habuerunt in sinu Adriatico, circa Eubœam, Cretam et Cycladas insulas. Triremes porro septem Tenedum usque navigarunt, ita ut in hostium conspectum venirent : fauci-bus deinde Hellesponti superatis, Lampsacum usque pervenere. Turcica tunc classis supra modum instructa, stationem habebat in portu Callipoleos. **61** Deprehenso interim velo uno exiguo, quod e Constantinopoleos portu solverat, quodque Turcicum conjiciebant Venetæ classis duces : triremem unam ad illud navigium invadendum mittunt. Id cum Turci conspexissent, rati unum e suis esse, quod insequebantur, Veneti illius tutandi causa triremem unam in altum vela facere jubent. Lesbium porro erat Constantinopoli profectum. Veneti itaque cernentes Turcicas triremes portu exire, ad catenæ instar ordine servato, in ipsas feruntur : et, cum classicum cecinissent, pugnam ineunt. Primo impetu triremem amiralii Giali Begi appellunt, in eamque irruentes omnes promiscue ferro cædunt, ipsumque Giali Begum membratim conciderunt. Alius deinde in aliam irruit et insilit: omnibus denique triremibus captis, immaniter Turcos frustulatim discindunt, spectantibus eorum conjugibus et liberis Callipoleos littore, quod a loco, ubi pugna commissa est, milliari uno distat. Inclinato jam die Veneti receptui canunt, triremesque septem et viginti Turcicas cum suis in Tenedum insulam velis pansis deducunt. Portumque ingressi, omnibus accurate perpensis et perspectis Turcos omnes seorsim contractos confodere. In Christianos aliter anquisitum : qui enim captivi vinctique in triremibus detinebantur, iis vita concessa est. Illi vero, qui accepta mercede, aut quovis alio præmio ducti, operam suam sponte locaverant, cuncti in insula Tenedo suspendio affecti sunt. Tuncque cernere erat per totum insulæ ambitum furcas ad instar vitium dispositas, ab eis dependentia, veluti racemos, cadavera. Ubi Cretam appulerunt triremes Venetæ, Christiani captivi remiges partim per eam insulam distributi, partim per Eubœam sparsi, Venetias quoque partim transvecti sunt. Post exactam deinde hiemem, ineunteque vere classis Veneta portu Venetiarum iterum solvit, et Hellespontum ingressa turrim, quæ Lampsaci erat a Musulmano exstructa, tentat. E triremibus itaque eam Veneti oppugnant et quatiunt, cum in littus exscendere nequivissent. Aderat enim illic Chamzas, Bajazitis Mesazontis frater, cum exercitu decem millium et amplius militum, qui Venetorum incessum observabat. Qui cum suos conatus irritos cernerent, Constantinopolim abiere, turris obsidione omissa : quam semidirutam ac quassatam reliquerunt : tecto ipsius a vertice ad imum decusso, et ad

A ὑποκύπτων, καὶ τὴν σημαίαν αὐτῶν φέρων· καὶ καταλαβόντος τοῦ ἔαρος ηὐτρέπισαν καὶ αὐτοὶ τριήρεις δέκα· καὶ προσέχοντες ἦσαν τὸν Ἀδριανοῦ κόλπον (80), Εὔβοιαν, Κρήτην, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους· ἐλθοῦσαι δὲ τριήρεις ἑπτὰ μέχρι Τενέδου, ἠβουλήθησαν ἐμφανεῖς γενέσθαι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ εἰσελθόντες τὴν Ἑλλήσποντον διέβησαν μέχρι Λαμψάκου. Καὶ δὲ τριήρεις τῶν Τούρκων ἵσταντο ἐν τῷ λιμένι Καλλιουπόλεως ἕτοιμαι εἰς ἐξοχήν. Αἱ τριήρεις δὲ τῶν Βενετικῶν ὁρῶσαι ἱστίον ἓν σμικρὸν κατερχόμενον ἀπὸ Κωνσταντινούπολιν, καὶ δοκοῦντες Τουρκικὸν εἶναι, στέλλουσι μίαν τῶν τριήρεων τοῦ λαβεῖν αὐτό. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ὁρῶντες τὸ δρώμενον, καὶ εἰκάζοντες τὸ διωκόμενον αὐτῶν εἶναι,

B ἐξῆλθε καὶ ἐξ αὐτῶν ἑτέρα τριήρης, δεφενδεῦσαι θέλων αὐτό. Ἐκεῖνο δὲ ἦν Λέσβιον πλοῖον κατερχόμενον ἀπὸ Κωνσταντινούπολιν. Ἰδόντες δὲ οἱ Βενετικοὶ τὰς τριήρεις τῶν Τούρκων, δίκην ὁρμαθοῦ ἐξιούσας, ὥρμησαν κατ' αὐτῶν, καὶ τὸ ἐναντίον ἠζήσαν, συνεπλάκησαν. Πρῶτον μὲν δὴ προσκρούσαντες τὴν τοῦ ἀμιραλῆ Τζαλίσπεγι τριήρη, ἅπαντας ἀφειδῶς ἐξεθέρισαν, καὶ αὐτὸν Τζαλίσπεγιν μαλῆδον κατέτεμον· εἶτα ἄλλος ἄλλην ἐπεμβαίνοντες πάσας παρέλαβον, ἀνηλεῶς κατατέμνοντες τοὺς Τούρκους ἐνώπιον τῶν γυναικῶν καὶ τῶν παίδων αὐτῶν, μακρὰν ἀπέχοντες τὴν ἐν Καλλιουπόλει ξηρὰν ὡς μίλιον ἕν. Οἱ δὲ Βενετικοὶ ἤδη πρὸς ἑσπέραν τοῦ πολεμεῖν σιγήσαντες, καὶ τὰς τριήρεις τῶν

C Τούρκων ὡς κζ' τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὰς αὐτῶν πτερώσαντες, κατῆσαν εἰς Τένεδον νῆσον. Κἀκεῖ ὁρμισθέντες ἐν τῷ λιμένι, καὶ ἐξετάσαντες ἀκριβῶς, καὶ χωρίσαντες τοὺς Τούρκους ἅπαντας ἔσφαξαν. Εἰς δὲ τοὺς Χριστιανοὺς ἑτέραν ἔρευναν ἐρευνήσαντες· καὶ τοὺς μὲν ἀγγαρικῷ τρόπῳ εἰσαχθέντας ἐν τῷ στόλῳ, τὴν ζωὴν ἐδωρήσαντο, τοὺς δὲ διὰ προσόδων καὶ τῆς τυχούσης προνοίας πάντας ἀνεσκολόπισαν ἐν τῇ Τενέδῳ. Καὶ ἦν ἰδεῖν γυρόθεν τὴν πᾶσαν νῆσον ὡς ἀμπέλους τὰς φούρκας, καὶ ὡς βότρυας τοὺς

D ἐν αὐταῖς κρεμαμένους. Αἱ δὲ τριήρεις κατελθοῦσαι ἐν Κρήτῃ τοὺς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, τοὺς δὲ ἐν Εὐβοίᾳ, τοὺς δὲ ἐν Βενετίᾳ διέσπειραν, καὶ ἠρημένους ἐρέτας Χριστιανοὺς ὑπάρχοντας. Χειμῶνος δὲ παρελθόντος, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρχομένου πάλιν ἀπὸ Βενετίας τριήρεις· καὶ ἐν Ἑλλησπόντῳ εἰσελθοῦσαι ἠβουλήθησαν παραλαβεῖν τὸν πύργον τὸν ἐν Λαμψάκῳ ὃν ἀνήγειρεν ὁ Μουσουλμὰν, καὶ διὰ θαλάσσης ἀκροβολισμοὺς ποιήσαντες, διὰ ξηρᾶς οὐκ ἠδυνήθησαν ἐξελθεῖν· ἦν γὰρ προσέχων ὁ Χαμζᾶς, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Παγιαζῆτ τοῦ Μεσάζοντος, σὺν στρατῷ χιλιάδας δέκα καὶ πλέον. Ὡς δὲ εἶδον οἱ Βενετικοὶ μηδὲν μηδὲν ἀνύοντες, ἀφίεσαν αὐτὸν, καὶ εἰς Κωνσταντίνου ἔπλεον, καταλιπόντες αὐτὸν ἡμίθραυστον, καὶ τὸ στέγος αὐτοῦ καταβάλλοντες, ἀπὸ κάτωθεν ἕως ἄνω, κοσκινηδὸν κατετρύπησαν. Τότε ὁ Χαμζᾶς ἰδὼν τὰς τριήρεις ἐκλειπούσας, αὐτὸς τοὺς Τοῦρ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(80) *Ἀδριανοῦ κόλπον*. Improprie appellat Adriani sinum. Mare Adriaticum ab urbe Hadria nomen habet, non ab Adriano. Notandum porro per sinum Adriaticum hic intelligi mare Ionium, quod Siciliam et Peloponnesum interfluit : et hodie a nautis *il Golfo* adhuc appellatur.

Digitized by Google

κους κελεύσας ἕως θεμέθλων κατέβραξεν εἰπών· Ἄνευ κέρδους οὐ πρέπον ἐστὶν ὄνειδος κερδᾶναι. Ὁ δὲ Μαχουμὲτ τὸν Τζινεὴτ περάσας ἐν Καλλιουπόλει, δέδωκεν αὐτῷ πρόνοιαν ἐν τοῖς μέρεσι Νικοπόλεως ἐγγὺς τοῦ ποταμοῦ Δανούβεως, παραγγείλας αὐτὸν φυλάττειν τὰς ἄκρας καλῶς, καὶ ὑπερμαχεῖν ἕνεκα τῶν Μουσουλμάνων.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις (81), ἠγέρθη τις τῶν Τούρκων ἰδιώτης καὶ ἄγροικος ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ὄρους, τοῦ κειμένου ἐν τῇ ἐμβολῇ τοῦ κόλπου τῆς Ἰωνίας, ὃ κοινῶς καλοῦσι Στυλάριον (82), πρὸς ἀνατολὴν καταντικρὺ Χίου. Καὶ ἐδίδαξε τοῖς Τούρκοις ἀκτημοσύνην, καὶ πλὴν τῶν γυναικῶν τὰ λοιπὰ πάντα κοινὰ ἐδογμάτισε, καὶ τροφὰς, καὶ ἐνδύματα, καὶ ζεύγη, καὶ ἀρούρας. Ἐγὼ εἰς τὸν σὸν οἶκον ὡς ἐμὸν, σὺ δὲ εἰς τὸν ἐμὸν ὡς σὸν, πλὴν τοῦ θήλεος μέρους. Πλανήσας δὲ τοὺς πάντας ἀγροίκους ἐν αὐτῷ τῷ δόγματι, ὑπούλως ἐπραγματεύετο καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν φιλίαν. Ἐξέθετο γὰρ δόγμα, Ὅστις τῶν Τούρκων εἶποι, ὅτι Χριστιανοὶ οὐκ ὑπάρχουσι θεοσεβεῖς, οὗτος ἀσεβὴς ἐστι. Καὶ πάντες οἱ ὑπήκοοι τοῦ φρονήματος αὐτοῦ, συναντῶντές τινα τῶν Χριστιανῶν ἐφιλοξένουν, καὶ ὡς ἄγγελον τοῦ Θεοῦ ἐτίμων· αὐτὸς δὲ καθ' ἑκάστην ἐν Χίῳ οὐ διέλιπε στέλλων ἐν τοῖς ἡγεμόσι, καὶ τοῖς κλήρου τῆς Ἐκκλησίας κατειλεγμένοις ἀποστόλους, μηνύων αὐτοῖς τὸ αὐτοῦ φρόνημα, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως σωθῆναι τῶν ἁπάντων, εἰ μὴ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν. Ἔτυχε δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ κατοικεῖν ἐν τῇ νήσῳ ἀναχωρητὴν ἕνα Κρῆτα γέροντα, ἐν τῇ μονῇ τῇ καλουμένῃ Τουρλωτῇ. Καὶ στέλλας ὁ ψευδαββᾶς ἐκεῖνος δύο τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τῶν μονοχιτώνων, ἐχόντας τὴν κεφαλὴν κατεψιλωμένην ἀσκεπῆ, καὶ τοὺς πόδας χωρὶς σανδάλια, καὶ πλὸν ἕνα μονοχιτωνίσκον ἐνδεδυμένους· προσαγορεύων αὐτὸν, καὶ μηνύων, ὡς ὅτι Κἀγὼ συνασκητής σού εἰμι, καὶ τῷ Θεῷ ᾧ λατρεύεις, ἐκείνῳ κἀγὼ τὴν προσκύνησιν φέρω, καὶ μετὰ σοῦ εἰμι νύκτωρ διαβαίνων ἀψόφῳ ποδὶ τὸ πέλαγος. Ὁ δὲ ἀληθὴς ἀββᾶς πλανηθεὶς ὑπὸ τοῦ ψευδαββᾶ, ἤρξατο καὶ αὐτὸς ἀλλόκοτα ὑπὲρ ἐκείνου φθέγγεσθαι, λέγων, ὅτι Ἐν τῇ νήσῳ Σάμῳ σχολάζων, καὶ αὐτὸς συνασκητής μου ἐγένετο· καὶ

A cribri modum pertuso. Confestim vero Chamzas, ubi classem Venetam recessisse vidit, jussit Turcos turrim funditus evertere, hac ratione adducta, non decere sine lucro et utilitate **62** contumeliam referre. Per id tempus Mahometes Cineitem Callipoli transmissum præfecit Nicopoli ad Danubium sitæ, hortatus ipsum ut limites imperii strenue tueretur, et Musulmanos ab exteris propugnaret.

Eodem etiam tempore Turcus quidam simplex et agrestis innotuit in regione montis, qui sinus Ionii ostio adjacet, et vulgo Stylarius appellatur, Chio insulæ ad ortum objectus. Docebat ille Turcos paupertatem *voluntariam*; omniaque, præter uxores, annonam, vestes, currus et arva communia esse debere prædicabat. *Ego*, aiebat, *tua domo, ut mea,* B *utor; tu mea, ut tua, uteris, salva uxoris reverentia.* Cumque in istud dogma omnes agrestes pertraxisset, clam ac subdole in Christianorum amicitiam venire satagebat. Hocce etenim effatum evulgavit: *Quicumque Turcus dixerit Christianos non esse erga Deum religiosos, hic impius habeatur.* Quotquot igitur præceptis ejus obsequebantur, quemcunque Christianum, in quem incidissent, benigne amplectebantur et suscipiebant, eique tanquam angelo Dei honorem habebant. Ipse vero quotidie nuntios mittere magistratibus Chii, et præcipuis eximiisque inter clericos propositum suum ipsis manifestans, profiteri- que non aliter omnes salvari posse, nisi in fidei Christianæ communione. Contigit etiam sub id tempus anachoretam quemdam Cretensem, in insulæ C illius monasterio, quod Turlotæ dicitur, monasticam vitam agere. Ad hunc falsus ille abbas misit binos apostolos suos unica veste indutos, capite nudo ac raso, pedibusque sandaliis non opertis, rhenone unico vestitos incedentes, per quos talia ipsi significat: *Ego, sicut tu, idem asceticæ vitæ institutum sequor, eumdem Deum, cui tu servis, veneror; ad te de nocte sine strepitu venio mare pedibus trajiciendo.* Verus itaque abbas, ab impostore illo falso abbate deceptus, cœpit et ipse absurda de illo prædicare his verbis: *Dum Sami morarer, mecum asceticam vitam ipse egit; nunc per dies singulos trajiciens mecum versatur, et simul colloquimur*, aliaque fabularum monstra effutiebat coram me, qui hæc scribo.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(81) Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Hanc de D nova secta historiam persequitur Leuncl. lib. XII, et in *Annal. Turc.* Bedredinis Semavinæ F. nomen nostro ignotum est, sicut etiam monachus Cretensis Leunclavio ignotus. Magna singularique prudentia sultani Mehemetis huic nascenti sectæ itum obviam, quæ seditiones et tumultus excitasset: quales postea contigerunt sub Soleimane anno 1526 in Asia minore excitati, ut lib. XVIII Leuncl. notat.

(82) Ὁ κοινῶς καλοῦσι Στυλάριον. Nautæ Itali in tabulis suis nauticis loci illius nomen, *Capo Stylari*, eumque a Smyrna milliaribus 40, Phocæa veteri, *Foia Vecchia* milliaribus 20, a Chii sancta Panagia milliaribus 10. distare asserunt. Dominicus Marius Niger in Comment. Asiæ primo, disserens de Chersoneso Chalcitide, talia scribit: *In cujus altero cornu promontorium est Numantis* (Mimantis dicendum erat) *quod recentiores caput Stilari appellant.* Antiquis temporibus Μέλαινα, ut Strabo lib. XIV refert, appellabatur, inque eo promontorio latomiæ molarium lapidum erant; quæ appellatio antiqua hodiernæ Turcicæ respondet: appellatur enim hodie Kara-borru, Kara-bornu vulgo pronuntiatur, id est, niger nasus, seu nigrum promontorium. Fallitur Leunclavius, lib. XII cit. qui Caraboru, vel Caraburum Lyciæ oppidum, Turcicamque appellationem inde derivatam putat. Caraborum, ubi secta illa increverat, in Aidinensi ditione situm est, cui Adin seu Atin imperaverat, cujus pars Ionia fuit. Cara-borum illud seu Caraboru promontorium est altissimum, quod sinum, cui Smyrna adjacet, intrantibus ad dextram objacet.

Digitized by Google

Susmani ergo filius nobis supra memoratus, qui a Mahomete provinciæ gubernandæ impositus erat, conscripto exercitu adversus illum falsum abbatem contendit : verum angustias Stylarii montis superare haud penes eum fuit. Stylarii incolæ contra agmine facto, collectis supra sex millia militibus, stantes ad angustias et aditus fere impervios, totum exercitum cum ipso duce Susmano deleverunt. Confestim turba omnis quæ Percligiam Mustaphan, falso enim abbati hoc nomen erat, sequebatur, spes suas in 63 istum impostorem collocavit, nomen illius supra prophetas laudibus extollendo ; ab iis deinde decretum, caput pileo, qui *sarculas* dicitur, non tegere : sed una tantum veste indui, sub dio agere, potiusque Christianis, quam Turcis adhærere. Rebus ita gestis Lydiæ gubernatori Hali Bego dat in mandatis Mahometes, ut cum universis Lydiæ et Ioniæ copiis in Stylarios moveat : Stylarii iterum viarum aditus, montiumque angustias occupant : cumque copiarum hostilium maxima pars fauces illas ingressa esset, ab agrestibus omnes fere occisi sunt, ut vix cum paucis Halibegus salvus Magnesiam evaserit. Hanc acceptam cladem cum audivisset Mahometes, filium suum Moratem etiamnum impuberem, annosque duodecim solummodo natum illuc mittit, eique comitem adjungit Bajazitem Mesazontem. Ili collectis universis copiis Thraciæ, Bithyniæ, Phrygiæ, Lydiæ et Ioniæ per arctas illas vias aditu difficillimas magna vi irrumpunt : obvios omnes sine discrimine cædunt, senes et infantes, viros et mulieres, utque verbo dicam, in omnem ætatem immaniter sævitum est : donec ad montem perventum, quem tuendum isti monochitones (id est una veste utentes) susceperant. Pugnatum illic acerrime, innumeris, qui Morati militabant, cadentibus, quo usque omnium illorum cum suo falso abbate deditio secuta est. Comprehensos vinctosque Ephesum cunctos abduxere, ubi impostorem illum, quamvis variis tormentis subjectum, intrepidum nihilominus experti sunt, inque sua opinione constantem ac pertinacem. Illum igitur camelo imponunt in cruce extensum, manibus expansis, clavisque tabulæ affixis, ac velut ad triumphi speciem per urbis medium transvexere. Hujus etiam discipulos qui doctoris sui errores abnegare noluerunt, ipso intuente cunctos confodiunt : quorum alia verba exaudita non sunt, præter ista *Tete sultan eris*, hoc est, *Domine abbas accelera*, quibus prolatis illico mortem alacres oppetivere. Per aliquod

Ἀνὴρ ἡμέραν παρ' ἡμέραν διαβαίνων συνομιλεῖ μοι· καὶ ἄλλα τινὰ τέρατα, ἃ ἐνώπιον ἐμοῦ τοῦ γράφοντος ἔλεγε. Ὁ δὲ τοῦ Μαχουμὲτ ἐπίτροπος, ὃν ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ὁ τοῦ Σουσμάνου υἱὸς (83), ὃς τὴν ἐπαρχίαν τῆς ἡγεμονίας αὐθέντευε, στρατὸν ἀθροίσας, καὶ ἐλθὼν κατ' αὐτοῦ, οὐκ ἠδυνήθη διαβῆναι τὰ στενωπὰ τοῦ Στυλαρίου. Οἱ δὲ Στυλάριοι εἰς ἓν συναχθέντες, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους ὄντες εἰς τὰ δύσβατα στάντες, ἅπαντας τοὺς σὺν τῷ Σουσμάνῳ κατέσφαξαν, καὶ αὐτὸν ὁμοῦ τὸν Σούσμανον. Τότε οἱ τοῦ Περκλιτζία Μουσταφᾶ, οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, τὴν αὐτῶν ὑπόληψιν ἐν τῷ ψευδαβδᾷ στερεώσαντες, καὶ ὑπέρτερον προφήτου τοῦτον ὑμνήσαντες, ἐξέθεντο δόγμα τοῦ μὴ ἐνδύεσθαι τὴν κεφαλὴν, πῖλον, ὃ καλοῦσι ζαρκουλᾶν· ἀλλὰ ζῆν μονοχίτωνα καὶ ἀσκεπῆ βίον, καὶ προστίθεσθαι πλέον Χριστιανοῖς ἢ Τούρκοις. Μετὰ δὲ ταῦτα μηνύει ὁ Μαχουμὲτ τῷ ἐπάρχῳ Λυδίας Ἀλίπεγι, τοῦ στρατεῦσαι σὺν πάσῃ δυνάμει Λυδίας καὶ Ἰωνίας κατὰ τῶν Στυλαρίων· οἱ δὲ Στυλάριοι πάλιν φυλάξαντες τὰς ἐμβολὰς τῶν στενώδων, καὶ τὸ πλείστον τῶν ὑπεναντίων εἰσελθὸν πάντας οἱ ἀγροῖκοι ἐφόνευσαν, ὡς μόλις σὺν ὀλίγοις ὁ Ἀλίπεγις διασωθεὶς εἰς Μαγνησίαν ἦκε. Τότε ὁ Μαχουμὲτ μαθὼν τὸ δρᾶμα, πέμπει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μωρὰτ παιδίον ὄντα δωδεκαετὲς, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν Παγιαζὴτ Μεσάζοντα σὺν τῷ Θρᾳκικῷ στρατῷ· καὶ Βιθυνοὺς, καὶ Φρύγας, καὶ Λύδους, καὶ Ἴωνας πάντας ἀθροίσας, εἰσεισιν ἐν τοῖς δυσβάτοις ἐκείνοις τόποις σὺν δυνάμει πολλῇ· καὶ ἁπαντῶντας πάντας ἀφειδῶς ἐξεθέριζε, γέροντας ἁμοῦ καὶ νήπια, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶσαν ἡλικίαν ἀνηλεῶς ἔσφαττον· ἕως οὗ φθάσαντες ἐν τῷ ὄρει, ὃ εἶχον εἰς φυλακὴν οἱ μονοχίτωνες, καὶ κροτήσαντες πόλεμον, μετὰ πολλῶν τῶν πεσόντων ἀπὸ τοῦ μέρους τοῦ Μωρὰτ ὑπὲρ ἀριθμὸν, παρεδόθησαν σὺν τῷ ψευδαβδᾷ. Παραλαβόντες δὲ καὶ δεσμήσαντες αὐτοὺς ἦλθον εἰς Ἔφεσον, κἀκεῖ ἐξετάσαντες αὐτὸν διὰ πολλῶν τιμωριῶν, εὗρον ἀκλόνητον καὶ ἀμετάπτωτον τῆς φαντασίας αὐτοῦ. Τότε σταυρώσαντες αὐτὸν, καὶ ἐπιθέντες καμήλῳ ἐκτεταμένας ἔχων τὰς χεῖρας, πεπερονημένας ἐν σανίσι διὰ τῶν ἴλων ἐθριάμβευσαν αὐτὸν ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. Τοὺς δὲ μαθητὰς αὐτοῦ μὴ ἀπαρνησαμένους τὸ φρόνημα τοῦ διδασκάλου αὐτῶν, πάντας ἐπ' ὄψει τούτου κατέσφαττον, οὐκ ἄλλο λέγοντες πλὴν τὸ, *Τετὲ σουλτὰν ἐρῆς* (84), ἤγουν, *Κύριε ἀββᾶς, φθάσον*. Καὶ τότε ἡδέως τὸν θάνατον ἐλάμβανον. Ἐκράτει γὰρ ἄχρι καιροῦ δόξα πολλῶν τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν, ὡς

Ismaelis Bullialdi notæ.

(83) *Ὁ τοῦ Σουσμανοῦ υἱός.* Historiæ Turcicæ, quas edidit Leunclavius, expeditionum ab Alexandro Susmano, et Hali-bego in sectæ novæ auctorem ejusque se juices susceptarum non meminerunt ; ultimæ, cujus Morates Mehemetis filius, et Bajazites Mesazon duces fuerunt, solummodo meminere. Illubenter enim Turci se victos fatentur ; nec hactenus nisi semel atque iterum, prælio fractos fuisse se agnoscunt : bello nempe Temyriano et navali ad Naupacti, *Lepanto* vulgo, sinum, a fœderatis cum Veneta repub. principibus Christianis superati : quem porro Ducas Bercligiam Mustaphan, Leuncl. Boruglusem Mustaphan appellat.

(84) *Τετὲ σουλτὰν ἐρῆς.* Pronuntiatur *Dede*, qua appellatione viris sanctitate ac gravitate præstantibus venerationem exhibent. *Dede* Turcice *avum* significat. Dervisium quemdam ab ipsis *Sidik Dede* appellatum audivi, id est, *intime fidelem avum*, quod honoris causa ab ipsis factum : secundus enim a præsule Dervisiorum erat.

Digitized by Google

οὐ τέθνηκεν, ἀλλὰ ζῇ· ὡς καὶ τῷ ἀσκητῇ τῷ προειρημένῳ ἐντυχὼν ἐγὼ μετὰ τὸ ταῦτα γενέσθαι, καὶ ἐρωτήσας περὶ τούτου, τί ἄρα τὸ δοξάζον περὶ ἐκείνου; εἴρηκέ μοι, ὅτι ἐκεῖνος οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ περάσας ἐν τῇ νήσῳ Σάμῳ, ἐκεῖ καὶ ὡς πρώην αὐλίζεται· εἰς οὐδὲν ἐγὼ τὰς φαντασίας αὐτοῦ, οὔτε πιστεύσας, οὔτε κατὰ νοῦν λαβών. Ὁ δὲ Παγιαζὴτ λαβὼν τὸ παιδίον, καὶ διελθὼν τὴν Ἀσίαν, Λυδίαν, καὶ ὅσους ἐντυχὼν ἐν ἀκτημοσύνῃ ζῶντας Τουρκοκαλογήρους ἅπαντας πικρῷ θανάτῳ παρέδωκεν. Περάσας δὲ τὴν Φρυγίαν, καὶ τὸν πορθμὸν διαβὰς ἦλθεν ἐν Ἀδριανοῦ, παραστήσας τὸν υἱὸν Μωρὰτ τῷ πατρὶ Μαχουμὲτ νικητὴν τροπαιοῦχον. Τότε καὶ ὁ Μαχουμὲτ ἐδωρήσατο τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ἀμασείας καὶ τὰ πρὸς τὴν Καππαδοκίαν μέρη ἔτι νέῳ ὄντι, καὶ τῶν μεγιστάνων καὶ πρακτικῶν ἕνα διοικητὴν τῶν πραγμάτων κατέστησε, Γεωργίτζπεγιν οὕτω καλούμενον.

A equidem tempus inter discipulos ejus opinio invaluit ipsum mortuum non esse, sed in vivis superare: talique errore implicitus tenebatur nobis memoratus asceta, quem istis transactis allocutus sum; cum enim interrogassem, quid de illo sentiret? respondit mihi eum non obiisse, sed in Samum insulam trajecisse, ubi pristinas sedes habuerat. Verum hujus deliramenta aspernatus, nullamque fidem adhibens, iis diutius attendere non sustinui. Iis demum rebus constitutis Bajazites adolescentem Moratem secum circumducens, peragravit Asiam et Lydiam, omnesque Turcocalogeros (*id* 64 *est monachos Turcos*) acerbis tormentis enecavit, quotquot in paupertate voluntaria viventes ipsi occurrerunt. Phrygia deinceps lustrata fretum trajecit, venitque B Adrianopolim, Moratemque salvum de hostibus triumphantem ad parentem suum Mahometem reduxit. Hic filio suo admodum juveni tunc Amasiam totamque Cappadociam gubernandam commisit, consiliario ac ministro adjuncto quodam e purpuratis, eoque rerum gerendarum apprime perito, qui Georgiz-Begus appellabatur.

CAPUT XXII.

Rhodi magnus Magister castrum Petronium in Cariæ finibus ædificat. Mahometes in Asiam trajicit, Caramanum invadit et in ordinem cogit. Mustapha Bajazitis F. immotuit, eisque se adjungit Cineites, qui a Mahomete prope Thessalonicam vincuntur. Mahometes istos qui Thessalonicam confugerunt a Demetrio Leontario repetit, qui rem ad imp. rejicit. Manuel traditurum se eos Mahometi negat. Mustaphas et Cineites a Leontario Constantinopolim mittuntur, inde in Lemnum uterque custodiendus relegatur. Mahometes Walachis bellum infert. Theologus quidam Philadelphius vir improbus ac perfidus. Mahometes inter venandum apoplexia affectus paucos post dies hemiplecticus factus moritur. Rationes ob quas Mahometes filium suum Amasiæ præfecerat. Bajazitis Bassæ ergo Mahometem fidelis servi officia. Mahometis ad Bajazitem Bassam mandata. Mahometis mors quibus artibus per dies XL *occultata sit usque ad Moratis adventum.*

Ὁ δὲ προρρηθεὶς μέγας Μάϊστωρ (85) ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει στόλον ἀπαρτίσας σὺν διήρεσι τρισὶ, καὶ νηῶν μέρος, τὴν ἅπασαν παρασκευὴν ἔνδον εἰσάξας, οἷον ἄσβεστον, λίθους ἀκρογωνιαίους, ξύλα, σανίδας, καὶ εἴ τι ἄλλο, τὸ πρὸς οἰκοδομεῖν κάστρον συμφέρον, ἐν τοῖς ἄκροις τῆς ἐπαρχίας Καρίας, ἐν ἑνὶ ἀκρωτηρίῳ ἐλθὼν φρούριον ἔπηξεν ἐπ' ὀνόματι τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, Πετρόνιον αὐτὸ καλέσας. Καλῶς οὖν τὴν βάσιν πήξας, καὶ ἀρξάμενος κτίζειν τὰ τείχη, ἦκε καὶ ὁ Μανταχίας Ἐλιέζεγιν σὺν δυνάμει πολλῇ, κωλύσειν μέλλων τὸ ἐπιχειρισθὲν ἔργον· ἀλλ' οὐδὲν ἤνυσεν. Ἀπαρτίσας οὖν καλῶς τὸ φρούριον καὶ πύργους ἀεροδάμους ἁρμόσας, καὶ φρεάτιον ἔνδον φύλακας ἐγκαταστήσας, ἐπανῆκεν εἰς Ῥόδον· νόμους καὶ ἔθη ἐπαφεὶς τοῖς φύλαξι τοῦ φρουρίου, τοῦ νήφειν ἀεὶ καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχειν εἰς τοὺς φυγάδας αἰχμαλώτους· τοῦ ἀντιλαμβάνειν, καὶ σώζειν αὐτοὺς εἰς τὸ φρούριον, καὶ ἐλευθέρους γράφεσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου (86)· ὃ καὶ νῦν μέχρι τὴν σήμερον σώζεται.

Eodem anno nobis supradictus magnus Rhodi Magister classem biremium trium, aliquot præterea navium instruxit: quibus imposuit omnem apparatam materiam, bitumen nempe, lapides angulares, ligna, asseres et si quid aliud opus ipsi esset ad arcem in finibus Cariæ provinciæ ædificandam: profectusque designavit in quodam promontorio propugnaculum, quod, de Petri apostolorum principis nomine, Petronium appellavit. Fundamentis deinde solidis jactis, postquam in altitudinem mœnia assurgere cœpissent, cum multis copiis accessit Mantachias Eliez Begus, opus inchoatum disturbaturus: verum re infecta retro pedem tulit. Egregie igitur absoluto propugnaculo, turribus altissimis per ambitum munito, militibusque fratribus custodia illius commissa, Rhodum redlit magnus Magister. Discedens porro leges dedit custodibus, vivendique modum, ut sobrie semper vescantur vigilentque, sintque seduli ac prompti ad suscipiendos captivos fugitivos, tutumque eis receptum in arce C D præbeant: appellenturque *sancti Petri libertini*: quæ appellatio ad hanc usque diem usurpatur.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(85) Ὁ δὲ προρρηθεὶς μέγας Μαΐστωρ Philibertus de Nailaco appellatus.

(86) Καὶ ἐλευθέρους γράφεσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Bosius, lib. IV *Hist. ord. Milit. Hierosol.* scribit anno 1399 Smyrnam a Temyre expugnatam; statimque magnum magistrum in Cariam cum classe navigasse: locum illic situ tutissimum inter sinus Ceramicum et Jasium, qui hodie *Golfo di San Pietro* appellatur, ubi quondam steterat Halicarnassus, occupavisse, et S. Petri castrum ædificavisse, de quo sic loquitur Bosius: *Il quale fu poi di gran gloria e riputazione a quest ordine e di grand utile alla Cristianità*; addiique canes in eo castro nutritos fuisse, qui interdiu vincti, noctu ad castri custodiam emittebantur: quorum adeo exquisita erat sagacitas, ut Christianos a Turcis

Digitized by Google

Mahomete ineunte vere conscripto in occiduis provinciis 65 exercitu Adrianopoli discedit, Thraciaque superata Prusam venit : accersitis deinde ad se cunctis Anatoliæ satrapis, cum universo exercitu Lycaoniam versus castra movit, animo volvens vindictam, quam de Caramani facinoribus flagitiisque Prusæ patratis sumere cupiebat. Ulciscі namque statuerat contumeliam cineribus et reliquiis majorum suorum, per ludibrium effossis, ossibusque paternis, quæ Caramanus igne cremaverat, illatam. Ad illa igitur loca cum pervenisset complura oppida et vicos incendio delevit, Iconiumque celeri gradu profectus id recepit. Caramanus in Syriæ montes, fuga saluti consulens, se receperat : unde per legatos supplex ac submissus admissorum criminum pœnam deprecabatur, veniamque sibi condonari orabat. Precibus denique suis Mahometem flexit, occupatamque ditionem eo condonante recuperat : postquam jurejurando cavit se in fide mansurum, fœderi nullam fraudem facturum, nec unquam Othmanici imperii fines invasurum. Hactenus inse quendi fine facto, Prusam revertitur Mahometes, et fretum rursus transvectus Adrianopolim petit : ubi dum moratur, nuntios accipit, qui monent fratrem suum natu minimum Mustaphaм Bajazitis supra memorati filium in Walachia degere. His nuntiis auditis quamprimum mancipia mittit, quæ Cineitem capite obtruncarent, quem non offenderunt; nudiustertius enim fluvium trajecerat, et Mustaphæ se conjunxerat : cui jurejurando fidem suam obstrinxit, se auxilio ei fore, eamdem cum eo fortunam experturum, imperiumque orientis et occidentis ipsi conciliaturum. Postquam itaque cognovit Mahometes Cineitem ad Mustapham transfugisse, damnum declinare cupiens, quod sibi ab eis imminebat, exercitum ingentem conscribit, Thraciaque excedens Macedoniam intrat. Illic certior factus Mustapham et Cineitem Istrum transiisse, inque Thessa-

Τούτοις τοῖς λόγοις ἀποπεμφθέντες οἱ τοῦ βασιλέως πρέσβεις, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα πάντα ἀναλέξαντες, ἔδοξε τὰ ῥηθέντα δείγματα. Καὶ δὴ τὴν ψυχὴν καμὼν, καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἐλθὼν ῥημάτων, ὧν συνετάξατο τῷ Μουσταφᾷ, ἄρτι ἐν τῇ Λήμνῳ νήσῳ διάγοντι, ἐξ ὅτου παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως ἐπέμφθη ἐξόριστος, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, μεταλλεῖται Δημήτριον Λάσκαριν τὸν Λεοντάριον, ἄνδρα, καὶ ὡς χρὴ εἰπεῖν, στρατηγὸν γενναῖον, εὐδοκιμήσαντα ἔν τε Λακεδαιμονίᾳ καὶ Θετταλίᾳ τὸ

A peratorem proclamant ac salutant. Celebritate deinde pro majestate imperii decenter transacta, multa ac magni pretii dona largitus est imperator aulæ suæ purpuratis : ipsique vicissim munerum oblatione adjuncta eum venerati sunti, de rebus deinde imperii consultarunt. Legatos illico ad Caramanum et Romæorum imperatorem destinant, ut ipsos de Mahometis obitu et Moratis inauguratione monerent, ac pacis fœdera renovarent, pro more a principibus ad imperium recenter assumptis usurpato. Rebus etenim Orientis imprimis prospectum cupiebant earumque securitati, pacta per jusjurandum cum Caramano amicitia, deinceps vero ad res Thraciæ curas conversuri, ubi in eam trajecissent. At imperator Manuel prævertit missis B legatis Palæologo Lachyne et theologo Corace, qui Moratem consolarentur, et primordia imperii ipsi gratularentur. De postrema deinde patris 74 ejus voluntate mentionem faciunt, et secundum illam postulant pueros imperatori tradi : siquidem concordiam et amicitiam, quæ inter eum patremque ejus intercesserunt, integras ac incorruptas permanere velint. Quod si tradere pueros patrisque legibus obtemperare recusaverint, successorem apud se imperator habet, quem brevi Macedoniæ principem, Chersonesi ac totius Thraciæ constituet; confestim etiam Asiæ et totius Orientis. Idque consilium supra memorato Mustaphæ aperuit Manuel. Ad hæc Bajazites pro novo imperaC tore Morate respondit legatis, asserendo minimo honestum esse, neque prophetæ legibus et oraculis consonum, Musulmanorum liberos apud Cavuridas educari et institui, hoc est piorum filios sub impiorum tutela esse ; sed, si velit imperator, *amicitiam nobiscum ineat, eamque colat juxta priora fœdera, sitque pater horum, quotquot sunt, puerorum, at a tutelæ munere prorsus abstineat. Ejus quoque amicitiam lucro apponemus, eamque loco diplomatis catholici sigillo firmati habebimus : cavebimusque ne quis nostrum præter fas et æquum quidquam tentet, aut terminos transiliat. Verum etiam demus juramenta mutua, quæ sint tanquam murus aheneus et munitum vallum inter nos. Petitionibus vero vestris, quibus pueros apud vos habere postuD latis, eorumque tutelam gerere, annuere impossibile est, tradi vero ipsos multo minus factu possibile.*

Cum hoc responso dimissi imperatoris legati, ad eum omnia renuntiant, quæ ipsi visa sunt aspera. Quare animo æger, memorque eorum quæ nuperrime transacta erant cum Mustapha, qui in Lemno insula commorabatur, ex quo illuc relegatus fuerat, ad se venire jubet Demetrium Lascarim Leontarium, virum, ut verum dicam, fortissimum belli ducem, qui Lacedæmone et in Thessalia multis animi sui fortitudinem approbaverat, dum vixit et regnavit in illis Joannes Palæologus

Ismaelis Bullialdi notæ.

(5) *Παλαιολόγον Λαχηνήν.* Infra, pag. 102, Λαχανὴν. ut alii etiam, appellat.

Digitized by Google

imperatoris ex fratre nepos: apud quem hic Demetrius summos honores adeptus est, primosque magistratus gessit. At Joanne mortuo, tertium filiorum suorum Thessaliæ principem coronavit Manuel, illucque regnatum misit. Illinc ad se Leontarium vocavit, eumque Constanthopoli in aula sua habuit, utpote virum prudentem et rei bellicæ peritum. Imperator equidem Manuel sex masculorum prole auctus erat, quorum primus erat Joannes, qui a patre Romæorum imperator coronatus et designatus est; secundus Theodorus, quem Lacedæmonis despotam constituit; tertius Andronicus Thessaliæ imperavit; quartus Constantinus regiones ad Pontum sitas Chazariæ, 75 finitimas sortitus est; quintus Demetrius, sextus Thomas, qui, quod infantes essent, in domo patris educabantur. Itaque, cum rerum status tunc urgeret, triremes decem optime instructas, quæ in portu Constantinopoleos erant, Demetrio Lascari dedit, eumque in insulam Lemnum mittit, datque in mandatis, ut relegatum Mustapham cum sæpius dicto Cineite accipiat, in Chersonesum ipsos exponat cum copiis, quas in triremibus haberet: constituat etiam Mustapham Thraciæ principem (ut qui filius naturalis esset demortui Bajaziti) universique patrimonii hæredem, regionum ac præfecturarum. Quod mox factum fuit. Consuetudo etenim inter Turcos olim invaluit, non curiose perpendere ex quo natus hic aut ille foret, verum unum solum ad imperium adipiscendum sufficiebat, Othmanica stirpe ortum esse; quod si ab ea genus aliquis non duxerit, obsequium ei præstari, et ut imperatori honorem haberi impossibile erat. Illinc vero data occasione incipiam narrare consilium a Turcis olim initum, quo hactenus se gerunt, Christianos fortiter invadunt, de ipsorum strage tropæa erigunt, perpetuasque victorias, non ut aliæ gentes, de ipsis reportant.

Cum Turci sedes, quas in Persia habebant, com-

A πρῶτον, ζῶντος τοῦ ἐν αὐτῇ βασιλεύσαντος Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου ἀνεψιοῦ τοῦ αὐτοκράτορος· καὶ γὰρ ὁ Δημήτριος οὗτος εἶχε τὰ πρῶτα τῶν τιμῶν παρ' αὐτῷ. Θανόντος δ' αὐτοῦ πέμπει τὸν τρίτον τῶν υἱέων αὐτοῦ, στεφανώσας δεσπότην ἐν Θετταλίᾳ· τὸν δὲ Λεοντάριον μεταπέμψας ἐκεῖθεν, εἶχεν ἐν Κωνσταντίνου πλησίον αὐτοῦ, ὡς ἄνδρα συνετὸν καὶ περὶ τὰ στρατιωτικὰ δόκιμον· καὶ γὰρ ηὐτύχει ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐν ἓξ παισὶν ἄρρεσιν, ὧν ὁ πρῶτος ἦν Ἰωάννης, ὃς καὶ στεφθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀνηγορεύθη· ὁ δεύτερος Θεόδωρος, ὃν καὶ δεσπότην Λακεδαιμονίας κατέστησεν· ὁ τρίτος Ἀνδρόνικος, ὃς καὶ Θετταλίας δεσπότης ἐγένετο· ὁ τέταρτος Κωνσταντῖνος, ὃς καὶ τὰ Ποντικὰ μέρη τὰ πρὸς Χαζαρίαν (6) ἐκληρώσατο· πέμπτος δὲ Δημήτριος, καὶ ἕκτος Θωμᾶς, οἳ σὺν τῷ πατρὶ διῆγον νήπια τυγχάνοντες. Τότε οὖν χρείας κατεπειγούσης, τριήρεις δέκα, ὡς χρὴ, ἐκ τῆς Κωνσταντίνου τῷ Δημητρίῳ τῷ Λάσκαρι παραδοὺς, ἔπεμψεν ἐν τῇ νήσῳ Λήμνῳ, προστάξας αὐτὸν λαβεῖν τὸν ἐξόριστον Μουσταφᾶν σὺν τῷ πολλάκις προρρηθέντι Τζινεήτ, καὶ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐν Χερρονήσῳ σὺν τῇ δυνάμει τῶν τριήρεων. Καὶ τὸν Μουσταφᾶν ἀρχηγὸν καταστήσει Θρᾴκης (ὡς υἱὸν ὄντα φυσικὸν τοῦ προαπερχομένου Παγιαζήτ) καὶ ὡς καθολικὸν κληρονόμον τῶν πατρικῶν αὐτοῦ πραγμάτων, τόπων, καὶ ἐπαρχιῶν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καὶ γὰρ ἔθος ἦν ἀρχαῖον τοῖς Τούρκοις τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν τίνος οὗτος, καὶ τίνος ἐκεῖνος παῖς, πλὴν καὶ μόνον εἰ τοῦ Ὀθμὰν ἀπόγονός ἐστι. Εἰ δὲ οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ῥίζης, ἀδύνατον ὑπείκειν, καὶ ὡς ἀρχηγὸν τιμᾷν. Ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν τὴν ἐκ πάλαι γενομένην παρὰ τῶν Τούρκων ἐπίνοιαν διηγήσασθαι, ἣ καὶ ἄχρι τοῦ νῦν σώζεται, καὶ δι' αὐτῆς ἀνδρείως τῶν Χριστιανῶν ἐφίστανται, καὶ τροπαῖα κατ' αὐτῶν διεγείρουσι, καὶ ἐς ἀεὶ τὴν νικῶσαν ὡς οὐκ ἄλλο γένος κεκλήρωνται.

Οἱ Τοῦρκοι κατάραντες ἐκ Περσίδος (7), καὶ τὰ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(6) *Πρὸς Χαζαρίαν.* Constantinus Porphyrogenitus lib. *De admin. imperii*, cap. 5, Chazarorum mentionem facit; qui populi sunt ad boream ultra Pontum Euxinum siti et Borysthenem accolentes, Chersonorumque vicini. Bulgari oram Danubii australem accoluere: ripam oppositam Patzinacæ, seu Patzinacitæ, quæ hodie regiones a Valachis, Moldavis et Podolis occupantur. Versus Borysthenem et boream sequebantur Uzii, Chazari et Alani. Eodem lib. c. 37, de Patzinacitis loquitur Constantinus: Κεῖνται παρ' αὐτοῦ Δανάπρεως ποταμοῦ πρὸς τὰ ἀνατολικώτερα καὶ βορειότερα μέρη ἐναποβλέποντα, πρός τε Οὐζίαν, καὶ Χαζαρίαν, καὶ Ἀλανίαν καὶ τὴν Χερσῶνα, καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα, *Ad Danapris seu Borysthenis ripam jacent, Patzinacitæ ad ortum et boream, Uziam, Chazarium, et Alaniam, et Chersonem, aliaque climata respicientes.* Hos Patzinacitas Uzii et Chazari sedibus expulerunt antiquis: illique has occuparunt. Pulsis itaque Patzinacitis, probabile est Uzios et Chazaros ea simul occupasse loca: et partem illam Ponto Euxino ostiisque Danubii vicinam, Chazariam ab illis populis appellatam esse. Aliter certe constare non potest, quod Ducas scribit. Tunc temporis enim imperante Joanne, nihil ultra Thraciam, nedum Æmum montem aut Danubium, Constantinopolitani imperatores tenebant: ita ut vicinia locorum, quibus imperabat Constantinus Palæologus accipi nequeat de Chazariæ antiquæ regione, sed de ista quam Chazari, pulsis Patzinacitis, occuparunt: quæ Ponto Euxino adjacens et Danubii ostiis, vicina aliquatenus dici potest Mesembriæ, aliorumque castrorum Euxini oræ Thracicæ impositorum. De Chazaris Chersonæ seu Chersoneso Tauricæ vicinis mentionem faciunt Georg. Cedrenus, et Zonaras in Justiniano Rhinotmeto. Paulus etiam Diaconus, *Historiæ Miscellæ* libro XX.

(7) *Οἱ Τοῦρκοι κατάραντες ἐκ Περσίδος.* Circa annum Christi 1042, imperante Romano Argyro, Turci in Persiam primo evocati sunt a Muchumete Imbrailis F. qui eorum opera adversus rebellantes Indos et Babylonios, uti volebat. Turcorum rex tria militum millia, quorum dux erat Tagrolipix Mucaletus, e Selzucciorum gente nobili ortus, Muchumeti suppetias mittit. Post navatam egregie adversus Babylonios operam ad suos redire voluerunt, cum interim ipsos in Indiam ducere cogitaret Mu-

Digitized by Google

τῆς Ἀρμενίας ὅρια διαβάντες, καὶ ἀρξάμενοι λεηλατεῖν τὰ τῆς ἄνω Καππαδοκίας μέρη, καὶ τῆς Λυκαονίας, ἐκήρυττον ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχηγοῦ διὰ τοῦ κήρυκος, ὡς εἴ τις βούλοιτο εἰς ἐπιδρομὴν ἀπίστων ἐλθεῖν, ἐλθέτω. Ἦν γὰρ τὸ ἔθνος τῶν Τούρκων, ὡς οὐκ ἄλλο, φιλάρπαγον, καὶ φιλάδικον, πρὸς ἅλληλα γὰρ ἦν· εἰ δὲ κατὰ Χριστιανῶν (8), τί γρὴ καὶ λέγειν; Καὶ εἰ μόνον τὴν τοῦ κήρυκος φωνὴν ἀκούσωσι, ὡς πρὸς ἐπιδρομήν, ὃ καλεῖται κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶτταν Ἄκκην (9), τότε πάντες χύδην, καὶ ὡς ποταμὸς ῥέων, αὐτόκλητοι ἄνευ βαλαντίου καὶ πήρας οἱ πλεῖστοι, καὶ αἰχμῶν, καὶ ἀκινακῶν· ἕτεροι πεζοὶ τὴν πορείαν, μυριαρίθμους παρεμβολὰς στοιχήσαντες, θέουσιν. Οὐκ ἄλλο οἱ πλείονες, ἀλλ' ἢ ῥόπαλον ταῖς ἑκάστου χερσὶ, καὶ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ὁρμῶντες, ὡς πρόβατα τούτους ἐζώγρουν· ἀῤῥήτοις Θεοῦ κρίμασι τοῦτο καθ' ἡμῶν τὸ ψήφισμα δεδωκότος ἕνεκα πλήθους ἁμαρτιῶν τοῦ ἡμετέρου γένους. Καὶ ἡ ἐπιδρομὴ ἡ συνεχὴς κρατοῦσα ἄχρι τοῦ νῦν· οὐ μόνον τὰ ἀνατολικὰ θέματα (10), ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς Θράκης κρατήσαντες, ἀπὸ Χερρονήσου μέχρι τοῦ Ἴστρου πάσας τὰς ἐπαρχίας καθυποτάξαντες. Τὸ καθ' ἑκάστην μὴ ἀμελοῦντες, ἀλλὰ σήμερον πρὸς εἰρήνην μετασχηματιζόμενοι (11) τοῖς Σέρβοις, αὔριον τὰ τῆς Ἀττικῆς καὶ Λακεδαιμονίας, Ἀχαΐας καὶ Ἑλλάδος ἐλπίζοντο. Μετὰ τὴν αὔριον δὲ τὰ τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἐδόκει, τὴν εἰρήνην ἐπισπώντων, θρῆνος, καὶ οὐαὶ τοῖς Σέρβοις ἐπέῤῥεεν· εἶτα Βουλγάροις· μετέπειτα Ἀλβανίταις. Καὶ καθεξῆς λυμαίνοντες ἅπαν ἄγριόν

A mutassent, Armeniæ confinia transcendissent, et a deprædatione superioris Cappadociæ et Lycaoniæ latrocinia sua auspicati essent, principis nomine et auctoritate significabant tubicinum voce, ut, si quis vellet in infideles incursionem facere, ad eos conveniret. Gens equidem Turcica rapinis dedita erat, injuriisque inferendis præ cæteris assueta: seque etiam mutuis direptionibus infestabant. Quod si adversus Christianos aliquid, vel verbis solis, tentandum fuerit, una præconis seu tubicinis vox audita, ad incurrendum ciet, quod apud ipsos *Ackin* dicitur; omnes ergo effusi, velut amnis rapidus, sponte sua, sine commeatu et pecunia, sine jaculis et acinacibus plerique, alii pedes in densa et numerosa agmina conglobati ruunt. Neque B alia arma plurimi præter clavas manu gestantes, inque Christianos, Dei judicio arcano tam gravibus suppliciis ac pœnis, propter multitudinem peccatorum gentis nostræ, damnatos, irruentes, vivos velut pecudes eos capiebant. Cumque continenter ad hæc usque tempora in nos irruperint, Anatoliæ non solum themata, sed et Thraciæ subegerunt, a Chersoneso ad Istrum provinciis omnibus domitis. Nec etiam quotidianos casus ac eventus neglexere; cum Serviis enim, mutato consilio, hodie pacem ineuntes, sequenti die Atticam, Lacedæmonem, Achaiam et Hellada populabantur. **76** Postridie cum Romæorum regiones pacem ac tranquillitatem, ut videbatur, adepturæ erant, luctus et clades Serviis imminebant, deincepsque Bulgaris, post-

Ismaelis Bullialdi notæ.

chumetes. Hinc simultates ortæ, quæ Turcis Saracenos latrociniis vexandi primum causæ exstiterunt, et in apertum tandem bellum proruperunt. Muchumetes victus a Turcis et occisus est: Selzuccii deinde Tagrolipicis posteri in Perside regnarunt, sedemque imperii in Belche seu Balcha Chorazmis (Chorasmiis vero provinciæ secundum Georgii Chrysococcæ catalogum in *Astronomia Philolaica* a nobis editum) urbe habuerunt. Annis demum 160, vel secundum Turcos 170, postquam illic regnarunt, a Zengi-chane post annum 1200 Perside pulsi fuere. Turcis tum imperabat Aladines, qui relicta Perside in Lycaoniam venit, et Iconii sedem imperii fixit. Inde latrociniis et excursionibus Asiam minorem infestare, omniaque ferre et agere cœperunt Turci.

(8) *Εἰ δὲ κατὰ Χριστιανῶν.* Hujus animorum promptitudinis luculentum exemplum notare quivis potest apud Leunclav. lib. v, cum Morates I adversus Lazarum Serviæ despotam ad bellum se compararet. *Mox igitur universis regibus vicinis, Caramanoglio, Tekensi, Aidinio, Mentesio et Saruchanio, indicta profectio fuit, et ingens adversus Gauros expeditio. Illi vero lubentibus animis assensi, coacta, quam quisque poterat, maxima multitudine militum, ad religiosum (ut ipsi quidem existimabant) hoc bellum semet accingebant. Præterea diversis e regnis ac provinciis tam extraneis, quam Osmanidarum imperio subjectis, ad sultanum Muratem magno reguli numero confluebant.*

(9) *Ἄκκην.* Leunclav. In secundo Onomastico cum unico κ scribit Akin. Quæ vox *incursum, grassationem et depopulationem* significat: unde Akinzileri, vel Akenzilari appellati sunt.

(10) *Τὰ ἀνατολικὰ θέματα.* Id est, provincias:

C Constantinus Porphyrogenitus lib. I *Περὶ θεμάτων*, nomen ad id significandum recens usurpatum ait, Græcum tamen: Αὐτὸ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ θέματος Ἑλληνικόν ἐστι, καὶ οὐ Ῥωμαϊκὸν, ἀπὸ τῆς θέσεως ὀνομαζόμενον. *Nomen thematis ipsum Græcum est, non Romanum*, [id est, Latinum] *quod a thesi* [id est positione] *deducitur.* In themata illa distributum erat Romanum imperium, quod in ἐπαρχίας etiam aliquando divisum fuit; aliquando in præfecturas prætorio. Appellantur autem themata orientalia, ut idem Constantinus docet, Ὅτι πρὸς ἡμᾶς τοὺς κατοικοῦντας Βυζάντιον, καὶ τὴν τῆς Εὐρώπης γῆν λέγεται ἀνατολικόν. *Quoniam respectu nostri, qui Byzantium incolimus et Europam, Oriens appellatur.*

(11) *Ἀλλὰ σήμερον πρὸς εἰρήνην μετασχηματιζόμενοι.* Qui gentis Turcicæ historias parum attente legerit, notasse potest duobus simul bellis hactenus se implicitam noluisse, singulos adortam cum cæteris pacem coluisse: quos etiam bello in- D festaverit, pacem oblatam, cujus beneficio a tolerandis ærumnis se recrearent, nunquam recusasse: et quanta quidem gentis illius prudentia tunc fuit, tantus Christianorum error mentisque cæcitas notari potest, qui res suas adversus Turcos stare posse temporibus istis arbitrati sunt, quod cunctos simul bello non lacesserent: quasi a toto rescissa parte illud nec minueretur nec decresceret. Nostri ergo otiosi (atque utinam a mutuis bellis, incendiis, urbium oppidorumque direptionibus ac eversionibus otiati fuissent, nec lanienis mutuis cædibusque vires suas attrivissent) singulos opprimi permiserunt; quo admisso errore Bulgari, Servii, Græci et Hungarii maxima e parte perierunt, Venetorumque respublica ad angustiores terminos, amissa Cypro insula, redacta est.

Digitized by Google

modum Albanis et finitimis gentibus, omnesque sine discrimine feras aut mansuetas nationes disperdere non cessaverunt isti barbari, nec hactenus cessant, utque mihi videtur finem non facient, donec Dei timorem in animos induxerimus. In Deum equidem impie nos gessimus, qui baptizati sumus in nomine Patris, Filii, et sancti Spiritus divinitatis unius, qua despectui habita, mandata Dei veri transgredimur et irrita facimus : propterea traditi sumus impiis, pœnas a nobis merito exigentibus, Deo ita recte ac juste decernente. Non solum autem gentes innumeras, quæ citra Istrum habitant, subegerunt, sed et ultra quamplurimas alias, in quibus Walachi sunt, penitus debellavere. In Hunnos gentem numerosissimam etiam penetraverunt. Atqui in eas gentes irrumpunt non solum finitimi, qui nempe Thraciam, Atticam, Illyricum, Æmum montem incolunt, quique juxta Serviam accolunt (sane, ut mihi videtur, frequentior his temporibus est populus, illum dico, qui imperatoribus Othmani stirpe oriundis paret, a freto Calliopoleos ad Danubium usque quam in partibus Anatoliæ), sed etiam Turci qui Asiam et Phrygiam habitant. Quid inquam? Lycaones qui Armeniæ finitimi sunt, Amasini, Cappadoces, Cilices, Lycii et Cares Danubium usque pedes proficiscuntur, ut latrociniis Christianos devastent. Si centum namque millia ipsorum provinciam quamlibet invadant, latronum more nihilominus grassantur direptisque omnibus aufugiunt. Illis incursionibus in Thracia universa ad Dalmatiæ limites solitudinem fecerunt. Albanos gentem hominibus frequentissimam ad paucos redegerunt. Walachos pariter ac Servios, tandemque Romæos penitus deleverunt. His in servitutem hoc modo redactis quintam prædæ partem ac spoliorum imperatori addicunt, juxta eorum novellam constitutionem, eamque ex præstantioribus selectam imperio consecrant. Si quando vero juvenis aliquis robustus inter captivos comparuerit, hunc vili pretio emptum, rerum principis procuratores imperio acquisitum mancipiumque appellant; talesque imperator militem novitium, sua vero lingua Genitzeros vocat : quos etiam ad impiam religionem suam traductos circumcisosque, domesticos suos nominat: dona ipsis omnimoda largitur: aulicis muneribus et officiis illustrissimis honorat:

A τε καὶ ἥμερον ἔθνος οἱ βάρβαροι, οὐκ ἐπαύοντο, κἀγὼ οὐ παύονται ἄχρι τὴν σήμερον· ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ οὐ παύσονται, ἄχρις ἂν ἡμεῖς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν νῷ λάβωμεν. Καὶ γὰρ εἰς τὸ Θεῖον ἡμεῖς ἀσεβοῦντες, βάπτισμα ἔχοντες εἰς ὄνομα Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς Θεότητος, καὶ τούτου καταφρονοῦντες, ἀθετοῦμεν τὰς ἐντολὰς τοῦ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ· τοῖς ἀσεβέσι παρεδόθημεν, καὶ δικαίως ὑπ' αὐτῶν κολαζόμεθα, τοῦ Θεοῦ τοῦτο καλῶς καὶ δικαίως ὁρίσαντος. Καὶ οὐ μόνον τὰ πρὸ τοῦ Ἴστρου μυριάριθμα ἔθνη, καὶ πάμπολλα· ἀλλὰ καὶ μετὰ Ἴστρον Βλάχους ἐς τέλος ταπεινώσαντες· Οὔννους αὐτοὺς τὴν ἀμέτρητον πληθὺν εὐδιάμετρον κατεργάσαντες· καὶ οὐ μόνον οἱ γειτνιῶντες Τοῦρκοι κατατρέχουσιν, οἱ τῆς Θρᾴκης, οἱ τῆς Ἀττικῆς,
B οἱ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, οἱ τοῦ Αἱμιμόντου, καὶ οἱ γειτνιῶντες Σερβίαν (καὶ γὰρ, ὅσον τὸ κατ' ἐμὲ, πολὺ πλέον τυγχάνει τὸ γένος τοῦτο τὴν σήμερον, ἀπὸ πορθμοῦ Καλλιουπόλεως ἄχρι τοῦ Ἴστρου, παρ' ὅσον ἐν τοῖς τῆς Ἀνατολῆς μέρεσι τὸ κατοικοῦν· λέγω τὸ ὑπήκοον τοῦ ἀρχηγοῦ τοῦ ἐκ τῶν Ὀθμὰν), ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἀσιάτιδος γῆς, καὶ οἱ τὴν Φρυγίαν οἰκοῦντες· καὶ τί λέγω; Λυκάονες οἱ ἐν τοῖς Ἀρμενίων ὁρίοις κείμενοι, Ἀμασινοὶ, Καππαδόκαι, Κίλικες, Λύκιοι, Κάρες ἄχρι Δαννούβιον πεζοὶ πορείαν ποιοῦντες, ἕνεκα τοῦ κλέψαι Χριστιανόν. Καὶ γὰρ εἰ καὶ μυριάκις μύριοι ἐπέλθωσι τῇ τυχούσῃ τῶν ἐπαρχιῶν, ἀλλὰ λῃστρικῶς ἐπεμβαίνουσι, καὶ ἁρπάζοντες φεύγουσι. Τοῦτο τὴν Θρᾴκην πᾶσαν
C ἄχρι Δαλματίας ἔρημον ἀπειργάσατο· τοῦτο τοὺς Ἀλβανοὺς, γένος ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντα, εὐαριθμήτους ἐποίησεν. Βλάχους ὁμοίως, Σέρβους, καὶ Ῥωμαίους εἰς τέλος ἠφάνισεν. Τούτων οὕτως αἰχμαλωτιζομένων, τὸ πέμπτον (12) τῶν λαφύρων τῷ ἀρχηγῷ προσκυροῦσι, κατὰ τὴν αὐτῶν νεαράν. Καὶ ἀφοσιοῦσι τοῦτο τὸ πέμπτον τῇ ἀρχῇ· καὶ ταῦτα τὰ κρείττονα· εἶτα καὶ οἱ τοῦ ἀρχηγοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐξισωταί (13). Ὅπου δ' ἂν νέον καὶ εὔρωστον ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἴδωσι, τοῦτον δι' ἐλαχίστου τιμήματος ὠνήσαντες, εἰσποιητὸν τῇ ἀρχῇ καὶ δοῦλον κατονομάζουσι. Καὶ τούτους ὁ ἀρχηγὸς νεόλεκτον στρατὸν, κατὰ δὲ τὴν αὐτῶν γλῶτταν Γενίτζερι, καλεῖ. Οὓς καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ δυσσέβειαν μετάγων καὶ περιτέμνων, οἰκείους αὐτῷ κατονομάζει· δοὺς αὐτοῖς
D πάμπολλα δῶρα, καὶ ὀφφικίων τὰ λαμπρότατα, προνοίας οὐ τῆς τυχούσης, καὶ παντοίων ἄλλων ἀγαθῶν· ὁμοτραπέζους καὶ συμπότας ποιῶν αὐτούς·

Ismaelis Bullialdi notæ.

(12) *Τούτων οὕτως αἰχμαλωτ. τὸ πέμπτον.* Novella ista constitutio circa annum Christi 1362 capta Adrianopoli, regnante sultano Morate I sancita est, quod apud Leunclav. *Hist. Musulm.* lib. v videre est. Cujus auctor fuit Cara-Rustemes Molla, seu Meulana, aut Talismanus, id est, legis Musulmanicæ peritus, illiusque verba talia referuntur: *Quintum quodque, respondit Cara Rustemes, ex illis mancipiis, quæ Turci milites nostri capiunt, de præscripto legis divinæ, sultano debetur.* Hactenus equidem mancipiorum quinta pars sultano addicta non fuerat : sed prædæ reliquæ solummodo, cujus exemplum habemus in Ertogrul-bego apud eumdem Leunclav. lib. II : *Prædæ quintam partem excepit, in milites reliqua lucra distribuit. Inde dictam spoliorum quintam partem, seu principi debitam, gratulabundus sultano Aladini misit.* Illa porro mancipiorum quinta pars Genitzerorum ordini ac numero adjuncta est.

(13) *Ἐξισωται.* Sunt illi qui res inspiciunt, et ex arbitrio, secundum jus et æquum eas æstimant. Suidas, ὁ ἰσωτὴς, ὁ ἐπόπτης. Idemque significat ἔφορος, qui recognoscendi, recensendi ac inspiciendi jus habet.

Digitized by Google

ἔχων εἰς αὐτοὺς στοργὴν ὡς πατὴρ πρὸς τέκνα· καὶ ταῦτα τίνας; Αἰπόλεις καὶ ποιμένας, βουκόλους τε καὶ χοιροβοσκούς, γεωργῶν παῖδας καὶ ἱπποφορβῶν· πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην διάθεσιν κἀκεῖνοι ὑπὲρ τοῦ ἀρχηγοῦ τὴν ζωὴν αὐτῶν εἰς οὐδὲν λογίζοντες, μᾶλλον ὑπὲρ τῆς δόξης ἧς ἔτυχον ἀποβαλόντες, ἵνα μὴ ἐκπέσωσι ταύτης, πάσχουσιν ἐν καιρῷ πολέμου ὑπὲρ ἄνδρας, καὶ τὴν νικῶσαν λαμβάνουσι. Τὸ γνωριστικὸν δὲ σημεῖωμα τούτων τὸ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, ὃ κατὰ τὴν κοινὴν γλῶτταν Ῥωμαίων Ζαρκολᾶν λέγουσι (14). Καὶ γὰρ κοινοὶ πάντες Τοῦρκοι τὸ αὐτὸ χρῶνται ὡς κεφαλῆς περιβόλαιον· οἱ μὲν πάντες ὅσοι ἐξ ἰδιωτῶν καὶ ἐξ εὐγενῶν τυγχάνουσι, κοκκινοβαφὲς τοῦτο χρῶνται· ὅσοι δὲ τῶν ἀλλογενῶν τῷ τῆς δουλείας ὑπέπεσον ζυγῷ, γραφέντες δοῦλοι τοῦ ἀρχηγοῦ, οὗτοι λευκόχροα φοροῦσι τὰ τῆς κεφαλῆς περιβόλαια ἐκ πίλου λευκοτάτου· ἡμισφαιρὲς ὅσον χωρεῖν κεφαλὴ, ἔχον περιττεῦον ἄνωθεν τῆς κόρυφῆς ὅσον καὶ σπιθαμῆς, εἰς ὀξὺ καταλῆγον. Τοῦτο τοίνυν τὸ νεόλεκτον σύνταγμα καθ' ἕκαστον ἔτος ὑπερπερισσεῦόν ἐστι, καὶ εἰς τὸ ἓν ἑκατοντάκις ἓν ἀριθμεῖται. Καὶ γὰρ δοῦλοι δούλους κτῶνται, καὶ τῶν δούλων οἱ δοῦλοι δούλους· καὶ πάντες ὀνομάζονται, καὶ εἰσὶ τοῦ ἀρχηγοῦ δοῦλοι. Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς οὔτε Τοῦρκος οὔτε Ἄραψ, ἀλλὰ πάντες Χριστιανῶν παῖδες, Ῥωμαίων, Σέρβων, Ἀλβανῶν, Βουλγάρων, Βλάχων, καὶ Οὔννων· οἵτινες ἀσεβήσαντες, καὶ τοῦ παρόντος τὰς ἀπολαύσεις, ὡς χοῖροι λαχάνων, κατατρυφῶντες, παρόμοιοι κύνεσι λύτταν νοσοῦντες, κατὰ τῶν ὁμογενῶν ἔχθραν ἄσπονδον θανατηφόρον ἀεὶ φέρουσι. Ὡς γὰρ ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ὅτι ὑπήκοον μεταβάλλεται (15) ἐξ ἄλλου εἰς ἕτερον ἀρχηγὸν εὐκόλως· πλὴν ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης τοῦ Ὀθμὰν εἶναι τὸν ἤδη, (16) τὸν νεωστὶ ἄρξαντα, καὶ οὐκ ἄλλοθεν. Καὶ τὸ δοῦλον φῦλον, ὃ διήθομεν τὴν ἱστορίαν, καὶ αὐτὸ τὴν αὐτὴν ὁρμὴν κέκτηται· ἀρκεῖ γὰρ εἶναι τὸν νέαρχον Ὀθμάνιον. Πάντες γὰρ οἱ Ὀθμάνιοι πάτρωνες αὐτῶν λογίζονται, καὶ εἰσί· καὶ αὐτοὶ ὡς ἰδίους ἀπελευθέρους αὐτοὺς ἔχουσι. Ἐπὰν δὲ ῥεύσει ἡ ἀρχὴ ἐξ ἄλλου εἰς ἕτερον, ἢ ἐκ πατρὸς πρὸς υἱὸν, ἢ εἰς ἀδελφὸν ἐξ ἀδελφοῦ, τὸν ὃν ἡ τύχη καλῶς προσβλέψει, ἐκεῖ καὶ τὸ δοῦλον πιστότατα τὴν παράστασιν ἀπεργάζεται. Ἀρξόμεθα δὲ πάλιν τὴν ἱστορίαν, ὅθεν καὶ ὁ λόγος τοῦ διηγήματος ἤρξατο.

A ipsisque non perfunctorie providet, cætera, bona imperiendo. Ad comessationes compotationesque **77** eos admittit, et amore paterno ipsos tanquam se progenitos, complectitur: etiamque caprarios, opiliones, bubulcos et subulcos, rusticorum et veterinariorum prolem. Erga imperatorem equidem, in eos ita pronum, ita se gerunt, ut vitam suam pro illo profundant: magisque pro tuendo honore et gloria quibus aucti sunt; et ne iis excidant, in bellicis expeditionibus supra humanas vires ærumnas ac labores tolerant: unde victoriam reportant. Discernuntur vero illi capitis ornamento, quod vulgari lingua Romæi Zarcolam dicunt. Universa namque multitudo Turcorum formæ ejusdem galero, eoque coccineo ad tegendum caput utitur, B sive nobiles, sive plebei. Quotquot vero peregrini fuerint sub servitutis jugum missi, mancipia imperatori ascripta albos gestant pileos, ex lana candidissima compilatos, qui hemisphærii formam referunt, quo caput contegitur; qui insuper supra capitis verticem palmi magnitudine erecti, in acutum desinunt. Hic profecto novæ militiæ ordo annis singulis multiplicatur, et uni centum accensentur. Servi quippe mancipia possident, qui aliorum heri sunt, omnesque putantur, prout revera sunt, imperatoris servi. Inter ipsos non Turcus aut Arabs reperitur; verum omnes Christianorum filii, Romæorum scilicet, Serviorum, Albanorum, Bulgarorum, Walachorum et Hunnorum; qui, abjurata pietate, vitæ hujus fruuntur deliciis, velut porci oleribus: similesque canibus rabie contactis, C cum consanguineis suis inimicitias capitales semper exercent. Ut equidem supra narravimus, nullo negotio subditi hunc vel illum imperatorem agnoscunt, dummodo ex eadem stirpe Othmanica, non ex alia, decessor ac successor prognati sint: istaque mancipiorum natio, cujus historiam persequimur, eodem animi affectu impellitur. Hoc quippe ipsi satis est imperatorem novum ex gente Othmanica ortum esse. Omnes namque ab ea oriundi patroni ac domini ipsorum, velut libertorum, sunt et habentur. Cum autem imperium ab uno ad alium transfertur, vel a patre ad filium, aut a fratrum uno ad alterum, eum nempe cui fortuna arriserit: et huic ista servorum natio fidelis- D simam operam præstat. Iterum ad historiæ seriem revertamur, unde digressi narrationem istam incepimus.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(14) *Ζαρκολᾶν λέγουσι.* Capitis est tegumentum e lana alba, quo utuntur Genitzeri, cujus formam et figuram multis in libris expressam habemus. Fimbria aurea circumdata est Zarcula; et in parte ejus anteriore assurgit cylindroides argentea vel ænea fistula; et a vertice in dorsum syrma trium spithamarum longitudine demittitur. Genitzeris est album, quibusdam aliis rubrum id capitis tegumentum.

(15) *Ὅτι ὑπήκοον μεταβάλλεται.* Hujusce indifferentiæ in principibus agnoscendis luculenta exempla exhibita sunt in Bajazitis I liberis quatuor. In Mehemetis I duobus filiis, Morate et Mustapha. In filiis Mehemetis II Bajazite II ejusque fratribus: sultani quoque Suleimanis liberis: et tandem hocce sæculo in Achmetis sultani fratre Mustapha, et liberis.

(16) *Videntur hic deesse aliqua verba,* τεθνεῶτα καὶ, *vel forte deest tantum* καὶ.

Digitized by Google

78 CAPUT XXIV.

Demetrius Leontarius Mustapham et Cineitem in Thraciam trajicit, de recipiendis aliquot urbibus cum iis pactus. Mustaphas Callipolim oppugnat, et ad deditionem, quæ secuta est, sollicitat Arx interim in fide stat, quam oppugnat Leontarius. Morates, Mustaphæ rebellione cognita, Bajazitem hassum, cæterorum vezirorum sententiæ obtemperans, exercitui præficit, et contra Mustapham mittit. Bajazites deficientibus in pugnæ initio ad Mustapham exercitus sui lucibus copiisque, et ipse permittere se victori coactus est : jussu deinde Cineitis caput ei amputatum. Mustaphas Adrianopolim proficiscitur. Callipolis Leontario se dedit, quam cum ex pactis imperatori acquisitam præsidio firmare parat, a Cineite impeditur, delususque Constantinopolim redit.

Demetrius Leontarius secum ductis Mustapha A filio Iltrim Bajazitis, simulque prædicto Cineite, ut supra narravimus, jurejurando prius cavit, per se nunquam irritum fore imperatoris Manuelis consilium : sed semper, velut filium, in illius, tanquam patris fore potestate : ideoque fidei suæ pignora ac obsidem filium suum apud ipsum deposuisse. Cum eis deinde pactus est, ut Callipolim, quæ in Chersoneso, regionesque Ponto Euxino adjacentes usque ad Walachiæ limites imperatori traderent, Thessaliæ insuper oppida usque ad Erissum et Montem Sanctum, aliaque loca quæ nec facile recipi ac tradi poterant. Mutua ergo fide data, et jurejurando adhibito, velis expansis versus Callipolim navigant. At Moratis legati præsidio sufficienti arcem firma- B verant : in portum scaphas atque triremes subduxerant, et turri quæ portui imminet milites provide imposuerant, qui hostium appulsum quieti exspectarent. Demetrius, exposito in terram Cineite, cum parva Turcorum, quos adduxerat, manu, Romæorumque exercitu haud invalido, oppugnare oppidum aggreditur. Levis porro armaturæ milites, plebsque Callipoleos cominus pugnantes ad resistendum Cineiti impares erant ; vir etenim ille fortis erat, artisque militaris præ Turcis cæteris peritus ; quare vel inviti terga dant, et in fugam oppidani vertuntur. His animadversis audacior factus Mustaphas e triremibus fiducia plenus exivit ; ad vesperam usque deinceps pugnatur, sub quam rursus Mustaphas et Demetrius regiam triremem conscendunt . cumque ambo in ejus puppi consedissent, hortatus est Mustaphas contra se pugnantes oppidanos, ut, fide ipsis data, se coram

Ὁ Δημήτριος λαβὼν τὸν Μουσταφᾶν (17) υἱὸν ὄντα τοῦ Ἰλτρὴμ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν προρρηθέντα πολλάκις Τζινεήτ, ὅρκοις αὐτοὺς ἀσφαλίσας πρότερον, ὡς οὐκ ἀθετήσει ποτὲ τὴν βασιλικὴν βουλὴν, ἀλλὰ ἀεὶ ἔσται ὑπήκοος ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα, δοὺς αὐτῷ τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς πίστιν· καὶ συνθήκας ποιήσαντες, δώσειν τῷ βασιλεῖ τὴν ἐν Χερρονήσῳ Καλλιούπολιν, καὶ τὰ Ποντικὰ μέρη ἄχρις ὁρίων Βλαχίας, καὶ τὰ τῆς Θεσσαλίας ἄχρι Ἐρισσοῦ (18), καὶ Ἁγίου ὄρους, καὶ ἄλλα τινὰ δύσδοτα καὶ δυσκατέργαστα δώματα· ἀσφαλίσαντες οὖν αὐτοὺς ὅρκοις, καὶ τὰ ἱστία πτερύσαντες ἐπὶ τὴν Καλλιούπολιν ἔπλευσαν. Καὶ δὴ καὶ οἱ τοῦ Μουρὰτ ἀσφαλίσαντες, ὡς ἔδει, τὸ πολίχνιον, καὶ ἐν τῷ λιμένι τὰς σκάφας καὶ τὰς τριή- B ρεις εἰσάξαντες, καὶ τοὺς πολεμιστὰς ἐπὶ τὸν πύργον, τὸν ἐν τῷ λιμένι, καλῶς ἐφαρμόσαντες, ἐκάθηντο προσδεχόμενοι πόλεμον. Ὁ δὲ Δημήτριος ἐξαγαγὼν τὸν Τζινείτην μετ' ὀλίγων, ὧν εἶχε, Τούρκων, καὶ Ῥωμαίων οὐκ ὀλίγον στρατὸν, ἤρξατο πόλεμον αἴρειν. Καὶ δὴ τὸ Βασμουλικὸν (19) τῆς Καλλιουπόλεως, καὶ τὸ δημοτικὸν κατὰ πρόσωπον μαχεσάμενοι, οὐκ ἦσαν ἀρκοῦντες εἰς ἀντίστασιν τῷ Τζινεήτ· ἀνδρεῖος γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἐμπειρότατος, ὡς οὐδεὶς τῶν τότε Τούρκων· τότε καὶ μὴ θέλοντες νῶτα δίδωσι, καὶ εἰς φυγὴν οἱ τῆς πόλεως ἐτρέποντο. Ὁ Μουσταφᾶς οὖν ταῦτα ὁρῶν, καὶ θάρσους πλήρης γενόμενος, σὺν πολλῷ τῷ θράσει ἐξῆλθε καὶ αὐτὸς τῶν τριή- C ρεων. Καὶ δὴ ἕως ἑσπέρας ἀρεικῶς πολεμήσαντες, τῇ ἑσπέρᾳ πάλιν ὁ Μουσταφᾶς σὺν τῷ Δημητρίῳ ἐν τῇ βασιλικῇ τριήρει εἰσελθόντες, καὶ ἄμφω ἐν τῇ πρύμνῃ καθίσαντες· καὶ κελεύσας ἀφέβως τοὺς ἐναντίους ἀπέναντι τούτου κατὰ πρόσωπον στάντας, πίστεις δοὺς ὡς ὀλίγους τινὰς λόγους συνάροι μετ'

Ismaelis Bullialdi notæ.

(17) *Ὁ Δημήτριος λαβὼν τὸν Μουσταφᾶν.* Laonicus lib. v de reducendo in imperium Occidentis Mustapha initum consilium alio, quam noster, modo exponit. Dissensisse nempe inter se imperatores ; Manuelemque pactis cum Mehemete fœderibus stare voluisse, atque ejus filio Joanne adniteute Romæos Mustaphæ partes fovisse. Phranzes etiam lib. I, cap. 40, rem brevissime narrat : uterque sane jejune, et Leontarii nomine omisso. Ducæ et Laonico contrarius est Phranzes, dum Joannem imperatorem reduxisse e Peloponneso Mustaphum scribit. Leunclavius, lib. XIII Hist. Musulm. de Mustapha Dusme historiam auspicatur ; eumque post sultani Mehemetis I mortem in Selanicensi seu Thessalonicensi urbe primum imperitasse scribit.

(18) *Θεσσαλίας ἄχρι Ἐρισσοῦ.* Aliter Ἱερισσὸς appellatur, in catalogo urbium, quarum nomina mutata sunt, qui habetur in cod. manuscripto Biblioth. Regiæ, Ἱερισσὸς ἡ Ἀπολλωνία. Jerisasus nunc appellata, Apollonia olim vocata fuit. Notitia patriarchalis throni Constantinopoleos, sub Thessalonicensi metropolita habet ὁ Ἱερισσοῦ, ἤτοι Ἁγίου ὄρους, *Jerissi episcopus, vel montis Sancti* : id est, Athi Montis. Mela Acroathon illam appellat, et Ptolemæus Ἄθω ἄκρον, *promontorium Athi.* Hoc tamen loco notandum Erissum et Athon in Macedonia, non vero in Thessalia, sitos esse : et Ducam aut errasse, aut aliis finibus regiones illas terminatas fuisse, quam quos antiqui geographi produnt.

(19) *Καὶ δὴ τὸ Βασμουλικόν.* Scriptum reperitur etiam Γασμουλικόν. Nicetas in Manuele Commeno Βασμούλους vocat, et levis armaturæ milites exponit : Καὶ τὸ τοῦ στρατοῦ ἑλαφρὸν, τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Βασμούλους. Niceph. Gregoras lib. VI Γασμουλικὸν appellat. Georgius etiam Pachymerius in historia Gasmulicum, et natos tales milites viris Latinis, mulieribus Romanis, id est Græcis, ad bella animosos esse dicit : eadem etiam significant Gregoræ verba loco citato, qui eos Græcis Latinisque moribus assuetos dicit, ab his fortitudinem, ab illis audaciam didicisse.

Digitized by Google

αὐτῶν, εἰς συμφέρον τῆς πόλεως. Ἤρξατο δὲ διαμηνορήσας αὐτολεξεὶ οὕτως· *Ὦ ἄνδρες, οἴδατε ἀκριβῶς ὅτι τοῦ Ἰλτρὴμ ὑπάρχω υἱὸς, ὑμεῖς δὲ δοῦλοι τοῦ ἐμοῦ πατρός. Τίνι τρόπῳ τὸ σέβας οὐκ ἀποτίνετε τῷ κυρίῳ ὑμῶν; Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ προανθεντεύσας ὑπῆρχεν ἐμὸς ἀδελφός; Κἀκεῖνος τὸν ἕτερον τῶν ἀδελφῶν φονεύσας, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἄχρι τοῦ νῦν παραλαβών, ἐμὲ φυγάδα, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν χερσὶ Ῥωμαίων ἐγκλειστον ἀποκαταστήσας. Νῦν Θεοῦ νεύσει πρός με τῆς τύχης ἱλαρῶς ἐπιβλεψάσης, καὶ ἀπροσκόπως προτρεχούσης, εἰσῆξέ με εἰς τὴν πατρικὴν ἡγεμονίαν· ὑμεῖς ἀντωθεῖτε, καὶ οὐκ ἐᾶτε προβῆναι. Εἰ μὲν οὖν νεύσετε πρός με, καὶ παραχωρήσετέ μοι, καὶ δώσετε τὴν ὁδὸν ἀπάγουσάν μοι ἐν τῇ Ἀδριανοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ τῷ πατρικῷ, ἔσεσθέ μοι ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ δοῦλοι, ἀλλ' ἀδελφοὶ, καὶ τὴν πατρικὴν εὔνοιαν φυλάξω εἰς ὑμᾶς, καὶ ὑπερεκθήσω χάρισι χάριτας, καὶ ταῖς δωρεαῖς δωρεάς. Εἰ δ' ἀντισταθείητε, ἐγὼ μὲν ἐγκρατὴς γενήσομαι τῶν πραγμάτων τῶν πατρικῶν, συνεργούσης τῆς τύχης, καὶ συγκοπιῶντος τοῦ ἐμοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως. Καὶ γὰρ τῷ Μουρὰτ οὐκ ὀρεχθήσεται ἡ πρὸς τὰ ἑσπέρια ἀπάγουσα ὁδός· ἐπὰν δὲ γενήσομαι κύριος τῶν ἐμῶν, καὶ λάβω καιρὸν, ἐγὼ ὑμᾶς κρινῶ.* Τούτων οὕτως ἐνωτισθέντων, αὐτόμολοι τῶν προὐχόντων τινὲς ἦλθον καὶ προσεκύνουν, καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι. Πρῶτος δὲ ἐξελθὼν ἐκ τῶν τριήρεων σὺν τῷ Τζινεήτ, ἐπιβάντες ἵπποις, καὶ τὸ ἐνυάλιον ἠχήσαντες, ἐκ τῶν τριήρεων ὥρμησαν, ὡς πρὸς πόλεμον, σὺν τοῖς ἐνόπλοις Ῥωμαίοις τε καὶ Ταύρκοις. Καὶ δὴ τὸ τοῦ δήμου πλῆθος ἅπαν ὅσον ἔνοπλον, καὶ ὅσον θεατρῶδες, αὐθωρὸν ἀπένειμαν τὴν προσκύνησιν· καὶ πάντες εὐφήμουν αὐτὸν ὡς ἀρχηγὸν, καὶ τοῦ Ὀθμὰν ἀπόγονον· καὶ συνέῤῥεον ἄχρις ἑσπέρας αἱ πέριξ κῶμαι, καὶ προσκυνοῦντες εὐφήμουν. Οἱ δὲ τοῦ πολιχνίου ἐντὸς οὐκ ἐνεδίδουν· ἀλλ' ἀνθίσταντο λέγοντες, καὶ ὑψηλῇ τῇ φωνῇ εὐφημίζοντες τῷ Μουρὰτ ὡς ἀρχηγῷ αὐτῶν, καὶ καθολικῷ δεσπότῃ, τὸν δὲ Μουσταφᾶν ὀνειδίζοντες. Τότε ὁ Μουσταφᾶς ἀπάρας τὰς δυνάμεις, πρὸς τὸ ἐξαμίλιον τῆς Χερῤῥονήσου ἔξεισι, καὶ πάντες οἱ τῆς Χερῤῥονήσου καὶ τῶν ἔξω συνέθεον εὐφημοῦντες. Ὁ δὲ Δημήτριος ἐπολιόρκει τὸ φρούριον τῆς Καλλιουπόλεως. Ἐπαναγάγωμεν οὖν τὸν λόγον εἰς τὰ τοῦ Μουράτ· δηλοποιήσων ἡμῖν πῶς καὶ τίνι τρόπῳ τὴν ἀρχὴν ἔσχε, καὶ πῶς τὰ τῶν Ῥωμαίων βουλεύματα εἰς κενὸν κατηντήκεσαν· καὶ ποίῳ τρόπῳ ὁ Μουσταφᾶς ἀπέδρα θανατωθεὶς, καὶ ὁ Τζινεὴτ πῶς αὐτὸν καταλιπὼν ἔφυγε.

A sine metu sisterent, quod cuperet cum ipsis quosdam sermones conferre eorum civitati utiles. Hanc itaque orationem ad eos habuit: *Notum vobis probe* **79** *est, viri, me Iltrim Bajazitis filium esse, vos vero patris mei mancipia fuisse. Quare venerationem et obsequium domino vestro non exhibetis? num ignoratis eumdem fuisse decessorem ac fratrem meum? Ille quidem fratricida fuit imperiumque ad hanc diem per vim et injuriam occuparit: meque fugitivum in Romæorum manus, velut in carcerem, compulit. Nunc vero prospera magis ac lætiori fortuna, annuente Deo, utenti, citraque impedimentum rebus mihi procedentibus, paternumque imperium adepto vos adversamini, nec sinitis res meas incrementa suscipere. Si itaque partes meas secuti fueritis obsequio mihi præstito, et via, quæ Adrianopolim domum paternam ducit, aperta: in posterum mancipia mea vos non reputabo, sed fratrum loco habebo, paternamque benevolentiam intactam erga vos servabo: beneficiisque beneficia, largitionibus largitiones superaddam. Si secus vero, ac hostiliter adversum me vos geratis, adjuvante fortuna, et imperatore Manuele patre meo, ditiones paternas recuperabo; ubi quoque illas recepero, occasione mihi data vos condemnabo.* Talia cum audiissent, sponte transierunt ad Mustapham aliquot ex oppidi primariis, eorumque exemplum alii secuti, ipsum imperatorem salutaverunt. Postridie ubi illuxit, ex triremibus cum Cineite exscendit, et equis conscensis signum pugnæ datum: exque triremibus veluti ad prœlium Romæi Turcique armati procedunt. Confestim plebeiorum multitudo, quotquot armati erant, cæteriique qui tanquam scenæ spectatores erant, cum salutarunt ac venerati sunt: cunctique utpote duci atque imperatori Othmanica stirpe edito, acclamando plauserunt; continenter etiam ad vesperam ex pagis ac vicis proximis universi confluxere venerabundi, ac fausta precantes. Qui vero arcem intra urbem sitam propugnabant, ipsi se Mustaphæ non permisere: quin etiam animose resistentes, alta voce Morati felicem eventum augurabantur, imperatori nempe suo universorumque domino, jactis rursum in Mustapham probris. Tunc ergo Mustaphas, deducto inde exercitu, ad Chersonesi hexamilium tendit: universique Cherronesii, et qui extra Peninsulam habitant, concursu facto eum salutant; intereaque castellum Callipoleos Demetrius oppugnat. Sed ad res Moratis narrandas redeamus, ut nobis innotescat quibus modis imperium obtinuerit: quomodo etiam Romæorum irrita consilia successu caruerint: ut etiam Mustaphas aufugerit, necique deditus fuerit, ipsumque deseruerit arrepta fuga Cineites.

Ἐπειδὴ διάγοντος ἐν τῇ Προύσῃ τοῦ Μουρὰτ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, καὶ τοῦ ὑπηκόου τὸ κρεῖττον καθ' ἑκάστην συῤῥέοντος ἐπ' αὐτὸν, ὡς δῆθεν τὴν πατρικὴν θανὴν παραμυθῆσαι βουλόμενοι, καὶ τὸ τῆς ἀρχηγίας εἰσόδιον χαιρετίζοντες· ἀῤῥητος μή-

Cum Prusæ ageret Morates, ut jam diximus, potiorque pars subditorum quotidie ad ipsum accederent de morte patris consolaturi, eique ad imperil **80** assumptionem congratulaturi: subito nuntius Lampsaco affertur, triremes quam-

Digitized by Google

plurimas Callipoli in statione esse ; vociferationem, tumultum, machinarumque fragorem ac strepitum super mœnium pinnis exaudiri, aliaque signa hostilis irruptionis. Moratis itaque consiliarii probatissimi, procerumque præcipui Bajaziti olim invidentes, quod cæteris, qui honores gerebant, potentia præstaret, superbe quoque se gereret, nihilique omnes, penderet (superciliosus quippe vir ille erat, inque multos contumeliosus), tempus aptum et libertatem sibi oblatam loquendi rentur. Morates etenim adolescens manibus suis imperii habenas non moderari, sed procerum tyrannis, ceu mulus indomitus, huc et illuc recalcitrare, puerumque imperatorem nihili facere : in quo ne libertatis loquendi scintilla micabat : ille potius satrapas suos complecti, et supra modum charos habere, ad quem ejusmodi orationem habuerant : *Cernis, domine, quam diligenter res nostras præfectus noster curet, quæ in occidentalibus partibus jam perierunt. Regni tui corona Mustaphæ capiti imposita est. Thraciæ gazarum virirumque is brevi potietur : statimque, nisi aliquatenus provideatur, adversus nos confirmanda ejus potentia est. Impera itaque cum copiis omnibus, quæ hic præsto sunt, Bajazitem fretum trajicere, et contra Mustapham eas ducere, priusquam huic provinciarum occidentalium se adjungant copiæ. Inter satrapas equidem tuos, nullus est Bajazite aptior ad repellendum et in fugam convertendum hostem : universa siquidem Thraciæ militia eum æque ac dominum suum respectat : ipseque quo vult, non secus quam famulos suos ducit, obsequentesque omnino submissosque habet.*

Hæc libenter audivit Bajazites, et quam celeriter potuit, ad fretum sacri ostii Propontidis pervenit : cumque paucis militibus comitantibus in continentem ulteriorem trajecit : biduoque Adrianopolim accedens, validum exercitum illic contraxit. In omnibus enim, ut prædiximus, vir ille acer ac promptus erat : ab omnibusque observabatur. Communicatis deinde consiliis cum provinciarum occidentalium rectoribus, ipsos sacramento adegit, nunquam, etiamsi cladem quoquomodo acciperet, defecturos : quin etiam fortiter ac generose adversus hostem se gesturos, et operam suam, quo victor Deo juvante evaderet, navaturos. His atque similibus inter eos actis, præpotentem exercitum eduxit Bajazites :

A νυμα ἐκ Λαμψάκου, ὡς τριήρεις ἐν τῇ Καλλιουπόλει ὅτι πλεῖσται · καὶ φωναὶ καὶ ταραχαὶ, καὶ ὀργάνων ἦχοι, καὶ κτύποι ἐπάλξεων · καὶ ἄλλα τινὰ σημεῖα ἐχθρῶν ἀπαγγέλλοντες. Οἱ δὲ τοῦ Μοράτ δοκιμώτατοι (20), καὶ τῶν ὑπερεχόντων περιφανέστατοι, φθόνον τρέφοντες ἐκπαλαι κατὰ τοῦ Παγιαζήτ, ὡς ὑπερέχοντα πάσης τιμῆς, καὶ μεγαλαυχοῦντα, καὶ εἰς οὐδὲν λογιζόμενον τοὺς πάντας, καὶ γὰρ ὑπέροφρυς ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῖς πολλοῖς σκωπτικός · καιρὸν εὑρόντες ἁρμόδιον καὶ τὸ παρρησιαστικὸν πρὸς αὐτοὺς ῥέπον · καὶ γὰρ ὁ Μουράτ νέος ὢν, καὶ τῆς ἀρχῆς τὰς ἡνίας οὔπω ταῖν χεροῖν κρατῶν · ἀλλ', ὡς ἡμίονος ἀδάμαστος, ἡ τυραννὶς ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀπολακτίζων τὼ πόδε, καὶ καταφρονῶν τῷ παιδὶ · οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ παρρησίας σπινθὴρ, ἀλλὰ

B μᾶλλον πρὸς τοὺς σατράπας στοργὴ, καὶ πέρα τοῦ μέτρου διάθεσις · ἔλεγον πρὸς αὐτόν · *Ὁρᾷς, κύριε, τὴν τοῦ ἐπιστάτου ἡμῶν ἐπιμέλειαν · ἤδη τὰ τῆς Δύσεως ὅλωλε. καὶ ἡ τῆς σῆς αὐθεντίας κορωνὶς ἑτέθη ἐν τῇ τοῦ Μουσταφᾶ κεφαλῇ. Ὡς ἐν ὀλίγῳ γὰρ ἐγκρατὴς γενήσεται πάντων τῶν Θρᾳκικῶν θησαυρῶν καὶ δυνάμεων · καὶ μετ' οὐ πολὺ ἰσχύσει καὶ καθ' ἡμῶν, εἰ μὴ ἄρα γένηταί τις ἐπιμέλεια. Κέλευσον οὖν σὺν ταῖς δυνάμεσι, ταῖς εὑρισκομέναις ὧδὶ περᾶσαι τὸν πορθμὸν, καὶ ἀντιπαράτάξαι τῷ Μουσταφᾷ, πρὸ*

C *τοῦ ἐλθεῖν καὶ συναφθῆναι τὰς δυτικὰς δυνάμεις σὺν αὐτῷ. Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τῶν σῶν σατραπῶν ἕτερος, ὡς ὁ Παγιαζὴτ, ἀντιστῆναι, καὶ κατατροπώσασθαι τοὺς ἐναντίους, ὡς αὐτός · ἐπεὶ καὶ τὰ Θρᾳκικὰ τάγματα ὡς κύριον αὐτὸν σέβονται πάντες · καὶ αὐτὸς ὡς οἰκείους αὐτοὺς ἄγει ἔνθα καὶ βούλεται, δεικνύντες εἰς αὐτὸν ἄκραν ὑπακοὴν καὶ ταπείνωσιν.*

Τότε ὁ Παγιαζὴτ προθύμως τὸ λεχθὲν ἀκούσας, καὶ μετὰ σπουδῆς πολλῆς, ὡς εἶχε, τὸν πορθμὸν τῆς Προποντίδος τοῦ ἱεροῦ στομίου (21) καταλαβὼν · καὶ τὴν περαίαν διαβὰς σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν εὐαρίθμοις, ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις τὴν Ἀδριανούπολιν καταλαβὼν, κἀκεῖ συναγηοχὼς παμπληθῆ στρατόν · καὶ γὰρ, ὡς εἰρήκαμεν, ἐμβριθὴς ἦν ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς πᾶσι · καὶ πάντες πρὸς αὐτὸν ἐκαραδόκουν. Καὶ κοινολογησάμενος σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν δυτικῶν

D μερῶν, καὶ πίστεις παρ' αὐτῶν λαβὼν, ὡς οὐκ ἀποστατήσουσιν, οὔτε [κἂν] τὴν τυχοῦσαν ὑποστῇ βλάβην · ἀλλὰ γενναίως ἀντισταθῶσι τῷ ἐχθρῷ · καὶ τοῦτον, Θεοῦ συνεργοῦντος νικητὴν ἀναδείξωσι · ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὁμοῖα λέξαντες, ἔξεισι μετὰ δυνάμεως πλείστης. Καὶ δὴ τὴν ἐν Χερρονήσῳ φέ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(20) *Οἱ δὲ τοῦ Μωράτ δοκιμώτατοι.* Quam Ducas orationem veziros ad Moratem habuisse hoc loco narrat, quicum historia Verantiana apud Leunclavium consentit, eam ad Bajazitem bassam illos habuisse Morates Dragomannus apud eumdem asserit. In narrandis enim rebus hisce a Bajazite gestis, Morates a Duca et Verantiana historia discrepat, dum bassam illum, ad solam famam prosperi rerum Mustaphæarum successus, a Morate defecisse scribit.

(21) *Τῆς Προποντίδος τοῦ ἱεροῦ στομίου.* Ducas Bosporum Thracium, errorem vulgi secutus, Propontidem perperam vocat : illis quippe temporibus, binæ Propontides a Græcis imperitis ferebantur. Codex Reg. ms. Προποντίδε; δύο, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἄβυδον, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἱερὸν καὶ ψαμμάθιον. *Una ad Abydum : alia ad* [ostium] *sacrum et Psammathion.* Ἱερὸν στόμιον, ad Bosporum pertinet Thracium : ubi in angustissimam latitudinem coartatur fretum. In utroque littore castrum ædificatum est. Gillius, lib. III, 5, de Bosporo Thracio adeundus.

Digitized by Google

ρουσαν ὁδὸν εὐθυδρόμως ἀρξάμενοι, ταχυδρόμοι τινὲς ἦσαν προπεμφθέντες παρ' ἐκείνου. Καὶ δὴ ἐπανελθόντες ἀγγέλλουσι τῷ Παγιαζήτ, ὡς ὁ Μουσταφᾶς μετὰ δυνάμεως πλείστης ἀπάρας τῶν ἐκεῖσε, καὶ περαιωθεὶς τὴν νεωστὶ παρὰ τῶν Τούρκων μεγαλυνθεῖσαν κώμην, καὶ εἰς πολυάνθρωπον τελεσθεῖσαν, ἥτις μεγάλη Καρύα (22) κέκληται, ἐγγύς που τῷ κάμπῳ τῆς Ἀδριανοῦ τῷ πρωῒ μέλλει κατευνεῦσαι. Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ Παγιαζήτ, καὶ μέσον θράσους καὶ δειλίας πρυτανευόμενος, ἔξεισι τῆς Ἀδριανοῦ μετὰ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πλειόνων, ὑπὲρ τριάκοντα χιλιάδας ὄντων. Φθασάντων δὲ ἔν τινι ὑδατώδει πεδίῳ (καὶ αὐτὸ πλησίον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ κάμπου, ὥστε τὴν πόλιν Ἀδριανοῦ φαίνεσθαι ἀμυδρῶς ἐξ αὐτοῦ, ἀλσώδει ὄντι καὶ λίαν καθύγρῳ), ἐν τούτῳ τὰ τοῦ πολέμου ἠύτρεπίζετο. Καὶ γὰρ ἔφθασε καὶ ὁ Μουσταφᾶς σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ ἀμφω τὰ στρατόπεδα ἐξ ἀνάγκης ἐχρῆν συμπλακῆναι, εἰ καὶ ὁ τόπος ἐδόκει ἀσύμφορος. Τότε ὁ Παγιαζὴτ ἅμα καὶ τὴν δημηγορίαν, καὶ τὴν ἐν ἅρμασι καὶ ἵπποις παρακέλευσιν συνάψας, πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῆς δύσεως ταῦτα εἰρηκεν·

A cumque viam, quæ recta in Cherronesum ducit, ingressus essèt, speculatores ab eo præmissi festinanter redeunt, nuntiantque Mustapham cum ingenti exercitu, relictis locis illis, trangressum esse juxta vicum **81** a Turcis nuper exstructum, hominumque frequentia celebrem (Magna Carya is vocatur), postridie vero castrametaturum in agro Adrianopoleos. Hoc nuntio accepto Bajazites suspensus animi, inter audaciam et metum anceps, Adrianopoli egreditur, copiasque supra tringinta militum millia educit. Cumque pervenissent in quemdam campum uliginosum (cujus extrema pars agro Adrianopolitano vicina est : ita tamen ut obscure Adrianopolis inde conspiciatur, quod silvis B sit consitus, valdeque humidus locus), ad prœlium se comparat. Jam quoque illuc cum suis accesserat Mustaphas, et utrumque exercitum ad conserendum inter se manus necessitas adigebat, quamvis incommodus situs videbatur. Hic Bajazites orationem parænenticam curru vectus ac equitans meditatus, Occidentis duces sic allocutus est :

Ἄνδρες ἀδελφοὶ, καὶ ὅσον ὑπὸ τὴν ὑμετέραν χεῖρα κοινὸν, οἴδατε ἀκριβῶς τοῦ παρῳχηκότος ἡμῶν δεσπότου τὴν ἀγάπην, ἣν ἐδείκνυε πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὸ εὐδιάθετον τῆς γνώμης αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἐχρᾶτο ὑμᾶς ὡς δούλους, ἀλλ' ὡς ἀδελφούς· καὶ οὐ τόσον ἐφρόντιζε τῆς οἰκείας ὀρέξεως, ὡς τὸ συμφέρον ὑμῶν· καὶ ὡς ἔρμαιον ἡγεῖτο τὸ C κοινὸν ἀγαθὸν, καὶ κατὰ σκοπὸν εἶχε τοῦ αὐξάνεσθαι τὸ τοῦ προφήτου ἔθνος· καὶ ἐλαττοῦσθαι τὸ τῶν Ῥωμαίων· καὶ πόλεις πολλὰς συνῆψε καὶ ἐπαρχίας τῇ τῶν Μουσουλμάνων ἀρχῇ· καὶ οὐκ ἔλιπεν ἄχρι τελευτῆς αὐτοῦ προστίθεσθαι, καὶ πλεονάζειν δυνάμεις καὶ πράγματα. Νῦν δὲ ὁ παρὼν οὗτος ψευδότουρκος, ὃς καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐν ταῖς παρούσαις ἡμέραις ἠγέρθη, ἤδη τὴν αὐθεντίαν μερίζων πρὸ τοῦ λαβεῖν· καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τὰ κρείττω πρὸ τοῦ ἔχειν παραδίδωσι, ἅτινα οἱ τοῦ ἀρχηγοῦ ἡμῶν πατέρες μετὰ πολλῶν ἱδρώτων καὶ πόνων ἐκτήσαντο. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἡ Καλλιούπολις, καὶ ὁ ταύτης πορθμὸς κλεὶς ἐστιν Ἀνατολῆς τε καὶ Δύσεως, Αἰγαίου πελάγους καὶ τοῦ Εὐξείνου; D Καὶ εἰ ταύτην Ῥωμαῖοι βασιλεύουσιν, ἥκιστα Τοῦρκοι Ῥωμαίους αἰχμαλώτους εἰς Ἕω διαπορθμεύουσι· Ῥωμαῖοι δὲ Τούρκους καὶ μᾶλλον καὶ ἔστιν ἀρχὴ ὀδυνῶν τὰ ἡμέτερα, ἐλευθερίας

Viri fratres, universique qui vestro imperio parent, probe vobis cognitum est, quam clemens atque mansuetus in vos fuerit dominus noster defunctus. Ejus animum mitem ac facilem experti estis, qui vos non servorum, sed fratrum loco habebat. Is profecto voluptatibus suis haud indulgebat æque ac utilitatibus vestris studebat : quodque in universos conferebat bonum, id lucro sibi apponi rebatur. Eo tendebat ille, ut prophetæ genus incrementa susciperet, resque Romæorum accisæ imminuerentur. Multas proinde urbes ac provincias Musulmanorum imperio adjunxit, nec cessavit ad obitus usque sui diem vires ac potentiam augere, amplioresque reddere. Nunc vero qui hic castra habet falsus Turca, qui propter peccata nostra caput hoc tempore extulit, imperium nondum a se occupatum sibi arrogat : Romæisque potiorem ejus nondum acquisiti partem tradit, quod regis nostri majores multo sudore ac labore partum possidebant. An non clare intelligitis hanc Callipolim ejusque fretum claves esse Orientis ac Occidentis, Ægæi maris et Euxini ? Quod si hanc sub ditione sua Romæi retineant, Turci captivos Romæos in Orientem transvehere minime poterunt, Romæi vero nullo arcente Turcos captivos trajicient. Jamque res vestræ, Romæis se in libertatem asserentibus, labare incipient. Vos hac de causa hortor, ut huic falso

Ismaelis Bullialdi notæ.

(22) *Μεγάλη Καρύα.* Ptolemæus et Stephanus in Thracia Chersoneso habent Καρδίαν ; quam Dominicus Marius Niger comment. 10 in Europ. Geographiam Cardiaspolim appellat. Illam quoque exhibent Tabulæ geographicæ Cæsiorum in Chersoneso Thracica, quæ procul dubio illa est Μεγάλη Καρύα, pro Καρδία, a Græcis antiquis appellata. Leunclavius in *Pandectis Historiæ Turcicæ* cap. 26, in Thracia Cherepolim locat, quam Græci Chariupolim appellant. Notitia episcopatuum sub patriarcha Byzantino exhibet Χαριούπολιν, Heracleensi Thraciæ metropolitæ subditam. Cantacuzenus, lib. I, cap. 42, habet etiam mentionem illius urbis, Μεγάλη Καρύα, κατὰ τοῦ Λίπικος λεγόμενος ὄρος, *Magna Carya juxta Lipicem montem sita.* Lib. III, cap. 76, de ea loquitur, ita ut Hexamilio Chersonesi Thraciæ vicina sit ; ubivet cap. etiam 77 illam Chariupolim vocat.

Digitized by Google

plurimas Callipoli in statione esse ; vociferationem, tumultum, machinarumque fragorem ac strepitum super mœnium pinnis exaudiri, aliaque signa hostilis irruptionis. Moratis itaque consiliarii probatissimi, procerumque præcipui Bajaziti olim invidentes, quod cæteris, qui honores gerebant, potentia præstaret, superbe quoque se gereret, nihilique omnes, penderet (superciliosus quippe vir ille erat, inque multos contumeliosus), tempus aptum et libertatem sibi oblatam loquendi rentur. Morates etenim adolescens manibus suis imperii habenas non moderari, sed procerum tyrannis, ceu mulus indomitus, huc et illuc recalcitrare, puerumque imperatorem nihili facere : in quo ne libertatis loquendi scintilla micabat : ille potius satrapas suos complecti, et supra modum charos habere, ad quem ejusmodi orationem habuerant : *Cernis, domine, quam diligenter res nostras præfectus noster curet, quæ in occidentalibus partibus jam perierunt. Regni tui corona Mustaphæ capiti imposita est. Thraciæ gazarum virumque is brevi potietur : statimque, nisi aliquatenus provideatur, adversus nos confirmanda ejus potentia est. Impera itaque cum copiis omnibus, quæ hic præsto sunt, Bajazitem fretum trajicere, et contra Mustapham eas ducere, priusquam huic provinciarum occidentalium se adjungant copiæ. Inter satrapas equidem tuos, nullus est Bajazite aptior ad repellendum et in fugam convertendum hostem : universa siquidem Thraciæ militia eum æque ac dominum suum respectat : ipseque quo vult, non secus quam famulos suos ducit, obsequentesque omnino submissosque habet.*

Hæc libenter audivit Bajazites, et quam celeriter potuit, ad fretum sacri ostii Propontidis pervenit : eumque paucis militibus comitantibus in continentem ulteriorem trajecit : biduoque Adrianopolim accedens, validum exercitum illic contraxit. In omnibus enim, ut prædiximus, vir ille acer ac promptus erat : ab omnibusque observabatur. Communicatis deinde consiliis cum provinciarum occidentalium rectoribus, ipsos sacramento adegit, nunquam, etiamsi cladem quoquomodo acciperet, defecturos : quin etiam fortiter ac generose adversus hostem se gesturos, et operam suam, quo victor Deo juvante evaderet, navaturos. His atque similibus inter eos actis, præpotentem exercitum eduxit Bajazites :

νυμα ἐκ Λαρψάκου, ὡς τριήρεις ἐν τῇ Καλλιουπόλει ὅτι πλεῖσται· καὶ φωναὶ καὶ ταραχαὶ, καὶ ὀργάνων ἦχοι, καὶ κτύποι ἐπάλξεων· καὶ ἄλλα τινὰ σημεῖα ἐχθρῶν ἀπαγγέλλοντες. Οἱ δὲ τοῦ Μοράτ δοκιμώτατοι (20), καὶ τῶν ὑπερεχόντων περιφανέστατοι, φθόνον τρέφοντες ἐκπαλαι κατὰ τοῦ Παγιαζήτ, ὡς ὑπερέχοντα πάσης τιμῆς, καὶ μεγαλαυχοῦντα, καὶ εἰς οὐδὲν λογιζόμενον τοὺς πάντας, καὶ γὰρ ὑπέροφρυς ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ τοῖς πολλοῖς σκωπτικός· καιρὸν εὑρόντες ἁρμόδιον καὶ τὸ παρρησιαστικὸν πρὸς αὐτοὺς ῥέπον· καὶ γὰρ ὁ Μουράτ νέος ὢν, καὶ τῆς ἀρχῆς τὰς ἡνίας οὔπω ταῖν χεροῖν κρατῶν· ἀλλ', ὡς ἡμίονος ἀδάμαστος, ἡ τυραννὶς ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀπολακτίζων τὸ πόδε, καὶ καταφρονῶν τῷ παιδὶ· οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ παρρησίας σπινθὴρ, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τοὺς σατράπας στοργὴ, καὶ πέρα τοῦ μέτρου διάθεσις· ἔλεγον πρὸς αὐτόν· *Ὁρᾷς, κύριε, τὴν τοῦ ἐπιστάτου ἡμῶν ἐπιμέλειαν· ἤδη τὰ τῆς Δύσεως ὅλωλε. καὶ ἡ τῆς σῆς αὐθεντίας κορωνὶς ἐτέθη ἐν τῇ τοῦ Μουσταφᾶ κεφαλῇ. Ὡς ἐν ὀλίγῳ γὰρ ἐγκρατὴς γενήσεται πάντων τῶν Θρᾳκικῶν θησαυρῶν καὶ δυνάμεων· καὶ μεθ' οὗ πολὺ ἰσχύσει καὶ καθ' ἡμῶν, εἰ μὴ ἄρα γένηταί τις ἐπιμέλεια. Κέλευσον οὖν σὺν ταῖς δυνάμεσι, ταῖς εὑρισκομέναις ὧδι περᾶσαι τὸν πορθμὸν, καὶ ἀντιπαράτάξαι τῷ Μουσταφᾷ, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν καὶ συναφθῆναι τὰς δυτικὰς δυνάμεις σὺν αὐτῷ. Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τῶν σῶν σατραπῶν ἕτερος, ὡς ὁ Παγιαζὴτ, ἀντιστῆναι, καὶ κατατροπώσασθαι τοὺς ἐναντίους, ὡς αὐτός· ἐπεὶ καὶ τὰ Θρᾳκικὰ τάγματα ὡς κύριον αὐτὸν σέβονται πάντες· καὶ αὐτὸς ὡς οἰκείους αὐτοὺς ἄγει ἔνθα καὶ βούλεται, δεικνύντες εἰς αὐτὸν ἄκραν ὑπακοὴν καὶ ταπείνωσιν.*

Τότε ὁ Παγιαζὴτ προθύμως τὸ λεχθὲν ἀκούσας, καὶ μετὰ σπουδῆς πολλῆς, ὡς εἶχε, τὸν πορθμὸν τῆς Προποντίδος τοῦ ἱεροῦ στομίου (21) καταλαβών· καὶ τὴν περαίαν διαβὰς σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν εὐαρίθμοις, ἐπὶ δυσὶν ἡμέραις τὴν Ἀδριανούπολιν καταλαβὼν, κἀκεῖ συναγηοχὼς παμπληθῆ στρατόν· καὶ γὰρ, ὡς εἰρήκαμεν, ἐμβριθὴς ἦν ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς πᾶσι· καὶ πάντες πρὸς αὐτὸν ἐκαραδόκουν. Καὶ κοινολογησάμενος σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν δυτικῶν μερῶν, καὶ πίστεις παρ' αὐτῶν λαβὼν, ὡς οὐκ ἀποστατήσουσιν, οὔτε [κἂν] τὴν τυχοῦσαν ὑποστῇ βλάβην· ἀλλὰ γενναίως ἀντισταθῶσι τῷ ἐχθρῷ· καὶ τοῦτον, Θεοῦ συνεργοῦντος νικητὴν ἀναδείξωσι· ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὁμοῖα λέξαντες, ἔξεισι μετὰ δυνάμεως πλείστης. Καὶ δὴ τὴν ἐν Χερρονήσῳ γέ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(20) *Οἱ δὲ τοῦ Μωράτ δοκιμώτατοι.* Quam Ducas orationem veziros ad Moratem habuisse hoc loco narrat, quicum historia Verantiana apud Leunclavium consentit, eam ad Bajazitem bassam illos habuisse Morates Dragomannus apud eumdem asserit. In narrandis enim rebus hisce a Bajazite gestis, Morates a Duca et Verantiana historia discrepat, dum bassam illum, ad solam famam prosperi rerum Mustaphæarum successus, a Morate defecisse scribit.

(21) *Τῆς Προποντίδος τοῦ ἱεροῦ στομίου.* Ducas Bosporum Thracium, errorem vulgi secutus, Propontidem perperam vocat : illis quippe temporibus, binæ Propontides a Græcis imperitis ferebantur. Codex Reg. ms. Προποντίδες; δύο, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἄβυδον, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἱερὸν καὶ Ψαμμάθιον. *Una ad Abydum : alia ad* [ostium] *sacrum et Psammathion.* Ἱερὸν στόμιον, ad Bosporum pertinet Thracium : ubi in angustissimam latitudinem coartatur fretum. In utroque littore castrum ædificatum est. Gillius, lib. III, 5, de Bosporo Thracio adeundus.

Digitized by Google

ρουσαν ὁδὸν εὐθυδρόμως ἀρξάμενοι, ταχυδρόμοι τινὲς ἦσαν προπεμφθέντες παρ' ἐκείνου. Καὶ δὴ ἐπανελθόντες ἀγγέλλουσι τῷ Παγιαζήτ, ὡς ὁ Μουσταφᾶς μετὰ δυνάμεως πλείστης ἀπάρας τῶν ἐκεῖσε, καὶ περαιωθεὶς τὴν νεωστὶ παρὰ τῶν Τούρκων μεγαλυνθεῖσαν κώμην, καὶ εἰς πολυάνθρωπον τελεσθεῖσαν, ἥτις μεγάλη Καρύα (22) κέκληται, ἐγγύς που τῷ κάμπῳ τῆς Ἀδριανοῦ τῷ πρωΐ μέλλει· κατευνεῦσαι. Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ Παγιαζήτ, καὶ μέσον θράσους καὶ δειλίας πρυτανευόμενος, ἐξεισι τῆς Ἀδριανοῦ μετὰ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πλειόνων, ὑπὲρ τριάκοντα χιλιάδας ὄντων. Φθασάντων δὲ ἐν τινι ὑδατώδει πεδίῳ (καὶ αὐτὸ πλησίον ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ κάμπου, ὥστε τὴν πόλιν Ἀδριανοῦ φαίνεσθαι ἀμυδρῶς ἐξ αὐτοῦ, ἀλσώδει ὄντι καὶ λίαν καθύγρῳ), ἐν τούτῳ τὰ τοῦ πολέμου ἠύτρεπίζετο. Καὶ γὰρ ἔφθασε καὶ ὁ Μουσταφᾶς σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ ἄμφω τὰ στρατόπεδα ἐξ ἀνάγκης ἐχρῆν συμπλακῆναι, εἰ καὶ ὁ τόπος ἐδόκει ἀσύμφορος. Τότε ὁ Παγιαζὴτ ἅμα καὶ τὴν δημηγορίαν, καὶ τὴν ἐν ἄρμασι καὶ ἵπποις παρακέλευσιν συνάψας, πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῆς δύσεως ταῦτα εἰρηκεν·

A cumque viam, quæ recta in Cherronesum ducit, ingressus essèt, speculatores ab eo præmissi festinanter redeunt, nuntiantque Mustapham cum ingenti exercitu, relictis locis illis, trangressum esse juxta vicum **81** a Turcis nuper exstructum, hominumque frequentia celebrem (Magna Carya is vocatur), postridie vero castrametaturum in agro Adrianopoleos. Hoc nuntio accepto Bajazites suspensus animi, inter audaciam et metum anceps, Adrianopoli egreditur, copiasque supra tringinta militum millia educit. Cumque pervenissent in quemdam campum uliginosum (cujus extrema pars agro Adrianopolitano vicina est : ita tamen ut obscure Adrianopolis inde conspiciatur, quod silvis B sit consitus, valdeque humidus locus), ad prælium se comparat. Jam quoque illuc cum suis accesserat Mustaphas, et utrumque exercitum ad conserendum inter se manus necessitas adigebat, quamvis incommodus situs videbatur. Hic Bajazites orationem parænenticam curru vectus ac equitans meditatus, Occidentis duces sic allocutus est:

Ἄνδρες ἀδελφοὶ, καὶ ὅσον ὑπὸ τὴν ὑμετέραν χεῖρα κοινὸν, οἴδατε ἀκριβῶς τοῦ παρῳχηκότος ἡμῶν δεσπότου τὴν ἀγάπην, ἣν ἐδείκνυε πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὸ εὐδιάθετον τῆς γνώμης αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἐχρᾶτο ὑμᾶς ὡς δούλους, ἀλλ' ὡς ἀδελφούς· καὶ οὐ τόσον ἐφρόντιζε τῆς οἰκείας ὀρέξεως, ὡς τὸ συμφέρον ὑμῶν· καὶ ὡς ἔρμαιον ἡγεῖτο τὸ C κοινὸν ἀγαθὸν, καὶ κατὰ σκοπὸν εἶχε τοῦ αὐξάνεσθαι τὸ τοῦ προφήτου ἔθνος; καὶ ἐλαττοῦσθαι τὸ τῶν Ῥωμαίων· καὶ πόλεις πολλὰς συνῆψε καὶ ἐπαρχίας τῇ τῶν Μουσουλμάνων ἀρχῇ· καὶ οὐκ ἔλιπεν ἄχρι τελευτῆς αὐτοῦ προστίθεσθαι, καὶ πλεονάζειν δυνάμεις καὶ πράγματα. Νῦν δὲ ὁ παρὼν οὗτος ψευδότουρκος, ὃς καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐν ταῖς παρούσαις ἡμέραις ἠγέρθη, ἤδη τὴν αὐθεντίαν μερίζων πρὸ τοῦ λαβεῖν· καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τὰ κρείττω πρὸ τοῦ ἔχειν παραδίδωσι, ἅτινα οἱ τοῦ ἀρχηγοῦ ἡμῶν πατέρες μετὰ πολλῶν ἱδρώτων καὶ πόνων ἐκτήσαντο. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἡ Καλλιούπολις, καὶ ὁ ταύτης πορθμὸς κλεὶς ἐστιν Ἀνατολῆς τε καὶ Δύσεως, Αἰγαίου πελάγους καὶ τοῦ Εὐξείνου; D Καὶ εἰ ταύτην Ῥωμαῖοι βασιλεύουσιν, ἥκιστα Τοῦρκοι Ῥωμαίους αἰχμαλώτους εἰς Ἕφαρ διαπορθμεύουσι· Ῥωμαῖοι δὲ Τούρκους καὶ μᾶλλον καὶ ἔσται ἀρχὴ ὀδυνῶν τὰ ἡμέτερα, ἐλευθερίας

Viri fratres, universique qui vestro imperio parent, probe vobis cognitum est, quam clemens atque mansuetus in vos fuerit dominus noster defunctus. Ejus animum mitem ac facilem experti estis, qui vos non servorum, sed fratrum loco habebat. Is profecto voluptatibus suis haud indulgebat æque ac utilitatibus vestris studebat : quodque in universos conferebat bonum, id lucro sibi apponi rebatur. Eo tendebat ille, ut prophetæ genus incrementa susciperet, resque Romæorum accisæ imminuerentur. Multas proinde urbes ac provincias Musulmanorum imperio adjunxit, nec cessavit ad obitus usque sui diem vires ac potentiam augere, amplioresque reddere. Nunc vero qui hic castra habet falsus Turca, qui propter peccata nostra caput hoc tempore extulit, imperium nondum a se occupatum sibi arrogat : Romæisque potiorem ejus nondum acquisiti partem tradit, quod regis nostri majores multo sudore ac labore partum possidebant. An non clare intelligitis hanc Callipolim ejusque fretum claves esse Orientis ac Occidentis, Ægæi maris et Euxini ? Quod si hanc sub ditione sua Romæi retineant, Turci captivos Romæos in Orientem transvehere minime poterunt, Romæi vero nullo arcente Turcos captivos trajicient. Jamque res vestræ, Romæis se in libertatem asserentibus, labare incipient. Vos hac de causa hortor, ut huic fa so

Ismaelis Bullialdi notæ.

(22) *Μεγάλη Καρύα.* Ptolemæus et Stephanus in Thracia Chersoneso habent Καρδίαν ; quam Dominicus Marius Niger comment. 10 in Europ. Geographiam Cardiaspolim appellat. Illam quoque exhibet Tabulæ geographicæ Cæsiorum in Chersoneso Thracica, quæ procul dubio illa est Μεγάλη Καρύα, pro Καρδία, a Græcis antiquis appellata. Lemnclavius in *Pandectis Historiæ Turcicæ* cap. 26, in Thracia Cherepolim locat, quam Græci Charinpolim appellant. Notitia episcopatuum sub patriarcha Byzantino exhibet Χαριούπολιν, Heracleensi Thraciæ metropolitæ subditam. Cantacuzenus, lib. I, cap. 42, habet etiam mentionem illius urbis, Μεγάλη Καρύα, κατὰ τοῦ Λίπικος λεγόμενος ὄρος, *Magna Carya juxta Lipicem montem sita.* Lib. III, cap. 76, de ea loquitur, ita ut Hexamilio Chersonesi Thraciæ vicina sit ; ubi et cap. etiam 77 illam Chariupolim vocat.

Digitized by Google

ac commentitio Mustaphæ, et cum eo sentientibus Romæis opemque ferentibus egregie obsistatis. Neque equidem sanguine Othmanico satus est impius iste fidei nostræ infestus. Ille enim Mustaphas domini nostri frater, quod ab eo olim audivi, infans admodum fato cessit. Hunc equidem ex infima Turcorum plebe unum, imperator Manuel Mosem virentem veritus, Iltrim Bajazitis filium jactabat. Deinde impostor iste, ut vidit imperatorem jurejurando teneri, amicitiam **82** concordiamque inter ipsum dominumque nostrum stabilitam esse, aufugit in Walachiam, ibique cum Myltza Mysorum tunc temporis principe moratus est, seque filium Bajazitis Iltrim jactans auxilium rogabat. Quod ubi obtinuit, inops equidem parvique momenti, Thessaliam invadit ac latrocinia exercet : obvios mercatores cæterosque spoliat : Iltrim Bajazitis filium se prædicat, exque Othmani prosapia editum. Quod ob flagitium dominus noster, ut probe scitis, exercitum justum adversus eum expedivit ; et inito prope Thessalonicam prælio, cum non posset sceleratus ille impetum sustinere, fuga in urbem istam pervenit. Tunc temporis etiam Cineites domino nostro militabat ; qui quidem, Asiæ dum præest, ducis generalis Smyrnæ et Ephesi titulo ibi arrogato antea defecerat. Inde valido exercitu a rege nostro pulsus, jussusque eum comitari et in occidentalibus provinciis degere. Iste ergo occasionem nactus Thessalonicam aufugit, et hac de causa Mustaphæ se conjunxit. Cumque cives in eo proposito non prodendi hunc impostorem, pertinaciter starent, dominus noster ad ipsorum imperatorem scripsit, caliaque ei clare significat : Cum exivissem ad venationem, imperator illustrissime, ut feram comprehenderem, jamque lupo abacto prædam, quam sectabar, in manibus haberem, imperii tui mandras lupus iste ingressus est, salvusque evasit. Pete itaque prædam meam mihi reddi, ne tuis ac meis pecudibus temporis lapsu perniciem afferat. Istis imperator respondit : Etsi lupus sit qui salutem sibi in mea mandra quæsivit, mansuetæ tamen ac humanæ sum indolis ; neque ex aliena cæde voluptatem capio. Lupi custos ero, non proditor. Hoc contentus sis, ut eum frenatum cohibeam meæ potestati suppositum, eique non permittam procurrere, et aliquid quod tuum sit devastare. Securus ergo omnibusque ubertim abundans regna dum vixeris, fœderibusque ista, quæ jurati ambo pepigimus. Dehinc hunc Mustapham ac Cineitem Constantinopoli detinuit, et post quadriennium in Lemnum insulam illum transmisit, ubi hactenus degerat. Nunc cum nocere nobis imperator haud possit, intelligatque consilia sua exitum non sortiri (volebat quippe duos infantes regios penes se habere, suisque viribus terrorem nobis per ipsos injicere), transfugam istum Cineitem ac Mustapham, ceu canes feros et rabie citatos, in nos immisit. Ad caprarum quidem modum aut leporum contra hostes nos non præbeamus ; quin etiam tanquam leones insiliamus, hastasque nostras, quæ flecti nesciunt, in eos directe quatiamus. Animum addat nostrorum

A δὲ ἀπαρχὴ τὰ τῶν Ῥωμαίων. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς ὡς χρὴ ἀντιστῆναι τῷ πλάστῳ τούτῳ Μουσταφᾷ, καὶ τοῖς συνασπισταῖς, καὶ ὁμόφροσι τούτου Ῥωμαίοις. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν αἱμάτων Ὀθμὰν οὗτος ὁ δυσσεβὴς, καὶ ἐχθρὸς τῆς πίστεως. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ Μουσταφᾶς, ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐτεθνήκει κομιδῇ νήπιος ὤν, καθὼς ὁ κύριος ἡμῶν ἔλεγε πρός με. Οὗτος γὰρ τῶν χυδαίων Τούρκων εἷς ὤν, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ προπαρῳχηκότος Μωϋσῆ, ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ τοῦτον, ὡς υἱὸν τοῦ Ἰλτρὴμ, ἐφανέρωσε, ἐκφοβῶν τὸν Μωϋσῆν. Εἶτα ὁ πλάνος οὗτος ὡς εἶδε τὸν βασιλέα ὅρκοις συνδεθέντα, καὶ ἄκραν ἀγάπην ἀλλήλοις ἐκ συμφώνου σὺν τῷ κυρίῳ ἡμῶν μεταδώσαντας, ἀποδρὰς ἐς Βλαχίαν ἀφίκετο, συνδιάγων τῷ Μύλτζῃ τότε τῶν Μυσῶν B ἀρχηγῷ ὄντι, υἱὸν αὐτὸν τοῦ Ἰλτρὴμ ἀποκαλοῦντα, καὶ βοήθειαν ἐξαιτούμενον. Κἀκεῖθεν λαβὼν ὀλίγην τινὰ βοήθειαν, καὶ εἰς τὰ Θετταλίας μέρη λῃστρικῶς εἰσελθὼν, τοὺς συναντῶντας ἐμπόρους καὶ οἱονουσδήτινας ἐξεγύμνου, καλῶν ἑαυτὸν υἱὸν τοῦ Ἰλτρὴμ, καὶ τοῦ Ὀθμὰν ἀπόγονον. Ὅθεν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς ὑμεῖς οἴδατε, στρατὸν ἀξιόλογον πέμψας κατ' αὐτοῦ, ἐγγὺς που τῆς Θεσσαλονίκης συνάψαντες πόλεμον, μὴ δυνηθεὶς ἀντιστῆναι ὁ ἀλάστωρ, φυγὲς εἰς τὴν Θεσσαλονίκην εἴσεισι. Τότε καὶ ὁ Τζινεὴτ συνδιάγων τῷ ἡμετέρῳ κυρίῳ, καὶ γὰρ ἦν ἀποστατήσας τὸ πρότερον, αὐθεντεύων τὴν ἐπαρχίαν Ἀσίας, καὶ καθολικὸν ἡγεμόνα Σμύρνης τε καὶ Ἐφέσου ἀποκαλῶν ἑαυτὸν, καὶ σὺν C πολλῇ δυνάμει τοῦτον ἐξελάσας ἐκεῖθεν, σὺν αὐτῷ διάγειν ἐκέλευεν ὁ ἡμέτερος κύριος εἰς τὰ τῆς Δύσεως μέρη. Τότε καὶ αὐτὸς καιροῦ δραξάμενος εἰσῆλθεν ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ φυγὰς, καὶ τῷ Μουσταφᾷ δι' αἰτίαν ῥηθεῖσαν συνήφθη. Ὡς δ' οὖν οἱ τῆς πόλεως ἀνενδότως ἱστάμενοι, καὶ μὴ προδοῦναι βουληθέντες τὸν ἀπατεῶνα τοῦτον, ὁ ἡμέτερος δεσπότης γέγραφε πρὸς τὸν βασιλέα αἰτῶν αὐτὸν, καὶ παραδειγματικῶς ἐμήνυε λέγων· Ἐξελθὼν τοῦ θηρεῦσαι θήραν, ἐκλαμπρότατε βασιλεῦ, καὶ λύκου κυνηγετουμένου, καὶ δὴ ἐν χερσὶ τὴν ἄγραν ἔχων, εἰσπηδήσας ἐσώθη ἐν τῇ μάνδρᾳ τῆς σῆς βασιλείας. Ἀξιῶ D οὖν τοῦ δοθῆναι τὸ ἐμὸν θήραμα· ἵνα μὴ καὶ τῶν σῶν καὶ τῶν ἐμῶν ὀρεμμάτων λυμαντὴρ γένηται καιροῦ προϊόντος. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντέγραψε πρὸς αὐτόν· Εἰ καὶ λύκος τὸ διασωθὲν ἐν τῇ ἐμῇ μάνδρᾳ, ἀλλ' ἐγὼ τὸ γαληνὸν ἔχων καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μὴ χαίρειν ἐπ' ἀλλοτρίοις φόνοις, σωτὴρ ἔσομαι τοῦ λύκου, καὶ οὐ προδότης. Ἀρκεῖ σοι τοῦ χαλινῶσαι τοῦτον ἐγὼ, καὶ ἐν χερσὶν ἔχειν· καὶ μὴ ἐᾶσαι προβαίνειν μήτε φθείρειν τι τῶν σῶν, ἀλλ' ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀφθορίᾳ ἡγεμονεύειν σε ἄχρις ὄρου ζωῆς σου, φυλαττομένων τῶν ἐν ὅρκοις γενομένων ἡμετέρων συνθηκῶν. Ἔκτοτε οὖν εἶχε τοῦτον ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει σὺν τῷ Τζινεήτ· καὶ μετὰ χρόνους τέσσαρας ἔπεμψεν αὐ-

Digitized by Google

τὸν ἐν τῇ νήσῳ Λήμνῳ, κἀκεῖ διῆγεν ἄχρι τοῦ νῦν. Νῦν δ' ὁ βασιλεὺς μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν, ὁρῶν μὴ εἰς τέλος τὸ αὐτοῦ βούλημα ἐξερχόμενον· καὶ γὰρ ἐβούλετο τοὺς δύο παῖδας, τοὺς νηπίους, ἐν ταῖς χερσὶν ἔχειν· καὶ δι' ἐκείνων ἡμᾶς ἐπιτοῦσθαι τῷ αὐτοῦ κράτει· ἤδη τὸν κύνας καθ' ἡμῶν λυττῶντας, ἀφῆκεν· ἡμεῖς δ' οὐ φεύγομεν. ἀλλ' ὡς λέοντες ἐπεισπηδήσομεν. Καὶ εὐστόχως· καὶ γὰρ οἱ ἡμέτεροι πλείονες, καὶ ἔτι ἐν ταῖς ῥαγάσι τῶν ὀδόντων τὸν ἄρτον τοῦ κυρίου μου φέροντας· καὶ αὐτοὶ σὺν ἡμῖν αὐθωρὶ ἔσονται, αἰτὸν ὡς πεπλανημένον πρόβατον καταλήψονται· μόνον εἰ πρόθυμως τὴν ἀρχὴν τῆς εἰσβολῆς τοῦ πολέμου ὑπεισέλθωμεν.

Ταῦτ' εἰπὼν καὶ τὰς φάλαγγας κατὰ τάξιν εὐαρμόστως συντάξας, τὸ ἐνυάλιον ἦχησεν. Ὁ δὲ Μουσταφᾶς σὺν τῷ Τζινεῆτ καὶ αὐτὸς τοὺς, οὓς εἶχεν, ἐγκαρδίως στερρώσας, καὶ ὁμόσας, ὡς εἰ τῆς ἀρχῆς ἐπιλάβοι, πάντων πραγμάτων ὡς αὐτὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονται κύριοι, καὶ τιμῶν καὶ δώρων ὅτι καὶ πλείστων ἀπολαύσονται παρ' αὐτοῦ· καὶ τοῖς μικροῖς μεγάλα, καὶ τοῖς μεγάλοις ὑπερμεγέθη τάξας τὰς ἀμοιβὰς, καὶ τὰς χάριτας. Καὶ δὴ ὁρῶν ὁ Μουσταφᾶς ἤδη σαλευόμενον τὸ τοῦ πολέμου πτερὸν, καὶ οἱ ὑπεναντίοι προσώρμησαν, ἐπισείοντες τὰ δόρατα, καὶ τοξοβολισμοὺς οἱ τοξόται προέπεμπον, στὰς ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου τὸν πόλεμον καταλιπὼν τῷ Τζινεῆτ, καὶ γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων ἀνδρεῖος, καὶ τοῖς πολέμοις συνήθης, ἐκραξε μεγαλοφώνως· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, οὐ γὰρ οὐ δούλους καλῶ, εἰς τί ἡ ἀσέβεια αὕτη; Δοῦλος κατὰ δεσπότου; καὶ ταῦτα ἐξ Ἀλβανῶν. Γένος βάρβαρον πρὸς ἐμὲ τὸν υἱὸν τοῦ Ἰλτρὴμ, τὸν κύριον ἡμῶν; Καὶ γὰρ εἰ ἔζη ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς, εἶχεν ἂν λόγον ἡ ἀσέβεια αὕτη, ὡς ὑπὲρ ἐκείνου τὴν ζωὴν θύσειν μέλλων, ὁ βιοθανὴς ἐν ὀλίγῳ μέλλων γενέσθαι οὗτος· νῦν δὲ θανόντος ἐκείνου, τίς κληρονόμος αὐτοῦ ὁ υἱός; Ἀλλ' οὐκ ἔχει χώραν ἐν Θρᾴκῃ· ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς ἑῴας· καὶ γὰρ οὐ τοῖς πράγμασιν ἐπεμβαίνω τοῖς πατρικοῖς αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῖς τοῦ ἐμοῦ πατρός· εἰ γὰρ οὐκ εἰμὶ υἱὸς, λέγει τις, τοῦ Ἰλτρὴμ, ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν φανερὰν ἐπιδείξω· εἰ δὲ καὶ πολεμεῖν με θέλει, οὐχ ὁ ἐμὸς δοῦλος, ἀλλ' ὁ ἐμὸς ἀνεψιὸς ἐλθέτω· καὶ εἴ τινι νέμει τὸ κράτος ἡ τύχη, καὶ κρατείτω ἐκεῖνος. Θαυμάζω δὲ καὶ ὑμᾶς τοὺς εὐδοκιμήσαντας ἐν ταῖς στρατείαις τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, καὶ ἐπισταμένους τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ, καὶ τὸν τῦφον καὶ τὴν ὑπεροψίαν τοῦ τριοβολίμαίου τούτου· καὶ εἰ εὐτυχήσει ἐν τῇ παρούσῃ συμπλοκῇ, τίς ἔσται ὃς δυνήσεται συνᾶραι λόγον μετ' αὐτοῦ; Διὸ, παρακαλῶ, μὴ γίνεσθε πολεμισταὶ, ἀλλὰ μᾶλλον συμμαχήσατέ μοι, καὶ μετὰ ἐπιεικείας προσέλθετε. Καὶ τῶν ὑμετέρων, μάρτυς Θεὸς, οὐ στερήσω τι· ἀλλὰ μᾶλλον προσθήσω, καὶ ἔτι πλείονα αὐξήσω. Τούτων οὕτω λεχθέντων, αἴφνης ὁ τὸ δεξιὸν κέρας ὑπερασπίζων σατράπης ἀποσπασθείς, ὡς δῆθεν συμπλακῆναι θέλων τῷ Τζινεῆτ, σὺν τοῖς σὺν αὐτῷ ἦλθον ἐνώπιον τοῦ Μουσταφᾶ, καὶ ἀποβάντες τῶν ἵππων ἅπαντες, τὴν δουλικὴν προσκύνησιν ἀπένειμαν αὐτῷ. Μετ'

A *major numerus, inferiorque eorum, qui ipsi militant: quos cernitis panem regis mei in dentium interstitiis adhuc ferre.* **83** *Eos adjutores mox habebimus in pecude aberrante retrahenda. Hoc unum nobis sat erit, si prælium prompti atque alacres inierimus. ἀποστάτην τοῦτον σὺν τῷ Μουσταφᾷ, ὡς ἀγρίους οὐχ ὡς δορκάδες ἢ πτῶκες εἰς τοὺς ὑπεραντίους. Καὶ ἀμεταστρεπτεὶ τὰ δόρατα εἰς αὐτοὺς σείσομεν. Ὁρᾶτε τοίνυν τοὺς σὺν αὐτῷ εὐαριθμήτους ὄντας, καὶ ἔτι ἐν ταῖς ῥαγάσι τῶν ὀδόντων τὸν ἄρτον τοῦ κυρίου μου φέροντας· καὶ αὐτοὶ σὺν ἡμῖν αὐθωρὶ ἔσονται, αἰτὸν ὡς πεπλανημένον πρόβατον καταλήψονται· μόνον εἰ πρόθυμως τὴν ἀρχὴν τῆς εἰσβολῆς τοῦ πολέμου ὑπεισέλθωμεν.*

His dictis aciem disponit, agminibus ex arte locatis, et classicum cani jubet. Ex altera quoque parte Mustaphas præsente Cincite animos suorum B confirmat: juratus iis pollicetur, si imperium adeptus fuerit, rerum omnium dominos æque ac se fore: honores ac dona quamplurima a se reportaturos, amplam mercedem infimis ostentans, proceribus immensa supra modum præmia promittens. Ubi etiam vidit Mustaphas bellum alas jam quatere (id est, ad belli discrimen ventum esse), hostesque hastis incussis, ac jaculis intortis impressionem fecisse, tradita Cinelti, viro inter cæteros bellicosissimo, prœliis etiam assueto, ineundæ pugnæ cura, ipse in edito loco stans, contenta voce sic infit: *Viri fratres, neque enim servos appello, quo impietas ista tendit? servus domino bellum infert? isque genere Albanus? Barbaræ gentis proles, mihi, qui vester sum dominus, et Iltrim Bajazitis filius? Enimvero si superesset frater meus, colorem aliquem hæc impietas præ se ferret, utpote vitam suam pro illo profusurus esset iste, cujus cervicibus cruentum fatum impendet. Nunc vero fratre meo mortuo, quis ex eo prognatus hæres? neque, si supersit, in Thracia juris quidquam habet. Longe lateque in Oriente imperat. Haud etiam paternas ipsius opes invado, patris mei ditiones solummodo occupo. Quod si negaverit ullus me Iltrim filium esse, ei me verum clare approbabo. Quod si etiam bello decernendum, accedat fratris mei filius, non vero mancipium meum, quicum experiar. Cui porro fortuna potiorem partem attribuerit, ille regnet. Vos demiror, qui in patris mei exercitibus virtutem militarem vestram omnibus probaveritis, qui probe etiam nostis hujus triobolaris jactantiam, superbiam ac supercilium. Cui si prospere cesserit hujus pugnæ exitus, quis adire ipsum verbis audebit? Vos propterea hortor, ne belli gerendi animo potius quam me adjuvandi estote, et cum æquanimitate procedite. Nullis præmiis aut mercede, testis Deus adest, vos frustrabor, quin etiam ampliioribus vos honorabo.* Ubi finem dicendi fecit, subito qui Bajazitis exercitus dextro cornu præerat, satrapa a suis digressus, quasi cum Cincite manus conserturus, quique ipsius latera cingebant, Mustaphæ se stiterunt, et ab equis cum desiluissent, cuncti quam servi dominis, venerationem exhibuerunt. Confestimque, qui sinistrum aciei regebat cornu,

Digitized by Google

pariter transfugit. Peregrinam quamdam mutationem videre erat, Mustapham temporis momento plumis ornatum, similemque alte volanti aquilæ; Bajazitem vero veluti monedulam plumis **84** spoliatum, et famulis solis cum comitantibus a cæteris desertum. Cumque intelligeret raro admodum domino superiorem servum evadere, videretque fortunam filum in partes sibi contrarias ducere, obsequii promptitudine salutem quærit: et ex equo desiliens fraterque ejus Hamza, servili more ac gestu, Mustaphæ obviam procedunt salutantque. Defuncti igitur prœlio Mustaphæ milites, duci suo tentoria decora ac convenientia pangunt, eique ex equo sublevato, ut totius Romanæ ditionis imperatori acclamarunt. Bajaziti vero procul sedere jusso, satellites custodiæ causa appositi sunt. Accedens deinde Cineites, cum videret eum aura vitali adhuc frui, intelligeretque intra casses irretitum, præclusis omnibus effugiis teneri, ejusmodi orationem ad Mustapham habuit: *Quousque impius iste solem videbit, qui nec tenebris palpabilibus etiam dignus?* Cui respondit Mustaphas, *Consilio tuo utere.* Jubet itaque extra castra non procul tracto caput misero amputari: quod illico factum ipso spectante, et talia verba proferente: *Nosti, pessime, testiculos demetere?* Cineitis etenim genero Audulæ testiculi exsecti fuerant Bajazitis jussu. Duxerunt et hujus fatrem Hamzam capite quoque plexuri; at Cineites ejus misertus quod juvenis esset, eum dimitti jussit: *Quippe,* dixit, *non est ferus et inhumanus ut ille, quem morte violenta affecimus, nullum adhuc scelus hic patravit, sit itaque libertus meus.* Non intellexit infelix Cineites se fovere eum, qui perniciem ipsi allaturus erat: quique brevi vitam crudeliter ereptarus erat illi, qui erga se misericordia commotus fuerat.

A οὐ πολὺ δὲ καὶ τὸ ἀριστερὸν κέρας κρατῶν, κἀκεῖνος ἔπραττε τὰ ὅμοια. Καὶ ἦν ἰδεῖν ξένην ἀλλοίωσιν, τὸν Μουσταφᾶν ὡς ἐν ἀκαρεῖ πτερωθέντα, καὶ ὡς ἀετὸν ὑψιπετοῦντα παρόμοιον· τὸν δὲ Παγιαζῆτ ὡς κολοιὸν καταψιλωθέντα, καὶ ἔρημον μόνον μετὰ τῶν ἰδίων ἱστάμενον. Τότε κατὰ νοῦν λαβὼν ὡς σπανίως ὑπερισχύει δοῦλος δεσπότου, καὶ ὁρῶν ὡς ἤδη τὰ τῆς τύχης νήματα ἀντιστρόφως κλώθονται, πραγματεύεται τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν ἐν τάχει· καὶ καταβὰς τοῦ ἵππου σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Χαμζᾷ, δουλικῶς καὶ αὐτοὶ προσυπήντων, καὶ προσεκύνουν αὐτῷ. Τότε οἱ τοῦ Μουσταφᾶ τὸν πόλεμον λύσαντες, καὶ σκηνὰς ἡγεμόνι πρεπούσας πήξαντες, ἀποδιδύσαντες τοῦ ἵππου τὸν Μουσταφᾶν, ὡς ἀρχηγὸν αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα πάσης γῆς Ῥωμαίων εὐφήμουν·

B τῷ δὲ Παγιαζῆτ κελεύσαντι [κελευθέντι] καθεσθῆναι μακρόθεν, φύλακας ἐπέτρεψε τοῦ φυλάττειν αὐτόν. Ἐλθὼν δὲ ὁ Τζινεὴτ (23), καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἔτι ζῶντα, καὶ γὰρ ἦν κρατῶν τὰς ἄκρας, τοῦ μὴ διαδρᾶναι τὸν ἀντικείμενον. καὶ μαθὼν ὅτι ἐν ἄρχουσι ἦν, λέγει τῷ Μουσταφᾷ· *Ἕως πότε ὁ ἀνόσιος οὗτος τὸν ἥλιον ὁρᾷ, ὁ μηδὲ ψηλαφητοῦ σκότους ὢν ἄξιος;* Ὁ δὲ Μουσταφᾶς, *Ὡς βουλητόν ἐστί σοι, πόσει,* εἰπών, κελεύει μικρὸν ἐλκύσαντες ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ἄθλιον τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι. Ὃ καὶ γέγονεν, ὁρῶν καὶ αὐτὸς τὴν καρατόμησιν, καὶ λέγων· *Οἶδας, ὦ κάκιστε, θερίζειν ὄρχεις;* Καὶ γὰρ ἔτυχε κοπῆναι τοὺς ὄρχεις τοῦ Αὐδουλᾶ γαμβροῦ τοῦ Τζινεὴτ, προλαβὼν τοῦ Παγιαζῆτ τοῦτο

C κελεύσαντος. Τότε ἤγαγον καὶ τὸν Χαμζᾶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, θέλοντες κἀκεῖνον καρατομῆσαι· ὁ δὲ Τζινεὴτ ἐλεήσας αὐτὸν νέον ὄντα, *Ἄφετε αὐτόν,* εἶπεν· *οὐ γὰρ ἔστιν ὡς ἐκεῖνον τὸν βιοθανῆ καὶ ἀπάνθρωπον οὗτος· οὐδὲ ἐκ τῶν χειρῶν τούτου ἐξέρχεταί τι τοῦ πρᾶξαι κακόν· ἔστω οὖν ἐμὸς ἀπελεύθερος.* Οὐκ οἶδεν ὁ δύστηνος Τζινεὴτ, ὅτι τὸν θανατηφόρον αὐτοῦ ζωπυροῖ, καὶ ὃν ἐλεεῖ αὐτὸς, ἀνηλεῶς μέλλει τὴν ζωὴν αὐτοῦ ὡς ἐν ὀλίγῳ λαβεῖν.

Novus itaque imperator Mustaphas liber factus ac audacior Adrianopolim cum universis copiis intrat: in cujus occursum egressi sunt multa cum fiducia et lætitia cives, hilari voce ipsi acclamantes. Præsidiarii autem Callipoleos custodiæ impositi ubi, quæ gesta erant, rescivere, spe omni abjecta, pacto inito ac jurejurando addito sese dediderunt. Demetrius Leontarius igitur, qui speraverat urbe se potiturum (sic enim inter cos

Τότε ὁ νέος ἀρχηγὸς Μουσταφᾶς μετὰ παῤῥησίας καὶ θάρσους ἐπὶ τὴν Ἀδριανούπολιν εἴσεισι σὺν παντὶ τῷ στρατῷ. Καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ παῤῥησίας πολλῆς ἐξῆλθον οἱ πολῖται εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, εὐφημοῦντες ἱλαρᾷ τῇ φωνῇ. Οἱ δὲ τῆς Καλλιουπόλεως (24) μαθόντες τὸ γεγονὸς, καὶ ἀπελπίσαντες

D οἱ τοῦ φρουρίου, μεθ' ὅρκων καὶ συνθηκῶν παρέδωκαν τὸ φρούριον. Ὁ δὲ Λεοντάριος ἐλπίζων κατὰ τὰς συνθήκας τὰς ἐνωμότους, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(23) *Ἐλθὼν δὲ ὁ Τζινεὴτ.* Laonicus lib. v, Bajazitem Bassam jussu Mustaphæ interfectum: et Phranzes, lib. I, cap. 40, scriptum reliquere. Leunclavius lib. XIII, ex historia Verantiana tradit, occisum fuisse vezirorum invidia, qui ut diutius veziri munere apud Mustapham fungeretur, pati nequibant. Ex Mirate Dragomanno addit, necatum fuisse in loco quodam Salidere dicto. Hamzam hujus Bajazitis fratrem a magnatum parte, qui salvum eum volebant, servatum fuisse Verantiana Historia narrat.

(24) *Οἱ δὲ τῆς Καλλιουπόλεως.* Laonicus et Phranzes delusos fuisse Græcos a Turcis narrant: hi siquidem illis Callipolim relinquere, ut inter ipsos convenerat, noluerunt: causam, cur id facere recusarent Turci, affert: quod sibi rebusque suis nondum satis confirmatis, talem urbem Græcis concedi haud expediret. Phranzes id sibi religiosum esse Turcos dixisse, docet: in eo quippe loco cæremonias litaniasque juxta Musulmanicum ritum primum celebraverant, postquam in Europam transierunt: lege propterea sibi vetitum Christianis eum tradere. A Phranze non dissentiunt Mustaphæ ad Leontarium verba.

Digitized by Google

τοῦ φρουρίου τοὺς φύλακας καὶ πᾶσαν τὴν παρασκευὴν, ἣν εἶχον ἔνδον, κατὰ τὰς πίστεις αἳ ἐγένοντο μετ' αὐτῶν, αὐτὸς ἐκ τῶν τριήρεων ἐξαγαγὼν θώρακας, περικεφαλαίας, δόρυ, τζάγρας, καὶ πᾶν εἶδος ἁρμάτων, ἤρξατο εἰσάγειν ἐν τῷ φρουρίῳ. Θθάσας οὖν ὁ Τζινεὴτ, καὶ ἰδὼν τὰ γενόμενα, ὁρῶν δὲ καὶ τὸν δῆμον τῶν Τούρκων θορυβούμενον καὶ ταραχώδη ἐπὶ τῇ ἀνελπίστῳ καὶ ἀπροσδοκήτῳ μεταβολῇ, ἤρξατο σκώπτειν καὶ σκληρολογεῖν τὸν Δημήτριον, λέγων· Ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ στρατηγὲ Δημήτριε, τὸν ἀγῶνα, ὃν ἠγωνισάμεθα, καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ὑπέστημεν, ἕνεκα τοῦ γένους τοῦ σοῦ, καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ὑπολαμβάνεις γεγονέναι; Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔστι· τὸ γενόμενον εἰς ἡμᾶς ἐγκλείστους ὄντας ἀπολυθῆναι, καὶ δούλους ὄντας δεσπότας γενέσθαι, οὐχ ὑμᾶς τοὺς Ῥωμαίους τῆς δωρεᾶς ταύτης αἰτίαν κρίνομεν, ἀλλὰ τῷ ἐπουρανίῳ Θεῷ. Ὑμᾶς δὲ τοὺς συμπασχήσαντας καὶ κοπιάσαντας ἐν τῇ μεταθέσει ταύτῃ, Θεοῦ θελήσει κεκοπιάκατε ᾗ θῶς, ὑπολαμβάνομεν. Ἕνεκα οὖν τῶν κόπων, καὶ τῶν ἀμφοτέρων τῶν καμάτων, τῷ μόνῳ Θεῷ προσφέρομεν εὐχαριστίας. Ὑμᾶς δὲ διὰ δώρων ἰκανῶν, καὶ φιλίας, καὶ ταύτης προσκαίρου, παραπέμψαι· τὸ δὲ πόλεις καὶ φρούρια λαβεῖν παρ' ἡμῖν. Ἀρκεῖ σοι σῶον πεμφθῆναι ἐν Κωνσταντίνου, ἀναμιμνήσκοντες τῶν Λημνίων κακῶν, καὶ τὸν ἐν τῇ μονῇ τῆς Παμμακαρίστου τῶν καλογήρων ὀνειδισμόν· ἔχεις μισθοῦ χάριν σώαν τὴν κεφαλήν, τὸ τοῦ λύκου φθέγξομαι. Αἶρε κώπας, ἔχεις τὸν Εὖρον πνέοντα γλυκερὸν ἀέριον· φθάσε τὴν Κωνσταντίνου, ἄσπασαι τοὺς βασιλεῖς ἀφ' ἡμῶν· λέγε πῶς Θεὸς τὴν αὐθεντίαν ἡμῖν ἐδωρήσατο· ἔστω μεθ' ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ διάγων, καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτοῦ, ἀπέστω ζήτησις Καλλιουπόλεως. Ταῦτα τὸν στρατηγὸν τὰ ῥήματα οὐκ ὀλίγον ἐτάραξαν· καὶ θυμωθεὶς, Οὐκ οἶδας, ἔφη, τὸν ἐμὸν βασιλέα ποίας συνέσεως καὶ γνώσεως, καὶ ποίας ἄλλης μεγαλογνωμοσύνης ἐστὶν, ἀποπέμπειν με κενὸν τοιούτοις ῥήμασι ψαύλοις ἀποπτύοντα ἐκ τοῦ στόματος, ὦ Τζινεήτ; Ἴσθι ὅτι ὡς ἐν ὀλίγῳ, ὡς ὁρῶ, πάλιν ἔξει σε ἡ Κωνσταντίνου, καὶ τότε μάθῃς ἃ εἰρηκας. Πλὴν οὐ σόν ἐστι τὸ διδόναι με λόγον καὶ ἀποπέμπειν, ἀλλὰ τοῦ ἀρχηγοῦ Μουσταφᾶ, ὃν ὁ Θεὸς καὶ ἡ τύχη Ῥωμαίων ὕψωσε. Σὺ δὲ, εἰς τῶν πολλῶν τυγχάνων, παῦσαι τοῦ λέγειν, ὅτι οὐκ ἔχεις τὸν ἀκούοντα. Ἐγερθεὶς οὖν εἰσῆλθεν εἰς τὰς τριήρεις πλήρης ὢν χόλου καὶ πικρίας, μὴ ἔχων τί ποιῆσαι, κατὰ νοῦν φέρων τὴν τῶν ὅρκων ἀθέτησιν, καὶ τὰς ὑποσχέσεις, τὰς παρ' αὐτῶν γενομένας. Ὅμως ἵστατο ἐκδεχόμενος παρὰ τοῦ Μουσταφᾶ τὴν ἀπόκρισιν, εἰ μέλλει κατὰ τὰς συνθήκας λαβεῖν τὸ φρούριον, ἢ οὔ, καὶ τότε ἐπαναζεῦξαι. Ὁ δὲ Μουσταφᾶς ἐλθὼν, καὶ λόγους συνάραντες ἱκανοὺς ἄμφω, τῷ Δημητρίῳ ἔφη· Ἐγὼ μὲν, ὦ φίλε, καὶ τοῦ ἐμοῦ ὑπερασπιστοῦ περιπόθητε, οἶδα ἀκριβῶς τὰς ὑποσχέσεις, ἃς ὑπεσχέθην ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ προφήτου αὐτοῦ· καὶ ὅτι ἐν μέσῳ τούτων ἦν καὶ τὸ

convenerat) ubi præsidium decessisset, asportavissetque secum omnia vasa et sarcinas, quas in urbe miles habebat, hac siquidem conditione se dediderant, exportari thoraces ex triremibus curat cassidesque et galeas, hastas, zagaias, id est jacula, et omne genus armorum in arcem importari cœptum. At Cineites accurrens quod factum erat cernit, Turcorum multitudinem turbatam ac tumultuantem, ob mutationem insperatam ac inexspectatam : contumeliosis ideo asperisque verbis Demetrium sic affatus est : *Imperator Demetri,* **85** *ut mihi videtur, existimas nos, nationi tuæ gratificaturos imperioque Romæo, prælium obiisse et pericula adiisse? aliter equidem se res habet. Quod nobis inclusis accidit in libertatem asseri, ex servis rerum dominos fieri, tantum beneficium Deo, qui cœlestia habitat, acceptum ferimus; nec auctores illius vos Romæos judicamus. Existimamus profecto opera restra prospere nos usos esse, qui, sociatis nobiscum laboribus, belli ærumnas in hac rerum conversione toleratis. Soli itaque Deo gratias agimus, qui a laboribus et cassibus præteritis integros servavit; vosque cum donis, quanta vester capit status, et amicitiæ vobis opportunæ pignoribus dimittimus. Urbes vero et castella nos vobis tradere absit! Tibi, o Demetri, salvo satis sit Constantinopolim repetere. Memoria animis adhuc hæret malorum, quæ in Lemno passi sumus, quamque contumeliose a monachis habiti in Beatissimæ monasterio. Caput integrum mercedis nomine domum refers, Lupi* ac Ciconiæ *apologo utar. Remos impelle, lenis ac sudus Eurus spirat. Constantinopolim proficiscere, imperatores nomine nostro saluta, et iis annuntia, quomodo Deus dominationem nobis concesserit. Inter imperatorem nosque pax integra maneat atque tranquillitas, nec aliqua de Callipoli quæstio fiat.* Tali oratione non mediocriter turbatus est dux exercitus Demetrius, ad iramque versus ait : *An non tibi cognitus est imperator meus, quamque prudens, rerum peritus ac magnanimus sit? his contumeliis, quas ore tuo evomuisti, o Cineites, honoratum, nudumque dimittis? persuasum habe, quod prævideo, te brevi Constantinopolim, ut ad asylum, profecturum : tunc, quid prosunt verba ista tua, cognosces. Verumtamen pro imperio neque jubere, vel me dimittere potes, at Mustaphas imperator, quem Deus Romæorumque fortuna evexerunt. Tu vero cum de turba et plebe unus sis, abstine a verbis, quibus obtemperantem nullum habes.* Cum itaque surrexisset ira tumens ac indignabundus, triremes conscendit quid faceret anceps, animo revolvens promissa istorum, quæ perjurio corruperant. Remansit tamen exspectando quodnam sibi a Mustapha responsum daretur : an ex fœdere arcem sit recepturus, necne; acceptoque responso redire statuit. Accessit itaque ad eum Mustaphas, et post longum colloquium, Demetrio hæc dixit : *Ego quidem, o amice, protectori meo charissime, eorum recte memini, quæ coram Deo ejusque pro-*

Digitized by Google

pheta promisi, quodque his etiam arx Callipoleos continueretur. De cæteris equidem omnibus rationem reddere debeo in die illa judicii novissimi tremenda, nisi pactis stetero, eaque adimplevero. Quod autem ad castrum spectat, satius est mihi jusjurandum violare, quam in Dei offensionem incurrere, manibus impiorum pios tradendo, liberæ conditionis **86** *homines in servitutem redigendo, gentemque Deo dicatam ac consecratam subjiciendo infidelium imperio, qui Deum unicum cœli et terræ nesciunt. Quod si in eam impietatem præceps laberer, quod absit! Domine, Musulmanorum natio neque me imperatorem ferret, vel tibi arcis ingressum concederet. Abi itaque, quam maximas pro viribus meis gratias referam. Quæcunque vero ditionis meæ non sunt, sed publico acquisita meoque prophetæ, illa intacta relinquo, consuetudinibus Musulmanorum prophetaque præceptis fraudem ullam facere recusans, cum Musulmanus sim. Indesinenter equidem laborabo ut urbium numerum multiplicem, eas augeam, regionesque Cavuridum adjiciam Musulmanorum ditioni. Urbem vero ut Christianis concedam, etiamque Callipolim (quæ Musulmanorum fauces sunt, totum genus Christianum absorbentes : qui etiam laqueus est, quo Christiani jugulantur ac pereunt), nunquam animum inducam, nec quidquam tam absurdum admittam.*

τῆς Καλλιουπόλεως φρούριον. Ἕνεκα οὖν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔχω λόγον ἀποδοῦναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ, εἰ μὴ κατὰ τὸ συμφωνηθὲν οὐκ ἀπεδήσεται. Περὶ δὲ τοῦ φρουρίου κρεῖσσον παραβαίνειν ὅρκον, ἢ προσκρούειν Θεῷ, εἰσεβεῖς ἐν χερσὶν ἀσεβῶν ἀποτιθέναι, καὶ ποιεῖν δοῦλον τὸ ἐλεύθερον, καὶ τῷ Θεῷ ἀφιερωμένον ἔθνος εἰς χεῖρας ἀπίστων, καὶ τῶν ἕνα Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς μὴ εἰδότων. Εἰ δὲ καὶ ἐς τοσαύτην ἀσέβειαν κατακρημνισθῶ, ὃ μὴ γένοιτο, Κύριε, τὸ τῶν Μουσουλμάνων γένος οὔτ' ἐμοὶ τὴν ἀρχηγίαν παραχωρήσει, οὔτε σοὶ τοῦ χωρίου τούτου χαρίσει τὴν εἴσοδον. Ἄπιθι τοιγαροῦν, κἀγὼ εἰς ὅσον εὐπορῶ, τόσον καὶ τὴν ἀνταμοιβὴν παρεκτείνω. Ὅσα δὲ οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν κτῆσιν εἰσιν, ἀλλὰ τῷ δημοσίῳ κεκλήρωται, καὶ τῷ ἐμῷ προφήτῃ, οὐ θέλω παρασαλεῦσαί τι τῶν Μουσουλμανικῶν ἐθῶν, καὶ τῶν προσταγμάτων τοῦ προφήτου, Μουσουλμάνος τυγχάνων. Καὶ γὰρ ἐπιμόνως ἐργάσομαι τοῦ προσθεῖναι καὶ ἐπαυξῆσαι πόλεις, καὶ χώρας καβουρίδων ποιῆσαι τῶν Μουσουλμάνων εἶναι. Τὸ δὲ πόλιν, καὶ ταῦτα Καλλιούπολιν, ἥτις ἐστὶ λαιμὸς τῶν Μουσουλμάνων, καταῤῥοφῶν ἅπαν γένος τῶν Χριστιανῶν, καὶ πνιγμονὴ τῶν Χριστιανῶν καταπνιγῶν καὶ ὀλεθρεύων αὐτούς, πώποτε οὔτε κατὰ νοῦν ἐπεισπεσεῖται τὸ τοιοῦτον παραλόγισμα, οὔτε εἰς τέλος ἐξάγω.

Hæc dum audit Leontarius (tanquam leo, cui præda se subtraxit, in terram caput inclinans, et cauda laxata terram verrens), vultum præ dolore demittit, quasi phrenesi superveniente mente dejectus, donec absurdum sermonem finivisset ille. Postmodumque attollens oculos eum sic alloquitur : *Accurate novimus, domine dux, quomodo vos Musulmani multis abhinc annis erga nos affecti estis. Elapsi sunt equidem anni centum quinquaginta, ex quo proavus tuus Orhanus Bithyniam, Paphlagoniam et Phrygiam majoribus nostris ereptas imperio suo subdidit. Cum vero filius ejus Orchan hæreditario jure eadem themata seu provincias consecutus esset, fœderum initorum immemor perjurio fidem datam, fines transgressus, quos Deus et veritas stabiles posuerunt, violavit. Jamque ab eo tempore anni centum transierunt, quo Occidentem devastare cœpit. Illius deinde nepos pater tuus Iltirim Bajazites, cum successionis jure rerum summa omnibusque provinciis potiretur, et ipse perjurii reus peractus est ; tandemque ipsum imperiumque ejus universum Deus Persis tradidit. Ad hanc diem ab ejus obitu tricesimus fere agitur annus, tuique fratres Musulmanus et Moses, jurejurando violato, infelici exitu imperium ac vitam amiserunt. Solus Mehemetes, qui jam obiit, imperator fraterque tuus, juramentum non violavit : ipse propterea mitiori fato concessit, postquam re-*

Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ Λεοντάριος (καὶ ὥσπερ λέων τῆς θήρας ἀστοχήσας, κάτω τὴν κεφαλὴν φέρων, καὶ τῇ οὐρᾷ τὴν γῆν ἐπιῤῥιπίζων, ὑποχαλῶν αὐτήν), οὕτω καὶ οὗτος ὑπὸ τῆς λύπης, ὡς ἐν ἐκστάσει φρενίτιδι γενόμενος, κάτω τὴν κεφαλὴν ἔχων, ἕως οὗ καταλήξας τὸν παράλογον λόγον ἔστη, ἆρα τὸ ὄμμα πρὸς αὐτὸν ἔφη· Ἡμεῖς μέν, ὦ κύριε καὶ ἀρχηγέ, τῶν Μουσουλμάνων οἴδαμεν ἀκριβῶς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐκ πολλῶν χρόνων διάθεσιν· καὶ γὰρ ἤδη ἐπέκεινα τὰ ἔτη τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα, ἀφ' οὗ ὁ σὸς πρόπαππος Ὀθμὰν τὰ τῆς Βιθυνίας, καὶ Παφλαγονίας, καὶ Φρυγίας μέρη ἁρπάσας ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἡμετέρων γονέων κατέσχε. Ὁ δὲ ἔκγονος αὐτοῦ Ὀρχὰν γενόμενος κύριος καὶ κληρονόμος τῶν αὐτῶν θεμάτων, οὐ διέμεινέ ποτε ταῖς συνθήκαις καὶ ὅρκοις, παραβαίνων καὶ μεταπηδῶν ὅρια, ἃ ἠσφαλίσαντο Θεὸς καὶ ἀλήθεια. Ἄγων ἔτος ἔκτον ἐγγὺς που ἑκατοστὸν, ἀφ' οὗ τὰ τῆς δύσεως ἤρξατο φθείρειν· εἶτα ὁ ἔκγονος αὐτοῦ, ὁ σὸς πατὴρ Ἰλτρὴμ, γενόμενος κύριος τῶν πραγμάτων καὶ θεμάτων κατὰ διαδοχὴν, καὶ αὐτὸς παραβαίνων τοὺς ὅρκους, ἐπὶ τῷ τέλει τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ πᾶσαν καὶ αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐν χερσὶ Περσῶν παρέδωκεν. Νῦν δ' ἐκείνου παρελθόντος ἐγγύς που τὰ τριάκοντα ἔτη (25) τελούμενα ἕως σήμερον οἱ ὑμέτεροι ἀδελφοὶ Μουσουλμὰν, Μω-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(25) Ἐγγὺς που τὰ τριάκοντα ἔτη. Fieri nequit, ut a Bajazitis Iltrim obitu ad hanc diem anni triginta numerentur, cum Bajazites obierit anno Christi 1402, Leontarius vero anno 1422 hæc ad Mustapham verba habuerit.

Digitized by Google

σῆς παραβάντες ὅρκους, κακῶς καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ζωῆς ἐξέπεσον. Μόνον ὁ ἤδη νεωστὶ παρελθὼν Μεχεμὲτ ἀρχηγὸς ὁ σὸς ἀδελφὸς, αὐτὸς τοὺς ὅρκους ἐτήρησεν καὶ αὐτὸς τὸ τέλος εἰρηνικὸν καὶ τὴν τρυφὴν τῆς ἡγεμονίας εὐδαιμόνως ἀπέλαβεν. Σὺ δὲ ταῦτα ποιῶν, οὐκ εἰς μακρὰν γελάσει ἡ τύχη, συναίρουσα καὶ βοηθοῦσά σοι. Ἀδίκους γὰρ ὁ Θεὸς πρὸ καιροῦ παραπέμπει εἰς ᾅδην, καὶ τοὺς ἀθετοῦντας αὐτὸν εἰς τέλος ἀχαρίζει. Ὅτε γὰρ φεύγων εἰσῆλθες ἐν Θεσσαλονίκῃ, εἰ ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων παρέδιδου σε τῷ Μεχεμὲτ, καὶ ἀγχόνῃ τὴν ζωήν σου ἐλάμβανε· εἶχον ἂν πολλοὶ αἰτιᾶσθαι κατακρίνειν Ῥωμαίους ὡς προδότας, καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς προσφυγόντων δεινοὺς φονέας, καὶ τὰ ἐναντία τοῦ δικαίου πράττοντας. Ἄρτι δέ σε ἀρχηγὸν ἀναδείξαντες μετὰ Θεὸν οἱ Ῥωμαῖοι, γράφεις μὲν Θεῷ τὸ πᾶν, καὶ τοῦτο καλῶς εἰρηκας, οὐδ' ἐγὼ ἀντιλέγω· τοὺς δὲ συγκοπιάσαντας ὡς ἐχθροὺς λογίζῃ, καὶ ἀντιστρέφεις τὸ πρόσωπον. Ὑγίαινε οὖν εὐφραινόμενος. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τοὺς ἰδίους οἴκους ἀπελθόντες, καὶ τῷ βασιλεῖ ἀναγγείλαντες τὰ τῆς ἀπάτης, τὸ πᾶν Θεῷ ἀναθέμενοι προσκαρτερήσομεν, ἐκδεχόμενοι τὴν αὐτοῦ δικαίαν ἀπόφασιν. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἐξελθὼν τοῦ λιμένος, καὶ τὰ ἱστία πτερώσας, τὴν πρὸς Κωνσταντινούπολιν πορείαν ἔπλευσεν.

A *giis deliciis ac luxu affatim satiatus est. Tu vero his patratis haud diu uteris propitia et adjutrice fortuna. Iniquos* **87** *enim Deus ad inferos immatura morte detrudit; ipsique non auscultantes in æternum delet. Cum equidem exsul ingressus es Thessalonicam, si Romæorum imperator Mehemeti te tradidisset, et laqueo vitam finivisses: Romæos, ut proditores, eorumque qui ad ipsos confugiunt, crudeles mactatores, a quitati justitiæque adversantes, multi accusare et condemnare potuissent. Romæi equidem adjuvante Deo, imperatorem te constituerunt; Deo enim omnia ascribis, idque recte dixisti, nec quidquam oppono; eos vero, qui opem tibi tulerunt, hostium loco habes dorsumque eis obvertis. Sanitate voluptatibusque fruere. Ad nostros reversi imperatori nos dolo circumventos esse narrabimus: Deoque omnibus remissis, cum patientia justam ejus sententiam exspectabimus.* Hæc locutus e portu expansis velis solvit, versusque Constantinopolim cursum direxit.

B

CAPUT XXV.

Manuel imperator cum Morate fœdus pangere cogitat. Mustaphas res suas constituit, otio deinde et ignaviæ totum se dat. Morates de recuperando imperio serio agitat, Abrahamum Bassam ad Manuelem destinat, qui re infecta discessit. Aluminis in Phocide confectio. Phocæa nova condita, ab Andrea et Jacobo Cataneis gubernata, fit Turcis tributaria. Joannes Adornus Phocææ rector Mahometem, et deinde Moratem adit, et huic per litteras in eo copiisque trajiciendis operam suam pollicetur. Mustaphas ad nuntium transitus Moratis in Europam fit mœstus. Eum alloquitur Cimeites et objurgat, suadetque ut in Asiam transeat; interim ipse de deserendo Mustapha secum agitat. Mustaphas Lampsacum venit, et Lopadium usque progreditur, cujus pontem prior occupat disrumpitque Morates.

Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ (26), καὶ λύπῃ πολὺ συσχεθεὶς, καὶ θυμοῦ πλήρης γενόμενος, μὴ ἔχων ὅ τι ποιῆσαι, ἐβουλεύσατο κατὰ νοῦν τὴν ἑτέραν βαδίσαι, καὶ στεῖλαι πρέσβεις τῷ Μουράτ. Καὶ εἰ βούλεται πληρῶσαι τὴν πατρικὴν θέλησιν, καὶ δοῦναι τὰ δύο βρέφη ὁμήρους, ἐπεὶ ἐκποδὼν ἐγεγόνει ὁ Παγιαζὴτ, πάλιν Θεοῦ ἀρωγοῦντος ἀποκαταστήσει τοῦτον εἰς τὴν πατρῴαν ἡγεμονίαν. Ὁ δὲ Μουσταφᾶς, καὶ γὰρ εἰς αὐτὸν ἐπαναδραμέτω ὁ λόγος, ὀχυρώσας τὸ φρούριον, καὶ συντάξας καλῶς, καὶ νουθετήσας τὸν δῆμον, καὶ καταστήσας δρουγγαρίους καὶ κόμητας (27) οἰκείους τοῦ μεγάλου στόλου, καὶ τὸν πύργον τὸν ἐν τῷ λιμένι καλῶς ὡς ἐχρῆν ἀσφαλίσας, καὶ ὅρκους διδοὺς αὐτοῖς, καὶ δωρεαῖς ἀμείψας, ἐν τῇ Ἀδριανοῦ τὴν πορείαν ἐποιεῖτο. Καὶ δὴ εἰσελθὼν ἐν τοῖς δόμοις τοῦ ἀποιχομένου Μεχεμὲτ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ εὑρὼν θησαυροὺς ἀναριθμήτους, καὶ ἑτέραν ἄλλην παρασκευὴν ὑπέρμετρον, ἐνδύματα, καὶ λίθους, καὶ μαργάρους πολυτελεῖς, γυναῖκας ὡραίας, καὶ νέους παιδίσκους εὐπροσώπους καὶ κάλλει διαφέροντας, καὶ πᾶσαν

C At Manuel imperator de istis certior factus, mœrore simul ac ira correptus, quidque ageret anceps, aliam viam ingredi statuit, legatosque ad Moratem mittere, acturos de eo, favente divino numine, in paternum imperium reducendo; quandoquidem Bajazites Bassare infecta e vivis excesserit: ea tamen conditione si patris voluntatem ratam habere voluerit, et duos infantes obsides dare. Interea Mustaphas, ad cujus res narrandas redeundum, arcem Callipoleos munit, recte constituit, in plebem etiam animadvertit, præficitque drungarios et comites domesticos magnæ classi. Turi etiam tuendæ, quæ portui imminet, præsidium imponit omnibusque necessariis instruit: jurejurando benevolum se fore promittit, donaque largitus Adrianopolim contendit. Palatium illic, quod habitaverat frater ejus Mehemetes, ingressus, divites supra modum thesauros consequitur, aliamque immensam supellectilem, vestem, lapillos ac margaritas pretiosissimas: feminas quoque pulcras, **88** pueros et juvenes oris ac vultus decore præstantes,

D

Ismaelis Bullialdi notæ.

(26) *Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς Μανουήλ.* Verisimiliora sunt quæ noster hic explicat, quam illa quæ Phranzes et Laonicus, quasi per transennam et negligentissime, percurrunt. Delusus enim a Mustapha, qui opem tulerat, Manuel ira commotus consilia, quibus istum pessumdare, suasque in tuto res collocare possit, jure agitat, et ad finem perducere laborat.

(27) *Δρουγγαρίους καὶ κόμητας.* Drungarii sunt classis præfecti, quibus inferiores erant comites. Videndus Curopalates in officiis aulæ Constantinopolitanæ.

Digitized by Google

aliaque Walachiæ spolia : tum otiose tradere, has divitias profundere, et quotidie libidini ac crapulæ se dedere. Morates autem etiamnum juvenis, quippe vicesimum annum nondum impleverat, Prusæ Bithyniæ morabatur, iisdem moribus assuetus : modestior tamen, quod curis sollicitaretur, erat, nec effrenatum eum sinebant de rebus suis cogitationes ; agitabat quippe anima, quibus modis paternum imperium recuperare posset, quod pater suus magnis laboribus partum possidebat, ipse vero nullo suo flagitio amiserat. Aderant ei magnatum præcipui, præter Bajazitem, quem jam diximus fato malo periisse. Intellecta autem arcis Callipoleos traditione, quodque Leontarius deceptus ac vacuus dimissus esset, atque etiam Mustaphas, intemperate luxui ac libidinibus obnoxius, curam tuendo imperio non adhiberet, consilium capit, ei, quod inierat imperator, simile ; priorque ad hunc legatum mittit, Abrahamum quemdam fratrem Hali, de quo mentionem fecimus, virum prudentem et probum, Turcorum propudiosis verbis ac libidinibus inassuetum. Qui, cum vivo Bajazite Bassa secundo loco haberetur, eo mortuo primos honores adeptus est, procerumque princeps, et Moratis imperii Mesazda fuit. Venit is Constantinopolim, ubi eorum, quæ molitus erat imperator, nullum verbum fecit. Turci quippe iram immanem mente tepos tam in occulto tenebant, donec tempus res eorum in melius verteret; oculis placidis ac serenis, et ad fraudem animo composito, lupum, quem intus gerebat, in ovem mansuetam foris transformabat. Mansuetis itaque verbis ac submissis auxilium rogat; causam crimenque omnium quæ patrata erant in Bajazitem Bassam transfert : extra culpam esse se, pariterque Romæos profitebatur, tali sermone usus : *Si ita visum fuerit majestatituæ, brevi tempore dominum meum Moratem paterno regno iterum reddes, quomodo etiam erga patrem ejus, imperator illustrissime, te gessisti. Clavum quippe manu tenes, et navem quocunque libuerit convertis, cujus gubernacula perite dirigis. Qualem sane ejus patri te præbuisti, qui viribus tuis fretus Mosi restitit, sic facias, et miserere nostri, neque sinas imperium obtinere illum, qui nedum specu dignus est.* Mehemetes enim (nobis sæpius dictus) dum adhuc regnabat in Asia, Mose Thraciam, post occisum fratrem Musulmanum, occupante, hostis infestus et capitalis Romæis et urbi (quod supra monuimus) fuit. *Illo tempore, o imperator, Trusa Mehemetem accersivisti, quem cum exercitu* **89** *trajectum fide data intra Constantinopoleos mœnia accepisti. Is vero cum copias eduxisset, semel atque iterum, sæpiusque cum Mose pugna inita, victus Constantinopolim se recepit : denuoque ut bello ex-*

ἄλλην ὕλην Βλάχίας, ἐκάθητο κατασπαταλῶν, καθ' ἡμέραν μεθύων καὶ ἀσελγαίνων. Ὁ δὲ Μουρὰτ ἔτι νέος ὤν, καὶ οὔπω τὸ εἰκοστιοστὸν ἔτος ἐλάσας, ἐκάθητο ἐν Προύσῃ τῆς Βιθυνίας καὶ αὐτὸς τὰ ὅμοια πράττων · πλὴν οὐ τόσον · καὶ γὰρ ὑπὸ τῆς φροντίδος ἐδάκνετο, καὶ οὐκ εἶχ τοῦτον ὁ λογισμὸς ἀχαλίνωτον · ἀλλ' ἐσκέπτετο πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ ἀνακαλέσηται πρὸς αὐτὸν τὴν ἡγεμονίαν τὴν πατρικὴν, ἣν ὁ πατὴρ ἐκτήσατο διὰ πολλῶν κόπων, αὐτὸς δὲ ἄνευ ἐπηρείας τινὸς ἔφθασεν ἀπολέσας. Εἶχε γὰρ μετ' αὐτοῦ καὶ ἐῶν μεγιστάνων τοὺς προὔχοντας πλὴν τοῦ Παγιαζήτ · καὶ γὰρ πρὸ ὀλίγου κακῶς ἀπεβίω, ὡς ὁ λόγος ἐδήλωσεν. Μαθόντες γὰρ ὡς τὸ φρούριον τῆς Καλλιουπόλεως παρεδόθη, καὶ ὁ Λεοντάριος κενὸς ἀπεπέμφθη, καὶ ὁ Μουσταφᾶς ἔτι ἀκολάστως κατασπαταλᾷ, μὴ ἔχων φροντίδα πῶς δεῖ φυλάξαι τὴν ἡγεμονίαν ἀσινῆ, βουλὴν βουλεύεται, τὴν ἣν καὶ ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύσατο, καὶ πρέσβεις προφθάσας οὗτος πέμπει πρὸς βασιλέα Ἰπραΐμ (28) τινα ἀδελφὸν ὑπάρχοντα τοῦ Ἀλῆ, ὃν ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἄνδρα συνετὸν καὶ εὐήθη, καὶ πρὸς τὰς τῶν Τούρκων ἀναιδεῖς βλακείας καὶ ἀσελγείας ἀσυνήθη · ὃς καὶ τὰ δευτερεῖα τοῦ Παγιαζὴτ φέρων, τὰ πρωτεῖα ἐκείνου παρελθόντος ἔλαβε, καὶ τῶν μεγιστάνων πρῶτος ἦν, καὶ μεσάζων τῆς ἡγεμονίας τοῦ Μουράτ (29). Ἐλθὼν οὖν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ περὶ μὲν τῶν ὧν ἔπραξεν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐγένετο μνήμη · ἀλλ' ἐν τῷ νῷ διατρέφοντες θυμὸν ἀχαλίνωτον, ἕως ἂν ὁ χρόνος εἰς εὐδαιμονίαν ἄξῃ τὰ περὶ αὐτῶν, ταῦτα ἐκρύπτοντο · ἱλαρῷ δὲ βλέμματι, καὶ ὑπούλῳ γνώμῃ τὸν ἔνδον λύκον ὡς πρόβατον ἔξω ἐδείκνυε. Καὶ δὴ λόγους συνάρας πράους τε καὶ λίαν ταπεινοὺς, βοήθειαν ἐξεκάλει, ὡς ἐξ αἰτίας γεγονότα, ὅσα δὴ καὶ γεγόνασι, λέγων τοῦ Παγιαζήτ · ἀθῴους αὐτοὺς ἀποδεικνύων, ὡσαύτως καὶ Ῥωμαίους, λέγων, *Εἰ θελήσει τὸ σὸν κράτος, ὡς ἐν ὀλίγῳ ἀποκαταστήσεις πάλιν εἰς πατρικὴν ἡγεμονίαν τὸν ἐμὸν δεσπότην Μουράτ, καθὼς καὶ ἐν τῷ πατρὶ αὐτοῦ εἰργάσω, λαμπρότατε βασιλεῦ. Ἔχεις γὰρ ὑπὸ τὴν χεῖρα τὸ πηδάλιον, καὶ ὅπου ἂν βούλῃ ἐκεῖ καὶ τὴν ναῦν μετιστρέφεις καλῶς ἰθύνων τοὺς οἴακας. Ὡς γὰρ εἰργάσω ἐν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἀντιστάντος τῷ σῷ κράτει Μωσῆ, οὕτω καὶ νῦν συμπάσχησον, καὶ μὴ ἐάσῃς τὴν ἡγεμονίαν κατέχειν, ὃς μηδὲ μιᾶς καλύβης ἄξιος.* Καὶ γὰρ ὁ (πολλάκις προλεχθεὶς) Μεχεμὲτ ἔτι ἡγεμονεύων ἐν τῇ ἀνατολῇ, τοῦ Μωσῆ τότε τὴν ἡγεμονίαν τῆς Θράκης ἔχοντος, καὶ τὸν ἀδελφὸν Μουσουλμὰν κτείναντος, ἐναντίος ἐφάνη Ῥωμαίοις, καὶ τῆς πόλεως ἐχθρὸς ἄσπονδος (ὡς προλέλεκται). *Τότε, ὦ βασιλεῦ, μεταπεμσάμενος ἀπὸ τῆς Προύσης τὸν Μεχεμὲτ, καὶ πίστεις δοὺς, εἰσάξας αὐτὸν ἐντὸς τῆς Κωνσταντίνου σὺν τοῖς στρατεύμασι περαιωθέντα · καὶ ἐξελθὼν καὶ μίαν,*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(28) *Πέμπει πρὸς βασιλέα Ἰπραΐμ.* Frater hujus Abrahami fuit Hali-begus : quem cap. 21, fugatum vidimus a Percligiæ Mustaphæ sectatoribus.

(29) *Καὶ μεσάζων τῆς ἡγεμονίας τοῦ Μωράτ.* Μεσάζων hic pro συμβούλῳ, seu consiliario, Turcis *vezir* dictus.

Digitized by Google

εὐφημήσαντες, ἡγεμόνα ὡς καὶ πρότερον ἀνηγόρευσαν. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Μουσταφᾶ ἐκέλευσε σὺν ὅτι πλείστῃ τιμῇ τοῦ βαστάσαι, καὶ φέρειν αὐτὸ διὰ εὐγενῶν ἀνδρῶν ἐν τῷ πυργίῳ, κἀκεῖ θάψαι σὺν τοῖς προγόνοις αὐτοῦ. Καὶ οὕτω ἐγένετο ἡ δευτέρα ἀνάρρησις τοῦ Τζινεήτ.

CAPUT XXVII.

De Cineitis fuga varii sermones, qua cognita Mustaphas fugam capessit et in Thraciam trajicit. Adurnus Moratem ejusque copias ex Asia in Europam transfert, quem Mustaphas, id ne faciat, frustra promissis amplis tentat. Morates cum copiis in terram expositus Mustaphæos in fugam vertit, Callipolim recipit, et Adrianopolim petit. Mustaphas captus, et in urbis loco publico laqueo suspensus ac strangulatus.

Reversi vero videamus, quos Lopadii reliquit aufugiens Cineites, quæque ipsis acciderint. Ubi mane surrexerunt proceres, et ut mos erat, convenissent, inter se disserere, ut nocte præterita magnus in Cineites tentoriis tumultus excitatus fuerit. Alii dicere transfugam ipsum Morati in ripa ulteriore se adjunxisse. Alii, qui invidia eum prosequebantur, jactare, quod factum erat, a se prædictum : Moratis etiam exercitus, qui in ripa opposita considebat, Cineitem revera aufugisse cognovit. Tunc in ejus castris exaudire erat tubarum aliorumque instrumentorum sonum, clamores, lætitiæ signa, quæ cœlum usque pertingebant : simulque in paludis oris equitantes conspiciebantur. Excitatus deinde Mustaphas, comperta Cineitis fuga, ipsum ad Moratem transiisse, eique se conjunxisse, nec aliud præterea suspicatus est ; turbatusque ac territus illinc abire festinat : exercitum porro ipsius trepidantem pavore injecto cernere erat. At hostes contra insequi clamore sublato, probris lacessere, sua lingua *Dur, Dur, Catlan*, audacter vociferando, id est, *Sistite gradum, sistite, nec fugite*. Ponte namque rupto Moratis miles transire haud poterat, cumque adversariis manus conserere. Mustaphas deinde equo insidens Lampsacum versus discessit, trajicere in continentem oppositam festinans. Morates pontem eodem die lignis trabibusque magnis comportatis resarcitum ac refectum transiit ; eique occurrentes obviam plerique Mustaphæ milites applaudunt, cultum ac veneration em exhibent. Mustaphas Lampsacum venit, proverbialis vere graculus plumis spoliatus ; unoque navigiolo, quod paratum invenit, quatuor solummodo servis, quibus cursoribus utebatur, comitantibus Callipolim trajicit, ejusque urbis levis armaturæ milite coacto, quid futurum esset, exspectabat. Morates equidem ponte **99** superato, cursores Phocæam ad Adurnum mittit, qui nuper gesta nuntiarent, ipsum monerent, ut quanto ocius ad fretum tota classe navigaret. Is itaque quas paratas naves habe-

Ἐπαναστραφέντες τοίνυν ἴδωμεν καὶ τοὺς, οὓς ἐν τῷ Λοπαδίῳ ἀποδεδρακὼς ἀφῆκεν ὁ Τζινεήτ, πῶς ἄρα τὰ κατ' αὐτῶν ἐγεγόνεισαν. Πρωΐας ἐγερθέντες, κατὰ τὸ ἔθος εἰς παράστασιν ἐρχόμενοι οἱ μεγιστᾶνες ἐκοινολογοῦντο ἀλλήλοις, ὡς τῇ νυκτὶ ταύτῃ μέγας ἐγεγόνει θροῦς ἐν ταῖς σκηναῖς τοῦ Τζινεήτ. Ἄλλοι ἔλεγον ὅτι τὴν περαίαν διαβὰς μετὰ τοῦ Μωρὰτ ἠνώθη, ἕτεροι δὲ, οἱ καὶ φθόνον κατ' αὐτοῦ τρέφοντες, τὸ γεγονὸς προσφήτευον· οἱ δὲ τὴν περαίαν οἰκοῦντες οἱ τοῦ Μωρὰτ ἔμαθον ὡς ἀληθῶς ὁ Τζινεὴτ διέδρα. Καὶ τότε ἦν ἰδεῖν ὀργένων καὶ σαλπίγγων ἦχον πολὺν ἐν τῷ στρατῷ τοῦ Μωρὰτ, καὶ ἱππηλασίας ἐν ταῖς ὄχθαις τῆς λίμνης, καὶ βοὰς, καὶ ἀλαλαγμοὺς φθανούσας ἕως οὐρανοῦ. Ὁ δὲ Μουσταφᾶς ἐγερθεὶς καὶ μαθὼν τὴν φυγὴν τοῦ Τζινεήτ, ἤσθετο ὡς οὐκ ἀλλαχοῦ εἰ μὴ τὴν περαίαν διαβὰς μετὰ τοῦ Μωρὰτ ηὐλίσθη, καὶ σύντρομος γεγόνως ἔσπευδεν ἀναχωρῆσαι τῶν ἐκεῖ. Καὶ ἦν ἰδεῖν δειλίαν μεγάλην ἐν τῷ στρατῷ, καὶ ταραχὴν καὶ θόρυβον. Οἱ δὲ ὑπεναντίοι τὰ ἀντίρροπα κατέτρεχον βοῶντες, καὶ ὀνειδίζοντες, κράζοντες ἀδεῶς κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶτταν, *Στῆτε, στῆτε, μὴ φεύγετε*· οἷον *Τούρουν, Τούρουν, Κατζμάν*. Οὐκ εἶχον γὰρ πόρον, διεφθαρμένης οὔπω τῆς γεφύρας, τοῦ περᾶν καὶ συμμίξαι. Ὁ Μουσταφᾶς οὖν ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ᾥχετο πρὸς τὰ τῆς Λαμψάκου μέρη, σπουδάζων τὴν περαίαν καταλαβεῖν.

Ὁ δὲ Μωρὰτ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ συναρμόσας τὴν γέφυραν διὰ ξύλων μεγάλων δοκῶν, περᾷ τὴν γέφυραν, καὶ οἱ πλεῖστοι τοῦ Μουσταφᾶ τρέχοντες προσεκύνουν αὐτῷ καὶ εὐφήμουν. Ὁ δὲ Μουσταφᾶς φθάσας ἐν Λαμψάκῳ, κατεψιλωμένος κολοιὸς τὸ ἀληθὲς τῆς παροιμίας, εὑρὼν ἑτοίμην μίαν τῶν σκαφῶν περᾷ ἐν Καλλιουπόλει σὺν τέτταρσι καὶ μόνοις τῶν ταχυδρόμων δούλων αὐτοῦ. Καὶ συναθροίσας τὸ γασμουλικὸν τῆς Καλλιουπόλεως ἵστατο ἐκδεχόμενος τὸ μέλλον. Ὁ δὲ Μωρὰτ μετὰ τὸ περᾶσαι τὴν γέφυραν στέλλει ταχυδρόμους εἰς Φώκαιαν δηλῶν τὰ γεγονότα τῷ Ἀδούρνῳ· καὶ μηνῶν ὡς τάχιστα εὑρεθῆναι σὺν ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν πορθμόν. Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος (42) ἑτοίμας ἔχων τὰς ναῦς, εἰσελθὼν καὶ τὰ ἱστία πτερώσας ἔπλει πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, τὸν ἄνεμον ἔχων φυσῶντ' ἀπὸ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(42) Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος Laonicus lib. v, et Leunel. lib. viii, navem unam Genuensi, quæ fortuito ad Lampsaci oram appulerat, usum esse ad transfretandum Moratem narrant. Phranzes lib. i, cap. 40, Moratem, ut trajiceret, navibus usum esse ait.

Digitized by Google

πρώρας (43), καὶ διὰ νυκτὸς νήξας τὸ πέλαγος, A πρωΐας ἀντιπαρέστη μέσον Λαμψάκου καὶ Καλλιουπόλεως, καὶ ὁ Μωρὰτ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐν ταῖς ἀκταῖς. Ἐγγὺς οὖν γεγονυῖαι, ἦσαν γὰρ ἑπτὰ ὑπερμεγέθεις, εἰσῆλθεν ὁ Μωρὰτ ἐν τῇ κρειττοτέρᾳ καὶ μειζοτέρᾳ. Ἔδωκε γοῦν ὁ Ἀδοῦρνος μεγάλην τιμὴν τῷ Μωρὰτ, ὡς ἐχρῆν, καὶ ὁ Μωρὰτ τῷ Ἀδούρνῳ, καὶ συνηδρίαζον ὁμοῦ ἐν τῇ νηΐ καὶ ὡμίλουν. Εἶχε γὰρ ἐν φροντίδι μήποτε οἱ Φράγκοι, καταφρονήσαντες τοὺς ὅρκους, ἔκδοτον ποιήσωσι τὸν Μωρὰτ ἐν χερσὶ τοῦ Μουσταφᾶ, καὶ λαβόντες θησαυροὺς πλείστους ἀπέλθωσιν. Εἶχε δὲ ὁ Μοῦρὰτ σὺν αὐτῷ ὁπλίτας οἰκείους δούλους σὺν τοῖς σατράπαις αὐτοῦ, ἐν τῇ νηΐ ᾗ ἐπέβη, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσίους. Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος ἐν τῇ αὐτῇ νηΐ ὑπὲρ τοὺς ὀκτακοσίους B γενναίους ὁπλίτας Φράγκους· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν ὑπῆρχον τόσοι ἐπιβάται Τοῦρκοι, ὅσον ὁπλιτικὸν Φράγκων ἑκάστη ἐκέκτητο. Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος ἦν φυλάττων τοὺς ὅρκους αὐτοῦ ἀκεραίως ἄνευ δόλου τινός. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τοῦ πορθμοῦ ἀναστὰς ὁ Ἀδοῦρνος, καὶ γόνυ κλίνας ἐναντι τοῦ Μωρὰτ, ᾐτήσατο τὸ ὀφειλόμενον χρέος τοῦ μετάλλου τῆς στυπτηρίας. Καὶ ὁ Μωρὰτ ἀγαλλόμενος ἐδωρήσατο, καὶ ἐβάπτετο κάλαμος· ἐξαλείφων παλαιοῦ χρέος ἀπότισιν· τὸ δὲ χρέος ἦν ὡς εἰκοσιεπτὰ χιλιάδες νομισμάτων ἀπαρίθμησιν.

bat, conscendit, velisque explicatis Hellespontum versus vento a puppi flante navigavit, noctuque emenso mari, inter Lampsacum et Callipolim diluculo comparuit, cum eodem etiam tempore Morates in littore esset. Appulsis ergo septem magnis navibus, earum ampliorem præstantioremque Morates conscendit. Adurnus, ut decuit, maximos honores ac cultum Morati detulit, qui vicissim Adurnum quoque honorifice habuit; consederunt postmodum et inter se collocuti sunt. Verumtamen anxius erat Morates, formidabatque ne Franci spreto jurejurando ipsum Mustaphæ traderent, thesaurisque ingentibus acceptis discederent. Hac de causa Morates in nave quæ vehebatur, secum habuit supra quingentos servos domesticos armatos, Adurnusque eidem supra octingentos armis instructos Francos, eosque strenuos imposuerat: in cæterisque navibus tot vectores Turci, quot armati Franci erant. Adurnus equidem bona fide, et sine fraude inviolatum jusjurandum observabat. Dum autem in medio freto starent, surrexit Adurnus genibusque coram Morate flexis, quod vestigalis nomine debebat aluminis metalli causa, donari sibi rogat; quod Morates benigne lubenterque concessit. Tum veteris debiti, quod nummismatum viginti septem fere millia æquabat, tabula calamo inducta est.

Ὁ δὲ Μουσταφᾶς εἰς τὸ πέραν ἑστὼς, καὶ θεωρῶν τὰς ναῦς, ὡς πολίχνια ἐν μέσῳ πελάγους, ἢ ὡς νήσους, ἐτιτρώσκετο τῇ ψυχῇ· ἦν γὰρ εὔδιος ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Καὶ οὐκ ἔχων τί δρᾶσαι στέλλει ἓν τῶν ἀκατίων μεταχαλῶν τινα τῶν εὐνουστέρων τοῦ Ἀδούρνου, ὡς ἔχων λόγους τινὰς τοῦ ὁμιλῆσαι. Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος στέλλει τὸν αὐτοῦ βικάριον Βαρνάβαν δὲ Κορνήλια, καὶ τυχὼν μετὰ τοῦ Μουσταφᾶ, ὑπέσχετο τοῦ δοῦναι τῷ Ἀδούρνῳ πεντήκοντα χιλιάδας νομίσματα, μόνον μὴ ἐκβαλεῖν αὐτὸν ἔξω τῆς νηὸς, ἀλλ' ἀποπέμψαι ἑτέρωθι ἔνθα καὶ βούλεται. Ὁ δ' Ἀδοῦρνος οὐκ ἠθέλησεν ἀκοῦσαι. Ὁ δὲ Μωρὰτ ἀκούσας τὰ γενόμενα ἐνηγκαλίσατο τῷ Ἀδούρνῳ, καὶ εἶπεν· *Ἔσο ἀπὸ τοῦ νῦν ἡμέτερος ἀδελφὸς καὶ φίλος πιστός.* Τότε παραστάντες ἀντικρὺ Καλλιουπόλεως, οὐκ ἀφῆκαν οἱ τοῦ Μουσταφᾶ τὸ σύνολον D πλησιάσαι ἐν τῷ λιμένι. Οἱ δὲ κυβερνῆται τῶν νηῶν πρὸς τὰ τοῦ λιμένος μέρη τὰ κάτω, ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ πελάγει τὰ ἱστία χαλάσαντες, ὁμοῦ καὶ τὰς ἀγκύρας ἡτοιμάζοντο εἰς παρατάξεις τοῦ ἐξελθεῖν ἐν τῇ ξηρᾷ. Καὶ οἱ τοῦ Μουσταφᾶ διὰ ξηρᾶς διαδραμόντες ἀπεναντίας εἱστήκεσαν, κωλύοντες τὴν ἔξοδον. Ὁ δὲ Ἀδοῦρνος ἑτοιμάσας τὰς βάρκας, καὶ τὰ σκάφη καὶ ἀκάτια τῶν νηῶν ὑπὲρ τὰ εἴκοσιν ἔπεμψε, ἵνα λάβωσι γῆν, ὄντες ἐντὸς τούτων ὑπὲρ τοὺς πεντακοσίους Φράγκους τζαγρατόρους καὶ δορυπόμπους. Ἐξελθόντες οὖν καὶ ἀποπέμψαντες τοὺς τοξότας ὡς μίλιον ἓν μακρὰν τοῦ αἰγιαλοῦ, καὶ δεφενδεύοντες τὴν ἀκτὴν, ἀσφαλῶς ἐξῆλθε καὶ ὁ

Mustaphas interim in opposito littore considere et conspectis navibus, serenum quippe tunc cœlum erat, castellis in medio mari, insulisve paribus, animo percelli; quove se verteret nescius, navigium unum mittit, ut aliquem ex intimis Adurni amicis evocaret, quædam cum eo communicanda habere prætexens. Vicarium suum Barnabam de Cornelia ad Mustapham mittit Adurnus. Illi ad colloquendum admisso pollicetur Mustaphas numismata quinquagies mille Adurno soluturum, si Moratem in terram exponere nolit, sed aliquo pro libitu suo amandet. Quibus auscultare aversatus est Adurnus. His compertis hunc complexus est Morates, dixitque: *Frater noster ac fidus amicus in posterum sis.* At qui Mustaphæ militabant, Moratis naves portum ingredi prohibebant. Quare navium rectores ad partes inferiores portus ultra urbem vecti vela contrahunt, anchorasque expediunt, ut in terram militem exponerent. Mustaphæ vero copiæ ad littus accurrunt, contraque steterunt, excensu in terram eos prohibere laborantes. **100** Adurnus autem lembos, acatia scaphasque apparatas supra viginti mittit, quibus vecti terram appellerent Franci, plures quingentis zagratores et jaculatores: quibus in terram expositis, et littoris tuendi gratia milliare unum a mari sagittariis procedere jussis, secure Morates, sagittariis mille ambidextris stipatus, tribus insuper militum pugnacissimorum et robustissimorum millibus cinctus navi egredi-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(43) *Leg. procul dubio*, ἀπὸ πρύμνης.

Digitized by Google

tur. Cumque Franci in aciei fronte consisterent, A lanceis incussis, lapidibusque emissis viam late aperuerunt, et illico Moratis milites cum Francis tubarum clangore semel edito, in Mustaphæos impressionem cum impetu fecerunt : quos in fugam versos persequi, nisi maxima parte interempta, non destiterunt. Morates deinde ad castrum pergit. Mustaphas interim Adrianopolim quam ocissime contendit : ingressusque gazophylacium, in quo thesauri reconditi erant, pecunia ac supellectile, quantas auferre libuit, convasatis, viam Walachiam versus, incitatis quam maxime equis, carpit. Morates triduo Callipoli transacto, in deditionem accepto castro, cunctisque, qui ipsi, ne in portu exscenderet, obstiterant, promiscue occisis, Adrianopolim magnis itineribus profectus est, ingentem exercitum ex oriente et occidente collectum secum ducens. Ipsum etiam comitabantur Joannes Adurnus omnesque simul navium præfecti, sequebatur Italorum peditum supra bis mille agmen, strenuorum animoque bellum spirantium, quibus corporis tegumentum ære nigro confectum, armaque hastæ ac secures erant. Accedenti porro Adrianopolim, effusi cives obviam processerunt, faustisque acclamationibus eum prosecuti sunt : ipseque comiter omnes allocutus est. Ingressus deinceps patris palatium convivio opiparo omnes promiscue excepit; Adurnum cæterosque Latinos ad id vocavit; omniumque lætantium, fausta felicia que precantium vocibus ipsi acclamatum. Adurno præterea plurimis muneribus honorato. Peritheorion castellum quoddam in occidente situm, commercia etiam Phocæarum, ut iis, quandiu viveret, uteretur ac frueretur, concessit. Alios navium præfectos vestibus pretiosis, aliisque donis magnificis remuneratos, gratiis etiam actis, benevole dimisit : qui Callipolim profecti aptatis velis Phocæam versus renavigarunt. Morates interim velocissimos juvenes, ducesque expedivit, qui juxta Istri ripam Mustapham comprehenderunt; Constantinopolim enim cogitabat, sed præterita, quorum sibi conscius erat, quæque animo revolvebat, ab isto proposito revocabant. Ad Moratem **101** itaque retractum adducunt : qui sententia lata laqueo ipsi gulam frangi, in loco etiam publico ut scelestorum uni, jussit; ut in hominum animis, si non universorum, maximæ saltem partis plebis, opinio invalesceret, eum Bajazitis Othmanici filium non esse, sed subditi-

Μωράτ οὖν τοξότας χιλίους ἀμφοτεροδεξίους, καὶ μαχίμους ἀλκιμωτάτους ἐπέκεινα τῶν τρισχιλίων. Οἱ δὲ Φράγκοι ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως διὰ τῶν τζαγροβολισμάτων καὶ πετροβόλων τὴν ὁδὸν λίαν ἐποίουν. Τότε οἱ τοῦ Μωράτ σὺν τοῖς Φράγκοις μίαν ἀλαλαγὴν σαλπιγγώδη ποιήσαντες, κατὰ τοῦ Μουσταφᾶ ἔθεον, καὶ αὐτοὶ νῶτα διδόντες ἔφευγον, καὶ οὗτοι διώκοντες οὐκ ἐπαύοντο, ἕως οὗ πολλοὺς κατέσφαξαν· καὶ ὁ Μωράτ πρὸς τὸ πολίχνιον ἐλαύνων τῆς πόλεως. Ὁ Μουσταφᾶς ὡς εἶχε πρὸς τὰ τῆς Ἀδριανοῦ ᾤχετο, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ ταμείῳ ᾧ οἱ θησαυροὶ ἐναπέκειντο, καὶ λαβὼν χρήματα ὅσα ἠβούλετο, πρὸς τὰ τῆς Βλαχίας μέρη σὺν ὀλίγοις τὴν ὁδοιπορίαν ἐποίει, ἐλαύνων τοὺς ἵππους ὅσον ἐδύνατο. Ὁ δὲ Μωράτ ἐν Καλλιουπόλει τρεῖς ἡμέρας ποιήσας, καὶ τὸ φρούριον λαβὼν, καὶ τοὺς κωλύσαντας μὴ ἐξελθεῖν ἐν τῷ λιμένι πάντας ἀφειδῶς κατασφάξας, εἰς Ἀδριανούπολιν σπεύδων ᾤχετο, ἔχων μετ' αὐτοῦ πλεῖστον στρατὸν ἐξ ἑῴας καὶ δύσεως, καὶ τὸν Ἀδοῦρνον Ἰωάννην ὁμοῦ σὺν πᾶσι τοῖς ἐπιστατοῦσι τὰς νῆας, καὶ στρατὸν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους, ἄνδρας Ἰταλοὺς καταπεφραγμένους μέλανι χαλκῷ, καὶ δορυφοροῦντας, καὶ πελεκυφόρους πεζοὺς ἀρεϊκῷ θυμῷ ζέοντας. Ἐν δὲ τῇ Ἀδριανοῦ εἰσερχόμενος, ἅπαντες οἱ τῆς πόλεως ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν, εὐφημοῦντες αὐτῷ· ἐκεῖνος δὲ μετὰ περιχαρείας τοὺς ἅπαντας προσηγόρευε. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ εὐωχίαν μεγάλην καὶ πανδαισίαν ποιήσας, ἐκάλεσε πάντας τοὺς Λατίνους σὺν τῷ Ἀδούρνῳ, καὶ εὐφρανθέντες εὐφήμησαν αὐτὸν ἅπαντες. Δωρήσας δὲ τῷ Ἀδούρνῳ δωρήματα πλεῖστα, ἐδωρήσατο καὶ τὸ Περιθεώριον (44) ἕνα τῶν πολιχνίων τῆς δύσεως τοῦ ἔχειν καὶ νέμεσθαι τοῦτο ἐφ' ὅλης ζωῆς αὐτοῦ· ὁμοίως καὶ τὰ κομμέρκια τῶν Φωκαιῶν· καὶ τοὺς ἄλλους κυρίους τῶν νηῶν ἀλλάξας στολαῖς βαρυτίμοις, καὶ ἄλλοις πολυτελέσι δωρήμασιν, ἀπέλυσεν αὐτοὺς εὐχαριστήσας ἐν εἰρήνῃ· ἐλθόντες δὲ ἐν Καλλιουπόλει, καὶ πτερώσαντες τὰς νῆας ἔτεμον τὴν πρὸς Φώκαιαν θάλασσαν. Ὁ δὲ Μωράτ σὺν τάχει πολλῷ ἐξαποστείλας ὠκυπτέρους νεανίας καὶ στρατηγοὺς ἀνδρείους, συνέλαβον τὸν Μουσταφᾶν ἐγγὺς τῆς τοῦ Ἴστρου ὄχθης. Ἠβούλετο γὰρ εἰσελθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἀλλὰ τὰ προγεγονότα εἰς νοῦν λαμβάνων ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐκωλύετο. Παρέστησαν γοῦν αὐτὸν τῷ Μουράτ· ὁ δὲ ἔδωκεν ἀπόφασιν τοῦ δι' ἀγχόνης θανατῶσαι αὐτὸν ἐν τῷ δημοσίῳ τόπῳ (45), ὡς ἕνα τῶν κακούργων· ἵνα ἡ τῶν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(44) *Περιθεώριον.* Castrum est; sub Trajanopolitano metropolita episcopatus. De illo loco ita loquitur Cantacuz. *Hist.* lib. II, c. 38, dum recenset oppida ab Andronico Juniore instaurata : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ Θράκην παράλιον ἑτέραν πόλιν, κατεσκαμμένην καὶ αὐτὴν ἧς φασιν Ἀναστάσιον βασιλέα Ῥωμαίων οἰκιστὴν, καὶ ἐξ ἐκείνου προσαγορευομένην, ἀνέστησεν αὖθις, οὐ πᾶσαν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα ἐνῆν ἀπολαβών, Περιθεώριον προσηγόρευσεν. *Verum etiam in Thracia maritimam aliam urbem ædificavit antea dirutam; cujus conditæ auctorem Anastasium imperatorem dicunt, et de ejus nomine Anastasiopolin vocatam fuisse. Illam* [Andronicus] *refecit; non totam equidem, sed quantum spatii concludere potuit, Peritheoriumque appellavit.* Urbs illa Æno urbi vicina est in Thraciæ sita, non longe ab insula Thaso.

(45) *Ἐν τῷ δημοσίῳ τόπῳ.* De castelli pinna suspensus a Leunclavio dicitur lib. XIII, in loco autem publico factum, ut supposititium Mustapham homines crederent. Principes enim Musulmani clam et extra hominum conspectum fratres et consanguineos necare consueverunt.

Porro quod ad annorum notam spectat, obser-

Digitized by Google

ἀνθρώπων ὑπόληψις, εἰ καὶ οὐχὶ πάντες, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι τῶν τοῦ δήμου, καταλάβοι, ὡς οὐχ ὑπῆρχε υἱὸς τοῦ Παγιαζὴτ Ὀθμὰν, ἀλλ' ἦν πλαστὸς καὶ κατεσκευασμένος παρὰ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου. Ἡ δὲ ἀλήθεια οὕτως ἔχει ὡς τοῦ Παγιαζὴτ ὑπῆρχεν υἱός.

A tium, et ab imperatore Manuele Palæologo personatum in scenam productum esse. Verumtamen enim fuisse Bajazitis genuinum filium verissimum erat.

CAPUT XXVIII.

Morates Constantinopolim oppugnare aggreditur, Joanne imperatore, ob Manuelis senectutem et morbos, res imperii administrante. Corax Theologus proditionis reus damnatur; cujus mortem ulcisci cupiens Morates, Michaelem Pyllim, ob delatum Coracem, morte afficere properat; Pylles, Christum et fidem impie abnegando, vitam servat. Manuel Mustaphan, octuennem puerum, Moratis fratrem, contra hunc suscitat, et statim moritur. Mustaphas Nicææ captus a fratre strangulatur. Morates Thessaliam et Peloponnesum invadit. Cineiti per bassas suos bellum infert, et debellat: tandemque illum, totumque ejus genus, internecione delet.

Καθίσαντος οὖν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἡγεμονίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἤδη χειμῶνος ἄρξαντος, ἐν ἔαρι διαλαλιᾶς πανταχοῦ, καὶ κηρύγματα πέμψας, στρατὸν ἀθροίσας πολὺν, καὶ κατὰ τῆς πόλεως Κωνσταντίνου τὴν ἑτοιμασίαν ἐποίει. Καὶ ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ πρὸ πολλοῦ τὴν βασιλείαν τῷ υἱῷ Ἰωάννῃ ἀναθεὶς αὐτὸς γέρων ὢν, ἐκάθητο, σχολάζων ἐν μελέτῃ θείων λόγων. Μαθὼν οὖν ὅτι ὁ Μωρὰτ στρατεύειν μέλλει κατ' αὐτοῦ τῷ μηνὶ ἐκείνῳ, ἦν γὰρ Ἀπρίλιος, στέλλει ἀποκρισιάριον πρὸς αὐτὸν, ὀνόματι Θεολόγον Κώρακα, ἄνθρωπον ἐκ Φιλαδελφείας ὁρμώμενον, καὶ μετὰ τὴν τῶν Τατάρων εἰς τὴν Ἀσίαν ἔφοδον μετοικήσαντα ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἦν γὰρ πανοῦργος ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων τῷ τότε καιρῷ, καὶ εἰς τὰς τῶν Τούρκων πράξεις καὶ διαβολὰς πονηρότατος, συχνάζων μετά τινας τῶν ἀρχόντων ἐν τῷ παλατίῳ, ἐγένετο καὶ τῷ βασιλεῖ Μανουὴλ γνώριμος. Καὶ διὰ τὸ ἀσκεῖν τὴν Τούρκων γλῶτταν, καὶ ἐπίστασθαι αὐτὴν, ὡς ἐχρῆν, ἐστέλλετο σὺν τοῖς πρέσβεσι τοῦ βασιλέως ἀεὶ, ὑπηρετῶν καὶ μεθερμηνεύων τὰ λεγόμενα παρὰ τῶν πρέσβεων πρὸς τοὺς μεσάζοντας τοῦ ποτὲ Μαχουμὲτ ἡγεμόνος. Τοῦ καιροῦ τοίνυν ἀναλισκομένου συχνάκις εἰς τὸ τοιοῦτον ὑπούργημα, γίνεται γνώριμος καὶ τῷ ἡγεμόνι Μαχουμὲτ, καὶ τῷ μεγάλῳ μεσάζοντι Παγιαζήτ· καὶ τοσοῦτον ἐφιλιώθη, ὅτι εἴ τι ἦν τὸ βουλόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν Μαχουμὲτ, καὶ παρὰ τοῦ Μαχουμὲτ πρὸς τὸν βασιλέα, ἐν ἀκαρεῖ καιροῦ ῥοπῇ ὁ Θεολόγος ἐξύφαινε· καὶ ἐφαίνετο καὶ εἰς τοὺς δύο μέγας διορθωτὴς πραγμάτων πολλῶν. Ὁ τὰ πάντα γοῦν τὰ καλὰ βασκαίνων φθόνος ἐστοχάζετο καὶ πρὸς τὸν Θεολόγον ὀξέως. Τοῦ Μαχουμὲτ οὖν παρελθόντος, καὶ Παγιαζὴτ τοῦ μεσάζοντος, καὶ μεταπεσόντα τὰ πράγματα ἐν τῷ προῤῥηθέντι

Morates, postquam hiems jam cœpisset, in imperii paterni solio collocatus fuerat; proximo deinde B adventante vere, edicto publico præconumque voce jussis militatum venire militibus, ingentem exercitum cogit, et ad oppugnandam Constantinopolim se accingit. Jam diu tunc erat cum imperator Manuel filio Joanni imperio cesserat, ipseque senex divinarum Scripturarum studio quietus attendebat. Comperto itaque Moratis consilio, bellum ipsi inferre mense Aprili tunc labente destinantis, apocrisiarium ad eum mittit nomine Coracem Theologum, qui Philadelphia venerat, et Constantinopolim, Tataris Asiam invadentibus, habitationis sedem transtulerat. Erat equidem iste supra cunctos sui temporis homines astutus et fraudulentus: Turcorum more calumniis quemlibet appetere promptus, et assuetus. In palatio cum quibusdam principibus C viris familiaritate contracta, ipsi quoque Manueli imperatori innotuerat. Quod etiam linguam Turcicam egregie calleret, et loqueretur, ab imperatore cum legatis missus est: interpretisque munere apud veziros tunc regnantis Mahometis functus, Turcice reddendo, quæ a legatis dicebantur. Cum itaque diu sæpiusque hoc munere defunctus esset, principi Mahometi, et magno veziro Bajaziti etiam innotuit: eique tanta cum ipsis intercessit familiaritas ac amicitia, ut si quid imperator Manuel apud **102** Mahometem agendum haberet, vel apud imperatorem Mahometes, id statim Theologus pertexeret. Et æstimabatur inter hos duos multorum negotiorum componendorum magnus auctor. Invidia tandem, quæ omnibus perniciem affert, infesta tela D in Theologum impegit. Cum equidem Mahometes obiisset, Bajazitesque vezirus periisset, opera et

Ismaelis Bullialdi notæ.

vandum est Leunclavium, *Hist. Musulm.* lib. XIII, bellum a Mustapha Morati illatum, et universas ad illius interitum res gestas, ad annum Hegiræ 825 [Christi 1422] referre; cœpit enim ille 825 Hegiræ anno, Christi 1421, Decembris 26, fer. 6, cyclo solis 2, littera E. Adque eumdem annum lib. I, cap. 40, ista Phranzes retulit. Idem vero Leunclavius in Annalibus Turcicis ad annum 827 Hegiræ, Christi 1424 (perperam 1425 apud Leunclavium legitur) Moratem salutatum esse imperatorem, capto strangulatoque Mustapha Dusme, narrat. Ista igitur conciliare tali discrimine adhibito oportet; ita ut dicamus, post mortem Mehemetis adversus ejus filium Moratem statim Mustapham rebellasse, ac pro imperatore se gessisse: id bellum triennio gestum esse: ac tandem capto strangulatoque Mustapha anno Hegiræ 827 [Christi 1424] finitum esse. Hunc equidem Mustapham triennio regnasse testis est Laonicus lib. V: Ἐτελεύτησε δὲ Μουσταφᾶς βασιλεύσας ἐν Εὐρώπῃ ἔτη τρία. *Vitam finivit Mustaphas, postquam tres annos in Europa regnaverat.* Plura equidem gesta sunt, negotia plura agitata, legati de jungendis fœderibus ultro citroque missi, quam ut anni unius spatio perfici potuerint. Recte itaque Calvisius in Chronologia Mustaphæ mortem anno 827 Arabum (Christi vero 1424) assignat: quem etiam, Annalesque Turcicos sequimur.

Digitized by Google

auxilio Romæorum rerum summa ad Mustapham prædictum devolvitur. Et prius ab iis mutuo culta suavis amicitia, translato rursus ad Moratem imperio, in odium ac simultates versa est. Quas cum imperator mitigare ac placare decrevisset, ad Moratem apocrisiarios mittit Palæologum Lachanem, et Marcum Jagarin viros nobilitate ac prudentia insignes, qui rationibus ac verbis verisimilibus Morati suaderent, eorum quæ ipsi contigerant, auctorem Manuelem imperatorem non esse, sed Bajazitem, qui res imperii tum administrabat : nolueratque infantes imperatori tradere, ut patris ipsorum testamento jussus erat, hortationibusque monitus Bajazites : quin etiam contumeliose legatos, qui illos repetebant, dimiserat. At Morates hos apocrisiarios nec videre nec audire voluit, et paucos dies seorsim custoditos tenuit : donec quæ huic expeditioni militari ad urbem Constantinopolim oppugnandam necessaria ipsi erant, comparasset. Illos postea hoc dato responso dimisit : *Abite et nuntiate imperatori vestro brevi me venturum esse.* Paucos post dies, in unum coactis totis viribus, ingentem exercitum ducentorum milium pluriumve militum contra Constantinopolim ducit. Cives hac de causa in suspicionem de re aliqua atroci contra Theologum adducti dicebant, ipsum fraudem et dolos urbi struxisse, ægre ferentem se cum legatis profectum non esse. Erga Turcos duces etenim ut plurimum benigne affectus erat, ipsorumque imperatorem diligebat Theologus. Cognita tumultuantis multitudinis in Theologum invidia, Manuel ad Moratem de pace acturum eum mittit ; urbem quippe corona ac vallo jam cinxerat Morates, et tentoria intra templum Fontis prope muros erexerat. Urbe egressus Theologus Moratem ejusque proceres adit ; cum quibus multis de pace sermonibus collatis, tyrannum ad eam componendam adducere ulla ratione haud potuit. Plurium autem opinione ferebatur, cum Turco hac conditione pacisci voluisse. Si, inquit, fidem tuam jurejurando obligaveris urbis præfectum me fore, illam tibi tradam ; quæ verba ex fidissimis amicis ejus, qui aderat, unus auribus excepit. Talia pactus in urbem redit, ut qua die condicta ac **103** præstituta urbem expugnaturi Turci erant, ad Fontis portam suis stipatus staret, illosque introduceret. Theologus continuo imperatorem convenit, rationem eorum quæ legatus agitasset, redditurus. Ille vero alius, quæ verba superius recitata audierat, ad turbam retulit, patefacitque proditionem, quam Theologus meditabatur, indiciisque quibusdam fidem verbis suis conciliat. Ubi deinde ab imperatore Manuele, qui senex et infirma

A Μουσταφᾷ διὰ συνδρομῆς τῶν Ῥωμαίων, καὶ τὸ τῆς φιλίας γλυκὺ εἰς ἔχθραν πικρίας κατηντηκὸς, τῶν πραγμάτων πάλιν μεταπεσόντων εἰς τὸν Μουράτ· καὶ θέλων ὁ βασιλεὺς τὸ πικρὸν μεταβάλλειν πάλιν εἰς γλυκὺ, στέλλει πρὸς τὸν Μωράτ ἀποκρισιαρίους Παλαιολόγον τὸν Λαχανᾶν, καὶ Μάρκον Ἰάγαριν ἄνδρας εὐγενεῖς καὶ συνετοὺς, τοῦ παραστῆσαι διὰ λόγων πιθανῶν, ὅτι τὰ συμβάντα τῷ Μωράτ οὐκ ἦν αἰτία ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ὁ Παγιαζήτ, ὁ τῶν πραγμάτων τῆς ἡγεμονίας ἐπίτροπος· καὶ οὐκ ἠβουλήθη δοῦναι τὰ νεογνὰ ἐν χερσὶ τοῦ βασιλέως, καθὼς ἐνδιαθήκως προέτρεψεν ὁ πατὴρ αὐτῶν τῷ Παγιαζήτ· ἀλλ' ἀτίμως τοὺς αἰτοῦντας αὐτὰ πρέσβεις ἀπέπεμψεν. Ὁ δὲ Μωράτ τοὺς ῥηθέντας B ἀποκρισιαρίους μήτε ἰδεῖν μήτε ἀκοῦσαι θελήσας, περιορίσας αὐτοὺς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις (46), ἕως οὗ ἀπαρτίσαι δυνηθείη τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ πολεμικὰ κατὰ τῆς πόλεως, τότε ἀπέλυσεν εἰπών· Ὑπάγετε, *ἀναγγείλατε τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἤδη ἔρχομαι ταχύ.* Ἐν ὀλίγαις δ' ἡμέραις ἀθροίσας ἅπαντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ, ὑπεράριθμον ὄντα εἰπεῖν ἐπέκει τῶν διακοσίων χιλιάδων, κατὰ τῆς πόλεως ἐξεισιν. Οἱ δὲ πολῖται κατὰ τοῦ Θεολόγου ὑπενόουν κακὴν ὑπόνοιαν, λέγοντες ἐν νῷ, ὅτι διὰ μὴ ἀφίκεσθαι αὐτὸν ἐν τῇ πρεσβείᾳ ἔρραψε δόλον κατὰ τῆς πόλεως· ἦν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον φιλικῶς διακείμενος σὺν τοῖς ἀρχηγοῖς Τούρκοις, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ ἡγεμόνι ὁ Θεολόγος. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ, ὁρῶν τὸν θόρυβον ἐν μέσῳ τοῦ ὄχλου κατὰ τοῦ Θεολόγου, στέλλει τοῦ- C τον πρὸς τὸν Μουράτ ὡς δῆθεν πρεσβεύσων τὰ τῆς εἰρήνης· ἦν γὰρ ὁ Μωράτ περικυκλώσας καὶ χαρακώσας τὴν πόλιν, πήξας αὐτοῦ τὰς σκηνὰς ἐν τῷ ναῷ τῆς Πηγῆς ἔνδον, πλησίον τοῦ τείχους τῆς πόλεως. Ἐξελθὼν δὲ ὁ Θεολόγος καὶ ἐντυχὼν τῷ Μωράτ, καὶ τοῖς μεγιστάνοις αὐτοῦ, καὶ πολλὰ καμών, καὶ λαλήσας περὶ εἰρήνης, οὐκ ἐδυνήθη καταπεισθῆ ποιῆσαι τὸν τύραννον, ὡς τινὲς λέγουσιν· ὡς δὲ οἱ πλεῖστοι ὑπώπτευσαν, ἐλάλησε πρὸς τὸν Τοῦρκον, ὅτι Εἰ ποιήσεις μοι συνθήκας ἐνόρκους τοῦ εἶναί με ἔρχοντα καὶ ἡγεμόνα τῆς πόλεως, ἐγώ σοι ταύτην παραδώσω. Εἰς δὲ τῶν πιστοτάτων αὐτοῦ ἐνωτισθεὶς τὰ λεγόμενα· καὶ εἰσελθόντες ἐν τῇ πόλει· μετὰ τὸ ποιῆσαι τὰς συνθήκας, ὅτι τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει D γενέσθαι ὁ πόλεμος, αὐτὸς ἐν τῇ τῆς Πηγῆς πύλῃ μετὰ τῶν αὐτοῦ εἰσάξει τοὺς Τούρκους ἐντός. Εἰσελθὼν δὲ ὁ Θεολόγος, καὶ τυχὼν τῷ βασιλεῖ, καὶ διηγούμενος τὰ τῆς πρεσβείας, ἐκεῖνος ἀνήγγειλε τοῖς ἔξω τὰ περὶ τῆς ἀπιστίας αὐτοῦ, πιστούμενος τὰ λεγόμενα διὰ τεκμηρίων τινῶν. Ἐξελθὼν δὲ ὁ Θεολόγος ἐκ τῆς μονῆς, ἦν γὰρ οἰκῶν τότε ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ μονῇ τῆς Περιβλέπτου ἀσθενὴς καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(46) Ἐν ὀλίγαις δὲ ἡμέραις. Hanc Constantinopoleos obsidionem Phranzes refert ad annum mundi 6930, ut et Joannes Cananus, brevi a doctissimo clarissimoque viro Leone Allatio edendus. Noster Ducas eodem anno, quo Mustaphas strangulatus est tradit, id est, anno Christi 1424, mundi 6932. Laonicus lib. v, post interfectum Mustapham, Constantinopolim a Morate, frustra tamen obsessam ait ; idemque Phranzes lib. I, cap. 32. Quod Annales Turcici silentio transmittunt.

De Theologo illo Corace, et Pylle nihil apud Phranzem et Laonicum legimus.

Digitized by Google

γέρων· ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ἠσχολεῖτο πρὸς τὰ ἀντίμαχα τῆς πόλεως, καὶ μέρος τῶν ἀρχόντων, καὶ τὸ βασμουλικὸν ἅπαν κατεβόησαν κατὰ αὐτοῦ ὕβρεις καὶ λοιδορίας ἐκχέοντες. Τότε ὁ βασιλεὺς ἀκούσας τὴν ταραχὴν ἠρώτα τί τὸ γενόμενον. Οἱ δὲ παρέστησαν αὐτῷ τὸν ἄνθρωπον διηγούμενον τὰ περὶ τῆς προδοσίας. Θέλων δὲ ὁ βασιλεὺς καταπραῦναι ὄχλον, ἐκέλευσε περιορισθῆναι τὸν Θεολόγον, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν προδότην αὐτοῦ, ἵνα τὴν αὔριον ἐτάσῃ τὴν ἀλήθειαν. Οἱ δὲ Κρῆτες ὄντες ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ φύλακες, καὶ ἀκούσαντες τὰ τῆς προδοσίας ἔδραμον λέγοντες τῷ βασιλεῖ (ἦσαν γὰρ οἱ Κρῆτες ἀεὶ πιστότατοι καὶ ζῆλον θεῖον ἔχοντες πρὸς τὰ τεμένη ἁγίων, καὶ εἰς τὰ σφῶν λείψανα, καὶ εἰς τὸ βασίλειον τῆς πόλεως), εἶπον οὖν αὐτῷ· *Ὦ βασιλεῦ, ἄδικόν ἐστι ἡμᾶς προτιμᾶν τὴν πόλιν ὑπὲρ τὴν ἐγκαμένην, καὶ ποθεῖν τοῦ ἐκχεῖσθαι τὸ αἷμα ἡμῶν ὑπὲρ τῆς βασιλευούσης· οἱ δ' αὐτόχθονες, καὶ οἱ τὸ εὐδοξεῖν ἐκ ταύτης ἔχοντες, εἶναι προδόται τῶν θείων μυστηρίων, καὶ τῆς βασιλείας σου. Κέλευσον οὖν ἵνα παραδώσωσιν εἰς χεῖρας ἡμῶν τὸν Θεολόγον, καὶ ἡμεῖς ἐξετάσομεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτου.* Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο· Ἐγὼ μὲν δειλιῶ μή πως κατὰ φθόνον κινδυνεύει ὁ ἄνθρωπος· *Εἰ γὰρ ἐγίνωσκον ὅτι ἐν ἀληθείᾳ στρεβλὸς ἦν, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ κατεδίκαζον αἰσχίστῳ θανάτῳ. Ἄρατε οὖν ὑμεῖς καὶ ἐξετάσατε, καὶ εἰ μὲν ἀθῶος, ἄφετε· εἰ δὲ ἐπὶ τῷ κρίματι, τισάσθω τὴν τιμωρίαν.* Λαβόντες οὖν τὸν Θεολόγον καὶ ἐξετάσαντες ἀκριβῶς, καὶ διὰ τιμωριῶν, καὶ διὰ σημείων τινῶν, ὧν ἐρευνήσαντες εὗρον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ διάφορα σκεύη χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ χρυσοῦφαντα πέπλα, καὶ ἐγγράφους ἀποδείξεις ἃς ἐποίει κατὰ τοῦ βασιλέως· τὰ δὲ σκεύη ἐδίδοσαν παρὰ τοῦ βασιλέως ὡς ἀποκομισόμενα τῷ Τούρκῳ, ὁ δ' αὐτὸς ἐνοσφίζετο ταῦτα· τότε οἱ Κρῆτες σύραντες αὐτὸν διὰ τῆς λεωφόρου ἕως τῆς πύλης τῆς βασιλικῆς, ἐκεῖ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττουσιν ἀνηλεῶς καὶ ἀπανθρώπως· οὕτω γὰρ ἐξέγλυψαν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὡς μηδὲ τύπον φαίνεσθαι βλεφάρων ἢ δέρματος. Βαλόντες τοίνυν ἐν τῇ φυλακῇ ἐν τρισὶ ἡμέραις ἀπέθανε· τὴν δὲ οἰκίαν αὐτοῦ δημεύσαντες ἐνέπρησαν πολὺν θησαυρὸν γέμουσαν.

Ὁ Μουρὰτ οὖν ἀκούσας τὸν θάνατον τοῦ Θεολόγου, καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ φόνου, ἐθυμώθη τε καὶ ἐλυπήθη, καί τινες παρέδωκαν εἰς αὐτὸν, ὡς ὅτι αἴτιος τοῦ φόνου τοῦ Κώρακος οὐκ ἦν ἄλλος εἰ μὴ Μιχαὴλ ὁ Πύλλης. Οὗτος γὰρ ὁ Πύλλης ἦν ἐξ Ἐφέσου Ῥωμαῖος γένει [τὸ γένος], τὸ σέβας Χριστιανὸς, τὴν τύχην ἐξ εὐγενῶν τῆς αὐτῆς πόλεως· τὴν τέχνην καὶ τὸ ἐπιτήδευμα γραφεὺς ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ ἡγεμόνος ἐν γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἀραβικοῖς· τὴν πρᾶξιν καὶ τὸν τρόπον δύσχρηστος, λάγνος, ἄσωτος, καὶ παμβέβηλος. Οὗτος συνὼν τότε τῷ τυράννῳ, παρέδωκαν αὐτὸν λέγοντες, ὅτι οὗτος

A valetudine afflictus in venerandæ (Virginis) monasterio habitabat, discessit Theologus, Joannes imperator, qui ad propulsandum hostium impetum intentus erat, primores urbis aliquot, levisque armaturæ milites simul vociferando contumelias et probra in eum jaciebant. Hoc tumultu cognito, Manuel quid contigerit, interrogat: tum qui aderant eum qui proditionem aperuerat, coram ipso adducunt. Tumultum sedare istum volebat Manuel, jussitque Theologum ejusque accusatorem in custodia haberi, ut postridie quid rei sit, clare cognoscere possit. Cretenses porro qui ad imperatoris portam excubabant, audito de proditione rumore, eum allocuturi concursu facto adeunt (fidelissimam usquequaque operam navaverant Cretenses, erga
B templa sanctorum eorumque reliquias amore divino flagrabant, urbisque majestatem imperatoriam salvam esse vehementer cupiebant); illi itaque dixerunt: *Imperator, haud æquum est hanc urbem patriæ nos præferre, et sanguinis nostri pro hujus urbis imperatoriæ tutela nos esse prodigos: indigenas vero, quique gratia et auctoritate in ea valent, divina mysteria imperiumque tuum prodere vel'e. Jube igitur Theologum nobis tradi, examini accurato rem totam subjiciemus.* Respondit imperator Manuel vereri se, ut invidia oppressus iste in vitæ periculum adducatur, hisque talia verba adjecit: *Si revera cognovissem sceleris cujusvis reum, subito turpissima morte eum multassem. De illo itaque vincto*
C *cognoscite, et quæstionem habete. Siquidem insons fuerit, absolvite. Si reus peragitur, pœnas luat.* De Theologo igitur, qui in vinculis erat, diligenter anquiritur tormentis adhibitis: et indicia quædam exacte inquirentibus patuerunt, inventis in ejus domo vasis aureis, argenteisque quamplurimis, vestibus etiam auro intextis, scriptis insuper in imperatorem haud dubie compositis. Illa equidem vasa ab imperatore ipsi tradita erant, ut Turcis postea donaret, quæ furto admisso apud se occultabat. Tunc Cretentes ad portam palatii imperatoris via tracto, oculos immani et ab humanitate prorsus aliena sævitia, effodiunt. Quos sic exsculpserunt, ut ne vestigia quidem palpebrarum vel
104 cutis apparerent. Conjectus deinde in car-
D cerem post triduum moritur: ejusque domus, multis thesauris qui in ea erant direptis, incendio deletur.

Intellecta Theologi cæde, ejusque causa, Morates ira ac dolore accensus est; cui suggerunt quidam alium non esse hujus cædis auctorem præter Michaelem Pyllim. Hic Pylles Ephesius erat genere Romæus, ritu Christianus, ex illius urbis familia nobili oriundus. Romaicæ et Arabicæ linguæ peritus scriptum in præfecti palatio faciebat. Moribus porro corruptis ac improbis, luxuria ac intemperantia diffluebat, omninoque profanus erat. Eum in tyranni aula tunc versantem adducunt, arguuntque imperatori Manueli, ut Corax Theologus urbem proditurus erat, epistola patefecisse; ejusque

Digitized by Google

indicio reum peractum Coracem morte damnatum esse. Eum deinde vinciunt, sævis tormentis vexant, invidiam quippe et odium apud omnes sibi conflaverat; ad accensum denique rogum miserum attractum interrogant, num velit fidem Christianam abjurare, ut salvus evadat, alias igne comburendum esse minantur. Tum qui ante abjurationem moribus ac factis Turcus erat, fidem Christianam abjurando prodidit : circumcisus deinde cum pompa deductus est. Post multos vero annos in illa exsecranda professione, persoluto naturæ debito, animam abjecit. Decumbens autem imperator Manuel, cui singulis, ut ita dicam, diebus ob oculos mors obversabatur, adversus Moratem, quod dicturus sum, excogitavit. Duorum Mehemetis filiorum, fratrumque suorum alterum laqueo jam Morates interemerat, recepta inter ipsos immani ac nefanda consuetudine. Alterum nomine quoque Mustapham, quidam ex magnatibus dictus Eliez, qui pincernæ munus obibat, Turcice Siaraptar appellatus, post patris obitum sufluratus occultavit, et in Anatoliæ partes Cappadociam versus transportavit. Ad hunc Siaraptarim Eliez clam litteras scribit imperator, quibus illum invitat et hortatur, ut Prusam puerum illum adducat. Mittit simul magnam pecuniæ vim, ut militem mercede conduceret, exercitum novum instauraret, puerumque in Bithyniæ provinciam introduceret. Vacabat interim Morates fabricandis machinis ad deturbandas mœnium pinnas, ac velitationibus obsessos fatigabat Constantinopoleos potiundi cupidus, cum paucis diebus cursorum unus accessit, nuntium Morati afferens fratrem ejus Mustapham Prusam, a civibus ut principem suum benigne ac cum plausu susceptum, intrasse. Prusa deinde cum Siaraptari Eliez abeuntem Nicæam profectum **105** esse. His auditis Morates talia secum agitat : *Romæorum imperator alium paratum habet Mustapham, per quem mihi negotia facessat.* Hac rerum novitate permotus Morates hostilibus factis abstinuit ; exercitum immensum, facta abeundi copia, dimisit. Turribus et machinis ad urbem expugnandam et debellandam omissis, Adrianopolim revertitur.

Dum hæc aguntur, imperator Manuel, paraplecticus factus, ultimosque spiritus ducens jacebat, et intra triduum naturæ tributum persolvit. Sapientissimus fuit, virtutibus clarus, temperantia ac modestia insignis, imperium filio suo Joanni Romæorum imperatori ultimo reliquit, qui sane dignis imperio virtutibus cæteros omnes anteibat. Tres menses cum exercitu suo Morates ur-

ὁ Πύλλης ἔγραψε τότε τῷ βασιλεῖ πῶς ὁ Θεολόγος μέλλει προδοῦναι τὴν πόλιν, καὶ παρ' ἐκείνου τοῦ μηνύματος ἀπέθανεν ὁ Κώραξ. Δεσμώσαντες οὖν τοῦτον καὶ βασανίσαντες ἀνηλεῶς, ἦν γὰρ μισητὸς παρὰ πάντων, ὕστερον πυρκαϊὰν ἀνάψαντες παρέστησαν ἐν αὐτῇ τὸν ἄθλιον. Καὶ ἐρωτήσαντες εἰ βούλεται ἐξομόσαι τὴν πίστιν τῶν Χριστιανῶν, σωθήσεται· εἰ δὲ μή, τὸ πῦρ δαπανήσει. Τότε ὁ πρὸ τῆς ἀρνήσεως Τοῦρκος κατὰ τὰς πράξεις ἠρνήσατο, καὶ περιέτεμον αὐτὸν πομπεύσαντες. Μετὰ χρόνους δὲ ἱκανοὺς τὴν ψυχὴν ἀπέβριψεν, ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ταύτῃ τῇ ἀπαισίῳ δοὺς τὸ τέλος. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ (47) κατάκοιτος ὢν, καὶ καθ' ἑκάστην ἔχων εἰπεῖν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν θάνατον, σοφίζεται κατὰ τοῦ Μωρὰτ ὃ λέξων ἔρχομαι. Τὰ δύο τέκνα τοῦ Μεχεμὲτ, ἀδέλφια δὲ τοῦ Μωρὰτ, τὸ μὲν ἓν φθάσας ἔπνιξε, κατὰ τὴν κρατοῦσαν εἰς αὐτοὺς μιαιφόνον συνήθειαν· τὸ δὲ ἄλλο, ὃ καὶ Μουσταφᾶς ἐκαλεῖτο, θανόντος τοῦ πατρὸς αὐτῶν, εἷς μεγιστάνων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὀνόματι Ἐλιὲζ, τὸ ἐφφίκιον αὐτοῦ πιγκέρνης, ὁ λεγόμενος κατὰ τὴν τῶν Τούρκων γλῶτταν Σιαραπτὰρ, κλέψας αὐτὸ, καὶ περάσας εἰς τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη τὰ πρὸς Παφλαγονίας, πέμπει κρυφίως γραφὰς πρὸς τὸν Σιαραπτὰρ Ἐλιὲζ ὁ βασιλεὺς, τοῦ ἄγειν τὸ παιδίον ἐν τῇ Προύσῃ, στείλας πρὸς αὐτὸν καὶ χρυσίου μέρος πολὺ τοῦ ῥογεῦσαι, καὶ στῆσαι νεόλεκτον στρατὸν, καὶ εἰσάξαι τὸ παιδίον ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ τῆς Βιθυνίας. Ὁ Μουρὰτ οὖν ἠσχολεῖτο ἐν ἐλεπόλεσιν καὶ ἀκροβολισμοῖς τοῦ λαβεῖν τὴν Κωνσταντίνου. Ἐν ὀλίγαις οὖν ἡμέραις ἔρχεται εἷς τῶν ταχυδρόμων ἀπαγγέλλων τῷ Μουρὰτ, ὅτι Ὁ ἀδελφός σου ὁ Μουσταφᾶς εἰσῆλθεν ἐν τῇ Προύσῃ, καὶ ὑπεδέξαντο οἱ τῆς πόλεως, καὶ εὐφήμησαν αὐτὸν ὡς ἡγεμόνα. Καὶ ἀπάρας ἐκ τῆς Προύσης σὺν τῷ Σιαραπτὰρ Ἐλιὲζ ὑπάγει εἰς Νίκαιαν. Ταῦτα μαθὼν ὁ Μωρὰτ, καὶ ἐν νῷ βάλλων, ὡς ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ἔχει καὶ ἕτερον Μουσταφᾶν, τοῦ ἐνέγκαι με πειρασμοὺς, ἀφῆσι τὴν ἔχθραν, καὶ λύει τὰς παρατάξεις, καὶ τὰς μελετωμένας ἐπάλξεις, καὶ ἑλεπόλεις, καὶ δίδωσι λύσιν τῷ μυριαρίθμῳ στρατῷ, καὶ αὐτὸς ἄφεις τὸ πολεμεῖν ἐπανέζευξεν ἐν τῇ Ἀδριανοῦ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἔκειτο (48) τὰ λοίσθια πνέων, γενόμενος παράπληκτος, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἀπέδωκε τὸ χρεών. Ὄντως σοφώτατος, καὶ ἐνάρετος, ἔν τε σωφροσύνῃ καὶ κοσμιότητι, καταλείψας τὴν βασιλείαν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰωάννῃ τῷ ὑστάτῳ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πρώτῳ ἐν πᾶσι, τὰ τῆς βασιλείας ἔχων ἰδιώματα. Ἐποίησε γοῦν ὁ Μωρὰτ σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ ἐπάνω τῆς

Ismaelis Bullialdi notæ.

(47) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουήλ.* Hunc Mustapham Moratis fratrem, Mustaphopulum Phranzes lib. I, cap. 40, appellat, Byzantiumque venisse tradit. Laonicus vero illum apud Caramanum degisse, quæque ad victum necessaria sunt, ab eo accepisse scribit. Constantinopolim deinde venisse : Græcorum tandem factione in Asiam transvectum, ab Aliaze Sarapharc, cui Mehemetes eum crediderat, Morati proditum, hujusque jussu strangulatum. Leunclavius lib. XIV ex Verantii et Hanivaldi monumentis illam historiam fusius explanavit.

(48) *Μανουὴλ ἔκειτο.* Mortem Manuelis Phranzes accidisse tradit anno 6933, Julii 21 (id est Christi 1425).

Digitized by Google

πόλεως μῆνας τρεῖς· μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναι, καὶ εἰσελθεῖν ἐν τῇ Ἀδριανοῦ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔρχεται ἐν Καλλιουπόλει. Καὶ περάσας σὺν ἱκανῷ πεζικῷ καὶ ὀλίγοις ἱππεῦσι, τινὸς μὴ γινώσκοντος ποῦ πορεύεται, δι' ἑνὸς ἡμερονυχθίου πρωῒ ἔτι σκοτίας οὔσης φθάνει Νίκαιαν, καὶ προσημαίνει τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ τοῖς πιστοῖς. Καὶ αὐτοὶ θροῦν ποιήσαντες ἐν μέσῳ τῆς πόλεως, ἀνοίγονται αἱ θύραι, καὶ ἀνατέλλων εἰσάγεται ὁ Μουρὰτ ἐντὸς, καὶ εὑρὼν τὸν μείρακα ἔπνιξε, καὶ τοὺς αὐτοῦ ὑπερασπιστὰς κατέσφαξεν. Ἦν δὲ ὁ Μουσταφᾶς ὡς ἐτῶν ἕξ. Τότε ὡς εἶδε τὸ παιδίον τεθνηκότα, ἐκέλευσεν ἄγειν αὐτὸ ἐν τῇ Προύσῃ, καὶ παραδοῦναι τῷ τάφῳ πλησίον τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἀπέθανον τρεῖς ἀρχηγοὶ Μουσταφάδες, εἷς ὁ καὶ πλαστὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγόμενος, ἄλλος ὁ τοῦ Μουρὰτ ἀδελφὸς, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ Ἀτὴν, ὃν ἀπέκτεινε Τζινεὴτ, καὶ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, ὁ Μανουήλ. Ὁ δὲ Μουρὰτ ἐπανελθὼν ἐν Ἀδριανουπόλει, οὐκ ἐπαύετο νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐρευνῶν ἀφορμήν τινα, ὥστε ἀντᾶραι τῷ Τζινεήτ. Μηνύει οὖν αὐτῷ λέγων· *Οἶδας τὰς συνθήκας, ἃς μοι συνέθου· καὶ εἰ μὲν βούλει τοῦ εἶναι φίλον ἐμόν, πέμψον μοι τὸν σὸν υἱὸν διαταχέως, ὅτι μέλλω περᾶν τὸν Ἴστρον· εἰ δὲ οὖν, ἔσο μοι διακείμενος σὺν τοῖς ἐμοῖς ἀρηκόοις, κἀγὼ τὸ ὅπερ Θεῷ βουλητὸν εἰς σε πράξω.* Ὁ Τζινεὴτ γοῦν ἀπεκρίνατο, *Ὅ σοι βουλητὸν πρᾶττε· τὴν δὲ ἀπέκβασιν τῷ Θεῷ ἄφες.* Στέλλει οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει Ἀκιντζίδας (49) ἐν Βλαχίᾳ καὶ ἐν Σερβίᾳ δεικνύων τὴν ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ. Ἔρχονται οὖν ἀποκρισιάριοι πάντοθεν προσαγορεύοντες αὐτῷ τὰ τῆς ἡγεμονίας εἰσόδια· καὶ ἀπὸ τὸν δεσπότην Σερβίας, καὶ ἀπὸ βαϊβόδαν Βλαχίας· ἐποίησεν οὖν εἰρήνην σὺν ἐκείνοις. Μετὰ δὲ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου οὐκ ἦν τὸ σύνολον ἡμερωθῆναι, ἀλλ' ἔτρεφεν ἔχθραν ἄσπονδον. Ὡς οὖν οὐκ ἠδυνήθη τι πρᾶξαι κατὰ τῆς πόλεως, πρὸς τὰ μέρη τῆς Θετταλίας τὴν ὁρμὴν τοῦ νοὸς εἶχε, καὶ πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῆς Πελοποννήσου, καὶ ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς τοῖς κατὰ τὸν Στρυμόνα. Πέμψας οὖν ἱκανὰ στρατεύματα, ἔκλεισε Θεσσαλονίκην καὶ τὰ πέριξ ἐλεηλάτει. Τὸ Ζητούνιον καὶ τὰ πέριξ ἐκούρσευε. Ἦν δὲ τότε ἐν Ζητουνίῳ στάλεις εἰς ὑπατείαν Καντακουζηνὸς ὁ Στραυομήτης ἀνὴρ [ἀνὴρ] γενναῖος, εἰ χρὴ καλεῖν αὐτὸν ἄνδρα, ποιήσας μεγάλην ζημίαν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι, τοὺς κατοικοῦντας Τούρκους, καὶ περιέπων ἀσφαλῶς τὰ πέριξ τοῦ Ζητουνίου, καὶ τὸ πολίχνιον. Ἑτοιμάσας τὸν τῆς Ἔφας στρατὸν (50), πέμπει στρατάρχην ὀνόματι Χαλίλιν τινὰ Ῥωμαῖον τῷ γένει, γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ προμνημονευθέντος Παγιαζήτ, ὃν ἀπέκτεινε Τζινεὴτ ἔτι ὢν σὺν τῷ Μουσταφᾷ· καὶ δὴ λαβὼν τὰς δυνάμεις ἁπάσας πρὸς τὰ μέρη Φιλαδελφείας. Ὁ δὲ Τζινεὴτ τὸ πα-

bem oppugnando transegit. Soluta deinde obsidione Adrianopolim regressus, tribus illi transactis diebus, Callipolim proficiscitur. Superato freto cum magna peditum manu, paucis vero equitibus, nullo, quo tenderet, gnaro, diei unius ac noctis itinere mane, antequam lucesceret, Nicæam pervenit; advenisseque significat iis qui in fide manserant. Per quos, excitato in media urbe tumultu, portæ ipsi aperiuntur, orienteque sole Morates intra muros accipitur. Inventum Mustapham annorum fere sex puerum strangulat, et ejus satellites perimit: utque puerum mortuum conspexit, cadaver Prusam ferri, et in paterno monumento sepeliri jussit. Anno illo tres principes, quibus Mustaphas nomen erat, fato concesserunt: unus qui Bajazitis filius subditicius a multis creditus est; alter Moratis frater; tertius Atinis nepos, quem Cineites occidit; eodemque anno imperator Manuel obiit. Morates postea Adrianopolim reversus noctu et interdiu meditabatur, qua specie ac prætextu Cineitem adoriri posset: quapropter ejusmodi mandatum ei significat: *Quas conditiones tibi tulerim, tuque acceperis recte meministi; itaque si in amicitia mecum perseverare velis, filium tuum illico ad me mitte, Istrum quippe trajicere cogito. Sin vero ita affectus erga me fueris, ut jussa mea detrectes: in te prout Deo visum fuerit me geram.* Ad ea respondit Cineites: *Pro libitu tuo age, successum vero Deo permitte.* Ille igitur in Walachiam et Serviam Akincidas mittit, qui nuntiarent ipsis se regem proclamatum esse. Undequaque igitur accedunt apocrisiarii, qui ipsi principatus initia congratulantur. Venerunt etiam a despota Serviæ et vaivoda Walachiæ, cum quibus pacem firmavit: cum imperatore Joanne in gratiam et amicitiam redire omnino aversabatur, animo odium capitale gestans. Cum itaque in urbe **106** Constantinopoli oppugnanda quidquam proficere non posset, Thessaliam animi impetu actus, Peloponnesi isthmum, et maritima loca ad ostia Strymonis sita invadit. Misso etiam ingenti agmine Thessalonicam circumdat, agrumque circumjectum prædationibus vastat. Zetunium vicinaque loca incursionibus populatur. Zetunio tunc præerat Cantacuzenus Stravometis vir, si dicendus vir est, generosus, qui illas regiones ipsumque Zetunium tutabatur, maximaque damna Turcis illic habitantibus intulerat. Cum autem Morates Orientis copias in unum adunasset, ducem iis Halilin quemdam præfecit genere Romæum, qui Bajazitis a Cineite Mustaphæ partes sequente occisi sororem conjugem habuerat. Is ducto secum toto exercitu Philadelphiæ vicinas regiones adit. Verum

Ismaelis Bullialdi notæ.

(49) *Ἀκιντζίδας.* Id est, cursores, *Ackin* excursio. Dicuntur etiam Akenzii.

(50) *Ἑτοιμάσας τὸν τῆς Ἔφας στρατόν.* Quæ ex Hanivaldinis monumentis refert Leunclavius, Ducæ narrationi magis congruunt, quam quæ ex Verantiano lib. excerpta sunt. Laonicus hujus adversus Cineitem expeditionis nullum verbum facit.

Digitized by Google

Cineites, his nequidquam territus, exercitu etiam magno conscripto, usque ad Thyatiræ agrum in occursum Halilis progreditur. Uterque castra metatus est, ita ut se invicem conspicerent, nec plus stadiis quinque inter se distarent. Ubi illuxit, ab utraque parte classicum canitur, acie deinde instructa, agminibusque ordine dispositis, junior filiorum Cineitis, qui Curtis, id est Lupus, cognominabatur, scutiferis aliisque turmis, quas ducebat, stipatus in hostes invehitur, per mediamque eorum aciem perfractam viam sibi, velut aper, patefecit. At legiones et agmina Halilis cedendo ordines a primis ad ultimos aperiunt, ita ut haud magno damno illato penetraverit. Tum Halil imperito isto ac rei militaris ignaro deprehenso, copias suas in locum arctum confestim traduxit, jussitque alba capitis tegumenta abscondere singulos, Curtim eadem via regressurum opinatus. Cineites interim primam Halilis aciem adoriri paratus stabat, dum simul remeans Curtis ultimam aggrederetur. Metuebat enim, ne, si ipse recta Curtim sequeretur in hostes etiam illatus, cætera agmina dilaberentur, et Halili se adjungerent : propterea statione sua se non movebat Curtim exspectando. Ille autem insolenter superbiens cum equitatu cæterisque militibus lento gressu revertebatur. Jamque stadiorum decem itinere cursim confecto, obviis quibuscumque cæsis, recta, qua perrexerat via, rediit. Conspectaque in edito loco magna militum manu, audito tubarum cantu, signisque similibus his quæ in patris sui exercitu erant, visis, patrem suum a tergo hostibus institisse, et in fugam Halilim vertisse retur. Aj cum propius accessisset hostesque eos esse cognovisset, flexo equo terga dat, et ut lepus fugiens retrocessit. **107** Fugientem insecuti sunt velites canibus volantibus celeritate pares, brevique cursu Lupum comprehensum Halili adducunt. Illius moræ impatiens erat Cineites, quod otiosus interim staret. Qui, ubi intellexit filium suum in hostium manus devenisse, cum reliquis copiis montes, qui Smyrnam spectant, repetit : perque vias arduas et difficiles eo usque incedit, donec in arcem quamdam nomine Hypselen pervenisset. Huic ante omnia necessaria providerat, curribus et navigiis munierat, convectis etiam omnimodis cibariis. Situm porro est hoc castrum ad quemdam Ioniæ sinum, Samoque oppositum in ipso maris littore. Halil interea filium ipsius Curtim catenis ferreis vinctum Adrianopolim ad Amiram mittit, veluti primitias mox falce rescindendi Cineitis. Curtim, avunculumque ejus Hamzam supra memoratum vinctos Callipolim Amiras Morates misit : ibique manicis ferreis impositis in carcerem detrusit. Halil deinde Her-

A ράπαν μὴ δειλιῶν, ἔχων στρατὸν ἱκανὸν, καὶ αὐτὸς ἐξέρχεται καὶ προσυπαντᾷ τῷ Χαλὶλ ἐν τῷ κάμπῳ τῶν Θυατείρων. Καὶ τεντώσαντες ἀπ' ἀλλήλων ἀντικρὺ ἀπέχοντες ὡς στάδια πέντε, πρωῒ σαλπίγγων ἠχησάντων ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, καὶ πάντων ἐνορδίνως τεταγμένων τὰς φάλαγγας, ὁ νεώτερος τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ὃς καὶ Κούρτης ἐπωνομάζετο, ὃς λέγεται λύκος, εἵσεισι σὺν τοῖς ἀσπιδοφόροις αὐτοῦ καὶ τῷ λοιπῷ τάγματι, καὶ ἐν μέσῳ τῆς παρατάξεως, ὥσπερ ὗς ἄγριος διέβη. Τὰ δὲ τάγματα, καὶ οἱ λεγεῶνες τοῦ Χαλὶλ παραχωρήσαντες καὶ τόπον δόντες διέβη, μέσον ὀλίγην ζημίαν ποιήσας. Ὁ δὲ Χαλὶλ, ἰδὼν τὸ ἄτεχνον αὐτοῦ, καὶ ἀστράτευτον, μετέστησε τὰ στρατεύματα ἐν ὀλίγῳ τόπῳ ὡς ἐν παρόδῳ, καὶ ἐκέλευσε τὰς λευκὰς καλύπτρας ὑποκρύπτειν τὸν καθένα, ὑπολαβὼν ὅτι ὁ Κούρτης ἐν ὑποστροφῇ πάλιν τὴν αὐτὴν ὁδὸν διαβήσεται. Τζινεήτης μὲν ἵστατο παρητοιμασμένος, ὡς ὅταν ὁ Κούρτης ἐπαναστρέψῃ εἰς τὴν οὐραγίαν, τότε καὶ αὐτὸς ἐξέλθῃ συναντήσων τῷ Χαλίλ. Ἐφοβεῖτο γὰρ μή πως ὄπισθεν καὶ αὐτὸς ἐλθὼν τοῦ Κούρτη, εἰς τὸν λοιπὸν στρατὸν γένηταί τις διάῤῥοια, καὶ ῥέψωσιν εἰς τὸν Χαλίλ. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ μετεκινεῖτο προσδοκῶν τὸν Κούρτην. Ὁ δὲ Κούρτης ἀλαζονευόμενος, καὶ ἀγερωχῶν σὺν τῷ ἵππῳ καὶ τοῖς ἑτέροις ὁμαίχμοσι στρατιώταις ἐδράδυνε στρέφων. Καὶ δὴ μέχρι σταδίων δέκα δρόμον περάσας, καὶ τοὺς συναντῶντας κατασφάξας, ἐστράφη πρὸς τὴν εὐθεῖαν, ἣν διέβη ἐκεῖνος, ὁδόν. Καὶ ἰδὼν ἐν ἐμφανεῖ τόπῳ στρατιώτας πολλοὺς, καὶ ὀργάνων ἤχον, καὶ σημαίας ὁμοίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔδοξεν ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐξόπισθεν ἐτροπώσατο τὸν Χαλίλ. Ἐγγίσας οὖν τὸν τόπον, καὶ γνωρίσας ὅτι οἱ ὑπεναντίοι εἰσὶν, στρέψας τὰς ἡνίας καὶ ὀπισθοδρόμως ἐλαύνων, ἔφευγε μὲν ὡς λαγωὸς, ἐδιώκετο δὲ παρὰ τῶν ταχυδρόμων, ὡς εἴποι τις, ἀεροβάτων κυνῶν. Ὁ δὲ Τζινεὴτ ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ἀργίᾳ ἐδυσχέραινε. Ὡς ἐν ὀλίγῳ οὖν ἠγρεύθη ὁ Λύκος, καὶ παρέστη τῷ Χαλίλ. Ὁ δὲ Τζινεὴτ, μαθὼν τὴν τοῦ υἱοῦ ἅλωσιν, στραφεὶς σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ, τὰ πρὸς τὴν Σμύρνην ὄρη, καὶ δυσβάτους τόπους διέβαινεν, ἕως οὗ κατηντήκει ἐν πολιχνίῳ τινὶ Ὑψηλῇ ἐπονομαζόμενον (51). Εἶχε γὰρ αὐτὸ προμεμελετημένον, καὶ καλῶς ἠσφαλισμένον ἐν ἅρμασι, καὶ νέοις [νηυσὶ], καὶ παντοίᾳ τροφῇ. Ἦν δὲ τὸ πολίχνιον τοῦτο ἐν ἐνὶ κόλπῳ τῆς θαλάσσης κατὰ τὴν Ἰωνίαν ἀπέναντι νήσου Σάμου, ἔνδον (52) τῆς θαλάσσης. Ἡύλίσθη οὖν ἐκεῖ. Ὁ δὲ Χαλὶλ στέλλει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κούρτην σιδηρόδετον ἐν Ἀδριανοῦ πρὸς τὸν Ἀμηρᾶν, ὡς ἀπαρχὴν τοῦ θερισμοῦ Τζινεὴτ καλήν. Ὁ δὲ Ἀμηρᾶς Μωράτ στέλλει τοῦτον δέσμιον μετὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Χαμζᾶ, ὃν ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἐν τῇ Καλλιουπόλει, καὶ χειροδεσμήσαντες, καὶ σιδηροδήσαντες ἔβαλον αὐτοὺς ἐν τῷ πύργῳ. Ὁ δὲ Χαλὶλ διαβὰς τὸν Ἕρμον ποταμὸν, καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(51) *Ὑψηλὴ ἐπονομαζόμενον.* Turcis appellatur Ala-Sar, vel Alachisar, id est, altum castrum. Hypsilin quoque eam vocant, quæ nostro maritima est.

(52) Glossa interlin. ἐν ἀκτῇ.

Digitized by Google

εἰς Νύμφαιον ἐλθών. Κἀκεῖ ἀπὸ εἰς Ἔφεσον [κἀκεῖθεν ἀπάρας εἰς Ἔφεσον] ἦλθε, καὶ πάντας τοὺς μεγιστάνους, καὶ τοὺς ἐν ἐξουσίαις ἔδωκε πίστεις καὶ ἔλαβε, τοῦ εἶναι ἀθώους ἀπὸ παντὸς δόλου. Καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ὑπέσχετο τοῦ δοῦναι ἑνὸς ἑκάστου τὸ σιτηρέσιον, καὶ τὸν τόπον, καὶ τὴν τιμήν. Αὐτὸς δὲ γράφει καὶ πέμπει πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἀπαγγέλλων ἅπαντα τὰ γενόμενα. Ὡς ἤκουσε τὴν τοῦ Τζινεὴτ φυγήν, καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ διὰ τοῦ Χαλὶλ γεγονυῖαν ἀριστείαν, ἔδωκε τὴν ἐπαρχίαν τῷ Χαλίλ. Ἀντ' αὐτοῦ δὲ στέλλει τὸν Χαμζᾶν, ὃς ἦν γυναικάδελφος τοῦ Χαλὶλ, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Παγιαζὴτ (ὃν ἐφόνευσε Τζινεὴτ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Μουσταφᾶ), τοῦ περιβλέπειν καὶ περισκοπεῖν τὴν Ὑψηλὴν καὶ πολεμίζειν αὐτὴν, καὶ προσέχειν ἐπιμελῶς τοῦ μὴ διαδρᾶναι. Ὁ δὲ, ὁρῶν ἐν στενῷ τὰ πράγματα ὄντα, ἔπλευσε διὰ θαλάσσης. Εἶχε γὰρ ἐν τῇ Ὑψηλῇ τρία πλοῖα διήρη, καὶ εἰσελθὼν εἰς αὐτὰ ἔπλει τὴν πρὸς Παμφυλίαν θάλατταν. Καταστήσας ἐν τῇ Ὑψηλῇ τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Παγιαζὴτ καλούμενον ἄρχοντα, καὶ παραγγείλας αὐτὸν τοῦ ἐπιμελεῖσθαι ὅση δύναμις τὸ πολίχνιον· εἶχε γὰρ πᾶσαν ἐντὸς καὶ ἁρμάτων, καὶ βρωμάτων, καὶ παντοίων χρειῶν, καὶ νεῶν πλείστων παντοίαν παρασκευὴν ἱκανήν· αὐτὸς δὲ ἐξελθὼν εἰς Ἀμώριον (53), καὶ μηνύσας τῷ ἀρχηγῷ τοῦ Ἰκονίου τῷ Καραμὰν, ὡς βούλεται τοῦ συνευρεθῆναι μετ' αὐτοῦ, καὶ λόγους δοῦναι, καὶ λαβεῖν ἀναγκαίους· ἔστειλεν αὐτῷ ἵππους διακοσίους, καὶ λόγον σὺν μερικοῖς ἄρχουσιν ὁρίσας, Ἐλθέτω. Τὰς γαλεώτας δὲ ἔστειλεν ὀπισθεν· καὶ δὴ εὑρεθέντες ὁμοῦ, καὶ πολλὰ λαλήσαντος αὐτοῦ τοῦ ἐλθεῖν μετὰ δυνάμεως, καὶ βοηθῆσαι αὐτῷ, ὁ Καραμὰν οὐκ ἐπείσθη, ἀναμνήσας τῶν πρώην γενομένων ἐπιβουλιῶν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Μουσουλμάν, ὡς ὁ λόγος προλαβὼν ἐδήλωσεν. Ἀπέπεμψεν αὐτὸν, δοὺς αὐτῷ ἱκανὰ χρήματα καὶ φ' ἄνδρας εἰς βοήθειαν. Ἀπάρας δὲ ἐκεῖθεν καὶ κατελθὼν σὺν τοῖς πεντακοσίοις ἵπποις, καὶ διαβὰς τὴν Σαλουταρίαν κατῆλθεν εἰς Λαοδίκειαν. Ἐκεῖθεν δὲ ἀναβὰς τὸ μέγα ὄρος τοῦ Τμώλου κατῆλθεν εἰς Σάρδεις· ἀπὸ δὲ Σάρδεις εἰς Νύμφαιον. Ἐκεῖ δὲ τὴν πορείαν τεμὼν, ἀφεὶς τὴν πρὸς δεξιὰ ὁδὸν, διὰ τοῦ ῥύακος ἐλθὼν, νυκτὸς ἔμεινεν εἰς χωρίον λεγόμενον τὰ Τριάκοντα (54). Διαπεράσας δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὰ πρὸς Γαλήσιον ὄρος κείμενα πρὸς θάλατταν ὄρη, πρώτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς παρέστη τῇ Ὑψηλῇ, καὶ ἐξαίφνης σὺν βοῇ καὶ κρότῳ ἀλαλάξαντες τὸ παρακείμενον φωσάτον ἐτράπη. Καὶ οἱ μὲν ἔφευγον, οἱ δὲ ἀντεμάχοντο, καὶ τὸ πολίχνιον τὰς θύρας ἀνεπετάσας ἐξῆλθον οἱ ἔνδον· καὶ σὺν τοῖς ἔξω συμμίξαντες τοὺς ὑπεναντίους ἔσφαττον. Πρωΐας δὲ γενομένης, καὶ τοῦ στρατοῦ ἀθροισθέντος εἰς ἕν, ἔβαλον πάντας ἐν τῷ πολιχνίῳ καὶ μὴ βουλομένους, καὶ αὐτὸν τὸν Τζινεὴτ· ἦσαν γὰρ οἱ ἐκτὸς ἐπέκεινα

mum fluvium trajicit, Nymphæumque venit : inde discedens Ephesum contendit, ubi convocatis omnibus primoribus fidem dedit, invicemque sacramento eos adegit, nullam fraudem insidiasve sibi mutuo structuros. Promisit insuper commeatum singulis se largiturum, officia, et honores attributurum. Litteris quoque ad principem datis quæ gesta erant, commemorat. Comperta Cineitis fuga, et Halilis præclaro facinore, qui filium illius debellatum cœperat, provinciam regendam ei concedit. Successorem vero sororium ejus Hamzam Bajazitis fratrem (quem Cineites, Mustapha de imperio certante, morte affecit) qui exercitui præesset, misit : utque Hypselam exploraret, ac per ambitum specularetur, expugnaretque : diligentia insuper exacta omnia effugia Cineiti præscinderentur. Hic, res suas in angusto redactas animadvertens, mari evasit. Hypselæ enim paratæ ipsi erant tres biremes, quibus conscensis Pamphyliæ oris appulit, castri custodiam fratri suo Bajaziti, qui princeps vocabatur, commisit; eumque hortatus est, ut quantum posset ei, ne quid damni acciperet, provideret; curribus equidem, cibis cæterisque omnibus necessariis castrum instruxerat, navigiaque parata plurima illic habebat. Ipse Amorium pergit, significatque Caramano Iconii satrapi, eum convenire velle, quod cum eo communicet habere, et quædam ab eo audire se cupere. Caramanus itaque ducentos equos ad eum mittit, et habita cum toparchis deliberatione, accedat, dixit. Cineites navigia retrocedere jussit. Cum igitur simul convenissent, multaque dixisset Cineites **108** eum hortatus ut viribus suis suppetias ferret, Caramanus illis haud auscultavit, memor insidiarum quas olim struxerat iste, dum nobis dictus Musulmanus imperio potiebatur. Largitus tamen ipsi magnam pecuniæ vim, in auxiliumque quingentis militibus adjunctis eum dimisit. Inde digressus Cineites quingentis equitibus stipatus Phrygiam Salutariam prætervectus Laodiceam venit. Illinc deflectens relicta quæ dextrorsum ducit, via, iter per torrentem capessit, et in loco cui Triginta nomen pernoctavit. Eadem die emensis, qui Galeso monti subjiciuntur, campis, quique mari adjacent, montibus superatis, prima noctis custodia Hypselam redit : subitoque clamore edito, strepituque excitato, aliis quidem fugientibus, aliis repugnantibus, vallum, quo arx cincta erat, evertitur. Apertis etiam castri portis præsidiarii, qui muris se continebant, erumpunt, cum obsidentibus manus conserunt, repugnantesque cædunt. Ubi illuxit, universusque exercitus in unum collectus est, cunctos vel invitos ipsumque Cineitem intra castri mœnia

Ismaelis Bullialdi notæ.

(53) Ἀμώριον. Phrygiæ majoris urbs.
(54) Τὰ τριάκοντα. Alibi non exstat hujus loci nomen.

Digitized by Google

compulerunt. Numerus quippe oppugnantium quinquaginta millia superabat ; qui vero castrum tuebantur, censis etiam auxiliaribus, mille vix æquabant. Animadvertit Hamzas, dum terra castrum oppugnat firmissimum, et in edito loco situm, nihil promovere : Moratem monet ut in auxilium naves Genuensium sibi mitti provideat. Castrum enim, qua mare aspicit, patere, nudaque omnia pandere, totumque situm internum illac observari. Morati postquam Adurnus obiit, quidam Genuensis notus erat, Persivas Palavicinus appellatus, qui cum illo pactus expeditionem ad castrum expugnandum suscipit. Chium itaque insulam appulsus, tres magnas naves mercede conducit, quibus Hypselam devehitur. Visis navibus, qui Cineiti in castro militabant, pavore perculsi sunt, cumque prima die dimicassent, postridie se ad deditionem compulsum iri præsenserunt ; eoque magis quod quingenti Caramani milites nocte ipsa patefactis sibi castri portis aufugissent : quorum pars altera salva evasit, altera ab obsidentibus cæsa est. Odiis namque mutuis semper inter se certabant Othmanici imperii subditi, quique Caramani partes sequebantur. Postridie mane sensit Cineites suos tumultuari, veritusque ne proxima nocte aufugerent, seque desererent, quemdam sibi familiarem ad Halilim mittit, qui ea septimana arcis obsidioni præerat, dum Hamzas Ephesi diversabatur, significatque illi, si fidem dare velit, eum se non occisurum, sed vivum **109** Morati adducturum, vel transmissurum, arcem tradere paratum esse. Data ad Halile fide jurejurandoque obligata, castro egressi Cineites, ejusque frater Bajazites, Halilim venerati sunt, qui tentoria ipsis ad quiescendum attribuit. Sub vesperam in castra rediit Hamzas, auditisque ab Halile sororio suo quæ gesta erant, quatuor carnifices misit, qui alto sopore oppresso ac stertenti, ob actas ante noctes pervigiles, caput elidunt ; Bajaziti pariter caput amputatum, ejus filio, cæterisque eo prognatis ; nec infantibus etiam ejus stirpis parcunt. Interemptorum capita ad principem Adrianopolim celeriter feruntur ; isque continuo Callipolim mandata mittit, quibus caput amputari incarceratis (Curti et avunculo ejus Hamzæ) jubet. Ac ita factum. Talique casu Cineitis genus internecione omnino deletum est.

A τῶν πεντήκοντα χιλιάδων· οἱ δὲ ἐντὸς μόλις χίλιοι σὺν τοῖς τοῦ Καραμάνου. Ὁρῶν οὖν ὁ Χαμζᾶς ὅτι διὰ ξηρᾶς οὐκ ἰσχύει, ἦν γὰρ ἐχυρώτατον καὶ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ κείμενον, μηνύει τῷ Μουρὰτ ἵνα διὰ θαλάσσης προνοήσωσι νῆας Γενουΐκὰς εἰς βοήθειαν ἦν γὰρ τὸ φρούριον ὡς πρὸς θάλατταν κεχηνὸς, καὶ τὴν ἔγδον ἅπασαν θέσιν ἀποδεικνύον τὴν θάλατταν, καὶ γυμνὰ πάντα ἀποσκευάζον. Εἷς δὲ τῶν Γενουΐτῶν γνώριμος τῷ Μουρὰτ Περσιβᾶς ὀνόματι Παλαβιτζῖνος (55) τὴν ἐπωνυμίαν συνέθετο τῷ ἀρχηγῷ, τοῦ ἀπελθεῖν καὶ λαβεῖν τὸ φρούριον· ὁ γὰρ Ἀδοῦρνος προετεθνήκει. Ὁ δὲ ἐλθὼν ἐν νήσῳ Χίῳ, καὶ μισθωσάμενος νῆας τρεῖς παμμεγέθεις ἦλθε διὰ θαλάσσης ἐν τῇ Ὑψηλῇ. Οἱ δὲ ἔνδον σὺν τῷ Τζινεὴτ ἰδόντες τὰς ναῦς ἐδειλίασαν, καὶ πολεμήσαντες τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἔγνωσαν, ὅτι τῇ μετ' αὐτὴν παραδοθήσονται. Οἱ γὰρ φ' ἄνδρες τοῦ Καραμὰν διὰ τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀνοίξαντες τὰς θύρας τοῦ κάστρου ἔφυγον, οἱ μὲν σωθέντες, οἱ δὲ κατακοπέντες παρὰ τῶν ἔξω. Ἦσαν γὰρ ἀεὶ ἐχθρωδῶς διακείμενοι οἱ τοῦ Καραμὰν μετὰ τοῦ Ὀθμάν. Πρωΐας δὲ γενομένης ὁρῶν ὁ Τζινεὴτ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, καὶ φοβηθεὶς μή ποτε τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ φεύγωσι πάντες ἀφέντες αὐτὸν, στέλλει πρὸς τὸν Χαλὶλ ἕνα τῶν οἰκείων αὐτοῦ· ἦν γὰρ ἐκεῖνος πολεμῶν τὸ φρούριον τῇ ἑβδομάδι ἐκείνῃ· ὁ δὲ Χαμζᾶς (56) ἦν ἐν Ἐφέσῳ διάγων. Μηνύει γοῦν τῷ Χαλὶλ, ὡς εἰ δώσει πίστεις τῷ Τζινεὴτ τοῦ μὴ θανατῶσαι αὐτὸν, ἀλλὰ ζῶντα τηρήσας ἄγει αὐτὸν τῷ Μωρὰτ, ἢ πέμψει, ἐξελθὼν παραδοθήσεται· καὶ τὴν πόλιν καταλείψει αὐτῷ. Ὁ δὲ Χαλὶλ δοὺς πίστεις ἐνόρκους, ἐξῆλθεν ὁ Τζινεὴτ σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Παγιαζὴτ, καὶ προσεκύνησαν τῷ Χαλῖ. Ἔδωκεν οὖν αὐτοῖς σκηνὰς, καὶ ηὐλίσθησαν. Ὁ δὲ Χαμζᾶς ἤδη πρὸς ἑσπέραν ἐλθὼν, καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Χαλὶλ τὰ πραχθέντα, στείλας τῶν δημίων τέσσαρας, ἦν γὰρ κοιμώμενος καὶ ῥέγχων ὑπὸ πολλῆς ἀγρυπνίας παννύχου, συνέθλασαν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν κοιμωμένου. Ὁμοίως καὶ τοῦ Παγιαζὴτ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμον, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκγόνων. Οὐκ ἐφείσαντο καὶ τῶν νηπίων τῶν ἐκ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ. Τὰς κεφαλὰς οὖν αὐτῷ ἔστειλαν ἐν τάχει ἐν Ἀδριανοῦ πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Ὁ δὲ ἡγεμὼν, πέμψας ἐν Καλλιουπόλει, ἀπέτεμον τὰς κεφαλὰς τῶν ἐγκλείστων, τοῦ Κούρτη λέγω καὶ Χαμζᾶ τοῦ θείου αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη παγγενεὰ ὁ Τζινεήτ.

CAPUT XXIX.

Joannes pacem cum Morate initam observat. Morates cum aliis principibus pacem firmat, a qua Veneti ob occupatam Thessalonicam exclusi : Narrantur obiter causæ propter quas Thessalonica in Venetorum potestatem venerit. Thessalonica obsessa et a Morate expugnata et direpta, et novi incolæ in eam missi. Veneti, tristiora reformidantes, cum Morate pacem ineunt. Walachiæ principes se invicem throno regio deturbant ; Draculius aliis interfectis superest Walachiæ vaivoda. Ob equum sibi a Caramano negatum, ei Morates bellum infert : et inter utrumque pax paulo post stabilitur.

Joannes igitur imperator, compositis rebus, cumque Morate stabilita ac firmata pace, urbibus ac

Ὁ βασιλεὺς οὖν Ἰωάννης, ποιήσας κατάστασιν, καὶ τελείαν εἰρήνην μετὰ τοῦ Μωρὰτ, δοὺς αὐτῷ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(55) *Περσιβᾶς Παλαβιτζῖνος*. De isto nihil reperio in Genuensi Historia.

(56) *Ὁ δὲ Χάμψας*. Hic Hamzas est, qui Cineite servatus fuit, Bajazitis Bassæ frater ; de quo supra actum cap. 24.

Digitized by Google

τὰς πόλεις καὶ κώμας, ἃς εἶχεν ἡ Ποντικὴ θάλασσα, πλὴν τῶν κάστρων ὧν οὐκ ἠδυνήθη λαβεῖν ἐν τῇ μάχῃ, οἷον Μεσημβρίας, Δέρκους, καὶ ἄλλα, καὶ τὸ Ζητούνιον σὺν ταῖς λοιπαῖς χώραις τοῦ Στρυμόνος, καὶ κατ' ἔτος τέλος ἄσπρων τριακοσίων χιλιάδων, εἰρηνεύων κατὰ δυνατὸν ἐκάθητο. Ὁ δὲ Μωρὰτ ὡς ἡ τύχη πρὸς αὐτὸν χαροπὸν ἔβλεψε, καὶ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τέλος ἠφάνισε, καὶ οὐκ εἶχε τὸν φοβήσαντα, ἢ τὸν κωλύσαντα, περᾷ τὴν Θρᾴκην. καὶ ἐν Προύσῃ γέγονε. Κἀκεῖθεν ἀπάρας καὶ τὴν γέφυραν περάσας τοῦ Λωπαδίου κατῆλθεν εἰς Πέργαμον. Ἀπὸ δὲ Περγάμου εἰς Μαγνησίαν ἀφίκετο· ἀπὸ δὲ Μαγνησίας εἰς Σμύρνην, ἀπὸ δὲ Σμύρνης εἰς Θύρσια καὶ Ἔφεσον. Συνέῤῥεον δὲ τῶν πέριξ ἡγεμόνων ἀποκρισιάριοι, ἀλλὰ καὶ τῶν μακράν. Ἔστειλε γὰρ ὁ βασιλεὺς τὸν κύριον Λουκᾶν Νοταρᾶν τὸν αὐτοῦ μεσάζοντα σὺν δώροις πολλοῖς. Ὁμοίως καὶ Λάζαρος (57) ὁ δεσπότης Σερβίας, ἀλλὰ καὶ Ντανὸς ὁ Βλαχίας ἡγεμών, ὁ Μιτυλήνης αὐθέντης, καὶ Χῖοι, καὶ Ῥόδιοι ἅπαντες εὐφημήσοντες. Πάντες οὖν ἔλαβον πίστεις παρ' αὐτοῦ, καὶ ἔδωκαν, τοῦ εἶναι εἰρηναῖοι καὶ φιλίας μεστοὶ σὺν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς σὺν αὐτοῖς, πλὴν τῶν Βενετικῶν, δι' αἰτίαν τὴν ἣν λέξων ἔρχομαι. Ὁ δεσπότης Ἀνδρόνικος (58), ὁ μετὰ τὸν βασιλέα Ἰωάννην, καὶ Θεόδωρον τρίτος υἱὸς τοῦ βασιλέως Μανουήλ, ἦν δεσπόζων Θεσσαλονίκην, ὃς καὶ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς νόσου ἔφθαρτο. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς μάχης τοῦ Μωρὰτ, λέγω καὶ πρὸ τῆς μάχης τῆς πόλεως, ἀφ' οὗ ὁ Μουσταφᾶς ἐξῆλθε τῆς Λήμνου, εἶχε μάχην Θεσσαλονίκη, καὶ πάντες οἱ ἀρχηγοὶ τῆς Θετταλίας, Αἰτωλίας, Φθίας, Θηβῶν, καὶ πέρα Ἰωαννίνων συνέθλιβον, καὶ ἀπέκλειον Θεσσαλονίκην, οἱ τοῦ Ἀβρανέζου υἱοί, καὶ ὁ Τουραχάν, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Ἀγανακτήσαντες οὖν οἱ Θεσσαλονικεῖς τὴν καθ' ἑκάστην ἔφοδον τῶν Τούρκων, καὶ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα ποθὲν, ἡ γὰρ πόλις ἔφερε τὰ κατ' αὐτῆς δεινὰ, καὶ οὐχ ὑπέφερεν, ἐλίμωττον γὰρ οἱ Θεσσαλονικεῖς ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων· στέλλουσι τινὰς τῶν ἀρχόντων πρὸς Βενετικοὺς μετὰ βουλῆς τοῦ δεσπότου θέλοντος, ἢ καὶ μὴ θέλοντος, τοῦ παραδοῦναι τὴν Θεσσαλονίκην αὐτούς. Αὐτοὶ δὲ οἱ Βενετικοὶ ἀσπασίως τὴν ἀγγελίαν δεξάμενοι, συνέθεντο τοῦ φυλάξαι, καὶ θρέψαι, καὶ εὐτυχῆσαι τὴν πόλιν, καὶ εἰς δευτέραν Βενετίαν μετασχηματίσαι. Καὶ αὐτοὶ Θεσσαλονικαῖοι ἑστερξαν τοῦ εἶναι πιστοὶ ἐν τῇ

vicis, qui mari Pontico adjacent deditis, præter arces, quas non potuit Morates expugnare, nempe Mesembriam, Dercos et alias: Zetunium etiam, cæteraque loca, quæ Strymon alluit: annuum insuper tributum pendere asprorum ter centum millia pollicitus tranquillitate fruebatur. Morates etiam, fortuna secunda ac propitia usus, hostibus suis ad unum deletis, a quoquam negotium sibi facessi haud metuens, Thraciam peragrat Prusamque accessit. Illinc profectus pontem Lopadii transit, Pergamumque devenit. Relicto Pergamo, Magnesiam contendit, inde Smyrnam invisit; Thyrea tandem et Ephesum adivit. Principum vicinorum, etiamque longe terrarum intervallo dissitorum per id tempus legati Moratem adierunt. Imperator quippe Joannes dominum Lucam Notaram consiliarium primarium suum multa dona ferentem misit. Pariterque Lazarus Serviæ despota, Danus Walachiæ princeps, Mitylenes dux, Chii quoque atque Rhodii legatos miserunt, de lætis faustisque rebus omnes ei **110** congratulati. Fidem etiam obligaverunt pacem amicitiamque se mutuo culturos. Veneti hoc fœdere exclusi sunt, ob eam quam narraturus sum, causam. Andronicus despota Manuelis imperatoris filius post Joannem imperatorem et Theodorum tertio genitus, quique sacro morbo consumptus est, Thessalonicæ dominabatur. Quo vero tempore Morates, ante oppugnatam Constantinopolim dico, bellum gessit, postquam Mustaphas ex Lemno discesserat, Thessalonica bello vexata est, omnesque Thessaliæ duces, Ætoliæ, Phthiæ, Thebarum et qui ultra Joanninam præfecti erant, Abranezis nempe posteri, Turachanes aliique plurimi arcta obsidione Thessalonicam cinxerunt. Quapropter indignati Thessalonicenses Turcorum incursiones quotidianas, nec ab ullo suorum liberatum iri sperantes, quod urbs calamitatibus intestinis premeretur, nec tolerare posset famem urgentem, omniumque necessariorum penuriam; consilio habito, despota volente nolente, primarios urbis cives ad Venetos misere, qui Thessalonicam eis dederent. Legatos benigne ac comiter susceperunt Veneti, pactoque convento urbem custodire atque alere promittunt, felicique statui redditurosque, alteraque Venetias eam præstituros. Thessalonicensibus placuit in fide et socie-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(57) *Ὁμοίως καὶ Λάζαρος*. Non appellabatur Lazarus, sed Stephanus Lazari F. Hic loquutus est Turcorum more: qui Serviæ despotas Lazaros sive Lazar-oglios appellarunt.

(58) *Ὁ δεσπότης Ἀνδρόνικος*. Laonicus, lib. IV, ab Andronico qui elephantiasi postea obiit, venditam Venetis Thessalonicam, quod ad tuendam illam impar esset. Lib. deinde V, post Mustapham a Morate fratre suo occisum, Thessalonicam ab hoc Morate expugnatam fuisse tradit. Hoc loco meminisse oportet a Laonico Thessalonicam Thermam vocari. Phranzes lib. I, capp. 21 et 32, etiam adeundus. Sed, cap. 21, errorem admisit et parachronismum: ait enim Andronicum eodem anno Thessalonicam vendidisse quo Theodorus Lacedæmonem Rhodiorum collegio Spartam vendidit, quod est falsissimum. Nicolaus Doglionius, *Venetæ Hist.* lib. VI, Thessalonicam a Morate II captam anno 1430 scribit, postquam per annos quatuor sub Venetiarum dominio stetisset. Annales Turcici ad annum 833 referunt, qui cœpit anno 1429, Sept. 30, feria 6. Phranzes, lib. II, cap. 9, mense Aprili anno 6938 [Christi 1430], occupatam a Turcis Thessalonicam scribit. Paulus Maurocenus, Patricius Venetus, *Hist.* lib. XX, anno 1430, tradit Andream Dandulum, qui ducis titulo res gerebat, et Paulum Contarenum capitanei munere fungentem, ignavia ac socordia sua Thessalonicam perdidisse.

Digitized by Google

tate Venetorum manere, tanquam Venetiis nati atque educati ipsi fuissent. His conditionibus ratis habitis ducem cum triremibus decem Thessalonicam adducunt, et tradito ei urbis regimine despotam Andronicum exportant: novo deinde duci fausta ominati in Bœotiam triremibus renavigarunt. Hinc bellorum pugnarumque origo. Turci quippe hanc urbem sibi vindicabant, his rationibus adductis: *Nisi hujus urbis vires fregissemus, vobis nunquam se permisisset.* Hac enim mente potiundæ urbis Turci bellum acriter gesserant, superioresque exstiterant, fame afflictis Tuessalonicensibus. Latini vero, veriti, ut quoquo modo Romæi ad angustias redacti rebellarent: Turcosque, in quorum ditione antea fuerant, expulsis Venetis, in urbem admitterent, nobilium Romæorum familias alio transmittere cœperunt; his quidem in Eubœam, illis in Cretam, aliis Venetias translatis, hanc fabulam, quæ vulgo canitur, allegant; penuriam scilicet necessariorum, qualia sunt frumentum, hordeum, legumina, carnes cæteraque cibaria et alimenta. Ut igitur pauciores rarioresque familiæ in urbe remanerent, ab hisque angustiis liberarentur cives, primores eorum sedes mutarunt, alioque transtulerunt, in patria n, Deo adjuvante, **111** postea redituri. Plerisque ergo huc et illuc traductis, multis in alto mari demersis: aliis supplicio affectis, tanquam proditionis rei peracti fuissent: cæteros in urbe residuos flagitiis et contumeliis vexavere.

Ad Moratem, ubi ex Asia in Thraciam reversus est, oratores Veneti mittunt pacem petentes. Aliud autem, præter istud, responsum ab eo non tulerunt: *Urbs illa paternæ ditionis meæ est, avusque meus Bajazites Romæis vi ereptam in suam potestatem redegit. Quod si Romæi eam nunc occuparent, injuriam me ipsis facere merito queri possent. At vos Latini cum sitis, et Italia advecti, quo jure harum regionum vos immiscetis rebus? Si vobis ita visum fuerit, ad propria redite, alioquin brevi adero.* Re itaque infecta reversi, responsum, quod retulerant, Venetias per custodiæ (Italice *della guardia*) seu speculatorias triremes miserunt. Vere deinde inchoante Adrianopoli discedit Morates, Serrhasque venit: ibique ex provinciis occidentalibus contracto exercitu, ad Hamzam scripsit, ut copias Orientis secum adduceret, fretoque superato Thessaliæ fines ingrederetur: cum universis deinde copiis in unum conjunctis Thessalonicam proficisci jubet. Morates interim Serrhis substitit, delicias captans ex rebus quæ illic sunt; conviviis enim delectabatur, cum juvenis esset, annumque vicesimum quintum ageret. Hamzas autem vallo circumdat Thessalonicam oppugnationi quotidie intentus. Qui porro mœnibus urbis se tutabantur, si eorum numerus iniretur, cum oppugnantium

κοινότητι τῶν Βενετικῶν, ὥσπερ αὐτοὺς τοὺς ἐν Βενετίᾳ καὶ γεννηθέντας, καὶ τραφέντας. Γενομένων οὖν τῶν συνθηκῶν διὰ δέκα τριήρεων, ἄγουσι Δούκαν ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν ἐντὸς, καὶ ἐξάγουσι τὸν δεσπότην Ἀνδρόνικον. Καὶ τὸν νέον Δούκαν εὐφημήσαντες ὑπέστρεψαν αἱ τριήρεις ἐν Βοιωτίᾳ. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἔκτοτε πλῆθος πολέμων, λέγοντες οἱ Τοῦρκοι, *Ἡ πόλις αὕτη ἡμετέρα ὑπάρχει· Εἰ γὰρ ἡμεῖς ταύτην ἀσθενοῦσαν οὐκ ἀπεδείξαμεν, οὐκ ἂν εἰς ὑμᾶς ἀπέκλινεν.* Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ φρονήματι καρτερὰ μάχη ἐγένετο, καὶ ὑπερίσχυον οἱ Τοῦρκοι, ἐλίμωττον δὲ οἱ Θεσσαλονικεῖς. Οἱ δὲ Λατῖνοι, φοβούμενοι μή πως οἱ Ῥωμαῖοι στενοχωρηθέντες ποιήσουσιν ἄνταρσιν, καὶ εἰσάξουσι τοὺς Τούρκους, τοὺς δὲ Βενετικοὺς διώξουσιν, ἦν γὰρ καὶ προλαβὼν ἡ πόλις τῶν Τούρκων, ἤρξαντο τοὺς τῶν εὐγενῶν Ῥωμαίων οἴκους μεταστέλλειν, τοὺς μὲν εἰς Εὔβοιαν, τοὺς δὲ ἐν Κρήτῃ, ἄλλους ἐν Βενετίᾳ· ἡ ἀδομένη οὖν ἐπίπλαστος ἀφορμὴ, ὅτι τὰ πρὸς χρείαν εἰσὶ σπάνια, οἷον σῖτος, κριθαὶ, ὄσπρια, κρέα καὶ ἄλλο εἴ τι τρόφιμον. Διὰ τὸ ἀραιῶσαι οὖν τὰς οἰκίας, μετοικισάτωσαν οἱ προὔχοντες ἕνεκα τῆς στενοχωρίας ταύτης, καὶ εἰς τὸ μετέπειτα Θεοῦ ἀρωγοῦντος ἐπανελεύσονται. Μετήγαγον οὖν πλείστους ὧδε κἀκεῖσε, καὶ πολλοὺς ἐν τῷ βυθῷ ἔῤῥιψαν· ἄλλους ὡς ἀπίστους ἐκόλαζον· τοὺς δὲ ἐναπολειφθέντας ἐν μυρίαις ἀσελγείαις ἐκάκουν.

Μετὰ δὲ τὸ ὑποστρέψαι τὸν Μωρὰτ ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς Θρᾴκην, ἔστειλαν οἱ Βενετικοὶ ἀποκρισιαρίους πρὸς αὐτὸν αἰτοῦντες εἰρήνην. Ὁ δὲ οὐκ ἀπόκρισιν παρέσχεν αὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον, ὅτι *Ἡ πόλις αὕτη πατρικόν μου κτῆμά ἐστι, καὶ ὁ ἐμὸς πάππος Παγιαζὴτ δυνάμει, χειρὶ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ταύτην ἔλαβεν. Εἰ γὰρ ἦσαν Ῥωμαῖοι οἱ δυναστεύοντες, μοι εἶχον ἂν πρόφασιν τοῦ λέγειν ἐ ἀδικῶν. Ὑμεῖς δὲ Λατῖνοι ὄντες, καὶ ἀπὸ Ἰταλίας, τίς ἡ προσχώρησις τῶν ὧδε; Μεταστῆτε, εἰ βούλεσθε· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαι ταχύ.* Στραφέντες οὖν ἄπρακτοι ἔγραψαν τὴν ἀπόκρισιν ἐν Βενετίᾳ σὺν ταῖς τριήρεσι τῆς γαρδίας, ἤγουν τῆς παραφυλακῆς. Ὁ δὲ Μωρὰτ ἔαρος ἀρξαμένου ἀπάρας ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ εἰς Σέῤῥας ἦλθε (59)· κἀκεῖ τὸν στρατὸν συναθροίσας ἐκ τῆς Δύσεως, ἔγραψε τῷ Χαμζᾷ λαβεῖν τὰς δυνάμεις τῆς Ἑῴας, καὶ περᾶσαι τὸν πορθμὸν τοῦ ἐλθεῖν ἐν Θετταλίᾳ. Συναφθέντες οὖν ὁμοῦ, στέλλει τοῦτον ἐν Θεσσαλονίκῃ σὺν πάσαις ταῖς δυνάμεσιν. Ὁ δὲ Μωρὰτ ἦν ἐν Σέῤῥαις κατατρυφῶν τῶν ἐκεῖ ἀγαθῶν· ἦν γὰρ φιλῶν τὰ συμπόσια, νέος γὰρ ὑπῆρχε τότε, ἄγων ἔτος που εἰκοστὸν πέμπτον. Ὁ δὲ Χαμζᾶς ἐδίδου σκόλοπα τὸ καθ' ἑκάστην πολεμίζων Θεσσαλονίκην. Οἱ δὲ ἐντὸς ὡς πρὸς τοὺς ἔξω ἦσαν ἑκατὸν πρὸς ἕνα. Τότε κατασκευάσας κλίμακας, καὶ ἐλε-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(59) *Εἰς Σέῤῥας ἦλθε.* Serræ Thessaliæ urbs metropolis, thronum 58, sub Leone Philosopho tenuit.

Digitized by Google

πόλεις πλείστας, καὶ κατασκευὰς πολλὰς, ἐμήνυσε τῷ Μωρὰτ τοῦ ἐλθεῖν ἵνα δώσωσι τὸν πόλεμον. Οἱ δὲ ἐντὸς ἵσταντο ἐκδεχόμενοι τὰς τριήρεις ἀπὸ τῆς Βενετίας. Καὶ ὁ Μωρὰτ ἦλθε, καὶ τὰ τοῦ πολέμου καλῶς κατεσκεύαστο, καὶ αἱ τριήρεις οὐκ ἦσαν. Τότε ὁ Μωρὰτ ἐκήρυξε διὰ τῆς σάλπιγγος, λέγων· Ἰδοὺ δίδωμι πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ὑμᾶς, ἄνδρας, γυναῖκας, παιδία, ἄργυρον, χρυσόν· μόνον τὴν πόλιν ἐμοὶ ἄφετε. Τότε ἠχησάντων τῶν ὀργάνων καὶ τῶν κλιμάκων τεθέντων (τί γὰρ εἶχον πρᾶξαι πεντακόσιοι, ἢ χίλιοι, ἢ δισχίλιοι ἄνδρες; ἐν τοσαύτῃ πόλει; Μόλις γὰρ ἐν δέκα προμαχῶσιν εἷς τζαγραδόλος ἵστατο), ἐπιβάντες οὖν τοῖς κλίμαξιν αὐθωρὸν ἐντὸς εὑρέθησαν· καὶ ἀνοίξαντες μίαν πύλην, ὡς σμῆνος μελισσῶν ἅπας ὁ στρατὸς ἐντὸς εἰσῆλθε. Καὶ ἦν ἰδεῖν ξένον τέρας, ἄνδρας καὶ γυναῖκας, σὺν νέοις καὶ παρθένοις ἀφήλιξι καὶ βρεφυλλίοις, ὁρμαθοὺς ὁ καθεὶς τῶν ἱππέων ἔχων ἐν χερσὶν ἕλκοντας. Αὐτοὶ δὲ *Οὐαὶ* μόνον ἑλκόμενοι ἔκραζον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐλεῶν, οὐδὲ ὀρέγων χεῖρα βοηθείας. Ἀπαρχὴ κακὴ, καὶ ἀπαίσιος τῶν μελλόντων κακῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ. Ἐγυμνώθησαν οἶκοι, ἠρημώθησαν ναοί, ἐκκλησιῶν εὐπρέπειαι, κειμήλια ἱερὰ ἐν χερσὶ μιαρῶν, παρθένοι σεμναὶ ἐν ἀγκάλαις ἀσώτων· γυναῖκες εὐγενεῖς ἐν χερσὶν ἀγενῶν, καὶ τὰ πάντα κακά. Τί; καὶ πῶς; καὶ διατί; Διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἐν μιᾷ οὖν ἡμέρᾳ κενωθεῖσα ἡ τοσαύτη πόλις ἔμεινεν ἔρημος. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀθροίσας ἐκ τῶν πέριξ χωρίων καὶ πόλεων ἐγκατοίκους Τούρκους σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις κατέστησε, κελεύσας· Εἴ τις τῶν Ῥωμαίων ἐξαγορασθείη, καὶ ἐλευθερωθείη, ἐχέτω ἄδειαν τοῦ ἐλθεῖν καὶ οἰκῆσαι πάλιν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει. Τὰ δὲ τῶν μοναστηρίων χρειττότερα, ὧν αἱ φῆμαι πανταχοῦ ἐκηρύττοντο, ἐποίησε βωμοὺς τῆς αὐτῶν θρησκείας, πλὴν τοῦ ναοῦ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Δημητρίου. Καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ εἰσελθὼν, καὶ θύσας κριὸν ἵνα οἰκείαις χερσὶν προσηύξατο, εἶτα ἐκέλευσε τοῦ εἶναι ἐν χερσὶ τῶν Χριστιανῶν (60). Πλὴν καὶ τὸν τοῦ τάφου κόσμον, καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν ἀδύτων ἅπαντα οἱ Τοῦρκοι ἐνοσφίσαντο, τοίχους μόνον ἀφέντες κενούς. Ἀπάρας δὲ ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης ἦλθεν ἐν Ἀδριανουπόλει. Μετ' ὀλίγον δὲ οἱ Βενετικοὶ στείλαντες ἀποκρισιαρίους ἐποίησαν εἰρήνην, φοβούμενοι μήπως ὁλέσωσι καὶ τὴν Εὔβοιαν.

comparatus rationem unius ad centum habebat. Apparatis etiam scalis machinisque bellicis quamplurimis, Moratem venire hortatur, ut expugnandam urbem adoriantur. Triremes interim Venetiis exspectabant, qui intra urbem obsessi tenebantur. Accessit ergo Morates, et cuncta perite apparata invenit, nec comparebant triremes. Tunc Morates tubicinis voce talia militibus edixit: Ecce omnia, quæ in hac urbe sunt, vobis concedo, viros, feminas, pueros, argentum et aurum; urbem solummodo mihi partam volo. His per tubicinem publicatis, tubarum clangor cietur, et scalæ muris admoventur. (Quid, quæso, quingenti, mille, vel his mille viri in tam magna urbe præstare poterant? cum vix unus sagittarius in decem turribus adesset.) Scalis itaque in muros subierunt, et simul in urbem se conjecerunt: et per portarum unam ab eis patefactam totus exercitus, velut examen apum intravit. Obversabatur tunc oculis spectaculum prodigio simile. Equitum singuli catenas manibus tenentes, viros, feminas, pueros puellasque impuberes, et infantes **112** post se trahebant. Qui trahebantur hanc solam vocem, *Væ* emittebant, nec erat qui eorum miseriis tangeretur, manumve adjutricem protenderet. Malum omen et funestum calamitatum, quæ urbi imperiali impendebant. Direptæ sunt domus, desolata templa; ecclesiarum ornamenta et sacra vasa manibus pollutis impiorum contrectata sunt: virgines venerandæ in amplexus impudicorum venere: feminæ nobiles ignobilium mancipia factæ sunt; omnia tandem mala eos obruerunt. Quid hoc? quomodo et quare accidit? Propter peccata nostra. Unius igitur diei spatio tanta urbs omnibus incolis orbata, desolata penitus stetit. At Morates imperator ex vicis et oppidis proximis novos colonos Turcos cum uxoribus et liberis in eam deduxit. Præterea edixit, ut, si quis Romæorum, redemptionis soluto pretio, in libertatem postliminio rediisset, in eam venire et secure habitare posset. Præcipua monasteria, quorum fama celebris ubique erat, suæ religioni templa, præter insignis martyris Demetrii ædes, consecravit. Quamvis enim id ingressus templum suis manibus arietem immolasset, Deumque precatus esset, Christianis tamen restitui postea jussit. Ornamentum vero sepulcri et membriæ martyris, templi et adytorum quodcunque erat, Turci furati sunt, parietibus nudis solummodo relictis. Thessalonica deinde abscessit Morates et Adrianopolim repetivit. Paucos post dies Veneti legatos ad eum mittunt, qui pacem composuerunt, metu adducti ne Eubœa sibi insuper eriperetur.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἠγέρθη τις τῶν υἱῶν τοῦ βαϊβόδα Βλαχίας Μύλτζου (61), εἶχε γὰρ πολλοὺς

Per id quoque tempus Mylcæ Walachiæ vaivodæ nothorum filiorum (quales multos Veneri admodum

Ismaelis Bullialdi notæ.

(60) *Εἶτα ἐκέλευσε εἶναι ἐν χερσὶ τῶν Χριστιανῶν.* Hoc notavit Auctor noster, quoniam Turcorum instituto adversari videtur: qui Christianorum templa, in quibus preces suas recitaverint, lege veteri restituere se posse negant.

(61) *Τοῦ βαϊβόδα Βλαχίας Μύλτζου.* Ut Ducæ

deditus susceperat) unus Constantinopoli excessit, ubi in palatio Joannis imperatoris militari habitu degebat: et cum Walachis adolescentibus ad bellandum rebellandumque aptis, tunc temporis Constantinopoli commorantibus, familiariter versabatur. Hunc illi in quamdam arcem Walachiæ abducunt, et ad eos illic congregatos multi quotidie confluunt, exercitusque potens colligitur. Levis quippe Walachorum gens, et ad struendas principi suo insidias instabili mobilique animo proclivis. Walachis tunc imperabat Danus, Mylcæ ex fratre Dano etiam appellato nepos. Ille, comperta Mylcæ morte, dum Morati urbem oppugnanti militabat, ut qui ad manus conserendas semper paratus esset, ad locum quemdam insidiis quæsitum cum Turcis currit, et occasionem hinc nactus occulte in urbem se recipit. Apud imperatorem quisnam esset professus, portis postea Romæis in hostes erumpentibus **113** se jungere, et adversus Turcos præclara facinora edere. Soluta urbis obsidione, speque deluso Morate, qui a scopo quem intendebat, deerravit, Danus ab imperatore missionem venerabundus petiit, viamque sibi apériri, qua ad suos rediret. Ipsum honorifice dimisit imperator, et navi maxima vectum mari Pontico Asprocastrum usque transmisit. Illic qui occurrerunt Walachiæ magnates principem salutaverunt, et occiso Mylcæ filio notho, avito principatui eum reddiderunt. Postquam vero totius Walachiæ do-

νόθους ἀσωτως ζῶν, καὶ ἀπάρας ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἦν γὰρ ἐκεῖ διάγων ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ἐν στρατιωτικῷ σχήματι· καὶ συνομιλῶν καθ' ἑκάστην σὺν νεωτέροις, καὶ πρὸς τὰ μάχιμα καὶ ἀνταρτικὰ ἐπιδεξίοις· ἦσαν γὰρ καὶ Βλάχοι τινὲς εὑρισκόμενοι τῷ τότε καιρῷ ἐν τῇ Κωνσταντίνου. Καὶ δὴ λαβόντες αὐτὸν ἀπῆσαν ἐν ἑνὶ ἄκρῳ Βλαχίας· κἀκεῖ ἀθροισθέντες ἱκανοὶ τὸ καθ' ἡμέραν ἠθροίζοντο, καὶ παρεμβολὴ κραταιὰ ἐγένετο. Ἦν γὰρ τὸ γένος τῶν Βλάχων ἀσύστατον, καὶ πρὸς ἐπιβουλίαν τῶν ἡγεμόνων ῥέπων τὴν γνώμην εὐκίνητον. Ὁ γὰρ βαϊβόδας τοῦ τότε καιροῦ ὑπῆρχεν ἀνεψιὸς τοῦ Μύλτζα, υἱὸς ἀδελφοῦ Ντάνου ἐπονομαζομένου. Μαθὼν οὖν ὅτι τέθνηκε Μύλτζας, ἐκεῖνος δὲ ἦν διάγων σὺν τῷ Μουράτ, ὅτε ἐστράτευσε κατὰ τῆς πόλεως, καὶ ὡς ἐν παρατάξει πολέμου ἕτοιμος, καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς Τούρκοις δραμὼν εἰς ἐνέδραν, ἔλαθεν εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει. Καὶ ἐμφανὴ ποιήσας ἑαυτὸν τῷ βασιλεῖ, ἐξήρχετο σὺν τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ἠνδραγάθει κατὰ τῶν Τούρκων. Ὡς οὖν ὁ Μωράτ ἀπέστη τῆς πόλεως, μὴ τυχὼν ὃ ἐν ἐλπίσι ἦν, ἀλλ' ἀποτυχὼν τοῦ σκοποῦ, καὶ ὁ Ντάνος προσκυνήσας τῷ βασιλεῖ ἐζήτει ἐλευθερίαν, καὶ ὁδὸν εὐθεῖαν τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὰ ἴδια. Ὁ βασιλεὺς φιλοτιμήσας δὲ, καὶ εἰς μίαν τῶν μεγίστων νηῶν εἰσάξας, ἐστειλεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὸ Ἀσπρόκαστρον. Ἐκεῖ δὲ οἱ τῆς Βλαχίας εὑρισκόμενοι ἄρχοντες εὐφήμησαν αὐτὸν ὡς ἡγεμόνα, καὶ εἰς τὴν παππικὴν ἡγεμονίαν ἀποκατέστησαν, κτεί-

Ismaelis Bullialdi notæ.

narratio, quam de Valachis hic prosecutus est, rite intelligatur, principum istorum seriem genealogicam subjiciemus: qualem ex textu ipsius colligimus.

N

Mylce, seu Mirkes, de quo cap. 19, et hoc 29.		Danus	
N. filius nothus a Dano Dani F. occisus.	Dracula alter filius nothus, qui Danum Dani F. occidit.	Danus a Dracula occisus.	N. a Morate in Valachiam ut ei imperaret missus: et a Dracula victus et interfectus.

N. a Joanne Hunniade excæcatus. *Hist. Hung.*

De Mirke et Dano Joannes Thwrozius in Chronicis Hungaricis, anno 1415, cap. 17, mentionem faci', eodem sanguine natos, non tamen fratres fuisse: quorum hic Turcarum auxilia, ille Sigismundi opem imploravit. Antonius pariter Bonfinius rerum Hungaric., decad. III, lib. III, anno 1415, sic loquitur: In causa Valachorum duo fuere principes, Daan alter, alter Merkes dictus, uterque eodem genere natus; dominandi gratia est nata discordia. Daan cum se viribus inferiorem esse cerneret, præcipiti consilio tractus ad Turcarum opem confugit: a quibus auxilia, quæ petierat, facile impetravit, cum occupandæ illi Daciæ potissimam hanc esse ducerent occasionem. Quare ut cognatum sibi infensum regno exigeret, profanas legiones induxit. Merkes, ne Turcas Daciam invadere pateretur, neve fœdæ gentis opibus regno ejiceretur, ad Sigismundi opem confugit, etc. Losoncius cum exercitu ad tuendum Merkem missus a Turcis et Valachis cæsus est. Laonicus, lib. IV, de Myrke, et Dano verba facit, quorum opibus et auxiliis usus est Moses adversus Musulmanum, lib. V, Draculum ab Huniade victum, et Daciæ seu Valachiæ Danum præpositum fuisse: qui omnes Draculii consanguineos et affines occidit: qui duces Myrxæ filii nothi erant, ait Laonicus. Ex Joanne vero Thwrozio discimus, post cladem Varnensem ab Hungaris acceptam, Joannem Hunniadem Corvinum fuga salutem sibi quærentem in Walachiam evasisse, ibique a Draculio vaivoda captum, aliquandiu detentum fuisse. Tali injuria accepta ira incensus Hunniades in Draculium, anno 1446, movet, captumque cum filio ejus primogenito capite plectit. Dani quoque vaivodæ filium luminibus privat. Laonicus, lib. VII, de capto a Draculio Hunniade etiam disserit: et hunc in Dacos movisse, ut Daanum in possessionem Walachiæ mitteret. Belli exitus is fuit: Daci Draculium deserunt, et ad Daanum transfugiunt. Draculius a suis desertus fugæ se mandat, a qua per Danum, qui eum insecutus fuerat, retrahitur, ab eoque una cum filio interficitur. Aut igitur Laonicus de Dano isto falsa scribit, aut duos fuisse necesse est: unum juxta Hungaricam historiam, excæcatum: alterum, qui, juxta Laonicum, Draculium interfecit. De his Mirke et Dano pauca Leunclavius in *Pandectis*, num. 71, sed quæ nullius sunt momenti.

Digitized by Google

νεντες τὸν νόθον υἱὸν τοῦ Μύλτζα. Ὡς δὲ ἐγέ- A
νετο κύριος πάσης Βλαχίας, ἔστειλεν εἰς τὸν Μω-
ρὰτ ἀποκρισιαρίους εἰρηνεύσων αὐτὸν, καὶ ἐγένετο.
Ἦν γὰρ χρηστὸς τῷ ἤθει, καὶ ἥμερος ὁ Μωράτ·
ἐδίδοτο γοῦν παρ' αὐτοῦ τὸ κατ' ἔτος τέλος, καὶ
εἶχε παντοίαν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν Βλαχίαν ὁ Ντάνος
αὐθέντευεν. Ἀλλ' ἐπανίτω μοι νῦν ὁ λόγος εἰς τὸν
Δραγούλιον· οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο πανοῦργος τοῖς
τρόποις ὤν· καὶ γὰρ τὸ Δραγούλιος ὄνομα πονηρὸς
ἑρμηνεύεται. Κροτήσας οὖν πόλεμον μετὰ τοῦ
Ντάνου ἀπέτεμε τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, καὶ κύριος
τῆς ἡγεμονίας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατέστη. Ὁ δὲ
Μωράτ, μαθὼν τὸ δρᾶμα, βαρέως ἤνεγκεν· εἶχε γὰρ
ἐν χερσὶν ἄλλον ἀδελφὸν τοῦ Ντάνου, καὶ βουληθεὶς
τοῦ κατασταθῆσαι αὐτὸν ἡγεμόνα ἀντὶ τοῦ φονευθέν- B
τος ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἔστειλεν αὐτὸν σὺν δυνάμει ἐν
Βλαχίᾳ. Ὁ δὲ Δραγούλιος πόλεμον στερρὸν ἐγείρας
κατὰ τῶν ἐπεμβαινόντων ἔτρεψε, καὶ εἰς τέλος
ἠφάνισε, καὶ τὸν Δραγούλιον (62) ἔκτεινε, καὶ αὐ-
τὸς τὴν ἡγεμονίαν ἐκληρονόμησεν. Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ
ἔτει (63) ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν τοῦ Καραμὰν ἀπαγγέλ-
λων τῷ Μουρὰτ, ὅτι ἐν τοῖς ἵπποις αὐτοῦ ἐστιν
εἷς τῶν Ἀραβικῶν ἵππων ἔν τε πράξει, ἔν τε ἡλι-
κίᾳ, ἐν χρώματι, ἐν ἰσότητι τῶν μελῶν τε καὶ ἄρ-
θρων ὡς οὐδεὶς τῶν παρὰ τοῖς Ἄραψι καλῶς καὶ
ἐπιμελῶς τρεφομένων καὶ παιδευομένων. Ὁ Μου-
ρὰτ οὖν, ἐλθὼν εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ἵππου, στέλλει
ἕνα τῶν τιμίων αὐτοῦ δούλων καὶ ζητεῖ τὸν ἵππον,
ἐλπίζων ὁ Μουρὰτ κατὰ τὴν πρώτην ἀγγελίαν τοῦ
δοῦναι τὸν ἵππον χάριν φιλίας, ἢ ἀνταλλαγῆς τινος C
τιμήματος. Ἦν γὰρ ὁ Μουρὰτ ἀεὶ δέρων, καὶ ἐπα-
πειλῶν αὐτὸν πάντοτε, ἐκ πατρόθεν καὶ πάππων
εὐτυχὴς ὢν κατὰ τῆς ἡγεμονίας τοῦ Καραμάν.
Ἐθάρρει τοίνυν κατὰ πολλοὺς τρόπους τοῦ ἔχειν
τὸν ἵππον. Ὁ δὲ Καραμὰν, τὰ ἐναντία φρονῶν,
ἀπελογήσατο τῷ δούλῳ τοῦ Μουρὰτ, *Δύναταί ὁ
κύριός σου ἐπιβῆναι τῷ ἵππῳ τούτῳ;* δεικνύων
δακτυλοδείκτως καὶ τὸν ἵππον· ὁ δὲ εἶπεν· *Εἰ δύνα-
ται ἢ οὐ δύναται, οὐκ ἐμοὶ τυγχάνει τὴν ἀπό-
κρισιν δοῦναι·* αὐτὸς γὰρ δύναται τοῦ ἀνταποκρι-
θῆναί σοι· ἐμοὶ δὲ ἀπόκρινα τί τὸ μέλλον ἀνταπο-
κρῖναι τῷ κυρίῳ μου. Ὁ δὲ Καραμὰν ἔφη,
Ἀνάγγειλον τῷ κυρίῳ σου, ὅτι *Οὐ δυνήσῃ καθί-
σαι ἐν τῷ ἵππῳ ἀγέρωχος ὑπάρχων, μόλις γὰρ
ἐγὼ τὴν ἐπίβασιν τίθημι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ
πέμπω σοι.* Ὁ δὲ Μουρὰτ, ἀκούσας τοὺς λόγους, D
ἐσκληρύνθη, καὶ σπουδῇ τὰ στρατεύματα συναγα-
γὼν, καὶ περάσας τὸν Ἑρθμὸν εἰς Πρόῦσαν ἀφί-
κετο, κἀκεῖ μικρὸν ἀναμείνας Ἕως καὶ τὰ τῆς Ἀνα-
τολῆς συναχθῶσι. Καὶ ὁ πρὸ μικροῦ ῥηθεὶς Δραγού-
λιος ὁ βαϊβόδας Βλαχίας ἔφθασε διαβὰς τὸν ποταμὸν,
καὶ ἐν τῇ Προύσῃ τυχὼν τῷ Ἀμηρᾷ Μουράτ· καὶ
προσκυνήσας αὐτῷ ὑπετάγη, ὑποσχεθεὶς ὁπόταν
δέῃ περᾶσαι ὁ Μουρὰτ ἐν τῇ Θύγγρίᾳ, αὐτὸς δώσει

minationem adeptus est, ad Moratem placandum legatos mittit, qui exoratum eum habuerunt. Mansuetus quippe erat Morates, laudabilibusque moribus præditus: cui vectigali annuo soluto, pace ac Walachiæ imperio potiebatur Danus. Sed ad Draculium redeamus, eo etenim nomine, cui pravi notio inest, cum improbus esset appellabatur. Is itaque debellato Dano caput amputat, patrisque sui principatum obtinet. Hoc facinus ægre tulit Morates: cumque Dani fratrem apud se haberet successorem principatui proclamat, et viribus instructum in Walachiam dimittit. Draculius, bello adversus invadentes fortiter gesto, eos in fugam vertit, omninoque delevit, et Dani fratre occiso regnum obtinuit. Anno illo venit quidam ex Caramani servis, qui Moratem monet, in illius equili egregie ac diligenter curatum equum Arabem ali, præ cæteris ejusdem generis agilem ac docilem: ætate, colore, ac membrorum concinnitate præstantem. Quare Morates, equum avide concupiscens, quemdam servum suum primarium, qui eum peteret, mittit: fiducia plenus, quamprimum significaret eum se cupere, Caramanum amicitiæ stabiliendæ, vel quampiam rem aliam vicissim consequendi gratia, illico concessurum. Morates quippe manus ei intentans minis usquequaque terrebat; prospereque semper majores sui ipseque adversus Caramanum res suas gesserant: multis etiam de causis confidebat equum se consecuturum esse. Verumtamen secus sentiens Caramanus Moratis servum his verbis interrogavit: *Dominus tuus hunc equum* (quem digito demonstrabat) *conscendere potest?* Respondit servus, *Possit necne, dicere meum non est;* ipse enim, tuis verbis quæ reponat, habet; mihi vero responsum redde, quod ad dominum meum referre possim. Ad eum itaque ejusmodi verba habuit Caramanus, Domino tuo nuntia meo nomine: *Equo insidere nequires, cum ardua cervice superbus exsistat, vix enim sessorem me patitur, eum propterea tibi non mitto.* His exasperatus Morates exercitum velociter conscribit, fretoque trajecto **114** Prusam venit, illicque, dum Orientis copiæ se conjungerent substitit. Paulo ante memoratus Draculius Walachiæ vaivoda fretum etiam transvectus Prusam ad Ameram Moratem accessit: veneratusque subditum se professus est, fidemque dedit se Morati, quandocunque in Hungariam movere voluerit, transitum concessurum, et ad fines usque Germaniæ et Russiæ viam ei praiturum. Tantis promissis motus Morates, convivam compotoremque ad mensam suam admisit: multisque donis illum, ac comites plusquam trecentos honoratos amice complexus dimisit. Prusa deinde, Gotyæum profectus, indeque progrediens, fines ditio-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(62) Scriptum interlin. Δάνου adde ἀδελφὸν et dele Δραγούλιον.

(63) *Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ ἔτει.* Hujus belli Caramano illati Laonicus lib. v, et Leuncl. lib. xiv, mentionem faciunt.

Digitized by Google

num Caramani invasit, urbesque duas recepit, unam Aksiari, alteram Pegsiari Turcorum lingua appellatas : hæcque Iconio vicina satis est, bidui itinere ab ea dissita. Quod invadenti opponeret, Caramanus non habebat : quare legatos ad eum mittit ditionis suæ præcipuos viros, qui magnam pecuniæ vim, equum, duasque subactas urbes, earum etiam agros et vicos, si tamen retrocedere velit, offerrent. Ad Moratem etiam soror ejus, (quam Caramanus uxorem duxerat, eaque affinitate contracta Moratis sororius erat) litteras hortatorias scripsit : quibus ad pacis conditiones adductus, eam jurejurando sancivit, et ad sua reversus est.

A πόρον, αὐτὸς γενήσεται προσδοποιὸς ἄχρις ὁρίων Ἀλαμανίας τε καὶ Ῥωσίας. Ὁ δὲ Μωράτ ἀγασθεὶς ἐπὶ τοῖς ὑποσχεθεῖσι, καὶ ὁμοτράπεζον καὶ συμπότην αὐτὸν ποιήσας, καὶ λίαν φιλοτιμήσας, καὶ δῶρα πλεῖστα αὐτόν τε, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἦσαν γὰρ ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους, καὶ ἀσπασάμενος ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ Μωρὰτ ἐκ τῆς Προύσης εἰς Κοτύαιον ἐλθὼν, ἐκεῖθεν ἀπάρας εἰσῆλθεν ἐν τοῖς ὁρίοις τοῦ Καραμάν. Καὶ χειρωσάμενος πόλεις δύο, ἡ μία καλεῖται κατὰ τὴν τῶν Τούρκων γλῶσταν Ἀκσιαρη, ἡ δὲ ἑτέρα Πεγσιάρη (64), ἦν δὲ ἡ πόλις αὕτη ἐγγὺς Ἰκονίου ἀπέχουσα δύο ἡμερῶν ὁδόν. Τότε ὁ Καραμὰν μὴ ἔχων τι δρᾶσαι, στέλλει πρὸς αὐτὸν πρέσβεις τοὺς ἐντιμοτέρους τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ χρήματα ἱκανὰ καὶ τὸν ἵππον, καὶ τὰς δύο πόλεις ἃς ἔλαβε σὺν τοῖς κάμποις καὶ τοῖς χωρίοις, μόνον τοῦ στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω. Στείλασα καὶ γραφὰς παρακλητικὰς ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν, ἦν γὰρ Καραμὰν γαμβρὸς ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ Μωράτ· ὁ δὲ καμφθεὶς ταῖς παρακλήσεσι αὐτῶν ἐποίησεν εἰρήνην σὺν ὅρκοις, καὶ ὑπέστρεψεν.

CAPUT XXX.

Serviam a Georgio Wulci F. Morates repetit. Georgius filiam suam ei nuptum dat, concessa in dotem Serviæ parte. Morates duce Draculio Hungariam frustra invadit. Morates socero suo Georgio bellum infert, urbes capit, sororios suos luminibus privat. Draculius in carcerem detrusus datis filiis obsidibus liberatur. Morates Bellogradum frustra oppugnat.

Postquam vero Adrianopolim Morates venit, Despotam Serviæ Stephanum Lazari filium, Bajazitis sororium, cujus meminimus in Bajazitis Illirim rebus enarrandis, fato cessisse rescivit. Ab ejus successore Georgio per legatos totam Serviam repetit ; hæredem quippe decessor non genuerat ; supererat nepos ex Maria Lazari filia, et defuncti Stephani sorore. Erat equidem Georgius Wulci filius etiam Lazari gener. Admissos legatos ut decebat honorifice suscipit. Secumque cogitat draconis fraudes ; qui, si comederit, et aliquatenus satiatus fuerit, quietus recumbet ; alias, si nulla ei offa in os injiciatur, Serviam, Bulgariam paternasque ditiones suas omnes hiante ore devoraturus. Occasione **115** itaque usus filiam suam ei desponsavit, maxima Serviæ parte dotis nomine concessa : hac solummodo conditione apposita, ut cito pax

B Ἐλθὼν δὲ ἐν Ἀδριανουπόλει, καὶ μαθὼν, ὅτι ὁ δεσπότης Σερβίας υἱὸς τοῦ Λαζάρου (65), καὶ γυναικάδελφος τοῦ Παγιαζὴτ ἀπέθανεν, ὃν ὁ λόγος ἐν τοῖς τοῦ Παγιαζὴτ χρόνοις, τοῦ Ἰλτρὴμ λέγω, ἱστόρησεν, πέμπει πρὸς τὸν αὐτοῦ διάδοχον ἀποκρισιαρίους ζητῶν τὴν ἅπασαν Σερβίαν· ἦν γὰρ ὁ ἀποθανὼν μὴ ἔχων κληρονόμον, καὶ γὰρ ἅπαις ἐτελεύτησεν. Εἶχεν οὖν ἀδελφιδοῦν ἐκ τῆς Μάρω τῆς θυγατρὸς Λαζάρου, καὶ ἀδελφῆς αὐτοῦ τοῦ τεθνηκότος Στεφάνου. Ἦν γὰρ Γεώργιος υἱὸς Βούλκου καὶ γαμβρὸς Λαζάρου. Ἰδὼν οὖν ἀποκρισιαρίους καὶ τιμήσας αὐτοὺς ὡς ἐχρῆν· καὶ κατὰ νοῦν λαβὼν τὰς τοῦ δράκοντος ἐπηρείας, ὅτι εἰ μὲν φάγει, καὶ κορεσθῇ μικρὸν, ταπεινωθήσεται· εἰ δ' οὔ, καὶ Σερβίαν καὶ Βουλγαρίαν, καὶ τοὺς C πατρικοὺς τόπους αὐτοῦ ἅπαντα χανὼν ῥοφήσει. Καὶ πραγματεύεται τὸν καιρὸν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν

Ismaelis Bullialdi notæ.

(64) Ἀκσιάρη, Πεγσιάρη. Leuncl. lib. XIV, capias has urbes dicit, quas vocat Acscheherem et Beg-Scheherem, et eodem libro Boscara appellat. In tabulis geographicis vulgatis Sari, quæ forte Acsiari, sita est ad septentrionem Iconii, Bogas, quæ Begsiari vel Boscara est, ad ortum et meridiem Iconii respectu jacet. Fallitur Ortelius, qui Ac-Serai Leunclavii Anazarbum facit : cum Anazarbus in Ciliciæ finibus orientalibus olim fuerit, quæ ab Iconio plurium dierum itinere distat.

(65) Ὅτι ὁ δεσπότης Σερβίας υἱὸς τοῦ Λαζάρου. Ut clarior sit legentibus Historia Ducæ in illis, quæ ad Serviæ despotas spectant, repetemus hic ex Mauro Orbino, qui Italice regnum Slavorum scripsit, genealogias duas, unam ex parte gentis, Nemagnæ scilicet ; alteram Privaziorum.

Pars genealogiæ gentis Nemagna.

MILUTINUS, vel UROSCUS SANCTUS.

Wladislaus.	Uroscus a filio Stephano alqueo interemptus anno 1331.	Constantinus.

Primiscia, vel Simissa,	Stephanus Duscianus obiit ad Διπόταμον, ab Andronico juniore exstructum oppidum, anno 1354, ætat. 45.	Nera Michaelis Bulgarum regis uxor. De illa Cantacuzenus, lib. III, cap. 2,

Uroscus rex ultimus gentis Nemagnæ : quem Cantacuzenus, lib. IV, cap 43. Οὔρεσιν appellat Græce filium : qui adversus Simonem avunculum suum Acarnaniæ principem bellum gessit.

Digitized by Google

αὐτοῦ θυγατέρα εἰς γάμον (66), καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς Σερβίας εἰς προῖκα, τάχα μόνον ἐνόρκως ποιήσωσι τὴν εἰρήνην· χρυσίου δὲ καὶ ἀργύρου ταλάντων ἀριθμὸν τίς διηγήσεται; Στέλλει ἀποκρισιαρίους, καὶ πείθουσι τὸν ἡγεμόνα· καὶ πέμπει τὸν Σαριτζίαν ἕνα τῶν βεζιρίδων τοῦ μνηστεῦσαι τὴν κόρην, καὶ δοῦναι ὅρκους τῷ Γεωργίῳ καὶ λαβεῖν παρ' αὐτοῦ ἀσφάλειαν. Ἐντυχὼν οὖν ὁ Σαρατζίας τῷ δεσπότῃ Γεωργίῳ, καὶ τελειώσας τὴν τῶν μνήστρων πρᾶξιν ἐπανῆλθεν. Αἰτήσας λύσιν τοῦ οἰκοδομῆσαι πολίχνιον ἐν τῇ ἀκτῇ τοῦ Δανούβεως, δέδωκεν αὐτὴν ὁ Μουράτ, καὶ ἀπελύθη ὁρισμὸς εἰς αὐτὸν, καὶ ἤρξατο κτίζειν ὁ δεσπότης τὸ Σμεδρόβον. Ὁ δὲ Μωρὰτ ἤδη θέρους (67) ὥρας ἐγγὺς οὐ-

A jurejurando sanciretur, auri vero et argenti talenta quæ solvit, quis numerare potest? Destinat deinde legatos, qui principem Moratem ad has pacis conditionis suasionibus adducunt. Ille vezirum suum Sariciam mittit, qui puellæ, quam uxorem ducturus erat, sponsalibus nomine suo interesset, fidemque Georgio daret vicissimque ab eo accipperet. Profectus itaque Saracias ad despotam Georgium post celebrata sponsalia rediit. Licentiam ædificandi castrum ad Danubii ripam petiit etiam despota, qua Moratis decreto concessa, Smedrovum construere cœpit. Ingruente deinde æstate in Hungariam Morates movit, Danubioque ad Nicopolim trajecto ei occurrit Draculius, qui,

Ismaelis Bullialdi notæ.

Unde patet Ducam, cap. III, hujus historiæ errasse cum Lazarum Stephani, qui in hac genealogia Duscianus est, filium asserit; quod forte crediderit alium præter filium Stephano Cralæ non successisse. Lazari itaque genealogiam exhibebimus, ut ultimorum Serviæ et Rasciæ despotarum originem videamus.

Genealogia gentis Pribaziæ ex qua ultimi Serviæ despotæ.

PRIBASIUS.

Despota LAZARUS occisus in prælio ad Cossovum campum: is Urosco, Stephani Dusciani F. imperii partem armis ademit.

STEPHANUS despota Serviæ.	MARA, vel MARIA uxor Wki Branchovikii.	JELINA, vel HELENA uxor Nicolai de Gara.	DESPINA, uxor Balsæ.	WCOSAVA, uxor Milos Kobilichii, qui Moratem I occidit.	MILIEVA, uxor Wk. Baiazitis primi.

STEPHANUS.	GEORGIUS, despota Serviæ succedit avunculo suo Stephano. ejus uxor Irene Cantacuzena.	GREGORIUS.
		JOANNES.

GEORGIUS.	Wk.	MARIA, uxor Bonifacii Marchionis Montisferrati.	CATHARINA comitis Ciliæ Uldarici uxor.	LAZARUS.	MARIA uxor Moratis II.	NN. filii duo a Morate luminibus privati.

JOANNES.	MARIA, uxor Stephani Bozinæ regis.	IERINE, vel IRENE uxor Joannis S. Petri in Galatina ducis.	MILIZA, uxor Leonardi despotæ Lartensis.

MARIA, uxor Ferdinandi Frangipani.

Ex ista genealogia et ex historiæ consensu Leunclavii error confutatur, qui Bajazitis I uxorem Georgii despotæ filiam asserit: et omnino falsa est genealogia, quam in *Pandectis* num. 54, exhibuit. Lazari filius, qui liberis nullis superstitibus obiit anno 1421, Stephanus est: cui successit Georgius Brancovikius Lazari nepos ex Mara, quam Maro Ducas appellat. Quod vero dicit noster Georgium fuisse Lazari generum, non autem nepotem, perperam scriptum; et certe scribere debuit, υἱὸς Βούλχου τοῦ γαμβροῦ τοῦ Λαζάρου. Si enim Stephanus despota, superstite ex sorore sua Maro, seu Mara, nepote, qui ei successit, obiit: alius esse non potest præter Georgium, a quo novi juris repertor Morates Serviam repetebat; quia sine liberis Stephanus ejus avunculus obierat. Morates Mahometis F. Bajazitis N. Milievam aviam non habuit: ex ea enim liberos suscepisse Bajazitem nullus auctor tradidit.

(66) *Καὶ δίδωσιν αὐτῷ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα εἰς γάμον*. Maurus Orbinus in regno Slavorum notat Moratem in Georgium Serviæ despotam post Stephani, qui Lazaro natus erat, obitum movisse, et loca aliquot occupasse: quem ut placaret Georgius, tributarium ac vectigalem Moratis se profitetur. Verum cum Morates Georgium promissis haud stare cerneret, bellum rursus anno 1435 ei intulit. Legatum vero Georgius ad eum mittit, per quem

C se vectigal solvere paratum, et ad jussa capessenda promptum fore pollicetur. Morates ergo per Saraziam Bassam non solum vectigal, sed et Mariam Georgii filiam uxorem sibi dari postulat. Ut tributum solvere paratus erat Georgius; ita nuptias illas aversabatur. Victus tamen Ierinæ sive Irenes uxoris suæ precibus, quæ hoc matrimonio Serviis placatum Moratem sperabat, filiam suam Chalili Bassæ ad Moratem adducendam tradit. De Serviæ parte dotis nomine a Georgio concessa nullum verbum facit Orbinus. Ibidemque refellit Reinerium, Reineccium et alios, qui dixerunt Mariam illam Georgii filiam Semendriæ seu Smedrovi deditione in Turcorum manus devenisse, Morati deinde matrimonio junctam: in qua etiam opinione deprehenditur Bonfinius *Rerum Hungaricarum* decad. III, lib. IV, Mariamque captam fuisse scribit. De Smedrovo, Morate concedente, ædificato Leunclavius et Laonicus nihil tradunt; qui de nuptiis

D illis mentionem faciunt hic lib. V, ille 14.

(67) *Ὁ δὲ Μωρὰτ ἤδη θέρους*. De hac expeditione Moratis, Draculio duce, quam ad annum Hegiræ 840, qui cœpit anno 1436, Julii 14, feria VI, historiæ Turcicæ referunt, adeundus Leunclavius lib. XIV, quo loco *Direcolam* hunc vocat. Zipinium vero Cibinum est seu Hermenstadium Transsylvaniæ, quam Ardeliam appellat Laonicus, urbs inter præcipuas.

Digitized by Google

lætitia exsultans, eum salutat : et conjunctis copiis quas ducebat, Morati viæ comitem se adjungit. Cumque quadridui itinere intra fines Hungariæ eum duxisset, solitudinem invenerunt. Comperta enim Moratis expeditione, e vicis, pagis castrisque minoribus incolas alio transportaverunt Hungari ; quamobrem Turci per regionem desertam incedebant, nulla re, præter castellum quoddam parvum, parta ; quod præter spem etiam occuparunt. Cum enim præsidiarii ad necessaria usibus suis conquirenda exivissent, mane casu cursim prætervecti, Turci portas patentes invenerunt, nulloque renitente ingressi sunt, et cuncta deprædati excesserunt. At Zipinium usque profecti ex Hungariæ urbibus insignibus unam, propius ipsam admovere ausi non sunt. Cum itaque illius incolæ Turcos invadentes indignabundi aspicerent, portis urbis patentibus pugnam cum eis ineunt, multosque cædunt. Quare Turci retrocedunt, viæ semper dutore Draculio, a quo Morates insidias sibi strui metuebat. Ad fluvii ripam ubi devenerunt, iterum eum trajiciunt. Hocce tempore Hungariæ rex infans adhuc erat, nec, qui rem bellicam administraret, vicarium habebat. Quapropter, cognita Turcorum audacia, quemdam ex nobilibus præfectum generalem exercitibus regina constituit ; virum equidem audacem, animosum, alterumque in re bellica Achillem, vel Hectorem. Morates, amne trajecto, Adrianopolim se recepit, mittitque Saricium velut pronubum, qui sibi desponsatam adduceret. In Serviam cum advenisset, eum benigne ac magnifice excepit despota, qui hac ipsa hieme incoronatus fuerat. Imperator namque Joannes, missis ei per Georgium Philanthropinum **116** principatus insignibus, despotam Serviæ appellaverat. Pronubus ille tandem Servia excessit abducta virgine puella, quæ thesauros immensos vestesque auro intextas asportabat, ambos etiam fratres suos secum ducebat. Adrianopolim ubi ventum est, summa lætitia nuptiæ celebratæ sunt : aliam porro uxorem antea duxerat Morates Spentiaris filiam : hanc tamen magis ardebat, quod forma eximia, præstantique ingenio polleret. Nuptiis consummatis sororios suos, dona multa ipsis largitus, benigne dimittit ; Adrianopoli deinceps quod autumnus iniret, commoratus, nunc venatione, alias spectaculis ac compotationibus vacando tempus terebat. At vere inchoante pravum malignumque consilium adversus despotam socerum suum init, a quodam procerum suorum, qui Pha-

A σης στρατεύει εἰς Οὐγγρίαν, καὶ περάσας τὸν Ἄνουβιν διὰ τῆς Νικοπόλεως, συναντᾷ τοῦτον Δραγούλιος, καὶ μετὰ περιχαρείας ἀσπασάμενος σὺν τῷ στρατῷ αὐτοῦ συνοδεύει τῷ Μωράτ, καὶ ἐκπέμψας αὐτὸν ἐντὸς τεττάρων ἡμερῶν πορείαν, εὗρον ἔρημον τὸν τόπον· μαθόντες γὰρ οἱ Οὔγγροι τὴν ἐπέλευσιν τοῦ Μωράτ ἐμετοίκησαν τὰς κώμας, καὶ τὰ μικρὰ πολίχνια. Καὶ κατεπάτησαν οἱ Τοῦρκοι γῆν πολλὴν ἔρημον, μὴ κερδήσαντές τι πλὴν ἑνὸς κάστρου σμικροτάτου, καὶ αὐτὸ παρ' ἐλπίδα. Οἱ γὰρ ἄνδρες ἐξελθόντες τοῦ εὑρεῖν τὰ τῶν ἀναγκαίων χρειώδη, καὶ μείναντες ἔξω τῆς πόλεως, οἱ Τοῦρκοι πρωῒ παρατρέχοντες εὗρον τὰς πύλας ἀνεῳγμένας, καὶ εἰσῆλθόν τινος μὴ ὄντος τοῦ ἀντιπαράτοντος· λαβόντες δὲ τὴν λείαν ἐξῆσαν. Ἐλθόντες

B δὲ ἄχρι Ζιπηνίου, αὗτη δέ ἐστι μία τῶν περιφανῶν πόλεων Οὐγγρίας, οὐκ ἐτόλμησαν προσεγγίσαι. Οἱ πολῖται δὲ ἀγριωπὸν πρὸς τοὺς Τούρκους βλέψαντες, καὶ κατὰ στόμα ἀντιμαχησάμενοι, μὴ κλείσαντες τὰς πύλας, ἦσαν γὰρ ἀνεῳγμέναι, καὶ πολλοὺς τῶν Τούρκων φονεύσαντες, ὀπισθώρμησαν, ἔχοντες ἀεὶ τὸν Δραγούλιον προοδοποιόν. Ἐφοβήθη γὰρ ὁ Μωράτ μήπως ἐνέδρα γένηται κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Δραγουλίου, καὶ ἐλθόντες ἐν τῇ ἀκτῇ τοῦ ποταμοῦ ἐπέρασαν. Ἦν γὰρ τότε καιροῦ ῥῆξ βρεφύλλιον, καὶ οὐκ ἦν ἐπιτροπεύων. Ὡς εἶδον τοίνυν τὴν τόλμην τῶν Τούρκων, ἔστησεν ἡ ῥήγενα τῶν γενέων [εὐγενῶν] ἕνα μεγαδομέστικον τοῦ φωσάτου ἄνδρα τολμηρὸν καὶ εὐκάρδιον, καὶ πρὸς τὰ πολεμικὰ

C ἕτερον Ἀχιλλέα, ἢ Ἕκτορα. Ὁ δὲ Μουράτ, διαβὰς τὸν ποταμὸν, καὶ ἐν Ἀδριανοῦ καταντήσας στέλλει τὸν Σαριτζίαν ὡς νυμφαγωγὸν, τοῦ ἀγαγεῖν τὴν νύμφην ἐκ τῆς Σερβίας. Καὶ ἐλθὼν, καὶ δεξιωσάμενος αὐτὸν ὁ δεσπότης φιλοτίμως, ἦν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ χειμῶνι στεφθείς. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰωάννης, πέμψας τὸν Γεώργιον τὸν Φιλανθρωπίνον σὺν τοῖς παρασήμοις, ἐποίησεν αὐτὸν δεσπότην Σερβίας. Ἀπάρας οὖν ὁ νυμφαγωγὸς σὺν τῇ νύμφῃ ἔχοντες θησαυροὺς ἀμετρήτους καὶ χρυσοῦφάντους στολὰς, ἄγουσα μετ' αὐτῆς καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς αὐτῆς. Ἐλθόντες δὲ καὶ χαρὰν μεγάλην καὶ γάμους ποιήσαντες. Ἦν γὰρ ἔχων καὶ ἑτέραν (68) προλαβὼν τοῦ Σπεντιὰρ θυγατέρα γυναῖκα· ἀλλὰ ταύτην

D ἐπόθει πλέον ὡραίαν οὖσαν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι· τῶν γάμων δὲ πληρωθέντων, καὶ τοὺς γυναικαδέλφους αὐτοῦ ἀσμένως ἀποπέμψας μετὰ δώρων πολλῶν, αὐτὸς ἐν Ἀδριανουπόλει φθινοπώρου ἀρχομένου ἐκάθητο, πῇ μὲν ἐν κυνηγεσίοις ἐξερχόμενος, πῇ δὲ ἐν θεάτροις καὶ πότοις ἀσχολούμενος. Ἔαρος δὲ ἀρχομένου (69) βουλὴν βουλεύεται πονηρὰν κατὰ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(68) *Ἦν γὰρ ἔχων καὶ ἑτέραν.* Hic locus, et qui infra cap. 53, probant Moratem ex ista Maria Mehemetem non suscepisse, quod aliqui, inter quos Reinerius, Reineccius, ab Orbino confutati scripserunt.

(69) *Ἔαρος δ' ἀρχομένου.* Post obitum Sigismundi imperatoris, qui incidit in annum 1437, ut notant Thwroczius et Bonfinius, bellum Georgio erviæ despotæ Turci anno 1438 intulerunt, dum Albertus Austriacus, Sigismundi gener et successor, bello Polonico distinebatur. Impar viribus Georgius Savum transvectus ac Danubium, cum nobilibus et sacerdotibus, et filiorum uno Lazaro, in Hungariam, in qua oppida possidebat, abiit. Synderoviam quæ Smedrovum, sancti Andreæ castrum appellatum, tuebatur filiorum Georgii unus. Synderoviam fame expugnatam Turci ditione accipiunt. Gregorius Stephani frater capitur et excæcatur. Hæc Bonfinius, dec. III, lib. IV. Laonicus, lib. V, Smedrovi obsessæ ac deditæ meminit.

Digitized by Google

τοῦ δεσπότου καὶ πενθεροῦ αὐτοῦ, ἔχων εἰς τοῦτο ἕνα τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ σύμβουλον, ἄνθρωπον κακοποιὸν, καὶ τῶν Χριστιανῶν ἐχθρὸν ἄσπονδον, ὀνόματι Φαδουλάχ· οὗτος γὰρ ἦν πρῶτον τῶν εἰσοδημάτων τῆς ἡγεμονίας μέγας χαρτουλάριος· εἶτα ὁρῶν αὐτοῦ τὸ πανοῦργον ὁ ἡγεμὼν ὀξὺ καὶ πρὸς τὰς βουλὰς αὐστηρὸν, καὶ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐχθρωδῶς διακείμενον, ποιεῖ αὐτὸν καὶ μεσάζοντα. Καὶ τῷ Μουρὰτ μιᾷ τῶν ἡμερῶν εἰρήκει· *Ἵνα τί, κύριε, τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἡμετέρας πίστεως εἰς τέλος οὐκ ἀφανίζεις; Θεὸς γὰρ διδοὺς τὴν τοσαύτην ἡγεμονίαν, σὺ καταφρονῶν αὐτὴν οὐκ ἐπιβλέπεις εἰς αὐτοὺς, ὡς τῷ Θεῷ δοκοῦν, ἀλλὰ φιλανθρώπως εἰς μακροθυμίαν τοὺς ἀπίστους περιθάλπεις. Οὐκ ἔστιν οὖν τοῦτο, οὐκ ἔστι Θεῷ βουλητὸν, ἀλλὰ ἡ μάχαιρά σου φαγέτω κρέα τῶν ἀσεβῶν, ἕως οὗ ἐπιστρέψωσιν ἐν τῇ τοῦ μόνου Θεοῦ καὶ τοῦ μεγάλου προφήτου διδασκαλίᾳ. Γίνωσκε οὖν, ὦ ἡγεμὼν, ὅτι τὸ πολίχνιον ὃ ἐπῳκοδόμησεν ὁ δεσπότης Σερβίας οὐκ ἔστι συμφέρον ἡμέτερον. Ἀρθήτω οὖν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔξομεν αὐτὸ διάβασιν ἀπὸ Σερβίας εἰς Οὐγγρίαν. Ἀρωμεν ἀπ' αὐτοῦ τὰς πηγὰς τὰς ἀειζώους, τὰς βρυούσας ὡς ὕδωρ ἀέναον τὸν ἄργυρον καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ σὺν αὐταῖς κερδήσομεν Οὐγγρίαν, καὶ ἐπέκεινα Ἰταλίας φθάσομεν, ταπεινώσαντες τοὺς ἐχθροὺς τῆς ἡμετέρας πίστεως.* Ὁ δὲ ἡγεμὼν, ἁπλούστατος ὤν, καὶ μὴ ἔχων πονηρίαν ἐν καρδίᾳ, ἔδωκεν ὦτα τοῖς λόγοις τοῦ Σατανᾶ· πέμπει οὖν ἀποκρισιαρίους εἰς τὸν δεσπότην Σερβίας, ζητῶν τὸ πολίχνιον ὃ νεωστὶ ἐξείματο οἷον τὸ Σμέδροβον. Ὁ δὲ ἀνταπέστειλεν αὐτῷ λόγους, ἀναμιμνήσκων τοὺς ὅρκους καὶ τὴν συγγένειαν. Ὁ δὲ τύραννος, μηδὲ ὁπωσοῦν εἰς νοῦν λαβὼν τὰ τοῦ δεσπότου ῥήματα, στρατεύει κατ' αὐτοῦ· καὶ δὴ πρῶτον ἔρχεται εἰς Σμέδροβον ὥρᾳ θέρους. Ἦν γὰρ ἡ σιτοθήκη τοῦ κάστρου κενὴ (70), καὶ τὰ λοιπὰ τῶν τροφῶν ταμεῖα. Καὶ σκοπήσας καιρὸν ἀπέκλεισε τὸ πολίχνιον, καὶ παρακαθίσας αὐτῷ μῆνας τρεῖς, ἀπὸ τῆς ὑστερήσεως τῶν αὐταρκιῶν παρεδόθη, ὅρκους δοὺς καὶ πίστεις τοῦ μὴ ἀδικῆσαί τινα. Ἀνοίξαντες δὲ τὰς θύρας ἐξῆλθον εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ. Ἦσαν δὲ ἐντὸς ὁ πρῶτος υἱὸς τοῦ δεσπότου, καὶ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος αὐτοῦ Θωμᾶς ὁ Καντακουζηνός. Ἔβαλε γοῦν Τούρκους ἱκανοὺς εἰς φύλαξιν, αὐτὸς δὲ ἀπάρας ἐκεῖθεν ἔρχεται εἰς Νοβόπριδον μητέρα τῶν πόλεων, καὶ καταπολεμήσας εἷλε ταύτην, καὶ παρέδωκε Τούρκοις καὶ ὅλην Σερβίαν. Χειμῶνος δὲ φθάσαντος ἐστράφη ἐν τῇ Ἀδριανοῦ. Τοὺς δὲ δύο υἱοὺς τοῦ δεσπότου, ἦν γὰρ ὁ εἷς εὑρεθεὶς ἐν Ἀδριανουπόλει στρατεύοντος ἐν τῷ Σμεδρόβῳ τοῦ Μουρὰτ, ὁ δὲ ἕτερος συλληφθεὶς ἐν αὐτῷ τῷ πολιχνίῳ ἤχθη ἐν

dulach appellabatur, incitatus. Vir iste malignus ac pravus erat, Christianoque nomini hostis infestissimus. Imperii Turcici redituum ac vectigalium magnus chartularius primum fuerat; inspecta vero ejus solertia, et in consiliis ineundis ingenti acumine et promptitudine, quodque Christianis infensus esset, in Mesazontôn seu Vezirorum ordinem princeps allegit. Is igitur aliquando hæc Morati dixit: *Quare, domine, fidei nostræ hostes internecione non deles? Cum enim ad tantum imperium Deus te provexerit, ipsum negligis, nec in Christianos secundum Dei placitum animadvertis; quin imo humanus et longanimis infideles fovos ac protegis. Id nequaquam Deo acceptum. Gladius porro tuus impiorum carnes devoret, donec ad unius Dei et magni prophetæ disciplinam convertantur. Animum itaque adverte, o princeps, illudque castrum, quod Serviæ despota ædificavit, nullatenus rebus nostris conducere, considera. Eo depellatur, et transitum a Servia in Hungariam nobis apertum habebimus. Fontes sempiternos ipsi eripiamus, qui aurum et argentum velut aquam perennem profundunt. Hungariam his opibus subigemus, inque Italiam postmodum profecti, fidei nostræ adversarios debellabimus.* Princeps equidem vir simplicissimus, minime malus, hujus Satanæ verbis aures præbuit, et ad despotam Serviæ legatos destinat, qui castrum Smedrovum nuper exstructum dedi peterent. Ad istius legatos despota respondit, jusjurandum fidemque datam in memoriam eis revocat, et contractæ affinitatis admonet. At tyrannus, ne minima quidem ratione talium despotæ monitorum habita, in eum movet, et per æstatem Smedrovum accessit. Exhausta erant castri horrea et reliqua cibariorum penus. Tempore igitur apto observato castrum obsidione cinxit, et ad tres menses integros ea protracta, **117** rebus necessariis deficientibus tandem deditur, fide data injuriam nulli illatum iri. Patefactis itaque portis obsessi decedunt, et ad Moratem venerandum accessere. Istam obsidionem toleraverant primogenitus despotæ filius, ejusque avunculus Thomas Cantacuzenus. Ad castri custodiam Turcorum præsidio valido imposito, illinc digressus Novopridum urbium aliarum matrem (*metropolim*) proficiscitur, eam expugnat, Turcorumque imperio cum universa Servia subjicit, et hieme superveniente Adrianopolim revertitur. Despotæ etiam ambos filios (quorum alter Adrianopoli agebat, dum Smedrovum oppugnabatur, alter eo dedito captus Adrianopolim ductus est) in Asiam vinctos, Amastrim consilio Phadulachi transmittit, oculosque utrique eruit. Draculius etiam per idem tempus obsequium ac

Ismaelis Bullialdi notæ.

(70) *Ἦν γὰρ σιτοθήκη τοῦ κάστρου κενή.* Notavit Maurus Orbinus Sinderoviam fame expugnatam fuisse; cum Irene Georgii uxor avara mulier omne frumentum, ut pecuniam corraderet, distraxisset. Quo simili errore muliebri et impotenti avaritia aliæ urbes in hostium potestatem concesserunt.

Digitized by Google

venerationem exhibiturus Moratem adiit, qui vinctum Callipolim eum misit, ubi turri inclusus sub custodia habetur. Ei objiciebatur meditata proditio, dum in Hungariam expeditionis viæ dux erat : alia item in eum confingebantur crimina quorum Phadulachus artifex erat. Cum vero per plures dies in illo carcere Draculius mansisset, ambos filios obsides ab illo petierunt, quos adhuc impuberes ad se per nuntium accersitos tradidit. Eos Nymphæum imperator Morates transmittit, situm id in Asia castrum, mandatque ut arcte custodiantur. At Draculium, postquam sacramento adactus cavit se in fide nunc et in posterum mansurum, in Walachiam dimisit.

A Ἀδριανοῦ, πέμψας οὖν αὐτοὺς δεσμίους ἐν τῇ Ἀνατολῇ ἐν Ἀμασίᾳ, ἐξορύττει τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τῶν δύο, συμβουλίᾳ τοῦ Φαδουλάχ. Ὁ δὲ Δραγούλιος ἐλθὼν εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, πέμπει αὐτὸν δέσμιον ἐν Καλλιουπόλει φυλακίσας αὐτὸν ἐν τῷ πύργῳ· εὑρὼν αἰτίαν ὅτι ἐν τῇ Οὐγγρίᾳ ἔμελλε προδώσειν αὐτὸν, ὅτε προωδοποίει, καὶ ἄλλα τινὰ ἐφευρέματα ἃ διενόει ὁ Φαδουλάχ. Ποιήσας οὖν ἡμέρας πολλὰς ἐν τῷ πύργῳ, ἐζήτησαν παρ' αὐτῷ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ὁμήρους, καὶ πέμψας ἔφερε, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ἔτι ἀφήλικας ὄντας. Ὁ δὲ λαβὼν αὐτὰ στέλλει ἐν τῇ Ἀνατολῇ ἐν Ἀσίᾳ ἐν κάστρῳ τινὶ Νύμφαιον ἐπονομαζόμενον, παραγγείλας φυλάττειν ἐπιμελῶς αὐτά. Τὸν δὲ Δραγούλιον, δοὺς ὅρκους καὶ λαβὼν, ὡς ἔσται πιστὸς ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, ἀπέλυσεν ἐν Βλαχίᾳ.

Vere deinde inchoante validum exercitum conscribit Morates, in unum copiis tam Asiæ quam Europæ collectis et ad oppugnandam Belogradum (*Albam Græcam*) expeditionem suscipit. Hæc porro Serviæ urbs est, situ tuta, et facili expugnationi haud exposita, ad confluentem duorum fluviorum, Danubii scilicet et Savi, condita. Hanc equidem Hungariæ rex sibi permitti poposcerat; veritusque despota Georgius, ne Turci illam occuparent, et in oppositam ripam trajecti Hungarorum, suasque urbes quas in Hungaria multas possidebat, caperent, Hungaris, ut potentioribus et magis bellicosis, illam urbem tuendam concedit. Quo tempore autem Smedrovum Morates obsidebat, ultra Istrum despota, cui Turci admodum intensi erant, transierat, et in ditionis suæ urbibus, Hungarorum agmine ad sui custodiam cinctus, degebat. Belogradum ergo ubi accessit Morates, castra per ambitum metatus est, machinas plurimas, quibus lapides jacularetur, cum magnas, tum parvas fabricavit, aggeres congessit, triremesque ultra **118** centum, quibus fluvius navigaretur, apparavit. In totos deinde sex menses obsidio protrahitur, frustra cum terra, tum fluvio tentata expugnatione. Quinetiam multorum procerum famulorumque domesticorum jacturam fecit, quos pestis missiliaque urbis machinis excussa ab-

B Ἔαρος δὲ ἀρξαμένου στρατὸν ἐγείρει μέγαν καὶ πολὺν ἔκ τε Ἀσίας καὶ Θράκης, καὶ κατὰ τοῦ Πελογράδου ἐστράτευσεν (71). Ἦν δὲ τὸ Πελογράδον πόλις Σερβίας ὀχυρὰ καὶ δυσάλωτος, ἔχων τοὺς θεμελίους ἀνὰ μέσον ποταμῶν δύο, Δανούβεως τε καὶ Σάβα. Πρὸ ὀλίγου δὲ αἰτήσας αὐτὴν (72) τὴν πόλιν ὁ Κράλης Οὐγγρίας, δέδωκε πρὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης Γεώργιος, φοβούμενος μήπως οἱ Τοῦρκοι παραλαβόντες αὐτὴν, τὴν περαίαν διαβάντες ἕλωσι τὰς πόλεις Οὐγγρων καὶ τοῦ δεσπότου· ἔχει γὰρ ὁ Σέρβος ἐν τῇ περαίᾳ πόλεις ἱκανάς· ὡς δυνατωτέρους τοίνυν καὶ μαχιμωτέρους, ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς τοὺς Οὐγγρους ἵνα φυλάττωσι. Καὶ γὰρ ὁ δεσπότης εἶχε περάσας τὸν Ἴστρον, ὅτε ὁ Μουρὰτ ἐζήτει τὸ Σμέδροβον, καὶ ἦν αὐλιζόμενος ἐν ταῖς αὐτοῦ πόλεσιν, ἔχων φυλάσσοντας αὐτὸν τοὺς Οὐγγρους. Ἐν τούτῳ καὶ οἱ Τοῦρκοι ἐχθρωδῶς διετέθησαν εἰς αὐτόν. Ἐλθὼν δὲ ἐν τῷ Πελογράδῳ καὶ τὰς σκηνὰς πήξας γυρόθεν, καὶ πετροβολισμοὺς πολλοὺς κατασκευάσας μικρούς τε καὶ μεγάλους, καὶ χώματα ἀνεγείρας, καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ τριήρεις ἐπέκεινα τῶν ἑκατὸν πλέειν ἑτοιμάσας, ἐν ὅλοις ἓξ μησὶν παρακαθίσας καὶ διὰ ξηρᾶς, καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ, οὐδὲν ὠνησεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπεβάλλετο καὶ πολλοὺς τῶν μεγιστάνων καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ, διά τε τῆς λοιμώδους νόσου, καὶ διὰ τῶν μηχανῶν τῶν πεμπομένων ἐκ τοῦ κάστρου. Ἔπεμπον γὰρ εἰς αὐτοὺς βολίδας μολιβδίνας, ὅσον καρύου

Ismaelis Bullialdi notæ.

(71) *Καὶ κατὰ τοῦ Πελογράδου ἐστράτευσεν.* Bonfinius D. III, l. V : « Eo fere anno quo Albertus obiit, Amurathes Mysiam occupavit, Albam Græcam obsedit, et frustra expugnare tentat. Ad annum Hegiræ 843 [Christi 1439] ea referunt Turci. Laonicus, lib. V, de illa Belogradi obsidione mentionem facit. Belogradum multis nominibus appellatur, Alba Græca, Alba Bulgarica, Nandor Alba.

(72) *Ἱρὸ ὀλίγου δὲ αἰτήσας αὐτήν.* Ducas Sigismundum, quem Hungariæ Cralem appellat, Albam Græcam a Georgio, tuendæ illius causa adversus Turcos, petiisse scribit. At Hungaricarum rerum scriptores aliter narrant. Thwroczius Georgium Sigismundo cessisse Nandor Albam, et cum eo permutasse anno 1425 scribit. Bonfinius, decadis III lib. III, Sigismundo cessisse Albam Græcam Georgium

D scribit. *Frequentavit quoque illius aulam Georgius, superioris Mysiæ princeps, quem Despotam nominant. Hic Sigismundi beneficentia victus, Albam Græcam, ibi ad Danubii ac Savi confluenta sitam, ubi Taurinium olim fuerat, in perpetuæ fidelitatis pignus, veluti tuti obsidis loco, imperatori sponte dono dedit: quod quidem in Mysia, et ea, quæ ad Turcos nunc spectat, Hungaria, unicum est propugnaculum. Contra ille, ne bene merenda cederet, hæc illi castella in regno rependit, Zalon, Kemem, Bekem, Kelpem, Vitagosuarum, Tochaium, Monkacium, Thaalliam, Rhegesum, oppida vero, Zathmar, Bezernem, Debreczem, Thur, Varsan, et pleraque alia: Budæ autem magnificas ædes, quæ regiæ loco haberi possunt.* Sunt tamen alii auctores, qui hanc permutationem factam ab Alberto Austriaco Hungariæ rege dicant.

Digitized by Google

Ποντικοῦ τὸ μέγεθος, ἀπὸ κατασκευῆς χαλκῆς ἐχούσης ἐντὸς τὰς βολίδας καθ' ὁρμαθὸν πέντε ἢ καὶ δέκα. Ἐξόπισθεν οὖν τῆς χαλκῆς καλάμου βοτάνης σκευασία (73) ἐκ νίτρου τεάφης, καὶ κορδούνου λτίας πλήρης. Ὅσμὴν οὖν ἀσπίθος ἦν τοῦ σπινθῆρος πυρὸς, εἰ πλησιάσειεν. Τῇ ἀναμιγῇ ταύτῃ αἴφνης ἐξάπτει, καὶ στενοχωρουμένου τοῦ πνεύματος ὑπὸ τῶν βολίδων, ἐξ ἀνάγκης ὠθεῖ τὰς βολίδας, καὶ ὠθουμένων ἡ πρὸς τὴν βοτάνην ἐγγὺς ὠθεῖ τὴν πρὸ αὐτῆς, ἡ δ' αὐτὴ τὴν ἔμπροσθεν. Καὶ οὕτως ἡ δύναμις μέχρι τὴν εἰς τὸ στόμιον προκειμένην βολίδα πέμπεται, καὶ ἀποπέμπει ταύτην ἄχρι μιλίου ὁδόν· καὶ τὸν τυχόντα εἰ ἄνθρωπον, εἴτε ζῶον, εἰ καὶ σιδηροφοροῦσιν. Ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς βοτάνης τόσον ὑπερισχύει, ὅσον καὶ περονήσας ἡ βολὶς τὸν ἕνα οὐ χαυνοῦται πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ οὐδὲ ἐν τοῖς δυσὶ σώμασιν ἀτονεῖται ἡ δύναμις, εἰ καὶ σιδηροφόροι καὶ ἔνοπλοι. Ἀλλ' ὅταν ἡ βολὶς τύχῃ σιδήρου, ἢ ἄλλης τινὸς ὕλης ὁπλοποιΐαν [ὁπλοποιᾶ] στενοχωρουμένης, τὸ σφυρῶδες [σφαιρῶδες] εἰς γραμμὴν μετασχηματίζει, καὶ ὥσπερ ἦλος ὁ βόλος γίνεται· καὶ διέρχεται τοῖς τῶν ἐγκάτων ἐντέροις καθὰ ποταμὸς πύρινος.

A sumpserunt. In ipsos enim globulos plumbeos, nuci Ponticæ magnitudine pares, machina ænea, cui recta serie imponebantur, quinque vel decem expulsos mittebant. Post æneum autem tubum (*fistulæ enim seu arundinis formam oblongam machina imitatur*) receptaculum erat pulvere repletum, qui nitro, sulphure et carbone saligno contritis ac commistis conficitur. Odorem bituminis, si naribus admoveatur ignis scintilla, refert. Sic temperatus statim accenditur, ignisque spiritus in arcto a globulis cohibitus eos vi expellit; hac violentia dum impelluntur, qui pulveri proximus est contiguum propellit, hicque antecedentem. Vis illa tandiu durat donec per foramen tubi pulvis accensus B erumpat, qui milliaris unius spatio fertur: et obvium quidquid habet, sive hominem, sive quodcunque aliud brutum animal quamvis ferro tectum penetrat, quod vis pulveris vehemens et acris sit. Globulus etiam cum per unum transadactus fuerit, in sequenti non deficit; non etiam penetratis duobus corporibus ferro tectis vis illa remittitur. Quod si globus ferreus fuerit, vel ex alia qualibet materia malleo condensata, percussione rotunditas in oblongam figuram versa clavo assimilatur, et interiora viscera ceu fluvius igneus pervadit.

CAPUT XXXI.

Ad synodum celebrandam (74) proficiscitur in Italiam imperator, quem patriarcha et alii comitati sunt. Quid Florentiæ actum sit, et quid post Græcorum in patriam reditum acciderit, narratur.

Ἐν δὲ τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἔπλει ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐν Ἰταλίᾳ σὺν τῷ πατριάρχῃ κυρίῳ Ἰωσὴφ καὶ

Anno illo imperator Joannes, patriarcha domino Josepho, cæterisque episcopis et Eccle-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(73) *Βοτάνης σκευασία.* Βοτάνης appellant Græci moderni pulverem tormentarium seu pyrium. Hoc loco Τεάφης, per T scribitur in cod. ms, sed in dictionariis Græco-Barbaris θειάφι, sulphur. Verba porro illa, Ὅσμὴν οὖν ἀσπίθος ἦν τοῦ σπινθῆρος πυρὸς, εἰ πλησιάσειεν, reddidi ut in textu leguntur. Et pro ἀσπίθῳ, ἄσφαλτον voluisse dicere probabile est, cum ἀσπίθος, Græco-Barbara vox, idem significet ac σπινθήρ. Deinde quis odor scintillæ illius pulveris accensi, nisi sulphureus, cui bituminis odor proximus est?

(74) *Ad synodum Florentinam celebrandam imperator e portu Constantinopoleos solvit anno 6946, Novemb. 25, Indict. 1, Christi 1437. Post multas rixas, contentiones atque dissidia, quæ pacem ac concordiam Ecclesiarum convulserunt, sub Photio Constantinop. patriarcha, qui Ignatio ejecto sedem invasit, schisma secutum est: quod instar ulceris carcinomatici serpsit, nec postea sanari potuit, quamvis Christianæ pacis studiosi medicamina et unguenta ei adhibere conati sint. Sub Constantino demum Monomacho, patriarcha Constantinopolitanus factus Michael Cerularius, odio capitali Ecclesiam Romanam ejusque præsules prosecutus est: illiusque malis artibus discordia invaluit. Alexio patriarchæ successit Cerularius anno mundi 6551 (Christi 1043), Martii 25, ut scripsere Georgius Cedrenus, et Joann. Curopalates Scylitza. Quæ in Ecclesiam Romanam molitus sit ille Michael, quantumque fuerit Leonis IX pacis ac concordiæ studium, in hujus contra Acridanum actis, et apud Baronium videre licet anno 1055. Quod ut magis confirmemus, malevolumque Cerularii animum ostendamus, Græci, anonymi quidem, testimonium adducemus, quod exstat in bibliothecæ Regiæ ms.*

C Σημείωσαι, ὅτι ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, ἀναχθεὶς εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὸν πάππα Ῥώμης ἐξέβαλε τῶν διπτύχων, τὸ τῶν Ἀζύμων ζήτημα ἐπενεγκὼν αὐτῷ τῆς ἐκβολῆς αἴτιον, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκην, ὥς φασι. Συνήργησεν αὐτῷ ὁ Πέτρος Ἀντιοχείας ὁ πατριάρχης καὶ Λέων ὁ Βουλγαρίας. Ἦν δὲ ἡ βασιλεία τοῦ ῥηθέντος τοῦ Μονομάχου κατὰ τὴν χρονικὴν τοῦ Σκυλίτζη περίληψιν ἐν ἔτει ,ςφνζ'. Εἰσὶν οὖν ἐν τῷ παρόντι ,ςΘξα' ἔτει (ἐν ᾧ καὶ ἡ ἅλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Τούρκων γέγονε, Μαΐῳ κθ' ἡμέρᾳ τρίτῃ) ἔτη υδ' ἀφ' οὗπερ ἐγένετο τὸ σχίσμα τῶν Ἐκκλησιῶν τῶν Ῥωμαίων καὶ Φράγκων τελείως. Ὁ δὲ αὐτὸς Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος ἐπὶ πλέον ἀνήγειρε τὸ σχίσμα, καὶ τὴν φλόγα ἐξέκαυσεν αὐτοῦ. Καὶ διά τινα κοσμικὰ πράγματα, ἅπερ ἔφθασε διαχοχήσας ὁ Ἰταλὸς Ἄργυρος· ἐπίπλεον οὖν διὰ τὸ εὐέλειν τὸν πατριάρχην ἐκεῖνον, καὶ D τοὺς μετ' αὐτὸν, εἶναι μὲν ἀνεγκλήτους καὶ ἀκρίτους παρὰ τοῦ Ῥώμης, ἀντιπεριστῆσαι δὲ εἰς ἑαυτοὺς καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν πατριαρχικῶν θρόνων κράτος, καὶ εἶναι τὸν Κωνσταντινουπόλεως κατὰ πάντων, ὅπερ ἦν πρότερον ὁ Ῥώμης τῶν πάντων ἔξαρχον. *Imperante Constantino Monomacho in sedem patriarchalem collocatus est Michael Cerularius, qui statim ubi creatus fuit, papam Romæ e sacris diptychis abrasit, ei objiciens quod pane azymo Eucharistiam conficeret, et Symbolo additum Spiritus sancti a Filio processionem. Hoc in negotio adjutores ipsi fuere Petrus Antiochiæ patriarcha et Leo Bulgariæ archiepiscopus. Regnabat porro Monomachus ille juxta Scylitzæ Chronicon anno* 6557 (Christi 1049).

Digitized by Google

siæ præsulibus cum comitantibus, in Italiam ad celebrandam synodum navigavit. Præmeditatus erat Ecclesiarum unionem, legatosque Romam ad papam Eugenium antea destinarat : qui sumptus omnes illius profectionis se facturum pollicitus est : reditus insuper palatii officialibus, Ecclesiæ præsulibus, ipsisque imperatori ac patriarchæ in Italia attributurum. Ubi ex Asia, Thracia, insulis atque etiam ex monte sancto monachi circiter * palatiique officiales quasi **119** Constantinopoli convenerunt, triremes, quas papa ex Italia pecunia sumptibus faciendis instructas

A λοιποῖς ἐπισκόποις καὶ ἄρχουσι, κροτῆσαι τὴν σύνοδον. Ἦν γὰρ προμεμελετηκὼς τὴν ἕνωσιν, καὶ πέμψας ἐν Ῥώμῃ πρέσβεις προλαβὼν τῷ πάππᾳ Εὐγενίῳ, ὑπέσχετο τὴν πᾶσαν καθ' ὁδὸν δαπάνην αὐτὸς δοῦναι, καὶ προσόδους ἐν Ἰταλίᾳ τοῖς τοῦ παλατίου καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἄρχουσι, καὶ αὐτῷ βασιλεῖ, καὶ τῷ πατριάρχῃ. Οἱ δὲ ἀθροισθέντες (75) ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ Θράκης, καὶ τῶν τῆς νήσου εὑρισκομένων, τῶν ἐκ τοῦ ἁγίου ὄρους εὑρισκομένων μοναχῶν τὸν ἀριθμὸν ὡς καὶ οἱ τοῦ παλατίου σὺν τῷ βασιλεῖ ὡς * καὶ τριήρεις πέμψας ὁ πάππας (76) ἐξ Ἰταλίας, καὶ τὰ πρὸς

Ismaelis Bullialdi notæ.

Inde ad annum 6961 (*quo Cpolis ab atheis Turcis capta est Maii* 29, *feria* 3) *anni* 404 *elapsi sunt,* B *quibus schisma inter Romæos seu Græcos et Francos seu Occidentales perseveravit. Michael ipse Cerularius schismatis malum auxit, et in majus discordiæ incendium prorumpere fecit. Italus quoque quidam nomine Argyrus, rebus quibusdam sæcularibus admistis, vulnus illud exasperavit. maxime vero ac præcipue patriarchæ libido : qui se suosque successores Romanæ sedis jurisdictioni subtrahere voluit, nec ad papam amplius provocari, nec ab eo judicari. Propositum insuper illius erat, in aliorum patriarcharum thronos auctoritatem et jurisdictionem in se trahere : quamque antea papa Romæ in cæteros habuerat, potestatem ad Cpolitanum patriarcham transferre.* Hoc schisma ad Michaelis I Palæologi tempora perseveravit : qui anno 1274 in concilio Lugdunensi illud conciliare, discordias inter Græcos et Latinos componere per legatos laboravit, et Græcam Ecclesiam in communionem a Romana recipi effecit. Verum unionis decreto Græci plerique contradixe- C runt : frustraque fuit Michaelem imperatorem unionem amplexum esse, Joannemque Beccum patriarcham, qui dum privatus vixerat, eam aversatus fuerat, tandem approbasse. Andronicus enim Michaelis filius, et Georgius Cyprius patriarcha illam improbarunt et condemnarunt. Andronicus etiam patrem suum Michaelem defunctum sepulturæ pompa ac consuetis honoribus privavit, quod cum Latinis sensisset. Joannes deinde Cantacuzenus, cum res ejus ad angustias redactæ essent, illam Ecclesiarum unitatem meditatus est, et Græcam Ecclesiam cum Romana in gratiam redire cupiebat, ut summum Pont. Latinosque in suas partes adversus Annam et senatum Cpolitanum traheret, quod ipse in historia, quam scripsit, testatur. Verum quem ex ea unione fructum sperare poterat, in tanta Græcorum ab Ecclesia Romana dissensione? quam maximam fuisse, et sæviisse in Latinos acerbissimo odio Orientales ex ipso Cantacuzeno constat. Ille enim, de Apocauci perditissimi viri malis artibus disserendo, tradit istum ad summum Pont. imperatricis Annæ nomine, eaque inscia litteras scripsisse : quibus Anna Orientalem Ecclesiam Romanæ restituebat, et Papæ jurisdictioni subjiciebat. Rem serio agi verasque esse litteras persuasus pontifex, ad Annam rescribit : de tam sancto proposito eam laudat, hortaturque ut in eo perseveret. Pontificis litteræ Apocauco redditæ sunt, quas apud se occultabat, adversus Annam in medium illas adducturus, si eam abhorrere a conjugio Joannis imperatoris et filiæ suæ sensisset : in publicum siquidem pontificis litteris editis, clerum Cpolitanum plebemque in Annam concitaturum se sciebat, illique Ecclesiarum unioni Græcos prorsus adversari noverat. Manuele porro Palæologo imperante, cum Græcorum res a Turcis attritæ fuissent, nec imperium nisi precarium, ut ita dicam, Turcis vectigales facti, obtinerent : ultima necessitate cogente, opem rebus afflictis suis implorantes, ad Latinos confugiunt : utque facilius impetrent, spem ad Ecclesiæ communionem redeundi Latinis faciunt, et circa annum Christi 1417, a Manuele missus in Italiam Eudæmon Joannes, Cpolitanam Ecclesiam totumque Orientem Ecclesiæ Romanæ redditurus erat, et cum illius anni die 11 Novemb. summus pontifex electus fuisset Martinus V, cum eo de Ecclesiarum conciliatione agit : imperatoris et patriarchæ affectum, quo promovere tam ingens bonum student, exponit. Martinus papa Eudæmonem Joannem benigne amplexus est, indulgentiasque concessit illis, qui militatum irent ad Hexamilium propugnandum. Litteras etiam ad imperatorem et patriarcham scribit, quibus significat, quanta animi cupiditate Ecclesiarum unionem optet. Postquam vero Manuel obiit, Joannes ejus successor legatos ad papam de reconcilianda concordia semel atque iterum misit. Secundam legationem, cujus meminit Phrantzes, l. II, c. 9, obierunt circa annum 1430 Marcus Jagaris magnus stratopedarcha, Curunus Manganorum præsul, et Demetrius Angelus Clidas, qui imperatori a secretis erat. Actum deinde de concilio indicendo, ut in eo transigerent decernerentque Ecclesiæ unionem. Concilium per id tempus Basileæ habebatur, ad quod Orientalem Ecclesiam Patres invitabant : sed Græci summi Pont. partibus adhærent, et in Italiam veniunt, cumque Latinis concilium Ferrariæ, Florentiæ demum celebrant : quod, qualem exitum habuerit, ex hac historia Ducæ colligere licet.

(75) *Οἱ δὲ ἀθροισθέντες.* Archipræsules a patriarcha electi eum comitati sunt, et synodo interfuerunt, Ephesi, Trapezuntis, Heracleæ, Cyrici, Sardium, Nicomediæ, Nicææ, Tornovi, Monembasiæ, Lacedæmonis, Amasiæ, Mitylenes, Staurupoleos, Moldaviæ, Rhodi, Melenici, Dramæ, Ganni, Dristræ et Anchiali : omnes numero viginti. Venit ad concilium et Russiæ archipræsul cum episcopo. D Ex archontibus etiam Ecclesiæ adfuerunt magnus sacellarius, magnus σκευοφύλαξ, seu vasorum custos, magnus chartophylax, magnus Ecclesiæ præfectus, protecdicus, nomophylax, et alii officiales omnes fere, excepto hieromnemone, qui tunc morbo decubuit. Præsules vero monasteriorum fuerunt, Greg. Pantocratoris præsul, Malei præsul, S. Basilii præsul. Ex hieromonachis Pachomius, Moyses Lauræ monasterii, Dorotheus Batopædii monasterii monachi. Alexandrini patriarchæ vicarius fit Heracleensis archiepiscopus. Antiochiæ patriarchæ vices obeunt Greg. pneumaticus, et Russiæ archiepiscopus. Hierosolymitani tandem Ephesi et Sardium archiepiscopi.

(76) *Καὶ τριήρεις πέμψας ὁ πάππας.* Illæ triremes Venetæ circa finem Septembr., anno 1437, quibus præfectus erat Antonius Condolmerius, Eugenii papæ nepos, Constantinopolim appulsæ sunt, terræque motus ipso die factus adnotatur.

Digitized by Google

δαπάνην νομίσματα, εἰσῆσαν πλέοντες ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου εἰς Βενετίαν (77). Ἐξελθόντες οὖν εἰς Βενετίαν, ἀσπασίως ἐδέξαντο οἱ Βενετικοὶ τοὺς Ῥωμαίους, τὸν βασιλέα ὡς δεύτερον μονάρχην καὶ προνοητὴν τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας. Ὁμοίως καὶ τὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀρχιερεῖς. Ἔδωκαν οὖν αὐτοῖς (78) καὶ ἱερὸν τέμενος, καὶ εἰσῆλθον ἐκτελέσοντες τὴν ἀναίμακτον θυσίαν. Ἠθροίσθησαν γοῦν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες τοῦ ἰδεῖν καὶ ἐνωτίσασθαι θείαν καὶ ἱερὰν μυσταγωγίαν κατὰ τὸ ἔθος τῆς Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ἰδόντες καὶ δακρύσαντες, καὶ ἐκ βάθους ψυχῆς κράξαντες τὸ, Κύριε, σὺ φύλαξον τὴν Ἐκκλησίαν σου ἄτρωτον ἀπὸ τῶν βελῶν τοῦ πονηροῦ· σὺ εἰς ἓν σύναψον· σὺ τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου διάρρηξον· ἡμεῖς γὰρ οἱ μήπω ἑωρακότες Γραικούς, οὔτε τὴν αὐτῶν τάξιν εἰδότες, ἠκούομεν ἐξ ἄκρας φωνῆς, καὶ ὡς βαρβάρους ἐλογιζόμεθα. Νῦν δὲ οἴδαμεν, καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ πρωτότοκοι τῆς Ἐκκλησίας υἱοί, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐστι τὸ λαλοῦν ἐν αὐτοῖς. Ἀπάραντες οὖν ἐκ Βενετίας διὰ ξηρᾶς ἦλθασιν ἐν Φεραρίᾳ. Κἀκεῖ ἀρξάμενοι τὰ τῆς συνόδου, κατέλαβε θανατηφόρος ἐν Φεραρίᾳ νόσος· κἀκεῖθεν ἀπάραντες ἦλθον ἐν Φλωρεντίᾳ. Ἐν δὲ τῇ Φλωρεντίᾳ ἐπληρώθη ἡ σύνοδος. Ἦν δὲ ἔξαρχος τοῦ μέρους τῶν Γραικῶν ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων ὁ Ἐφέσου Μάρκος· ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τῶν Ἰταλῶν ὁ Καδδηνάλιος τοῦ τιμίου σταυροῦ Ἰουλιανὸς, μέγας ἐν τῇ ἔξω σοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς δόγμασι τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· ὁ Ἐφέσου Μάρκος, ἐν Ἑλληνικοῖς μαθήμασιν καὶ ὁρίοις τῶν ἁγίων συνόδων, κανὼν καὶ στάθμη ἀπαρέκβατος· ὁ Βησαρίων Νικαίας, καὶ ὁ Ῥωσίας Ἰσίδωρος. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ λογιώτεροι τῶν ἀρχιερέων, καὶ μέγας χαρτοφύλαξ ὁ Βαλσαμῶν, καὶ ἀρχιδιάκονος. Ἀπὸ δὲ τῆς συγκλήτου ὁ Γεμιστὸς ἐκ Λακεδαιμονίας, Γεώργιος ὁ Σχολάριος καὶ καθολικὸς κριτής, καὶ Ἀργυρόπουλος· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ μετέχοντες λόγου, ἐκ μέρους δὲ καὶ Ῥωμαϊκοῦ

miserat, conscendunt, et Constantinopoli solventes versus Venetiam navigarunt. Illuc appulsos Romæos respub. cum humanitate suscepit; imperatoremque ut alterum monarcham et saluti animorum providentem, patriarcham pariter et cæteros metropolitas excepit. Ipsis templum sacrum datum, in quod sacrificium incruentum celebraturi venerunt. Qui tum Venetiis vivebant, in id templum viri et feminæ confluxerunt, ut divinam sacramque mystagogiam juxta Orientalis Ecclesiæ ritum viderent et audirent. Attente illum considerantes, fusis ex imo corde lacrymis clamabant: Domine, Ecclesiam tuam a maligni telis illæsam tuere: in unum eam coagmenta, ex medio ejus scandala extirpa. Qui nunquam Græcos videramus, quique eorum ritum et cæremoniarum ordinem fama tantum noveramus, ipsos equidem barbaros existimabamus. Nunc vero cognovimus et credidimus primos Ecclesiæ fœtus eos esse, et Spiritum divinum eorum ore loqui. Venetia profecti Ferrariam terrestri itinere contendunt. Illic inchoata synodo lethalis morbus grassari cœpit; Ferraria ideo relicta, Florentiam venerunt, ubi synodus peracta et conclusa est. Primas partes inter Græcos metropolitas agebat Marcus Ephesinus: inter Italos vero cardinalis Julianus titulo sanctæ Crucis, cum in scientiis profanis, tum in fidei Christianæ dogmatibus peritissimus. Marcus equidem Ephesi Metropolita in Græcis litteris atque sacrarum synodorum decretis apprime eruditus erat, canon ipse et statera invariabilis. Aderant etiam Bessarion Nicææ, et Isidorus Russiæ metropolitæ. Hi inter cæteros archipræsules doctissimi erant: etiamque magnus chartophylax Balsamo et archidiaconus. Ex senatoribus aderant quoque Gemistus Lacedæmonius, Georgius Scholarius et judex universalis, et Argyropulus: hi sapientes erant, et in Græcorum scientia aliquatenus eru-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(77) *Ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου εἰς Βενετίαν.* Constantinopoli solverunt Novemb. 24, anno 1437, quo die Constantinopoli terræmotus accidit. Phranzes, cap. 14, lib. II, ait imperatorem advenisse Venetias Februarii 8, anno 6946 (Christi 1438). Qui tum etiam cum imperatore et patriarcha aderant, tradunt Venetias advenisse Sabbato τοῦ Ἀσώτου, id est, Sabbato pridie Dominicæ qua Orientalis Ecclesia Evangelium prodigi filii, quod habetur Lucæ c. XV, in liturgia recitat. Experiendum est num conveniat Phranzes cum his. Anno illo 1438 cyclus lunæ fuit 14, solis 19, littera Dom. E; ergo Pascha fuit Aprilis die 13: a quo si retro numeremus Dominicas 9, perveniemus ad Februarii diem 9, Dominicam τοῦ Ἀσώτου, seu filii prodigi. Pridie ergo fuit Sabbatum Februarii dies 8. Dominica illa Ἀσώτου nobis Latinis Septuagesima dicitur. Ab illa Dominica ad sequentem, quæ τῆς Ἀπόκρεω appellatur, carnibus egregie vescuntur Græci. Convenit etiam notatio diei 8 Martii anni illius, qui fuit Σάββατον δεύτερον τῶν Νηστειῶν, quo die patriarcha Josephus papam salutavit osculo pacis in Domino, ut refert Phranzes cap. 16, lib. II, et qui concilio interfuerunt Græci idem tradunt, adduntque patriarcham noluisse juxta Occidentalium consuetudinem papam salutare.

(78) *Ἔδωκαν οὖν αὐτοῖς.* Quodnam templum Veneti Græcis ad liturgiam celebrandam tunc concesserint nescio, nisi forte S. Georgii, in quo Venetias reversi pro defuncto patriarcha liturgiam celebrarunt. Notant qui adfuerunt Græci, a Venetiarum duce rogatum imperatorem a concilio Venetias reversum, ut Græcos in D. Marci templo liturgiam celebrare juberet; quod factum. Ad celebrandum protosyncellus, quos Latinis norat maxime adversari, elegit: et præsente Venetiarum duce patriciisque, sacra liturgia, iis probantibus cæremoniasque laudantibus, peracta est. Excusant hanc celebrationem in Latinorum templo peractam dicuntque in proprio Antimensio celebrasse, vasis suis usos esse, omnemque ordinem et cæremonias Ecclesiæ suæ servasse. Nec omittendum est Heracleæ archiepiscopum cum Lacedæmoniensi celebrare noluisse, eo quod irregularis ipsi factus videretur, quod ad ordinem sacerdotalem quemdam homicidam promovisset.

Digitized by Google

dili. A partibus vero Latinorum ejusmodi plures illuc convenerunt. Variis autem colloquiis habitis, altercationibus tandem remotis, in unum consentientibus Italis et, præter Marcum, Græcis, decretum jurejurando sanctum est, cui qui contradiceret unquam, anathemate ac diris imprecationibus eum devoverunt. Ex illo hunc fructum collegerunt, ut in eo consentirent omnes, Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere, tanquam ex uno principio et unica processione, quod Græci dicunt ex Patre per Filium; cui fidei confessioni cum omnes subscripsissent, Florentia **120** abierunt celebrata simul primum divina liturgia, sumpta sacra communione, et osculo pacis invicem dato; quibus omnibus Marcus solus non interfuit. Hujus animum perstringebat additio symbolo facta: dicebatque Latinis, illam ex fidei confessione expungite. Ubicunque libitum fuerit apponatur, recitetur-que in ecclesiis: sicut cantatur aliis in canticis ista, *Unigenitus Filius, et Verbum Dei immortale existens.* Quibus Latini contradicebant, sic disserentes: Si quis blasphemam esse additionem nobis demonstret, eam non solum a sacro symbolo, sed etiam ab omnibus libris statim delebimus, quibus Patres res theologicas tractaverunt, Cyrillus nempe, Ambrosius, Gregorius uterque, Nazianzenus et Nyssenus, Basilius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, aliique plurimi. Si vero nos Latini confitemur unum principium et causam, fontem et radicem Patrem esse Filii et Spiritus sancti, duobus principiis non suppositis, quid opus est additionem delere? Additionem quippe non dicimus, sed declarationem et explicationem. Florentiæ post sanctam unionem obiit patriarcha. Iter postea capessunt imperator et synodi Patres, terraque Venetias, papa sumptus ad id præbente, venerunt. Venetiis vero in Bœotiam triremibus Venetis papa sic jubente vecti sunt. Inde Constantinopolim transierunt, partim imperatoris, partim Veneforum triremibus usi. Urbem ingressi

μαθήματος. Ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τῶν Λατίνων πολλοί. Ἐγεγόνεισαν δὲ συνελεύσεις πολλαί. Τέλος παυσαμένης τῆς φιλονεικίας, εἰς ἓν ὁμονοήσαντες Ἰταλοὶ καὶ Γραικοί, πλὴν Μάρκου, ὑπεστρώθη ὅρος ὁμόσαντες, καὶ ἀρὰς ἐπιθέντες, ὡς οὐκ ἐναντιολογήσουσι πώποτε. Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ ὅρου (79), ὅτι *Τὸ Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ*, ὡς ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ μοναδικῆς προβολῆς. τὸ ὅπερ λέγουσιν οἱ Γραικοὶ *ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ*· πάντες οὖν ὑπογράψαντες (80) ἐν αὐτῇ τῇ ὁμολογίᾳ, ἐξῆλθον ἐκ τῆς Φλωρεντίας συλλειτουργήσαντες πρῶτον, καὶ συγκοινωνήσαντες, καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, πλὴν Μάρκου. Τὸ δὲ κνίζον τοῦ Μάρκου ἦν ἡ προσθήκη τοῦ συμβόλου· λέγων, Ἀπαλείψατε αὐτὴν ἐκ τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως, καὶ ὅπου ἂν βούλησθε, τιθέσθω καὶ ἀδέσθω ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὡς ἐν ἄλλοτε τὸ, *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων*. Οἱ δὲ Λατῖνοι ἀντέλεγον· Εἰ ἔχει τὸ βλάσφημον ἡ προσθήκη, δεῖξον, καὶ ἀπαλείψομεν αὐτὸ καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου συμβόλου, καὶ ἀπὸ πάντων βίβλων ᾗ [οἷς] ἐθεολόγησαν οἱ Πατέρες· λέγω Κύριλλος, Ἀμβρόσιος, Γρηγόριος, καὶ Γρηγόριος, Βασίλειος, Ἱερώνυμος, Αὐγουστῖνος καὶ ὁ Χρυσόστομος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι. Εἰ δὲ ὁμολογοῦντες ἡμεῖς οἱ Λατῖνοι μίαν ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν (81), καὶ πηγὴν, καὶ ῥίζαν τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, μὴ ποιοῦντες δύο ἀρχὰς, τίς ἡ χρεία τοῦ ἀπαλείφειν προσθήκην; καὶ γὰρ ἡμεῖς οὐ προσθήκην ταύτην καλοῦμεν, ἀλλὰ σαφήνειαν καὶ ἀνάπτυξιν. Ἐκοιμήθη οὖν καὶ ὁ πατριάρχης μετὰ τὴν ἕνωσιν (82) ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ. Ἅπάραντες δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ σύνοδος, ἦλθοσαν ἐν Βενετίᾳ διὰ ξηρᾶς σὺν ἀναλώμασι καὶ δαπάναις τοῦ πάππα· ἀπὸ δὲ Βενετίας ἐν Βοιωτίᾳ σὺν τριήρεσι τῶν Βενετικῶν δι' ὁρισμοῦ τοῦ πάππα· καὶ ἀπὸ Βοιωτίας εἰς Κωνσταντινούπολιν (83) σὺν τριήρεσι βασιλικαῖς καὶ τῶν Βενετικῶν. Ἐλθόντες δὲ εὗρον τὴν δέσποιναν Κυραμαρίαν τεθνηκυῖαν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ τὴν βασίλισσαν τοῦ δεσπότου Δημητρίου ἀδελφοῦ τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ βασιλεὺς πέμπει πρέσβεις πρὸς τὸν Μουρὰτ (84), δεικνύων εὐγνωμοσύνην καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(79) *Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ ὅρου.* Illa de additione, seu potius explicatione, Symbolo facta, contentio exorta est circa tempora Leonis Papæ IV, qui anno 847 assumptus est, anno vero 855 obiit.

(80) *Πάντες οὖν ὑπογράψαντες.* Julii die 5 Dominica, anno 1439, Græci decreto subsignarunt, excepto Ephesino Marco. Papa deinde subsignatione sua confirmavit et probavit: rem porro infectam esse dixit, cum Ephesinum non subscripsisse intellexit. Postridie Julii 6, fer. 2, liturgia celebrata est. Cantores papæ et musici cecinerunt, deinde Græci τὴν μεγάλην δοξολογίαν. Decretum in ea lectum. Philanthropinus mantile, quo manus abstersit papa, porrexit. Et celebrata illa Missa, unio perfecta est. Petiit deinde a papa imperator, ut co præsente Græci quoque liturgiam celebrarent. Quod obtinere nequivit.

(81) *Μίαν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν.* Græci theologi aliquando utuntur hoc verbo αἰτία in explicando SS. Trinitatis mysterio: sed eo sensu intelligunt, ut Filius genitus a Patre generante, ut principiatum a principio, non vero tanquam effectus a causa differat, ut ὁμοουσίου ratio integra servetur.

(82) *Καὶ ὁ πατριάρχης μετὰ τὴν ἕνωσιν.* Qui concilio adfuerunt, aliter tradidere: patriarcham scilicet Junii die 10, indict. 11, patriarchatus anno 24 ineunte et ante dies 20 cœpto, dum cœnaret obiisse. Decreto vero non subsignaverunt Græci, nisi Julii sequentis die 5,

(83) *Καὶ ἀπὸ Βοιωτίας εἰς Κωνσταντινούπολιν.* Constantinopolim redierunt Græci anno 1440, Februarii die 1, indict. 3, feria 2, τῆς Τυροφάγου; fuit enim hoc anno Pascha Martii die 27, cyclo Lunæ 16, solis 21, litteris C, B, unde Dominica τοῦ Ἀσώτου, seu Septuagesimæ concurrit cum Januarii die 24, et Dominica τῆς Ἀπόκρεω cum 31 Januarii: ita ut Februarii dies prima fuerit feria secunda τῆς Τυροφάγου septimanæ, qua Græci caseis ad Dominicam sequentem vesci possunt.

(84) *Ὁ δὲ βασιλεὺς πέμπει πρέσβεις πρὸς τὸν*

Digitized by Google

ἀκραιφνῆ φιλίαν εἰς αὐτόν. Ἦν προκατειλημμένος ὁ λογισμὸς αὐτοῦ, ὡς διαβὰς ἐν Φραγγίᾳ ὁ βασιλεὺς ἐποίησεν ὁμόνοιαν σὺν τοῖς Φράγγοις, καὶ ἐγεγόνει Φράγγος, καὶ μέλλουσι στρατεῦσαι κατὰ τοῦ Μουρὰτ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης τοῦ ἐξᾶραι αὐτὸν ἐκ τῆς δύσεως. Οἱ δὲ πρέσβεις ἀπαγγείλαντες αὐτῷ καὶ παραστήσαντες, ὅτι Περὶ τῶν ὧν ἠκούσθησαν ῥημάτων, οὐκ ἐπίρασεν ὁ βασιλεὺς ἐν Ἰταλίᾳ, ἀλλὰ περὶ διαφορᾶς δογμάτων τῆς αὐτῶν πίστεως ἱλαρώθη τῇ γνώμῃ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς εὐθέως ἀπὸ τῶν τριήρεων ἀποβάντες, καὶ οἱ τῆς Κωνσταντίνου κατὰ τὸ σύνηθες ἠσπάζοντο αὐτούς, ἐρωτῶντες· Πῶς τὰ ὑμέτερα; Πῶς τὰ τῆς συνόδου; Εἰ ἄρα ἐτύχομεν τὴν νικῶσαν; Οἱ δὲ ἀπεκρίνοντο· Πεπράκαμεν τὴν πίστιν ἡμῶν. Ἀντηλλάξαμεν τῇ ἀσεβείᾳ τὴν εὐσέβειαν, προδόντες τὴν καθαρὰν θυσίαν. Ἀζυμῖται γεγόναμεν. Ταῦτα καὶ ἄλλα αἰσχρότερα, καὶ ῥερυπασμένα λόγια. Καὶ ταῦτα τίνες οἱ ὑπογράψαντες ἐν τῷ ὅρῳ; Ὁ Ἡρακλείας Ἀντώνιος (85), καὶ οἱ πάντες· εἰ γάρ τις πρὸς αὐτοὺς ἤρετο· Καὶ διά τί ὑπεγράφετε; ἔλεγον· Φοβούμενοι τοὺς Φράγγους. Καὶ πάλιν ἐρωτῶντες αὐτούς, εἰ ἐβασάνισαν οἱ Φράγγοι τινά, εἰ ἐμαστίγωσαν, εἰ εἰς φυλακὴν ἔβαλον; Οὐχί. Ἀλλὰ πῶς ἡ δεξιὰ αὕτη ὑπέγραψεν; ἔλεγον, Κοπήτω· ἡ γλῶττα ὡμολόγησεν, ἐκριζούσθω. Οὐκ ἄλλο εἶχον τί λέγειν· καὶ γὰρ ἦσάν τινες τῶν ἀρχιερέων ἐν τῷ ὑπογράφειν (86) λέγοντες· Οὐχ ὑπογράφομεν, ἐὰν [μὴ] τὸ ἱκανὸν ἡμῖν τῆς προσόδου παράσχοιτε. Οἱ δὲ ἔδιδον, καὶ ἐδάπτετο κάλαμος· ὑπὲρ ἀριθμὸν γὰρ ἦσαν τὰ δαπανηθέντα εἰς αὐτοὺς νομίσματα, καὶ τὰ ἐν χερσὶ μετρηθέντα ἑκάστου τῶν Πατρῶν. Εἶτα μεταμεληθέντες οὐδὲ τὰ ἀργύρια μετέστρεψαν. Πρὸς τὴν φωνὴν οὖν αὐτῶν, ὅτι τὴν πίστιν αὐτῶν πέπρακαν, καὶ ἐπέκεινα τοῦ Ἰούδα ἥμαρτον, τοῦ στρέψαντος τὰ ἀργύρια· *ἀλλ' οἶδε Κύριος, καὶ ἀνεβάλλετο· καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν Ἰακώβ, καὶ ὀργὴ ἀνέβη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ.*

despœnam dominam Mariam Joannis imperatoris uxorem oblisse comperiunt, pariterque reginam, conjugem Demetrii despotæ imperatorisque fratris, fato concessisse. Ad Moratem postea legatos misit imperator, gratum benevolumque animum suum, amicitiamque cum eo integram per eos testatus. Morates enim hanc opinionem animo præceperat, imperatorem in Franciam transiisse fœdus cum Francis initurum, ipsum eis adhærere, et terra marique bellum inferre conjurasse, ut ex Occidentis provinciis eum expellerent. At legati ipsum edocuerunt imperatorem in Italiam non transiisse, ut de his quæ fama vulgata erant et ad eum perlata, ageret, sed ut de fidei suæ controversis dogmatibus cum Italis dissereret et communicaret. At postquam archiepiscopi, episcopi et præsules triremibus exscenderunt, cives Constantinopoleos, ut mos est, eos salutant interrogantque: Ut se res vestræ habent? quomodo transacta est synodus? num vicimus nos? Responderunt illi: Fidem nostram pretio vendidimus; religionem nostram impietate commutavimus; et Azymitæ facti purum sacrificium prodidimus. Istos **121** et turpiores dictu sermones habebant, etiamque ex iis qui decreto subscripserant, Heracleæ nempe metropolita Antonius, ac cæteri. Si quis vero eis objiceret, Et quare subscripsistis? respondebant continuo, Francorum formidine id egimus. Interrogantibus insuper, num Franci tormentis ipsos subjecissent? num flagellassent, et in carcerem detrusissent? respondebant non ita habitos fuisse, sed quomodo hæc dextra subscripsit, dicebant, ita abscindatur: lingua confessa est, radicitus evellatur: nec quidquam aliud respondere poterant. Ex archiepiscopis etiam aliqui, cum subscribendum erat decretum, dixerunt: Nisi pecunias, quæ nobis sufficiant, præbueritis, nequaquam subscribemus. Qua numerata, illico calamum atramento tingentes subscripsere. Erogatæ equidem erant ad eos alendos immensæ ac pene infinitæ pecuniæ; unicuique etiam Patrum præsens pecunia numerata fuerat. Postquam vero eos pœnituit, argenteos non retulerunt. Sua ergo confessione, quod fidem vendidissent, quam Judam ipsum, qui argenteos reddidit, gravius peccavisse arguuntur; *Sed novit Dominus et distulit; et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit super Israel*[1].

[1] Psal. LXXVII, 26.

Ismaelis Bullialdi notæ.

Μωράτ. Phranzes, lib. II, cap. 13, notat Amiram Moratem, ad quem Andronicus Iagrus seu Iagris missus est, voluisse ab illa profectione imperatorem avertere. Alii dicunt Joannem imperatorem ad Moratem misisse Paulum Asanem, ut de profectione sua eum certiorem faceret. Moratem discessum imperatoris in Italiam dissuasisse, veritum ne quod fœdus cum Latinis contra Turcos iniret. Veziros etiam Asani dixisse tradunt sultani amicitiam, quam Latinorum utiliorem imperatori fore.

(85) *Ὁ Ἡρακλείας Ἀντώνιος.* Hic Antonius Heracleensis metropolita, postquam Constantinopolim Græci reversi de eligendo patriarcha egerunt, vel invitus electioni adfuit, non ut suffragium ferret; negavit enim id laturum; sed ut coram universo clero, peccatum, quod admiserat subscribendo decreto Florentino confiteretur ac exsecraretur; seque dignum, cui manus, qua subscripserat, præscinderetur, quibusdam familiariter secum versantibus se fassus est.

(86) *Τινὲς τῶν ἀρχιερέων ἐν τῷ ὑπογράφειν.* Qui ex clero Constantinopolitano concilio Florentino adfuerunt, negant, quando decreto subsignatum est, Græcos σιτηρέσιον, id est cibaria et pecunias, petiisse, aut Latinos promisisse: quod Græcis tamen in patriam reversis objectum est, ipsosque auro suffragia sua vendidisse. Iidem equidem fatentur pecuniam accepisse aliquos: plures tamen eorum decreto non subsignavisse. De illo Florentino concilio adeundus Laonicus, lib. VI, cap. 13 et seqq. usque ad 17.

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Serviæ despota ab Hungaris auxilia implorat, duceque Joan. Hunniade Turcorum provincias invadit. Morates subita Hungarorum irruptione perculsus, pacem cum despota et Hungaris stabilivit. Caramani deinde ditionem invadit. Aladines Moratis primogenitus diem obit. Imperio successor destinatur Mehemetes, et imperator salutatur. Morates vitam privatam acturus Prusam secedit. Hungari Turcis bellum inferunt, Morates cum copiis in Europam trajicit, filio se conjungit; ad Varnam Ladislaus Hungariæ rex interficitur, magnaque strage Christiani cæduntur. Ad vitam privatam redit Morates, unde revocatur ab Halile Bassa. Hunniades in Turcos iterum, sed improspere movet. Morates Peloponnesum invadit.

Interea nobis dictus Georgius despota Serviæ, A cum devastatam ac desolatam ditionem suam cerneret, nulla spe alia sustentatus, quam paucorum castrorum, quæ in Hungaria sita erant, possessione, gemeretque quotidie, nullo ejus miseria permoto, ad Hungariæ regem, qui puer admodum erat, venit. Omnia tunc regina illius mater, exercituumque præfectus Jancus moderabantur. Sortem itaque suam deflendo hortatur, ut ejus miserti subveniant. Quibus permota regina, magisque reformidans ne Servia deserta devastator in Hungariam penetraret, præfectum sumptus facienti. Georgio auxilium ferre jubet. Is quidem dives pecuniæ erat: stipendiariorum **122** itaque equitum ac sagittariorum viginti quinque millia sumptibus suis conscribit, fluviumque trajicit. Celeri profectione Sophiam B usque urbem perveniunt, igneque supposito eam, aliaque in circuitu oppida et pagos, nihil integrum relinquentes, comburunt. Universa vero præda in flumen mersa illud trajecerunt, et viam, quæ Philippopolim ducit, pergunt. Verum Morates in Occidente copias contractas Philippopolim adducit, cum temporis angustia pressus ex Anatolia vires ad se accersere haud potuisset. Hungari usque ad vicum quemdam, quem Bulgari Izlati (id est aureum) appellant, processere. Is inter Sophiam et Philippo-

Ὁ δὲ προρρηθεὶς δεσπότης Γεώργιος (87), ἰδὼν τὴν αὐτοῦ γυμνωθεῖσαν δεσποτείαν, καὶ μὴ ἔχων ἑτέραν ἐλπίδα πλὴν ὀλίγων πολιχνίων κειμένων ἐν τῇ Οὐγγρίᾳ, καὶ στενάζων τὸ καθ' ἑκάστην, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐλεῶν, ἔρχεται πρὸς Κράλην Οὐγγρίας, ἦν γὰρ νέος πάνυ· πλὴν τὰ πάντα ἐκυβερνῶντο διὰ χειρὸς τῆς ῥηγένης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ Ἰάγγου τοῦ πρωτοστράτορος· καὶ παρακαλεῖ, καὶ ὀδύρεται τοῦ τυχεῖν ἐλέους. Ἡ δὲ ῥήγενα καμφθεῖσα, μᾶλλον καὶ φοβηθεῖσα μήπως ἐρήμη καταλιμπανομένη Σερβία, καὶ εἰς Οὐγγρίαν ὁ φθορεὺς φθάσει, κελεύει τὸν στρατηγὸν σὺν τοῖς ἀναλώμασι Γεωργίου τοῦ βοηθῆσαι· ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα· καὶ δὴ ῥογεύσας, καὶ λαβὼν ἱππεῖς καὶ τοξότας ἄχρι χιλιάδας εἰκοσιπέντε περᾷ τὸν ποταμὸν, καὶ ταχυδρομήσαντες ἕως τῆς πόλεως τῆς καλουμένης Σοφίας (88), καὶ πῦρ βάλλοντες ἐνέπρησαν, καὶ τὰς πέριξ πάσας πόλεις καὶ κώμας, μηδὲν ἀφέντες. Τὴν δὲ λείαν πᾶσαν πέμψαντες ἐν τῷ ποταμῷ διεπέρασαν· οἱ δὲ πρὸς τὴν Φιλιππούπολιν ἤλαυνον. Ὁ δὲ Μουρὰτ τὸν τῆς Δύσεως στρατὸν ἀθροίσας· οὐκ εἶχε γὰρ εὐχερίαν τοῦ μεταχαλέσασθαι καὶ τὰ τῆς Ἀνατολῆς φωσάτα· ἦλθεν εἰς τὴν Φιλιππούπολιν. Οἱ δὲ Οὔγγροι σὺν τῷ δεσπότῃ ἐλθόντες μέχρι τῆς κώμης τῆς καλουμένης Ἰζλατῆ (89), κατὰ τὴν τῶν Βουλγάρων γλῶτταν, ὃ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(87) *Ὁ δὲ προρρηθεὶς δεσπότης Γεώργιος.* Hoc cap. Ducas in rebus Hungaricis parum peritum se prodit, cum eo tempore Hungariam a regina gubernatam et lanco scribit. Sic autem se res habet: Albertus Austriacus, Sigismundi gener, cum socero defuncto successisset in Hungariæ regno, biennio fere regnavit, obiitque anno 1439, Octob. die 27, Elizabetha conjuge prægnante relicta, quæ an. 1440, Februarii die 22, Ladislaum posthumum peperit. Nuptias quoque Ladislai Poloni, regis Poloniæ Casimiri fratris, aspernata, anno eodem in festo Pentecostes filium suum infantulum Hungariæ regem coronari curat. Seditiosi interea aliquot Hungariæ proceres Ladislaum Polonum regem eligunt, et in Hungariam evocant. Adventantem Polonum cum Elizabetha sensisset, in Austriam filio secum abducto, et Hungariæ corona clam subrepta ac asportata, ad Fridericum III imperat. aufugit. Ladislaus Polonus die 17 Julii Hungariæ rex coronatur: eique corona, qua S. Stephani regis reliquiæ coronatæ erant, imponitur, quod aliam regina suffurata esset secumque abstulisset. Polonus Hungariam usque ad cladem Varnensem rexit. Eoque interfecto, Ladislaus posthumus, cujus mater Elizabetha regina anno 1441 obierat, Hungariæ rex iterum anno 1445 proclamatur: simulque Joannes Hunniades Corvinus interrex et regni gubernator eligitur, eique reipublicæ Hungaricæ summa traditur; quam ad annum usque 1453, cum Ladislaus posthumus ex Austria in Hungariam reversus est, rexit. Georgius Serviæ despota, post Sigismundi obitum et Smedrovum a Morate occupatum, tota Servia spoliatus cum filio suo Lazaro Antibarium, vulgo, *Antivari*, se recepit. Eum Morates ab hujus urbis incolis repetit, et Ragusium C aufugere cogit. Cumque Ragusæos Morates, ut Georgium sibi dederent, sollicitaret, molestiam et incommodum Ragusæis creare despota vertus, in Hungariam ad regem Wladislaum sive Ladislaum Polonum confugit, eumque rogat, ut sibi contra Turcos opem ferat. Ladislaus Georgii ærumnis ac calamitate motus, simul ut Turcorum audaciam retunderet, in Turcos movere destinat, bellumque ad annum 1443 protractum est. Veritus Morates illius belli exitum, inducias decennales cum Ladislao et despota pepigit: huicque ditiones suas ipsamque Semendriam restituit. Vix compositis induciis ad arma reditum est: Julianoque cardinale Cæsarino auctore atque impulsore, Ladislaus inducias et jusjurandum violat, fœderaque confundit. Denuo itaque conscripto exercitu Ladislaus, anno 1444, Morati bellum infert. Pœnas vero repetente Nemesi a fœderum corruptoribus, jurisquejurandi contemptoribus, ad Varnam, Tiberiopolim olim appellatam, ad Pontum Euxinum sitam, prælium committitur: in quo Ladislaus et Julianus cardinalis occubuerunt, magnaque clade Christiana respublica afflicta est. Bonfinius, D. III, libb. IV, V et VI; Thwroczius, in *Chronicis Hungaricis*; Gerardus de Roo, *Histor. Austriacæ* lib. V, et Maurus Orbinus in Slavorum regno.

(88) *Τῆς καλουμένης σοφίας.* Urbs Serviæ Sophia

(89) *Ἰζλάτη.* Hunc locum angustias saltus Isladini Leunclavius appellat.

Digitized by Google

ἑρμηνεύεται χρυσῆ, ἦν γὰρ τὸ χωρίον ἀνὰ μέσον Σοφίας καὶ Φιλιππουπόλεως. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ὄρη καὶ δρυμῶνες δύσβατοι ἕως ἐγγὺς Φιλίππου, ἐβούλοντο γὰρ περᾶσαι τὰ ὄρη, πλὴν διὰ πελεκυφόρων καὶ δενδροτόμων ἀνδρῶν ποιῆσαι πορείαν πρῶτον, εἶτα εἰσελθεῖν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι περάσαντες τὰ δύσβατα, καὶ ἐλθόντες ἀντικρὺ τοῦ φωσάτου τῶν Οὔγγρων δειλιάσαντες, οὐ κατῆλθον ἐκ τοῦ ὄρους ἐν τῷ πεδίῳ. Οἱ δὲ Οὔγγροι καὶ μάλα θαρσαλέως ἀνέβησαν ἕως ἡμίσεως τοῦ ὄρους. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τοξοβολοῦντες οὐκ ἐπαύοντο, πλὴν οὐδὲν ἦνυον· τέλος ὁρῶντες τὰ δύο μέρη μηδὲν ἀρεῖκὸν πράττοντες διὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ τόπου, ἐστράφησαν ὄπισθεν ὅθεν ἦλθεν ὁ καθεὶς. Τότε ὁ Μουρὰτ ἐδειλίασε, βαλὼν κατὰ νοῦν ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ εἶδε δύναμιν Οὔγγρων διαβῆναι τὸν ποταμὸν, καὶ νῦν ὁ δεσπότης τοῦτο ἐνήργησε, πέμπει ἀποκρισιάριον εἰς τὸν δεσπότην, καὶ δίδωσι τὰς πόλεις ἁπάσας αὐτοῦ καὶ τὸν Σμέδροβον. Πέμπει οὖν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τυφλοὺς ὄντας, καὶ τοῦ Δραγουλίου ὁμοίως, καὶ ποιεῖ συνθήκας ἐνόρκους. Καὶ μηνύει ἐν Οὐγγρίᾳ τῇ ῥηγένῃ (90) καὶ τῷ τοποτηρητῇ τῆς βασιλείας. Ἦν γὰρ πρωτοστράτωρ ὁ Ἰάγγος (91). Ὁ δὲ τοποτηρητὴς τοῦ Κράλη Οὐγγρίας ἦν ὁ ῥὴξ τῶν Σάξων (92)· μετεκαλέσαντο γὰρ αὐτὸν, καὶ ἐποίησαν ἐπίτροπον, διὰ τὸ εἶναι νέον τὸν καθολικὸν Κράλην (ἦν γὰρ τότε πεντεκαιδέκατον ἄγων ἔτος). Καὶ ἔρχονται οἱ Τοῦρκοι ἐν Οὐγγρίᾳ, ἦγουν οἱ πρέσβεις, καὶ δίδωσιν ὅρκους τῷ ῥηγὶ Σάξων, καὶ λαμβάνουσιν ὅρκους τοῦ εἶναι φίλοι καὶ ἠγαπημένοι· μήτε οἱ Οὔγγροι περάσουσι τὸν ποταμὸν τοῦ ἐλθεῖν κατὰ τοῦ Μουρὰτ, μήτε οἱ Τοῦρκοι κατὰ τῶν Οὔγγρων. Ὁ δὲ Ἰάγγος οὐκ ὤμοσε λέγων (93), Ἐγὼ δεσπόζομαι, οὐ δεσπόζω.

Τότε, εἰρηνεύσαντες οἱ Τοῦρκοι, ὁμοίως καὶ Οὔγγροι καὶ Σέρβοι, αὐτὸς κατὰ τοῦ Καραμὰν (94) ποιεῖται τὴν παρασκευήν. Καὶ συναθροίσας πᾶσαν τὴν τῆς Θρᾴκης καὶ Θετταλίας δύναμιν, καὶ διαβὰς τὸν πορθμὸν, πήξας τὰς σκηνὰς ἐν τῇ Προύσῃ, παρεσκεύαζε καὶ τὰ ἀνατολικὰ στρατεύματα. Ὁμοίως πέμπει καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν πρῶτον, Ἀλατίνην ὀνόματι, τοῦ συλλέξαι στρατὸν ἐκ τῆς Ἀμασείας, καὶ ἐλθεῖν ἐν Ἰκονίῳ· ὃ καὶ πεποίηκεν.

A polim æquali ab utraque distantia situs erat. Et quæ has urbes interjacet via, difficilis atque ardua, montibus ac saltibus ad Philippopolim fere porrectis, redditur. Montes superare Hungaris propositum erat, viamque sibi lignatorum opera sternere, deincepsque ingredi. Turci vero, viis illis arduis et salebrosis superatis, progrediuntur, donec ipsis Hungarorum castra conspecta sunt; metu repressi ex monte in campum non descenderunt. Quare Hungari audacia majori montem ad dimidiam acclivitatem subierunt, a Turcis perpetuis missilibus, nullo tamen damno accepto, petiti. Tandem cum utrique cernerent se loci angustia prohiberi, quominus egregium aliquod facinus ederent, in suum quisque, unde venerant, locum revertuntur. Metu B Morates tunc perculsus, animo revolvebat, non visas prius Hungarorum copias fluvium transiisse, nunc despotam eas adduxisse; quare legatos ad despotam destinat, omnes urbes, quas ei ceripuerat, ipsumque Smedrovum restituit. Filios etiam excæcatos ei remisit, Draculio etiam suos, quos carcere clausos tenebat, reddidit; pacemque fide data ac jurejurando sancivit, quam reginæ Hungariæ et regni totius proregi et gubernatori significat; Jangus enim præfectus exercituum erat; regnum vero prorex et administrator procurabat Saxonum regulus, quem Hungari curatorem regni constituerant. Turci itaque legati accedunt, eumque Saxonum regulo pacem ineunt; amicitiam mutuam inter ipsos intercessuram jurati pollicentur; C in eam conditionem quoque descensum, Hungaros fluvium non transituros ut Morati bellum inferant: nec Turcos pariter, ut in Hungaros moveant. Jangus his pactis non subscripsit, nec jusjurandum præstitit, subditum se esse allegans, non vero dominum.

Pace his conditionibus inter Turcos, Hungaros et Servios composita, Morates adversus Caramanum belli expeditioni se accingit: collectisque **123** Thraciæ et Thessaliæ copiis fretum trajicit, et Prusæ castra metatus ad bellum se parat, Orientisque illic milites cogit. Aladini quoque primogenito suo mandat ut Amasiæ exercitum conscribat, et Iconium accedat; quibus paruit Aladines. Caramanus D equidem, quo tempore despota et Jangus Morati

Ismaelis Bullialdi notæ.

(90) *Καὶ μηνύει ἐν Οὐγγρίᾳ ῥηγένῃ.* Fieri nequit istud, ut ex superioribus liquet. Anfugerat anno 1440 regina, et in Austriam transierat, anno sequenti 1441, res humanas reliquit: quare gestis anno 1443 interesse non potuit.

(91) *Ἦν γὰρ πρωτοστράτωρ ὁ Ἰάγγος.* Verum est Iancum seu Joannem Hunniadem præfectum generalem Hungaricæ militiæ fuisse.

(92) *Ὁ δὲ τοποτηρητὴς τ. κ. Οὐ. ἦν ῥὴξ τῶν Σάξων.* Hoc falsum. Ladislaus enim Polonus rex fuit Hungariæ, eamque regio nomine, non tutorio aut vicario rexit: nec unquam Saxonum, qui hoc loco pro Polonis a Duca sumuntur, rex fuit: sed Casimiri Poloniæ regis frater. Videndus Leunel. lib. xiv, de istis motibus bellicis et pace cum Hungaris Turcisque inita.

(93) *Ὁ δὲ Ἰάγγος οὐκ ὤμοσε λέγων.* Cum istis non bene conveniunt, quæ hujus capitis initio dixit Ducas: omnia scilicet in Hungaria per reginam et Hunniadem gesta fuisse et gubernata: hic vero per proregem et regis adolescentis tutorem. Quamvis vero Ducas res Hungariæ personarumque principum statum ignoraret, res inter Turcos et Hungaros gestas optime persecutus est. De istis bellis adeundi Laonicus, libb. vi et vii; Leunclavius, lib. xiv, et Phranzes, lib. ii, cap. 18.

(94) *Αὐτὸς κατὰ τοῦ Καραμάν.* Laonicus, lib. vi, et Leuncl, lib. xiv, hujus quoque belli, post motus Hungaricos Serviosque compositos, historiam narrant.

Digitized by Google

bellum intulerant, occasionem nactus eum invadit, urbesque sibi a Morate ereptas recuperat. Hæcque fuit belli origo. Prusa motis castris Morates Cotyæum venit, unde in Phrygiam Salutariam perrexit : ubi bellico apparatu, quantum necesse erat, instructo, Iconium deinde venit. At Caramanus cum suis fugit, montesque Syriæ finitimos, qui tutum ei receptum præbebant, occupat. Morates Iconium hostiliter deprædatus magnam vim auri atque argenti hinc secum portans urbem Laranda accessit ; Larandinos omni calamitatis et ærumnarum genere vexavit : indeque deflectens grassatur populabundus, prædamque agendo ex omnibus oppidis totaque Caramani ditione, damnaque Turcis ejusdem, ac ipse erat, gentis inferendo. Excedere vero ex Caramani finibus in animo habens, filium suum dimisit, qui Amasiam reversus est; ipse vero Prusam rediit, et exacta jam æstate in Thraciam trajecit : Caramanus deinde ditionis suæ loca repetit. Ilieme deinceps appetente venit ex Amasia Aladinis Moratis filii servorum unus, qui eum diem obiisse nuntiat. Hunc pater acerbo luctu planxit, quippe annum decimum octavum jam agens, formosus admodum et audax erat. Luctu finito, omnibus ducibus ac satrapis suis convocatis, imperatorem principemque omnium sibi subditorum Mehemetem secundogenitum filium suum, impuberem etiamnum admodumque puerum, designavit; in Anatoliam deinde profectus, vitam privatam Prusæ quietus agebat.

Appetente deinde vere, ab Hungariæ finibus speculatores venerunt, qui novo imperatori ejusque consiliariis res imperii procurantibus Halili, Sariciæ et Zagano nuntiant, Hungarorum et Walachorum ingens agmen ad Danubii ripam convenire : quem nuntium patri suo Mehemetes mittit. Morates de violatis jurejurando ac fide attonitus, quid acturus esset deliberabat. Æstate deinde inchoata, subortum Caniculæ cunctas Orientis copias contraxit. At ex Ægæo mari viginti quinque triremes venerunt, et Callipolim usque progressæ transitum impedierunt. Pars illarum etiam usque ad ostium sacrum processere, **124** illac quoque trajectum prohibituræ. Hungari vero postquam Danubium transierunt, iter securi pergunt, omnia obstacula removentes, et deditione castra accipientes, et Varnam usque progrediuntur. Cumque Morates trajectu arceretur, tædio affectus mœrebat : quique Mehemeti aderant, in ancipiti stantes, animos despondebant. Progressus tandem Morates ad hostium superius sacro vicinum, tutus et liber a triremium insecu-

A Ὁ γὰρ Καραμὰν, ὅτε ὁ δεσπότης σὺν τῷ Ἰάγγῳ ἤλθασι κατὰ τοῦ Μουρὰτ, εὑρὼν καὶ οὗτος χώρον κατῆλθε, καὶ ἔλαβε τὰς πόλεις αὐτοῦ, ἃς προλαβὼν εἶλεν ὁ Μουράτ. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς μάχης. Ἀπάρας δὲ ἐκ Προύσης ἦλθεν εἰς Κοτύαιον, ἐκεῖθεν ἐν Σαλουταρίᾳ, κἀκεῖ ποιήσας παρασκευὴν ἱκανὴν ἔρχεται εἰς Ἰκόνιον. Ὁ δὲ Καραμὰν φεύγων σὺν τῷ στρατεύματι, εἰσῆλθεν ἐν τοῖς ὁρίοις τοῖς πρὸς Συρίαν ἐν ὄρεσιν ὀχυροῖς. Μουρὰτ δὲ τὸ Ἰκόνιον ὀφειδῶς κουρσεύσας, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἱκανὸν ἐκεῖθεν κομίσας, ἐν τῇ τῶν Λαρανδῶν (95) ἔρχεται πόλει, κἀκεῖ πάνδεινα κακὰ ἐργασάμενος τοῖς Λαρανδινοῖς, ἐστράφη λεηλατῶν, καὶ κουρσεύων πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν τοῦ Καραμὰν, τὴν ζημίαν ποιῶν ὁμοίως αὐτοῦ Τούρκοις.
B Βουλόμενος δ' ἐξελθεῖν ἐκ τῆς γῆς τοῦ Καραμὰν, ἀπέλυσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ σὺν τῷ στρατῷ, καὶ ἐστράφη εἰς Ἀμάσειαν. Αὐτὸς δὲ κατελθὼν ἐν τῇ Προύσῃ ἐπέρασεν εἰς Θράκην θέρους ἤδη παρερχομένου. Ὁ δὲ Καραμὰν ἐστράφη πάλιν ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ τόποις. Χειμῶνος δὲ ἄρξαντος (96), ἦλθεν ἐξ Ἀμασείας εἰς τῶν δούλων τοῦ Ἀλατὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, μηνύων τὸν αὐτοῦ θάνατον. Ὁ δὲ Μωρὰτ μέγα πένθος ποιήσας, ἦν γὰρ ὁ Ἀλατὴν ἄγων ἔτος ὀκτὼ καὶ δέκατον, ὡραῖος πάνυ καὶ εὔτολμος· μετὰ δὲ τὸ πένθος καλέσας πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς, καὶ σατράπας αὐτοῦ, ἀπέδειξεν ἡγεμόνα καὶ ἀρχηγὸν τοῦ ὑπηκόου παντὸς τὸν δεύτερον υἱὸν αὐτοῦ, τὸν Μεχεμὲτ, ἀφῆλιξ ἔτι καὶ παιδίον νέον ὑπάρχων· αὐτὸς δὲ περάσας ἐν τῇ Ἀνα-
C τολῇ ἰδιωτεύων ἐν Προύσῃ ἐκάθητο.

Ἔαρος δὲ ἀρξαμένου, ἦλθασι κατάσκοποι ἐκ τῶν τῆς Οὐγγρίας μερῶν ἀπαγγέλλοντες τῷ νέῳ ἡγεμόνι, καὶ τοῖς φροντίζουσιν αὐτῷ, Χαλὶλ, Σαριτζία, καὶ Ζάγανος, ὅτι ἐν ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου συνάγεται πλῆθος Οὐγγρων καὶ Βλάχων πολύ. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ μηνύει τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Μουρὰτ, θαυμάσας ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν ὅρκων, ἐλογίζετο τί ἄρα μέλλει γενέσθαι. Θέρους οὖν ἀρχομένου, ἐκάλει πρὸς αὐτὸν τὰς ἁπανταχοῦ δυνάμεις τῆς Ἑω, πρὸς τὰς τοῦ Κυνὸς ἐπιτολάς· καὶ ἐξ Αἰγαίου πελάγους (97) ἀνεφάνησαν τριήρεις εἰκοσιπέντε. Καὶ ἐλθοῦσαι ἀντικρὺ Καλλιουπόλεως ἐκώλυον τὸν πόρον. Ὁμοίως καὶ μέρος τῶν αὐτῶν τριήρεων ἔπλεε μέχρι τοῦ ἱεροῦ στομίου, κωλύουσαι τὰς ἐκεῖ πορείας. Οἱ δὲ Οὔγ-
D γροι περάσαντες τὸν πόρον τοῦ Δανούβεως, ἔρχονται ἀδεῶς καθαίροντες τὴν ὁδὸν, καὶ λαμβάνοντες τὰ κάστρα· ἦλθοσαν οὖν μέχρι Βάρνας. Ὁ δὲ Μουρὰτ μὴ εὑρίσκων πορείαν ἠσχάλλεν· οἱ δὲ τοῦ Μεχεμὲτ ἐν ἀπορίᾳ ὄντες ἠθύμουν. Τότε ἀναβὰς πρὸς τὸ τοῦ ἱεροῦ στόμιον ἐγγὺς, καὶ εὑρὼν ἄδειαν ἀπὸ τῶν τριήρεων, ἐπέρασε καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(95) *Λάραν δα*, urbs Lycaoniæ sub Iconii throno.

(96) *Χειμῶνος δὲ ἄρξαντος*. Leunclavius Aladinis mortem ex historiis Turcicis anno 846, et ex Annalibus anno 847 contigisse statuit : ante bellum a Joanne Hunniade et Georgio despota Turcis illatum. Ducas vero post bellum illud confectum, pacemque cum Hungaris et Serviis compositam tradit.

(97) *Καὶ ἐξ Αἰγαίου πελάγους*. Leunclavius idem notat, lib. xiv, et in *Annalibus Turcicis* classem Italorum fuisse dicit.

Digitized by Google

Οἱ δὲ τοῦ Μεχεμὲτ κρατοῦντες Βύγλας (98), καὶ μαθόντες τὴν διάβασιν τοῦ Μουρὰτ, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἠνώθησαν. Καὶ δι' ἑτέρας δύο ἡμέρας ἔφθασαν ἐν τῇ Βάρνῃ (99). Καὶ τῇ ἐπιούσῃ συνάψαντες πόλεμον φοβερὸν καὶ φρικώδη ἀπὸ πρωΐας ἕως ὥρας ἐννάτης, κατέκοπτον ἀφειδῶς οἱ Χριστιανοὶ τοὺς Τούρκους. Περὶ δὲ ὥραν δεκάτην, μείνας μόνος σὺν πεντακοσίοις ἢ πλέον, ἢ ἔλαττον, στρέφει τὰς ἡνίας τοῦ ἵππου ὁ ῥῆξ Σάξων κατ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰάγγος ἐκώλυεν (1)· αὐτὸς δὲ οὐκ ἐπείσθη· καὶ προσεγγίσας καιρίαν δέχεται ὁ ἵππος πληγὴν, καὶ τὸν ἀναβάτην κύμβαχον ἐφαπλοῖ, καὶ καρατομοῦσιν αὐτὸν παρευθύ. Ὁ δὲ Ἰάγγος ἰσθεὶς τὸ γεγονὸς, ἦν γὰρ ἡ κεφαλὴ ἀπῃωρημένη τῷ δορὶ, καὶ κραυγαὶ, καὶ ἀλαλαγμοὶ, καὶ, *Ὁ φεύγων φυγέτω*. Κατέκοψαν οὖν οἱ Τοῦρκοι πλείστους, καὶ ἡ νὺξ κατέλαβε, καὶ ὁ Ἰάγγος μόλις διασωθεὶς ἐπέρασε τὸν ποταμόν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι νικηταὶ τροπαιοῦχοι ἐπανέζευξαν. Τότε ὁ εὐτυχὴς Μωρὰτ πάλιν τὴν περαίαν περᾷ, καὶ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ ἀφικνεῖται, κἀκεῖ τὴν κατοίκησιν ἐμπορεύεται.

A tione cum suis transfretavit. Sub Mehemete qui militabant Ryglis occupatis, Moratisque transitu cognito, unius diei itinere ei se conjunxerunt, alterisque castris Varnam perveniunt. Postridie prælium horrendum ac cruentum a diluculo ad horam diei nonam commissum. Christiani nulli parcentes Turcos cecidérunt; verum circa horam decimam Saxonum regulus solus, suorum quingentis præterpropter stipatus in Turcos equum impellit. Hoc ne committeret, dehortabatur Jangus, cui tamen haud paruit; et propius cum accessisset, lethale vulnus equus accipit, sessoremque regulum in caput pronum excutit, cui caput Turci illico amputarunt. Casum statim cognovit Jangus; caput enim hastæ præfixum sublime conspiciebatur, clamoresque et B vociferationes excitatæ erant, *Qui fugit fugiat*. Magnam itaque stragem Turci edunt: et nocte superveniente, vix superato fluvio, Jangus salvus evasit. Turci, parta victoria, fugatisque hostibus se receperunt: et Morates prospera fortuna usus in oppositam Europæ Asiam iterum transit, Magnesiam petit, habitationemque sibi illic eligit

Ἀλλ' οἱ Χριστιανοὶ μήπω νοήσαντες, ὅτι αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν εἰσιν οἱ ἐμπεδοῦντες ἡμᾶς, καὶ αἱ κακίαι ἡμῶν εἰσιν οἱ τὰ κακὰ προξενοῦντες, πάλιν ἑτέραν ἀφίησι καθ' ἡμῶν ὀργὴν ἡ τύχη. Ὁ γὰρ Χαλὶλ (2) πρακτικὸς ὑπάρχων περὶ τὰ τῆς ἀρχῆς μεθοδεύματα, καὶ ὅτι ὁ νέος οὐκ εὐτυχήσει ποτὲ, ἄγεται πάλιν παρ' αὐτοῦ ὁ Μουρὰτ ἐν τῷ παλατίῳ τῆς Ἀδριανοῦ, καὶ εὐφημίζεται ὡς ἡγεμών. Ὁ δὲ C νέος ἡγεμὼν Μεχεμὲτ ὁ υἱὸς αὐτοῦ στέλλεται παρὰ τοῦ πατρὸς, τοῦ ἀρχηγεῖν ἐν τῇ Μαγνησίᾳ. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Ἰάγγος περᾷ τὴν περαίαν τοῦ Ἴστρου ἐξ ἄλλης ὁδοῦ, καὶ διαβὰς τὰ στενωπὰ πάντα ἔρχεται πρὸς τὸ Νῆσιν (3), ἢ πρὸς τὸν Κόσοβαν. Καὶ ὁ Μουρὰτ σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ αὐτοῦ ἕτοιμος. Καὶ δὴ πολεμήσαντες ἀφ' ἑσπέρας, πρωῒ σκοτίας οὔσης ἐγείρεται σὺν μερικοῖς στρατιώταις, καὶ ὡς δῆθεν ἑτοιμάσων πρὸ ὥρας τὸν πόλεμον, αὐτὸς διέδρα. Οἶδε γὰρ τὴν στρατιὰν τοῦ Τούρκου ὑπερέχουσαν ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ τοὺς Οὔγγρους δειλιῶντας καὶ

In nos porro Christianos nondum satis intelligentes peccatis nostris irretitos teneri, vitiisque et flagitiis damna et calamitates in nos accersere, aliud telum irata fortuna immisit. Halil enim artium, quibus imperium regi debet, peritus, et adolescentulum Mehemetem nunquam fortunatum fore suspicatus, Moratem iterum in palatium Adrianopoleos reducit, imperatoremque salutat. Junior vero princeps Mehemetes a patre Magnesiam missus est, ut res imperii illis in partibus administraret. Hoc cum rescivisset Jangus, Istrum alia via transit, omnibusque angustiis superatis Nisim accedit, quæ ad Cosovam sita est. Morates huic cum toto exercitu paratus occurrit. Sub vesperam jam prœlium initum erat, mane, priusquam illuxisset, cum agminis parte movet Jangus, et ad mature pugnandum omnibus simulate dispositis, aufugit. Turcorum enim exercitum copiis suis multitudine longe superiorem sciebat: Hungaros trepidare et fugæ inten-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(98) *Κρατοῦντες Βύγλας*. Forte hic intelligenda urbs in Odrysis, quæ Βούκελος appellatur, sub metropolita Adrianop. Æmi montis. Bilgiur a Turcis appellatur, ut ex vocabulorum elementis probabile fit.

(99) Pugna ad Varnam et accepta a Christianis clades Novemb. 10, anno 1444, Hegiræ 848, qui cœpit 19 Apr. die Dominica. Novemb. 10 erat Regeb vel Regiad mensis dies 29 feria III.

(1) *Ὁ δὲ Ἰάγκος ἐκώλυεν*. Idem Phranzes, lib. II, cap. 18, tradit. Laonicus, lib. VII, Wladislaum, ut castra Moratis aggrederetur a quibusdam impulsum, qui Hunniadi invidebant, scribit.

(2) *Ὁ γὰρ Χαλὶλ*. Leunclavius lib. XIV, et Laonicus, lib. VIII, quibus artibus Chalil Moratem in regium solium reduxerit, exponunt. Id factum adnotant Annales Turcici anno Hegiræ 850 (id est, Christi 1446), expeditionemque Moratis in Moream eodem anno. Sed ita intelligendum est, anno 849 [Christi 1445], Moratem in thronum imperatorium reductum; in Peloponnesum sub finem anni 1445, at Hegiræ 849, venisse, et anno 1446, Hegiræ 850, D Hadrianopolim rediisse. Tam annales Turcici quam historia Hungarica adnotant Moratis in Moream expeditionem plusquam biennio antevertere Hunniadis cum Morate in campo Cosovo prœlium: quod equidem verum est. Expeditio siquidem in Moream contigit circa finem anni 1445, et initium 1446, pugna in campo Cosovo anno 1448. Phranzes tamen et Chronicum breve, quod hic dedimus, ad annum 6955, mensemque Decembrem [id est, Christi 1446] referunt. Ducas forte hujus quoque pugnæ mentionem statim subjicit illis, quæ de Varnensi narravit, quod ad res Hungaricas et Serviorum pertineant.

(3) *Πρὸς τὸ Νῆσιν*. Nisis urbs Serviæ ad Ibarem fluvium. Ptolemæo in IX Europæ Tabula habet Νέσον in superiore Mysia: in qua habetur etiam fluvius Ciabrus, quem aliqui volunt esse Ibarem: verum in illa Ptolemæi tabula longissime abest Ciabrus fluvius ab urbe Neso. Laonicus, lib. VII, Νῆσον vocat.

Digitized by Google

tos esse. Morates orto sole **125** Hungarorum tentoria dissipata cernens, et fugæ ipsos se commisisse, in eos impressionem facit ; partim spoliat, partim interficit, aliis fuga evadentibus. Is equidem celebrem victoriam adeptus, clade insigni Jangum affecit. Hac insuper victoria lætus converso itinere in Peloponnesum movit. Constantinus enim, qui Lacedæmonis despota erat, comperta regis expeditione, triremiumque ad Hellespontum appulsu, Turcas internecione perituros prædixerat : ultraque Hexamilium progressus Thebas vicosque vicinos occupaverat. Morates rebus prospere admodum gestis reversus, legatum mittit urbes sibi ereptas repetitum : quibus se decessurum negavit Constantinus. In hunc propterea movit Morates : et ad Hexamilium, quod ante annos quatuor refecerat, Constantinus castra metatur. Cum sexaginta militum millibus intra murum se continebat Constantinus, quem facile superat Morates. Illum ejusque fratrem Thomam Achaiæ despotam Albani statim prodiderunt : qui, patefacta eorum fraude, fuga sibi consuluerunt. Morates interim Patras usque et Clarenciam excurrit, cunctis sibi obviis deletis, Hexamilioque everso et in ruderum congeriem redacto, mancipiis etiam ultra sexaginta millia captis, retrocessit.

A εἰς φυγὴν μελετῶντας. Τότε ὁ Μουρὰτ ἡλίου ἤδη αὐγάζοντος ὁρῶν τὰς σκηνὰς τῶν Οὔγγρων διεσκεδασμένας, καὶ εἰς φυγὴν βλέποντας, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ τοὺς μὲν ἐσκύλευσε, τοὺς δὲ κατέσφαξεν· ἄλλοι ἔφυγον, καὶ ἐγένετο μεγάλη νίκη Μουρὰτ, καὶ ἥττα τοῦ Ἰάγγου. Στραφεὶς δὲ μετὰ νίκης μεγάλης, κατὰ τῆς Πελοποννήσου ἐστράτευεν. Ὁ γὰρ Κωνσταντῖνος δεσπότης ὢν τότε Λακεδαιμονίας, καὶ ἰδὼν τὴν ἄφιξιν τοῦ ῥηγὸς, καὶ τὰς τριήρεις ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐμαντεύσατο παντελῆ ἀπώλειαν τῶν Τούρκων, καὶ ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἑξαμιλίου εἷλε Θήβας καὶ τὰ πέριξ χωρία. Στραφεὶς δὲ ὁ Μουρὰτ σὺν εὐτυχίᾳ πλείστῃ, στέλλει ἀποκρισιάριον, ζητῶν τὰς πόλεις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος (4) οὐκ ἤθελε. Καὶ στρατεύσας, καὶ θεὶς χάρακα ἐν τῷ Ἑξαμιλίῳ, ἦν γὰρ πρὸ τεσσάρων χρόνων οἰκοδομήσας αὐτὸ· ὁ δὲ Κωνσταντῖνος σὺν ἑξήκοντα χιλιάσιν ὢν ἐντὸς, αὐτὸς εἰσῆλθε· καὶ ὡς ἐν ὀλίγῳ καὶ αὐτὸς καὶ Θωμᾶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ δεσπότης ὢν Ἀχαΐας παρεδίδοντο ὑπὸ τῶν Ἀλβανῶν (5)· πλὴν αὐτοὶ τὸν δόλον ἐννοήσαντες ἀπέδρασαν. Ὁ δὲ Μουρὰτ μέχρι Πατρῶν καὶ Γλαρέντζας (6) δραμὼν, καὶ ἀφανισμῷ παραδοὺς πάντα τὰ ἐκεῖ, ὑπανέστρεψε χαλάσας τὸ Ἑξαμίλιον, ἐρείπιον καταλιπὼν αὐτό· αἰχμαλωτεύσας πλῆθος λαοῦ ἐπέκεινα χιλιάδας ἑξήκοντα.

B

CAPUT XXXIII.

Joannes imperator moritur, et Constantinopolim Constantinus despota venit, Moratemque sibi conciliat. Morates filio suo Mehemeti uxorem dat, postque celebratas nuptias statim moritur. Mehemetes de patris morte certior factus Adrianopolim venit, imperator salutatur, et de imperii rebus tractat. Moratis mores et ingenium, morbus, et insomnium ante mortem ei oblatum. Mehemetes fratrem suum strangulat. Georgio Serviæ despotæ filiam, novercamque suam Mehemetes petenti remittit. Per legatos Byzantini cum Mehemete pacem constituunt, et pensionem ad alendum Orchanem ab eo accipiunt. Principum et urbium legationes ad moratem.

Per idem tempus imperator Joannes longa annorum serie podagra conflictatus, post reditum ex Italia multis curis ac sollicitudinibus oppressus, cum propter Ecclesiarum perturbationem ac dissensionem, tum ob despœnæ interitum, morbo correptus est, et paucos post dies Romæorum ultimus imperator ipse fato cessit. Qui ergo Constantinopoli res imperii administrabant, legatos ad Constantinum miserunt, qui in urbem eum adducerent. Is legatos ad Moratem misit, donis verbisque suavibus animum ejus captavit, et offensionum præteritarum omni causa remota placavit. Morates etiam cum uxorem dare filio suo decrevisset, **126** a principibus Armeniæ finitimis sponsam ei petivit Turcatiris filiam Turcomanorum, qui ultra Cappadoces

C Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης (7) ποδαλγίᾳ πιεζόμενος ἐν πολλοῖς ἔτεσι, καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀπὸ Ἰταλίας ἐν πολλαῖς θλίψεσι καὶ δυσφορίαις ὤν, πῇ μὲν διὰ τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ταραχὴν, πῇ δὲ διὰ τὴν ἐκδημίαν τῆς δεσποίνης, κατέλαβεν αὐτὸν νόσος, καὶ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐτελεύτησεν, ὕστατος βασιλεὺς (8) χρηματίσας Ῥωμαίων. Τὸν δὲ Κωνσταντῖνον πέμψαντες, οἱ τῆς Κωνσταντίνου ἤγαγον αὐτὸν ἐν τῇ πόλει. Καὶ πρέσβεις στείλας εἰς τὸν Μουρὰτ, καὶ δεξιώσας αὐτὸν σὺν δώροις, καὶ μειλιχίοις λόγοις εἰρήνευσεν αὐτὸν, ἅρας ἐκ μέσου πάντα παρεληλυθότα σκάνδαλα. Βουληθεὶς δὲ γάμους ποιῆσαι (9) τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἠγάγετο νύμφην ἐκ τῶν ἡγεμόνων πρὸς τὰ τῆς Ἀρμενίας ὅρια κειμένων, θυγατέρα τοῦ Τουργατὴρ (10) ἀνδρὸς ἀρχηγοῦ τῶν ἐκεῖσε παρα-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(4) *Ὁ γὰρ Κωνσταντῖνος.* Adeundus Laonicus lib. VII, ubi diffusius illam expeditionem narrat, et cum nostro prorsus sentit. Phranzes, lib. II, cap. 19.

(5) *Παρεδίδοντο ὑπὸ τῶν Ἀλβανιτῶν.* Moreæ seu Peloponnesi partem Albanos habitasse testatur Phranzes, lib. III, cap. 21, qui ipsos vocat Peloponnesios Albanitas.

(6) *Μέχρι Πατρῶν καὶ Γλαρέντζας.* Patræ urbs Achaiæ in Peloponneso metropolis. Clarenza vulgo *Chiarenza*, olim Cyllene, in Elide Peloponnesi. Aliis est Dyme. Sita est in ora occidua Moreæ seu Peloponnesi.

(7) *Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης.* Phranzes, lib. II c. ult. ; Laonic. lib. VII, sub finem. Constantinus imperatoris Joannis frater, Demetrio fratri natu majori prælatus est. Metuebant enim Constantinopolitani, ne Constantinus repulsam passus, Demetrio et urbi bellum inferret, resque Græcorum reliquas perderet.

(8) *Ὕστατος βασιλεύς.* Joannes ultimus imperator appellatur, quia nunquam Constantinus ejus successor coronatus est.

(9) *Βουληθεὶς δὲ γάμους ποιῆσαι.* Leuncl. lib. XIV, hanc mulierem Dulgadiris, qui est Turcatir, neptem et Suleimani filiam fuisse tradit, ex historia Banivaldana : noster Ducas Turcatiris seu Dulgadiris filiam dicit, in quo cum Verantiana Historia consentit.

(10) *Θυγατέρα τοῦ Τουργατὴρ.* Hujus Dulgadiris sive Turcatiris ditio, Anadole, sed vera pronuntia-

Digitized by Google

χειμένων Τουρκομάνων, ὑπεράνω Καππαδόκων. Τὴν δὲ συγγένειαν ταύτην οὐ κατεδέξατο, ὡς ἐν δυνάμει καὶ πλούτῳ ἰσοτερίζων αὐτῷ· ἀλλ' ὅτι ἐν μέσῳ τῶν Τουρκοπερσῶν καὶ τοῦ Καραμὰν, οἰκῶν ὁ ῥηθεὶς Τουργατὴρ, εἶχε πάντοτε συμμαχεῖν τῷ ἐν τῇ Ἀμασίᾳ ἡγεμονεύοντι υἱῷ τοῦ Μωράτ, καὶ προσκρούειν καὶ τῷ Καραμὰν κάτωθεν ὁρμῶντι, καὶ τῷ Καρὰ Ἰουσοὺφ ἄνωθεν, καὶ μεσιτευούσης τῆς συγγενείας, κεκτῆσθαι παρ' αὐτοῦ τὴν τυχοῦσαν ἀρωγὴν καὶ βοήθειαν· ὅθεν καὶ στεῖλας ἕνα τῶν αὐτοῦ βεζιρίδων τὸν λεγόμενον Σαριτζίαν, ἤγαγεν αὐτὴν ἐκ τοῦ οἴκου πατρὸς μετὰ τιμῆς ὅτι πλείστης καὶ δόξης, φέρουσαν θησαυροὺς πολλοὺς, καὶ φερνὴν πολυτάλαντον. Ὁ δὲ Μωράτ καὶ πενθερὸς αὐτῆς, μαθὼν ἐγγίζουσαν ἐν τῷ πορθμῷ τῆς Καλλιουπόλεως, ἔπεμψε μεγιστᾶνας ἀπ' Ἀδριανοῦ, καὶ στρατὸν εὔζωνον, καὶ ὑπαντὴν ποιήσαντες, ἤγαγον εἰς τοὺς οἴκους τοῦ ἡγεμόνος ἐν Ἀδριανουπόλει. Ὁ δὲ ἡγεμὼν μετὰ πλείστης χαρᾶς ἀποδεξάμενος τὴν νύμφην, ἤρξατο τελεῖν τοὺς γάμους. Καὶ καλέσας πάντας τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἀρχηγοὺς καὶ ἡγεμόνας, οὕτω Τούρκους καθὰ Χριστιανοὺς, ἅπαντες ἔθεον σὺν δώροις πολλοῖς ἑορτάσοντες τὰ γαμήλια· ἀρξάμενοι ἀπὸ μηνὸς Σεπτεβρίου, καὶ τελειώσαντες τὸν μῆνα Δεκέβριον, ἐτελείωτο καὶ ὁ γάμος. Τοὺς σὺν αὐτῇ οὖν ἐλθόντας οἰκείους τοῦ πατρὸς αὐτῆς δαψιλῶς φιλοφρονήσας, καὶ παντοίαν εὐεργεσίαν ἀμείψας εἰς τὰ ἴδια ἔπεμψε. Τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ τὸν νεόνυμφον ἅμα τῇ γυναικὶ ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ τῇ μικρᾷ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Λυδίᾳ ἀπέλυσεν. Ἐλθὼν δὲ εἰς Μαγνησίαν, τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ἤδη μεσαζομένου, καὶ παρελθόντος τούτου ἄγων ὁ Φεβρουάριος πέμπτην, εἷς τῶν ταχυδρόμων ὡς ὠκύπτερός τις ἀετὸς ἐπέστη, διδοὺς αὐτῷ γραφὴν εἰς χεῖρας ἀσφαλῶς κατεσφραγισμένην. Ἀνοίξας οὖν αὐτὴν καὶ ἀναγνοὺς, ἔγνω τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ (11). Ἡ δὲ γραφὴ ἦν σταλεῖσα παρὰ τῶν βεζιρίδων τοῦ τε Χαλὶλ, καὶ τῶν ἑτέρων. Ἐδήλου οὖν τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ τοῦ ἀναλινώσκοντος μὴ βραδῦναι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν ἐπιβῆναι πηγάσῳ ἵππῳ πτερόεντι, καὶ ἀφίκεσθαι ἐν Θρᾴκῃ, πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι εἰς τὰ πέριξ ἔθνη ἡ ἀγγελία τῆς τελευτῆς τοῦ ἡγεμόνος. Ὃ καὶ πεποίηκεν, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιβὰς ἐνὶ τῶν δρομαίων Ἀραβικῶν ἵππων. Οὐκ ἔπεν ἄλλο τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ πλὴν, *Ὁ ἀγαπῶν με ἀκολουθήτω μοι.* Αὐτὸς δὲ ταχέως ᾤχετο ἔχων ἔμπροσθεν τοὺς οἰκείους δούλους τοξότας, καὶ ὠκυδρόμους ἀμφοτεροδεξίους εἰπεῖν γίγαντας πάντας πεζοὺς· τοὺς δὲ ξιφηφόρους καὶ ἀκοντιστὰς ἱππέας ὄπισθεν· καὶ δὴ ἐν ἡμέραις δυσὶν ἀπὸ Μαγνησίαν διαβὰς τὸν πορθμὸν ἐν Χερρονήσῳ κατέστη. Καὶ ἀναμείνας ἐν Καλλιουπόλει ἄλλας δύο ἡμέρας, τοῦ συναθροισθῆναι τοὺς ἀκολουθήσαντας, ἕνα τῶν ταχυδρόμων πέμψας ἐν Ἀδριανοῦ, ἐμήνυσε τὴν αὐτοῦ

A siti sunt, principis. Hanc affinitatem non ambiebat, quod viribus ac divitiis sibi par esset, verum quia ditiones illius Turcatiris Turcopersas et Caramanum interjacebant; poteratque cum eo societatem belli semper inire filius suus, qui Amasiæ provinciam regebat; Caramano ab inferioribus seu maritimis locis, et Cara Iusup (id est nigro Josepho) a superioribus bellum inferentibus sese opponere. Intercedente igitur inter ipsos affinitate, auxilium quantumcunque ab eo sperabat. Unum itaque vezirorum suorum Sariciam misit, qui summo honore et gloria ornatam, thesauros multos secum ferentem, dotemque ditissimam domo paterna abduxit. Morates hujus sponsæ socer ut ad fretum Callipoleos ipsam accedere cognovit, Adrianopoli B proceres ei obviam misit, manumque expeditam militum, qui susceptam Adrianopolim in principis palatium deduxerunt. Lætus admodum et hilaris sponsam excepit imperator, nuptiarumque celebrationi initium dedit, invitatis omnibus ditionis suæ ducibus et principibus, cum Turcis, tum Christianis: qui multis cum donis præsto fuere, nuptialibusque festivitatibus interfuere. Mense Septembri eas celebrare cœperunt, et transacto Decembri nuptialibus festis finem imposuerunt. Qui etiam patris sponsæ servi domestici ipsam comitati erant, opipare habuit Morates, et omnimodis beneficiis affectos ad propria remisit. Filium deinde suum novum maritum cum uxore in Lydiam Asiæ C minoris provinciam, ut eam regeret, dimisit. Cumque post medium Januarium Magnesiam venisset, eoque mense exacto Februarii dies quintus advenisset, cursorum unus, ad instar aquilæ celeriter volantis, accedit, epistolamque diligenter obsignatam ei tradit: qua resignata ac lecta, patris sui obitum didicit Mehemetes. Illam scripserant veziri, Halil scilicet ac cæteri, qua patris ejus mortem nuntiabant, hortabanturque ut ea lecta profectionem suam minime differret, sed, si possibile fuerit, equum Pegasæum conscenderet, inque Thraciam, priusquam gentes vicinæ principem obiisse resciverint, proficisceretur. His paruit, et confestim cursorem equum Arabicum conscendit, nil præterea magnatibus suis, quam ista, locutus: *Qui me diligit me sequatur.* Eum D itaque diligenter abeuntem celeripedes servi domestici sagittarii, velut ambidextri gigantes, præcedebant. Equites jaculatores et ensiferi sequebantur: **127** biduoque a Magnesia in Chersonesum freto superato pervenit. Duobus sequentibus diebus Callipoli substitit, ut eos qui secuti fuerant, expectaret. Cursorem etiam Adrianopolim præmisit, qui eum in Chersonesum trajecisse nuntiaret. Crebris deinde sermonibus et fama ubique vulgatum est principem Callipoli adesse, ne plebs infima tu-

Ismaelis Bullialdi notæ.

tione Aladeule, ut vult Leunclavius in *Pand. Histor. Turcic.* Cappadocia ad Boream et occasum terminatur: ad meridiem Syria et Caramania ei objacent: ad ortum Armenia minor. Leunc. cap. 163 adeundus.

(11) *Ἔγνω τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* De Moratis morte et Mehemetis initiis Laonicus, lib. VII, in calce, et VIII, in capite adeundus. Leunclavius etiam libb. XIV et XV, et Phranzes lib. III, cap. 2.

Digitized by Google

multu excitato ferociret. Consueverant enim in principum mutatione populi seditionibus agitari : quare morte sæpius celata, principem morbo laborare apud multitudinem rumores disseminant : eaque arte, cum successor longius abest a locis, in quibus decessor obiit, eam deludunt. Cum Callipoli discessisset, iter pergenti populi multi, ut eum venerarentur, obviam venerunt. Et ubi agro Adrianopolitano appropinquavit, omnes aulæ ordines officialesque veziri, satrapæ, provinciarum et oppidorum rectores, impuræque suæ religionis mystæ et doctores, quique scientiarum ac artium periti erant, multitudo denique plebis in ejus occursum egressi sunt. Postquam illa multitudo uno milliari obviam principi ordinatim processit, equis omnes desiliunt, et pedes incedunt. At princeps et qui comites ei aderant, equis insidebant. Milliaris deinde semissem emensi, labiis compressis magnoque silentio, gradum stiterunt, planctumque ingentem cum lacrymis omnes simul ediderunt. Ipse quoque princeps equo tunc desiliit, quique in ejus comitatu erant, pariterque ac illi planxerunt, clamoribus et ejulatibus aerem verberantes. Illa die luctum ingentem ac planctum ab utraque parte cernere erat. Ubi convenerunt magnates principem, ejus manum deosculati, venerati sunt. Conscensis deinde equis urbem ingressi, principemque comitati usque ad palatii portam processerunt : ipsoque palatium ingresso, in domum unusquisque suam divertunt. Postridie cum frequentes ad concionem ex more (etiamque quam antea celebriorem, quod princeps juvenis, et nuperrime imperium adeptus esset) convenissent, sedebat ipse in solio paterno (quod utinam non contigisset! verumtamen Deo permittente factum propter peccata nostra), eorum vero et procul patris sui satrapæ et veziri Halil et Isaac Bassæ stabant. Ejus vero veziri Siachin eunuchus et Abrahamus, ut mos est, ei adstabant. Tunc imperator Siachin mesazontem suum interrogavit : *Quare patris mei mesazontes procul stant ? ipsos voca, et dic Halili ut locum consuetum repetat. Isaacus vero cum cæteris Orientis præfectis Prusam abeat, ut patris mei cadaver sepulturæ mandet :* **128** *provinciisque orientalibus præfectus earum curam gerat.* His auditis celeri passu ad ejus manum deosculandam accedunt ; et Halil Mesazontis dignitatem retinuit. At Isaacus, magnatibus plurimis stipatus, cadaver principis defuncti magna pompa deducit, quod postmodum in ædicula sepelivit, quam vivens Morates construxerat : dumque funus effertur, nummorum magnam vim pauperibus distribuit Isaacus.

A ἐν Χερρονήσῳ διάβασιν. Καὶ διαλαλιᾶς συχνῆς γενομένης καὶ φήμης ἁπανταχοῦ, ὡς ὁ ἡγεμὼν ἐν Καλλιουπόλει, ἵνα μὴ ὁ συρφετώδης ὄχλος ἀτακτήσας ἀφηνιάσῃ· ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀλλαγαῖς τῶν ἡγεμόνων ἐνεργεῖν στάσιν· διὰ τοῦτο καὶ τελευτὴν πολλάκις κρύπτοντες, λέγουσι τῷ λαῷ, ὡς ὁ ἡγεμὼν ἀσθενεῖ. Καὶ τοῦτο ποιοῦσι ὅτε μέλλων διαδέξασθαι οὐχ εὑρίσκεται. Ἐν ᾧ τόπῳ ὁ τελευτῶν ὑπάρχει. Μετὰ ταῦτα ἀπάρας ἀπὸ Καλλιουπόλεως, συνέῤῥεον πλῆθη πολλὰ προσκυνοῦντες αὐτῷ. Ἐλθόντος δὲ πλησίον τοῦ κάμπου, ἐξῆλθεν ἅπασα ἡ τάξις τῆς ἡγεμονίας, οἵ τε βεζίριδες, καὶ σατράπαι, καὶ ἔπαρχοι, καὶ δήμαρχοι, καὶ οἱ τῆς μιαρᾶς αὐτῶν θρησκείας μῦσται καὶ διδάσκαλοι, καὶ οἱ ἐν ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀσχολούμενοι, καὶ μέρος πολὺ τοῦ

B συρφετώδους λαοῦ εἰς τὴν αὐτοῦ ὑπαντήν. Ἐλθόντος οὖν τοῦ ὄχλου κατὰ πρόσωπον τοῦ ἡγεμόνος, ὡς μίλιον ἓν στοιχηδὸν, καὶ ἀποβάντες τῶν ἵππων πάντες, πεζοὶ τὴν πορείαν πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἐβάδιζον. Ὁ δὲ ἡγεμὼν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἵσταντο ἐποχούμενοι. Ἐλθόντων οὖν ἄχρι ἡμίσεος μιλίου, ἄκρας σιωπῆς ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν οὔσης, ἅθρόον στάντες, κοπετὸν μέγα μετὰ δακρύων ἀνήγειραν. Τότε καὶ αὐτὸς ἀποβὰς τοῦ ἵππου σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ αὐτοὶ τὰ ὅμοια ἔπραττον, βοῆς σὺν κλαυθμῷ τὸν ἀέρα πληροῦντες. Καὶ ἦν ἰδεῖν μέγα πένθος καὶ κοπετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Συνελθόντες οὖν καὶ προσαγγίσαντες ἀλλήλοις, προσεκύνησαν οἱ μεγιστᾶνες τῷ ἀρχηγῷ, ἀσπασάμενοι τὴν αὐτοῦ χεῖρα.

C Καὶ ἐπιβάντες τῶν ἵππων εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει ἄχρι τῆς πύλης τοῦ παλατίου· καὶ ὁ ἡγεμὼν εἰσελθὼν, ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια ἀνεχώρησε. Τῇ δὲ ἐπαύριον παραστάσεως γενομένης μεγάλης κατὰ τὸ ἔθος (καὶ πλέον τι, ὡς τοῦ ἡγεμόνος ἔτι ὄντος νέου, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ νεωστὶ εἰσελθόντος) ἐν τῇ καθέδρᾳ τῇ πατρικῇ καθεσθεὶς (ὡς οὐκ ὄφελον, πλὴν παραχωρήσει Θεοῦ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν), ἵσταντο ἐξ ἐναντίας πάντες οἱ σατράπαι ἀπὸ μακρόθεν, καὶ οἱ βεζίριδες τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὅ τε Χαλὶλ πασίας, καὶ ὁ Ἰσαὰκ πασίας. Οἱ δὲ τούτου βεζίριδες Σιαχὴν ὁ εὐνοῦχος, καὶ Ἰπραΐμ ἦσαν προσεγγίζοντες αὐτῷ καθὰ τὴν συνήθειαν. Τότε ὁ ἡγεμὼν Μεχεμὲτ ἠρώτησε τὸν Σιαχὴν τὸν αὐτοῦ μεσάζοντα· *Τί ὅτι ἀπὸ μακρόθεν ἵστανται οἱ μεσάζοντες τοῦ μοῦ πατρός ; Κάλεσον αὐ*

D *τοὺς, καὶ εἰπὲ τῷ Χαλὶλ ἐστάναι ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἀπελθέτω ἐν Προύσῃ σὺν τοῖς λοιποῖς τῆς Ἑφας ἄρχουσι, ταφῇ δοῦναι τὸ σῶμα τοῦ μοῦ πατρός. Ἐχέτω δὲ καὶ τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων τὴν φροντίδα.* Ἀκούσαντες οὖν ταῦτα, παρευθὺ δραμόντες κατὰ τὸ σύνηθες, ἠσπάσαντο τὴν αὐτοῦ χεῖρα· καὶ ὁ μὲν Χαλὶλ ἔμεινε μεσάζων· ὁ δὲ Ἰσαὰκ λαβὼν τὸ πτῶμα τοῦ ἡγεμόνος σὺν πλείστοις ἄρχουσι καὶ οἰκονομίᾳ πολλῇ, εἰς Προῦσαν ἀπῆλθε, καὶ ἔθαψεν αὐτὸ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι βωμῷ, πλεῖστα νομίσματα κενώσας (12) ἐν χερσὶ πενήτων ἐν τῇ κηδείᾳ.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(12) *Πλεῖστα νομίσματα κενώσας.* Leunclavius in *Annalibus Turcicis*, Schimem II in funere patris ingentem pecuniæ summam erogavisse scribit, et funebre epulum apparasse. In funere Bajazitis I tum

Digitized by Google

Ὁ θάνατος οὖν τοῦ Μωρὰτ (13) οὐκ ἦν πολυνοσωδέστατος, οὔτ' ἀχθηφόρος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀτιμωρητότερος, καὶ παθῶν καὶ νόσων ἐλευθερώτερος, οἶμαι Θεοῦ κρίνοντος κατὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὸ κοινὸν εὔνοιαν, καὶ τὴν συμπαθεστάτην πρὸς τοὺς πένητας διάθεσιν· οὐ μόνον γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῦ κατὰ γένος, καὶ κατ' ἀσέβειαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Χριστιανοῖς, ἃς ἐνόρκους συνθήκας ἔπραττε, ταύτας εἰς τέλος ἀσινεῖς καὶ ἀθολώτους ἐφύλαττεν. Εἰ γὰρ καὶ παρὰ σπονδὰς τῶν Χριστιανῶν τινες, καὶ παραβάσεις τῶν ὅρκων μεταχειρισθέντες, τὸν ἀλάθητον τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸν οὐκ ἔλαθον· καὶ τὴν δίκην δικαίως τιμωρηθέντες παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐκδικητοῦ· οὐκ εἰς μακρὰν τὰ τῆς μήνιος ἐξετείνοντο πλέθρα, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν νίκην οὐ κατεδίωκεν ὁ βάρβαρος. Οὐκ εἰς τέλος τὸν ἀφανισμὸν ἐδίψα τοῦ τυχόντος ἔθνους· ἀλλ' ἅμα οἱ ἡττηθέντες πρεσβεῦσαι τὰ τῆς εἰρήνης ἐσκέψαντο, καὶ αὐτὸς προθύμως ἐδέχετο, καὶ τοὺς πρέσβεις μετ' εἰρήνης ἀπέλυε, μισῶν τὰς μάχας, ἀγαπῶν τὴν εἰρήνην· καὶ ὁ Πατὴρ τῆς εἰρήνης ἀντεμέτρησε τὴν τελευτὴν τοῦ βαρβάρου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ἐν μαχαίρᾳ. Ἦσαν δὲ αἱ τῆς νόσου πᾶσαι ἡμέραι τέσσαρες. Ἐξελθὼν γὰρ ἐκ τοῦ παλατίου σὺν ὀλίγοις νεανίσκοις διέβη τὴν νῆσον (14), ἣν οἱ ποταμοὶ διαῤῥαγέντες πλησίον τῆς πόλεως, αὐτὴν εἰς εὐρυχωρίαν κατέστησαν, καὶ λιπαρᾶς οὔσης τῆς γῆς βοσκήματα, καὶ τροφαὶ τῶν ἀλόγων ζώων χλοεραὶ φύονται. Ἀγελάζονται γὰρ ἐν αὐτῇ φορβάδες, καὶ ἡμίονοι, καὶ τῶν ἵππων οἱ ἀγέρωχοι τοῦ ἡγεμόνος, οἰκοδομάς τε διαφορωτάτας εἰς θάλψιν τε καὶ τέρψιν κατὰ καιροὺς, καὶ πᾶν ἄλλο χρήσιμον εἰς ἀπόλαυσιν. Ἐβούλετο δὲ διατρίψαι ἡμέρας ἱκανὰς ἐκεῖ ἰδιάζων σὺν ὀλίγοις οἰκειοτάτοις πρὸς ἀναψυχὴν καὶ ἀνακωχὴν τῶν φροντίδων, καὶ κόπων τοῦ παρελθόντος γάμου. Διαβὰς οὖν, καὶ ποιήσας ἡμέραν μίαν, καὶ τρυφήσας οὐχ ὡς σύνηθες, τῇ ἐπιούσῃ ἐκέλευσεν ἄγεσθαι εἰς τὸ παλάτιον, εἰπὼν ὡς κεφαλὴν, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα καταβαρὲς καὶ ναρκῶδες περίεστι. Κατακλιθεὶς οὖν, καὶ τρεῖς ἡμέρας νοσήσας ἐπιλειψήσας ἀπέθανεν δευτέρᾳ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς (15) τοῦ ,ςϑνη' ἔτους. Λέγεται

Morates equidem haud diuturno gravique morbo conflictatus fato cessit, verum longe, quam suus pater, doloribus et ægritudinibus minus vexatus. Hoc ei tributum Dei decreto mihi videtur ; cui hujus viri erga genus humanum benigna mens, et erga pauperes miseratio perspectæ erant. Non solum enim, quæ cum genere ac impia superstitione sibi conjunctis jurejurando fœdera sanciverat, integra semper servavit, sed etiam pactis conventis cum Christianis stetit. Si quando enim pacis conditiones a Christianis violatæ fuerunt, fœderaque confusa, Dei oculum, cui nihil est absconditum, non latuerunt, ab iisque injuriarum acceptarum vindex ille meritas pœnas exegit : non perduravit tamen ipsius ira, nec partam victoriam barbarus est persecutus. Nullius gentis eversionem totalem cupiebat : sed quam primum victi pacem per legatos petere voluerunt, ad eos admittendum promptus erat, et pace confecta dimittebat pugnas, adversatus, concordiæque studiosus. Hac de causa pacifica morte nec ferro properata, pacis Pater eum remuneratus est : quatuorque tantum diebus decubuit. Is aliquot adolescentibus comitibus palatio suo relicto in insulam urbi vicinam trajecit ; hanc fluvius in alveos divisus longam latamque efficit, in cujus pingui solo pecoribus apta pascua virent ac luxuriant ; ibique greges ovium, mulorum et equorum, quos princeps originis generosæ habet, armenta pascunt. In ea quoque insula egregiæ ac splendidæ ædes visuntur, cum ad balneorum usum, tum ad delicias, utilitatesque et commoda, pro anni tempestate captanda comparatæ. Multos illic dies privatim cum suis sibi familiarissimis transigere decreverat, ut a curis et laboribus, quibus nuptiarum celebratione defessus fuerat, respiraret. Ad insulam cum transiisset, diem unum genio præter consuetudinem indulgens exegit. Sequenti die in palatium se transferri jubet, capitis gravedine premi, corporisque partes omnes stupore correptas esse questus. Cum ergo per triduum morbo decubuisset, secunda Februarii die obiit, anno mundi

Ismaelis Bullialdi notæ.

seu Gilderunis epulum, etiam instructum lib. VIII *Hist. Musulm.* in fine.

(13) *Ὁ θάνατος οὖν τοῦ Μωράτ.* De genere mortis Moratis et ejus indole, eadem, quæ Ducas, ex Turcorum historiis Leunclavius tradit.

(14) *Διέβη τὴν νῆσον.* Illam sic explicat Leunclav. Insula vero Adrianopolitana vocatur interjectum fluminibus duobus, Meritzæ Tunsæque, spatium, quod amœnos admodum hortos, campos et prata complectitur. Meritza olim appellatus fuit Hebrus, Tunsa vero Tænarus.

(15) *Δευτέρᾳ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός.* Hoc loco notabimus discordiam auctorum in assignando anno Christi, quo obiit sultanus Morates II. Hic Bosius et noster Ducas anno 1450 contigisse asserunt : verum retragantur Phranzes, lib. 3, cap. 2, qui asserit mortuum anno mundi 6959, mense Februario, et Leunclavius, lib. 14, et in *Annalibus Turcicis*, e vita migrasse refert anno 855, mense Meherem die Mercurii seu feria 4 ; totis 13 diebus mors illius occultata est : die vero 16 Meherem Adrianopolim accessit Mehemetes. Cœpit annus Hegiræ 855, Februarii die 3, feria 4, anno 1451, cum cyclus solis esset 4, littera C. Obiit Morates die Mercurii seu feria 4, Meherem seu Muharram mense : usque ad filii adventum, mors ejus in occulto per dies 13 habita est, et die 16 Muharram Mahemetes Adrianopolim venit. Dies 16 fuit feria 5, seu dies Jovis, qui congruebat tunc cum die 18 Februarii. A quo si retrocedamus per 13 dies, proximam feriam 4 reperiemus Muharram diem 1, Februariique diem 3. Unde concludere possumus Moratem obiisse Februarii die 3, quæ fuit Neomenia Muharram, deincepsque ejusdem mensis die 16, seu 14 Muharram, mortem Moratis vulgatam, simulque sultani Mahemetis Callipolim adventum : biduo post, nempe 6 Meharram et Februarii 18, Mehemetem imperatorem salutatum fuisse. In hocce Ducæ textu transcriptoris, non auctoris errorem esse, ut credam, adducor eo quod, quid quoque anno gesserit Mehemetes,

Digitized by Google

6958 (Christi 1450). Fertur ipsi post nuptias antequam in insulam abiret, **129** nocte quadam tale insomnium oblatum esse. Virum specie ac habitu terribili coram ipso astitisse, et pavore perculsi manum apprehendisse; quemque annulum in pollice manus dextræ gestabat princeps, vir ille visus a pollice detractum in vicinum digitum indicem immisit: inde extractum in sequentem medium induxit, deinceps in sequentem, ac tandem minimo digito postremoque imposuit: quo peracto excussum ex principis digito annulum vir ille evanescens secum abstulit. Somno solutus princeps divinos suos ac somniorum interpretes ad se vocavit, et per insomnium visum sibi phantasma eis declarat. Alii itaque annulo dominatum denotari interpretabantur: digitorum primum seu pollicem ipsum principem significare; cæteris digitis posteros ejus censeri debere, qui successione continua imperio potituri essent. Alii occulte et secreto magnum digitum ultimum vitæ tempus indicare, annulo exutum fuisse ad imperii fasces ab eo deponendas pertinere conjiciebant; annuli porro extractionem et immissionem per cæteros ordine digitos factam, annos successoris in imperio designare, quibus exactis regnare desineret.

Verum ad historiæ seriem redeamus, inspiciamusque, quibus fera ista sanguinis avide sitiens perniciem attulerit, quæque consumpserit ac everterit. Patris funere procurato, ejus cadavere Prusam elato, ibique sepulto, arcas et thesauros paternos scrutari cœpit, quos immensos, aureis argenteisque vasis lapillisque pretiosis plenos, signatæque pecuniæ locupletissimos invenit; hancque gazam recondit, et sigillo suo gazophylacium obsignat. Infantem deinde masculum invenit, quem pater suus ex principis Sinopes filia conjuge le-

A δὲ ὅτι μετὰ τοὺς γάμους, καὶ πρὸ τοῦ διαβῆναι τὴν νῆσον μιᾷ τῶν νυκτῶν ἰδεῖν ὅραμα τοιοῦτον· ἵνα φοβερὸν ἄνδρα ἑστάναι ἐνώπιον αὐτοῦ· τὸν δὲ συσταλέντα τῷ φόβῳ ἐκράτησεν αὐτὸν τῆς χειρὸς ὁ φανείς ἀνήρ, ἐφόρει δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ σφενδόνην χρυσῆν, εἰς τὸν ἀντίχειρα δάκτυλον. Ἐκβαλὼν οὖν ὁ φανεὶς τὴν σφενδόνην (16) ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου τοῦ ἡγεμόνος, ἔβαλεν αὐτὴν ἐν τῷ λιχανῷ τῷ μετὰ τὸν ἀντίχειρα· εἶτα ἐξορμαθίσας αὐτὴν ἐκ τοῦ δακτύλου τοῦ λιχανοῦ, ἥρμοσεν αὐτὴν εἰς τὸν μεσαίτατον δάκτυλον, μετὰ δὲ τοῦτον εἰς τὸν μετὰ τὸν μεσαίτατον, καὶ αὖθις εἰς τὸν ὕστατον τὸν μικρόν. Μετὰ ταῦτα ἐκβαλὼν τὴν σφενδόνην ὁ φανείς, καὶ λαβὼν ἀφανὴς γέγονε. Καὶ ὁ ἡγεμὼν ἐξ ὕπνος γενόμενος προσεκαλέσατο τοὺς αὐτοῦ μάντεις, B εἰρηκὼς τὸ ὁραθέν. Αὐτοὶ δὲ τὴν μὲν σφενδόνην τῇ ἡγεμονίᾳ διέκριναν, τοὺς δὲ δακτύλους, τὸν μὲν πρῶτον εἰς αὐτόν, τοὺς δὲ ἄλλους εἰς τοὺς μετ' αὐτόν, αὐθεντεύσοντας ἐξ αὐτοῦ. Ἕτεροι δὲ κρύβδην καὶ σιωπηρῶς τὸν μὲν μεγαδάκτυλον τὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς ὕστατον χρόνον διέκριναν, τὴν δὲ ἀφαίρεσιν τῆς σφενδόνης τὴν δεσποτείαν. Τὰς δὲ εἰσάξεις καὶ ἐξάξεις τῶν ἑτέρων τεσσάρων διὰ τῆς σφενδόνης δακτύλων, τὸν μετ' αὐτὸν ἡγεμονεύσειν μέλλοντα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τῆς ἡγεμονίας ἐσύγκριναν, καὶ τότε τέλος ἕξει ἡ τυραννίς.

Ἀλλ' ἐπανίωμεν αὖθις πρὸς τὴν διήγησιν, καὶ ἴδωμεν, τί τὸ αἱμοβόρον τοῦτο θηρίον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ κατέφθειρε, καὶ κατεδαπάνησε, καὶ εἰς τέλος ἠφάνισε. Πέμψας τοίνυν τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς C αὐτοῦ εἰς ταφὴν ἐν τῇ Προύσῃ, αὐτὸς ἤρξατο ἐρευνᾶν τὰ ταμεῖα καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς πατρικούς, καὶ εὑρὼν ἀναριθμήτους ἐν ἀργυροῖς σκεύεσιν, ἐν χρυσοῖς, ἐν λίθοις τιμίοις, καὶ ἐν νομίσμασι πολυταλάντοις, αὐτὸς οἰκείᾳ σφραγῖδι κατασφραγίσας ἐν τῷ ταμείῳ πάλιν ἀπέθετο· εἶτα εὑρὼν παιδίον (17) ἄρρεν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὡς μηνῶν ὀκτὼ γεννηθὲν

Ismaelis Bullialdi notæ.

diligenter persequitur. Ab anno itaque urbis captæ 1453, si regrediendo annos computemus, per res a Mehemete gestas: anno 1452, illum occupatum in ædificando castro ad Bosphori fauces videbimus: anno vero 1451, bellum Caramano intulisse, eodem nempe quo Morates ipsius pater fatis concessit. Unde dubitandum non est, quin error transcriptoris sit in textu, in quo legendum, ,ϛϡν' Φεβρουαρίου κγ', 6959, Feb. 23.

(16) *Ἐκβαλὼν οὖν ὁ φανεὶς τὴν σφενδόνην.* Apud oneirocriticos, annuli ejectio significat rerum amissionem. Artemidorus, lib. v, cap. 32: Ἐάσαί τις τὸν δακτύλιον ᾧ πάντα κατεσημαίνετο, ἐκβαλεῖν. Εἶτα ζητῶν καταλαβεῖν τὸν ἐν αὐτῷ λίθον κατεαγμένον εἰς πολλὰ, ὥστε ἄχρηστον εἶναι, διέπνευσεν αὐτῷ πάντα τὰ τῶν πραγμάτων ἡμερῶν πέντε καὶ πεντήκοντα. *Visus est sibi quis annulum suum, quo omnia obsignabat ejecisse: et postea quæsisse, ac reperisse lapidem ei infixum in multa fragmina comminutum, et ad obsignandum inutilem: Diss.patæ ac disperditæ sunt cunctæ res illius quinquagintaquinque diebus.* Et juxta Persas ac Ægyptios tradit Achmetes in Oneirocriticis, cap. 200, annulum reges et regiam potestatem significare. Τὸ δακτυλίδιον εἰς κύρωσιν βασιλείας κρίνεται. Πολλάκις γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς ἐξ αὐτοῦ κρίνονται, καὶ ἄνευ στέμματος. *Annulus ad regni confirmationem refertur. Sæpius enim reges, etsi absque corona, ex eo intelliguntur.* Et infra: Καθ' ὅλου τὸ δακτυλίδιον πρὸς τοὺς ποιοῦντας ἐξουσιάζειν ἢ βασιλεύειν οὕτω κρίνεται· τοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας, χαρὰν καὶ τέκνον μετὰ γυναικὸς σημαίνει. *Generaliter annulus, eorum respectu, qui res gerunt et administrant, potentiam et regnum indicat. Prisetæ vero conditionis hominibus gaudium, liberos et uxorem prænuntiat.* Σφενδόνη est proprie pala annuli, sed pro ipso annulo hic accipitur.

(17) *Εἶτα εὑρὼν παιδίον.* Leunel. lib. xiv sub finem hunc puerum Cuizug-Achmetem appellat, nec a fratre suo necatum tradit: imo ex Moratis II liberis, solum Mehemetem superstitem fuisse. Quod etiam disertis verbis scripsit Phrauzes lib. III, c. 2. At Laonicus hunc puerum, spiritu aqua ei intercluso, necatum fuisse docet. Hic ex Spendiaris, seu Isfendiaris filia natus erat, Leunclavio teste loco citato; et verba Ducæ, qui Mehemetem ancilla natum tradit, confulant Remeccium et Philippum Lonicerum, qui scripsere ortum ex Maria Georgii uxoris filia et religionis Christianæ dogmatibus ab ea imbutum. Quod si res ita se habuisset, credibile non est, illam, Morate mortuo, ad patrem remissam fuisse.

Digitized by Google

ἐκ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἡγεμόνος Σινώπης Σπεντιὰρ Α
νομίμου γυναικός· καὶ γὰρ οὗτος ἐκ δουλίδος ἐγέ-
νετο· ὄντος οὖν τῆς μητρὸς τοῦ παιδὸς, καὶ μη-
τρυιᾶς αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν τῷ παλατίῳ ἕνεκα
παραμυθίας τοῦ τυράννου, στείλας ἕνα τῶν ἀρχόν-
των ἐκ τῶν υἱῶν τοῦ Ἑβρενὲζ Ἄλιν ὀνόματι πρω-
τοστιάριος (18) ὢν τῷ τότε καιρῷ, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς
ῥηθείσης τὸ παιδίον ἔπνιξε. Ἐπὶ τὴν αὔριον δὲ καὶ
αὐτὸν τὸν Ἄλιν ἐθανάτωσε, τὴν δὲ μητέρα τοῦ παι-
δὸς, καὶ μὴ βουλομένην τῷ δούλῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ
τῷ Ἰσαὰκ εἰς γάμον ἡρμόσατο. Τὴν δὲ ἑτέραν αὐ-
τοῦ μητρυιὰν τὴν θυγατέρα Γεωργίου δεσπότου
Σερβίας Χριστιανικωτάτην οὖσαν ἐβούλετο μὲν καὶ
αὐτὴν ἑτέρῳ τῷ τυχόντι δούλῳ δοῦναι· ἀλλὰ φοβη-
θεὶς μήπως ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐγείρῃ κατ' αὐτοῦ τὴν
τῶν Οὔγγρων μάχην, τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ἔτι μὴ Β
παγιωθείσης, ἀλλὰ ἀκμὴν εἰς σύστασιν προχωρη-
σάσης, ὃ ἐβουλήθη οὐκ ἐδύνατο πρᾶξαι. Ὁ δεσπότης
γὰρ ἀκούσας τὸν θάνατον τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Μω-
ρὰτ, καὶ τὸν Μεχεμὲτ τὴν ἡγεμονίαν ἀναζωσάμενον,
εὐθὺς ἀποκρισιαρίους ἔπεμψε παραμυθῆσαι αὐτὸν,
καὶ παρηγορῆσαι ὡς ἀπορφανισθέντα· καὶ τὰς συν-
θήκας καὶ συνομοσίας, ἃς εἶχε μετὰ τοῦ πατρὸς αὐ-
τοῦ, ἀνανεῶσαι, καὶ ἀσφαλίσασθαι δι' ὅρκων· ἔτι τε
καὶ τὴν θυγατέρα ζητῆσαι καὶ λαβεῖν εἰς τὰ ἴδια·
ἃ καὶ πεποίηκεν, οὐχ ὡς θέλων εἰρηνικῶς καὶ εὐ-
νοϊκῶς διάγειν, καὶ ἡγεμονεύειν, ἀλλὰ καιρὸν ἐξα-
γοράζων. Ὅταν γὰρ λάβῃ ἐκεῖνος, ἀδικίας καὶ ἀνο-
μίας ποιήσει. Ταῦτα καὶ ἕτερα τὴν ἀρνίου δορὰν
ὑπενδυθεὶς ἔπραττε, λύκος ὢν καὶ πρὸ τῆς γεννή- C
σεως. Φιλοφρόνως οὖν δεξιωσάμενος τοὺς ἀποκρι-
σιαρίους, καὶ ἐνωμότους συνθήκας δοὺς καὶ λαβὼν,
ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ, στείλας καὶ τὴν αὐτοῦ μητρυιὰν
πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς μετὰ μεγάλης δόξης τε καὶ
τιμῆς, εὐεργεσίας τε πλείστας, καὶ χώρας ἀπονεί-
μας αὐτῇ ἐκ τῶν ὁρίων Σερβίας, εἰς διατροφὴν καὶ
θεραπείαν παντοίαν αὐτῆς.

Ὁμοίως καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει (20) τότε
οἰκοῦντες δύστηνοι Ῥωμαῖοι, καὶ δυστυχεῖς σὺν τῷ
δεσπότῃ Κωνσταντίνῳ, μαθόντες καὶ αὐτοὶ τὴν ἀναλ-
λαγὴν τῆς ἡγεμονίας, ἐστειλαν πρέσβεις χάριν πα-
ραμυθίας καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν καθεδρίαν προσαγο-
ρεύσοντες. Τίνες τίνα; Οἱ ἄρνες τὸν λύκον, οἱ στρου-
θοὶ τὸν ὄφιν, οἱ ψυχορράγοῦντες τὸν θάνατον. Ἐκεῖ- D
νος δὲ ὁ πρὸ τοῦ Ἀντιχρίστου Ἀντίχριστος, ὁ τοῦ
Χριστοῦ μου ποίμνης φθορεὺς, ὁ ἐχθρὸς τοῦ στυρ-
οῦ, καὶ τῶν πιστευόντων εἰς τὸν ἐν αὐτῷ παγέντα,
φιλικὸν προσωπεῖον ἐνδυθεὶς, ὡς μαθητὴς τοῦ με-
ταμορφωθέντος εἰς ὄφιν Σατανᾶ, ἀποδέχεται τὴν πρεσ-
βείαν, καὶ γράφει νέας διαθήκας, καὶ ὁμνύει Θεὸν τοῦ
ψευδοπροφήτου, καὶ τὸν συνώνυμον αὐτοῦ προφή-
την, καὶ τὰς μιαρὰς αὐτοῦ βίβλους, καὶ ἀγγέ-
λους, καὶ ἀρχαγγέλους, τοῦ στέργειν καὶ ἐμμέ-

gitima susceperat, cum ipse ancilla natus esset. Cumque infantis mater, in palatium privignum suum Mehemetem consolatura venisset, ipse interim e proceribus suis unum Halim Eurenesis filium primum hostiarium in ædes prædictæ novercæ suæ misit, qui puerum strangularet. Postridie patrati hujus fratricidii Halim quoque morte affecit: puerique occisi matrem vel invitam patris sui mancipio, qui Isaacus vocabatur, nuptum dedit. Alteram quoque suam novercam Georgii Serviæ despotæ filiam, Christianæ pietatis tenacissimam, volebat et ipse alii cuidam servo connubio jungere: sed veritus ne pater ejus Hungaros ad bellum sibi inferendum exciret, antequam recens susceptum imperium stabilivisset, libidine sua abuti prohibitus est. Despota quippe, de generi sui Moratis obitu certior factus, et rerum summam obtinere **130** Mehemetem, apocrisiarios ad eum statim destinat consolandi ac doloris levandi, quod patre orbatus esset, gratia; ut etiam fœdera et pacta, quæ sibi cum ejus patre intercesserant, renovaret, et sacramento stabiliret. Insuper etiam, ut filiam suam repeteret et domum paternam reduceret: quæ omnia Mehemetes præstitit, non eo tamen animo, ut pacifice regnare amicitiamque colere vellet, sed, quam adversum se occasionem dari metuebat, redimeret; quam ubi sibi commodam nactus fuerit, contra jus fasque injurias inferret. Hæc et alia, sub agni pelle, antequam quoque nasceretur, latitans lupus faciebat. Apocrisarios amice benigneque suscepit, mutuoque sacramento fœdera renovavit, et pacifice eos dimisit; simulque novercam ejus patri splendide ac honorifice habitam remisit: beneficiis etiam ac muneribus quamplurimis eam locupletavit, locis in Serviæ finibus, unde se dignitatemque sustentaret ac tueretur, assignatis: omniaque ad victum, cæterosque vitæ usus suppeterent.

Eodem tempore Romæi Constantinopolitani ærumnosi ac infelices, despota quoque Constantinus de novi principis ad imperium evectione certiores facti, legatos consolandi gratia, simulque cum eo gratulandi de principatus initiis, destinant. Verum qui? et ad quem mittebant? Agni ad lupum, passeres ad serpentem, qui mortem sinu gestando ultima suspiria ducunt. Ille vero præ Antichristo Antichristus, Christi Domini mei caularum devastator, crucis, et in eum, qui cruci affixus est, credentium hostis, amici personam indutus, Satanæ, qui in anguem se transformaverat, discipulus, legatos suscipit, nova fœdera pangit, Deum falsi prophetæ sui, et prophetam sibi cognominem impurosque ejus libros jurat, angelos et archangelos testatus pacem se servaturum: et per totum vitæ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(18) *Πρωτοστιάριος.* Turcici *Capigi-bachi.*

(19) *Τῷ Ἰσαὰκ εἰς γάμον ἡρμόσατο.* Laonicus, lib. VII, idem de Spentiaris filia Isaaco-Bassæ nupta, et de Georgii despotæ filia, ad ipsum remissa.

(20) *Ὁμοίως καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει.* Laonicus, lib. VII, pacem a Græcis initam et fœdera sancita cum Mehemete tradit.

Digitized by Google

tempus cum urbe et despota Constantino, cum omnibus circumjectis oppidis et castris hujus ditioni subditis, amicitiam ac concordiam sibi intercessuras. Quo etiam affectu animoque benevolo pater suus erga imperatorem Joannem, qui prædecesserat, et Constantinum despotam se gesserat, eodem quandiu vixerit, ipsos se prosecuturum. His speciosis promissis donum adjecit, Romæorum imperio trecenta millia asprorum ex annuis reditibus locorum, quæ Strymon alluit, largitus. Ærumnosissimi eam pecuniam petierunt, unde Orchanem Othmanicum alerent, cæterosque sumptus ei necessarios facerent. Amicitia itaque ex animi sententia firmiter stabilita, legati læti redierunt. Qui pariter ex **131** Walachia venerant, et Bulgaria : insulares quoque Mitylenæi, Chii, Rhodii et Genuenses Galatam incolentes undequaque profecti, donis allatis eum, dæmonem revera carnivorum, venerati sunt, et accepta ab eo fide discesserunt.

A νειν ἐφ' ὅρου ζωῆς αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ καὶ ὁμονοίᾳ μετὰ τῆς πόλεως καὶ τοῦ δεσπότου Κωνσταντίνου, σὺν πᾶσι τοῖς περιχώροις καὶ πόλεσιν ὑπὸ τὴν αὐτὴν δεσποτείαν. Καὶ τὴν εὔνοιαν, καὶ διάθεσιν ἣν ἐκέκτητο ὁ πατὴρ αὐτοῦ μετὰ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ προβεβασιλευκότος, καὶ τοῦ δεσπότου Κωνσταντίνου τοῦ νῦν, ἐν αὐτῇ τῇ γνώμῃ, καὶ αὐτὸς ζῆσαι, καὶ τεθνῆξαι· ἐπέκεινα δὲ τούτων τῶν καλῶν ὑποσχέσεων ἐδωρήσατο καὶ κατ' ἔτος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐκ τῶν εἰσοδημάτων τῶν παρὰ τὸν Στρυμόνα κειμένων χωρίων ἀριθμὸν ἄσπρων τ'. Αἰτήσαντες ταῦτα οἱ τρισάθλιοι ἕνεκα τροφῆς, καὶ ἑτέρας ἐξόδης τοῦ Ὀρχὰν τοῦ προλεχθέντος (21) ἀπογόνου τοῦ Ὀθμάν. Καὶ δὴ καλῶς κατὰ τὸ δοκοῦν ποιήσαντες τὴν ἀγάπην ἀπήεσαν καὶ αὐτοὶ χαίροντες· ὁμοίως B καὶ οἱ τῆς Βλαχίας, καὶ οἱ τῶν Βουλγάρων. Καὶ οἱ τὰς νήσους κατοικοῦντες, Μιτυληναῖοι, Χῖοι, Ῥόδιοι, ἐκ τοῦ Γαλάτου Γενουῖται, ἐκ πάντων ἐλθόντες (22) σὺν δώροις προσεκύνησαν τῷ ὡς ἀληθῶς σαρκοφόρῳ δαίμονι, καὶ λαβόντες τὰ πιστὰ κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀπῆεσαν.

CAPUT XXXIV.

Mehemetes inducias cum Iango, id est Joanne Hunniade, triennales componit : Caramano bellum infert. Byzantini ad Mehemetem legatos mittunt, falsoque coronatum esse Constantinum significant. Halil Bassa Græcos increpat, et Mehemetes legatorum verbis offensus, pacem cum Caramano componit. Græcos variis modis vexare incipit Mehemetes, ad Bospori angustias castrum ædificat. Novitate ista territi Byzantini per legatos cum Mehemete expostulant, qui superbe respondet, et minatur. Arx ad Bospori fauces ædificata. Ager Constantinopolitanus vastatus : Byzantini bellum indicit Mehemetes.

Omnibus, ut iste malignus putabat, rite et ut e re sua erat compositis, cum Christianis universis ficta pace inita, induciisque in tres annos cum C Iango Hungariam regente pactis, in Caramanum bellum hanc causam prætexens movet, quod cum inter se Christianosque, quibus benevolum se præstabat, quamvis gente ac religionis ritu omnino distinctos, amicitia mutua sincera nec simulata intercederet, Caramanus interim Musulmanus ipse, Mahometisque religionis cultor, semper et ubique bellum et turbas excitare, arrepta occasione imminentis rebus Othmanicis periculi, non cessaret. Consultatione habita id decrevit, et libidini suæ fortunam obtemperantem habuit. Antea enim Mehemetes intellexerat, Caramanum Moratis morte comperta ultra fines imperii sui excurrisse; castra tria et longum agrorum tractum subegisse: quæ equidem Morates a majoribus suis non acceperat, sed Caramano viribus superior, ut in superiori- D

Τὰ πάντα οὖν, ὡς αὐτὸς ἐλογίζετο, ἀπαρτίσας καλῶς ὁ κακὸς, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν πεπλασμένως ἐνδείξας ἅπασι τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ ἐπιτρόπῳ Οὐγγρίας τῷ Ἰάγγῳ (23), τριῶν ἐτῶν εἰρήνην ἀσφαλισάμενος, αὐτὸς κατὰ τοῦ Καραμὰν ἐκστρατεύει (24) προφάσει αἰτίας, ὡς αὐτὸς τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχει φίλος ἀκίβδηλος, καὶ οἱ Χριστιανοὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχουσιν ἀδόλωτον ἀλλοεθνεῖς ὄντες, καὶ ξένης θρησκείας· ὁ δὲ Καραμὰν Μουσουλμάνος ὤν, καὶ λατρεύων τὰ τοῦ Μωάμεδ, ἀεὶ καὶ πάντοτε οὐ παύεται διεγείρων πολέμους καὶ ταραχὰς ἐν καιρῷ περιστάσεως. Βουληθεὶς [βουλευθεὶς] οὖν ἠθέλησε, καὶ θελήσας ἐγένετο. Ἔφθασε γὰρ ἐνωτισθεὶς ὁ Μεχεμὲτ, ὡς ὁ Καραμὰν ἀκούσας τὸν θάνατον τοῦ Μωρὰτ κατέδραμεν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτοῦ, καὶ ἐχειρώσατο φρούρια τρία (25) καὶ γῆν ἱκανήν· ἀλλ' οὐκ ἦν ἐκ τῶν προγόνων ἢ τῶν φρουρίων καὶ τῆς γῆς τῷ Μωρὰτ κατοχή. ἀλλὰ πρὸ ὀλίγων χρόνων ἐκ τῶν τοῦ Καραμὰν κατα-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(21) *Τοῦ Ὀρχὰν τοῦ προλεχθέντος.* Hic Orchanes, secundum Turcos Dusme seu suppositius fuit : Orchanis filius ferebatur, Suleimanis, qui Ducæ Musulmanus, nepos, et Bajazitis I pronepos. De quo Orchane sic loquitur Leunclavius, lib. II : *Emir Suleiman rebus humanis excedens, Unchanem filium superstitem, cum filia quadam unica reliquit. Ambo simul arrepta, Musæ patrui metu, fuga, Constantinopolim se receperunt.* (Infra cap. 40) In urbis expugnatione Orchanes, de quo hoc loco fit mentio, agnitus, occisus est.

(22) *Ῥόδιοι*, etc. *ἐλθόντες.* Ex Jacobi Bosii *Histor. militiæ Hierosolymitanæ*, lib. VI, discimus magnum Rhodi magistrum fratrem Joannem Lasticum legatum ad Mehemetem destinasse Petrum Zinottum, qui pacem cum Mehemete, anno mundi 6959, ind. 15 [Christi 1450], Decemb. 25, Hegiræ vero 855, firmavit.

(23) *Καὶ σὺν αὐτῷ ἐπιτρόπῳ Οὐγγρίας τῷ Ἰάγγῳ.* Mehemetem pacem cum Tribalis seu Serviis Iniisse, statim ac fasces imperii suscepit, testis est Laonicus.

(24) *Κατὰ τοῦ Καραμὰν ἐκστρατεύει.* Hanc expeditionem, statim post patris obitum, suscepisse Mehemetem anno Hegiræ 855 [Christi 1451] tradit Leunclavius, et Laonicus, lib. VII sub finem.

(25) *Φρούρια τρία.* Videnda sunt capp. 29 et 32 supra.

Digitized by Google

δυναστεύων ἁφήρπαξεν, ὡς καὶ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. Εὑρὼν οὖν εὔλογον αἰτίαν ὁ υἱὸς τοῦ ἁρπαγος κατὰ τοῦ πρώην ἀδικηθέντος, καὶ διὰ τοῦτο ἀνερευνῶντος τὰ ἴδια, σὺν δυνάμει κατ' αὐτοῦ ἐστράτευσε. Καὶ δὴ περάσας τὸν πορθμὸν σὺν τοῖς στρατεύμασι τῆς Δύσεως, καὶ εἰς τὴν Προῦσαν ἀναμείνας τὰ τῆς Ἀνατολῆς στρατεύματα, ἀπάρας ἐκεῖθεν εἰς Κοτύαιον ἀφίκετο· κἀκεῖθεν εἰς Σαλουταρίαν τῆς Φρυγίας, τὸ καὶ Καρασάρην παρὰ Τούρκοις λεγόμενον ἐγγὺς ὂν ἐν τοῖς ἐρίοις τοῦ Καραμάν. Τότε ὁ Καραμὰν, ἀκούσας τὴν ἄφιξιν τοῦ Μεχεμὲτ, ἔστειλε πρέσβεις ἐκ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, αἰτῶν λύσιν τῶν ἐσφαλμένων σὺν ἀποδόσει τῶν, ὧν ἀφείλετο, φρουρίων. Καὶ ὁ τύραννος κατένευσε δι' αἰτίαν τὴν ἣν λέξων ἔρχομαι. Ἡ γὰρ μωρὰ τῶν Ῥωμαίων συναγωγὴ ἐσκέψατό τινα ματαίαν βουλὴν στείλασα πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, λέγοντες πῶς· ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος· οὕπω γὰρ ἦν στεφθείς, ἀλλὰ οὐδὲ στεφθῆναι ἔμελλε διὰ τὸ προῤῥηθὲν, πλὴν βασιλέα ἐκάλουν Ῥωμαίων· λέγουσιν οὖν πρῶτον τὰ τῆς πρεσβείας μηνύματα τοῖς μεσάζουσι, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ὡς ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων τὴν τῶν κατ' ἔθος ἔσπρων τριακοσίων χιλιάδων (26) ποσότητα, οὐ καταδέχεται. *Καὶ γὰρ ὁ Ὀρχὰν, ὅς ἐστι καὶ αὐτὸς υἱὸς τοῦ Ὀθμὰν, καθὰ καὶ ὁ ὑμέτερος ἀρχηγὸς Μεχεμὲτ, ὑπάρχει, τέλειος ἀνὴρ τῇ ἡλικίᾳ· καὶ καθ' ἑκάστην συῤῥέουσιν ὅτι πλεῖστοι πρὸς αὐτὸν κυριωνυμοῦντες, καὶ ἀρχηγὸν ἀναγορεύοντες. Αὐτὸς δὲ θέλων φιλοτιμῆσαι, καὶ δωρήσασθαι οὐκ ἔχει που τὰς χεῖρας ἁπλῶσαι. Αἰτῶν οὖν τὸν βασιλέα, ὁ βασιλεὺς οὐκ εὐπορεῖ τοῦ δοῦναι τόσον, ὅσον αἰτεῖ. Ἐκ τῶν δύο οὖν ἓν αἰτοῦμεν, ἢ τὴν πρόσοδον διπλασιάσατε, ἢ τὸν Ὀρχὰν ἀπολύομεν. Οὐκ ἔστι γὰρ τοῦτο χρέος ἡμέτερον τὸ τρέφειν τοὺς Ὀθμάνου παῖδας, ἀλλὰ δεῖ τρέφεσθαι ἐκ τῶν δημοσίων. Ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τούτου κατάσχεσις, καὶ ἡ μὴ τοῦ ἐκβῆναι τῆς πόλεως κώλυσις.* Ταῦτα καὶ ἄλλα πλείω ὁ Χαλὶλ Πάσιας ἀκούσας (καὶ γὰρ ἦν διὰ παντὸς φίλος τῶν Ῥωμαίων ἐκ δύο τινῶν αἰτιῶν, ἡ μὲν μία τὸ εἶναι προσηνῆ κατὰ γνώμην, καὶ ἥμερον, ἡ δὲ ἑτέρα ὅτι ἦν δωρολήπτης· καὶ εἴ τις αὐτῷ διελέγετο φέρων ἐπὶ χεῖρας χρυσίον καὶ δεικνύων ὡς κάτοπτρον, ἀπροσκόπτως ἀπέπτυε διὰ γλώττης ἄνευ φόβου πάντα λόγον σκληρόν· ἀκούσας οὖν τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως λόγους καὶ συγκλήτου τοὺς μηνυθέντας τῷ ἡγεμόνι Μεχεμὲτ, οὕτως πρὸς τοὺς ἀποχρισιαρίους ἐφθέγξατο· *Ὦ ἀνόητοι καὶ μωροὶ Ῥωμαῖοι, τὰ τῆς διανοίας ὑμῶν κατουργούμενα οἶδα ἐγὼ πρὸ πολλοῦ· ἄφετε ἃ κατέχετε. Ὁ παρῳχηκὼς ἡγεμὼν ἥμερος, καὶ εἰς πάντας ἀκραιφνὴς φίλος ἐτύγχανε, καὶ χρηστῆς συνειδήσεως ἄνθρωπος· ὁ δὲ νῦν ἡμέτερος ἡγεμὼν Μεχεμὲτ οὐκ ἔστι

bus narravimus, ante paucos annos eripuerat. Nactus ergo justam causam raptoris filius, ei, qui tertius injuria affectus erat, et propterea recuperare sua tentaverat, bellum infert. Jamque fretum transvectus cum copiis occidentalibus, dumque orientis exercitus ei se conjungerent, Prusæ transacto tempore, inde Cotyæum abiit; unde in Phrygiam Salutariam, Turcis Carasarin dictam, vicinam Caramani finibus perrexit. Cognita Mehemetis profectione Caramanus magnates aliquot suæ ditionis legatos ad eum misit, qui admissorum veniam orarent ac peterent, et ablata castra redderе paratum esse dicerent. Quibus propter dicendam mox causam tyrannus acquievit. **132** Romæorum enim stultus ac insipiens cœtus consilium imprudens iniit, dum ad eum legatos destinant, qui Constantinum imperatorem salutatum esse nuntiarent. Hunc, quamvis nondum coronatum, nec ob prædictas causas coronandum, Romæorum imperatorem nihilominus appellabant. Mesazontibus itaque, ut mos est, quæ in mandatis habebant exponunt legati, queruntque Romæorum imperatorem consuetam asprorum trecentorum millium pensionem annuam non accepisse. *Orchanes enim, inquiunt, Othmani prosapia, æque ac dux vester, oriundus est, vir ætatis perfectæ: ad quem singulis diebus quamplurimi confluunt: dominum ducemque appellant, ac salutant. Ipse vero, unde ipsis largiatur, donisque honoret, non habet: ideoque imperatorem rogat, qui petenti, cum ipsum pecunia deficiat, satisfacere nequit. Alterum itaque postulamus, aut duplam pensionem nobis solvi, vel Orchanem liberum dimittere nobis licere. Neque enim Othmani posteros alere tenemur; sed in id ex ærario vestro pecunia erogari debet; illum custodiendi, et ne urbe profugiat prohibendi, nobis oneris satis incumbit.* Hæc et similia audivit Halil Bassa, qui Romæis duabus de causis favebat, quod facilis ac mansuetæ indolis esset, quodque dona libenter ab iis acciperet. Si quis sane quovis de negotio cum eo acturus, aurum in ejus manum misisset, et tanquam politum speculum ostendisset, sermones quantumvis asperos, sine offensionis metu effutire poterat. Cum, inquam, audiisset, quos ab imperatore et senatu Mehemeti principi legati sermones afferebant, eos sic allocutus est: *O stulti et insipientes Romæi, consilia vestra astuta et fraudulenta jamdiu est cum intelligo; illa omittite. Defunctus princeps, et rectæ conscientiæ vir, idemque mansuetus, sinceram cum omnibus amicitiam coluit: noster vero modernus Mehemetes non ea est, quam vos persuasi estis, sententia. Si namque manus ipsius cujus audacia, ferocitas et impetus mihi perspecti*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(26) *Ἀσπρων τριακοσίων χιλιάδων.* Si pro singulis piastris Hispanicis, argentea aspra 120 tunc computabantur, accipiebant Græci annuam pensionem ad Orchanem alendum, piastrorum 2500. Hocce vero tempore 80 solummodo aspris piastrum mutant, edicto imperatorio de re monetaria ante quinque circiter annos lato: dum vezir azemus erat Kara Mustapha Bassa: vir, quamvis ineruditissimus, ut qui nec legere, nec scribere sciebat, in rebus gerendis negotiisque expediendis solertissimus ac promptissimus.

Digitized by Google

sunt, Constantinopolis effugerit, tunc certissime cognoscam, calumnias vestras mentemque pravam Deum vindicare nondum velle. Viri fatui, quam heri et nudius tertius pacem sacramento invicem adacti sancivimus, domum tantum non portamus; et, si ita dicere liceat, in tabulis exarata scriptura nondum desiccata est. Nunc vero quare in Anatoliam transiistis et in Phrygiam pervenistis, ostentatione terriculamentorum, vobis ex more confictorum metum nobis injecturi? Viribus invalidi, et rerum notitia carentes pueri haud sumus. Vos, si quid valetis, efficite. Orchanen si Thraciæ principem renuntiare vultis, hoc agite. Si Hungaros cis Danubium accersere cogitatis, trajiciant **133** *ipsi. Si nostra quoque invadere, quæque ante plures annos amisistis, repetere ac recuperare vobis propositum fuerit, id quoque licet. Id vos tamen scire velim, nihil horum ex voto vobis cessurum: quin etiam ea eripientur vobis, quæ possidere existimatis. Ista omnia denique domino meo nuntiabo, quodque visum ei fuerit, fiet.*

His auditis, ira succensus Mehemetes anceps animi hærebat : cum Caramano propterea ad pacis conditiones adductus est, quem totis viribus pessumdare decreverat. Verum ita secum cogitabat rationibus his motus : *Dum*, inquit, *in Anatolia lego, Romæorum imperator cæteras gentes Christianas in me concitabit, et Orchanem liberum dimittet; harumque nationum ope Occidentis provinciæ Romæis cedent, dum Orchanes orientem retinebit.* Hæc et similia animo volvens, sereno ac mansueto vultu Caramani legatos admittit : minaces sermones opportune ad eos habet : mansuete ac benigne alias præter tempus alloquitur, donec pacem sacramento adactus constituisset, et amice complexus dimisisset. Ad imperatoris autem legatos hæc verba respondit : *Adrianopoli brevi aderimus; illuc cum venerimus, omnia quæ imperatori et urbi necessaria sunt, nobis exponite : quodcunque rogaveritis, id præstare paratus sum.* Iis et aliis sermonibus blandis usus, eos dimisit. Mehemetes ergo paucis diebus fretum transvectus Adrianopolim accessit : statimque quemdam servorum suorum in regionem ad Strymonis ripas sitam mittit, qui reditus imperatori concessos ei solvi vetaret : illorumque administratores et procuratores, qui anni unius solummodo pensionem perceperant, expelleret. Hoc peracto rem aliam damnosam admodum ac perniciosam Romæis aggreditur. Hieme adventante per provincias singulas Occidentis ac Orientis edicta promulgari jubet, mandatque ut fabri et architecti mille, in unoquoque loco ratione multitudinis eorum habita, operarii etiam numero fabrorum congruentes, et calcis coctores congregarentur : et, ut omnia verbo dicam, cuncta

τῆς τοσαύτης γνώμης, ἣν ὑμεῖς θαῤῥεῖτε. Καὶ γὰρ εἰ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀποδράσει Κωνσταντινούπολις, πρὸς τὸ θρασὺ καὶ ἄγριον, καὶ ὁρμητικὸν αὐτοῦ λέγω, γινώσκων γνώσομαι ὅτι ἔτι Θεὸς παριβλέπει τὰς ὑμῶν διαβουλὰς καὶ διαστροφάς. Ἄνθρωποι μωροὶ τὴν χθὲς καὶ πρότριτα γενομένην μεθ' ἡμῶν ὅρκον πρᾶξιν ἤδη φέρομεν, καὶ εἰ δυνατὸν εἰπεῖν τὰ γεγραμμένα οὕπω ἐξήρανται. Νῦν δὲ διότι τὴν Ἀνατολὴν διαβάντες, καὶ ἐν Φρυγίᾳ διάγοντες θέλετε φοβῆσαι ἡμᾶς, δεικνύντες τὰ παρ' ὑμῖν κατεσκευασμένα συνήθη μορμολύκεια (27) ; Οὐκ ἐσμὲν παιδάρια ἄγευ γνώσεως, ἢ δυνάμεως, εἴ τι δύνασθε πρᾶξαι πράξατε. Εἰ βούλεσθε τὸν Ὀρχὰν δεῖξαι ἡγεμόνα ἐν Θρᾴκῃ, δείξατε. Εἰ τοὺς Οὔγγρους μελετᾶτε διαπεραῦσαι τὸν Δάνουβιν, ἐλθέτωσαν. Εἰ καὶ ὑμεῖς βούλεσθε τοῦ καταδραμεῖν καὶ λαβεῖν, ἃ πρὸ πολλοῦ ἀπωλέσασθε, τοῦτο ποιήσατε. Πλὴν γινώσκετε, ὅτι εἰς οὐδὲν τούτων εὐδοκιμήσετε, ἀλλὰ μᾶλλον, καὶ ὃ δοκεῖτε ἔχειν ἀρθήσεται ἀφ' ἡμῶν. Πλὴν ἐγὼ ἀναγγελῶ τῷ κυρίῳ μου, καὶ τὸ αὐτῷ βουλητὸν γενέσθω.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Μεχεμὲτ καὶ θυμοῦ πλησθείς, οὐκ εἶχε τί ποιῆσαι, καὶ τῷ Καραμὰν συνεσπείσατο· εἶχε γὰρ ἐπιλογισμὸν τοῦ ἀφανίσαι αὐτὸν κατὰ κράτος. Ἀλλὰ κατὰ νοῦν ἐσκόπει, μήπως ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, ἐν τῇ Ἀνατολῇ ὄντος μου, προσκαλέσηται τὰ λοιπὰ τὰ ἔθνη τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἐκβαλοῖ, καὶ ἀπολύσοι τὸν Ὀρχάν, καὶ σὺν τῇ ἀρωγῇ τούτων γενήσεται κύριος τῆς Ἀνατολῆς, καὶ τὰ τῆς Δύσεως παραχωρήσει τοῖς Ῥωμαίοις. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια λαβὼν κατὰ νοῦν βλέπει τοὺς πρέσβεις τοῦ Καραμὰν ἱλαρῷ βλέμματι, καὶ κατὰ καιρὸν ἐπαπειλητικοὺς λόγους αὐτοῖς ἐδίδου, παρὰ καιρὸν δὲ καὶ πράους, ἕως οὗ τὴν εἰρήνην ἐνόρκως ἠσφαλίσατο, καὶ μετὰ ἀγάπης ἀπέπεμψε. Τοὺς δὲ τοῦ βασιλέως πρέσβεις ἀπεκρίνατο, ὡς Ἤδη διασυντόμως ἐν Ἀδριανουπόλει μέλλομεν εἶναι, κἀκεῖ ἐλθόντες ἅπαντα τὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ πόλει ἀναγκαῖα ἀναγγείλατέ μοι, καὶ ἑτοίμως ἔχω τοῦ δοῦναι πᾶν τὸ ζητούμενον. Σὺν τούτοις δὲ καὶ ἑτέροις μειλιχίοις λόγοις κολακεύσας ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ, διαβὰς δι' ὀλίγων ἡμερῶν τὸν πορθμὸν, καὶ ἐν τῇ Ἀδριανοῦ εἰσελθών, παρευθὺ στείλας ἕνα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Στρυμένα χωρίοις, ἐκώλυσε τὴν πρόσοδον τὴν εὐεργετηθεῖσαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ τοὺς ἐπιβλέποντας καὶ οἰκοδεσποτεύοντας ταύτην ἐδίωξε, τὸν πρῶτον χρόνον μόνον γευσάμενος [γευσαμένους]. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἑτέρου ἥψατο λίαν ἐπιζημίου, καὶ θανασίμου κατὰ Ῥωμαίων. Χειμῶνος γὰρ ἀρξαμένου προστάγματα καὶ διαλαλιὰς ἔν τε Δύσει ἔν τε Ἀνατολῇ ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, τοῦ ἑτοιμάσαι οἰκοδόμους τεχνίτας χιλίους, καὶ ἐργάτας κατὰ ἀναλογίαν τῶν τεχνιτῶν, καὶ ἀσβεστοκαύστας· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πᾶσαν ἐργασίαν καὶ παρασκευὴν, τοῦ εἶναι ἑτοίμους ἐν ἔαρι, εἰς

Ismaelis Bullialdi notæ.

(27) *Συνήθη μορμολύκεια.* Apud Theophylactum Simocattam lib. 2, cap. 14, in oratione cujusdam senis ad Commentioli exercitum. Οὐ γὰρ καθάπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττεται τοῖς σοφίσμασι.

Digitized by Google

κατασκευὴν νάστρου ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἱεροῦ ὑπερ- A
άνω τῆς πόλεως. Τότε οἱ Ῥωμαῖοι ἀκούσαντες τὴν
πικρὰν ταύτην ἀγγελίαν, καὶ οἱ ἐν Κωνσταντίνου,
καὶ οἱ ἐν πάσῃ τῇ Ἀσίᾳ τε, καὶ Θράκῃ, καὶ οἱ ἐν
ταῖς νήσοις οἰκοῦντες Χριστιανοὶ ὑπερήλγησαν, ἐξη-
ράνθησαν, οὐκ ἦν ἐν ἀλλήλοις γλῶσσα ἢ διαλαλιὰ
πλήν· *Νῦν τὸ τέλος ἤγγισε τῆς πόλεως· νῦν τὰ
σήματρα τῆς φθορᾶς τοῦ ἡμετέρου γένους· νῦν
αἱ ἡμέραι τοῦ Ἀντιχρίστου. Καὶ τί γένωμεν, ἢ
τί ποιήσομεν; Ἀρθήτω ἀφ' ἡμῶν ἡ ζωὴ ἡμῶν,
Κύριε, καὶ μὴ ἴδοσαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δούλων
σου τὴν φθορὰν τῆς πόλεως, μηδὲ εἴπησαν οἱ
ἐχθροί σου, δέσποτα, Ποῦ εἰσιν οἱ φυλάσσοντες
ταύτην ἅγιοι;* Ταύτην γὰρ τὴν φωνὴν σὺν κλαυ-
θμῷ οὐ μόνον οἱ τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς Ἀνα- B
τολῆς σποράδην οἰκοῦντες Χριστιανοί, καὶ οἱ ἐν ταῖς
νήσοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Δύσει τὸ αὐτὸ μετὰ κλαυθμοῦ
ἐβόων. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ, ἤδη τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου,
ἐστειλεν ἀπανταχοῦ τοὺς τεχνίτας καὶ τοὺς ἐρ-
γάτας συνάγων. Ὁ βασιλεὺς δὲ στείλας ἐν Ἀδρια-
νουπόλει πρέσβεις, οὐχ ὅτι ζητῆσαί τι τῶν ὧν
ἠβούλετο, οὐδὲ διπλασιάσαι τὴν πρόσοδον, ἀλλ' εἶπον
αὐτῷ· *Ἡμεῖς ἤδη τὴν σήμερον ἔτος ἐστὶ που ἑκα-
τοστὸν* (28) *καὶ ἐπέκεινα, ἀφ' οὗ τὴν Ἀδριανού-
πολιν ὁ σὸς πάππος Μωρὰτ ὁ τοῦ Ὀρχὰν υἱὸς
ἔλαβε· καὶ ἔκτοτε συνθήκας ποιήσαντες οἱ ἐκ
τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι μέχρι σοῦ, οὐδεὶς
ἐμελέτησε πύργον ἢ καλύβην πῆξαι ἐν τῇ αὐλῇ
τῆς πόλεως. Εἰ γὰρ καὶ αἰτία τις εὑρίσκετο, καὶ
μάχην ἀμφότεροι συνίστων, ἀλλὰ δι' ἄλλης συμ- C
βιβάσεως τὰ τῆς εἰρήνης ἐπράττοντο. Ὁ γὰρ
σὸς πάππος ὁ Μεχεμὲτ, βουληθεὶς ἐν τῇ πρὸς
Ἀνατολὴν κειμένῃ τοῦ πορθμοῦ γῇ κτίσαι φρού-
ριον, παρακλητικῶς, καὶ ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα,
τὴν αἴτησιν οὐ μικρὰν ὁ Μεχεμὲτ πρὸς τὸν βα-
σιλέα Μανουὴλ ἐποιήσατο. Ὅθεν καὶ κατέτρυσεν
ἐπὶ σκοπῷ, ὅτι ἐν τῇ Ἀνατολῇ ᾠκοδόμητο τὸ ἔρ-
γον. Καὶ ἡ Ἀνατολὴ πᾶσα πρὸ χρόνων πολλῶν
ἦν αὐτοῖς προσῳκειωμένη. Τὸ δὲ σὺ τὴν νῦν
καλῶς ἐχόντων πάντων σὺν σοὶ, ὁρῶμεν ἀσφαλῶς
ὅτι μέλλεις τὴν θάλασσαν τὴν Ποντικὴν ἄβατον
ποιῆσαι τοῖς Φράγκοις, καὶ τὴν πόλιν λιμοκτο-
νῆσαι, καὶ τὰς εἰσόδους τῶν ἐν αὐτῇ τελουμέ-
νων κομμερκίων κωλῦσαι· δεόμεθα οὖν, ταύτην
τὴν βουλὴν ἀπόκοψον, καὶ ἐσόμεθα φίλοι σου D
χρηστοὶ καθὰ καὶ σὺν τῷ πατρί σου τῷ χρηστῷ
ἡγεμόνι· εἰ βούλει καὶ τέλος διδόναι, δώσομεν.
Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἀπεκρίνατο· *Ἐγὼ ἐκ τῆς πόλεως
οὐ λαμβάνω τι, ἐκτὸς τῆς τάφρου οὐκ ἔχει, οὔτε
κέκτηταί τι. Καὶ γὰρ εἰ ἤθελον κτίσαι ἐν τῷ
ἱερῷ στομίῳ φρούριον, οὐκ εἶχε δίκαιον τοῦ κω-
λύειν με. Πάντα γὰρ ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν εἰσὶ,
καὶ τὰ πρὸς Ἀνατολὴν κείμενα τοῦ στομίου
φρούρια, καὶ ἐντὸς αὐτῶν Τοῦρκοι κατοικοῦσι·*

quæ ad opus absolvendum, et ad comportandas materias necessaria erant, vere appetente præsto essent, ad castrum in ostio sacro supra Constantinopolim ædificandum. Hoc nuntio jam ingrato ac acerbo allato, Romæi, qui Constantinopolim, quique Thraciam et Asiam incolebant, insulares etiam Christiani, animi ægritudine ac mœrore consumpti, alios sermones ad invicem præter istos non habebant: *Nunc vicinus est urbis finis: portenta imminentis genti nostræ ruinæ nunc videbuntur: dies Antichristi advenerunt. Quid de nobis statuetur? quid faciemus? Vita nobis,* **134** *Domine, prius eripiatur, quam oculi servorum tuorum urbis eversionem videant. Ne dicant inimici tui, Domine: Ubi sunt sancti, qui urbem illam tuentur?* Has voces cum ejulatu et fletu non solum Constantinopolitani, sed et cuncti Christiani per Anatoliam, insulas, et occidentem dispersi, easdem lacrymis ac lamentis mistas fundebant. Mehemetes vere inchoato, undequaque artifices et operarios collegit. At imperator Adrianopolim legatos misit, non quæ vellet, aut reditus duplo ampliores sibi dari, per eos petiturus: sed ejusmodi orationem legati ad Mehemetem habuerunt: *Annus jam centesimus agitur, vel etiam plures elapsi sunt, ab erepta nobis per tritavum tuum Moratem Orchanis filium Adrianopoli: et ab illo tempore, principum genus ab eo ducentium nullus præter te tugurium, nedum turrim, in urbis ipsius vestibulo post inita fœdera ponere cogitavit. Quamvis enim suborta belli causa, ad pugnam ventum sit, ad conditiones tamen pacis descensum postea; et reconciliata concordia in tranquillum iterum statum res constitutæ sunt. Voluerat olim avus tuus Mehemetes, in littore orientali freti castrum a fundamentis excitare: quare ut id ab imperatore Manuele consequeretur, diu multumque, ut filius patrem solet, eum precatus persuadere conatus est. Illi tandem annuit, et castrum in littore orientali ædificare permisit; cum etiam multos ante annos ab ejus majoribus tota Anatolia possessa fuisset. Tu vero, quicum pacifice, et prout decet, nos gerimus, videris procul dubio navigationem Ponti Euxini intercipere velle; ab ea Francos arcere: urbem fame enecare et consumere; reditusque, qui ex mercium vectigalibus in ea percipiuntur, rescindere. Hoc consilium a nobis exoratus omitte; quam cum patre tuo optimo principe amicitiam coluimus, tecum fidelem ac integram servabimus. Tributum insuper, si nobis imperas, id pendere parati sumus.* Ad ista respondit Mehemetes: *Quod urbis sit, quæ extra fossas nihil possidet, nec dominium habet, non occupo. Si ad sacrum etenim ostium ædificare castrum volui, id me facere nullo jure prohiberi possum. Omnia quippe castra ad ortum ostii*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(28) *Ἔτος ἐστὶ που ἑκατοστόν.* Bonfinius, *Hist. Hungar.* decad. III, lib. 8, Constantinum questum esse de hoc novo opere apud sultanum Mehemetem tradit. In annorum intervallo fallitur Ducas, Adrianopolis enim capta est anno 1360, vel 1362, Mehemetes vero anno 1452 castrum ædificabat. Anni itaque tantum 70 vel 92 elapsi sunt.

Digitized by Google

sacri sita, quæque Turci habitant, ditioni meæ subdita sunt. Qui vero agri derelicti occasum spectant, mei sunt, cum in illis Romæi secure degere nequeant. Num meministis ad quas angustias pater meus redactus fuerit, quantaque pericula ipsi impenderent, quo tempore fœdus cum Hungaris imperator pepigit. Illi dum terra moverunt, navibus suis Franci Hellespontum usque provecti sunt; et Callipoleos freto præcluso, patrem meum transitu arcuerunt; qui superiora loca petiit, et ad castrum, a patre suo prope ostium sacrum constructum, venit: ubi cum ecatiis, quamvis **135** *illic imperatoriæ triremes transitum impedituræ stationem haberent, Deo favente trajecit. Per id tempus Hungarorum adventum, qui Varnæ vicina loca populabantur: exspectando puer etiamnum Adrianopoli degebam. At imperator lætus exsultabat, et gente Musulmanorum ærumnis pressa Cavurides gaudebant. Multa post pericula exantlata superato freto, juravit pater meus, castrum aliud se excitaturum in occidentali littore, e regione ejus quod in orientali positum est. Tempus illi ad id opus non superfuit, quod nunc Dei ope adjutus aggredior. Ut quid vetatis? annon mihi licet in ditione mea quod libuerit facere? Abite. Imperatori talia nuntiate. Cum hoc, qui nunc regnat, principe decessores sui haud componendi sunt; quæ non potuerunt illi præstare, prompte ac facile perficere hic potest: quæ noluerunt, valde vult. Quicunque vero deinceps legationem hac de re obierit, ei vivo pellis detrahetur.*

A καὶ τὰ ἐν τῇ Δύσει ἄοικα ἐμά εἰσι, καὶ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐκ ἔχουσιν ἐπ' ἀδείας τοῦ οἰκῆσαι· ἢ οὐκ οἶδατε ἐν ποίᾳ στενοχωρίᾳ ὑπέστη καὶ δεινῇ περιστάσει ὁ ἐμὸς πατὴρ, ὅταν τοῖς Οὔγγροις ὁ βασιλεὺς συνετέθη, καὶ διὰ ξηρᾶς ἐλθόντες ἐκεῖνοι, διὰ θαλάσσης τὰς τῶν Φράγγων τριήρεις ἐν ταύτῃ τῇ Ἑλλησπόντῳ ἠγάγετο, καὶ τὸν Καλλιουπόλεως πορθμὸν ἀποκλείσαντες οὐκ ἐδίδουν πορείαν τῷ ἐμῷ πατρί. Ἀναβὰς οὖν μέχρι τοῦ τόπου τοῦ ἱεροῦ στομίου ἤγγὺς, καὶ ἐν τῷ πολιχνίῳ, ὃ ἐδείματο ὁ πατὴρ αὐτοῦ, σὺν ἀκατίοις περάσας θεοῦ εὐδοκοῦντος. Καὶ γὰρ αἱ τριήρεις τοῦ βασιλέως ἐκεῖ κατεσκόπευον τοῦ κωλῦσαι τὴν διάβασιν· ἐγὼ δὲ ἐκαθήμην ἐν Ἀδριανουπόλει παιδίον ὤν, ἐκδεχόμενος τὴν B τῶν Οὔγγρων ἄφιξιν. Οἱ δὲ Οὔγγροι ἐλεηλάτουν τὰ πέριξ τῆς Βάρνης, καὶ ὁ βασιλεὺς εὐφραίνετο, καὶ τὸ τῶν Μουσουλμάνων γένος ἐδυσφόρει, καὶ οἱ Καβούριδες ἐχαίροντο. Τότε ὁ ἐμὸς πατὴρ διὰ πολλοὺς τοὺς κινδύνους ὤμοσε τοῦ ποιῆσαι κατάντικρυ τοῦ φρουρίου τοῦ κειμένου πρὸς Ἀνατολὴν ἕτερον φρούριον πρὸς Δύσιν. Ἐκεῖνος οὐκ ἔφθασε τοῦ ποιῆσαι, ἐγὼ τοῦτο μέλλω ποιῆσαι Θεοῦ ἀρωγοῦντος. Τί με κωλύετε; ἢ οὐκ ἔξεστι ποιῆσαι ἐν τοῖς ἐμοῖς ὃ βούλομαι; ἀπέλθατε, εἴπατε τῷ βασιλεῖ· Ὁ νῦν ἡγεμὼν οὐκ ἔστι τῶν πρώην ὅμοιος· ἃ οὐκ ἠδύναντο (29) ἐκεῖνοι ποιῆσαι, οὗτος ὑπὸ τὴν χεῖρα καὶ εὐκόλως ἔχει τοῦ πρᾶξαι· καὶ ἃ οὐκ ἐβούλοντο ἐκεῖνοι, οὗτος θέλει καὶ βούλεται. Καὶ ὁ ἐλθὼν ἀπὸ C τοῦ νῦν ἕνεκα τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἀφαιρεθήσεται τὴν δοράν.

Legati ubi responsa tyranni, iram et furorem spirantia, acceperunt, in urbem revertuntur, et cuncta ad imperatorem referunt. Universi tunc cives animam propemodum agentes, metu correpti ac attoniti colloquiis mutuis hæcce agitant: *Hic est qui urbem occupaturus et devastaturus est; cunctos sub jugum mittet, sacra pedibus conculcabit. Egregia et eximia templa solo æquabit; depositasque in iis virorum divino Spiritu plenorum ac martyrum reliquias, per plateas et trivia dissipabit ac disperdet. Hei! quid faciemus? quo aufugiemus?* Hæc et alia, vitæ suæ ærumnas ac miserias deflentes, lamentis ac ejulationibus verba intercisa mittebant. At Mehemeti, vere jam ineunte mense Martio elapso, parata jam erat calx, in furnis plurimis ad Cata-

Οἱ δὲ τοῦ βασιλέως ἀκούσαντες τοῦ τυράννου τὴν ὀργῆς καὶ θυμοῦ πνέουσαν ἀπόκρισιν, εἰς τὴν πόλιν ὑπέτρεψαν ἀναγγείλαντες τῷ βασιλεῖ πάντα. Τότε οἱ τῆς πόλεως ἅπαντες ἐν ἀγωνίᾳ καὶ φόβῳ συνεχόμενοι ἀλλήλοις ὁμιλοῦντες ἔλεγον· Οὗτός ἐστι ὁ μέλλων εἰσιέναι ἐν τῇ πόλει, καὶ φθεῖραι, καὶ αἰχμαλωτίσαι τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ καταπατῆσαι τὰ ἅγια, καὶ ἀφανίσαι τοὺς τιμίους ναούς, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς κείμενα λείψανα θεοφόρων ἀνδρῶν καὶ μαρτύρων, ἐν ταῖς πλατείαις καὶ ταῖς τριόδοις ἀναπορρίψαι. Οἴμοι τί πράξωμεν; ποῦ φύγωμεν; Ταῦτα καὶ ἕτερα οἱ δυστυχεῖς κλαίοντες D τὴν αὐτῶν ζωὴν ἐταλάνιζον. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἤδη ἔτος ἄρξαντος (30), καὶ Μαρτίου μηνὸς ἤδη παρελθόντος, ἡ ἄσβεστος ἕτοιμος γέγονεν ἐν τοῖς κατα-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(29) *Ἃ οὐκ ἠδύναντο.* Mehemetes χειροδίκην hic se profitetur, jusque habere in manibus et armis. Quæ ratio aliena invadendi, universum terrarum pervasit orbem: ita ut, qui viribus pollent jure ac causa superiores esse se credant: quasi fortioribus ac validioribus, infirmi ac invalidi jure naturali parere teneantur. Leones cæteraque ferocia animalia, quæ rapto vivunt imitantur isti: quæ quidem solitarie vagantur, nec gregatim ambulant. Illi ergo homines, societatem cæteris renuntiare, et se diversæ, a vera genuinaque humanitate differentis speciei esse prædicare debent: ut et leones ab ovibus, vultures et aquilas a gruibus differre novimus. Humana equidem natura ad societatem nata, secundum verum dictamen rationis, imperium, non viribus, sed sapientiæ defert: quæ suum enique tribuere, neminem lædere, alienaque non rapere docet.

(30) *Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἤδη ἔτος ἄρξ.* Phrantzes Martii 26 castrum ædificari cœptam lib. III cap. 7, tradit.

Digitized by Google

φυγίοις (31), τὰς καμίνους παμπληθεῖ ἐργασάμενοι, καθ' ἑκάστην ἐξέφερον· ἐκ δὲ Νικομηδίας καὶ Ποντοηρακλείας τὰς δοκοὺς· ἐκ δὲ τῆς Ἀνατολῆς τοὺς λίθους. Κατὰ δὲ τὸ προσταχθὲν προλαβόντες ἅπαντες οἱ ἐν ἐξουσίᾳ, οἱ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τῆς Ἀνατολῆς, τῆς Δύσεως μεθ' ἑαυτῶν τοὺς ἀγγαρευθέντας ἀπῆσαν. Τότε καὶ ὁ ἡγεμὼν ἐξελθὼν ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ, κατήντησεν ἐν τῷ τόπῳ ὃ ἔμελλε δεῖξαι τοῦ πῆξαι τὸν θεμέλιον τοῦ κάστρου. Καὶ δὴ καταλαβὼν μίαν ἀκρίαν κάτωθεν τοῦ Σωσθενίου καλουμένην ἔκπαλαι Φονέαν, ἐκεῖ ὡς ἐν τριγώνῳ σχήματι τὸν θεμέλιον ὡρίσατο πηγνύναι, ὃ καὶ γενόμενον. Τὴν κλῆσιν τοῦ κάστρου Πασχεσὲν (32) ἐκέλευσε καλεῖσθαι, ἑξελληνιζόμενον δὲ ἑρμηνεύεται *κεφαλοκόπτης*, ἔχον ἀντικρὺ καὶ τὸ φρούριον ὃ ἐδείματο ὁ πάππος αὐτοῦ. Διένειμεν οὖν τὴν οἰκοδομὴν οὕτως. Τῷ μὲν Χαλὶλ Πασίᾳ δέδωκε μίαν τῶν γωνιῶν τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ κειμένων, τοῦ οἰκοδομῆσαι πύργον ἕνα ὑπερμεγέθη, καὶ στερρὸν ὡς ἀκρόπολιν· τῷ δὲ Ζάγανος ἕτερον ἐν τῇ ἑτέρᾳ γωνίᾳ τῇ κειμένῃ ἐν τῇ ξηρᾷ, μέγαν καὶ αὐτόν· τῷ δὲ Σαριτζίᾳ ἄλλον ἐν τῇ τρίτῃ γωνίᾳ· τοὺς αὐτοὺς τρεῖς πύργους ὡς ἀντίμαχα καὶ ἀκροπόλεις ἐκ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων. Τὸ δὲ τεῖχος, καὶ τὴν ἑτέραν ἄλλην τοῦ κάστρου οἰκοδομὴν αὐτὸς ὁ ἡγεμὼν ἀνελάβετο. Καὶ ἦν ἰδεῖν συῤῥέοντα τὰ πλήθη ἐκ τῶν ἁπανταχοῦ τῆς γῆς μερῶν σὺν τοῖς Καδδίσι, ἤγουν τοῖς κριταῖς, ἐπάνω κεφαλικῆς τιμωρίας τοῦ τυράννου προστάξαντος. Καὶ διαμερίσας τὴν κτίσιν ἀνὰ πῆχυς τῷ τεχνίτῃ· οἱ τεχνῖται ὡς χίλιοι, καὶ ἐν ἑκάστῳ τεχνίτῃ ὑπουργοὶ δύο ἐγγὺς αὐτοῦ, ἔξωθεν τοῦ τείχους· καὶ ἔσωθεν ἕτεροι τοσοῦτοι, καὶ τεχνῖται καὶ ὑπουργοί. Οἱ δὲ κομίζοντες πέτρας, ἄσβεστον, πλίνθους ὀπτοὺς ὑπὲρ ἀριθμόν· καὶ αὐτοὶ οἱ μεγιστᾶνες κατὰ καιρὸν ὑπούργουν, καὶ πέτρας, καὶ ἄσβεστον ἐδίδουν ὁρῶντες τὴν τοῦ τυράννου ὠμότητα. Τὴν δὲ παρακομιδὴν καὶ ἐκ τῆς περαίας, καὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἅπασαν, παρὰ τῶν ἐρειπίων τῶν κειμένων τῶν ποτὲ μεγάλων ἀναθημάτων ἐλάμβανον· ἐξ ὧν καὶ τινὰς κίονας μετακομίσαντες ἀπὸ τῶν ἐρειπίων τοῦ ναοῦ ταξιάρχου Μιχαὴλ (33). Τινὲς τῶν τῆς πόλεως ζήλῳ κινούμενοι ἐξῆλθον τοῦ κωλῦσαι τοὺς Τούρκους, καὶ δὴ συλληφθέντες πάντες διὰ μαχαίρας ἀπέθανον.

A phygia constructis cocta, quotidie in destinatum locum comportata. Advectæ etiam e Nicomedia et Heraclea Ponti trabes, ex Anatolia lapides subvecti; omnesque principis imperio obsecuti, cum qui munera et magistratus gerebant, tum orientis ac occidentis provinciis præfecti, ductis secum iis a quibus operæ exigebantur, illuc abierunt. Ipse etiam princeps Adrianopoli profectus est ad locum, in quo castri fundamenta designaturus erat. Infra Sosthenium itaque, Phoneam antiquitus dictam, in acclivi loco determinato triangularis figuræ fundamenta jaci præcipit: idque celeriter factum. Castrum hocce oppositum ei quod avus suus exstruxerat, Bascesen appellari jussit, quod latine B redditum nomen *capitis amputatorem* significat. Ædificandi castri munia suis ita distribuit. Halilis Bassæ alterum castri angulum mari adjacentem curæ commisit, ut turrem prægrandem arci firmæ ac validæ parem in illo angulo ædificaret. Zaganum angulo continentem **136** spectanti præposuit, ad turrim quoque altam ibi construendam. Sariciæ tertiam turrim in tertio angulo erigendam mandavit: illaque turrium trias, quæ totidem propugnacula et arces erant, suorum impensis absolvitur. Cæterum mœnium, et aliarum castri partium curam in se princeps recepit. Cernere tunc erat multitudinem ex omnibus partibus concurrentem, quam Cadisi (id est judices) jussi adducebant: capitis quippe pœna imperium detrectantibus a tyC ranno indicta erat. Is unicuique fabro singulos cubitos, qui mille erant, assignavit: binasque operas extra castri ambitum, et intra totidem, materias fabris laborantibus ministrantes operas attribuit. Innumeri etiam aderant, lapides, calcem, lateresque coctos portantes. Ipsi proceres lapides et calcem, tyranni crudelitate perspecta, fabris quandoque ministrabant. Omnes porro illæ materiæ ex continente opposita afferebantur; et ex locis Byzantio vicinis, jacentia rudera superborum quondam templorum extracta in id opus fuere. Inter quæ etiam columnas quasdam advexerunt ex templi ruderibus, quod militiæ cœlestis duci Michaeli olim dicatum fuerat. Cives interea aliqui zelo religionis impulsi ad Turcos prohibendum urbe exierunt; qui capti fuerunt, ferro omnes periere.

Ὁ βασιλεὺς οὖν, ἰδὼν ὅτι εἰς τέλος προχωροῦσι τὰ τοῦ τυράννου βουλεύματα, τὴν ἄλλην ἐτράπετο,

Postquam animadvertit imperator tyranni consilia exitum sortiri, aliam viam capessere sta-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(31) *Καταφύγια*. Nescio, num sit locus Bospori littori Asiatico adjacens, Καταγγεῖον appellatus, et nomen illius mutatum fuerit.

(32) *Πάσχεσεν*. Laonicus lib. VIII. hocce castrum appellat λαιμοκοπίαν: sed juxta vulgi errorem scripsit, istam arcem ædificatam esse κατὰ τὴν Προποντίδα ἐν Βοσπόρῳ. Differunt enim et appellatione et situ Propontidis et Bosporus Thracius. Leunclavius a Turcis *Kesseu hisari* appellatum fuisse monet. Gyllius in Bospori Thracii descriptione arcem illam in promontorio Hermæo ædificatam fuisse. Sosthenium vero et Phonea Ponto Euxino viciniora sunt, et propterea Hermæo superiora: de quibus Gyllius adeundus, lib. II, *De Bosporo Thracico*, capp. 12 et 13. Ista porro appellatio *Bâse-Kesen* recte reddita est a Duca κεφαλοκόπτης, *Baic* enim caput significat, *Kesmek* scindere, et participium *Kesen* scindens.

(33) *Τοῦ ναοῦ τοῦ ταξιάρχου Μιχαήλ*. Vocabatur templum illud τῶν ἀσωμάτων, id est, *Incorporeorum*: quoniam dicatum erat S. Michaeli Archangelo, angelorum et militiæ cœlestis archistratego. Vocabatur etiam Michaelium: quo in loco Estiis ab antiquis appellato ædificatum fuerat. Sozomenus, lib. II, Τόπος ὁ ἐν Ἑστίαις, in quo τὸ Μιχαήλιον. Archangelus Michael ibi apparuit, multæque morborum miraculosæ curationes factæ sunt, ut tradunt Græci.

Digitized by Google

tuit, et per apocrisarios ab eo poscit præsidiarios, qui vicos suburbicarios, illorumque incolas tuerentur : ne Turci huc et illuc vagantes segetes agricolarum corrumperent, cum æstas jam instaret, propemodum maturas. Varia etiam ei dona, ac esculenta etiam et potulenta quotidie, vi ac necessitate coactus, mittebat; draconem ferum honore prosecutus. Verum Mehemetes servorum suorum aliquos misit, quibus mandat, ut diligenter speculentur et observent, ne Turcos, qui ad pascendum mulos equosve, sive alia veterina animalia castro ædificando inservientia, in agros immitterent vel agerent, ullatenus prohibeant illi, quibus damnum inferretur; sed eos libere pascere sinant. Si quando vero Romæi indignati sese opposuerint, tunc etiam Turcis se conjungere, simulque Romæis obsistere jussi sunt. Eodem etiam tempore Spendiaris filius, Moratis gener, Mehemetisque sororius nobis supra memoratus, principis edicto publico obtemperans, cum suis Adramyntio profectus, operam quoque suam in castri ædificatione principi navaturus venit : cumque prope turrim quæ Epibata dicitur accessisset, suorum, quod ducebat agmen, **137** pedibus incedere cœpit, frenisque levatos equos, cæteraque jumenta, quæ impedimenta et sarcinas portabant, in Romæorum messes agunt, quibus spicæ, ac cætera olera, et legumina vastantur et corrumpuntur. Agris a se cultis et aratis damnum inferri Romæus quidam animadvertens accurrit, et inde equos abegit. Turcorum agasonum unus Romæum percutit : percussi affines unus et alter accurrunt, ex adversa etiam parte Turci. Manibus itaque consertis ex Romæis Turcisque aliquot ceciderunt. Postridie, qui Kagia Begus vocabatur, principem adit, cui de more salutato cuncta quæ in Epibatis contigerant, narrat. Rem ab alio accuratius cognoscere aut de ea ulterius inquirere sprevit princeps: jubetque subito Kagiam Begum sua cohorte stipatum festinanter abire, omnesque vici illius incolas gladiis frustulatim conscindere : quod factum deinde. In messores enim, qui mane ad metendum exierant, ex improviso irruunt milites, et circiter quadraginta trucidant. Hæc fuit belli, quod consecutum est, gentisque Romæorum eversionis origo.

His compertis portas urbis claudi jussit imperator : et Turcos, quotquot in urbe reperti sunt, in carcerem detrusit, triduoque elapso dimisit. Quid enim faceret? Inter eos qui in urbe capti sunt, pueri eunuchi e palatio principis

A καὶ δὴ πέμψας ἀποκρισιαρίους ἐζήτει τινὰς δεφένσορας, τοῦ δεφενδεύειν τοὺς εἰς τὰς κώμας τῆς πόλεως Ῥωμαίους · ἵνα μὴ οἱ Τοῦρκοι διερχόμενοι λυμήνωσι τὴν αὐτῶν γεωργίαν, ἦν γὰρ ἐγγὺς φθάσας τὸ θέρος. Στείλας αὐτῷ καὶ διάφορα δωρήματα, καὶ πρὸς τροφὴν καὶ πόσιν, καθ' ἑκάστην φιλοτιμῶν τὸν ἀνήμερον δράκοντα ἐξ ἀνάγκης καὶ βίας. Ὁ δὲ Μεχεμὲτ ἐκ τῶν αὐτοῦ δούλων ἔστειλέ τινας, ὁρίσας αὐτοὺς τάχα τοῦ ἐπισκοπεῖν καὶ τηρεῖν τοὺς ζημιουμένους, παραγγείλας αὐτοῖς μὴ κωλύειν εἰς τέλος τοὺς εἰς τὰς νομὰς τῶν Ῥωμαίων εἰσερχομένους Τούρκους τοῦ θρέψαι τὰ αὐτῶν ζῶα, ἤτε ἡμίονοι ὦσιν, ἤτε ἵπποι, ἢ ἄλλα τινὰ τῶν ἀχθηφόρων ζώων, ἃ ἐν τῇ δουλείᾳ τοῦ κάστρου τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἐᾷν αὐτούς. Καὶ ὁπότε οἱ Ῥωμαῖοι θυμωθέντες ἀντιB στήσονται τοῖς Τούρκοις, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν τοῖς Τούρκοις ἀντίστητε. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ υἱὸς τοῦ Σπεντιὰρ, ὁ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸς τοῦ Μωρὰτ ἀδελφῆς τοῦ Μεχεμὲτ, ἣν ὁ λόγος προλαβὼν ἐμνημόνευσεν, ἐκ τοῦ Ἀδραμυντίου (34), κατὰ τὸ κοινὸν θέσπισμα, καὶ οὗτος σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐκστρατεύσας, ἀπῆρεν ἐν τῷ ἡγεμόνι ὑπουργήσων καὶ αὐτὸς τὴν κοινὴν ἀγγαρείαν ἐν τῷ κάστρῳ. Καὶ δὴ πλησίον πεζεύσας τοῦ πύργου, τοῦ λεγομένου Ἐπιβάτας, ἀπολύσαντες τοὺς ἵππους, καὶ τὰ σκευοφόρα ζῶα ἐν τοῖς καρποῖς τῶν Ῥωμαίων, ἐλυμήναντο τοὺς στάχυας καὶ τὴν ἄλλην παντοίαν χλόην. Εἷς δὲ τῶν Ῥωμαίων ὁρῶν τὴν γενομένην ζημίαν ἐν τοῖς πολυκόποις αὐτοῦ γεωργήμασιν, δραμὼν ἐδίωξε τοὺς ἵππους ἐκ τοῦ ἀγροῦ. C Εἷς δὲ τῶν ἱππηλατῶν Τοῦρκος φθάσας παίει τὸν Ῥωμαῖον. Ἄλλος δὲ προσγενὴς τοῦ τυφθέντος ἔδραμε, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτερος, ὁμοίως καὶ οἱ Τοῦρκοι ξιφήρεις. Συμπλακέντες οὖν ἀλλήλους ἐσφάγησαν ἐκ τῶν Τούρκων, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν Ῥωμαίων. Τότε ὁ Καγιάπεγ, οὕτω γὰρ ἦν αὐτῷ ὄνομα, ἐπὶ τὴν σῦριον φθάσας εἰς τὸν ἡγεμόνα, καὶ προσκυνήσας αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος, ἀπήγγειλε πάντα τὰ γενόμενα ἐν ταῖς ἐπιβάταις · καὶ αὐτὸς μὴ δεηθεὶς ἑτέρας ἀγγελλίας, ἢ παραστάσεως, προστάξας αὐτῷ τῷ Καγιάπεγ τοῦ ἀπελθεῖν ἐν σπουδῇ σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις, καὶ πατάξαι τούτους ἐν μαχαίρᾳ πάντας τοῦ χωρίου ἐκείνου, ὃ καὶ γέγονεν · ἐλθὼν γὰρ ἐξαίφνης πρωΐ, καὶ οἱ γεωργοὶ ἐξελθόντες εἰς τοὺς D ἀγροὺς τοῦ θερίζειν, ἐπεισπεσόντες οἱ Τοῦρκοι πάντας κατέσφαξαν τὸν ἀριθμὸν ὡς τεσσαράκοντα. Αὕτη αἰτία τῆς μάχης καὶ ἀφανισμὸς τῶν Ῥωμαίων.

Τότε ὁ βασιλεὺς, ἀκούσας τὸ γεγονὸς, ἔκλεισε τὰς θύρας τῆς πόλεως, καὶ ὅσους ἔτυχεν εὑρὼν ἐντὸς Τούρκους πάντας δεσμήσας ἐν φρουρᾷ ἔθετο, καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς πάλιν ἀπέλυσε. Τί γὰρ εἶχε τοῦ δρᾶν ; ἔτι ἐν τοῖς εὐρεθεῖσι Τούρκοις ὑπῆρχον ἐκ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(34) *Ἐκ τοῦ Ἀδραμυντίου.* Isphendiaris filius Sinopes reguli Adramyttio, seu ut Ducas habet Adramyntio Epibatas venit : quod castrum non longe a Selymbria situm est. Adramyttium, urbs est Æolidis ad mare sita, quæ hodie *Landrymitti* appellatur. Quare probabile est hunc Isfendiaris filium, Moratis sultani defuncti generum Adramyttii tunc degisse, non vero in Synopensi provincia. Aliqua de causa voluit Morates generum suum apud se degere, et Adramyttii sedem habitationis habere. Non enim ad Epibatas accessisset, aut Adramyntio profectus esset, si ex mari Pontico ad castrum novum profectus fuisset. Adramyttium porro urbs Metropolita Ephesio.

Digitized by Google

τοῦ παλατίου τοῦ ἡγεμόνος εὐνουχόπουλοι, οἱ καὶ παρασταθέντες τῷ βασιλεῖ εἶπον· *Εἰ μὲν ἀπολύσεις ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, πρὸ τοῦ τὸν ἥλιον κλῖναι πρὸς δυσμάς, χάριν εἰσομέν σοι· εἰ δὲ μετὰ δύσιν ἡλίου, μὴ εὑρεθέντες ἐνώπιον τοῦ ἡγεμόνος, γνῶθι τὸ μετὰ ταῦτα ἀπολυθῆναι, οὐκ ἔσται ἡμῖν πρόσχαρι, ἀλλὰ καὶ λίαν θανάσιμον. Διὸ ποίησον εἰς ἡμᾶς ἔλεος, καὶ ἀπόλυσον τῇ ὥρᾳ ταύτῃ· εἰ δ' οὐ μὴ, κέλευσον ἀποτμηθῆναι τὰς κεφαλάς· κρεῖττον γὰρ παρ' ὑμῶν τεθνάναι, ἢ παρὰ τοῦ κοινοῦ τῆς οἰκουμένης ὀλέθρου.* Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἐκάμφθη τῇ γνώμῃ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτοὺς τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ στείλας ἀποκρισιαρίους πρὸς τὸν τύραννον εἶπεν· *Ἐπεὶ τὰ τῆς μάχης ἠρτέμωσα, καὶ οὔτε ὅρκοις οὔτε κολακείαις πεισθῆναι ποιῆσαί σε ἔχω, ποίει ἃ βούλει. Ἐγὼ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν καταφεύγω, καὶ εἰ θελητὸν αὐτῷ ἐστι τοῦ δοῦναι καὶ τὴν πόλιν ταύτην εἰς χεῖράς σου, τίς ὁ ἀντειπεῖν δυνάμενος; Εἰ δὲ πάλιν ἐμφυτεύσει εἰρήνην ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ τοῦτο ἀσπασίως ἀποδέχομαι. Πλὴν κατὰ τὸ παρὸν λάβε σου τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους· ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν τὰς πύλας τῆς πόλεως κεκλεισμένας ἔχων, καὶ τοὺς ἔνδον φυλάξω ὅσον ἡ δύναμις· σὺ δὲ καταδυναστεύων δυνάστευε, ἕως ὁ δίκαιος κριτὴς ἀποδώσει ἑκάστῳ, ἐμοί τε καὶ σοι, τὴν δικαίαν ἀπόφασιν.* Ταῦτα ἐνωτισθεὶς ὁ βάρβαρος, καὶ μηδὲ τὸ οἱονοῦν εἰς νοῦν μελετήσας ἀπολογίαν, παρευθὺ ἐκέλευσε διαλαλιὰν μάχης γενέσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς, προορῶν τὸ μέλλον, πρὸ ἓξ μηνῶν εἶχε τὰ φρούρια ἐν ἐπιμελείᾳ, καὶ τοὺς χωρίτας τοὺς ἐγγὺς τῆς πόλεως ἔνδον· καὶ τὸν θεριζόμενον στάχυν, καὶ τὰς λικμιζομένας ἅλωνας (35) ἔνδον ἐκόμιζον. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀπαρτίσας καλῶς τὸ φρούριον, καὶ εἰς πάχος τὰ τείχη καὶ τοὺς πύργους λ' σπιθαμὰς ἐκτείνας, καὶ τὸ ὕψος εἰς τὸ ἀρκοῦν. Καὶ ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Χαλὶλ Πασία χῶνας χαλκοῦς, ἀπολύοντας πέτρας ὑπὲρ ἑξακοσίων λιτρῶν τὸ βάρος, καὶ τῶν αὐτοῦ πιστοτάτων δούλων Φερουζ Ἄγαν (36) ὀνόματι παραδοὺς τὸ πολίχνιον· παραγγείλας αὐτῷ ναῦς τὰς ἀφ' Ἑλλησπόντου πρὸς Πόντον, καὶ τὰς ἀπὸ Πόντου πρὸς Ἑλλήσποντον, κἂν ὁποίας ἅρα αὐθεντίας τυγχάνουσι, ἤτε Γενουῆται, ἤτε Βενετοὶ, Κωνσταντινουπολῖται, Καφατινοὶ, Τραπεζούντιοι, Ἀμυσινοὶ, Σινώπεοι, καὶ οἱ ἐκ τῆς ἐμῆς ἀνθεντίας ὁποιασοῦν τύχης κἂν ὦσι. Νῆες, τριήρεις, διήρεις, βάλκαι, ἀκάτια, μὴ πλείτωσαν πρὶν χαλάσωντες τὰ ἱστία, τὸ κομμέρκιον διδόναι, καὶ οὕτως τὴν ὁδὸν αὐτῶν πορευέσθωσαν. Ἡ δὲ ἀπειθήσασα ναῦς, καὶ μὴ ἐνδοῦσα σὺν τῇ πετροβόλῳ καταποντισθήτω. Ταῦτα καὶ ἕτερα διαταξάμενος ὁ ἀλαζὼν, δοὺς αὐτῷ καὶ τετρακοσίους νέους εἰς φυλακὴν τοῦ πολιχνίου, αὐτὸς εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπορεύετο τέτρασι μησὶ τὸ πᾶν ἀπαρτίσας, ἤδη τῆς

A aliquot reperti sunt, qui coram imperatore adducti dixerunt: *Si nos, o imperator, priusquam ad occasum sol vergat, dimiseris, maximam tibi gratiam habebimus. Quod si post solis occasum coram principe non adfuerimus, tibi persuasum cupimus, non ingratam tantum esse, sed etiam perniciem, dimissionem ac domuitionem allaturas; quapropter nostri misertus nunc liberos remitte; sin minus, capita nobis amputari impera. Satius enim nobis est manibus vestris confici, quam a communi orbis universi devastatore neci dedi.* Ilisce flexus et emollitus imperator liberos abire illico permisit. Tyranno deinde per legatos talia significat: *Quandoquidem bellum pace potius duxisti, neque te jurejurando aut obsequiis ad concordiam revocare possum, libi-*
B *dini tuæ indulge. Ad Deum ego confugio, cui si decretum ac propositum sit hanc urbem tibi tradere, quis obloqui vel resistere poterit? Si rursus in animum tuum pacis cogitationes instillaverit, in eas libenter concedam. Verumtamen impræsens partis fœderibus, quibus te jurejurando astrinxisti, solutus sis: portas urbis deinceps occlusas tenebo, cujus incolas pro viribus meis propugnabo. Tu potentior regna, donec justus judex de utroque nostrum sententium ferat.* Hæc cum audiisset barbarus, neque, qua se excusaret, causam aliquam adducere sollicitus, bellum indici **138** subito jussit. Imperator rebus sibi prævisis prospiciens, ante sex menses præsidia suppleverat, et rusticos vi-
C cinorum pagorum intra mœnia urbis receperat: qui omnem messem in spica, triticumque vanno purgatum ac ventilatum in urbem comportaverant. Castrum interea princeps Mehemetes omnibus partibus absolvit, muro et turribus triginta palmorum crassitudine, altitudine etiam convenienti fabricatis. Inque turri, quam Halil Bassa ædificaverat, tormenta ænea collocavit, quæ lapides supra sexcentarum librarum pondo explodebant. Arcis custodiæ Pheruzium Agam sibi fidelissimum servum præfecit; mandatque ei, ut naves, triremes, biremes, navigia et acatia, quæcunque ab Hellesponto ad Pontum, vel a Ponto ad Hellespontum navigarent, cujuscunque dominationis ac ditionis, Genuenses,
D Venetæ, Constantinopolitanæ, Trapezuntiæ, Amysinæ, Sinopenses, sive etiam, inquit ille, subditorum meorum fuerint, præternavigare prohibeantur, nisi prius contractis velis vectigal navarchæ solvant, quo penso præterveli queant: quæ vero navis non obtemperaverit, tormento quassata demergatur. His aliisque constitutis, Pheruzio quadringentorum juvenum ad castri custodiam præsidium reliquit, et Adrianopolim insolens ille ac superbus revertitur, qua-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(35) Ἅλωας. Hæc vox, locum seu aream in qua messis triturarentur, significat, at pro ipso frumento hic usurpatur.

(36) Φερούζαγαν. Leunclavio Pherizes-begus appellatur. In historia Hungarica Frige-begus.

Digitized by Google

drimestri tempore fine operi imposito, imperii sui anno secundo labente ; qui fuit ab orbe condito 6961 (Christi 1452).

Δ ἡγεμονίας αὐτοῦ τρέχοντος δευτέρου ἔτους, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ,ςϡξα'.

CAPUT XXXV.

Mehemetes de occupanda Constantinopoli consilia agitat. Bombardarum fusor Mehemeti tormentum æneum prægrandis fundit. Navis Veneta Bosporum navigans demergitur, cujus navarchus et vectores capti, Mehemetis jussu crudeliter interfecti Bombardæ vim Adrianopoli probant. Mehemetes Halilem Bassam noctu ad se vocat, et cum eo de Constantinopoli subjugandu consilia tractat. Halil magno se periculo ereptum putans, lætus a Mehemete discedit.

Æstate jam exacta, autumnoque inchoante domi agebat Mehemetes pervigil ac irrequietus : interdiu namque ac noctu, quibus artibus ac machinis urbem occupare posset, suoque dominio adjicere, meditabatur. Contigit autem, dum in castro exædificando occupatus erat, æneorum tormentorum fusorem Hungarum, artificem celeberrimum urbe relicta abiisse. Jam diu erat, cum is Constantinopolim profectus Mesazontibus imperatoris artem suam exposuerat, de qua etiam ad imperatorem **139** retulerunt : qui artifici tanto sportulam quotidianam, ejus arti ac scientiæ minime parem, attribuit ; quam tamen, quantumvis exiguam et tenuem, ei non demetiebantur. Quare de vita sustinenda desperans, quadam die ad Barbarum urbe relicta cursim abiit : a quo blande et amice susceptus, victum et vestes honorifice habitus accepit. Mercedem etiam adeo amplam ei condixit, ut si quartam ejus partem ab imperatore accepisset, Constantinopoli nusquam aufugisset. Hunc interrogavit Mehemetes, num possit bombardam fusilem fabricare tantæ magnitudinis, ut lapidem prægrandem eo impetu emittere possit, qui murorum firmitudinem ac latitudinem vincat. Respondit artifex : *Si tibi libitum erit, tormentum æneum fundere possum cujuslibet lapidis capax. Muri urbis accurate etiam mihi explorati sunt, quos non solum, sed et Babylonios quoque, lapidibus tormento meo explosis, in pulverem comminuam. Totum, quod artis ac operis mei est, rite absolvam. Quam longus vero futurus sit jactus, nec scio, nec assero.* Hæc cum intellexisset princeps, fabricari tormentum æneum jussit, de lapidum emissione et jactu determinando postea deliberaturus. Æs itaque conquisitum, modulusque operis ab artifice deformatus, tribusque mensibus conflatum fusumque est monstrum quoddam formidabile et horrendum.

Θέρους οὖν παρελθέντος, καὶ τῆς μετοπωρινῆς ὥρας ἀρχούσης, οἶκοι διάγων οὐκ ἐδίδου ἀνάπαυσιν τοῖς βλεφάροις, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὴν φροντίδα τῆς πόλεως εἶχε, πῶς αὐτὴν λάβοι, πῶς κύριος αὐτῆς γένοιτο. Ἔτι ὄντος οὖν αὐτοῦ ἐν τῷ πολιχνίῳ καὶ οἰκοδομοῦντος, ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως εἷς τεχνίτης (37) ὁ τὰς πετροβολιμαίους χώνας κατασκευάζων, τὸ γένος Οὔγγρος, τεχνίτης δοκιμώτατος· οὗτος πρὸ πολλοῦ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐλθὼν καὶ σημάνας τοῖς μεσάζουσι τῷ βασιλεῖ τὴν τέχνην αὐτοῦ, ἀνέφερον τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς γράψας αὐτῷ σιτηρέσιον οὐκ ἄξιον πρὸς τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ, οὐδ' ἐκεῖνο τὸ μηδαμινὸν, καὶ εὐαρίθμητον ἐδίδοσαν τῷ τεχνίτῃ. Ὅθεν καὶ ἀπογνοὺς καταλιπὼν τὴν πόλιν, μιᾷ τῶν ἡμερῶν τρέχει πρὸς τὸν βάρβαρον. Καὶ αὐτὸς ἀσπασίως ἀποδεξάμενος, καὶ τροφὰς, καὶ ἐνδύματα φιλοτιμήσας αὐτὸν δίδωσι, καὶ ῥόγαν τόσην, ὅσην εἰ ὁ βασιλεὺς τὸ τέταρτον ἔδιδεν, οὐκ ἂν ἀπεδίδρασκε τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ἐρωτηθεὶς οὖν παρὰ τοῦ ἡγεμόνος, εἰ δύναται κενῶσαι χωνείαν μεγάλην πέτραν φέρουσαν ὑπερμεγέθη, ὅσον πρὸς τὴν ἀλκὴν καὶ τὸ πάχος τῶν τειχῶν τῆς πόλεως. Αὐτὸς δὲ ἀνταπεκρίνατο· *Δύναμαι, εἰ βούλει, κατασκευάσαι χωνείαν, ὅση τὸ μέγεθος τυγχάνει τῆς δεικνυομένης μοι πέτρας. Ἐγὼ γὰρ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, οὐ μόνον γὰρ ἐκεῖνα, ἀλλὰ καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη, ὡς χοῦν λεπτυνεῖ ἡ παρὰ τῆς χωνείας τῆς ἐμῆς ἀφεθεῖσα. Πλὴν ἐγὼ τὸ πᾶν τοῦ ἔργου καλῶς ἀπαρτίσω· τὴν δὲ βολὴν οὐκ ἐπίσταμαι, οὐδὲ συντάσσομαι.* Τοῦτο ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν ἔφη, Κατασκεύασόν μοι τὴν χωνείαν, περὶ δὲ τῆς βολῆς τοῦ λίθου αὐτὸς ὄψομαι. Ἤρξαντο συναθροίζειν χαλκόν. Τοίνυν καὶ ὁ τεχνίτης τὸν τύπον τῆς σκευῆς ἔπλαττεν. Ἐν τρισὶν οὖν μησὶ κατεσκευάσθη, καὶ ἐχωνεύθη τέρας τι φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον.

Per id tempus, cum navarchus quidam Venetus nomine Ricius, magna navi ab ostio sacro ad castrum Bascesen navigaret, nec vela con-

Ἐν δὲ τῷ Πασχεσὲν πολιχνίῳ τὰς ἡμέρας ἐκείνας κατερχομένης νηὸς ἐκ τοῦ στομίου μεγάλης τῶν Βενετικῶν, Ῥύτζος ὁ ναύαρχος τοὔνομα (38), καὶ μὴ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(37) *Ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως εἷς τεχνίτης.* De illo artifice Leonardus Chiensis in enarratione captivitatis Constantinopoleos. [Itaque artifex cui provisio negata fuit ex nostris, ad Teucros (Turcos dicere vult) reductus, quanto ingenio potuit, naves frangere studuit.] Laonicus de eodem lib. VIII : Τηλεβολιστὴς δὲ ἦν τοῦ βασιλέως, τοὔνομα Ὀρβανος, Δὰξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ' Ἕλλησι διατρίβων, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος βίου ἀφίκετο παρὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως. *Sultani porro bombardarius erat Dacus quidam nomine Urbanus, qui inter Græcos primum habitaverat ; victus vero quotidiani inopia coactus, eos reliquit, et ad sultani portam se contulit.*

(38) *Ῥύτζος ὁ ναύαρχος τοὔνομα.* Phrantzes, lib. III, cap. 3, de isto Riccio mentionem facit, et a Turcis interfectum fuisse insinuat his verbis : *Et ego 14 Septembris anni 6960, Christi 1451,*

Digitized by Google

γαλάσας τὰ ἱστία, πέτραν ἀκοντίσαντες οἱ τοῦ κάστρου ὑπερμεγέθη, τὴν ναῦν διέῤῥηξε, καὶ εἰσδυομένη τῷ βυθῷ ὁ ναύαρχος σὺν λοιποῖς τριάκοντα ἐν ἀκατίῳ ἐμβάντες ἐξῆλθον ἐν τῷ αἰγιαλῷ. Οἱ δὲ Τοῦρκοι λαβόντες αὐτοὺς, καὶ δήσαντες τὰς χεῖρας καὶ τοὺς τραχήλους ἐν ἁλύσει, περάσαντες ὡς ἐν μιᾷ σειρᾷ, τούτους πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἀπήγαγον τότε ἐν Διδυμοτείχῳ διάγοντα. Ἐκέλευσεν οὖν τοὺς πάντας ἀποκεφαλισθῆναι· τὸν δὲ ναύαρχον ἐν τῷ πάλῳ διὰ τοῦ ἀφεδρῶνος τὴν ψυχὴν ἀποῤῥίψαι, καὶ ἀτάφους ἀφεῖναι, οὓς καὶ εἶδον ἐγὼ, μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐκεῖ διαγομένου μου. Ἐλθὼν δὲ ἀπὸ Διδυμοτείχου ἐν Ἀδριανουπόλει τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ, καὶ πᾶσαν σκευασίαν πολεμικὴν ἑτοιμάσας, τὴν χωνείαν ἣν ὁ τεχνίτης ἐκεῖνος κατεσκεύασεν, ἐβουλήθη δοκιμάσαι. Καὶ δὴ παραστήσας αὐτὴν τεχνηέντως ἔμπροσθεν τῆς μεγάλης πύλης τῆς αὐλῆς τῶν παλατίων, τῶν παρ' αὐτοῦ τὸ ἔτος ἐκεῖνο κτισθέντων· καὶ τὴν πέτραν καλῶς ἐνθεὶς, καὶ τὴν βοτάνην σταθμήσας, τὴν αὔριον ἔμελλεν ἀπολύσων αὐτὴν, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἀδριανουπόλει φανερὸν ἐγένετο, τοῦ κατὰ νοῦν ἔχειν τὴν βοὴν καὶ τὸν κτύπον τὸν οὐρανόβροντον, ἵνα μὴ ἐξαίφνης ἐνωτισθέντες τινὲς ἄφωνοι μείνωσι, καὶ γυναῖκες ἐν γαστρὶ ἔχουσαι τὰ ἔμβρυα ἀπολέσωσι. Πρωῒ οὖν βαλὼν πῦρ ἐν τῇ βοτάνῃ, καὶ διαθερμανθέντος τοῦ πνεύματος, καὶ ἐκκρουσαμένης τῆς πέτρας, ἀπελύθη τῆς χωνείας σὺν ἠχῳ βαρεῖ ἀεροβάτῳ πληροῦντι τὸν ἀέρα καπνοῦ καὶ ὁμίχλης. Ἡ δὲ βοὴ ἀφίκετο μέχρι σταδίων ρ' τὸ μῆκος· ὁ δὲ λίθος ἔπεσε μακρόθεν τοῦ ἀφεθέντος τόπου ὡς μίλιον ἕν. Ἐν δὲ τόπῳ τῷ πεσόντι ἐγένετο βόθρος ὅσον ὀργυιᾶς μιᾶς. Τοσαύτη ἐστὶν ἡ δύναμις τῆς ἀναμιγῆς τῶν βοτάνων τῆς ἀκοντιζούσης τὸν λίθον.

Ἔχων οὖν ἡγεμὼν καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὴν πᾶσαν φροντίδα, καὶ μέριμναν κοιτώμενος καὶ ἀνιστάμενος, καὶ ἐντὸς τῆς αὐλῆς αὐτοῦ καὶ ἐκτὸς, ποίῳ πολέμῳ, καὶ ποίᾳ μηχανῇ καθέξει τὴν Κωνσταντινούπολιν· πολλάκις ἑσπέρας γενομένης σὺν δυσὶ, καὶ μόνοις ἱππεῦσιν, ἐν ἄλλοις πεζὸς ἅπασαν τὴν Ἀδριανοῦ ἐν σχήματι στρατιώτου μετερχόμενος ἀκούων τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ. Ἐὰν γὰρ τῶν πολλῶν τις κατέλαβεν ἐν νῷ ὅτι ἡγεμών ἐστι, καὶ ἠβουλήθη προσαγορεῦσαι αὐτὸν σὺν εὐφημίᾳ κατὰ τὸ σύνηθες, καὶ αὐτὸς αὔθωρον καιρίαν ἐδίδου τὴν πληγὴν μὴ φειδόμενος, μὴ ἐλεῶν· ἀλλ' ὥσπερ τις ψύλλαν συντρίβων αἰσθάνεταί τινος ἡδονῆς, οὕτω καὶ οὗτος οἰκείᾳ χειρὶ φονεύων, ὁ φόνου ἄξιος, ἐδροσίζετο· μιᾷ οὖν τῶν νυκτῶν περὶ δευτέραν φυλακὴν στείλας τῶν τῆς αὐλῆς φυλάκων τινὰς ἤγαγον τὸν Χαλὶλ Πασίαν· ἐλθόντες δὲ, καὶ τοῖς τούτου εὐνούχοις εἰπόντες τὸ μήνυμα, αὐτοὶ ἐν τῷ κοιτῶνι εἰσελθόντες ἀπήγγειλαν, πῶς ὁ ἡγεμὼν καλεῖ αὐτόν· αὐτὸς δὲ σύντρομος γενόμενος ἀπαγορεύσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τέκνα κατασπασάμενος ἀπῆει, φέρων μεθ' αὐτοῦ δίσκον ἐνὰ χρυσοῦν πλήρη

A traxisset : in navem illam globum ingentis molis lapideum præsidiarii emiserunt : cujus ictu quassata ac fracta in profundum demersa est. Navarchus et triginta alii acatio conscenso in littus evadunt : quos comprehensos Turci manibus et collo catenis injectis vinciunt ; et una catena omnes vinctos Didymotichum ad principem, qui tum ibi morabatur, ducunt. His omnibus caput amputari, navarchum adacto per anum palo necari, insepultaque eorum cadavera projici jussit, quæ paucos post dies, illis in locis tunc agens, vidi. Didymoticho postquam abiit Adrianopolim Januario labente, omniaque bellica instrumenta apparavit ; tormentum æneum ab illo artifice fusum probare et experiri voluit. Illud ergo machinis, ante portam majorem vestibuli ædium, quas hoc ipso anno princeps exstruxerat, ab artifice adducitur : lapis ei, pulverisque pondus perpensum immittuntur ; postridieque ignem injiciendum esse Adrianopolitanis omnibus significatur ; ut quantus futurus erat fragor ac strepitus tonitru similis, moniti, nullus eo audito, pavore ex improviso perculsus, **140** mutus fieret ; ut etiam mulieres prægnantes partum abortu non abjicerent. Mane ergo accenso pulvere, et intra bombardam calefacto spiritu, lapis horrendo cum sono emittitur : totusque aer fumo et caligine completur. Ad centesimum porro stadium fragor sonusque pervenerunt : lapisque ad milliare usque unum, a loco unde emissus fuit, latus est. Ubi tandem cecidit, ad orgyiæ unius altitudinem in terram penetravit : tanta vis est hujus pulveris, quo lapides emittuntur.

His intentus princeps noctu et interdiu, in lecto jacens, et postquam surrexerat in palatio sedens, vel foras incedens anxius ac sollicitus animo versabat, quomodo oppugnandam Constantinopolim aggrederetur, quaque arte eam expugnaret. Adventante vespera duobus ascitis comitibus alias equo vectus, alias pedes incedens, per totam Adrianopolim habitu militari simplici sæpe ambulabat, qui vulgo sermones de se jactabantur, exploraturus. Si quis porro plebeius agnitum principem salutare, faustaque precari, ut mos est, voluisset : ille nullius misertus lethale vulnus statim infligebat : et ut quivis pulicem conterendo voluptatem carpit, sic iste, morte dignus equidem, sua manu interficiendo delectabatur. Nocte quadam, circa secundam custodiam, aliquot aulæ suæ satellites, qui Halilim Bassam ad se ducerent, mittit. Hi domum illius veniunt, et eunuchis mandata principis exponunt, qui cubiculum heri sui ingressi principem eum ad se accersere nuntiant. Trepidans itaque, conclamatamque salu-

Ismaelis Bullialdi notæ.

Constantinopolim incolumis reverti, in navi optimi viri Antonii Ritsii, qui postea propter Christi fidem martyrium pertulit.

Digitized by Google

tem suam putans, uxorem ac liberos complexus abiit, secumque auream pateram aureis nummis plenam defert. Propter causam enim memoratam metu intra se semper torquebatur. Ingressus principis cubiculum videt ipsum sedentem ac vestibus indutum; quem cum adorasset, coramque pateram apposuisset, his verbis interrogatus est a principe: *Quid hoc sibi vult, Lala? ac si quis nostro vulgari idiomate* τατὰ, *id est præceptor.* Ille respondit, *Domine, mos est satrapis et proceribus, si quando hora intempesta eorum quemquam vocaverit princeps, nusquam vacuos ipsum adire. Nihil equidem ex meis opibus te adeundo attuli, verum tua ex tuis tibi offero.* Respondit princeps: *Tuis haud indigeo: plura, quam tu possides, tibi dabo: unum a te peto, ut in Constantinopoleos possessionem me mittas.* His verbis Halil, qui Romæos semper protexerat, et quo velut manu dextra utebantur, ejus manum donis etiam complentes, territus est. De eo quoque has voces vulgo jactabant, Cavur Ortachi (id est *infidelium sodalis* **141** *et auxiliator*). Respondit principi hunc in modum Halil: *Domine, Deus, qui maximam partem ditionis Romæorum imperio tuo subjecit, urbem etiam tibi tradet. Ut enim mihi videtur, Dei ope viribusque, quibus polles, admotis, manus tuas non effugiet. Ego omnesque servi tui, collatis non solum pecuniis, sed et sanguine nostro profuso, certatim operam nostram tibi navabimus: de hoc proposito nostro certus sis ac securus.* Hæc ad tempus ferum illum ac immitem placaverunt; qui Halili dixit: *Hoc cervical conspicis, totam noctem transegi illud ab una sponda in aliam versando; recumbens nec vigilans, somnum oculis non cepi. Hoc te moneo, auro et argento te corrumpi haud patiaris, et proposito tuo ne dimovearis. Firmo constantique animo cum Romæis pugnemus; Dei decreto, ac prophetæ precibus confisi urbem occupabimus.* His similibusque verbis blandis usus, curis illum, quibus memor sibique multorum conscius animus angebatur, sanguisque adurebatur, pacifice dimissum solvit. Cuncta contra urbem machinatus ac molitus, omnes noctes illas insomnes egit. In charta etiam situm ambitumque urbis delineabat, et cum iis communicabat, qui propugnaculorum mœniumque urbis statum noverant. Consilia que agitabat, ubi et quomodo machinæ admovendæ, plutei pangendi, vineæ agendæ, et qua cuniculi, ut in fossam perveniretur, ducendi essent, qua tandem ad subeundum murum scalæ admovendæ: et ut verbo dicam, omnem apparatum noctu excogitatum et delineatum, mane fabrefieri et perfici curabat.

A νομισμάτων χρυσῶν. Εἶχε γὰρ ἀεὶ τὸν φόβον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ δι' αἰτίαν τὴν ἣν προλαβὼν ἐδήλωσα. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ ἡγεμόνος, εἶδε καθήμενον καὶ ἐνδεδυμένον· προσκυνήσας δὲ καὶ ἔμπροσθεν θήσας τὸν δίσκον, ὁ ἡγεμὼν εἶπε· *Τί εἰσι ταῦτα, Λαλά* (39); (*ὡς εἴποι τις κατὰ τὴν ἡμετέραν κοινὴν γλῶτταν, τάτα, ἤγουν παιδαγωγέ*). Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· *Κύριε, ἔθος ἐστὶ τοῖς σατράπαις, ὅταν ὁ ἡγεμὼν φωνήσῃ τινὰ τῶν μεγιστάνων παρ' ὥραν, μὴ εἰσέρχεσθαι κενὸς εἰς θεωρίαν αὐτοῦ. Ἐγὼ οὖν οὐδὲν ἐκ τῶν ἐμῶν ἔφερον εἰς θεώρετρα, ἀλλ' ἐκ τῶν σῶν τὰ σὰ προσέφερον.* Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀπεκρίνατο. *Οὐκ ἔτι μοι χρεία τῶν σῶν, μᾶλλον καὶ ἔτι πλείονα δωρήσομαί σοι· ἓν ἐστι τὸ ζητούμενον, τὸ τὴν πόλιν* B *διδόναι μοι.* Ὁ δὲ Χαλὶλ ἐπὶ τῷ λόγῳ σύντρομος γέγονε, ἦν γὰρ ἀεὶ ὑπερασπίζων τοὺς Ῥωμαίους, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτον ὡς δεξιὰν χεῖρα ἐκέκτηντο, καὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ δώροις ἐπλήρουν· ἦν δὲ παρὰ πάντων τὸ ᾀδόμενον, Καβοὺρ Ὀρταχῆ, οἷον τῶν *ἀπίστων ὁ σύντροφος, ἢ βοηθός.* Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Χαλὶλ τῷ ἡγεμόνι εἶπε· *Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ δούς σοι εἰς χεῖρας τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς γῆς τῶν Ῥωμαίων, αὐτός σοι καὶ τὴν πόλιν δωρήσεται. Ὡς γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκ τῶν χειρῶν σου οὐ φεύξεται καὶ σὺν Θεῷ καὶ τῷ κράτει σου· καὶ ἐγὼ καὶ πάντες οἱ δοῦλοί σου συναγωνισόμεθα· οὐκ ἐν πλούτῳ μόνον, ἀλλὰ σὺν σαρκὶ καὶ αἵματι, καὶ περὶ τούτου τοῦ σκέμματος ἀμέριμνος ἔσο·* C Ταῦτα πρὸς ὀλίγον ἡμέρωσαν τὸν ὄγριον θῆρα· καὶ λέγει τῷ Χαλίλ. *Βλέπεις τὸ προσκεφάλαιον, τὴν πᾶσαν νύκτα διεβίβασα ἕλκων ἀπὸ τῆς μιᾶς γωνίας τοῦ κοιτῶνος εἰς τὴν ἄλλην, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης εἰς τὴν ἑτέραν, ἀγκλινόμενος καὶ ἐξεγειρόμενος, καὶ ὕπνος τοῖς ὀφθαλμοῖς μου οὐκ ἐρχόμενος· λέγω οὖν, ἀργύριον ἢ χρυσίον μή σε δελεάζων ἀποστήσει τῆς ἀποκρίσεως, ἧς ἀπεκρίνω μοι νῦν. Ἀλλὰ σταθηρῶς ἀγωνισόμεθα τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ θαῤῥοῦντες* D *Θεοῦ τῇ πεύσει, καὶ τῇ εὐχῇ τοῦ προφήτου τὴν πόλιν ληψόμεθα.* Σὺν τούτοις οὖν καὶ ἑτέροις κολακευτικοῖς λόγοις, ἐχούσας ἐν τῷ μέσῳ τῶν κολακειῶν καὶ τὰς καρδίαν στυφούσας, καὶ τὸ αἷμα ξηραινούσας δακνώδεις μνήμας, ἀπέλυσεν, εἰπὼν, Ὕπαγε ἐν εἰρήνῃ. Τὰς πάσας οὖν νύκτας ἐκείνας, οὐκ ἔλιπε διανυκτερεύων καὶ μεριμνῶν τὰ κατὰ τῆς πόλεως, λαμβάνων ἐν χερσὶ χάρτην καὶ μέλανα, καὶ σκιαγράφων τὴν περιοχὴν τῆς πόλεως. Καὶ δεικνύων τοῖς ἐπιστήμοσι τῶν ἐπάλξεων, ποῦ καὶ πῶς μέλλουσι θεῖναι τὰς σκευὰς τῶν προβόλων, καὶ τὰς ἐπάλξεις καὶ τὰς κατορυγὰς καὶ τῆς τάφρου τὴν εἴσοδον, καὶ τὰς κλίμακας ἐν ποίῳ τείχει· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὴν πᾶσαν παρασκευὴν ἀπεικόνιζε διὰ τῆς νυκτὸς, καὶ τὸ πρωῒ κελεύων ἐγένετο πάντα, στοχαστικῶς καὶ πανούργως ἐπιμελῶν.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(39) *Λαλά.* Sultanus vezirem suum hac voce compellans ei adblanditur, et anxietate metuque liberat.

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

Constantinus imp. auxilia petit a papa, unionisque Ecclesiarum opus absolvi. Isidorus cardinalis a papa Constantinopolim mittitur. Græci civili discordia laborant ob unionis reconciliationem, paucis eam amplectentibus, maxima parte eam Gennadio auctore, abhorrente. Liturgia in S. Sophiæ templum celebratur ab Henoticis, cui cardinalis Isidorus interfuit. Græcorum subiesta fides. Constantinus cibaria in urbem comporturi curat.

Οἱ δὲ τῆς πόλεως, ἐλθωμεν δὴ καὶ ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἴδωμεν τίς ἡ φροντὶς αὐτῶν, καὶ μέριμνα τοῦ διασώσασθαι τὴν πόλιν ἐκ χειρὸς τοῦ Ναβουχοδονόσορος. Ὁ βασιλεὺς ἦν στείλας ἐν Ῥώμῃ προλαβὼν, αἰτῶν βοήθειαν, καὶ ὅπως συντεθῶσιν τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ ἑνώσει τῇ γεγονυίᾳ ἐν Φλωρεντίᾳ· καὶ λάβῃ τὸ μνημόσυνον ὁ πάππας ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ὁ πατριάρχης Γρηγόριος (40) ἐπανελεύσεται ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ· καὶ μετεκαλεῖτό τινας ἀφικέσθαι τῶν τοῦ πάππα, ὅπως εἰρηνεύσει τὴν ἔσπωνδον ἔχθραν τοῦ σχίσματος. Ἔστειλε δ' ὁ πάππας τὸν Καδδηνάλιον Πολωνίας, τὸν ποτὲ ἀρχιεπίσκοπον Ῥωσίας Ἰσίδωρον, ἄνδρα συνετὸν καὶ σώφρονα, καὶ πεπαιδευμένον ἐν δόγμασιν ὀρθοῖς, Ῥωμαῖον τὸ γένος, καὶ αὐτὸν ἕνα τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου ὑπάρχοντα πατέρα τίμιον, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε· καὶ ἐλθόντος ἐν τῇ νήσῳ Χίῳ μετὰ νηὸς μεγίστης τῶν Γενουϊτῶν, ἐποίησεν ἡμέρας ἱκανὰς, ἕως οὗ οἱ ἔμποροι τῆς νηὸς πραγματεύσωνται, καὶ δώσωσι τὰ χρεώδη, καὶ λάβωσι τὰ ζητούμενα, ἀναμένοντες καὶ ἑτέραν ναῦν, ἥτις ἔμελλε συμπλέειν ἄχρι Καφᾶ. Ὁ Καδδηνάλιος οὖν (41) ἔχων μεθ' αὐτοῦ τῶν Ἰταλῶν ἄχρι πεντήκοντα, ἐρόγευσε καὶ ἑτέρους πλείστους ἐκ τῆς Χίου Λατίνους. Καὶ δὴ φανεῖσα ἡ ἐκδεχομένη παρ' αὐτῶν ναῦς, ἐξῆλθον ἐκ τῆς Χίου, πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἔπλευσαν, καταντήσαντες ἐν αὐτῇ τὸν Νοέμβριον μῆνα τοῦ ,ςΘξα' ἔτους. Καὶ ὁ βασιλεὺς δεξιῶς ἀποδεξάμενος, καὶ τιμήσας ὡς ἔπρεπεν, ἦλθον εἰς τοὺς τῆς ἑνώσεως λόγους, καὶ εὑρὼν τὸν βασιλέα εἰς τοῦτο κατανεύσαντα, καὶ μερικοὺς τῶν τῆς Ἐκκλησίας. Τὸ πλεῖστον οὖν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ (42) καὶ μοναχικοῦ τάγματος, ἡγούμενοι, ἀρχιμανδρῖται, μονάζουσαι. Τί λέγω τὸ πλεῖστον; παρεκίνησάν με γὰρ αἱ μονάστριαι εἰπεῖν καὶ γράφειν, οὐδεὶς ἐξ ἁπάντων, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς πεπλασμένως κατένευσεν. Θπλὴν ἐλθόντες οἱ φαινόμενοι κατὰ τὸ δοκοῦν τῆς ἑνώσεως ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἱερεῖς τε καὶ διάκονοι τῶν τοῦ κλήρου, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τῇ συγκλήτῳ ἐβούλοντο κοινῇ ὁμονοίᾳ λειτουργῆσαι Θεῷ, καὶ ἀποδόσαι τὰς εὐχὰς ἀδόλῳ γνώμῃ. Τότε τὸ σχισματικὸν μέρος ἐλθὼν ἐν τῇ μονῇ τοῦ παντοκράτορος ἐν τῇ κέλλῃ τοῦ Γενναδίου, τοῦ ποτὲ Γεωργίου Σχολαρίου, ἔλεγον αὐτῷ, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Αὐτὸς δὲ ἐγκλεισθεὶς, καὶ χάρτην λαβὼν, καὶ γράψας τὴν γνώμην αὐτοῦ, διὰ τῆς γραφῆς ἐδήλου καὶ τὴν συμβουλήν. Τὰ γαρφέντα οὖν ἐδήλουν οὕτως· *Ἄθλιοι Ῥωμαῖοι, εἰς τί ἐπλανήθητε, καὶ ἀπεμακρύνατε ἐκ τῆς ἐλπίδος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠλπίσατε εἰς τὴν δύναμιν τῶν Ψαρ-*

A Verum in urbem Constantinopolim redeamus, et quid animo volvebant Constantinopolitani, quamque curam et sollicitudinem adhibuere, ut Nabuchodonosoris manibus ereptam servarent, perpendamus. Imperator suppetias rogatum Romam jam antea miserat: ut etiam concordia Florentiæ reconciliata stabiliretur: inque magnæ Ecclesiæ liturgiis papæ nomen e sacris diptychis recitaretur; ad thronum etiam suum patriarcha Gregorius rediret: hortantibus etiam **142** legatis, aliquos papa mitteret, qui schismatis causa orta capitalia odia placarent. His papa permotus Poloniæ cardinalem Isidorum, qui Russiæ archiepiscopus fuerat, misit: virum equidem prudentem ac modestum, in orthodoxis dogmatibus eruditum, et natione Ro-

B mæum: qui, ut jam diximus, pater eximius Florentino concilio interfuerat. Nave maxima Genuensi vetus ad Chium insulam appulit, pluresque illic dies transegit; donec mercatores, quorum navis erat, negotia sua, distractis mercibus quas attulerant, et necessariis comparatis, absolvissent, cisque se conjunxisset navis alia, quæ ad Cáphum usque navigatura erat. Præter quinquaginta Italos, qui eum comitabantur, plurimos etiam alios ex Chio Latinos mercede conduxit. Tandem cum exspectata navis comparuisset, e Chio solverunt, et versus Constantinopolim navigarunt, ad cujus portum Novembri mense anni ab orbe condito 6961 (Christi 1452) appulerunt. Comiter ac honorifice, utque de-

C cebat, cardinalem imperator suscepit. Habitisque de Ecclesiarum concordia colloquiis, imperator et Græcæ Ecclesiæ privati homines, ad eam stabiliendam propensos se exhibuerunt. At sacri ordinis maxima pars et monachorum, abbates et archimandritæ, moniales etiam hanc reconciliatam concordiam aversati sunt. Quid plerosque dico? Moniales equidem ita me commoverunt ut scribendo asseram, nullum omnino ei assensisse: ipsumque imperatorem ficte ac simulate illi adhæsisse. Nihilominus, qui henotico decreto obtemperare videbantur, clerici, sacerdotes ac diaconi, imperator et senatus in magnam Ecclesiam convenerunt, ut concordibus animis et unitis divinam liturgiam celebrarent, sinceraque mente Deo precibus litarent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium, antea Georgium scholarium appellatum, adeunt, consiliumque ab eo, quomodo se gerere debeant, petunt. Is inclusum se cella tenebat, accepta ergo charta sententiam suam

Ismaelis Bullialdi notæ.

(40) *Καὶ ὁ πατριάρχης Γρηγόριος.* Hic Gregorius teste Phrantze, lib. III, cap. 5, anno 1451, mense Augusto ab urbe instar exsulis discesserat.

(41) *Ὁ καρδηνάλιος οὖν.* Inter eos qui mercede conducti sunt a cardinali Sabinensi Isidoro, fuit

D Leonardus Chiensis Mitylenes archiepiscopus, ut ipse testatur in *principio* narrationis de captivitate Constantinopolitana.

(42) *Τὸ πλεῖστον οὖν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ.* Idem testatur Leonardus Chiensis.

Digitized by Google

consiliumque rogatus, scripto aperit, quo talia continebantur : *Miseri Romæi, quare aberrastis ? et a spe, quæ in Deo reposita est, Francorum viribus confisi longe recessistis ? cum ipsa urbe veram religionem, brevi in ea evertendam, perdidistis. Væ ! propitius mihi sis, Domine. Coram te testor ab ejusmodi culpa et offensione me abesse, insontemque et purum esse. Advertite, miseri cives, quid hodie fiat ? Servitutis, quæ cervicibus vestris impendet, ærumnas augendo, a parentibus majoribusque vestris acceptam fidem abnegastis, impietatem professi. Væ vobis dum* **143** *judicatis.* Hæc et alia plura cum scripsisset, cellæ suæ januam a cunctis postea lecta clavo affixit, iterumque intra eam se conclusit. Continuo quæ vitæ integræ ac puræ censebantur moniales, Deoque servire recta ac orthodoxa dogmata profitendo, earum doctore Gennadio, monasteriorum abbatibus, pneumaticis seu confessariis, cæterisque sacerdotibus, ac laicis conspirantibus, arbitrio suo ac sententia synodi decretum, et eos qui illud probaverant, quique in posterum probarent, anathemate damnarunt. Infima deinde forensisque turba e monasterii claustris dilapsa in œnopolia, manibus phialas mero plenas tenentes, henoticos, id est unitati adhærentes, diris devovebant : et in honorem imaginis Deiparæ exhaustis poculis, eam invocabant, ut urbi præesset et auxiliaretur, et quomodo olim adversus Chosroem, Chaganum, et Arabes pugnaverat, ita nunc adversus Mehemetem præliaretur : *Latinorum enim* (inquiunt) *auxiliis non opus est nobis : procul sit a nobis Azymitarum ritus.* Qui vero in magna Ecclesia convenerant Christiani, votis ac precibus prolixis Deo oblatis, cardinalisque oratione audita, decreto concordiæ et unitatis Ecclesiarum paruerunt. In id etiam utrique consenserunt, ut, a Turcis impendente periculo remoto, ac tranquillitate reddita, selecti aliquot insigues et probati viri decretum examinent; ut, siquid minus orthodoxum sit, corrigant ac emendent. Hac itaque reconciliata concordia, inter illos convenit, ab Italis et Græcis in magna Ecclesia liturgiam communem celebrari, commemorationem Nicolai papæ in sacris diptychis, atque etiam Gregorii patriarchæ tunc exsulantis fieri. Decembris die 12, anno mundi 6961 (Christi 1452), sacra illa mystagogia celebrata fuit.

κων, καὶ σὺν τῇ πόλει ἐν ᾗ μέλλει φθαρῆναι, ἐχάσατε καὶ τὴν εὐσέβειάν σας [*Forte* εὐσέβειαν. Οὐαί]. Ἱλεός μοι, Κύριε. Μαρτύρομαι ἐνώπιόν σου, ὅτι ἀθῷός εἰμι τοῦ τοιούτου πταίσματος. Γινώσκετε, ἄθλιοι πολῖται, τί ποιεῖται, καὶ σὺν τῷ αἰχμαλωτισμῷ, ὃς μέλλει γενέσθαι εἰς ὑμᾶς, ἐχάσατε καὶ τὸ πατροπαράδοτον, καὶ ὁμολογήσατε τὴν ἀσέβειαν. Οὐαὶ ὑμῖν ἐν τῷ κρίνεσθαι. Ταῦτα καὶ ἕτερα πλείω γράψας, καὶ εἰς τὴν θύραν τοῦ κελλίου αὐτοῦ προσηλώσας, ἐκλείσθη ἔνδον, καὶ ὁ χάρτης ἀνεγινώσκετο. Τότε αἱ δοκοῦσαι καθαραὶ, καὶ εἰς Θεὸν ἐν ὀρθοδοξίᾳ σχολάζουσαι μονάστριαι, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐταῖς, καὶ τὸν αὐτῶν διδάσκαλον Γεννάδιον, ἅπασαι σὺν τοῖς ἡγουμένοις, καὶ πνευματικοῖς, καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι, καὶ λαϊκοῖς τὸ ἀνάθεμα ἐξεβόησαν, καὶ τὸν ὅρον τῆς συνόδου, καὶ τοὺς στέρξαντας, καὶ στέργοντας, καὶ μέλλοντας στέρξαι ἀνεθεμάτισαν. Ὁ χυδαῖος οὖν καὶ ἀγοραῖος λαὸς ἐξελθόντες ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦ μοναστηρίου ἐν κανηλίοις, κρατοῦντες ἐν χερσὶ τὰς φιάλας πλήρεις ἀκράτου, ἀνεθεμάτιζον τοὺς ἑνωτικούς, πίνοντες εἰς πρεσβείαν τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ παρεκαλοῦντες αὐτὴν τοῦ γενέσθαι προστάτης καὶ ἀρωγὸς τῆς πόλεως, ὡς ποτὲ κατὰ τοῦ Χοσρόου (42*), καὶ τοῦ Χαγάνου, καὶ κατὰ Ἀράβων, οὕτω καὶ νῦν κατὰ τοῦ Μεχεμέτ. *Τὴν γὰρ Λατίνων οὔτε βοήθειαν, οὔτε τὴν ἕνωσιν χρῄζομεν · ἀπέστω ἀφ' ἡμῶν ἡ τῶν Ἀζυμιτῶν λατρεία.* Οἱ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἀθροισθέντες Χριστιανοὶ, δέησιν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῆ ποιήσαντες, καὶ τοὺς λόγους τοῦ καθηγεμόνος ἑνωτισθέντες, ἔστερξαν τὸν τῆς ἑνώσεως ὅρον. Καὶ αὐτοὶ μετὰ συμφωνίας, ὡς ὅτι παρελθούσης τῆς περιστάσεως τῶν Τούρκων, καὶ γαλήνης γενομένης, καθίσαντες τινὲς τῶν ἐλλογίμων ἔδωσι τοὺς ὅρους, καὶ εἴ ἐστι τι τὸ μὴ τελέως ὀρθοτομοῦν, διορθώσωσι. Ἐν τῇ συμφωνίᾳ οὖν αὐτῇ ἔστερξαν τοῦ γενέσθαι λειτουργίαν κοινὴν ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, τελεσθεῖσα παρ' Ἰταλῶν καὶ Γραικῶν καὶ μνημονεύσαντες τὸν πάππαν Νικόλαον ἐν τοῖς διπτύχοις, καὶ τὸν ἐξόριστον πατριάρχην Γρηγόριον. Τὰ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ἐπληρώθη ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ (43) ιβ' τοῦ ,ςϡξα' ἔτους. Ἦσαν δὲ καὶ πολλοὶ, οἳ οὐκ ἔλιπον προσφορὰν ἀντιδώρου, ὡς βδελυκτὴν θυσίαν τελεσθεῖσαν ἐν τῇ ἑνωτικῇ λειτουργίᾳ. Ὁ δὲ καθηνάλιος ἀνιχνεύων πᾶσαν καρδίαν, καὶ πάντα ἐκτὸς τῶν Γραικῶν, οὐκ ἐλάνθανον γὰρ τὰ μαγγανεύματα

Ismaelis Bullialdi notæ.

(42*) *Ὡς ποτὲ κατὰ τοῦ Χοσρόου.* Heraclio imperante Hunnorum Avarum rex Chaganus Constantinopolim adortus est, dum Chosroes in Asia imperii provincias populabatur, et Heraclium in Persarum propulsandis incursionibus distineret. Post annos vero 36, imperante Constantino Pogonato, Agareni Constantinopolim obsederunt. Tertio sub Leone Isaurio iidem Agareni urbem oppugnarunt. Hisque angustiis pressæ urbi ter beatissima virgo Hodegetria opem tulit, ut Græci docent. Has ob causas, et tanti beneficii memores Constantinopoleos incolæ, Sabbato quintæ septimanæ jejuniorum, id est more nostro loquendi Sabbato ante Dominicam Passionis, secundam Vigiliam palatii celebrabant, quæ τῆς ἀκαθίστου vocabatur. In qua hymnus ἀκάθιστος et ὁλονύκτιος, a Clero et laicis stantibus per totam noctem canebatur. Ἀκάθιστος enim appellata est illa solemnitas, propterea quod a stantibus, non sedentibus, indesinenter hymnus canebatur.

(43) *Ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ.* Leonard. Chiensis : *Verum quoniam nec ratio, nec auctoritas, nec variæ Scholarii, Isidori Neophytique opiniones adversus Romanæ Ecclesiæ fidem stare poterant, actum est industria et probitate præfati domini cardinalis, si sancta unio assentiente imperatore senatuque (si non ficta fuit) firmaretur celebrareturque secundo Idus Decembris, Spiridionis episcopi sancti die.* Qui pridie Idus Decembris duodecimus est mensis.

Digitized by Google

καὶ αἱ ἀπάται τῶν Γραικῶν αὐτῷ· ἀλλ' ὡς τοῦ αὐτοῦ γένους ὤν, σὺν ὀλίγῃ ὁρμῇ ἐσπευδε βοηθῆσαι τῇ πόλει· καὶ ἦρκει πρὸς ἀπολογίαν τῷ πάππᾳ ὅσον γέγονε, τὸ δὲ πλέον ἀνετίθετο τῷ Θεῷ τῷ πάντα οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον. Ἀλλ' ὁ λαὸς ὁ ἀπηνής, καὶ μισόκαλος, ἡ ῥίζα τῆς ὑπερηφανείας, ὁ κλάδος τῆς κενοδοξίας, τὸ ἄνθος τῆς ὑψηλοφροσύνης, ἡ τρυγία τοῦ γένους τῶν Ἑλλήνων, ἡ καταφρονοῦσα τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων καταφρόνησις ἀληθινή, πάντα τὰ γενόμενα ἐλογίζοντο ὡς μὴ γενόμενα· Ἔλεγον οὖν ὁμιλοῦντες οἱ τῆς ἑνώσεως τοῖς Σχισματικοῖς, *Ἄφετε ἴδωμεν* (44) *εἰ ἐξάραι ὁ Θεὸς τὸν ἐχθρὸν τοῦτον τὸν ἀνθιστάμενον ἡμῖν, τὸν μέγαν δράκοντα τὸν καυχώμενον ἅρδην καταπιεῖν τὴν πόλιν· καὶ τότε ὄψεσθε εἰ τοῖς ἀζύμοις ἡμεῖς ἑνωθῶμεν.*

A Multi vero a sacris donis oblatis abstinuerunt, quod illa liturgia concordiæ reconciliandæ celebrata, impurum ac abominandum sacrificium peractum existimarent. Cardinalis interea animos et corda, Græcorumque propositum explorabat ac rimabatur, quorum fraus ac dolus eum non fugiebant. Cum vero ex eadem gente esset, auxilium urbi ferri procurabat; segnius tamen ac remissius ab eo id actum: et quæ deinceps acciderunt, excusationem legitimam papæ ministrarunt: et illorum casuum plerique Dei voluntati ascripti sunt, qui cuncta ad utilem finem dirigit. Verum plebs fera, bonis infensa, arrogantiæ germen et radix, vanæ gloriæ ramus, superbiæ flos, fæx nationis Græcæ, quæ cæteras gentes, contemptibilis ipsa, despectui habet,

B acta omnia pro infectis reputabat. Qui ergo Henoticorum **144** partes secuti cum schismaticis colloquebantur, his sermonibus usi sunt: *Sinite et videamus num Deus hunc hostem de medio tollat; draconem immanem, qui in asie contra nos stat, qui hanc urbem penitus devoraturum se jactat. Si Deus eum perdiderit, compertum vobis tunc, clarumque erit, an cum Azymitis in concordiam et amicitiam redierimus.*

Ταῦτα λέγοντες οὐκ ἔγνωσαν οἱ ἄθλιοι, ὅτι οἱ τοσοῦτοι ὅρκοι ἕνεκα τῆς συστάσεως καὶ ὁμονοίας τῶν Χριστιανῶν, ἦγουν τῶν ἐκκλησιῶν· ἡ ἐν τῷ Λουγδούνῳ γενομένη σύνοδος ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πρώτου Παλαιολόγου, ἡ ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένη σύνοδος ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ὑστάτου τῶν βασιλέων Παλαιολόγων, καὶ νῦν ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ ταύτῃ· οἱ γενόμενοι σὺν ἀφορισμοῖς ἀλύτοις ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος μέλλουσιν ἐξᾶραι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐκ γῆς, καὶ σὺν αὐτοῖς τὸ τῆς πόλεως. Ὦ ἄθλιοι, τί κενὰ μελετᾶτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Ἰδοὺ οἱ ἱερεῖς σου καὶ αἱ ἱέρειαι, καὶ C οἱ μοναχοί σου, καὶ οἱ νεωκόροι, καὶ αἱ νεωκόροι, οἳ οὐκ ἤθελον κοινωνῆσαι τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἱερέων τῶν Γραικῶν, τῶν ὑπουργούντων τὰ θεῖα κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τῆς Ἀνατολῆς παράδοσιν· λέγοντες μεμιασμένα ὑπάρχειν, καὶ οὐκ εἰσὶ Χριστιανικὰ, καὶ τὴν εὐλογίαν τῶν ἱερέων ἀποφεύγοντες, καὶ τοὺς ναοὺς βωμοὺς καλοῦντες, αὔριον ἐν χερσὶ τῶν Βαρβάρων παραδοθήσονται· καὶ μιανθήσονται, καὶ μολυνθήσονται καὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα· εἶδον γὰρ οἰκείοις ὄμμασι μονάστριαν, καὶ τὰ θεῖα λόγια μεμυημένην, οὐ μόνον κρεωφαγοῦσαν, καὶ ἄμφια τῶν Βαρβάρων τῷ σώματι περιφέρουσαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ψευδοπροφήτῃ θυσίαν φέρουσαν, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἀνεπαισχύντως ὁμολογοῦσαν. Ἀλλὰ τί τὸ ποιῆσάν D με πηδῆσαι πέντε μηνῶν διάστημα; Αὔριον γὰρ κἀκεῖνο καὶ παραπόδας σταθήσεται, καὶ μεθ' ὁλμωγῶν λεχθήσεται. Ὁ βασιλεὺς οὖν στείλας τινὰς τῶν αὐτοῦ ἀρχόντων ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις τῶν Χριστιανῶν ὠνήσασθαι σῖτον, καὶ παντοδαπὰ ὄσπρια, καὶ ὅσα τὰ πρὸς τροφὴν, ἐκδεχόμενοι τὴν ἄφιξιν τοῦ τυράννου ἐν ἔαρι. Ἦσαν οὖν νῆες τέσσαρες παμμεγέθεις συνάγουσαι ἐκ πάντων τῶν χρειωδῶν ἐν τῇ νήσῳ Χίῳ, σίτου, οἴ-

Hæc cum jactarent miseri, eorum mentem non subibat tantum totiesque ab ipsis repetitum, pacis ac concordiæ Christianarum Ecclesiarum stabiliendæ causa, jusjurandum, cum in concilio Lugdunensi, dum regnabat Palæologorum primus, tum in Florentino sub imperatore Palæologinæ stirpis ultimo, ac nuperrime inter sacram liturgiam celebrandum: ob repetitum, inquam, jusjurandum (spretumque) excommunicationis insolubilis conditione in S. Trinitatis nomine addita, memoriam eorum ac urbis inter homines delendam fore. Ut quid inanibus futilibusque cogitationibus animos vestros pascitis? Ecce sacerdotes tui, monachi, moniales, æditui et ædituæ, qui ministrantibus sacerdotibus Græcis, et rem divinam secundum Ecclesiæ orientalis ritum et traditiones peragentibus, immaculati corporis et sanguinis participes fieri noluerunt: polluta esse sacrificia nec Christiana dicentes, benedictionem sacerdotum aversati, templaque pro gentilium aris habentes, in Barbarorum manus anima et corpore polluendi cras devenient. Monialem enim in divinis Scripturis initiatam ac eruditam, carnibus non tantum vesci, barbara veste indutam oculis meis aspexi, sed etiam pseudoprophetæ hostiam offerre: impietatemque, pudore ac verecundia abjectis, profiteri. At quomodo abreptus quinque mensium intervallum transilii? Crastinus dies hanc calamitatem cum lacrymis enarrandam secum feret. Imperator, quod vere ineunte a tyranno se obsessum iri suspicaretur, in insulas aliasque provincias Christianas, ad frumentum omniaque leguminum genera, et quæcunque cibaria necessaria coemendum aliquos e proceribus aulæ suæ misit. Ad id quatuor naves magnæ in insulam Chium destinatæ, quibus frumentum, vinum, oleum, caricæ, cicer, hordeum cæteraque legumina adve-

Ismaelis Bullialdi notæ

(44) Ἄφετε, ἴδωμεν. Allegata quam proxime verba Leonardi (*si non ficta fuit*) confirmat hic Ducas.

Digitized by Google

herentur : navis insuper oneraria e Peloponnesu exspectabatur. Hæcque navium quinque simul junctarum classis fortibus ac generosis vectoribus multis, armatisque non paucis instructa Constantinopolim profectura erat. Omnes interea insulæ de urbis salute anxiæ admodum ac sollicitæ, variis opinionibus ac sententiis distrahebantur : alii expugnandam a Barbaris, et occupandam **145** conjiciebant. Alii, quomodo pater et avus istius, suo quisque tempore, hanc expeditionem susceperant, et re infecta discesserant, ita hunc iisdem vestigiis insistentem, non plus profecturum opinabantur.

A νου, ἐλαίου, ἰσχάδων, κερατίων, κριθῶν, καὶ πάσης ἄλλης ἰδέας ὀσπρίων · ἐκδεχόμενοι καὶ ἑτέραν φορτηγὸν ναῦν ἀπὸ Πελοποννήσου. Καὶ οὕτω γενομένων πέντε σὺν μεγάλοις καὶ ἀνδρείοις ἐπιβάταις, λέγω δὲ καὶ πολλοῖς, καὶ σὺν πανοπλίᾳ οὐκ ὀλίγῃ πλεῦσαι ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἦσαν οὖν ἅπασαι αἱ νῆσοι ἐν στενοχωρίᾳ καὶ ἀθυμίᾳ περὶ τῆς πόλεως. Καὶ οἱ μὲν ἐσκόπουν ὡς καταπολεμισθήσεται, καὶ ὑπὸ τῶν Βαρβάρων ἁλωθήσεται · οἱ δὲ ἐδόξαζον ὡς ὁ πατὴρ καὶ πάππος αὐτοῦ, βουληθεὶς εἷς ἕκαστος τοῦ λαβεῖν αὐτὴν, ἐφάνησαν εἰς κενὸν κεκοπιακότες, οὕτω καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν τρίβον βαδιοῦ.

CAPUT XXXVII.

Mehemetes tormentum illud æneum seu bombardam prope Constantinopolim vehi curat. Turci urbes ad Pontum Euxinum sitas occupant, et præter Selymbriam oppida Propontidi adjacentia. Græci intra muros Constantinopoleos inclusos se tenent, discordiaque ob reconciliatam Ecclesiarum concordiam laborant. Gennadius discordiæ faces subdit. Ducas male sanam mentem Græcis exprobrat, et in schismate pertinaciam. Mehemetes copias colligit. Obsidione urbem cingit, et Græci ab unione Ecclesiarum alienos magis ac magis se ostendunt.

Januario mense elapso, sub Februarii initium, prope Constantinopolim tormentum æneum advehi jussit princeps : sexaginta boves validissimi triginta curribus juncti illud trahebant ; ab utroque tormenti latere ducenti homines incedebant, ut id, ne in via titubaret, hac et illac trahendo in æquilibrio retinerent. Currus præcedebant fabri quinquaginta, operariique ducenti, qui pontes ligneos ad complanandas vias fabricarent. Elapsi sunt itaque Februarius et Martius, cum in locum quemdam milliaribus quinque ab urbe dissitum tractum est. Caracia Begus antea cum copiis ad Ponti oppida Mesembriam, Acheloum, Byzum et alia præmissus, ea ad deditionem compulit. Versus Selymbriam quoque, sancti Stephani turres, omnibus qui intra erant cæsis, vi expugnavit. Cætera castella, et qui Epibatæ vocabantur, se dedidere. Quotquot victori se permiserunt servati, repugnantibus capita abscissa sunt ; una Selymbria hostium impetum fortiter excepit. Ad locum itaque destinatum hæc machina perducta est, cujus custodiæ Caracia-begus assidere jussus, cumque omnibus viribus et copiis in omnes partes urbi vicinas, Romæis intra portas urbis coercitis, excurrere. Per totam quoque superiorem hiemem Mysorum ac Paphlagonum turmæ sub tribus vexillis circa urbem in hibernis stationem habuerunt, ut Romæorum in Turcos eruptiones reprimerent, nec eos urbe excurrere sinerent. Romæi quidem extra portas prodire non poterant tantis hostium viribus circumdati : verumtamen biremibus ac triremibus mare excurrebant, prædis ab usque Cyzico ex Turcorum vicis maritimis actis ; captivis etiam

B Παρελθόντος οὖν τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, καὶ τοῦ Φεβρουαρίου ἄρξαντος ἐκέλευσε τὴν χωνείαν μεταχομισθῆναι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει (45), καὶ ζεύξας ἁμάξας τριάκοντα, εἷλκον αὐτὴν ὄπισθεν οἱ ξ βόες, λέγω βόες βοῶν · καὶ ἐκ πλαγίου τῆς χωνείας ἄνδρες σ' καὶ εἰς τὸ ἓν, καὶ εἰς τὸ ἕτερον, τοῦ ἕλκειν καὶ ἐξισοῦν αὐτὴν, ἵνα μὴ ὀλισθήσῃ τοῦ δρόμου · καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἁμαξῶν τέκτονες ν', τοῦ κατασκευάζειν γεφύρας ξυλίνας εἰς τὰς ἀνομαλίας τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐργάται σὺν αὐτοῖς σ'. Ἐποίησε γοῦν τὸν Φεβρουάριον καὶ Μάρτιον, ἕως οὗ κατήντησεν ἐν τόπῳ μακρὰν τῆς πόλεως ἀπὸ μυλίων ε'. Ἦν γὰρ ὁ Καρατζιάπεγις πρὸ καιροῦ σταλθεὶς σὺν δυνάμει εἰς τὰ τοῦ Πόντου κάστρα, ἤγουν Μεσημβρίαν, Ἀχελῶον, Βυζῖν, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν C ἐποιήσατο. Ὁμοίως καὶ πρὸς τὴν Σηλυμβρίαν κείμενα πυργία τοῦ ἁγίου Στεφάνου σὺν πολέμῳ λαβὼν πάντας τοὺς ἔνδον κατέσφαξεν · οἱ δὲ λοιποὶ πύργοι προσεκύνησαν, καὶ οἱ ἐπιβάται. Ὅσοι γοῦν παρεδόθησαν ἀβλαβεῖς ἐσώθησαν · οἱ δὲ ἀντισταθέντες ἀπεκεφαλίσθησαν. Ἡ δὲ Σηλυμβρία (46) μαχίμως ἀνθίστατο. Φέροντες οὖν τὴν σκευὴν ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἐκλεύσθησαν, καὶ τῷ Καρατζίαπεγ πρόσταγμα τοῦ φυλάττειν αὐτὴν, ἔφθασε σὺν ταῖς δυνάμεσι, καὶ κατατρέχειν τὰ πέριξ τὰ τῆς πόλεως, καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς Ῥωμαίους τῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐξέρχεσθαι. Ἦσαν δὲ καὶ τὸν χειμῶνα ὅλον ἐκεῖ παραχειμασθέντα σκῆπτρα (47) εἰς φυλακὴν τῆς D πόλεως, τοῦ μὴ ἐξέρχεσθαι, καὶ καταδρομὰς ποιεῖν τοῖς Τούρκοις οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ Μυσίας, καὶ Παφλαγονίας τρία. Ἐγένετο οὖν ἡ παρεμβολὴ μεγάλη, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἴσχυον ἐξελθεῖν· ἀλλ' ὅμως ἐκ θαλάσσης καὶ αὐτοὶ σὺν διήρεσι καὶ τριήρεσι ἄχρις Κυζίκου ἐλῃ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(45) Laonicus l. VIII in principio consulendus qui apparatum istum describit, machinæque advectionem ; Leonard. etiam Chiensis adeundus, et Phrantzes l. III, c. 8.

(46) *Ἡ δὲ Σελυμβρία.* Capta Constantinopoli Selymbria deditionem fecit.

(47) *Σκῆπτρα.* Hic pro turmis equitum tribus usurpatum σκῆπτρα τρία, quæ sub totidem bandis seu vexillis stipendia faciebant.

Digitized by Google

λάτουν τὰ κατ' αἰγιαλὸν κείμενα χωρία τῶν Τούρκων καὶ πολλοὺς ἐκούρσευον, καὶ οὓς μὲν ἔσφαττον, οὓς δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγόντες ἐπίπρασκον.

Καὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς προσκρούσμασι καὶ ἦαρ ἐπέστη, καὶ αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι. Καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας στάσις οὐκ ἔληξε, ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ξένην στάσιν ἐν τοῖς ἐμπιστευθεῖσι ἀκούειν λογισμοὺς ἀνθρώπων. Καὶ ἐρχόμενοι οἱ Χριστιανοὶ τοῦ ἐξομολογήσασθαι τὰ σφάλματα αὐτῶν, ἠρωτῶντο παρ' ἐκείνων, οἱ μὲν εἰ ἐκοινώνησε τοῖς ἀκοινωνήτοις, καὶ εἰ ἔτυχεν ἀκοῦσαι λειτουργίαν παρὰ τοῦ ἑνωτικοῦ ἱερέως. Ταῦτα καὶ κανὼν δριμὺς (48), καὶ ἐπιτίμιον βαρύ· μετὰ δὲ τὸ δουλεῦσαι τὸν κανόνα κατὰ τὸ ἔθος, ὁ ἄξιος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ εἰς τὸ κοινωνῆσαι, μὴ προσελθεῖν τοῖς τῆς ἑνώσεως ἱερεῦσι μετ' ἐπιτιμίου βαρέος. Οὔτε γὰρ ἱερεῖς εἰσιν, οὔτε τὰ προσφερόμενα τέλεια, ἔλεγον. Εἰ γὰρ ἐκαλοῦντο ἐν κηδείᾳ νεκροῦ, ἢ ἐν μνημοσύνῳ τεθνεῶτος, καὶ ἐφαίνετό τις τῶν ἑνωτικῶν ἐκεῖ ἱερεύς, κατευθὺς τὰς φελώνεις (49) ἐκδυόμενοι ὡς ἀπὸ πυρὸς ἔφευγον. Καὶ ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία ὡς καταφύγιον δαιμόνων, καὶ βωμὸς Ἑλληνικὸς αὐτοῖς ἐλογίζετο. Ποῦ κηροί; Ποῦ ἔλαιον ἐν ταῖς λυχναψίαις; Τὰ πάντα σκοτεινά, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύων. Ἔρημον τὸ ἅγιον τέμενος ἐφαίνετο, προσημαῖνον τὴν ἐρημίαν ἣν ὑποστῆναι μέλλει μετ' ὀλίγον διὰ τὰς παραβάσεις καὶ ἀνομίας τῶν κατοικούντων. Ὁ δὲ Γεννάδιος ἔγκλειστος ἐδίδασκε, καὶ ἁρὰς ὑπετίθει τοῖς τὴν εἰρήνην ἀσπαζομένοις. Ἔτυχον ἐγὼ μετὰ ταῦτα μιᾷ τῶν εὐγενίδων αἰχμαλωτευθείσῃ, καὶ διηγήσατό μοι, πῶς ὠδίνουσα τοῦ τεκεῖν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Τετράδι τοῦ ἔτους ἐκείνου μετεκαλέσατο τὸν πνευματικὸν αὐτῆς Ἰάκωβον ὀνόματι, καὶ ἐξωμολογήσατο. Καὶ αὐτὸς προέτρεψεν αὐτῇ τοῦ κοινωνῆσαι, καὶ αὐτὴ ἐρωτήσασα τὸν γέροντα, εἰ κωλύει τι τοῦ μεταλαβεῖν ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως, τοῦ λειτουργοῦντος ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς (50), ἔνδον τῆς αὐλῆς αὐτῆς ὑπάρχοντι (ἦν γὰρ ὁ ἱερεὺς συμφορέσας τοῖς ἑνωτικοῖς μόνον ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τότε τῇ ιβ' τοῦ Δεκεβρίου, οὐ μὴν δὲ καὶ συγκοινωνήσας· οὐ γὰρ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς συναριθμηθῆναι τοῖς συλλειτουργοῖς τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλ' ἔτυχεν ἔξω σὺν ἄλλοις βραδεῖαν τυχόντες

A multis, quorum pars cæsa, pars **146** Constantinopoli venumdata est.

Dum ver advenabat hisce pugnis levibus tempus transactum, jejuniorumque dies numerari cœpti, nec interim Ecclesiæ discidium cessabat. Omnium conspectui portentosa discordia obversabatur, in studia contraria discedentibus iis qui confessiones audiendi munere fungebantur. Ad eos enim accedentes Christiani peccata sua confessuri, interrogabantur, num cum iis qui ab Ecclesiæ communione rescisi sunt, communicassent; num ab Henotico celebratæ liturgiæ interfuissent; fatentibusque pœnitentiæ causa dura pœna inflicta, multaque gravis dicta. Peracta deinde ex more pœnitentia, B qui participatione corporis et sanguinis Dominici dignus censebatur, illa percipere a sacerdote henotico, gravi pœna indicta, vetabatur : talem enim sacerdotem non esse, nec perfecte oblationem ab eo peragi. Ad funus porro efferendum, vel mortui commemorationem faciendam vocati, ubi henoticus sacerdos illic comparuisset, stolis subito exuti, velut e flammis mediis se proripiebant. Magna etiam ecclesia dæmoniorum specus, et Græcorum gentilium delubrum censebatur. Ubi cerei? ubi oleum in lychnis accendendis? Omnia tenebris plena : nec ullus, qui eas dissiparet, aderat. Templum sacrum desertum conspiciebatur, solitudinem, qua mox, propter peccata et iniquitates in eo habitantium, complendum erat, portendens. Gennadius etiam inclusus, pacis reconciliationem amplectentes diris devovendo interim docebat. Post urbem captam, in nobilem feminam captivam casu incidi : quæ mihi narravit, quomodo ipsa partus doloribus correpta, anni illius sancta magnaque feria quarta, pneumaticum seu confessarium suum, Jacobum nomine, ad se vocaverat : quam, peccatorum confessione peracta, hortatus est ille, ut sacram communionem sumeret. Cumque senem illum interrogasset, num obstaret quidquam, ut ex manibus sacerdotis, qui in templo intra domus suæ septa sito celebrabat, sumeret (illo quippe sacerdos die tantum 12 Decembris in Magna

Ismaelis Bullialdi notæ.

(48) *Κατὼν δριμύς*. Canon hic pro pœnitentia et pœna quæ pœnitenti indicitur.

(49) *Φελώνεις*. Penulam interpretantur alii : sed genus vestis communis olim fuit. *Pallium* vertere nolui, siquidem sacerdotibus non convenit, sed solis archiep. quibus a summo pontif. confertur. A quo etiam olim patriarchæ CPolit. id acceperunt. Stolam interpretari placuit, quæ omnibus sacerdotibus convenit et propria est. Hodie apud Græcos non solum patriarchæ, sed et episc. pallium gerunt.

(50) *Ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς*. Vocabantur oratoria illa εὐκτήρια. De quibus canon 31 synodi 6, in Trullo, Τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργοῦντας κληρικοὺς ὑπὸ γνώμην τοῦτο πράττειν τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου ὁρίζομεν. Ὥστε εἴ τις κληρικὸς μὴ τοῦτο οὕτως παραφυλάξῃ, καθαιρείσθω. *Clericos, qui in oratoriis intra domus* D *privatæ parietes constructis sacra faciunt, sacras Liturgias celebrare in illis ex episcopi loci sententia et assensu decernimus. Quod si quis clericus decreto nostro non paruerit, deponatur.* Et Leo Philosophus novella 1 de illis ita statuit ; Ὁρίζομεν οὖν, οὐ μόνον τοὺς ἑκάστης καθολικῆς ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἑκάστης οἰκίας, ἄδειαν ἐν πᾶσαις ταῖς οἰκίαις ἱεράσθαί τε καὶ μυσταγωγεῖν, οὓς ἂν προσκαλεῖσθαι αἱροῖτο ὁ ἑκάστης οἰκίας δεσπόζων. *Decernimus itaque non solum singularum ecclesiarum catholicarum* (id est hoc loco parœciâlium), *sed etiam uniuscujusque domus sacerdotes, libere in omnibus domibus sacram mystagogiam celebrare posse, quos singularum domuum dominis vocare visum fuerit.* Novella deinde sequente in iis baptizare quoque permittit. Adeundus Theodorus Balsamo.

Digitized by Google

ecclesia henoticis adfuerat, nec communicaverat, cum in numerum altari ministrantium ab initio liturgiæ allectus non fuisset ; sed extra cancellos cum aliis, qui tardius venerant, nihilque aliud præter sacra indumenta gestaverant, steterat). pneumaticus ei dixit : *Tibi concessum est, Deus condonabit tibi ; abi, et communionem, omni dubio remoto, percipe. Ipse sacerdos ac minister est, discrimine illo omisso communica.* Illa vero mulier, quod a schismaticorum partibus staret, scrupulose nimis perpensa **147** senis, qui omnes obices revellebat, sententia, alium nomine Neophytum confessarium accersit, eique a pneumatico suo datam sibi licentiam declarat. Iste porro Neophytus loquendi libertatem ac confidentiam sibi assumpserat, quod pneumatici munere in imperatoriis palatiis procerumque ædibus fungerentur : quare illam allocutus a communione his verbis deterruit : *Id tibi haud licet ; si enim ex istius manibus communionem sumpseris, panem manducabis, et vinum bibes.* Quam admiranda, rex Christe longanimitas tua ! Etsi sacerdos Latinus esset, stultitia tua, tenebris excæcate, aliqua, quamvis absurda, ratione excusari posset. Quod scilicet Latino sermone ad Deum preces recitasset, quod non esset fermentatus panis, nec aqua calida adhibita ; aliaque absurda allegare potuisses, quæ orthodoxus tamen ore nunquam proferet ; nec, vel minimum, adversus divina mysteria hoc modo peracta murmurabit ; talia enim quilibet ausus, lapidibus obruendus est. Quid ? vel quomodo obloqui potes divinis mysteriis idiomate tuo celebratis ? quid illis precibus opponere ? quibus tibi cum cæteris orientis sacerdotibus communis est usus. Aliud allegare non potes, o Pharisæe vane, nisi quod purus es et intactus, a cæterisque Christianis separatus, addam ego, et excommunicatus. Illa porro mulier nobilis inter contraria præcepta animo fluctuans communione die illo abstinuit ; ita ut nocte sequenti, non sumpta prius Eucharistia, pepererit. Quod si mors subsequebatur, damno spiritus illius anima obsignata fuisset (id est damnum, non accepto Spiritus divini signaculo, anima illius passa fuisset) Neophyti culpa, et mali spiritus, quo agebatur, errore. Sed redeamus ad narrationis nostræ fluctus : et mare furens, gubernatore excusso, arcam Noe absorbere et in profundum deprimere intueamur, mundaque volatilia, tanquam immunda, impollutorum unguibus discerpenda projicere contemplemur.

Tyrannus enim, Martio incipiente, nuntiis in omnes provincias missis, singulos ad urbem oppugnandum militatum venire jussit. Cuncti ergo, qui datis nominibus stipendia merebant, accesserunt ; numero infinito eorum, qui sponte castra sequebantur, iis adjuncto. Universi enim, qui urbem oppugnandam esse audierunt, tam pueri ob ætatem

A τὴν ἔλευσιν, καὶ ἵσταντο ἐν τῷ ναῷ φοροῦντες τὰς ἱερατικὰς αὐτῶν στολὰς μόνον). Ὁ δὲ πνευματικὸς εἶπεν αὐτῇ· *Συγκεχωρημένον ἐστίν, ὁ Θεὸς συγγώρησέ σοι· ἄπελθε, κοινώνησον ἀποβάλλουσα πάντα σκότος. Καὶ γὰρ ἱερεύς ἐστι καὶ λειτουργὸς, ἀδιακρίτως κοινώνησον.* Ἡ δὲ ἐπὶ τῇ ἀνεμποδίστῳ ἀπολογίᾳ τοῦ γέροντος δειλιάσασα, ἣν γὰρ ἐκ τοῦ μέρους τῶν σχισματικῶν, μεταπαλεῖται ἄλλον Νεόφυτον ὀνόματι, καὶ δηλοῖ αὐτῷ τὴν λύσιν τοῦ πνευματικοῦ αὐτῆς· ἦν γὰρ αὐτὸς ὁ Νεόφυτος παῤῥησίαν ἔχων, καὶ πνευματικεύων ἐν ἀνακτόροις καὶ μεγιστάνων οἴκοις. Ἐκώλυσε δὲ ταύτην, λέγων, *Ἀσυγχώρητόν ἐστιν. Εἰ γὰρ λάβοις* (51) *κοινωνίαν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἄρτον ἔσῃ ἐσθίων, καὶ οἶνον ἔπιες.* Ὦ τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστὲ βα-
B σιλεῦ ! Σκοτεινὲ καὶ τυφλέ· εἰ ὁ ἱερεὺς ἦν Λατῖνος, εἶχεν ἂν λόγον ἄλογον ἡ μωρία σου· ὡς ὅτι Λατινικῶς τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ ἀπέδωκε, καὶ ὁ ἄρτος οὐκ ἦν ἔνζυμος (52), καὶ τὸ ὕδωρ οὐκ ἦν ζέον, καὶ ἄλλα τινὰ ἄλογα αἰτιάματα, ἃ οὐκ ἔξεστιν ὀρθοδόξῳ στόμα ἀνοῖξαι, καὶ γλῶτταν κινῆσαι κατὰ τῶν θείων μυστηρίων τῶν οὕτω τελουμένων· ὁ γὰρ τοῦτο τολμήσας ἄξιος λιθοστρωθῆναι. Πῶς, ἢ τί ἔχεις ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν θείων μυστηρίων τῶν τελεσθέντων ἐκ γλώττης σῆς, καὶ εὐχῶν ὧν σὺ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς ἱερεῖς χρῶνται ; Οὐκ ἔχεις ἄλλο εἰπεῖν, ὦ Φαρισαῖε κενὲ, πλὴν ὅτι καθαρὸς εἶ, καὶ μολυσμοῦ ἀμέτοχος, καὶ κεχωρισμένος τῶν λοιπῶν Χριστιανῶν, προσθήσω δὲ κἀγὼ τὸ, καὶ ἀφωρισμένος. Ἡ δὲ εὐγενὴς ἐκείνη γυνὴ, διχονοοῦσα ἐν μέσῳ τῶν
C δύο τούτων προστάξεων, ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐ μετέλαβε· καὶ διὰ τῆς νυκτὸς ἀκοινώτητος τέτοκεν. Εἰ γὰρ ἐπηκολούθησεν θάνατος, εἶχεν ἂν ἡ ψυχὴ αὕτη τὴν σφραγῖδα ζημίαν τοῦ Πνεύματος δι' αἰτίαν τοῦ Νεοφύτου, καὶ τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ πονηροῦ πνεύματος. Ἀλλ' ἐπανίωμεν πρὸς τὰ τῆς διηγήσεως κύματα, καὶ ἴδωμεν τὴν ἀγριαινομένην θάλασσαν πῶς μέλλει χαῦναι, καὶ καταποντίσαι τὴν κιβωτὸν, τὴν τὸν Νῶε τὸν κυβερνήτην διώξασαν, καὶ τὰ καθαρὰ πετεινὰ ὑπὸ τῶν μὴ καθαρῶν ὡς ἀκάθαρτα παραβλέψασαν.

D Ὁ γὰρ τύραννος ἀπ' ἀρχῆς Μαρτίου μηνὸς ἐπεμψε μηνυτὰς, καὶ κήρυκας εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας, τοῦ ἐξέρχεσθαι ἕκαστον ἐν τῇ στρατιᾷ κατὰ τῆς πόλεως. Τὰ στρατεύματα μὲν οὖν, ὅσα διὰ προσόδων καὶ ῥόγας ἦσαν γεγραμμένα, συνέῤῥεον· τὰ δὲ ἄγραφα τὰ καὶ μυριάριθμα τίς διηγήσεται ; Πᾶς γὰρ ἕκαστος ἀκούων κατὰ τῆς πόλεως ἔτρεχεν, οὐ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(51) *Εἰ γὰρ λάβοις.* Quasi corporis Dominici consecratione conficiendi potestatem, unionem amplexus amisisset : insaniisse Græcos ac transversos actos fuisse certissimum est.

(52) *Οὐκ ἦν ἔνζυμος.* Ista ad Ecclesiæ Græcæ ritum pertinent, quæ panem fermentatum adhibet et aquam calidam calici immiscet.

Digitized by Google

τως ὁ μὴ δυνάμενος βαδίζειν ἕνεκα παιδικῆς ἡλικίας, καθὼς ὁ μὴ δυνάμενος τρέχειν ἕνεκα γήρους. Οἱ δὲ πολῖται ἱκέτευον Θεὸν, τοῦ μὴ ἐπελθεῖν τῇ ἁγίᾳ ἑβδομάδι, διότι ἤκουον ὡς ὁ τύραννος ἐφ' ἅρματος καὶ ἤδη ἔρχεται. Τῇ Παρασκευῇ οὖν τῆς Διακαινησίμου (53) καὶ ὁ Ναβουχοδονόσωρ ἐπὶ θύραις Ἱερουσαλὴμ· καὶ πήξας τὰς αὐτοῦ σκηνὰς κατέναντι τῆς πύλης τοῦ Χαρισοῦ (54) ὄπισθεν τοῦ βουνοῦ. Καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης (55), τῆς κειμένης ἐγγὺς τοῦ παλατίου, ἕως τῆς Χρυσῆς πύλης (56) τῆς πρὸς νότον· καὶ ἔτι ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης ἕως τοῦ Κοσμηδίου (57), καὶ ὀπὸ τοῦ νότου εἰς πλάτος ὅσον περιέφερον κάμπον οἱ ἄμπελοι· καὶ γὰρ ἦσαν προλαβὼν φθαρέντες παρὰ τοῦ Καρατζία· καὶ περιεχαράκωσεν αὐτὴν

A teneram vix gradientes, quam senes annis gravati, accurrerunt. Constantinopolitani interim Deo supplicare, ut hebdomada sancta tyrannus, qui curru adventare nuntiabatur, urbis oppugnationem non aggrederetur. Die igitur Paraseeves Diacænesimæ **148** septimanæ (id est feria 6 seu die Veneris post Pascha) ad portas Hierusalem Nabuchodonosor venit : et tentoria sua ante Charsi portam post collem fixit. A porta vero, quæ Ligni appellatur, palatio vicina, usque ad Auream portam, quæ meridiem respicit, ab eademque Ligni porta usque ad Cosmedium et meridiem versus, quantum vineta a Caracia jam devastata in latitudinem capere poterant, omnes ejus copiæ castra locaverunt. Aprilis ergo die sexta, Paraseeve post Pa-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(53) *Τῇ Παρασκευῇ οὖν τῆς Διακαινησίμου.* Hebdomada illa Diacænesimi, seu renovationis, ea est, quæ Paschatis diem sequitur : cujus Codinus Curopalates meminit c. 14, lib. *De officiis aulæ Constantinop.* Vocatur etiam *νέα*, id est nova, ob renovatos baptismate catechumenos, qui Paschate baptizati fuerant. Latina Balsamonis commentarior. in Canones apostol. canone 69 versio, quorum textus Græcus non exstat, sic habet : *Hebdomas autem* τῆς Διακαινησίμου, *tanquam ipse magnus dies Dominicus reputatur.* Anno illo aureus numerus seu lunæ cyclus fuit 10, cyclus solis 6, littera G. Pascha Aprilis 1, feria 6, diacænesimi Aprilis 6, Pentecoste. Maii 20, Dominica omnium SS. Maii 27. Juxta Ducam ergo, cœpit Contantinop. obsidio Aprilis die 6. Juxta vero Leonard. Chiensem, et, qui eum secutus est, Bizarum, cœpit Nonis seu die 5 Aprilis. Phranzes April. 2 obsideri cœpisse, l. III, c. 8, asserit. Hist. Turc. oppugnationem tradunt Rebiul-euel die 17, qui fuit Martii dies 28.

(54) *Κατέναντι τῆς πύλης τοῦ Χαρισοῦ.* Alibi habet Χάρσου. Gylius, lib. I, cap. 28 *Topographiæ Constantinopoleos*, portæ Charsianæ meminit. Leunclavius, cap. 200 *Pandectar. Hist. Turcicæ*, hodie vocari a Turcis *Egri capi*, id est *obliquam portam* docet. Græca vox κάρσιος *obliquum* significat : et tramite obliquo, in urbem per illam portam patet ingressus, qualem, in portis arcium urbiumque munitarum locandis, architecti nostri regulam servant. Loco citato notat Leunclavius, a quodam Charsia portam illam Charsiam appellatam, quem Venetæ factionis fuisse *Paralipomena originum Constantinopolitanarum* a Gretzero edita tradunt et Magdalæ cujusdam tribuni plebis collegam ; quando Theodosius junior, diebus sexaginta, muros terrestres ad Blachernas usque construxit. Vicina est illa porta palatio, Constantini vulgo dicto, Blacherniano olim appellato. Leonardus Chiensis portam illam appellat Caligaream ; sive Caligariorum, qui sutores sunt. In illo Constantini palatio, cubiculi superioris concamerationis januæ boream spectantis, et qua in meniana patet exitus, lapidi superli inari aquila biceps alis expansis insculpta est : et in columellarum, quæ meniana ambiunt, capitulis lilia scuti Francici cernuntur ; aliquot etiam scuta hac forma expressa in palatio illo videntur.  Aliquando putavi Pascha legi debe scuta illa in mentione Paschatis : quod Constantinopoli capta, utrumque Paschatis festum in urbe celebrassent, quod etiam Balduinus in festo Paschatis, ut historici tradunt, et eorum aliqui in ipsa Paschatis vigilia, Constantinopolitanus imperator electus sit.

(55) *Ἀπὸ δὲ τῆς Ξυλοπόρτης.* Xyloporta est illa quæ vicinissima est occidentali urbis angulo. Blacherniana olim dicta fuit, quod Blachernarum templo proxima esset. Videndus Gillius lib. I, c. 20, Leunclavius, *Pandectis Hist. Turc.* 200, appellat eam Xylokercon Verum diversas fuisse persuadeor, hancque Xylokercon, eam esse quam Ducas Kercoportam infra appellat, quæ jam a longo tempore occlusa tenebatur. Quod ut credamus et asseramus auctor nobis est Cantacuzenus, lib. III, c. 9 : Καὶ διελέγετο κρύφα τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις, ἐὰν δύναιντο τὴν πόλιν αὐτῷ παραδόναι· ἐπηγγέλλοντό τε τὴν τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένην πύλην ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἀπῳκοδομημένην διορύξαντες εἰσάγειν. *Clam etiam cum amicis suis, qui Constantinopoli morabantur, colloquitur et agit, quomodo sibi urbem tradere possent. Promittebant illi portam, quæ Xylokerci dicitur, quæque a multis annis pariete clausa erat, perfossuros, et ut illa ingrederetur urbem, patefacturos.*

(56) *Τῆς Χρυσῆς πύλης.* Aurea porta adhuc clausa est. Selymbriæ porta olim appellabatur, ut notat Leunclav. loco citato. Ad illam extra muros fons adhuc exstat, prope quem templum B. Mariæ Deiparæ exstructum erat. In marmore sculpti Herculei labores Auream portam ornantes cernuntur. Sed calcis albo, cum anno 1647 eos considerabam ut et totus mœnium ambitus, inducti erant : ita ut oculos fugeret sculpturæ elegantia.

(57) *Ἕως τοῦ Κοσμηδίου.* De Cosmedio Zonaras *Annal.* tom. III, in Romano Lecapeno : ex quo ad littus Ceratini sinus extra urbem situm fuisse patet, Καὶ κατὰ τὸν τοῦ Κοσμηδίου αἰγιαλόν, etc. Nicetas etiam, in *Annalibus*, Ἡ δὲ ἵππος μετὰ τῆς προβεβλημένης πεζῆς στρατιᾶς τῷ Κοσμιδίῳ ἐφίσταντα, μικρὰν ἐφευρηκότες ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἀντίστασιν περὶ τὴν ἐκεῖ που γέφυραν καὶ τὸν λεγόμενον Τρυπητὸν λίθον. Καὶ τὰ μὲν πλοῖα, καὶ αἱ νῆες, καὶ οἱ δρόμωνες ἐκεῖ που προσίσχουσι. *Copiæ equestres (Latinorum) cum peditatu, qui antecedebat, Cosmedium occupant : cum languide ipsis resistissent Romæi, qui ad pontem illic constructum, et lapidem Perforatum appellatum stationem habebant.* Fuisse autem locum illum extra urbis muros ex eodem loco constat, σκηνὰς τε ὀρθὰς ἐώρων οἱ ἐν τοῖς τείχεσι. *Erecta tentoria (Latinorum) videbant, qui intra muros erant.* Et capite seq. satis ostendit Ducas ad littus Ceratini sinus extra urbem Cosmidium situm fuisse. Locus ergo ille ad extremum littus sinus Ceratini situs erat juxta pontem S. Mamantis : et alius esse nequit, præter eum qui hodie Abazari appellatur : cui vicina est Meschita IVP appellata ; in qua collegii doctorum et legisperitorum pontif. Muphti appellatus, imperatori novo imperium adepto, pre ibus quibusdam additis, acinacem cingit.

Digitized by Google

drimestri tempore fine operi imposito, imperii sui anno secundo labente ; qui fuit ab orbe condito 6961 (Christi 1452).

A ἡγεμονίας αὐτοῦ τρέχοντος δευτέρου ἔτους, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ,ςΘξα'.

CAPUT XXXV.

Mehemetes de occupanda Constantinopoli consilia agitat. Bombardarum fusor Mehemeti tormentum æneum pragrande fundit. Navis Veneta Bosporum navigans demergitur, cujus navarchus et vectores capti, Mehemetis jussu crudeliter interfecti Bombardæ vim Adrianopoli probant. Mehemetes Halilem Bassam noctu ad se vocat, et cum eo de Constantinopoli subjugandu consilia tractat. Halil magno se periculo ereptum putans, lætus a Mehemete discedit.

Æstate jam exacta, autumnoque inchoante domi agebat Mehemetes pervigil ac irrequietus : interdiu namque ac noctu, quibus artibus ac machinis urbem occupare posset, suoque dominio adjicere, meditabatur. Contigit autem, dum in castro exædificando occupatus erat, æneorum tormentorum fusorem Hungarum, artificem celeberrimum urbe relicta abiisse. Jam diu erat, cum is Constantinopolim profectus Mesazontibus imperatoris artem suam exposuerat, de qua etiam ad imperatorem **139** retulerunt : qui artifici tanto sportulam quotidianam, ejus arti ac scientiæ minime parem, attribuit ; quam tamen, quantumvis exiguam et tenuem, ei non demetiebantur. Quare de vita sustinenda desperans, quadam die ad Barbarum urbe relicta cursim abiit : a quo blande et amice susceptus, victum et vestes honorifice habitus accepit. Mercedem etiam adeo amplam ei condixit, ut si quartam ejus partem ab imperatore accepisset, Constantinopoli nusquam aufugisset. Hunc interrogavit Mehemetes, num possit bombardam fusilem fabricare tantæ magnitudinis, ut lapidem prægrandem eo impetu emittere possit, qui murorum firmitudinem ac latitudinem vincat. Respondit artifex : *Si tibi libitum erit, tormentum æneum fundere possum cujuslibet lapidis capax. Muri urbis accurate etiam mihi explorati sunt, quos non solum, sed et Babylonios quoque, lapidibus tormento meo explosis, in pulverem comminuam. Totum, quod artis ac operis mei est, rite absolvam. Quam longus vero futurus sit jactus, nec scio, nec assero.* Hæc cum intellexisset princeps, fabricari tormentum æneum jussit, de lapidum emissione et jactu determinando postea deliberaturus. Æs itaque conquisitum, modulusque operis ab artifice deformatus, tribusque mensibus conflatum fusumque est monstrum quoddam formidabile et horrendum.

B

C

D

Θέρους οὖν παρελθέντος, καὶ τῆς μετοπωρινῆς ὥρας ἀρχούσης, οἶκοι διάγων οὐκ ἐδίδου ἀνάπαυσιν τοῖς βλεφάροις, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὴν φροντίδα τῆς πόλεως εἶχε, πῶς αὐτὴν λάβοι, πῶς κύριος αὐτῆς γένοιτο. Ἔτι δντος οὖν αὐτοῦ ἐν τῷ πολιχνίῳ καὶ οἰκοδομοῦντος, ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως εἷς τεχνίτης (37) ὁ τὰς πετροβολιμαίους χώνας κατασκευάζων, τὸ γένος Οὔγγρος, τεχνίτης δοκιμώτατος· οὗτος πρὸ πολλοῦ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐλθὼν καὶ σημάνας τοῖς μεσάζουσι τῷ βασιλεῖ τὴν τέχνην αὐτοῦ, ἀνέφερον τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς γράψας αὐτῷ σιτηρέσιον οὐκ ἄξιον πρὸς τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ, οὐδ' ἐκεῖνο τὸ μηδαμινόν, καὶ εὐαρίθμητον ἐδίδοσαν τῷ τεχνίτῃ. Ὅθεν καὶ ἀπογνοὺς καταλιπὼν τὴν πόλιν, μιᾷ τῶν ἡμερῶν τρέχει πρὸς τὸν βάρβαρον. Καὶ αὐτὸς ἀσπασίως ἀποδεξάμενος, καὶ τροφὰς, καὶ ἐνδύματα φιλοτιμήσας αὐτὸν δίδωσι, καὶ ῥόγαν τόσην, ὅσην εἰ ὁ βασιλεὺς τὸ τέταρτον ἔδιδεν, οὐκ ἂν ἀπεδίδρασκε τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ἐρωτηθεὶς οὖν παρὰ τοῦ ἡγεμόνος, εἰ δύναται κενῶσαι χωνείαν μεγάλην πέτραν φέρουσιν ὑπερμεγέθη, ὅσον πρὸς τὴν ἀλκὴν καὶ τὸ πάχος τῶν τειχῶν τῆς πόλεως. Αὐτὸς δὲ ἀνταπεκρίνατο· *Δύναμαι, εἰ βούλει, κατασκευάσαι χωνείαν, ὅση τὸ μέγεθος τυγχάνει τῆς δεικνυομένης μοι πέτρας. Ἐγὼ γὰρ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, οὐ μόνον γὰρ ἐκεῖνα, ἀλλὰ καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη, ὡς χοῦν λεπτυνεῖ ἡ παρὰ τῆς χωνείας τῆς ἐμῆς ἀφεθεῖσα. Πλὴν ἐγὼ τὸ πᾶν τοῦ ἔργου καλῶς ἀπαρτίσω· τὴν δὲ βολὴν οὐκ ἐπίσταμαι, οὐδὲ συντάσσομαι.* Τοῦτο ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν ἔφη, Κατασκεύασόν μοι τὴν χωνείαν, περὶ δὲ τῆς βολῆς τοῦ λίθου αὐτὸς ὄψομαι. Ἤρξαντο συναθροίζειν χαλκόν. Τοίνυν καὶ ὁ τεχνίτης τὸν τύπον τῆς σκευῆς ἔπλαττεν. Ἐν τρισὶν οὖν μησὶ κατεσκευάσθη, καὶ ἐχωνεύθη τέρας τι φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον.

Per id tempus, cum navarchus quidam Venetus nomine Ricius, magna navi ab ostio sacro ad castrum Bascesen navigaret, nec vela con-

Ἐν δὲ τῷ Πασχεσὲν πολιχνίῳ τὰς ἡμέρας ἐκείνας κατερχομένης νηὸς ἐκ τοῦ στομίου μεγάλης τῶν Βενετικῶν, Ῥύτζος ὁ ναύαρχος τοὔνομα (38), καὶ μὴ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(37) *Ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως εἷς τεχνίτης.* De illo artifice Leonardus Chiensis in enarratione captivitatis Constantinopoleos. [Itaque artifex cui provisio negata fuit ex nostris, ad Teucros (Turcos dicere vult) reductus, quanto ingenio potuit, naves frangere studuit.] Laonicus de eodem lib. VIII : Τηλεβολιστὴς δὲ ἦν τοῦ βασιλέως, τοὔνομα Ὀρβανος, Δὰξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ' Ἕλλησι διατρίβων, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος βίου ἀφίκετο παρὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως. *Sultani porro bombardarius erat Dacus quidam nomine Urbanus, qui inter Græcos primum habitaverat ; victus vero quotidiani inopia coactus, eos reliquit, et ad sultani portam se contulit.*

(38) *Ῥύτζος ὁ ναύαρχος τοὔνομα.* Phrantzes, lib. III, cap. 3, de isto Riccio mentionem facit, et a Turcis interfectum fuisse insinuat his verbis : *Et ego 14 Septembris anni 6960, Christi 1451,*

Digitized by Google

χαλάσας τὰ ἱστία, πέτραν ἀκοντίσαντες οἱ τοῦ κάστρου ὑπερμεγέθη, τὴν ναῦν διέρρηξε, καὶ εἰσδυομένη τῷ βυθῷ ὁ ναύαρχος σὺν λοιποῖς τριάκοντα ἐν ἀκατίῳ ἐμβάντες ἐξῆλθον ἐν τῷ αἰγιαλῷ. Οἱ δὲ Τοῦρκοι λαβόντες αὐτοὺς, καὶ δήσαντες τὰς χεῖρας καὶ τοὺς τραχήλους ἐν ἁλύσει, περάσαντες ὡς ἐν μιᾷ σειρᾷ, τούτους πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἀπήγαγον τότε ἐν Διδυμοτείχῳ διάγοντα. Ἐκέλευσεν οὖν τοὺς πάντας ἀποκεφαλισθῆναι· τὸν δὲ ναύαρχον ἐν τῷ πάλῳ διὰ τοῦ ἀφεδρῶνος τὴν ψυχὴν ἀποῤῥίψαι, καὶ ἀτάφους ἀφεῖναι, οὓς καὶ εἶδον ἐγὼ, μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐκεῖ διαγομένου μου. Ἐλθὼν δὲ ἀπὸ Διδυμοτείχου ἐν Ἀδριανουπόλει τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ, καὶ πᾶσαν σκευασίαν πολεμικὴν ἑτοιμάσας, τὴν χωνείαν ἣν ὁ τεχνίτης ἐκεῖνος κατεσκεύασεν, ἐβουλήθη δοκιμάσαι. Καὶ δὴ παραστήσας αὐτὴν τεχνηέντως ἔμπροσθεν τῆς μεγάλης πύλης τῆς αὐλῆς τῶν παλατίων, τῶν παρ' αὐτοῦ τὸ ἔτος ἐκεῖνο κτισθέντων· καὶ τὴν πέτραν καλῶς ἐνθεὶς, καὶ τὴν βοτάνην σταθμήσας, τὴν αὖριον ἔμελλεν ἀπολύσων αὐτὴν, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἀδριανουπόλει φανερὸν ἐγένετο, τοῦ κατὰ νοῦν ἔχειν τὴν βοὴν καὶ τὸν κτύπον τὸν οὐρανόβροντον, ἵνα μὴ ἐξαίφνης ἐνωτισθέντες τινὲς ἄφωνοι μείνωσι, καὶ γυναῖκες ἐν γαστρὶ ἔχουσαι τὰ ἔμβρυα ἀπολέσωσι. Πρωῒ οὖν βαλὼν πῦρ ἐν τῇ βοτάνῃ, καὶ διαθερμανθέντος τοῦ πνεύματος, καὶ ἐκπρουσαμένης τῆς πέτρας, ἀπελύθη τῆς χωνείας σὺν ἤχῳ βαρεῖ ἀεροβάτῳ πληροῦντι τὸν ἀέρα καπνοῦ καὶ ὁμίχλης. Ἡ δὲ βοὴ ἀφίκετο μέχρι σταδίων ρ' τὸ μῆκος· ὁ δὲ λίθος ἔπεσε μακρόθεν τοῦ ἀφεθέντος τόπου ὡς μίλιον ἕν. Ἐν δὲ τόπῳ τῷ πεσόντι ἐγένετο βόθρος ὅσον ὀργυιᾶς μιᾶς. Τοσαύτη ἐστὶν ἡ δύναμις τῆς ἀναμιγῆς τῶν βοτάνων τῆς ἀκοντιζούσης τὸν λίθον.

Ἔχων οὖν ἡγεμὼν καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ τὴν πᾶσαν φροντίδα, καὶ μέριμναν κοιτώμενος καὶ ἀνιστάμενος, καὶ ἐντὸς τῆς αὐλῆς αὐτοῦ καὶ ἐκτὸς, ποίῳ πολέμῳ, καὶ ποίᾳ μηχανῇ καθέξει τὴν Κωνσταντινούπολιν· πολλάκις ἑσπέρας γενομένης σὺν δυσὶ, καὶ μόνοις ἱππεύων, ἐν ἄλλοις πεζὸς ἅπασαν τὴν Ἀδριανοῦ ἐν σχήματι στρατιώτου μετερχόμενος ἀκούων τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ. Ἐάν γὰρ τῶν πολλῶν τις κατέλαβεν ἐν νῷ ὅτι ἡγεμών ἐστι, καὶ ἠβουλήθη προσαγορεῦσαι αὐτὸν σὺν εὐφημίᾳ κατὰ τὸ σύνηθες, καὶ αὐτὸς αὖθωρον καιρίαν ἐδίδου τὴν πληγὴν μὴ φειδόμενος, μὴ ἐλεῶν· ἀλλ' ὥσπερ τις ψύλλαν συντρίβων αἰσθάνεταί τινος ἡδονῆς, οὕτω καὶ οὗτος οἰκείᾳ χειρὶ φονεύων, ὁ φόνου ἄξιος, ἐδροσίζετο· μιᾷ οὖν τῶν νυκτῶν περὶ δευτέραν φυλακὴν στείλας τῶν τῆς αὐλῆς φυλάκων τινὰς ἤγαγον τὸν Χαλὶλ Πασίαν· ἐλθόντες δὲ, καὶ τοῖς τούτου εὐνούχοις εἰπόντες τὸ μήνυμα, αὐτοὶ ἐν τῷ κοιτῶνι εἰσελθόντες ἀπήγγειλαν, πῶς ὁ ἡγεμὼν καλεῖ αὐτόν· αὐτὸς δὲ σύντρομος γενόμενος ἀπαγορεύσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τέκνα κατασπασάμενος ἀπῆει, φέρων μεθ' αὐτοῦ δίσκον ἐνὰ χρυσοῦν πλήρη

A traxisset : in navem illam globum ingentis molis lapideum præsidiarii emiserunt : cujus ictu quassata ac fracta in profundum demersa est. Navarchus et triginta alii acatio conscenso in littus evadunt : quos comprehensos Turci manibus et collo catenis injectis vinciunt ; et una catena omnes vinctos Didymotichum ad principem, qui tum ibi morabatur, ducunt. His omnibus caput amputari, navarchum adacto per anum palo necari, insepultaque eorum cadavera projici jussit, quæ paucos post dies, illis in locis tunc agens, vidi. Didymoticho postquam abiit Adrianopolim Januario labente, omniaque bellica instrumenta apparavit ; tormentum æneum ab illo artifice fusum probare et experiri voluit. Illud ergo machinis, ante portam majorem vestibuli sedium, quas hoc ipso anno princeps exstruxerat, ab artifice adducitur : lapis ei, pulverisque pondus perpensum immittuntur ; postridieque ignem injiciendum esse Adrianopolitanis omnibus significatur ; ut quantus futurus erat fragor ac strepitus tonitru similis, moniti, nullus eo audito, pavore ex improviso perculsus, **140** mutus fieret ; ut etiam mulieres prægnantes partum abortu non abjicerent. Mane ergo accenso pulvere, et intra bombardam calefacto spiritu, lapis horrendo cum sono emittitur : totusque aer fumo et caligine completur. Ad centesimum porro stadium fragor sonusque pervenerunt : lapisque ad milliare usque unum, a loco unde emissus fuit, latus est. Ubi tandem cecidit, ad orgyiæ unius altitudinem in terram penetravit : tanta vis est hujus pulveris, quo lapides emittuntur.

His intentus princeps noctu et interdiu, in lecto jacens, et postquam surrexerat in palatio sedens, vel foras incedens anxius ac sollicitus animo versabat, quomodo oppugnandam Constantinopolim aggrederetur, quaque arte eam expugnaret. Adventante vespera duobus ascitis comitibus alias equo vectus, alias pedes incedens, per totam Adrianopolim habitu militari simplici sæpe ambulabat, qui vulgo sermones de se jactabantur, exploraturus. Si quis porro plebeius agnitum principem salutare, faustaque precari, ut mos est, voluisset : ille nullius misertus lethale vulnus statim infligebat : et ut quivis pulicem conterendo voluptatem carpit, sic iste, morte dignus equidem, sua manu interficiendo delectabatur. Nocte quadam, circa secundam custodiam, aliquot aulæ suæ satellites, qui Halilim Bassam ad se ducerent, mittit. Hi domum illius veniunt, et eunuchis mandata principis exponunt, qui cubiculum heri sui ingressi principem eum ad se accersere nuntiant. Trepidans itaque, conclamatamque salu-

Ismaelis Bullialdi notæ.

Constantinopolim incolumis reverti, in navi optimi viri Antonii Ritsii, qui postea propter Christi fidem martyrium pertulit.

Digitized by Google

tem suam putans, uxorem ac liberos complexus abiit, secumque auream pateram aureis nummis plenam defert. Propter causam enim memoratam metu intra se semper torquebatur. Ingressus principis cubiculum videt ipsum sedentem ac vestibus indutum; quem cum adorasset, coramque pateram apposuisset, his verbis interrogatus est a principe: *Quid hoc sibi vult, Lala? ac si quis nostro vulgari idiomate* τατά, *id est præceptor.* Ille respondit, *Domine, mos est satrapis et proceribus, si quando hora intempesta eorum quemquam vocaverit princeps, nusquam vacuos ipsum adire. Nihil equidem ex meis opibus te adeundo attuli, verum tua ex tuis tibi offero.* Respondit princeps: *Tuis haud indigeo: plura, quam tu possides, tibi dabo: unum a te peto, ut in Constantinopoleos possessionem me mittas.* His verbis Halil, qui Romæos semper protexerat, et quo velut manu dextra utebantur, ejus manum donis etiam complentes, territus est. De eo quoque has voces vulgo jactabant, Cavur Ortachi (id est *infidelium sodalis* **141** *et auxiliator*). Respondit principi hunc in modum Halil: *Domine, Deus, qui maximam partem ditionis Romæorum imperio tuo subjecit, urbem etiam tibi tradet. Ut enim mihi videtur, Dei ope viribusque, quibus polles, admotis, manus tuas non effugiet. Ego omnesque servi tui, collatis non solum pecuniis, sed et sanguine nostro profuso, certatim operam nostram tibi navabimus: de hoc proposito nostro certus sis ac securus.* Hæc ad tempus ferum illum ac immitem placaverunt; qui Halili dixit: *Hoc cervical conspicis, totam noctem transegi illud ab una sponda in aliam versando; recumbens nec vigilans, somnum oculis non cepi. Hoc te moneo, auro et argento te corrumpi haud patiaris, et proposito tuo ne dimovearis. Firmo constantique animo cum Romæis pugnemus; Dei decreto, ac prophetæ precibus confisi urbem occupabimus.* His similibusque verbis blandis usus, curis illum, quibus memor sibique multorum conscius animus angebatur, sanguisque adurebatur, pacifice dimissum solvit. Cuncta contra urbem machinatus ac molitus, omnes noctes illas insomnes egit. In charta etiam situm ambitumque urbis delineabat, et cum iis communicabat, qui propugnaculorum mœniumque urbis statum noverant. Consilia que agitabat, ubi et quomodo machinæ admovendæ, plutei pangendi, vineæ agendæ, et qua cuniculi, ut in fossam perveniretur, ducendi essent, qua tandem ad subeundum murum scalæ admovendæ: et ut verbo dicam, omnem apparatum noctu excogitatum et delineatum, mane fabrefieri et perfici curabat.

A νομισμάτων χρυσῶν. Εἶχε γὰρ ἀεὶ τὸν φόβον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ δι' αἰτίαν τὴν ἣν προλαβὼν ἐδήλωσα. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ ἡγεμόνος, εἶδε καθήμενον καὶ ἐνδεδυμένον· προσκυνήσας δὲ καὶ ἔμπροσθεν θήσας τὸν δίσκον, ὁ ἡγεμὼν εἶπε· *Τί εἰσι ταῦτα, Λαλά* (39); (ὡς εἴποι τις κατὰ τὴν ἡμετέραν κοινὴν γλῶτταν, τάτα, ἤγουν παιδαγωγέ). Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· *Κύριε, ἔθος ἐστὶ τοῖς σατράπαις, ὅταν ὁ ἡγεμὼν φωνήσῃ τινὰ τῶν μεγιστάνων παρ' ὥραν, μὴ εἰσέρχεσθαι κενὸς εἰς θεωρίαν αὐτοῦ. Ἐγὼ οὖν οὐδὲν ἐκ τῶν ἐμῶν ἤνεγκα εἰς θεώρετρα, ἀλλ' ἐκ τῶν σῶν τὰ σὰ προσέφερον.* Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀπεκρίνατο. *Οὐκ ἔτι μοι χρεία τῶν σῶν, μᾶλλον καὶ ἔτι πλείονα δωρήσομαί σοι· ἔν ἐστι τὸ ζητούμενον, τὸ τὴν πόλιν*
B *διδόναι μοι.* Ὁ δὲ Χαλὶλ ἐπὶ τῷ λόγῳ σύντρομος γέγονε, ἦν γὰρ ἀεὶ ὑπερασπίζων τοὺς Ῥωμαίους, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τοῦτον ὡς δεξιὰν χεῖρα ἐκέκτητο, καὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ δώροις ἐπλήρουν· ἦν δὲ παρὰ πάντων τὸ ᾀδόμενον, Καβοὺρ Ὀρταγῆ, οἷον τῶν ἀπίστων ὁ σύντροφος, ἢ βοηθός. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Χαλὶλ τῷ ἡγεμόνι εἶπε· *Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ δούς σοι εἰς χεῖρας τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς γῆς τῶν Ῥωμαίων, αὐτός σοι καὶ τὴν πόλιν δωρήσεται. Ὡς γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκ τῶν χειρῶν σου οὐ φεύξεται καὶ σὺν Θεῷ καὶ τῷ κράτει σου· καὶ ἐγὼ καὶ πάντες οἱ δοῦλοί σου συναγωνισόμεθα· οὐκ ἐν πλούτῳ μόνον, ἀλλὰ σὺν σαρκὶ καὶ αἵματι, καὶ περὶ τούτου τοῦ σκέμματος ἀμέριμνος ἔσο·*
C Ταῦτα πρὸς ὀλίγον ἡμέρωσαν τὸν ὄγριον θῆρα· καὶ λέγει τῷ Χαλίλ. *Βλέπεις τὸ προσκεφάλαιον, τὴν πᾶσαν νύκτα διεβίβασα ἔλκων ἀπὸ τῆς μιᾶς γωνίας τοῦ κοιτῶνος εἰς τὴν ἄλλην, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης εἰς τὴν ἑτέραν, ἀναπαυόμενος καὶ ἐξεγειρόμενος, καὶ ὕπνος τοῖς ὀφθαλμοῖς μου οὐκ ἐρχόμενος· λέγω οὖν, ἀργύριον ἢ χρυσίον μή σε δελεάζων ἀποβλίψει τῆς ἀποκρίσεως, ἧς ἀπεκρίνω μοι νῦν. Ἀλλὰ σταθηρῶς ἀναγωνισόμεθα τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ θαῤῥοῦντες*
D *Θεοῦ τῇ νεύσει, καὶ τῇ εὐχῇ τοῦ προφήτου τὴν πόλιν ληψόμεθα.* Σὺν τούτοις οὖν καὶ ἑτέροις κολακευτικοῖς λόγοις, ἐχούσας ἐν τῷ μέσῳ τῶν κολακειῶν καὶ τὰς καρδίαν στυφούσας, καὶ τὸ αἷμα ξηραινούσας δακνώδεις μνήμας, ἀπέλυσεν, εἰπών, Ὕπαγε ἐν εἰρήνῃ. Τὰς πάσας οὖν νύκτας ἐκείνας, οὐκ ἔλιπε διανυκτερεύων καὶ μεριμνῶν τὰ κατὰ τῆς πόλεως, λαμβάνων ἐν χερσὶ χάρτην καὶ μέλανα, καὶ σκιαγράφων τὴν περιοχὴν τῆς πόλεως. Καὶ δεικνύων τοῖς ἐπιστήμοσι τῶν ἐπάλξεων, ποῦ καὶ πῶς μέλλουσι θεῖναι τὰς σκευὰς τῶν προβόλων, καὶ τὰς ἐπάλξεις καὶ τὰς κατορυγὰς καὶ τῆς τάφρου τὴν εἴσοδον, καὶ τὰς κλίμακας ἐν ποίῳ τείχει· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὴν πᾶσαν παρασκευὴν ἀπεικόνιζε διὰ τῆς νυκτὸς, καὶ τὸ πρωῒ κελεύων ἐγένετο πάντα, στοχαστικῶς καὶ πανούργως ἐπιμελῶν.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(39) *Λαλά.* Sultanus vezirem suum hac voce compellans ei adblanditur, et anxietate metuque liberat.

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

Constantinus imp. auxilia petit a papa, unionisque Ecclesiarum opus absolvi. Isidorus cardinalis a papa Constantinopolim mittitur. Græci civili discordia laborant ob unionis reconciliationem, paucis eam amplectentibus, maxima parte eam, Gennadio auctore, abhorrente. Liturgia in S. Sophiæ templum celebratur ab Henoticis, cui cardinalis Isidorus interfuit. Græcorum sublesta fides. Constantinus cibaria in urbem comportari curat.

Οἱ δὲ τῆς πόλεως, ἐλθωμεν δὴ καὶ ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἴδωμεν τίς ἡ φροντὶς αὐτῶν, καὶ μέριμνα τοῦ διασώσασθαι τὴν πόλιν ἐκ χειρὸς τοῦ Ναβουχοδονόσορος. Ὁ βασιλεὺς ἦν στείλας ἐν Ῥώμῃ προλαβὼν, αἰτῶν βοήθειαν, καὶ ὅπως συντεθῶσιν τῇ ὁμονοίᾳ, καὶ ἑνώσει τῇ γεγονυίᾳ ἐν Φλωρεντίᾳ· καὶ λάβῃ τὸ μνημόσυνον ὁ πάππας ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ὁ πατριάρχης Γρηγόριος (40) ἐπανελεύσεται ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ· καὶ μετακαλεῖτό τινας ἀφικέσθαι τῶν τοῦ πάππα, ὅπως εἰρηνεύσει τὴν ἀσπονδον ἔχθραν τοῦ σχίσματος. Ἔστειλε δ' ὁ πάππας τὸν Καδδηνάλιον Πολωνίας, τὸν ποτὲ ἀρχιεπίσκοπον Ῥωσίας Ἰσίδωρον, ἄνδρα συνετὸν καὶ σώφρονα, καὶ πεπαιδευμένον ἐν δόγμασιν ὀρθοῖς, Ῥωμαῖον τὸ γένος, καὶ αὐτὸν ἕνα τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου ὑπάρχοντα πατέρα τίμιον, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε· καὶ ἐλθόντος ἐν τῇ νήσῳ Χίῳ μετὰ νηὸς μεγίστης τῶν Γενουϊτῶν, ἐποίησεν ἡμέρας ἱκανὰς, ἕως οὗ οἱ ἔμποροι τῆς νηὸς πραγματεύσωνται, καὶ δώσωσι τὰ χρεώδη, καὶ λάβωσι τὰ ζητούμενα, ἀναμένοντες καὶ ἑτέραν ναῦν, ἥτις ἔμελλε συμπλέειν ἄχρι Καφᾶ. Ὁ Καδδηνάλιος οὖν (41) ἔχων μεθ' αὐτοῦ τῶν Ἰταλῶν ἄχρι πεντήκοντα, ἐρόγευσε καὶ ἑτέρους πλείστους ἐκ τῆς Χίου Λατίνους. Καὶ δὴ φανεῖσα ἡ ἐκδεχομένη παρ' αὐτῶν ναῦς, ἐξῆλθον ἐκ τῆς Χίου, πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἔπλευσαν, καταντήσαντες ἐν αὐτῇ τὸν Νοέμβριον μῆνα τοῦ ,ςΘξα' ἔτους. Καὶ ὁ βασιλεὺς δεξιῶς ἀποδεξάμενος, καὶ τιμήσας ὡς ἔπρεπεν, ἦλθον εἰς τοὺς τῆς ἑνώσεως λόγους, καὶ εὑρὼν τὸν βασιλέα εἰς τοῦτο κατανεύσαντα, καὶ μερικοὺς τῶν τῆς Ἐκκλησίας. Τὸ πλεῖστον οὖν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ (42) καὶ μοναχικοῦ τάγματος, ἡγούμενοι, ἀρχιμανδρῖται, μονάζουσαι. Τί λέγω τὸ πλεῖστον; παρεκίνησάν με γὰρ αἱ μονάστριαι εἰπεῖν καὶ γράφειν, οὐδεὶς ἐξ ἁπάντων, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς πεπλασμένως κατένευσεν. Ὁπλὴν ἐλθόντες οἱ φαινόμενοι κατὰ τὸ δοκοῦν τῆς ἑνώσεως ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἱερεῖς τε καὶ διάκονοι τῶν τοῦ κλήρου, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν τῇ συγκλήτῳ ἐβούλοντο κοινῇ ὁμονοίᾳ λειτουργῆσαι Θεῷ, καὶ ἀποδόσαι τὰς εὐχὰς ἀδόλῳ γνώμῃ. Τότε τὸ σχισματικὸν μέρος ἐλθὼν ἐν τῇ μονῇ τοῦ παντοκράτορος ἐν τῇ κέλλῃ τοῦ Γενναδίου, τοῦ ποτὲ Γεωργίου Σχολαρίου, ἔλεγον αὐτῷ, Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Αὐτὸς δὲ ἐγκλεισθεὶς, καὶ χάρτην λαβὼν, καὶ γράψας τὴν γνώμην αὐτοῦ, διὰ τῆς γραφῆς ἐδήλου καὶ τὴν συμβουλήν. Τὰ γαρφέντα οὖν ἐδήλουν οὕτως· *Ἄθλιοι Ῥωμαῖοι, εἰς τί ἐπλανήθητε, καὶ ἀπεμακρύνατε ἐκ τῆς ἐλπίδος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠλπίσατε εἰς τὴν δύναμιν τῶν Φράγ-*

A Verum in urbem Constantinopolim redeamus, et quid animo volvebant Constantinopolitani, quamque curam et sollicitudinem adhibuere, ut Nabuchodonosoris manibus ereptam servarent, perpendamus. Imperator suppetias rogatum Romam jam antea miserat: ut etiam concordia Florentiæ reconciliata stabiliretur: inque magnæ Ecclesiæ liturgiis papæ nomen e sacris diptychis recitaretur; ad thronum etiam suum patriarcha Gregorius rediret: hortantibus etiam **142** legatis, aliquos papa mitteret, qui schismatis causa orta capitalia odia placarent. His papa permotus Poloniæ cardinalem Isidorum, qui Russiæ archiepiscopus fuerat, misit: virum equidem prudentem ac modestum, in orthodoxis dogmatibus eruditum, et natione Ro-
B mæum: qui, ut jam diximus, pater eximius Florentino concilio interfuerat. Nave maxima Genuensi vectus ad Chium insulam appulit, pluresque illic dies transegit; donec mercatores, quorum navis erat, negotia sua, distractis mercibus quas attulerant, et necessariis comparatis, absolvissent, eisque se conjunxisset navis alia, quæ ad Caphum usque navigatura erat. Præter quinquaginta Italos, qui eum comitabantur, plurimos etiam alios ex Chio Latinos mercede conduxit. Tandem cum exspectata navis comparuisset, e Chio solverunt, et versus Constantinopolim navigarunt, ad cujus portum Novembri mense anni ab orbe condito 6961 (Christi 1452) appulerunt. Comiter ac honorifice, utque de-
C cebat, cardinalem imperator suscepit. Habitisque de Ecclesiarum concordia colloquiis, imperator et Græcæ Ecclesiæ privati homines, ad eam stabiliendam propensos se exhibuerunt. At sacri ordinis maxima pars et monachorum, abbates et archimandritæ, moniales etiam hanc reconciliatam concordiam aversati sunt. Quid plerosque dico? Moniales equidem ita me commoverunt ut scribendo asseram, nullum omnino ei assensisse: ipsumque imperatorem ficte ac simulate illi adhæsisse. Nihilominus, qui henotico decreto obtemperare videbantur, clerici, sacerdotes ac diaconi, imperator et senatus in magnam Ecclesiam convenerunt, ut concordibus animis et unitis divinam liturgiam celebrarent, sinceraque mente Deo precibus litarent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium, antea Georgium scholarium appellatum, adeunt, consiliumque ab eo, quomodo se gerere debeant, petunt. Is inclusum se cella tenebat, accepta ergo charta sententiam suam

Ismaelis Bullialdi notæ.

(40) *Καὶ ὁ πατριάρχης Γρηγόριος.* Hic Gregorius teste Phrantze, lib. III, cap. 5, anno 1451, mense Augusto ab urbe instar exsulis discesserat.

(41) *Ὁ καρδηνάλιος οὖν.* Inter eos qui mercede conducti sunt a cardinali Sabinensi Isidoro, fuit
D Leonardus Chiensis Mitylenes archiepiscopus, ut ipse testatur in *principio* narrationis de captivitate Constantinopolitana.

(42) *Τὸ πλεῖστον οὖν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ.* Idem testatur Leonardus Chiensis.

Digitized by Google

consiliumque rogatus, scripto aperit, quo talia continebantur : *Miseri Romæi, quare aberrastis ? et a spe, quæ in Deo reposita est, Francorum viribus confisi longe recessistis ? cum ipsa urbe veram religionem, brevi in ea evertendam, perdidistis. Væ ! propitius mihi sis, Domine. Coram te testor ab ejusmodi culpa et offensione me abesse, insontemque et purum esse. Advertite, miseri cives, quid hodie fiat ? Servitutis, quæ cervicibus vestris impendet, ærumnas augendo, a parentibus majoribusque vestris acceptam fidem abnegastis, impietatem professi. Væ vobis dum* **143** *judicatis.* Hæc et alia plura cum scripsisset, cellæ suæ januæ a cunctis postea lecta clavo affixit, iterumque intra eam se conclusit. Continuo quæ vitæ integræ ac puræ censebantur moniales, Deoque servire recta ac orthodoxa dogmata profitendo, earum doctore Gennadio, monasteriorum abbatibus, pneumaticis seu confessariis, cæterisque sacerdotibus, ac laicis conspirantibus, arbitrio suo ac sententia synodi decretum, et eos qui illud probaverant, quique in posterum probarent, anathemate damnarunt. Infima deinde forensisque turba e monasterii claustris dilapsa in œnopolia, manibus phialas mero plenas tenentes, henoticos, id est unitati adhærentes, diris devovebant : et in honorem imaginis Deiparæ exhaustis poculis, eam invocabant, ut urbi præesset et auxiliaretur, et quomodo olim adversus Chosroem, Chaganum, et Arabes pugnaverat, ita nunc adversus Mehemetem præliaretur : *Latinorum enim* (inquiunt) *auxiliis non opus est nobis : procul sit a nobis Azymitarum ritus.* Qui vero in magna Ecclesia convenerant Christiani, votis ac precibus prolixis Deo oblatis, cardinalisque oratione audita, decreto concordiæ et unitatis Ecclesiarum parucrunt. In id etiam utrique consenserunt, ut, a Turcis impendente periculo remoto, ac tranquillitate reddita, selecti aliquot insignes et probati viri decretum examinent ; ut, siquid minus orthodoxum sit, corrigant ac emendent. Hac itaque reconciliata concordia, inter illos convenit, ab Italis et Græcis in magna Ecclesia liturgiam communem celebrari, commemorationem Nicolai papæ in sacris diptychis, atque etiam Gregorii patriarchæ tunc exsulantis fieri. Decembris die 12, anno mundi 6961 (Christi 1452), sacra illa mystagogia celebrata fuit.

A κων, καὶ σὺν τῇ πόλει ἐν ᾗ μέλλει φθαρῆναι, ἐχάσατε καὶ τὴν εὐσέβειάν σας | *Forte* εὐσέβειαν. Οὐαί]. Ἴλεός μοι, Κύριε. Μαρτύρομαι ἐνώπιόν σου, ὅτι ἀθῷός εἰμι τοῦ τοιούτου πταίσματος. Γινώσκετε, ἄθλιοι πολῖται, τί ποιεῖται, καὶ σὺν τῷ αἰχμαλωτισμῷ, ὃς μέλλει γενέσθαι εἰς ὑμᾶς, ἐχάσατε καὶ τὸ πατροπαράδοτον, καὶ ὁμολογήσατε τὴν ἀσέβειαν. Οὐαὶ ὑμῖν ἐν τῷ κρίνεσθαι. Ταῦτα καὶ ἕτερα πλείω γράψας, καὶ εἰς τὴν θύραν τοῦ κελλίου αὐτοῦ προσηλώσας, ἐκλείσθη ἔνδον, καὶ ὁ χάρτης ἀνεγινώσκετο. Τότε αἱ δοκοῦσαι καθαραὶ, καὶ εἰς Θεὸν ἐν ὀρθοδοξίᾳ σχολάζουσαι μονάστριαι, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐταῖς, καὶ τὸν αὐτῶν διδάσκαλον Γεννάδιον, ἅπασαι σὺν τοῖς ἡγουμένοις, καὶ πνευματικοῖς, καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι, καὶ λαϊκοῖς τὸ ἀνάθεμα

B ἐξεβόησαν, καὶ τὸν ὅρον τῆς συνόδου, καὶ τοὺς στέρξαντας, καὶ στέργοντας, καὶ μέλλοντας στέρξαι ἀνεθεμάτισαν. Ὁ χυδαῖος οὖν καὶ ἀγοραῖος λαὸς ἐξελθόντες ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦ μοναστηρίου ἐν καπηλίοις, κρατοῦντες ἐν χερσὶ τὰς φιάλας πλήρεις ἀκράτου, ἀνεθεμάτιζον τοὺς ἑνωτικούς, πίνοντες εἰς πρεσβείαν τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ παρεκαλοῦντες αὐτὴν τοῦ γενέσθαι προστάτης καὶ ἀρωγὸς τῆς πόλεως, ὡς ποτὲ κατὰ τοῦ Χοσρόου (42), καὶ τοῦ Χαγάνου, καὶ κατὰ Ἀράβων, οὕτω καὶ νῦν κατὰ τοῦ Μεχεμέτ. *Τὴν γὰρ Λατίνων οὔτε βοήθειαν, οὔτε*

C *τὴν ἔνωσιν χρήζομεν · ἀπέστω ἀφ' ἡμῶν ἡ τῶν Ἀζυμιτῶν λατρεία.* Οἱ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἀθροισθέντες Χριστιανοὶ, δέησιν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῆ ποιήσαντες, καὶ τοὺς λόγους τοῦ καθηγεμόνου ἑνωτισθέντες, ἔστερξαν τὸν τῆς ἑνώσεως ὅρον. Καὶ αὐτοὶ μετὰ συμφωνίας, ὡς ὅτι παρελθούσης τῆς περιστάσεως τῶν Τούρκων, καὶ γαλήνης γενομένης, καθίσαντες τινὲς τῶν ἐλλογίμων ἴδωσι τοὺς ὅρους, καὶ εἴ ἐστι τι τὸ μὴ τελέως ὀρθοτομοῦν, διορθώσωσι. Ἐν τῇ συμφωνίᾳ οὖν αὐτῇ ἔστερξαν τοῦ γενέσθαι λειτουργίαν κοινὴν ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, τελεσθεῖσα παρ' Ἰταλῶν καὶ Γραικῶν καὶ μνημονεύσαντες τὸν πάππαν Νικόλαον ἐν τοῖς διπτύχοις, καὶ τὸν

D ἐξόριστον πατριάρχην Γρηγόριον. Τὰ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας ἐπληρώθη ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ (43) ιβ' τοῦ ,ςϡξα' ἔτους. Ἦσαν δὲ καὶ πολλοὶ, οἳ οὐκ ἔλαβον προσφορὰν ἀντιδώρου, ὡς βδελυκτὴν θυσίαν τελεσθεῖσαν ἐν τῇ ἑνωτικῇ λειτουργίᾳ. Ὁ δὲ καθολικὸς ἀνιχνεύων πᾶσαν καρδίαν, καὶ πάντα ἐκκοπὴν τῶν Γραικῶν, οὐκ ἐλάνθανον γὰρ τὰ μαγγανεύματα

Ismaelis Bullialdi notæ.

(42) Ὡς ποτὲ κατὰ τοῦ Χοσρόου. Heraclio imperante Hunnorum Avarum rex Chaganus Constantinopolim adortus est, dum Chosroes in Asia imperii provincias populabatur, et Heraclium in Persarum propulsandis incursionibus distineret. Post annos vero 36, imperante Constantino Pogonato, Agareni Constantinopolim obsederunt. Tertio sub Leone Isaurio iidem Agareni urbem oppugnarunt. Hisque angustiis pressæ urbi ter beatissima virgo Hodegetria opem tulit, ut Græci docent. Has ob causas, et tanti beneficii memores Constantinopoleos incolæ, Sabbato quintæ septimanæ jejuniorum, id est more nostro loquendi Sabbato ante Dominicam Passionis, secundam Vigiliam palatii celebrabant, quæ τῆς ἀκαθίστου vocabatur. In qua hymnus ἀκάθιστος et ὁλονύκτιος, a Clero et laicis stantibus per totam noctem canebatur. Ἀκάθιστος enim appellata est illa solemnitas, propterea quod a stantibus, non sedentibus, indesinenter hymnus canebatur.

(43) Ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ. Leonard. Chiensis : *Verum quoniam nec ratio, nec auctoritas, nec variæ Scholarii, Isidori Neophytique opiniones adversus Romanæ Ecclesiæ fidem stare poterant, actum est industria et probitate præfati domini cardinalis, ut sancta unio assentiente imperatore senatuque (si non ficta fuit) firmaretur celebraretur celebrarieturque secundo Idus Decembris, Spiridionis episcopi sancti die.* Qui pridie Idus Decembris duodecimus est mensis.

Digitized by Google

καὶ αἱ ἀπάται τῶν Γραικῶν αὐτῷ· ἀλλ' ὡς τοῦ αὐτοῦ γένους ὤν, σὺν ὀλίγῃ ὁρμῇ ἔσπευδε βοηθῆσαι τῇ πόλει· καὶ ἤρκει πρὸς ἀπολογίαν τῷ πάππᾳ ὅσον γέγονε, τὸ δὲ πλέον ἀνετίθετο τῷ Θεῷ τῷ πάντα οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον. Ἀλλ' ὁ λαὸς ὁ ἀπηνής, καὶ μισόκαλος, ἡ ῥίζα τῆς ὑπερηφανείας, ὁ κλάδος τῆς κενοδοξίας, τὸ ἄνθος τῆς ὑψηλοφροσύνης, ἡ τρυγία τοῦ γένους τῶν Ἑλλήνων, ἡ καταφρονοῦσα τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων καταφρόνησις ἀληθινή, πάντα τὰ γενόμενα ἐλογίζοντο ὡς μὴ γενόμενα· Ἔλεγον οὖν ὁμιλοῦντες οἱ τῆς ἑνώσεως τοῖς Σχισματικοῖς, *Ἄφετε ἴδωμεν* (44) *εἰ ἐξάραι ὁ Θεὸς τὸν ἐχθρὸν τοῦτον τὸν ἀνθιστάμενον ἡμῖν, τὸν μέγαν δράκοντα τὸν καυχώμενον ἁρδην καταπιεῖν τὴν πόλιν· καὶ τότε ὄψεσθε εἰ τοῖς ἀζυμίταις ἡμεῖς ἑνωθῶμεν.*

A Multi vero a sacris donis oblatis abstinuerunt, quod illa liturgia concordiæ reconciliandæ celebrata, impurum ac abominandum sacrificium peractum existimarent. Cardinalis interea animos et corda, Græcorumque propositum explorabat ac rimabatur, quorum fraus ac dolus eum non fugiebant. Cum vero ex eadem gente esset, auxilium urbi ferri procurabat; segnius tamen ac remissius ab eo id actum: et quæ deinceps acciderunt, excusationem legitimam papæ ministrarunt: et illorum casuum plerique Dei voluntati ascripti sunt, qui cuncta ad utilem finem dirigit. Verum plebs fera, bonis infensa, arrogantiæ germen et radix, vanæ gloriæ ramus, superbiæ flos, fæx nationis Græcæ, quæ cæteras gentes, contemptibilis ipsa, despectui habet,

B acta omnia pro infectis reputabat. Qui ergo Henoticorum **144** partes secuti cum schismaticis colloquebantur, his sermonibus usi sunt: *Sinite et videamus num Deus hunc hostem de medio tollat; draconem immanem, qui in asie contra nos stat, qui hanc urbem penitus devoraturum se jactat. Si Deus eum perdiderit, compertum vobis tunc, clarumque erit, an cum Azymitis in concordiam et amicitiam redierimus.*

Ταῦτα λέγοντες οὐκ ἔγνωσαν οἱ ἄθλιοι, ὅτι οἱ τοσοῦτοι ὅρκοι ἕνεκα τῆς συστάσεως καὶ ὁμονοίας τῶν Χριστιανῶν, ἦγουν τῶν ἐκκλησιῶν· ἡ ἐν τῷ Λουγδούνῳ γενομένη σύνοδος ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πρώτου Παλαιολόγου, ἡ ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένη σύνοδος ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ὑστάτου τῶν βασιλέων Παλαιολόγων, καὶ νῦν ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ ταύτῃ· οἱ γενόμενοι σὺν ἀφορισμοῖς ἀλύτοις ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Τριάδος μέλλουσιν ἐξᾶραι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐκ γῆς, καὶ σὺν αὐτοῖς τὸ τῆς πόλεως. Ὦ ἄθλιοι, τί κενὰ μελετᾶτε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Ἰδοὺ οἱ ἱερεῖς σου καὶ αἱ ἱέρειαι, καὶ C οἱ μοναχοί σου, καὶ οἱ νεωκόροι, καὶ αἱ νεωκόροι, οἳ οὐκ ἠθέλον κοινωνῆσαι τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἱερέων τῶν Γραικῶν, τῶν ὑπουργούντων τὰ θεῖα κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τῆς Ἀνατολῆς παράδοσιν· λέγοντες μεμιασμένα ὑπάρχειν, καὶ οὐκ εἰσὶ Χριστιανικὰ, καὶ τὴν εὐλογίαν τῶν ἱερέων ἀποφεύγοντες, καὶ τοὺς ναοὺς βωμοὺς καλοῦντες, αὔριον ἐν χερσὶ τῶν Βαρβάρων παραδοθήσονται· καὶ μιανθήσονται, καὶ μολυνθήσονται καὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα· εἶδον γὰρ οἰκείοις ὄμμασι μονάστριαν, καὶ τὰ θεῖα λόγια μεμυημένην, οὐ μόνον κρεωφαγοῦσαν, καὶ ἅμφια τῶν Βαρβάρων τῷ σώματι περιφέρουσαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ψευδοπροφήτῃ θυσίαν φέρουσαν, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἀνεπαισχύντως ὁμολογοῦσαν. Ἀλλὰ τί τὸ ποιῆσάν D με πηδῆσαι πέντε μηνῶν διάστημα; Αὔριον γὰρ κἀκεῖνο καὶ παραπόδας σταθήσεται, καὶ μεθ' οἱμωγῶν λεχθήσεται. Ὁ βασιλεὺς οὖν στείλας τινὰς τῶν αὐτοῦ ἀρχόντων ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἐν ἑτέραις ἐπαρχίαις τῶν Χριστιανῶν ὠνήσασθαι σῖτον, καὶ παντοδαπὰ ὄσπρια, καὶ ὅσα τὰ πρὸς τροφὴν, ἐκδεχόμενοι τὴν ἄφιξιν τοῦ τυράννου ἐν ἔαρι. Ἦσαν οὖν νῆες τέσσαρες παμμεγέθεις συνάγουσαι ἐκ πάντων τῶν χρειωδῶν ἐν τῇ νήσῳ Χίῳ, σίτου, οἰ-

Hæc cum jactarent miseri, eorum mentem non subibat tantum totiesque ab ipsis repetitum, pacis ac concordiæ Christianarum Ecclesiarum stabiliendæ causa, jusjurandum, cum in concilio Lugdunensi, dum regnabat Palæologorum primus, tum in Florentino sub imperatore Palæologinæ stirpis ultimo, ac nuperrime inter sacram liturgiam celebrandum: ob repetitum, inquam, jusjurandum (spretumque) excommunicationis insolubilis conditione in S. Trinitatis nomine addita, memoriam eorum ac urbis inter homines delendam fore. Ut quid inanibus futilibusque cogitationibus animos vestros pascitis? Ecce sacerdotes tui, monachi, moniales, æditui et ædituæ, qui ministrantibus sacerdotibus Græcis, et rem divinam secundum Ecclesiæ orientalis ritum et traditiones peragentibus, immaculati corporis et sanguinis participes fieri noluerunt: polluta esse sacrificia nec Christiana dicentes, benedictionem sacerdotum aversati, templaque pro gentilium aris habentes, in Barbarorum manus anima et corpore polluendi cras devenient. Monialem enim in divinis Scripturis initiatam ac eruditam, carnibus non tantum vesci, barbara veste indutam oculis meis aspexi, sed etiam pseudoprophetæ hostiam offerre: impietatemque, pudore ac verecundia abjectis, profiteri. At quomodo abreptus quinque mensium intervallum transilii? Crastinus dies hanc calamitatem cum lacrymis enarrandam secum feret. Imperator, quod vere ineunte a tyranno se obsessum iri suspicaretur, in insulas aliasque provincias Christianas, ad frumentum omniaque leguminum genera, et quæcunque cibaria necessaria coemendum aliquos e proceribus aulæ suæ misit. Ad id quatuor naves magnæ in insulam Chium destinatæ, quibus frumentum, vinum, oleum, caricæ, cicer, hordeum cæteraque legumina adve-

Ismaelis Bullialdi notæ

(44) Ἄφετε, ἴδωμεν. Allegata quam proxime verba Leonardi (*si non ficta fuit*) confirmat hic Ducas.

Digitized by Google

herentur : navis insuper oneraria e Peloponneso ex- spectabatur. Hæcque navium quinque simul junctarum classis fortibus ac generosis vectoribus multis, armatisque non paucis instructa Constantinopolim profectura erat. Omnes interea insulæ de urbis salute anxiæ admodum ac sollicitæ, variis opinionibus ac sententiis distrahebantur : alii expugnandam a Barbaris, et occupandam **145** conjiciebant. Alii, quomodo pater et avus istius, suo quisque tempore, hanc expeditionem susceperant, et re infecta discesserant, ita hunc iisdem vestigiis insistentem, non plus profecturum opinabantur.

νου, ἐλαίου, ἰσχάδων, κεραττίων, κριθῶν, καὶ πάσης ἄλλης ἰδέας ὀσπρίων · ἐκδεχόμενοι καὶ ἑτέραν φορτηγὸν ναῦν ἀπὸ Πελοποννήσου. Καὶ οὕτω γενομένων πέντε σὺν μεγάλοις καὶ ἀνδρείοις ἐπιβάταις, λέγω δὲ καὶ πολλοῖς, καὶ σὺν πανοπλίᾳ οὐκ ὀλίγῃ πλεῦσαι ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἦσαν οὖν ἅπασαι νῆσοι ἐν στενοχωρίᾳ καὶ ἀθυμίᾳ περὶ τῆς πόλεως. Καὶ οἱ μὲν ἐσκόπουν ὡς καταπολεμισθήσεται, καὶ ὑπὸ τῶν Βαρβάρων ἁλωθήσεται · οἱ δὲ ἐδόξαζον ὡς ὁ πατὴρ καὶ πάππος αὐτοῦ, βουληθεὶς εἰς ἕκαστος τοῦ λαβεῖν αὐτὴν, ἐφάνησαν εἰς κενὸν κοπιακότες, οὕτω καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν τρίβον βαδιεῖ.

CAPUT XXXVII.

Mehemetes tormentum illud æneum seu bombardam prope Constantinopolim vehi curat. Turci urbes ad Pontum Euxinum sitas occupant, et præter Selymbriam oppida Propontidi adjacentia. Græci intra muros Constantinopoleos inclusos se tenent, discordiaque ob reconciliatam Ecclesiarum concordiam laborant. Gennadius discordiæ faces subdit. Ducas malesanam mentem Græcis exprobrat, et in schismate pertinaciam. Mehemetes copias colligit. Obsidione urbem cingit, et Græci ab unione Ecclesiarum alienos magis ac magis se ostendunt.

January mense elapso, sub Februarii initium, prope Constantinopolim tormentum æneum advehi jussit princeps : sexaginta boves validissimi triginta curribus juncti illud trahebant ; ab utroque tormenti latere ducenti homines incedebant, ut id, ne in via titubaret, hac et illac trahendo in æquilibrio retinerent. Currus præcedebant fabri quinquaginta, operariique ducenti, qui pontes ligneos ad complanandas vias fabricarent. Elapsi sunt itaque Februarius et Martius, cum in locum quemdam milliaribus quinque ab urbe dissitum tractum est. Caracia Begus antea cum copiis ad Ponti oppida Mesembriam, Acheloum, Byzum et alia præmissus, ea ad deditionem compulit. Versus Selymbriam quoque, sancti Stephani turres, omnibus qui intra erant cæsis, vi expugnavit. Cætera castella, et qui Epibatæ vocabantur, se dedidere. Quotquot victori se permiserunt servati, repugnantibus capita abscissa sunt ; una Selymbria hostium impetum fortiter excepit. Ad locum itaque destinatum hæc machina perducta est, cujus custodiæ Caracia-begus assidere jussus, cumque omnibus viribus et copiis in omnes partes urbi vicinas, Romæis intra portas urbis coercitis, excurrere. Per totam quoque superiorem hiemem Mysorum ac Trophlagonum turmæ sub tribus vexillis circa urbem in hibernis stationem habuerunt, ut Romæorum in Turcos eruptiones reprimerent, nec eos urbe excurrere sinerent. Romæi quidem extra portas prodire non poterant tantis hostium viribus circumdati : verumtamen biremibus ac triremibus mare excurrebant, prædis ab usque Cyzico ex Turcorum vicis maritimis actis ; captivis etiam

Παρελθόντος οὖν τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, καὶ τοῦ Φεβρουαρίου ἄρξαντος ἐκέλευσε τὴν χωνείαν μετακομισθῆναι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει (45), καὶ ζεύξας ἁμάξας τριάκοντα, εἷλκον αὐτὴν ὄπισθεν οἱ ξ βόες, λέγω βόες βοῶν · καὶ ἐκ πλαγίου τῆς χωνείας ἄνδρες σ' καὶ εἰς τὸ ἓν, καὶ εἰς τὸ ἕτερον, τοῦ ἕλκειν καὶ ἐξισοῦν αὐτὴν, ἵνα μὴ ὀλισθήνῃ τοῦ δρόμου · καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἁμαξῶν τέκτονες ν', τοῦ κατασκευάζειν γεφύρας ξυλίνας εἰς τὰς ἀνομαλίας τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐργάται σὺν αὐτοῖς σ'. Ἐποίησε γοῦν τὸν Φεβρουάριον καὶ Μάρτιον, ἕως οὗ κατήντησεν ἐν τόπῳ μακρὰν τῆς πόλεως ἀπὸ μυλίων ε'. Ἦν γὰρ ὁ Καρατζιάπεγις πρὸ καιροῦ σταλθεὶς σὺν δυνάμει εἰς τὰ τοῦ Πόντου κάστρα, ἤγουν Μεσημβρίαν, Ἀχελῶον, Βυζῖν, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐποιήσατο. Ὁμοίως καὶ πρὸς τὴν Σηλυμβρίαν κείμενα πυργία τοῦ ἁγίου Στεφάνου σὺν πολέμῳ λαβὼν πάντας τοὺς ἔνδον κατέσφαξεν · οἱ δὲ λοιποὶ πύργοι προσεκύνησαν, καὶ οἱ ἐπιβάται. Ὅσοι γοῦν παρεδόθησαν ἀβλαβεῖς ἐσώθησαν · οἱ δὲ ἀντισταθέντες ἀπεκεφαλίσθησαν. Ἡ δὲ Σηλυμβρία (46) μαχίμως ἀνθίστατο. Φέροντες οὖν τὴν σκευὴν ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἐκελεύσθησαν, καὶ τῷ Καρατζίαπεγ πρόσταγμα τοῦ φυλάττειν αὐτὴν, ἔφθασε σὺν ταῖς δυνάμεσι, καὶ κατατρέχειν τὰ πέριξ τὰ τῆς πόλεως, καὶ μὴ ἐᾷν τοὺς Ῥωμαίους τῶν πυλῶν τῆς πόλεως ἐξέρχεσθαι. Ἦσαν δὲ καὶ τὸν χειμῶνα ὅλον ἐκεῖ παραχειμασθέντα σκῆπτρα (47) εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως, τοῦ μὴ ἐξέρχεσθαι, καὶ καταδρομὰς ποιεῖν τοῖς Τούρκοις οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ Μυσίας, καὶ Παφλαγονίας τρία. Ἐγένετο οὖν ἡ παρεμβολὴ μεγάλη, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἴσχυον ἐξελθεῖν· ἀλλ' ὅμως ἐκ θαλάσσης καὶ αὐτοὶ σὺν διήρεσι καὶ τριήρεσι ἄχρις Κυζίκου ἐλῃ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(45) Laonicus l. VIII in principio consulendus qui apparatum istum describit, machinæque advectionem ; Leonard. etiam Chiensis adeundus, et Phrantzes l. III, c. 8.

(46) *Ἡ δὲ Σελυμβρία.* Capta Constantinopoli Selymbria deditionem fecit.

(47) *Σκῆπτρα.* Hic pro turmis equitum tribus usurpatum σκῆπτρα τρία, quæ sub totidem bandis seu vexillis stipendia faciebant.

Digitized by Google

λάτουν τὰ κατ' αἰγιαλὸν κείμενα χωρία τῶν Τούρκων καὶ πολλοὺς ἐκούρσευον, καὶ οὓς μὲν ἔσφαττον, οὓς δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀγαγόντες ἐπέπρασκον.

Καὶ σὺν αὐτοῖς τοῖς προσκρούσμασι καὶ ἔαρ ἐπέστη, καὶ αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι. Καὶ ἡ τῆς Ἐκκλησίας στάσις οὐκ ἔληξε, ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ξένην στάσιν ἐν τοῖς ἐμπιστευθεῖσι ἀκούειν λογισμοὺς ἀνθρώπων. Καὶ ἐρχόμενοι οἱ Χριστιανοὶ τοῦ ἐξομολογήσασθαι τὰ σφάλματα αὐτῶν, ἠρωτῶντο παρ' ἐκείνων, οἱ μὲν εἰ ἐκοινώνησε τοῖς ἀκοινωνήτοις, καὶ εἰ ἔτυχεν ἀκοῦσαι λειτουργίαν παρὰ τοῦ ἑνωτικοῦ ἱερέως. Ταῦτα καὶ κανὼν δριμὺς (48), καὶ ἐπιτίμιον βαρύ· μετὰ δὲ τὸ δουλεῦσαι τὸν κανόνα κατὰ τὸ ἔθος, ὁ ἄξιος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ εἰς τὸ κοινωνῆσαι, μὴ προσελθεῖν τοῖς τῆς ἑνώσεως ἱερεῦσι μετ' ἐπιτιμίου βαρέος. Οὔτε γὰρ ἱερεῖς εἰσιν, οὔτε τὰ προσφερόμενα τέλεια, ἔλεγον. Εἰ γὰρ ἐκαλοῦντο ἐν κηδείᾳ νεκροῦ, ἢ ἐν μνημοσύνῳ τεθνεῶτος, καὶ ἐφαίνετό τις τῶν ἑνωτικῶν ἐκεῖ ἱερεύς, κατευθὺς τὰς φελώνεις (49) ἐκδυόμενοι ὡς ἀπὸ πυρὸς ἔφευγον. Καὶ ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία ὡς καταφύγιον δαιμόνων, καὶ βωμὸς Ἑλληνικὸς αὐτοῖς ἐλογίζετο. Ποῦ κηροί; Ποῦ ἔλαιον ἐν ταῖς λυχναψίαις; Τὰ πάντα σκοτεινά, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύων. Ἔρημον τὸ ἅγιον τέμενος ἐφαίνετο, προσημαῖνον τὴν ἐρημίαν ἣν ὑποστῆναι μέλλει μετ' ὀλίγον διὰ τὰς παραβάσεις καὶ ἀνομίας τῶν κατοικούντων. Ὁ δὲ Γεννάδιος ἔγκλειστος ἐδίδασκε, καὶ ἁρὰς ὑπετίθει τοῖς τὴν εἰρήνην ἀσπαζομένοις. Ἔτυχον ἐγὼ μετὰ ταῦτα μιᾷ τῶν εὐγενίδων αἰχμαλωτευθείσῃ, καὶ διηγήσατό μοι, πῶς ὠδίνουσα τοῦ τεκεῖν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Τετράδι τοῦ ἔτους ἐκείνου μετεκαλέσατο τὸν πνευματικὸν αὐτῆς Ἰάκωβον ὀνόματι, καὶ ἐξωμολογήσατο. Καὶ αὐτὸς προέτρεψεν αὐτῇ τοῦ κοινωνῆσαι, καὶ αὐτὴ ἐρωτήσασα τὸν γέροντα, εἰ κωλύει τι τοῦ μεταλαβεῖν ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως, τοῦ λειτουργοῦντος ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς (50), ἔνδον τῆς αὐλῆς αὐτῆς ὑπάρχοντι (ἦν γὰρ ὁ ἱερεὺς συμφορέσας τοῖς ἑνωτικοῖς μόνον ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τότε τῇ ιβ' τοῦ Δεκεβρίου, οὐ μὴν δὲ καὶ συγκοινωνήσας· οὐ γὰρ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς συναριθμηθῆναι τοῖς συλλειτουργοῖς τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλ' ἔτυχεν ἔξω σὺν ἄλλοις βραδεῖαν τυχόντες

A multis, quorum pars cæsa, pars **146** Constantinopoli venumdata est.

Dum ver advenisset hisce pugnis levibus tempus transactum, jejuniorumque dies numerari cœpti, nec interim Ecclesiæ discidium cessabat. Omnium conspectui portentosa discordia obversabatur, in studia contraria discedentibus iis qui confessiones audiendi munere fungebantur. Ad eos enim accedentes Christiani peccata sua confessuri, interrogabantur, num cum iis qui ab Ecclesiæ communione rescisi sunt, communicassent; num ab Henotico celebratæ liturgiæ interfuissent; fatentibusque pœnitentiæ causa dura pœna inflicta, multaque gravis dicta. Peracta deinde ex more pœnitentia, B qui participatione corporis et sanguinis Dominici dignus censebatur, illa percipere a sacerdote henotico, gravi pœna indicta, vetabatur: talem enim sacerdotem non esse, nec perfecte oblationem ab eo peragi. Ad funus porro efferendum, vel mortui commemorationem faciendam vocati, ubi henoticus sacerdos illic comparuisset, stolis subito exuti, velut e flammis mediis se proripiebant. Magna etiam ecclesia dæmoniorum specus, et Græcorum gentilium delubrum censebatur. Ubi cerei? ubi oleum in lychnis accendendis? Omnia tenebris plena: nec ullus, qui eas dissiparet, aderat. Templum sacrum desertum conspiciebatur, solitudinem, qua mox, propter peccata et iniquitates in eo habitantium, complendum erat, portendens. Gennadius etiam inclusus, pacis reconciliationem amplectentes diris devovendo interim docebat. Post urbem captam, in nobilem feminam captivam casu incidi: quæ mihi narravit, quomodo ipsa partus doloribus correpta, anni illius sancta magnaque feria quarta, pneumaticum seu confessarium suum, Jacobum nomine, ad se vocaverat: quam, peccatorum confessione peracta, hortatus est ille, ut sacram communionem sumeret. Cumque senem illum interrogasset, num obstaret quidquam, ut ex manibus sacerdotis, qui in templo intra domus suæ septa sito celebrabat, sumeret (ille quippe sacerdos die tantum 12 Decembris in Magna

Ismaelis Bullialdi notæ.

(48) *Κατὼν δριμύς*. Canon hic pro pœnitentia et pœna quæ pœnitenti indicitur.

(49) *Φελώνεις*. Penulam interpretantur alii: sed genus vestis communis olim fuit. *Pallium* vertere nolui, siquidem sacerdotibus non convenit, sed solis archiep. quibus a summo pontif. confertur. A quo etiam olim patriarchæ CPolit. id acceperunt. Stolam interpretari placuit, quæ omnibus sacerdotibus convenit et propria est. Hodie apud Græcos non solum patriarchæ, sed et episc. pallium gerunt.

(50) *Ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς*. Vocabantur oratoria illa εὐκτήρια. De quibus canon 31 synodi 6, in Trullo, Τοὺς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργοῦντας κληρικοὺς ὑπὸ γνώμην τοῦτο πράττειν τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου ὁρίζομεν. Ὥστε εἴ τις κληρικὸς μὴ τοῦτο οὕτως παραφυλάξῃ, καθαιρείσθω. *Clericos, qui in oratoriis intra domus* D *privatæ parietes constructis sacra faciunt, sacras Liturgias celebrare in illis ex episcopi loci sententia et assensu decernimus. Quod si quis clericus decreto nostro non paruerit, deponatur.* Et Leo Philosophus novella 1 de illis ita statuit: Ὁρίζομεν οὖν, οὐ μόνον τοὺς ἑκάστης καθολικῆς ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἑκάστης οἰκίας, ἄδειαν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ἱεράσθαί τε καὶ μυσταγωγεῖν, οὓς ἂν προσκαλεῖσθαι αἱροῖτο ὁ ἑκάστης οἰκίας δεσπόζων. *Decernimus itaque non solum singularum ecclesiarum catholicarum* (id est hoc loco paroecialium), *sed etiam uniuscujusque domus sacerdotes, libere in omnibus domibus sacram mystagogiam celebrare posse, quos singularum domuum dominis vocare visum fuerit.* Novella deinde sequente in iis baptizare quoque permittit. Adeundus Theodorus Balsamo.

Digitized by Google

ecclesia henoticis adfuerat, nec communicaverat, cum in numerum altari ministrantium ab initio liturgiæ allectus non fuisset ; sed extra cancellos cum aliis, qui tardius venerant, nihilque aliud præter sacra indumenta gestaverant, steterat). pneumaticus ei dixit : *Tibi concessum est, Deus condonabit tibi ; abi, et communionem, omni dubio remoto, percipe. Ipse sacerdos ac minister est, discrimine illo omisso communica.* Illa vero mulier, quod a schismaticorum partibus staret, scrupulose nimis perpensa **147** senis, qui omnes obices revellebat, sententia, arium nomine Neophytum confessarium accersit, eique a pneumatico suo datam sibi licentiam declarat. Iste porro Neophytus loquendi libertatem ac confidentiam sibi assumpserat, quod pneumatici munere in imperatoriis palatiis procerumque ædibus fungerentur : quare illam allocutus a communione his verbis deterruit : *Id tibi haud licet ; si enim ex istius manibus communionem sumpseris, panem manducabis, et vinum bibes.* Quam admiranda, rex Christe longanimitas tua ! Etsi sacerdos Latinus esset, stultitia tua, tenebris excæcate, aliqua, quamvis absurda, ratione excusari posset. Quod scilicet Latino sermone ad Deum preces recitasset, quod non esset fermentatus panis, nec aqua calida adhibita ; aliaque absurda allegare potuisses, quæ orthodoxus tamen ore nunquam proferet ; nec, vel minimum, adversus divina mysteria hoc modo peracta murmurabit ; talia enim quilibet ausus, lapidibus obruendus est. Quid ? vel quomodo obloqui potes divinis mysteriis idiomate tuo celebratis ? quid illis precibus opponere ? quibus tibi cum cæteris orientis sacerdotibus communis est usus. Aliud allegare non potes, o Pharisæe vane, nisi quod purus es et intactus, a cæterisque Christianis separatus, addam ego, et excommunicatus. Illa porro mulier nobilis inter contraria præcepta animo fluctuans communione die illo abstinuit ; ita ut nocte sequenti, non sumpta prius Eucharistia, pepererit. Quod si mors subsequebatur, damno spiritus illius anima obsignata fuisset (id est damnum, non accepto Spiritus divini signaculo, anima illius passa fuisset) Neophyti culpa, et mali spiritus, quo agebatur, errore. Sed redeamus ad narrationis nostræ fluctus : et mare furens, gubernatore excusso, arcam Noe absorbere et in profundum deprimere intueamur, mundaque volatilia, tanquam immunda, impollutorum unguibus discerpenda projicere contemplemur.

Tyrannus enim, Martio incipiente, nuntiis in omnes provincias missis, singulos ad urbem oppugnandum militatum venire jussit. Cuncti ergo, qui datis nominibus stipendia merebant, accesserunt ; numero infinito eorum, qui sponte castra sequebantur, iis adjuncto. Universi enim, qui urbem oppugnandam esse audierunt, tam pueri ob ætatem

A τὴν ἔλευσιν, καὶ ἵσταντο ἐν τῷ ναῷ φοροῦντες τὰς ἱερατικὰς αὐτῶν στολὰς μόνον). Ὁ δὲ πνευματικὸς εἶπεν αὐτῇ· *Συγκεχωρημένον ἐστίν, ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι· ἄπελθε, κοινώνησον ἀποβάλλουσα πάντα σκότον. Καὶ γὰρ ἱερεύς ἐστι καὶ λειτουργὸς, ἀδιακρίτως κοινώνησον.* Ἡ δὲ ἐπὶ τῇ ἀνεμποδίστῳ ἀπολογίᾳ τοῦ γέροντος δειλιάσασα, ἦν γὰρ ἐκ τοῦ μέρους τῶν σχισματικῶν, μεταπαλεῖται ἄλλον Νεόφυτον ὀνόματι, καὶ δηλοῖ αὐτῷ τὴν λύσιν τοῦ πνευματικοῦ αὐτῆς· ἦν γὰρ αὐτὸς ὁ Νεόφυτος παῤῥησίαν ἔχων, καὶ πνευματικεύων ἐν ἀνακτόροις καὶ μεγιστάνων οἴκοις. Ἐκώλυσε δὲ ταύτην, λέγων, *Ἀσυγχώρητόν ἐστιν. Εἰ γὰρ λάβοις* (51) *κοινωνίαν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἄρτον ἔφαγες, καὶ οἶνον ἔπιες.* Ὦ τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστὲ βα-
B σιλεῦ ! Σκοτεινὲ καὶ τυφλέ· εἰ ὁ ἱερεὺς ἦν Λατῖνος, εἶχεν ἂν λόγον ἄλογον ἡ μωρία σου· ὡς ὅτι Λατινικῶς τὰς εὐχὰς τῷ Θεῷ ἀπέδωκε, καὶ ὁ ἄρτος οὐκ ἦν ἔνζυμος (52), καὶ τὸ ὕδωρ οὐκ ἦν ζέον, καὶ ἄλλα τινὰ ἄλογα αἰτιάματα, ἃ οὐκ ἔξεστιν ὀρθοδόξῳ στόμα ἀνοῖξαι, καὶ γλῶτταν κινῆσαι κατὰ τῶν θείων μυστηρίων τῶν οὕτω τελουμένων· ὁ γὰρ τοῦτο τολμήσας ἄξιος λιθοστρωθῆναι. Πῶς, ἢ τί ἔχεις ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν θείων μυστηρίων τῶν τελεσθέντων ἐκ γλώττης σῆς, καὶ εὐχῶν ὧν σὺ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς ἱερεῖς χρῶνται ; Οὐκ ἔχεις ἄλλο εἰπεῖν, ὦ Φαρισαῖε κενὲ, πλὴν ὅτι καθαρὸς εἰ, καὶ μολυσμοῦ ἀμέτοχος, καὶ κεχωρισμένος τῶν λοιπῶν Χριστιανῶν, προσθήσω δὲ κἀγὼ τὸ, καὶ ἀφωρισμένος. Ἡ δὲ εὐγενὴς ἐκείνη γυνὴ, διχονοοῦσα ἐν μέσῳ τῶν
C δύο τούτων προστάξεων, ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐ μετέλαβε· καὶ διὰ τῆς νυκτὸς ἀκοινώνητος τέτοκεν. Εἰ γὰρ ἐπηκολούθησεν θάνατος, εἶχεν ἂν ἡ ψυχὴ αὕτη τὴν σφραγῖδα ζημίαν τοῦ Πνεύματος δι' αἰτίαν τοῦ Νεοφύτου, καὶ τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ πονηροῦ πνεύματος. Ἀλλ' ἐπανίωμεν πρὸς τὰ τῆς διηγήσεως κύματα, καὶ ἴδωμεν τὴν ἀγριαινομένην θάλασσαν πῶς μέλλει χαῦναι, καὶ καταποντίσαι τὴν κιβωτὸν, τὴν τὸν Νῶε τὸν κυβερνήτην διώξασαν, καὶ τὰ καθαρὰ πετεινὰ ὑπὸ τῶν μὴ καθαρῶν ὡς ἀκάθαρτα παραβλέψασαν.

D Ὁ γὰρ τύραννος ἀπ' ἀρχῆς Μαρτίου μηνὸς ἐπεμψε μηνυτὰς, καὶ κήρυκας εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας, τοῦ ἐξέρχεσθαι ἕκαστον ἐν τῇ στρατιᾷ κατὰ τῆς πόλεως. Τὰ στρατεύματα μὲν οὖν, ὅσα διὰ προσόδων καὶ ῥόγας ἦσαν γεγραμμένα, συνέῤῥεον· τὰ δὲ ἄγραφα τὰ καὶ μυριάριθμα τίς διηγήσεται ; Πᾶς γὰρ ἕκαστος ἀκούων κατὰ τῆς πόλεως ἔτρεχεν, οὐ-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(51) *Εἰ γὰρ λάβοις.* Quasi corporis Dominici consecratione conficiendi potestatem, unionem amplexus amisisset : insaniisse Græcos ac transversos actos fuisse certissimum est.

(52) *Οὐκ ἦν ἔνζυμος.* Ista ad Ecclesiæ Græcæ ritum pertinent, quæ panem fermentatum adhibet et aquam calidam calici immiscet.

Digitized by Google

τως ὁ μὴ δυνάμενος βαδίζειν ἕνεκα παιδικῆς ἡλικίας, καθὼς ὁ μὴ δυνάμενος τρέχειν ἕνεκα γήρους. Οἱ δὲ πολῖται ἱκέτευον Θεὸν, τοῦ μὴ ἐπελθεῖν τῇ ἁγίᾳ ἑβδομάδι, διότι ἤκουον ὡς ὁ τύραννος ἐφ' ἅρματος καὶ ἤδη ἔρχεται. Τῇ Παρασκευῇ οὖν τῆς Διακαινησίμου (53) καὶ ὁ Ναβουχοδονόσωρ ἐπὶ θύραις Ἱερουσαλὴμ· καὶ πήξας τὰς αὐτοῦ σκηνὰς κατέναντι τῆς πύλης τοῦ Χαρισοῦ (54) ὄπισθεν τοῦ βουνοῦ. Καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης (55), τῆς κειμένης ἐγγὺς τοῦ παλατίου, ἕως τῆς Χρυσῆς πύλης (56) τῆς πρὸς νότον· καὶ ἔτι ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης ἕως τοῦ Κοσμηδίου (57), καὶ ὀπὸ τοῦ νότου εἰς πλάτος ὅσον περιέφερον κάμπον οἱ ἄμπελοι· καὶ γὰρ ἦσαν προλαβὼν φθαρέντες παρὰ τοῦ Καρατζία· καὶ περιεχαράκωσεν αὐτὴν

A teneram vix gradientes, quam senes annis gravati, accurrerunt. Constantinopolitani interim Deo supplicare, ut hebdomada sancta tyrannus, qui curru adventare nuntiabatur, urbis oppugnationem non aggrederetur. Die igitur Parasceves Diacænesimæ **148** septimanæ (id est feria 6 seu die Veneris post Pascha) ad portas Hierusalem Nabuchodonosor venit : et tentoria sua ante Charsi portam post collem fixit. A porta vero, quæ Ligni appellatur, palatio vicina, usque ad Auream portam, quæ meridiem respicit, ab eademque Ligni porta usque ad Cosmedium et meridiem versus, quantum vineta a Caracia jam devastata in latitudinem capere poterant, omnes ejus copiæ castra locaverunt. Aprilis ergo die sexta, Parasceve post Pa-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(53) *Τῇ Παρασκευῇ οὖν τῆς Διακαινησίμου.* Hebdomada illa Diacænesimi, seu renovationis, ea est, quæ Paschatis diem sequitur : cujus Codinus Curopalates meminit c. 14, lib. *De officiis aulæ Constantinop.* Vocatur etiam νέα, id est nova, ob renovatos baptismate catechumenos, qui Paschate baptizati fuerant. Latina Balsamonis commentarior. in Canones apostol. canone 69 versio, quorum textus Græcus non exstat, sic habet : *Hebdomas autem* τῆς Διακαινησίμου, *tanquam ipse magnus dies Dominicus reputatur.* Anno illo aureus numerus seu lunæ cyclus fuit 10, cyclus solis 6, littera G. Pascha Aprilis 1, feria 6, diacænesimi Aprilis 6, Pentecoste. Maii 20, Dominica omnium SS. Maii 27. Juxta Ducam ergo, cœpit Contantinop. obsidio Aprilis die 6. Juxta vero Leonard. Chiensem, et, qui eum secutus est, Bizarum, cœpit Nonis seu die 5 Aprilis. Phranzes April. 2 obsideri cœpisse, l. III, c. 8, asserit. Hist. Turc. oppugnationem tradunt Rebiul-euel die 17, qui fuit Martii dies 28.

(54) *Κατέναντι τῆς πύλης τοῦ Χαρισοῦ.* Alibi habet Χάρσου. Gylius, lib. I, cap. 28 *Topographiæ Constantinopoleos*, portæ Charsianæ meminit. Leunclavius, cap. 200 *Pandectar. Hist. Turcicæ*, hodie vocari a Turcis *Egri capi*, id est *obliquam portam* docet. Græca vox κάρσιος *obliquum* significat : et tramite obliquo, in urbem per illam portam patet ingressus, qualem, in portis arcium urbiumque munitarum locandis, architecti nostri regulam servant. Loco citato notat Leunclavius, a quodam Charsia portam illam Charsiam appellatam, quem Venetæ factionis fuisse *Paralipomena originum Constantinopolitanarum* a Gretzero edita tradunt et Magdalæ cujusdam tribuni plebis collegam ; quando Theodosius junior, diebus sexaginta, muros terrestres ad Blachernas usque construxit. Vicina est illa porta palatio, Constantini vulgo dicto, Blacherniano olim appellato. Leonardus Chiensis portam illam appellat Caligaream ; sive Caligariorum, qui sutores sunt. In illo Constantini palatio, cubiculi superioris concamerationis januæ boream spectantis, et qua in meniana patet exitus, lapidi superli inari aquila biceps alis expansis insculpta est : et in columellarum, quæ meniana ambiunt, capitulis lilia scuti Francici cernuntur ; aliquot etiam scuta hac forma expressa in palatio illo videntur. Aliquando putavi Pascha legi debe scuta illa in mentione Pas chatis : quod Constantinopoli capta, utrumque Paschatisfestum in urbe celebrassent, quod etiam Balduinus in festo Paschatis, ut historici tradunt, et eorum aliqui in ipsa Paschatis vigilia, Constantinopolitanus imperator electus sit.

(55) *Ἀπὸ δὲ τῆς Ξυλοπόρτης.* Xyloporta est illa quæ vicinissima est occidentali urbis angulo. Blacherniana olim dicta fuit, quod Blachernarum templo proxima esset. Videndus Gillius lib. I, c. 20, Leunclavius, *Pandectis Hist. Turc.* 200, appellat eam Xylokercon Verum diversas fuisse persuadeor, hancque Xylokercon, eam esse quam Ducas Kercoportam infra appellat, quæ jam a longo tempore occlusa tenebatur. Quod ut credamus et asseramus auctor nobis est Cantacuzenus, lib. III, c. 9 : Καὶ διελέγετο κρύφα τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις, ἐὰν δύναιντο τὴν πόλιν αὐτῷ παραδόναι· ἐπηγγέλλοντό τε τὴν τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένην πύλην ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἀπῳκοδομημένην διορύξαντες εἰσάγειν. *Clam etiam cum amicis suis, qui Constantinopoli morabantur, colloquitur et agit, quomodo sibi urbem tradere possent. Promittebant illi portam, quæ Xylokerci dicitur, quæque a multis annis pariete clausa erat, perfossuros, et ut illa ingrederetur urbem, patefacturos.*

(56) *Τῆς Χρυσῆς πύλης.* Aurea porta adhuc clausa est. Selymbriæ porta olim appellabatur, ut notat Leunclav. loco citato. Ad illam extra muros fons adhuc exstat, prope quem templum B. Mariæ Deiparæ exstructum erat. In marmore sculpti Herculei labores Auream portam ornantes cernuntur. Sed calcis albo, cum anno 1647 eos considerabam ut et totus mœnium ambitus, inducti erant : ita ut oculos fugeret sculpturæ elegantia.

(57) *Ἕως τοῦ Κοσμηδίου.* De Cosmedio Zonaras *Annal.* tom. III, in Romano Lecapeno : ex quo ad littus Ceratini sinus extra urbem situm fuisse patet, Καὶ κατὰ τὸν τοῦ Κοσμειδίου αἰγιαλόν, etc. Nicetas etiam, in *Annalibus*, Ἡ δὲ ἵππος μετὰ τῆς προβεβλημένης πεζῆς στρατιᾶς τῷ Κοσμιδίῳ ἐφίστανται, μικρὰν ἐφευρηκότες ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἀντίστασιν περὶ τὴν ἐκεῖ που γέφυραν καὶ τὸν λεγόμενον Τρυπητὸν λίθον. Καὶ τὰ μὲν πλοῖα, καὶ αἱ νῆες, καὶ οἱ δρόμωνες ἐκεῖ που προσίσχουσι. *Copiæ equestres (Latinorum) cum peditatu, qui antecedebat, Cosmedium occupant : cum languide ipsis restitissent Romæi, qui ad pontem illic constructum, et lapidem Perforatum appellatum stationem habebant.* Fuisse autem locum illum extra urbis muros ex eodem loco constat, σκηνάς τε ὀρθὰς ἑώρων οἱ ἐν τοῖς τείχεσι. *Erecta tentoria (Latinorum) videbant, qui intra muros erant.* Et capite seq. satis ostendit Ducas ad littus Ceratini sinus extra urbem Cosmidium situm fuisse. Locus ergo ille ad extremum littus sinus Ceratini situs erat juxta pontem S. Mamantis : et alius esse nequit, præter eum qui hodie Albazari appellatur : cui vicina est Meschita IVP appellata ; in qua collegii doctorum et legisperitorum pontif. Muphti appellatus, imperatori novo imperium adepto, pre ibus quibusdam additis, adnacem cingit.

Digitized by Google

scha, obsidione urbem cinxit Mehemetes. Constantinopolitani a quo die in ecclesia Magna facta est concordiæ reconciliatio, illam ut Judæorum synagogam refugiebant; nec in ea oblatione holocausto aut incenso litabatur. Si quis sacerdotum divinam liturgiam die aliquo insigni celebrare voluisset, qui precabantur, quousque ad oblationem sacrorum donorum ventum fuisset, astabant: deincepsque omnes tam mulieres quam viri, monachi atque moniales exibant. Quid pluribus opus est? templum illud pro delubro et ara gentilium, et sacrificium, perinde ac Apollini factum, æstimabant. Quare Isaias tanquam ex ore Dei sic loquitur: «Ecce, ut hunc populum transmigrare faciam, paratus ero; translatione eum transferam: sapientiam eorum qui sapiunt, disperdam; prudentiumque prudentiam dissipabo. Væ illis qui profunda consilia, non expetito Domini consilio, ineunt. Qui consilia occulta capiunt, tenebrisque opera sua abscondunt. Qui dicunt, Quis nos videbit? quis nos vel opera nostra cognoscet? Propterea hæc dicit Dominus: Væ illis apostatis! consilium me inconsulto habuistis: utque peccata peccatis adjiceretis, pacta, Spiritu meo nequaquam ducti, pepigistis.» Gennadius interim adversus Henoticos docere ac scribere singulis diebus non cessabat: et sapientissimum beatumque Thomam Aquinatem ejusque scripta, Demetrium etiam Cydonem hæresis arguere contendens, rationes syllogismosque adversus eos texebat. Conscius ei erat operisque sŏcius, e senatoribus primus Mesazon, idemque dux magnus; cujus contra Latinos, magis vero contra ipsam urbem, temeraria impudentia eo usque prorupit, cum Turcorum ingenti exercitu se peti viderunt Romæi, ut dixerit, Turcorum mitram ac rediniculum in media urbe dominari, quam Latinorum galerum regnantem conspicere, potius esse, cum interim Romæi, omni salutis abjecta spe, hæc vota conciperent: *Utinam in Latinorum potestatem, qui Christum ejusque matrem Deiparam invocant, urbs nostra deveniret, nec Turcis impiis traderemur!* quibus **149** contraria, quæ retulimus, Mesazon prædicabat. Sed ad eum Isaias

Ἀπριλίῳ ς' ἡμέρᾳ, Παρασκευῇ τῇ μετὰ τὸ Πάσχα. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ ἐγένετο τάχα ἡ ἕνωσις ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὡς Ἰουδαίων συναγωγὴν ταύτην ἀπέφευγον, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ οὔτε προσφορὰ, οὔτε ὁλοκαύτωσις, οὔτε θυμίαμα. Εἴ ἔτυχέ τις τῶν ἱερέων λειτουργῆσαι Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ ἐπισήμῳ, οἱ προσευχόμενοι μέχρι τῆς ὥρας τῆς προσφορᾶς ἵσταντο· καὶ τότε πάντες ἐξήρχοντο οὕτω γυναῖκες ὡς ἄνδρες, οὕτως μοναχοὶ ὡς μονάζουσαι. Τί χρὴ λέγειν; καὶ τὸν ναὸν ὡς βωμὸν, καὶ τὴν θυσίαν ὡς Ἀπόλλωνι τελουμένην ἐνόμιζον. Διὰ τοῦτο Ἡσαΐας ὡς ἐκ στόματος Θεοῦ φησιν· *Ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μετιθήσω αὐτοὺς μεταθέσει, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Οὐαὶ τοῖς βαθέως ποιοῦσι βουλὴν, καὶ οὐ διὰ Κυρίου. Οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐροῦσιν· Τίς ἡμᾶς ἑώρακε; καὶ τίς ἡμᾶς γνώσεται, ἢ ἃ ἡμεῖς ποιοῦμεν; Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος, Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου, τοῦ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις.* Ὁ δὲ Γεννάδιος οὐ διέλειπε καθ' ἑκάστην διδάσκων, καὶ γράφων κατὰ τῶν Ἑνωτικῶν, καὶ πλέκων συλλογισμοὺς καὶ ἀντιφάσεις κατὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαρίτου Θωμᾶ τοῦ δὲ Ἀκίνου (58), καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, καὶ κυρίου Δημητρίου τοῦ Κυδώνη (59) ἀποδεικνύων αὐτοὺς αἱρετικούς· ἔχων ἐκ τῆς συγκλήτου τὸν πρῶτον Μεσάζοντα τὸν μεγαδοῦκα συνεργὸν (60) καὶ συνίστορα· τὸν καὶ τοσοῦτον εἰπεῖν τολμήσαντα κατὰ Λατίνων, ὅτε εἶδον οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἀναρίθμητον στρατὸν τῶν Τούρκων, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς πόλεως, Κρειττότερόν ἐστιν εἰδέναι ἐν μέσῃ τῇ πόλει φακιόλιον βασιλεῦον Τούρκων ἢ καλύπτραν Λατινικήν. Καὶ γὰρ ἀπεγνώκεσαν οἱ τῆς πόλεως. Ἔλεγον, *Εἴθε ἐδόθη ἡ πόλις ἐν χερσὶ τῶν Λατίνων τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστὸν καὶ Θεοτόκον, καὶ μὴ ἀπορριφθῶμεν ἐν ταῖς τῶν ἀσεβῶν παιδείαις!* Τότε καὶ αὐτὸς ἐκεῖνο ἐφθέγξατο. Ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἡσαΐας ἐφθέγξατο, καθὰ καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ· *Ἄκουσον τὸν λόγον Κυρίου Σαβαὼθ· ἰδοὺ ἡμέ-*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(58) *Κατὰ τοῦ σοφωτάτου* etc. *Θωμᾶ τοῦ δὲ Ἀκίνου.* Beatus Thomas de Aquino opusculum scripsit *Adversus Græcos*: quod Urbano quarto pontifici Maximo dedicavit. Exstat editum in operum illius tomo XVII, eodemque continetur aliud opusculum ordine tertium, *Adversus Græcos, Armenos et Saracenos* scriptum.

(59) *Δημητρίου τοῦ Κυδώνη.* Joan. Cantacuz., lib. IV. cap. 16 *Histor.*, hujus viri eruditissimi, cujus plura doctrinæ ac eruditionis monumenta exstant, mentionem facit. Fuit Cantacuzeno familiaris hic Demetrius, vitamque monasticam cum Nicolao Cabasila ampleti aliquando meditatus est. In serenissimi Hetruriæ magni ducis bibliotheca Laurentiana, Ptolemæi mathematicæ Syntaxeos volumen in membranis elegantissime scriptum asservatur, quod hic Cydones in bibliotheca sua olim habuit. In illo tres lunares eclipses Thessalonicæ observatæ, earumque momenta adnotantur, ex quibus epicycli lunaris quantitas demonstratur. Has observationes a Cydone et Cabasila habitas et consignatas fuisse arbitror; quarum prior facta adnotatur anno Alexandri 1665, Athyr 13 in 14, in ascente hora 2, m. 24, post mediam noctem sole Sagittarii gradum 16, m. 7, percurrente.

(60) *Μεγαδοῦκα συνεργόν.* Hic est Lucas Notaras de quo cap. 19 supra mentio facta est, quem Leonardus Chiensis chir. Lucam appellat, id est κύριον Λουκᾶν, *signor Luca*: qui cum Scholario sentiebat, de quibus talia verba fecit Leonardus, *Intendebat ex una parte Scholarius, ex altera chir Luca quandoque ad præsentiam semet apostolicam conferre, ut hi essent, qui soli rem intellexisse viderentur, quique primi laudarentur tantæ unionis auctores.*

Digitized by Google

ραι ἔρχονται, καὶ λήψονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου. Καὶ ὅσα συνήγαγον οἱ πατέρες σου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, εἰς Βαβυλῶνα ἥξει, καὶ οὐδὲν οὐ μὴ καταλειφθῇ· καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου τῶν ἐξερχομένων ἀπὸ σοῦ, ὧν γεννήσεις, λήψονται, καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων.

A sicut et Ezechiæ locutus est : « Audi verbum Domini exercituum. Ecce dies veniunt, quibus cuncta, quæ domi possides, diripientur ; omnesque divitiæ a majoribus tuis comparatæ in Babylonem transferentur, nec earum residui quidquam tibi supererit. Filii tui qui tibi nati sunt, etiamque nascituri, rapti emasculabuntur, et spadones facti in regis Babyloniorum domo servient. »

CAPUT XXXVIII.

Constantinus et Galatini urbi tuendæ attendunt, atque etiam Veneti. Joannes Justinianus Constantinopolim cum militibus appulit, et ab imperatore honore maximo afficitur. Obsidionis initio erumpunt in hostes obsessi. Galatini Mehemetem sibi placatum volunt. Byzantinis tamen favent et opem ferunt. Mehemetis classis prope Constantinopolim accedit. Naves quinque cibariis onustæ Constantinopoleos portum, frustra Turcis obstantibus, ingrediuntur, et hinc de causa Mehemetes Contostaulum suum Paldam contumelia verberibusque afficit. Mehemetes terra e Bosphoro in sinum Ceratinum navigia et biremes transferi. Terra Constantinop. oppugnat Mehemetes, et tormentis muros quassat. Medicamen tormentis ne disrumpantur adhibitum. Joannis Huniadæ legatus consilium perniciosum adversus obsessos bombardario Mehemetis, falsa opinione ductus, dedit. Muri urbis ad S. Romani portam diruti. Obsessi strenue resistunt, sed Constantinus percellitur et ut Mehemetem ad pacem et obsidionis solutionem adducat, vectigal offert, quod respuit Mehemetes. Justinianus infelici successu Turcorum biremes in sinu Ceratino incendere tentat. Turci Galatinorum navem demergunt. Pontem in Ceratino sinu Mehemetes fabricat.

Ὁ βασιλεὺς οὖν Κωνσταντῖνος ὅσον δύναμις ἐπιμελούμενος ἐπεμελεῖτο σὺν τοῖς τοῦ Γαλατᾶ Γενουΐταις· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ εἶχον κατὰ νοῦν ἀπαραίτητον λογισμὸν, ὅτι ἐὰν ἡ πόλις ἁλῷ, καὶ τὸ φρούριον αὐτῶν ἔρημον γενήσεται. Ἐν τούτῳ στείλαντες ἐν τῇ Γενούᾳ προλαβὸν γραφὰς δεόμενοι βοηθείας, ἀντέγραψαν, ὡς ἤδη ἔρχεται μία ναῦς σὺν φ' ὁπλίταις εἰς βοήθειαν τοῦ Γαλατᾶ. Καὶ αἱ τῶν Βενετικῶν ἐμπορικαὶ τριήρεις (61) κατελθοῦσαι ἐκ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ, καὶ ἐκ Τραπεζοῦντος, ὁ βασιλεὺς οὖν, καὶ οἱ Βενετικοὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ πόλει, οὐκ εἴασαν αὐτὰς καταίρειν ἐν Βενετίᾳ, ἀλλ' ἔμειναν εἰς βοήθειαν τάχα τῆς πόλεως. Ὁμοίως καὶ ἐκ τῆς Γενούας ἐλθὼν εἷς ὀνόματι Ἰωάννης Λόγγος (62) ἐκ τῶν Ἰουστινιάνων σὺν δυσὶ νηυσὶν ὑπερμεγέθεσιν, ἔχων καὶ πολεμικὰς παρασκευὰς πολλὰς καὶ καλὰς, σὺν ἐνόπλοις νέοις Γενουΐταις ἀρεῖκὸν πνέοντας θυμόν. Καὶ ὁ αὐτὸς Ἰωάννης ἐπιδέξιος ἀνὴρ, καὶ εἰς παραταγὰς καὶ συνασπισμοὺς πολέμων δοκιμώτατος. Ἐδεξιώσατο τοῦτον ὁ βασιλεὺς, καὶ ῥόγας ἐμέτρησε τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ, καὶ εὐεργεσίας ἔνειμε, καὶ πρωτοστράτορα τοῦτον ἐτίμησε, καὶ αὐτὸς τὴν φύλαξιν τῶν πρὸς τὸ παλάτιον κειμένων τειχέων ἀνελάβετο. Καὶ γὰρ ἦσαν ὁρῶντες τὸν τύραννον ἐκεῖ τὰς σκευὰς τὰς πετροβόλους πηγνύοντα, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀντίμαχον ἐν τοῖς τείχοις παράταξιν. Εὐηργέτησε δὲ τούτῳ καὶ διὰ χρυσοβούλλου γράμματος τὴν νῆσον Λῆμνον· εἰ ἀποκρουσθήσεται ὁ Μεχεμὲτ, καὶ ὑποστραφήσεται ἄπρακτος, ἐξ ὧν θαῤῥεῖ κερδᾶναι τῆς πόλεως. Ἔκτοτε οὖν ἐμάχοντο ἡρωϊκῶς οἱ Λατῖνοι σὺν τῷ Ἰωάννῃ, ἐξερχόμενοι ἐκ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως, καὶ ἱστάμενοι ἐν τῷ ἔξω κάστρῳ, καὶ ἐν τῇ τάφρῳ· πολλάκις καὶ ἐκτὸς τῆς τάφρου ἐκπηδῶντες ἐσύνεπλέκοντο τοῖς Τούρκοις Ῥωμαῖοι, ποτὲ μὲν ἀφέντες, ποτὲ δὲ

B At vero Constantinus imperator urbi tuendæ, quantum viribus pollebat, cum Genuensibus Galatæ incolis erat intentus. Hi namque opinionem præceperant, a qua haud dimovere ipsos promptum erat, urbe capta, castrum suum etiam devastatum iri. Hac de causa Genuam litteras antea scripserant, quibus opem ac suppetias sibi mitti rogabant ; ad quas Genuenses respondere, navem unam, quæ quingentos milites Galatæ castro tuendo veheret, ad eos proficisci. Venetorum etiam triremes actuarias commercio inservientes a palude Mæoti, Tanai et Trapezunte reversas, imperator et Veneti, qui in urbe habitabant, retinuerunt, nec Venetias redire permiserunt ; ut si fors ita ferret, urbi auxilio et usui C esse possent. Advenerat Genua Joannes Longus ex gente Justiniana, duabus navibus magnis vectus ; quæ, præter multas machinas eximias cæterumque belli apparatum, militibus ætatis robore præstantibus ac generosis instructæ erant. Joannes ipse vir solers in ordinanda acie pugnisque ineundis expertus ac peritissimus erat. Illum benigne **150** suscepit imperator stipendiaque ejus militibus solvit : præterea beneficiis et protostratoris exercituum dignitate eum cohonestavit. Is itaque urbis murorum partem palatio vicinam tuendi ac propugnandi onus suscepit ; nam tyrannum tormenta ænea lapidibus emittendis parata, cæterasque ad oppugnandum machinas adD versus illam partem collocare animadverterant. Imperator insuper aurea bulla Lemnum insulam Joanni Longo donavit, si urbis obsidionem solvere coactus, frustra adhibitis machinis, reque infecta pedem Mehemetes referret. Latini Joanne duce alias portis urbis erumpentes, alias in exteriori muro stantes, quandoque in fossam desi-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61) *Βενετικῶν ἐμπορικαὶ τριήρεις.* Tres fuerunt, ut adnotat Leonardus, qui intra urbis muros tunc agebat. Aderant insuper duæ agiles seu leves triremes Venetæ actuarias illas comitatæ. Bizarus, lib. XII, naves Genuenses septem, Cretenses tres, et Chienses paucas in Byzantii portu fuisse tradit.

(62) *Ἰωάννης Λόγγος.* Leonardus eadem de Longo narrat, deque extra portas obsessorum eruptionibus.

Digitized by Google

scha, obsidione urbem cinxit Mehemetes. Constantinopolitani a quo die in ecclesia Magna facta est concordiæ reconciliatio, illam ut Judæorum synagogam refugiebant; nec in ea oblatione holocausto aut incenso litabatur. Si quis sacerdotum divinam liturgiam die aliquo insigni celebrare voluisset, qui precabantur, quousque ad oblationem sacrorum donorum ventum fuisset, astabant: deincepsque omnes tam mulieres quam viri, monachi atque moniales exibant. Quid pluribus opus est? templum illud pro delubro et ara gentilium, et sacrificium, perinde ac Apollini factum, æstimabant. Quare Isaias tanquam ex ore Dei sic loquitur: «Ecce, ut hunc populum transmigrare faciam, paratus ero; translatione eum transferam: sapientiam eorum qui sapiunt, disperdam; prudentiumque prudentiam dissipabo. Væ illis qui profunda consilia, non expetito Domini consilio, ineunt. Qui consilia occulta capiunt, tenebrisque opera sua abscondunt. Qui dicunt, Quis nos videbit? quis nos vel opera nostra cognoscet? Propterea hæc dicit Dominus: Væ illis apostatis! consilium me inconsulto habuistis: utque peccata peccatis adjiceretis, pacta, Spiritu meo nequaquam ducti, pepigistis.» Gennadius interim adversus Henoticos docere ac scribere singulis diebus non cessabat: et sapientissimum beatumque Thomam Aquinatem ejusque scripta, Demetrium etiam Cydonem hæresis arguere contendens, rationes syllogismosque adversus eos texebat. Conscius ei erat operisque socius, e senatoribus primus Mesazon, idemque dux magnus; cujus contra Latinos, magis vero contra ipsam urbem, temeraria impudentia eo usque prorupit, cum Turcorum ingenti exercitu se peti viderunt Romæi, ut dixerit, Turcorum mitram ac rediniculum in media urbe dominari, quam Latinorum galerum regnantem conspicere, potius esse, cum interim Romæi, omni salutis abjecta spe, hæc vota concipierent: *Utinam in Latinorum potestatem, qui Christum ejusque matrem Deiparam invocant, urbs nostra deveniret, nec Turcis impiis traderemur!* quibus **149** contraria, quæ retulimus, Mesazon prædicabat. Sed ad eum Isaias

A Ἀπριλίῳ ς' ἡμέρᾳ, Παρασκευῇ τῇ μετὰ τὸ Πάσχα. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ ἐγένετο τάχα ἡ ἕνωσις ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὡς Ἰουδαίων συναγωγὴν ταύτην ἀπέφευγον, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ οὔτε προσφορὰ, οὔτε ὁλοκαύτωσις, οὔτε θυμίαμα. Εἰ ἔτυχέ τις τῶν ἱερέων λειτουργῆσαι Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ ἐπισήμῳ, οἱ προσευχόμενοι μέχρι τῆς ὥρας τῆς προσφορᾶς ἵσταντο· καὶ τότε πάντες ἐξήρχοντο οὕτω γυναῖκες ὡς ἄνδρες, οὕτως μοναχοὶ ὡς μονάζουσαι. Τί χρὴ λέγειν; καὶ τὸν ναὸν ὡς βωμὸν, καὶ τὴν θυσίαν ὡς Ἀπόλλωνι τελουμένην ἐνόμιζον. Διὰ τοῦτο Ἡσαΐας ὡς ἐκ στόματος Θεοῦ φησιν· *Ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς μεταθέσει, καὶ*
B *ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Οὐαὶ τοῖς βαθέως ποιοῦσι βουλὴν, καὶ οὐ διὰ Κυρίου. Οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐροῦσιν· Τίς ἡμᾶς ἑώρακε; καὶ τίς ἡμᾶς γνώσεται, ἢ ἃ ἡμεῖς ποιοῦμεν; Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος, Οὐαὶ τέκνα ἀποστάται, ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ Πνεύματός μου, τοῦ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις.* Ὁ δὲ Γεννάδιος οὐ διέλειπε καθ' ἑκάστην διδάσκων, καὶ γράφων κατὰ τῶν Ἑνωτικῶν, καὶ πλέκων συλλογισμοὺς καὶ ἀντιφάσεις κατὰ τοῦ σοφωτάτου καὶ μακαρίτου Θωμᾶ τοῦ δὲ Ἀκίνου (58), καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, καὶ κυρίου Δημητρίου τοῦ Κυδώνη (59) ἀποδεικνύων
C αὐτοὺς αἱρετικούς· ἔχων ἐκ τῆς συγκλήτου τὸν πρῶτον Μεσάζοντα τὸν μεγαδοῦκα συνεργὸν (60) καὶ συνίστορα· τὸν καὶ τοσοῦτον εἰπεῖν τολμήσαντα κατὰ Λατίνων, ὅτε εἶδον οἱ Ῥωμαῖοι τὸν ἀναρίθμητον στρατὸν τῶν Τούρκων, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς πόλεως, Κρειττότερόν ἐστιν εἰδέναι ἐν μέσῃ τῇ πόλει φακιόλιον βασιλεῦον Τούρκων ἢ καλύπτραν Λατινικήν. Καὶ γὰρ ἀπεγνώκεσαν οἱ τῆς πόλεως. Ἔλεγον, *Εἴθε ἐδόθη ἡ πόλις ἐν χερσὶ τῶν Λατίνων τῶν ὀνομαζόντων τὸν Χριστὸν καὶ Θεοτόκον, καὶ μὴ ἀπορριφθῶμεν ἐν ταῖς τῶν ἀσεβῶν παλάμαις!* Τότε καὶ αὐτὸς ἐκεῖνο ἐφθέγξατο. Ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἡσαΐας ἐφθέγξατο, καθὰ καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ· *Ἄκουσον τὸν λόγον Κυρίου Σαβαὼθ· ἰδοὺ ἡμέ-*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(58) *Κατὰ τοῦ σοφωτάτου* etc. *Θωμᾶ τοῦ δὲ Ἀκίνου.* Beatus Thomas de Aquino opusculum scrisit *Adversus Græcos*: quod Urbano quarto pontifici Maximo dedicavit. Exstat editum in operum illius tomo XVII, eodemque continetur aliud opusculum ordine tertium, *Adversus Græcos, Armenos et Saracenos* scriptum.

(59) *Δημητρίου τοῦ Κυδώνη.* Joan. Cantacuz., lib. IV. cap. 16 *Histor.*, hujus viri eruditissimi, cujus plura doctrinæ ac eruditionis monumenta exstant, mentionem facit. Fuit Cantacuzeno familiaris hic Demetrius, vitamque monasticam cum Niceslao Cabasila ampleti aliquando meditatus est. In serenissimi Hetruriæ magni ducis bibliotheca Laurentiana, Ptolemæi mathematicæ Syntaxeos volumen in membranis elegantissime scriptum asservatur, quod hic Cydones in bibliotheca sua olim habuit. In illo tres lunares eclipses Thessalonicæ

D observatæ, earumque momenta adnotantur, ex quibus epicycli lunaris quantitas demonstratur. Has observationes a Cydone et Cabasila habitas et consignatas fuisse arbitror; quarum prior facta adnotatur anno Alexandri 1665, Athyr 13 in 14, in ascente hora 2, m. 24, post mediam noctem sole Sagittarii gradum 16, m. 7, percurrente.

(60) *Μεγαδοῦκα συνεργόν.* Hic est Lucas Notaras de quo cap. 19 supra mentio facta est, quem Leonardus Chiensis chir. Lucam appellat, id est κύριον Λουκᾶν, *signor Luca*: qui cum Scholario sentiebat, de quibus talia verba fecit Leonardus, *Intendebat ex una parte Scholarius, ex altera chir Luca quandoque ad præsentiam semet apostolicam conferre, ut hi essent, qui soli rem intellexisse viderentur, quique primi laudarentur tantæ unionis auctores.*

Digitized by Google

ραι ἔρχονται, καὶ λήψονται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου. Καὶ ὅσα συνήγαγον οἱ πατέρες σου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, εἰς Βαβυλῶνα ἤξει, καὶ οὐδὲν οὐ μὴ καταλειφθῇ· καὶ ἀπὸ τῶν τέκνων σου τῶν ἐξερχομένων ἀπὸ σοῦ, ὧν γεννήσεις, λήψονται, καὶ ποιήσουσι σπάδοντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων.

A sicut et Ezechiæ locutus est : « Audi verbum Domini exercituum. Ecce dies veniunt, quibus cuncta, quæ domi possides, diripientur ; omnesque divitiæ a majoribus tuis comparatæ in Babylonem transferentur, nec earum residui quidquam tibi supererit. Filii tui qui tibi nati sunt, etiamque nascituri, rapti emasculabuntur, et spadones facti in regis Babyloniorum domo servient. »

CAPUT XXXVIII.

Constantinus et Galatini urbi tuendæ attendunt, atque etiam Veneti. Joannes Justinianus Constantinopolim cum militibus appulit, et ab imperatore honore maximo afficitur. Obsidionis initio erumpunt in hostes obsessi. Galatini Mehemetem sibi placatum volunt. Byzantinis tamen favent et opem ferunt. Mehemetis classis prope Constantinopolim accedit. Naves quinque cibariis onustæ Constantinopoleos portum, frustra Turcis obstantibus, ingrediuntur, et hac de causa Mehemetes Contostaulum suum Paldam contumelia verberibusque afficit. Mehemetes terra e Bosphoro in sinum Ceratinum navigia et biremes transfert. Terra Constantinop. oppugnat Mehemetes, et tormentis muros quassat. Medicamen tormentis ne disrumpantur adhibitum. Joannis Huniadæ legatus consilium perniciosum adversus obsessos bombardario Mehemetis, falsa opinione ductus dedit. Muri urbis ad S. Romani portam diruti. Obsessi strenue resistunt, sed Constantinus percellitur et ut Mehemetem ad pacem et obsidionis solutionem adducat, vectigal offert, quod respuit Mehemetes. Justinianus infelici successu Turcorum biremes in sinu Ceratino incendere tentat. Turci Galatinorum navem demergunt. Pontem in Ceratino sinu Mehemetes fabricat.

Ὁ βασιλεὺς οὖν Κωνσταντῖνος ὅσον δύναμις ἐπιμελούμενος ἐπεμελεῖτο σὺν τοῖς τοῦ Γαλατᾶ Γενουΐταις· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ εἶχον κατὰ νοῦν ἀπαραίτητον λογισμόν, ὅτι ἐὰν ἡ πόλις ἁλῷ, καὶ τὸ φρούριον αὐτῶν ἔρημον γενήσεται. Ἐν τούτῳ στείλαντες ἐν τῇ Γενούᾳ προλαβὸν γραφὰς δεόμενοι βοηθείας, ἀντέγραψαν, ὡς ἤδη ἔρχεται μία ναῦς σὺν φ' ὁπλίταις εἰς βοήθειαν τοῦ Γαλατᾶ. Καὶ αἱ τῶν Βενετικῶν ἐμπορικαὶ τριήρεις (61) κατελθοῦσαι ἐκ τῆς Μαιώτιδος λίμνης, καὶ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ, καὶ ἐκ Τραπεζοῦντος, ὁ βασιλεὺς οὖν, καὶ οἱ Βενετικοὶ οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ πόλει, οὐκ εἶασαν αὐτὰς καταίρειν ἐν Βενετίᾳ, ἀλλ' ἐμεινάγ εἰς βοήθειαν τάχα τῆς πόλεως. Ὁμοίως καὶ ἐκ τῆς Γενούας ἐλθὼν εἷς ὀνόματι Ἰωάννης Λόγγος (62) ἐκ τῶν Ἰουστινιάνων σὺν δυσὶ νηυσὶν ὑπερμεγέθεσιν, ἔχων καὶ πολεμικὰς παρασκευὰς πολλὰς καὶ καλάς, σὺν ἐνόπλοις νέοις Γενουΐταις ἀρεῖκὸν πνέοντας θυμόν. Καὶ ὁ αὐτὸς Ἰωάννης ἐπιδέξιος ἀνὴρ, καὶ εἰς παραταγὰς καὶ συνασπισμοὺς πολέμων δοκιμώτατος. Ἐδεξιώσατο τοῦτον ὁ βασιλεὺς, καὶ ῥόγας ἐμέτρησε τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ, καὶ εὐεργεσίας ἔνειμε, καὶ πρωτοστράτορα τοῦτον ἐτίμησε, καὶ αὐτὸς τὴν φύλαξιν τῶν πρὸς τὸ παλάτιον κειμένων τειχέων ἀνελάβετο. Καὶ γὰρ ἦσαν ὁρῶντες τὸν τύραννον ἐκεῖ τὰς σκευὰς τὰς πετροβόλους πηγνύοντα, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀντίμαχον ἐν τοῖς τείχοις παράταξιν. Εὐηργέτησε δὲ τούτῳ καὶ διὰ χρυσοβούλλου γράμματος τὴν νῆσον Λῆμνον· εἰ ἀποκρουσθήσεται ὁ Μεχεμὲτ, καὶ ὑποστραφήσεται ἄπρακτος, ἐξ ὧν θαῤῥεῖ κερδᾶναι τῆς πόλεως. Ἔκτοτε οὖν ἐμάχοντο ἡρωϊκῶς οἱ Λατῖνοι σὺν τῷ Ἰωάννῃ, ἐξερχόμενοι ἐκ τῶν πυλῶν τῆς πόλεως, καὶ ἱστάμενοι ἐν τῷ ἔξω κάστρῳ, καὶ ἐν τῇ τάφρῳ· πολλάκις καὶ ἐκτὸς τῆς τάφρου ἐκπηδῶντες ἐσύνεπλέκοντο τοῖς Τούρκοις Ῥωμαῖοι, ποτὲ μὲν ἀφέντες, ποτὲ δὲ

B At vero Constantinus imperator urbi tuendæ, quantum viribus pollebat, cum Genuensibus Galatæ incolis erat intentus. Hi namque opinionem præceperant, a qua haud dimovere ipsos promptum erat, urbe capta, castrum suum etiam devastatum iri. Hac de causa Genuam litteras antea scripserant, quibus opem ac suppetias sibi mitti rogabant ; ad quas Genuenses respondere, navem unam, quæ quingentos milites Galatæ castro tuendo veheret, ad eos proficisci. Venetorum etiam triremes actuarias commercio inservientes a palude Mæoti, Tanai et Trapezunte reversas, imperator et Veneti, qui in urbe habitabant, retinuerunt, nec Venetias redire permiserunt ; ut si fors ita ferret, urbi auxilio et usui C esse possent. Advenerat Genua Joannes Longus ex gente Justiniana, duabus navibus magnis vectus ; quæ, præter multas machinas eximias cæterumque belli apparatum, militibus ætatis robore præstantibus ac generosis instructæ erant. Joannes ipse vir solers in ordinanda acie pugnisque ineundis expertus ac peritissimus erat. Illum benigne **150** suscepit imperator stipendiaque ejus militibus solvit : præterea beneficiis et protostratoris exercituum dignitate eum cohonestavit. Is itaque urbis murorum partem palatio vicinam tuendi ac propugnandi onus suscepit ; nam tyrannum tormenta ænea lapidibus emittendis parata, cæterasque ad oppugnandum machinas adD versus illam partem collocare animadverterant. Imperator insuper aurea bulla Lemnum insulam Joanni Longo donavit, si urbis obsidionem solvere coactus, frustra adhibitis machinis, reque infecta pedem Mehemetes referret. Latini Joanne duce alias portis urbis erumpentes, alias in exteriori muro stantes, quandoque in fossam desi-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(61) *Βενετικῶν ἐμπορικαὶ τριήρεις.* Tres fuerunt, ut adnotat Leonardus, qui intra urbis muros tunc agebat. Aderant insuper duæ agiles seu leves triremes Venetæ actuarias illas comitatæ. Bizarus, lib. XII, naves Genuenses septem, Cretenses tres, et Chienses paucas in Byzantii portu fuisse tradit.

(62) *Ἰωάννης Λόγγος.* Leonardus eadem de Longo narrat, deque extra portas obsessorum eruptionibus.

Digitized by Google

lientes fortissime pugnaverunt. Sæpius etiam fossa superata Romæi vario successu, modo cedentes, modo captivos Turcos trahentes, cum his manus conseruere. Hoc tamen Romæis minime conducebat; quippe verum dictu adversus viginti Turcos Romæum unum stetisse. Cominus cum Turcis pugnando, eruptione e portis facta, quid commodi ad eos redibat? Propterea consilium datum est, ut Romæi per propugnacula stationes habentes, alii quidem jaculis, alii sagittis pugnarent: alii cannis ferreis globulos plumbeos in hostes emitterent; hi quini vel deni, nucum Ponticarum magnitudine, pulvere ignescente simul emissi, vim perforandi ac penetrandi habent; ita ut in hominem ferro armatum si ceciderit unus, clypeum et corpus transadactus pervadat in aliumque obvium transiliat, et ab hoc in alium, donec vis pulveris refrigescat: hocque impetu duos vel tres homines interfici simul possibile. Machinam istam ejusque usum didicerunt amplioremque fecerunt Turci.

Aprilis mensis trientes duo paucis velitationibus subitisque præliis transacti sunt, dum tyrannus novis copiis contractis exercitum suum augeret; ad quem multitudo innumerabilis militum, tam qui nomina vocati militiæ dederant, quam qui sponte venerant, confluxit; qui itaque illum considerabant, quadringenta hominum millia superare conjecerunt. Galatini equidem Genuenses, dum tyrannus Adrianopoli adhuc ageret, destinatis ad eum legatis amicitiam integram illibatamque servare, renovatis scriptis olim fœderibus profitentur. Amicum se eis esse respondit, nullaque ab eis quos diligeret, causa se divelli passurum, modo urbi auxilium ipsos non tulisse constaret: quod se haud facturos polliciti sunt. Verumtamen unus ab altero, quod successus probavit, delusus ac derisus est. Galatini enim, quomodo superioribus **151** temporibus urbem bello petitam, ac obsidione ab illius majoribus, qui re infecta recesserant, frustra cinctam noverant: eumdem exitum hunc manere principem persuasi, Constantinopolitanis benevoli ac amici, ex oppidanis suis cohortes auxiliares miserunt: quodque Mehemetis amicitia ipsis valde suspecta erat fictaque videbatur, clam urbi, prout ipsos decebat, opem ferebant. Secum rursus hæc dicebat tyrannus: *Serpentem dormire sinam, quousque draconem occidero: uno deinde, eoque levi, ictu capiti impacto vertigine circumactum calcabo*; quod etiam postea contigit. Eodem etiam

λαμβάνοντες. Πλὴν τοῦτο οὐκ ἦν ἀπᾴδον τοῖς Ῥωμαίοις. Καὶ γὰρ εὔλογον ἂν εἰπεῖν εἶναι ἕνα Ῥωμαίων πρὸς εἴκοσι Τούρκους· τί ἐδύναντο καταπροσωπῆσαι, καὶ ἐξελθεῖν; Πλὴν ἡ βουλὴ ἐδίδοτο, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους ἀντιμαχεῖν ἐκ τῶν τειχῶν διὰ τῶν προμαχώνων, οἱ μὲν διὰ τζαγραβολικῶν βελῶν, οἱ δὲ διὰ τοξικῶν, ἄλλοι διὰ μολυβδοβόλων ἀπολυομένων διὰ βοτανῶν πέντε καὶ δέκα ὁμοῦ, σμικρὰ ὡς κάρυα ποντικὰ τὸ μέγεθος, ἀποτελοῦντα δύναμιν τρήσεως· ὡς εἰ τύχοι ἐμπεσεῖν σιδηροφόρῳ σώματι, καὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ τὸ σῶμα διατρήσας ἐξέρχεται, καὶ εἰς ἄλλο μεταπηδᾷ, εἰ τύχοι, εἶτα ἐξ αὐτοῦ εἰς ἕτερον ἕως οὗ ψυχρανθῇ ἡ δύναμις τῆς βοτάνης· καὶ διὰ μιᾶς πρόσβολῆς δύναται ζημιῶσαι δύο καὶ τρεῖς. Ἔμαθον οὖν καὶ οἱ Τοῦρκοι, καὶ χρῶνται καὶ αὐτοὶ τὰ ὅμοια καὶ ἐπέκεινα.

Περαιωθέντος οὖν τοῦ Ἀπριλίου τὸ δίμοιρον ἐν ὀλίγοις ἀντιμάχοις, ὁ γὰρ τύραννος εἰς πλέον ἠθροίζετο, συνήχθησαν οὖν ἄνδρες κλητοὶ καὶ αὐτόκλητοι ὑπὲρ ἀριθμὸν δυνατὸν εἰπεῖν. Ἔλεγον οὖν, ὅτι κατεσκόπευον, εἶναι ὑπὲρ τετρακοτίας χιλιάδας. Καὶ οἱ τῶν τοῦ Γαλατᾶ Γενουῖται (63), καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν τύραννον ἔτι ὄντα ἐν Ἀδριανουπόλει, ἔστειλαν πρέσβεις, ἀγγέλλοντες τὴν εἰς αὐτὸν ἀκραιφνῆ φιλίαν, καὶ ἀνανεοῦντες τὰ προγεγραμμένα ἐκτυπώματα· καὶ αὐτὸς ἀπελογεῖτο, ὡς φίλος αὐτῶν εἶναι, καὶ ἀδιάσπαστος τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀγάπης, μόνον μὴ εὑρεθῶσι βοηθοῦντες τῇ πόλει· καὶ αὐτοὶ ὑπέσχοντο. Πλὴν εἷς ἐκ τῶν δύο κατεγελᾶτο, ὡς τὸ τέλος ἔδειξεν· οἱ γὰρ τοῦ Γαλατᾶ ἐνενόουν, ὡς καθὰ καὶ ἐν ἑτέροις χρόνοις ἡ πόλις καταπολεμισθεῖσα παρὰ τῶν γονέων αὐτοῦ, οὐδὲν ὠνήσαντο ἀπελθόντες ἄπρακτοι· οἱ δὲ τοῦ Γαλατᾶ σὺν ἐκείνοις φιλίαν δεικνύοντες, τοὺς μὲν πολίτας ἐδίδοσαν τὴν παρ' αὐτοῖς ἐξερχομένην βοήθειαν, οὕτω θαρροῦντες γενέσθαι καὶ ἐν τῷ καιρῷ τούτου· ὡς πλάνον μὲν τὴν φιλίαν ὑπώπτευον, τῇ δὲ πόλει τὰ εἰκότα συνεμάχοντο κρυφίως. Ὁ δὲ τύραννος πάλιν ἐν ἑαυτῷ ἔλεγεν· *Ἐάσω κοιμᾶσθαι τὸν ὄφιν ἕως οὗ καθελῶ τὸν δράκοντα, καὶ τότε μιᾷ πληγῇ ἐλαφρᾷ κατὰ κεφαλῆς καὶ τοῦτον σκοτοδινιάσει*· ὃ καὶ γέγονε. Τότε συνήχθησαν καὶ διὰ θαλάσσης τὰ πλοῖα αὐτοῦ σὺν τριήρεσι, διήρεσι, πλοιαρίοις ἕως τριακόσια τὸν ἀριθμόν. Ὁ δὲ λιμὴν τῆς πόλεως ἦν κεκλεισμένος σὺν τῇ ἁλύσει (64), ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς πύλης τῆς πόλεως τῆς καλου-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(63) *Καὶ οἱ τῶν τοῦ Γαλατᾶ Γενουῖται.* Leonard. clam Galatinos opem tulisse obsessis ait: verum eos ignaviæ arguit, quod castrum ad fauces Bosphori ædificari non impedierint.

(64) *Ἦν κεκλεισμένος σὺν τῇ ἁλύσει.* Constantinopoleos portum catena ferrea clausum fuisse securitatis causa constat, cum Galli Constantinopolim expugnarunt; ut Nicetas in Annalibus docet. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἐπίγειοι, οἱ δὲ ἐνάλιοι τῷ φρουρίῳ ἐπέστησαν, ἐν ᾧ εἴθισται Ῥωμαίοις σιδηρᾶν βαρυτάλαντον ἀποδέειν ἅλυσιν, ἡνίκα πλοίων πολεμίων ἐνσταίη τις ἔφοδος, εὐθὺς προσβάλλουσι τῷ ἐρύματι. *Ut vero, qui terra profecti et mari advecti erant, ad castrum accessere: in quo retinaculum fixum est, cui catenam ferream gravissimamque alligare solent Romæi, si classis hostilis irruptio imminent: statim illud oppugnant.* Laonicus, lib. VIII, catena ferrea clausum fuisse portum hocce obsidionis tempore tradit.

Digitized by Google

μένης Ὡραίας, εἰς τὸ τοῦ Γαλατᾶ μέρος, καὶ αἱ νῆες ἵσταντο ἔνδον ὁρμαθηδὸν προσέχοντες τὸν λιμένα καὶ τὴν ἅλυσιν. Αἱ δὲ νῆες, ἃς εἰρήκαμεν πέντε (65), μία ἡ τοῦ βασιλέως φέρουσα φόρτον τὸν ἐκ Πελοποννήσου σῖτον, αἱ δὲ ἄλλαι τέσσαρες ἐκ Γενούας ῥογευθεῖσαι παρὰ τοῦ βασιλέως, ἵσταντο μὲν ἐν Χίῳ μέχρι Μαρτίου μηνὸς ὅλου διά τινας αὐτῶν χρείας. Εἰσελθόντος οὖν Ἀπριλίου, καὶ βουλομένων ἄραι τὰς ἀγκύρας, ὁ βορέας αὐτοὺς ἐνεπόδιζε. Ἦσαν οὖν οἱ πολῖται ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ· ὡσαύτως καὶ αἱ νῆες. Τοῦ βορέου οὖν καταπραυνοῦς πεσόντος, καὶ νότου ἄρξαντος πνεῖν, ἐξῆλθον τῆς Χίου λιμένος· καὶ κατ' ὀλίγον πνέοντος τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, τῇ δευτέρᾳ ἐκραταιοῦτο, καὶ βιαίως ἐφέροντο ὑπ' αὐτοῦ αἱ νῆες. Ἵσταντο οὖν οἱ τῆς πόλεως, ἐκδεχόμενοι τὴν καλὴν ταύτην ἀπανδοχὴν, εἰ καὶ μηδὲν ὤνησαν. Φανέντων οὖν τῶν νηῶν, εὐθὺς ὁ τύραννος ὡς ἄγριος δράκων ὥρμησε κατὰ τῶν αὐτοῦ τριήρεων καὶ τῶν λοιπῶν πλοίων, λέγων καὶ προστάσσων αὐτοῖς, ὅτι ἐκ τῶν δύο πρόκειται γενέσθαι τὸ ἕν, ἢ τὰς νῆας λαβεῖν, ἢ κωλῦσαι τοῦ μὴ εἰσελθεῖν ἐν τῷ λιμένι. Τότε ἐξελθόντες τὰ πλοῖα ἵσταντο ἐκδεχόμενα τὴν ἄφιξιν τῶν νηῶν ἐκ τοῦ λιμένος τῆς χρυσῆς Πύλης ἐκτός. Αἱ δὲ νῆες ἐλθοῦσαι κατὰ τὴν ἴσην ὁδὸν, καὶ βουλόμεναι περᾶσαι τὸν Μεγαδημήτριον τὴν ἀκρόπολιν, τοῦ εἰσελθεῖν ἐν τῷ Κερατίῳ κόλπῳ, τὰ πλοῖα ἀνθίσταντο ταῖς ναυσίν. Ἦν γὰρ καὶ ἡ θάλασσα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εὐδιος, ἀνέμου μὴ πνέοντος. Καὶ ἦν ἰδεῖν ξένην θέαν· καταστρωθεῖσα γὰρ ἡ θάλασσα τοῖς ἱστίοις τριακοσίοις τῶν Τούρκων, καὶ πέντε μεγίστοις τῶν νηῶν, ἐξήπλωτο ἡ θάλασσα ὡς χέρσος, καὶ ὑπὸ τῶν βελῶν οὐδὲ τὰς κώπας ἠδύναντο καταφέρειν ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ τῆς νηὸς, ὡς ἀετοὶ ὑπόπτεροι, ἄνωθεν, ὡς κεραυνοὺς, τὰ βέλη τῶν τζαγρῶν κατέπεμπον, καὶ τὰς σκευὰς ἀπέλυον, καὶ φόνος οὐκ ὀλίγος τῶν Τούρκων ἐγένετο. Ὁ δὲ τύραννος ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀλαζονείας ὁρμήσας ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐποχούμενος ἵππῳ, ἐφαντάζετο σχίζειν τὴν θάλασσαν, καὶ ἕως αὐτῶν τῶν νηῶν διὰ τοῦ ἵππου πλεῦσαι· τόσον ἐθυμοῦτο ἐν τοῖς αὐτοῦ, καὶ ἡ ἔνοπλος στρατιὰ σὺν αὐτῷ. Τότε ἀνέμου πνεύσαντος, καὶ τὰ ἱστία φυσηθέντα, σχίσαντες τὰ πλοῖα τὴν ἐν τῷ λιμένι ὁδὸν ἔπλεον, τὰ δὲ πλοῖα ἔμειναν. Εἰ γὰρ ἦν ἔμπροσθεν αὐτῶν τότε ὁ στόλος τοῦ βαρβάρου, ἐδύναντο ἂν αἱ πέντε αὗται νῆες καταποντίσαι καὶ τὰ τριακόσια. Ὁ δὲ τύραννος μὴ γινώσκων τὴν τῆς θαλάττης ἐπιστήμην μόνον ἐκέγραγεν. Ὁ δὲ μέγας Κοντόσταυλος αὐτοῦ οὐκ ἠθέλησεν ἀκοῦσαι, καὶ γὰρ παραλόγως ἐπρόσταττεν. Τότε θυμωθεὶς ὁ τύραννος ὥρισε τὸν στόλον ἀπελθεῖν ἐν τῷ διπλῷ κίονι, τὸν δὲ μέγαν Κοντόσταυλον ἀχθῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἀχθέντος οὖν, καὶ κατὰ γῆς ῥιφέντος, καὶ ὑπὸ τεσσάρων τανυσθέντος, αὐτὸς ὁ ἡγεμὼν οἰκείαις χερσὶν ἔτυψε, δοὺς ἑκατὸν σὺν μιᾷ χρυσῇ ῥάβδῳ, ἧς ἡ κεφαλὴ χρυσίου καθαροῦ σταθμίον λίτραι

tempore Mehemetis navigia, acatia, biremes, et triremes trecentæ simul prope urbem appulerunt. At portum urbis catena extensa, a porta, quæ Pulchra appellatur, ad Galatæ littus claudebat, navesque continua serie connexæ, portus latitudinem et catenæ longitudinem occupantes, intra eam stationem habebant. Classis porro quinque navium nobis memorata, quarum una e Peloponneso cibaria subvehens imperatoris erat, cæteræ quatuor mercede conductæ Genuensium erant, in Chii portu, dum sibi necessaria comparant, totum mensem Martium transegere. Ineunte Aprili e portu solvere cum decrevissent, boreas spirans obstitit. Quamobrem Constantinopolitani, pariterque navium illarum vectores mœsti admodum, animoque valde consternati erant. At borea cadente cum auster flare cœpisset, portu solverunt. Prima die vento leni ac mediocri lati; altera vehementius flante austro celerius etiam ferebantur, Constantinopolitanis hanc egregiam, nihilque ipsis profuturam, rerum copiam interim exspectantibus. Ubi vero in urbis conspectum venere naves, ad triremes suas cæteraque navigia celeri impetu accurrit tyrannus, taliaque imperat; alterum e duobus faciendum incumbit, vel naves capiendæ, vel portus ingressu arcendæ sunt. A littore itaque progressa ejus navigia, in medio freto, navium appulsum extra portum Aureæ portæ exspectando, stabant. Navibus autem rectam viam tendentibus, annitentibusque Megademetrium arcem, ut sinum Ceratinum ingredi possent, superare, navigia obstabant; mare quippe, vento tunc posito, tranquillum erat. Spectaculum etiam visendum exhibebatur strati maris Turcorum velis trecentis, et quinque magnis navibus, videbaturque æquor ad campi planitiei instar complanatum; nec propter telorum frequentiam remi in aquam demergi poterant. Navium vectores, ut aquilæ alatæ e superiori loco in navigia humiliora balistis tela, velut fulmina, **152** emittebant, quorum machinas disruperunt, Turcorum ingenti strage edita. Tyrannus ingenita superbia et vanitate impulsus, undas findere posse, et equo vectum ad naves usque suosque armatos penetrare confidebat; tantus animi, quo in rebus suis agendis ferebatur, impetus erat. Vento interea excitato velaque sinuante, naves per acatia media, quæ stationem suam non deseruerunt, in portum deferuntur. Quod si tunc universa classis barbari obvia stetisset, illam quassando ac demergendo quinque naves istæ pares erant. Tyrannus, rei nauticæ ignarus, ad clamores et vociferationes conversus est; quibus magnus ejus Contostaulus, cum absurda juberet, auscultare noluit. Ira tunc accensus tyrannus classem ad duas columnas abire et coram se magnum Contostaulum adduci jubet. Quem attractum et in terram dejectum, quatuor satellitibus illius membra distendenti-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(65) *Αἱ δὲ νῆες, ἃς εἰρήκαμεν πέντε.* Tres fuisse Chienses narrat Leonardus, et navale prælium describit: Laonicus etiam, lib. VIII, adeundus.

Digitized by Google

bus, princeps ipse suis manibus aurea virga librarum quingentarum pondo (quam ad tyrocinium in verberando faciendum comparaverat), centum plagis inflictis verberavit. Ille vero Contostaulus, natione Bulgarus, nomine Palda, quodam inter suos principe viro ortus erat. Jamdiu ante mancipium factus a patria religione et pietate defecerat, Mehemetisque patri servitutem servierat. Is ante quatuor annos in Lesbum piraticam exercens excurrerat, multosque captivos abduxerat; remigibus porro ac nautis invisus ut qui prædam ipsis subtraheret ac surriperet. Ut ergo eum a tyranno spretum, virgis cæsum ac contumeliose habitum vident, Azapidum unus, genæ ipsius lapide incusso, alterum oculum eruit. At naves portum ingressæ, a Constantinopolitanis soluta catena, intra ipsam accipiuntur. Tyrannus naves octo magnas, minores plures viginti, triremesque imperatoris ac Venetas, aliaque plurima parva navigia portum occupare conspiciens, illo se non posse potiri cognovit, stratagema ideo audax, generoso fortique viro dignum comminiscitur. Per dumeta et vepres post Galatam sitas rectam viam aparte, quæ orientem infra duas columnas respicit, usque ad alteram partem littori Ceratini sinus e regione Cosmedii conterminam, sterni imperat: et pro loci qualitate quantum possibile fuit, complanata via, phalangiis impositas biremes, velis expansis ex trajecto ostii sacri terra circumactas et tractas in Ceratinum sinum inferri jubet; statimque illud factum est. Biremes itaque trahebantur, in quarum singulis unus proræ gubernator assidebat, alius ad puppim clavum regebat. Tertius antennas moderabatur, **153** velaque agitabat, alius tympanum pulsabat; carmen etiam nauticum a tubicine cantatum. Dumeta interim ac torrentes navi-

A πεντακόσιαι (66)· ἣν αὐτὸς κατεσκεύασεν ἵνα παίζῃ αὐτὴν, ὡς δοκίμιον. Ἦν δὲ ὁ ἄνθρωπος τὸ γένος ἐκ τῶν Βουλγάρων Ἕλκων, τενὸς τῶν ἀρχόντων Βουλγαρίας υἱὸς Πάλδα ἐπονομαζόμενος (67). Ἐδουλώθη οὖν πρὸ καιροῦ, καὶ ἐξωμόσατο τὸ πάτριον σέβας, καὶ ἦν δοῦλος πατρικὸς τοῦ Μεχεμέτ. Αὐτὸς ἦν ὁ πρὸ τεσσάρων ἐτῶν ἐλθὼν ἐν τῇ Λέσβῳ, καὶ αἰχμαλωτίσας αἰχμαλωσίαν ἄπειρον. Ἦν δὲ καὶ τοῖς ἀπελάταις οὐ καλὸς φίλος, ἁρπάζων αὐτῶν τὰ λάφυρα. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ὑπὸ τοῦ τυράννου καταφρονηθέντα καὶ ῥαβδισθέντα, εἷς τῶν Ἀζαπίδων λίθον ἆρας, καὶ κατὰ κόρρης κρούσας, ἐξώρυξε τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν αὐτοῦ. Αἱ δὲ νῆες ἐλθοῦσαι ἐν τῷ λιμένι, καὶ οἱ τῆς πόλεως χαλάσαντες τὴν ἅλυσιν ἔδωκαν εἴσοδον αὐτάς. Τότε ὁ τύραννος ἰδὼν τὰς

B νῆας τὰς μεγάλας ὀκτὼ οὔσας, τὰς μικρὰς ἐπέκεινα τῶν κ', καὶ τριήρεις βασιλικὰς, καὶ τριήρεις τῶν Βενετικῶν, καὶ ἄλλα πλεῖστα μικρὰ, ἔγνω ὡς οὐκ ἔστι δυνατὸν τοῦ κατασχεῖν τὸν λιμένα, καὶ τεχνίζεται γενναῖόν τι καὶ ἀνδρεῖον σόφισμα. Προστάττει τοῦ εὐθυδρομηθῆναι (68) τὰς νάπας τὰς ὀπισθεν κειμένας τοῦ Γαλατᾶ, ἀπὸ τὸ μέρος τὸ πρὸς ἀνατολὴν κάτωθεν τοῦ διπλοῦ κίονος (69), ἕως τὸ ἄλλο μέρος τοῦ Γαλατᾶ τὸ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ Κερατίου κόλπου κείμενον ἀντικρὺ Κοσμηδίου. Καὶ ποιήσαντες τὴν ὁδὸν ὁμαλὴν, ὅσον ἐδύναντο, διὰ τῶν φαλάγγων (70) ἐπιβιβάσας τὰς διήρεις, καὶ τὰ ἱστία πτερώσας ἐκέλευσεν ἕλκειν διὰ ξηρᾶς ἐκ τοῦ

C πορθμοῦ τοῦ ἱεροῦ στομίου (71), καὶ εἰσάγειν εἰς τὸν Κεράτιον κόλπον τὰ πλοῖα· ὃ καὶ γέγονεν. Εἵλκοντο δὲ τὰ σκάφη, καὶ ἐν ἑκάστῳ πρωρεὺς, καὶ ἄλλος ἐπὶ τῶν ελάκων καθήμενος· ἕτερος δὲ τὸ πτερὸν κρατῶν τὸ ἱστίον ἐτίνασσεν, Ἄλλος τύμπανον, ἕτερος σάλπιγγα κρούων ἐμελῴδει θαλάσσιον μέλος. Καὶ ἐξ οὐρίας πλέοντες, τὰς νάπας καὶ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(66) *Λίτραι πεντακόσιαι.* Hoc per hyperbolam dixit Ducas; quingentas etiam uncias æquavisse incredibile est, nedum tot libras verum fuerit. Fortasse drachmæ hic intelligendæ sunt, quarum quingentæ æquant uncias 62 cum semisse unius, id est libras nostras quatuor, minus sescuncia.

(67) *Πάλδα ἐπονομαζόμενος.* Balthoglum appellat illum Leonardus: cui vitam concessisse Mehemetem procerum precibus flexum: fortunis tamen omnibus honoribusque privatum scribit. Laonicus lib. VIII, paulo aliter de Palda, quem Pantoglen vocat, disserit, et inter prælandum a suis læsum fuisse tradit. Phranzes quoque adeundus, lib. III, cap. 10.

(68) *Προστάττει τοῦ εὐθυδρομηθῆναι.* Hoc factum fuisse asserit etiam Leonardus Chiensis: et per stadia 70 terra tractas fuisse biremes. Res equidem ardua, et locorum peritis tanto magis difficilis videtur, quod e mari per clivum sursum trahendæ fuerunt. Augustinus Justinianus in Chronicis Genuensibus terra tractas in *aquas dulces* tradit: id est in fluviorum Barbysæ et Cydaris ostia, quibus in sinum Ceratinum influunt. Leunclavius, lib. XV, transvectionem illam navigiorum terra factam quoque asserit, ut et Laonicus lib. VIII, et Phranzes lib. III, cap. 10. Extat apud Zonaram in Basilio Macedone, et apud Cedrenum, tale traductarum terra navium ex uno mari in aliud exemplum Nicetas Ooryphas Saracenos ut imparatos et ex improviso opprimeret, e Cenchrearum portu in sinum Corinthiacum terra traduxit. Zonaras, Διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ ταχέως διαγαγὼν τὰς τριήρεις· ἐν τῇ ξηρᾷ ἐτίθεται τοῖς πολεμίοις ἀνοῖξαι etc. *Per isthmum Corinthiacum terra triremes celeriter traxit, et ex improviso hostes adoritur.*

(69) *Κάτωθεν τοῦ διπλοῦ κίονος.* Uno verbo Διπλοκιόνιον dicitur. Turcis vero *B iziktachs*, id est *Cunarum Saxum*: quod a Galata ad Pontum Euxinum navigantibus post superatum locum, qui *Ortachioi* appellatur, ad sinistram statim occurrit.

(70) *Διὰ τῶν φαλαγγίων.* Phalangia ligna sunt, quibus naves dum in terram subducuntur, aut in navali repositæ stant, fulciuntur. Phranzes adeundus, lib. III, cap. 10. Notabit lector in Latina versione pro voce illa *trajecto* quæ nobis excidit, legi oportere *ex ostii sacri freto.*

(71) *Ἐκ τοῦ πορθμοῦ τοῦ ἱεροῦ στομίου.* Hoc loco στόμιον ἱερὸν juxta Διπλοκιόνιον collocare videtur Ducas, unde navigia in sinum Ceratinum terra tracta sunt. In quo locorum situ cum Gillio et Leunclavio non consentit: qui στόμα ἱερὸν supra castella locant versus Pontum Euxinum: ita vocatum a templo Jovis Urii, quod in Christianæ religionis templum a Constantino Magno postea commutatum est.

Digitized by Google

τοὺς ῥύακας, τὴν ξηρὰν διήρχοντο, ἕως οὗ καταντήσαντες ἐν τῇ ὑγρᾷ, ταύτας ἀνήγαγον ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν, αἳ διήρεις ὑπάρχουσαι, τὰς δὲ λοιπὰς εἶασεν ἐκεῖ. Τίς εἶδε τοιοῦτον; ἢ τίς ἤκουσεν; Ὁ Ξέρξης τὴν θάλασσαν ἐγεφύρωσε, καὶ ὡς ξηρὰν ὁ τοσοῦτος στρατὸς ἐπάνω ταύτης διῆλθεν. Οὗτος δὲ ὁ νέος Μακεδὼν, καὶ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῶν γενεῶν αὐτοῦ τύραννος ὕστατος, τὴν γῆν ἐθαλάσσωσε, καὶ ὡς κατὰ κυμάτων, τὰ πλοῖα κατὰ τῶν κορυφῶν τῶν ὀρέων ἀπέζευξεν. Ἀλλ' ὑπὲρ τὸν Ξέρξην οὗτος· καὶ γὰρ ἐκεῖνος διαβὰς τὸν Ἑλλήσποντον, παρὰ τῶν Ἀθηναίων αἰσχύνην ἐνδυθεὶς ὑπέστρεψεν. Οὗτος δὲ τὴν ξηρὰν ὡς ὑγρὰν διαβὰς, τοὺς Ῥωμαίους ἠφάνισε, καὶ τὰς χρυσᾶς ὄντως Ἀθήνας, τὰς κοσμούσας τὸν κόσμον, τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων εἷλε. A

Ταῦτα μὲν διὰ θαλάσσης· διὰ δὲ ξηρᾶς, τὴν χωνείαν ἐκείνην τὴν παμμεγέθη φέρων ἀντικρὺ τοῦ τείχους, ἔστησεν ἐν τῇ πύλῃ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ πλησίον. Καὶ λαβὼν σημεῖον ὁ τεχνίτης, εἶχε γὰρ ἐκ πλαγίου φολέας δύο κατεσκευασμένας, χωρούσας πέτρας ὡς λιτρῶν (72) αὐτοφυῶς τεχνασμένας. Καὶ ὅτε ἠβούλετο ἀπολύειν τὴν μεγάλην (73) ἐσημειοῦτο τὸν τόπον, πρῶτον πέμπων τὴν μικράν· καὶ τότε στοχαστικῶς ἐσφενδόνει τὴν μεγίστην. Καὶ κρούσας τὴν πρώτην βολὴν, καὶ ἀκούσαντες τοῦ κτύπου οἱ τῆς πόλεως, ἐννοεῖ γεγόνασι, καὶ τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, ἐκραζον. Ἦν δὲ τότε, κατὰ τὸ ἔθος, εὐρεθεῖσα (74) ἡ εἰκὼν τῆς πανυπεράγνου Θεοτόκου τῇ ἑβδόμαδι τῆς Διακαινησίμου ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ ἐκτοτε συχνάκις ἐλιτάνευον ἐν τῇ μονῇ τῆς χώτας (75), καὶ ἡ εἰκὼν ἐκεῖ ἵστατο μέχρις ἁλώσεως. B

gantium specie superant, triremesque octoginta terra tractas ab uno littore, ubi cæteræ relictæ sunt, ad aliud littus deducunt. Quis talium spectator unquam vel auditor fuit? Mari equidem navibus constrato pontem imposuit Xerxes, super quo ingentem exercitum trajecit. At hic novus Alexander Macedo, stirpisque suæ, uti spero, tyrannus ultimus, navigiis per collium juga, velut per maris undas, actis, in terram mare induxit. Xerxem insuper opere ac successu superavit, qui Hellespontum transvectus, accepta ab Atheniensibus clade, turpiter recessit. Mehemetes vero terra, quasi navigabili reddita remorumque patiente, trajecit, Romæos delevit, aureasque revera Athenas, urbem imperatoriam, mundi ornamentum expugnavit.

Atque ista quidem mari gerebantur. Terra vero tormentum bellicum illud immane in mœnium conspectum tractum, non longe a sancti Romani porta locatum est; ad scopum destinatum artifex collimaturus sic se parabat. Bombardæ binæ locatæ erant ex obliquo, lapidum in globos affabre deformatorum librarum ...pondo capaces; majorem ille explosurus, locum imprimis designatum minori primum quassabat: certo deinde ictu majorem emittebat. Ad fragorem et sonitum accensæ bombardæ, explosique primi globi, Constantinopolitani attoniti mutique restitere: rupto deinde silentio in has voces, *Domine, miserere*, eruperunt. Per id tempus purissimæ ac castissimæ Deiparæ imago Diacænesimi septimana, ex recepta consuetudine, in palatio palam proposita exstabat; ubi usque ad C

Ismaelis Bullialdi notæ.

(72) Laonicus dicit fuisse semissis talenti, id est, 50 libras, pondo.

(73 *Καὶ ὅτε ἠβούλετο ἀπολύειν τ. μ.* Hoc bombardarius faciebat, ut certius dirigeret ictum majoris tormenti: quem, ut efficaciorem, ad locum destinatum certo dirigi, magis intererat. Laonicus lib. VIII. narrat, ad latera majoris tormenti duo minora apposita fuisse: ita ut tribus bombardis murus quateretur: primo minoribus, majori deinde, quod lapides trecentarum librarum pondo emittebat.

(74) *Ἦν δὲ τότε κατὰ τὸ ἔθος εὑρεθεῖσα.* Quotannis feria 5 quintæ septimanæ jejuniorum (cum μέγας κανὼν ab Andrea Cretensi compositus recitatur, atque etiam vigilia prima in palatio peragebatur) imago B. Mariæ Virginis Hodegetriæ, a monasterio τῶν Ὁδηγῶν in palatium deferebatur. Codinus, cap. 12 *Offic. Constantinop.* Ἀπὸ δὲ πρώτης αὐτῶν ἐπιδημούσα ἐν τῷ παλατίῳ εἰκὼν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Ὁδηγητρίας, μένει μέχρι καὶ τῆς μεγάλης Κυριακῆς τοῦ Πάσχα. Ἤντινα εἰκόνα ἐρχομένην μὲν ὑπαντᾷ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ τοῦ παλατίου αὐλῆς· τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀπεχομένην προπέμπει μέχρι καὶ τῶν ὑψηλῶν ἐκτός. Καὶ γενομένης ἐκεῖσε μνήμης τῶν βασιλέων ὁ βασιλεὺς ὑποστρέφει. *A prima quatuor istarum vigiliarum sanctissimæ Deiparæ imago in palatium venit, et usque ad magnam Paschæ Dominicam in eo moratur. Cui venienti ad portam aulæ palatii occurrit imperator. Feria vero secunda post Pascha, abeuntem deducit ad usque gradus altos exteriores: factaque ibi imperatorum commemoratione imperator revertitur.* De hac sanctissimæ Virginis imagine adeundus Gregoras, libro V, qui Michaelem Palæologum primum urbem, post exactos Latinos, intrasse, præeunte sancta imagine scribit. Lib. IX. Andronicum seniorem ante illam orasse, dum ipsius nepos junior Andronicus ipsum invadit, tuncque in palatio stetit sancta imago extra tempus consuetum, capta siquidem fuit ab Andronico juniore Constantinopolis Maii 24, multis post Pascha celebratum diebus, quæ etiam hujus ultimæ obsidionis tempore, in palatio ad expugnatam usque urbem mansit. Cantacuzenus quoque lib. IV, cap. 1, narrat Annam imperatricem ejusque filium Joannem imperatorem orantes ante imaginem SSæ Virginis Hodegetriæ stetisse, cum ipse Cantacuzenus, occupata urbe in palatium penetravit. De illa qui plura volet, adeat Jacobi Gretzeri commentar. in cap. 12 Curopalatæ Codini. D

(75) *Ἐν τῇ μονῇ τῆς χώρας.* Hujus monasterii hoc loco et pag. 162 mentionem facit Ducas. Illud Gregoras lib. IX, cap. penult. a Justiniano ædificatum, collapsum deinde ab Alexii imp. socru instauratum, tandem a Theodoro Metochita ruinæ proximum refectum fuisse lib. VIII scribit. Gregoræ interpres vertit Choræ monasterium: quare vero Χώρας appellatum sit nescio. In versione vertimus, tanquam Χώρας hoc loco *regionem* vel vicum significaret. Sed videtur melius esse, si Choræ monasterium appellemus; forte quia in urbis parte, quæ Χώρα proprie appellabatur, et quæ palatio vicina fuisse videtur, constructum esset.

Digitized by Google

diem captæ urbi astetit; atque interim in vici illius monasterio omnes precibus crebro litabant. Quæ Deus per prophetam Jeremiam dixerat, tunc impleta sunt: *Ut quid ex terra longinqua thus Sabæum et cinnamomum mihi affers? Holocautomata vestra mihi accepta non sunt, et sacrificia vestra non me delectant. Hæcce propterea minatur Dominus: Infirmum ac invalidum hunc populum reddam: in ipsa urbe parentes ac filii languore simul deficient, vicini simul peribunt. Hæc præterea dicit Dominus: Ecce populus, gens magna a Borea venit. Reges multi, ab ultimis terminis terræ excitati, arcum gladiumque arripient. Impudens est, et non miserebitur: vox illius mari æstuanti similis; equis et curribus, filia Sion, in acie sicut ignis adversum te stabunt.* Perniciosæ porro illius machinæ inventor ac faber noto sibi quodam medicamine prospexerat, quominus tormentum æneum rumperetur. **154** Tormentis illis lapides emitti vidimus ac novimus: post explosionem vero, nisi pilis ex lana densissime compactis contecta statim forent, ad vitri modum disrumpi: etiamque tali cura adhibita, duabus vel tribus explosionibus, in metalli poros subeunte aere, id pati. At qua arte id vitabat? Emisso lapide æneum tormentum nitri ac sulphuris vapore calefactum oleo statim perfusum, quo obstructi pori aeris penetrantis injuriam arcebant: et olei calore vis frigoris retundebatur: sicque explosionibus sustinendis illa machina par fuit, donec urbi ruinam attulisset. Integra etiamnum ad tyranni usus, cum ipsi libuerit, superest. Impulsa ac quassata muri parte, in eamdem collimabat lapidem denuo emissurus: sed cum Ianchi apocrisiarius, qui ibi tum aderat, destinatum ictum risu excepisset, eique collimanti dixisset: *Si muros in terram nullo negotio ruere velis, a parte muri prius diruta ad proxime quinque vel sex orgyis distantem conversa machina, ictus unum et alterum æqualis altitudinis destina; quibus accurate directis ac libratis, tertio murum quate, ita ut in trianguli figuram dispositi cernantur, illam mœnium partem in terram ruere conspicies.* Placuit consilium, cui paruit artifex, nec successu caruit. Qua ratione vero impulsus Hungarus ille tyrannum hac de re monuerit, enarrabo. Anno illo Hungariæ rex Romanorum imperator designatus fuerat, et a papa Nicolao coronam acceperat. Exauctorato etiam Ianco, qui curatoris nomine res administraverat, rex ipse imperator administrationem regni universam capessi-

Τότε ἐπληροῦτο τὸ ῥηθὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· *Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβὰ φέρεις, καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἡδυνάν μοι. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον ἀσθένειαν· καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐτῇ πατέρες καὶ υἱοὶ ἅμα· γείτων καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ ἀπολοῦνται. Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ λαὸς ἔρχεται ἀπὸ Βορρᾶ, καὶ ἔθνος μέγα· καὶ βασιλεῖς πολλοὶ ἐξεγερθήσονται ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, τόξον καὶ ζιβύνην κρατήσουσιν. Ἰταμός ἐστι, καὶ οὐκ ἐλεήσει. Φωνὴ αὐτοῦ ὡς θάλασσα κυμαίνουσα· ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι παρατάξονται, ὥσπερ πῦρ εἰς πόλεμον ἐπὶ σέ, θύγατερ Σιών.* Ὁ δὲ σοφιστὴς τῆς κακίας ἐκείνης, ὁ τεχνίτης τι μέθοδον ἠπίστατο τοῦ μὴ διαῤῥαγῆναι τὴν χωνείαν. Καὶ γὰρ ὁλάμεν χωνείας ἀπολυούσας προβόλους· μετὰ γοῦν τὸ ἀπολυθῆναι τοῦ σκεύους, εἰ καὶ μὴ ἐφυλάττετο σκεπαζομένη ὑπὸ πίλων ἐξ ἐρίων παχέων, παρευθὺς ὡς βέλος διεῤῥήγνυτο. Καὶ μετὰ τοσαύτην ἐπισκοπὴν, ἢ δὶς, ἢ τὸ πλέον τρὶς ἀποπέμπων ἐσχίζετο, τοῦ ἀέρος χωροῦντος ἐν τοῖς κοίλοις τῶν μετάλλων ὑποβαθύμασιν. Οὗτος δὲ τί ἐποίει; Μετὰ τὸ σφενδονισθῆναι τὴν πέτραν τῆς χωνείας ζεούσης ἀπὸ τῆς θερμότητος τοῦ νίτρου καὶ τοῦ θείου, παρευθὺς κατέβρεχεν αὐτὴν ἐλαίῳ, καὶ σὺν τούτῳ ἐπληροῦντο τὰ ἔνδον αὐτῆς ἀερώδη πάθη, καὶ οὐκ ἐνήργει τὸ ψυχρὸν λεανθὲν ὑπὸ τῆς τοῦ ἐλαίου θερμότητος, καὶ ἐδάσταζε τὸν κόπον εὐκόλως, ἄχρις οὗ ὑπούργησε τὸν ὄλεθρον τῆς πόλεως· καὶ ἔτι μετὰ ταῦτα φυλάττεται σῶα, καὶ ἐνεργεῖ πρὸς τὸ τοῦ τυράννου θέλημα. Κρούσας οὖν καὶ διασείσας τὸ τεῖχος, ἠβουλήθη ἐκ δευτέρου ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ βάλλειν ἄλλον ἕνα λίθον· τυχὼν δὲ ἀποκρισιάριος τοῦ Ἰάγχοβ ἐκεῖ ἐσκῶψε τὴν βολὴν, λέγων, *Εἰ βούλει καταπεσεῖν εὐκόλως τὰ τείχη, μετάθες τὴν σκευὴν ἐν ἄλλῳ μέρει τοῦ τείχους, ἀπέχοντι ἀπὸ τῆς πρώτης βολῆς ὀργυιὰς ε' ἢ ἕξ, καὶ τότε ἐξισῶν τὴν πρώτην ἄρες ἑτέραν βολήν. Τῶν δύο οὖν ἄκρων κρουσθέντων ἐπιμελῶς, τότε βάλλε καὶ τρίτην, ὡς εὑρεθῆναι τὰς τρεῖς βολὰς ἐς τριγώνου σχῆμα, καὶ τότε ὄψει τὸν τοιοῦτον τεῖχον εἰς γῆν καταπίπτοντα.* Ἤρεσεν οὖν ἡ βουλὴ, καὶ οὕτως πέπραχεν ὁ τεχνίτης, καὶ οὕτως ἀπέβη. Πόθεν δὲ παρακινηθεὶς ὁ Οὔγγρος οὕτως τὴν βουλὴν ταύτην τῷ τυράννῳ ἔδωκεν, ἤδη λέξω. Ὁ ῥὴξ τῆς Οὐγγρίας (76) τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει παρα-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(76) *Ὁ ῥὴξ τῆς Οὐγγρίας.* Ita se res habet. Anno 1453, Idib. Februarii, Ladislaus posthumus Alberti filius, Hungariæ rex, Budam venit: et a Joanne Hunnia de Corvino, qui a Varnensi clade prorex Hungariæ fuerat, et Hungaricam rempublicam administraverat, arces quam plurimæ ei, administrationem regni tunc capessenti, redditæ sunt. Quod vero Turcorum mala fides suspectos ipsos semper redderet, Hungariæ partes inferiores tuendas Corvinus suscepit. Perque multos dies in regia aula versatus, et secum omnibus consiliis communicatis, a Ladislao honorifice dimittitur. Sed de pace inter Mehemetem et Corvinum inita, aut de pacis illius instrumento scripto reddito, missoque ad Mehemetem nuntio, nullum verbum historia Hungarica facit. Imo, ubi Ladislaus regni administrationem suscepit, adversus Turcos, Joanne Capistrano adhortatore, Corvinus statim se accinxit.

Digitized by Google

λαβών, καὶ στεφθεὶς παρὰ τοῦ πάππα Νικολάου, καὶ ἀναζωσάμενος τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, ἐξεβλήθη τῆς ἐπιτροπικῆς ἐξουσίας ὁ Ἰάγκος, καὶ ἀνελάβετο τὴν πᾶσαν φροντίδα τῆς ἀρχῆς ὁ ῥὴξ καὶ βασιλεύς. Ἔχων δὲ ὅρκους μετὰ τοῦ Μεχεμὲτ ἀγάπης προσδιοριστικῆς τριῶν ἐτῶν, ἤδη πληρωθέντος τοῦ ἑνὸς καὶ ἡμίσεως, ἐμήνυσε τῷ Μεχεμὲτ λέγων, ὡς *Ἐγὼ τὴν βασιλείαν παρέδωκα τῷ κυρίῳ μου, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ εἰμὶ τοῦ διαπραγματεύειν ἃ ὑπεσχέθην· λάβε τὰ ἐγγραφα ἃ ἔδωκας, καὶ δὸς τὰ ἡμέτερα, καὶ ἔσο ὡς βούλει μετὰ τοῦ βηγὸς τῆς Οὐγγρίας.* Αὕτη ἦν ἡ αἰτία τῆς ἀφίξεως. Περὶ δὲ βουλῆς, ἣν οὐκ ἔδει συμβουλεῦσαι ὡς ὑπάρχων Χριστιανὸς, οὕτως ἀκούσας γράφω. Λέγεται ὅτι μετὰ τὴν τρίτην ἥτταν (77), ἣν φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε, φεύγων ὁ Ἰάγκος, καὶ οὐχ ὡς ἤθελεν, ἢ ὡς ἔπρεπε καταλαβὼν τὰ οἰκεῖα, ἔτυχέ τινος τῶν πνευματοφόρων ἀνδρῶν διηγούμενος τὰ τῆς ἥττης, καὶ ὀδημονῶν πῶς ἡ τύχη τὰ τῶν Ῥωμαίων κατέλιπε, καὶ πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς χαρπὸν ἔβλεψεν. Ὁ δὲ γέρων ἀπεκρίνατο, *Ἴσθι, τέκνον, εἰ μὴ παντελῆς φθορὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέλθοι, οὐκ ἐπιγελάσει τοῖς Χριστιανοῖς ἡ τύχη· δεῖ γὰρ τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν Τούρκων φθαρῆναι, καὶ οὕτω τὰ τῶν Χριστιανῶν δυστυχήματα τέλος ἕξουσι.* Ἔχων οὖν ἐν ὠσὶ τὴν ἀπαίσιον ταύτην προφητείαν ὁ τοῦ Ἰάγκου ἄγγελος, ἐπεθύμει συντομώτερον τὴν πόλιν ἁλῶναι, καὶ διὰ τοῦτο τὴν βουλὴν, πῶς δεῖ, καὶ μέλλει τὸ τεῖχος εὐκόλως πεσεῖν, ἐδίδασκε. Πεσόντα δὲ δύο τείχη ἔχοντα ἐν τῷ μέσῳ πύργον ἕνα, καὶ ὁ πρὸς τῇ πύλῃ πύργος τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ (78) ἔκειντο χαμαὶ, ὁρῶντες τοὺς ἔνδον, καὶ ὁρώμενοι ὑπ' αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς Ἰωάννης γενναίως ἐμάχετο σὺν πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν [αὐτοῦ], καὶ τοῖς τοῦ παλατίου, ἔχοντες ἐκ τοῦ Γαλατᾶ μέρος οὐκ ὀλίγον ἀνδρῶν ἐνόπλων, καὶ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ δεικνύντες ἀγάπην. Καὶ ἐξερχόμενοι διῆγον ἐν τῷ κάμπῳ τοῦ φοσάτου ἀφόβως, καὶ τὰ ζητούμενα χρειώδη ἐδίδοσαν ἀφθόνως τῷ τυράννῳ, καὶ ἔλαιον διὰ τὰς σκευὰς, καὶ ἄλλο εἴ τι αἰτοῦντες οἱ Τοῦρκοι ἐφαίνοντο. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις κρύφα, καὶ διὰ τῆς νυκτὸς διαβαίνοντες τὴν ἡμέραν πᾶσαν συμμαχοῦντες ἦσαν· τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐναλλαττόμενοι ἄλλοι ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτοὶ ἐν τοῖς οἴκοις καὶ τῷ φοσάτῳ διέτριβον διὰ τὸ λανθάνειν τοὺς Τούρκους. Οἱ δὲ Βενετικοὶ ἐν τῇ Βασιλικῇ πύλῃ (79) μέχρι τοῦ Κυνηγοῦ σὺν Ῥωμαίοις ὁμοῦ τοῖς Τούρκοις ἐμάχοντο. Ὁ δὲ μέγας Δοῦκας σὺν φ' ἐνόπλοις ἐν τῇ πόλει περιεπόλευε, θορύβων ἀπαύστως τοὺς στρατιώτας, καὶ στοχαζόμενος τὰς βίγλας, καὶ ἐρευνῶν τοὺς παραλειπομένους, καὶ τοῦτο ἐποίουν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Οὐ γὰρ συνεκρότησε πόλεμον

vit ac suscepit. Cumque pacem in triennium cum Mehemete pactus esset Iancus, sesquianno ipsius jam exacto, talia Mehemeti significavit: *Regni administratione ipse me abdicavi, et domino meo eam tradidi: quæ pollicitus sum, in posterum integra præstare amplius nequeo; quas scriptas ergo tabulas nobis credidisti tibi habe, nostrasque mihi redde, cum Hungariæ porro rege, ut tibi visum erit te gesseris.* Hoc de negotio acturus apocrisiarius legationem obierat. De consilio vero, quod hunc, cum Christianus esset, nusquam dare decuit, ab aliis quæ accepi, referam. Fama est Iancum, postquam tertio victus turpi fuga domum invitus repetiisset, cuidam viro spiritu prophetico impulso, in quem casu incidit, cladem, quem acceperat, narravisse: et Romæorum rebus, quos fortuna, ad impios conversa iisque arridens, deseruisset, illacrymasse; huicque senem talia respondisse: *Istud a me disce, fili, non prius Christianos quam internecione Romæi deleti penitus fuerint, prospera fortuna usuros esse. Urbem a Turcis vastari ac* **155** *diripi necesse est, hacque clade Christianorum infortunia terminari.* Ianci fecialis infaustam ejusmodi prophetiam auribus haustam, in animum induxerat: quare citius urbem expugnari cupiens, rationem, qua citius rueret quassatus murus, docuit. Diruti ergo, qui turris lateribus adhærebant, mœnibus, turre etiam sancti Romani portæ vicina solo æquata, hostes et qui intra urbem erant se invicem conspiciebant. Illic Joannes Justinianus, suis palatiique militibus cinctus, fortiter pugnabat; auxiliarii etiam non pauci armati Galatini, qui amicos multis modis se probaverant, strenue præliabantur. Isti equidem extra oppidi sui muros in Turcorum castris secure versabantur, tyranno necessaria copiose præbentes, oleum in machinæ tormentariæ usum, et quidvis aliud quod Turci peterent, ministrantes. Romæis vero occulte auxiliari, et noctu Constantinopolim trajicientes per diem illis militare; sequenti deinde nocte permutatis vicibus succedere alii: ita ut, qui pridie in urbe manserant, in oppido et castris ad Turcos fallendum celandumque postridie agerent. Veneti quoque a porta imperatoria Cynegum usque Romæis immisti adversus Turcos præliabantur. Dux interim magnus militibus ubique animum faciendo, vigilias explorando, et militum, qui desiderabantur, numerum ineundo, quingentis armatis stipatus urbem quotidie obibat; neque enim oppugnationem urbis manifestam malignus ille aggrediebatur, dum tempus ab hariolis suis indicatum exspectat. Imperator mœnium ruinam considerans urbi sibique infausta augurabatur; at temporibus quippe

Ismaelis Bullialdi notæ.

(77) *Ὅτι μετὰ τὴν τρίτην ἥτταν.* Quæ accidit anno 1448, ad Cossorum campum seu Merulæ.

(78) *Ὁ π. τ. π. πύργος τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ.* Sancti Romani porta hodie vocatur a Turcis *Top capi*, id est, tormentorum bellicorum seu bombardarum porta: eo quod machinas illas, ad expugnandam urbem, contra istam portam præcipue direxerit Mehemetes. Stat autem ipsa inter Adrianopolitanam et novam Turcis *Genicapi* appellatam.

(79) *Ἐν τῇ Βασιλικῇ πύλῃ.* Hæc porta Regia Leunc a lo eadem est cum Pulchra.

Digitized by Google

Constantini sanctissimi per tot tantaque bella Scythica, Persica et Arabica, vel unius libræ pondo lapidem e muris dejici nusquam contigerat. Tanta itaque murorum ruina ejus oculis obversante, immenso exercitu ac classe premi se, iterque planum in urbem hosti apertum animadvertens, abjecta spe omni animo ita frangitur, ut legatos ad tyrannum miserit, qui ipsum orarent, ut, annuo tributo quantum liberet, urbis etiam opibus et divitiis majore imperato, aliis etiam injunctis, obsidionem solveret, et castris ab urbe motis pacem amplecteretur. Legatis hunc in modum respondit tyrannus : *Ab obsidione recedere nullatenus possum: vel urbem capiam, aut ipsa vivum me mortuumve capiet. Si vero urbe mihi sponte decedere, nec coactus volueris, Peloponnesum tibi concedo ; fratribus tuis alias ditiones donabo, et proinde amicitia mutua inter nos sociati ac conjuncti erimus. Quod si intra urbem me pacifice non acceperis, eamque vi expugnatam ingressus fuero, te magnatesque* **156** *tuos omnes calcatos gladio confodiam; cæteramque multitudinem militi meo, cum urbs vacua mihi satis sit, diripiendam relinquam.* His allatis auscultare, vel parere imperator nunquam animum induxit; neque enim possibile erat urbem Romæis ereptam Turcis tradere. Horrebat enim flagitio admisso, quam viam ipsi capessserent, quem in locum abirent, in

ἀληθῆ ὁ ἀλάστωρ, ἐκδεχόμενος τὴν ὥραν (80) τὴν σκοπευομένην παρὰ τῶν μάντεων. Ὁ βασιλεὺς δὲ ἰδὼν τὰ τείχη (81) πεσόντα, καὶ κακὸν σημεῖον κατὰ τῆς πόλεως, καὶ κατ' αὐτοῦ κρίνων τὴν πτῶσιν. Καὶ γὰρ οὐκ ἔτυχεν ἀπὸ τοὺς καιροὺς Κωνσταντίνου τοῦ ἁγιωτάτου ἐν τοσούτοις πολέμοις Σκυθικοῖς, Περσικοῖς, Ἀραβικοῖς τοῦ γενέσθαι πτῶσιν ἑνὸς λίθου βαροῦντος λίτρας μιᾶς. Τότε δὲ τοσοῦτον ἐώρα, καὶ τόσον στρατὸν ἀναρίθμητον, καὶ στόλον βαρὺν, καὶ πλατεῖαν ὁδὸν, ἀπεγνώκει, ἀπήλπισε, καὶ στείλας πρέσβεις (82) ἐδέετο τοῦ τυράννου ἵνα ὅσον βούλεται τέλος κατ' ἔτος, καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν, καὶ ἄλλα ζητήματα, μόνον ἀναχωρῆσαι τῶν ἐκεῖ, δοῦναι καὶ εἰρήνην ἀσπάσασθαι. Ὁ δὲ τύραννος εἶπεν· *Οὐκ ἔστι δυνατὸν ἀναχωρῆσαί με· ἢ τὴν πόλιν λαμβάνω, ἢ ἡ πόλις λαμβάνει με ἢ ζῶντα ἢ τεθνεῶτα. Εἰ μὲν βούλει τοῦ ἀναχωρῆσαι ταύτης, μετ' εἰρήνης δίδωμί σοι τὴν Πελοπόννησον· καὶ αὐτοῖς τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς δώσω ἑτέρας ἐπαρχίας, καὶ ἐσόμεθα φίλοι. Εἰ δὲ οὐ παραχωρήσεις μοι τὴν εἴσοδον εἰρηνικῶς, καὶ διὰ μάχης εἰσέλθω, πάντας τοὺς μεγιστάνους σου σὺν σοὶ πατάξω ῥομφαίᾳ, καὶ τὸν λοιπὸν ἅπαντα λαὸν τῷ βουλομένῳ παρέξω τῷ ἡμετέρῳ στρατῷ χρῆσθαι παιδεῦσαι, κἀμοὶ ἡ πόλις ἀρκεῖ μοι κενή.* Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας (83), καὶ μηδ' ὁπωσοῦν ἐν τῷ νῷ βάλλων·

Ismaelis Bullialdi notæ.

(80) *Ἐκδεχόμενος τὴν ὥραν.* Huc referri debent quæ in Legatione Constantinopolitana Luitprandi Cremonensis episcopi leguntur: quam ipse anno 968 obiit pro Othonibus Augustis et Adelheida ad Nicephorum Phocam. Ejus verba talia sunt: *Sed cur exercitum non in Assyrios duxerit, quæso, advertite. Habent Græci et Saraceni libros, quos ὁράσεις, seu visiones Danielis vocant: ego autem Sibyllanos, quibus scriptum reperitur, quot annis imperator quisque vivat: quæ sint futura, eo imperitante, tempora : pax an simultas ; secundæ Saracenorum res, an adversæ. Legitur itaque hujus Nicephori temporibus, Assyrios Græcis non posse resistere, hunc que septennio tantum vivere, post cujus obitum imperatorem isto deteriorem (sed timeo quod inveniri non possit) et magis imbellem debere surgere : cujus temporibus prævalere debent adeo Assyrii, ut in Chalcedoniam usque, quæ distat Constantinopoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. Considerant enim utrique tempora; una eadem re Græci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt; tempus exspectantes cum et ipsi insequantur, Græci interim non resistant.* Hactenus inter Turcos piratas iste mos invaluit, ut librum quem tam, in pretio habitum et religiose observatum adeant: sortes ex eo ducant: ut olim Homericas et Virgilianas, et omnium æstimatione ac religionis opinione præcipue cultas Prænestinas consuluisse veteres novimus. Quod si ex libro pirata faustam sortem duxerit, naves quascunque aggredi haud dubitat, nec cunctatur. Sæpe tamen delusus, stultæ credulitatis ac barbaræ superstitionis pœnas, præda ipse factus, luit. Gentis Turcicæ moribus satis congruit, hariolos et Isicos, vel ut Laonicus Zichidas appellat, qui in Mehemetis exercitu plures erant, tempus commodum urbi expugnandæ indixisse: sic enim spes obsidentibus injecta urbe potiundi, auctique ad cœptum perficiendum animi.

(81) *Ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείχη.* Notant historici Saraceni a gente sua Constantinopolim sæpius obsessam fuisse. Primo imperante Constante Heraclii nepote, anno ejus 15, Christi 654, tuncque totus ager Constantinopolitanus direptus fuit. Secundo Constantini Pagonati anno 5, Christi 672. Tertio Leonis Isaurico imperante, anno Christi 717. Quarto Constantini Copronymi temporibus, anno Christi 743. Verum hujus obsidionis quartæ gloriam totam falso sibi arrogant, suisque auspiciis bellum gestum fuisse prædicant. Justa Græcos siquidem sic se res habet. Dum Ardavasdam usurpatorem Copronymus bello petit, et imperium recuperare conatur, Constantinopolim obsidet ac capit anno prædicto 743. Quinto obsessa fuit ejusdem Copronymi anno 24, Christi 764. Sexto tandem anno quarto Leonis Copronymi F. Irenes mariti, qui fuit annus Christi 779. Anno præterea Christi 798, regnante Irene, Saraceni in Thraciam penetrant, et ad suburbia Constantinopoleos omnia depræ lantur. Postea anno 821, a servo quodam fugitivo Thoma, qui ad Saracenos transfugerat, fidemque Christianam ejuraverat, Constantinopolis obsessa fuit. Anno quoque 914, Bulgari urbem obsidione cinxerunt. A Gallis et Venetis anno 1204 obsessa ac expugnata fuit, eam quoque Morates II, per trimestre tempus obsedit, et tandem anno 1453 a Mehemete II expugnatur; qui tormentis æneis, quæ anteriora sæcula ignorabant, muros quassavit ac diruit.

(82) *Καὶ στείλας πρέσβεις.* Laonicus lib. VIII, narrat Mehemétem legatum ad obsessos misisse Ismailem Spentiaris F. ut eos ad deditionem hortaretur, vel potius ut urbis statum exploraret. Ad illum vero Græcos respondisse, nullo modo se dedituros, sed extrema ut urbem tuerentur passuros.

(83) *Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας.* Leunclavius, lib. XV, contrarium ex historia Turcorum re-

Digitized by Google

οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν παραδοθῆναι τὴν πόλιν τοῖς Τούρκοις ἐκ τῶν χειρῶν τῶν Ῥωμαίων. Εἰ γὰρ εἶχε τοῦτο γενέσθαι, ποίαν ὁδὸν, ἢ ποῖον τόπον, ἢ πόλιν εἶχον μετοικῆσαι Χριστιανῶν τοῦ μὴ καταπτύειν, καὶ ὀνειδίζειν, καὶ σφακελίζειν τοὺς Ῥωμαίους; Οὐχὶ μόνον Χριστιανοὶ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ Τοῦρκοι καὶ Ἑβραῖοι εἶχον ἐξουθενεῖν αὐτούς.

A quam Christianorum urbem migrarent Romæi, ubi a probris, contumeliis et contemptu tuti et securi agerent? a Christianis enim non solum, sed ab ipsis Turcis et Hebræis merito spreti ac contumeliose habiti essent.

Τότε ὁ Λόγγος Ἰουστινιανὸς (84) ἐσκέψατο διὰ τῆς νυκτὸς προσεγγίσαι ταῖς διήρσαι, καὶ ἐμπρῆσαι ταύτας. Καὶ δὴ ἑτοιμάσας μίαν τῶν τριήρεων, καὶ βαλὼν ἐν αὐτῇ τοὺς δοκιμωτάτους τῶν Ἰταλῶν, καὶ παντοῖα μηχανικὰ σκεύη ἵσταντο ἐκδεχόμενοι τὴν ὥραν. Οἱ δὲ Γενουῆται τοῦ Γαλατᾶ μαθόντες τὸ δρώμενον ἀπήγγειλαν τοῖς Τούρκοις. Οἱ δὲ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἄγρυπνοι διανυκτερεύσαντες, καὶ σκευὰς ἑτοίμους παραταξάμενοι τοὺς Λατίνους ἐκδέχοντο. Οἱ δὲ Λατῖνοι μὴ γνόντες τὸ μηνυθὲν παρὰ τῶν τοῦ Γαλατᾶ εἰς τοὺς ἀσεβεῖς, περὶ μέσας νύκτας ἄρασα τὰς ἀγκύρας ἡ τριήρης ἀψοφητὶ τοῖς πλοίοις πλησιάζων ἦν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐν τῇ βοτάνῃ τῆς σκευῆς πῦρ βάλλοντες, ἦσαν γὰρ ἐν ὅλῃ τῇ νυκτὶ ἐγρηγορότες, καὶ δὴ ἐκπεμφθεὶς ὁ λίθος κατὰ τῆς τριήρεος, καὶ σὺν ἤχῳ πλείστῳ κρούσας αὐτὴν, ἔβαλε κάτω ὑποβρύχιον σὺν τοῖς ἐπιβάταις, πέμψας εἰς βυθόν. Τοῦτο τοὺς Λατίνους εἰς φόβον καὶ ἀγωνίαν οὐ μικρὰν ἐνέβαλε, καὶ τὸν Ἰωάννην οὐκ εἰς μικρὸν ἀθυμίαν· ἦσαν γὰρ οἱ καταποντισθέντες ἅπαντες ἐκ τῆς αὐτοῦ νηὸς εὔζωνοι νέοι, καὶ λίαν πολεμισταὶ ὑπὲρ τοὺς ρν'. Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐκπαρθέντες ἐπὶ τῇ εὐδοκιμίᾳ, καὶ φωνὴν μεγάλην ἅραντες σὺν ἀλαλαγμῷ πάντες, καὶ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις, καὶ οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς τόσον ἦχον ἐν οὐρανοῖς ἐξέπεμψαν, ὡς δοκεῖν τὸ κλίμα ἐκεῖνο τῆς γῆς σείεσθαι. καὶ ἐκ τοῦ φόβου καὶ οἱ τῆς πόλεως, καὶ οἱ τοῦ Γαλατᾶ πάντες ἐβόων. Ἡμέρας οὖν γενομένης, καὶ χαρμοσύνως τε καὶ εὐθαρσῶς καταπολεμίζοντες, ἐναβρυνόμενοι ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ καταβολῇ τῆς τριήρεως, ἄλλον λίθον καὶ αὐτὸν παμμεγέθη τῇ φολεᾷ τῆς χωνείας ἐνήρμοσαν. Καὶ δὴ ἱσταμένης μιᾶς νηὸς ἐν τῇ πύλῃ τοῦ Γαλατᾶ ἐγγὺς, φερούσης φόρτον ἐμπορικὸν παντοίων εἰδῶν, καὶ μελλούσης ἐν Ἰταλίᾳ πλέειν, ἦν γὰρ καὶ ἡ ναῦς, καὶ ὁ φόρτος τῶν ἐμπόρων τοῦ Γαλατᾶ, ἀφέντες οἱ Τοῦρκοι τὸν λίθον διέῤῥηξε τὴν γαστέρα τῆς νηὸς, καὶ διαῤῥαγείσης ἄρδην κατεποντίσθη ἐν τῷ βυθῷ. Τοῦτο τὸ δῶρον ἀντάμειψις τῆς ἀκραιφνοῦς φιλίας, ἧς ἐπεδείξαντο Τοῦρκοι τοὺς Γαλατίνους. Ἀπῆσαν γὰρ ἐν τοῖς μεγιστάνοις αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ βοῶντες, ὡς Ἡμεῖς φίλοι ὄντες, καὶ τὰ τῆς φιλίας πράττοντες ἐσημάναμεν τὴν ἔλευσιν τῆς τριήρεος· *Καὶ γὰρ εἰ οὐκ ἐστὲ παρ' ἡμῖν ἐνωτισθέντες τὴν ἔλευσιν αὐτῆς, εἰς κενὸν ἂν ἦσαν οἱ τόσοι κόποι τῶν*

Per id tempus Justinianus Longus hostium biremes noctu invadere, ignemque iis injicere cogitabat. Ad hoc trireme una, Italorum probatissimis ei impositis, machinisque omnibus idoneis instructa, tempus commodum observabat. At Galatini Genuenses rem sibi compertam Turcis prodidere; qui noctem illam totam insomnem vigiliasque egerunt, tormentisque ad excipiendum Latinorum impetum paratis, venientes exspectarunt. Latini istius proditionis ignari, anchoras circa mediam noctem sine strepitu tollunt, et triremi ad navigia feruntur. Tunc Turci, qui tota nocte vigilaverant, igne bombardæ injecto lapideum globum triremi impegerunt; quæ cum ingenti fragore quassata, una cum vectoribus omnibus in profundum demersa est. Tali casu Latini vehementer territi ac attoniti fuere; Joannesque ipse pavore haud mediocri perculsus est: fluctibus enim absorpti plures quam centum et quinquaginta juvenes prompti ac bellicosi perierant, qui in ejus nave stipendia omnes faciebant. Turci vero ob tam apposite destinatum ictum animo elati, omnes cum qui in navigiis, tum qui sub tentoriis erant, simul vehementer vociferantur, tantumque clamorem in cœlum mittunt, ut tractus ille terræ concuti videretur; formidine etiam Constantinopolitani ac Galatini trepidantes clamoribus similibus aerem complevere. Ubi vero dies illuxit, Turci lætabundi sibique admodum confidentes oppugnare urbem pergunt, istaque inexspectata triremis depressione superbientes lapidem magnum bombardæ canali immittunt, et in navem quæ mercatorum Genuensium erat directo ictu, ejus costas disrumpunt, et in profundum demergunt. Hæc navis juxta muros ad portam Galatæ stationem in portu habebat, mercibus omnigenis onusta in Italiam mox navigatura; hocque facinore, ceu redhostimento, quomodo amicitiam Galatinorum colerent, Turci probaverunt. Eodem hoc die ad magnates, cum ipsis expostulaturi, Galatini se **157** conferunt; quod cum amici eorum esset, talesque prodita trireme se præbuissent, tanta injuria illata ipsis esset: *Si vobis*, inquiunt, *incompertus fuisset triremis appulsus, tantos labores, in trahendis terra biremibus octoginta inque portum deducendis,*

Ismaelis Bullialdi notæ.

fert, Constantinum scilicet et chirurgum de deditione facienda cogitasse: nisi Italorum auctoritate, et factione, qui et nusquam consensuri erant, ab hoc proposito retracti fuissent.

(84) *Τότε ὁ Λόγγος Ἰουστινιανός.* Hujus cœpti meminerunt Laonicus, lib. VIII Leonardus Chiensis et Phranzes, lib. III, c. 11. De nave Genuensi a Turcis demersa idem Phranzes capite 19 disserit, sed a nostro in quibusdam dissentit.

Digitized by Google

frustra subiisseris; in cinerem namque a Romais versæ fuissent. Vos itaque ob tantum officium gratiam reponentes, tam grave damnum nobis intulistis. Responderunt Mesazontes: *Navem illam vestram esse ignorabamus, idque a nobis hostilem esse persuasis actum est. Bono estote animo; utque urbem occupemus, cujus equidem expugnatio vicina est, vota concipite: damnum vobis illatum resarcietur, et quodcunque vobis debetur, numerabitur.* His blandis et ad fraudem compositis verbis placati, reversi sunt miseri, ad calamitatem clademque cæcutientes, qua una cum capta ac expugnata urbe obruendi erant. Tyrannus interim pontem ligneum a Galatæ littore ad Cynegum horce artificio compactum stravit. Dolia supra mille collecta rudentibus colligata cohærebant; ita ut bina secundum eorum longitudinem apposita latitudine pontis caperent; series binæ doliorum, totam pontis longitudinem capientes, simul etiam connexæ coagmentantur: trabes deinde ad oram utramque clavis affixæ, quibus tabulatum tandem instratum est, tantaque erat pontis latitudo, ut milites quinque fronte incedere facile possent.

A διὰ ξηρᾶς εἰσαχθέντων ἐν τῷ λιμένι ὀγδοήκοντα πλείων. Τέφρα γὰρ ἔμελλον γεγονέναι καὶ κόνις παρὰ τῶν Ῥωμαίων. Ὑμεῖς δὲ τὴν ἀντιμισθίαν πληρώσαντες ἐποιήσατε ἡμῖν τὴν τοσαύτην ζημίαν. Οἱ δὲ μεσάζοντες ἀπεκρίναντο, ὅτι *Μὴ γινώσκοντες ὑμετέραν εἶναι τὴν ναῦν, ἀλλὰ θαῤῥοῦντες τῶν ὑπεναντίων εἶναι, τοῦτο καὶ πεπράχαμεν. Ἔχετε οὖν θάῤῥος, καὶ εὔχεσθε* τοῦ λαβεῖν ἡμᾶς τὴν πόλιν· καὶ γὰρ ἤδη πάρεστιν καὶ ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι, καὶ τότε πᾶσα ζημία, καὶ πᾶν ἕτερον τὸ ὀφειλόμενον ὑμῖν δοθήσεται. Σὺν τούτοις τοῖς μειλιχίοις λόγοις ἀπῆεσαν· μὴ εἰδότες οἱ ἄθλιοι ὅτι καὶ αὐτοὶ, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν, ὡς ἡ Κωνσταντίνου, οὕτω καὶ αὐτοὶ γενήσονται μετ' ὀλίγον. Ὁ δὲ τύραννος κατεσκεύασε καὶ γέφυραν (85) ξυλίνην ἀπὸ τῶν τοῦ Γαλατᾶ βλέπων εἰς Κυνηγόν. Ἡ δὲ κατασκευὴ ἦν οὕτως· ἀθροίσας κελεύσει οἰνοδόχα ἀγγεῖα ὑπὲρ τὰ χίλια, καὶ δήσας καλωδίοις εἰς πλάτος ὅσον τὰ δύο ἀγγεῖα κατὰ μῆκος τίθενται, ὁρμαθὸν ἕνα, καὶ ἕτερον πάλιν ὁρμαθὸν ὅμοιον τῷ πρώτῳ· εἶτα συνάψας, καὶ συναρμόσας τοὺς δύο ὁρμαθοὺς, καὶ δοκοὺς ἐκ τῶν δύο μερῶν προσηλώσας, σανίδας κιB στρωσεν. Καὶ ἐγεγόνει εἰς πλάτος ἡ γέφυρα, ὥστε ἀπόνως πέντε κατὰ πλάτος διέρχεσθαι στρατιώτας πεζούς.

CAPUT XXXIX.

Mehemetes Constantinum ad deditionem frustra hortatur, propterea ad expugnandam urbem se accingit. Justinianus dirutam muri partem munit. Maii 27 acriter et vehementer Turci urbem oppugnant, et postridie usque ad horam diei nonam. Die 28 Maii post occasum solis acrius pugnatum. Mehemetes suos hortatur. Justinianus gravide plumbea in manu læsus pugnam omisit; obsessi isto casu percelluntur. Turci tandem in muros ascendunt, propugnatores deturbant, et rebus desperatis Græci fugiunt, Turcique in urbem irrumpunt. Constantinus interficitur. Turci obvios passim cædunt, templa, monasteria et domos diripiunt. Græci in sanctæ Sophiæ templum confugium, falsa opinione salvos se in eo fore credentes. Turci eos invadunt, omnes captivos abducunt. Templum pollutum ac direptum. Magnus dux capitur, et Mehemetis jussu domi custoditur. Justinianus suos a pugna revocat. Naves aliquot et Galatinorum non pauci aufugiunt. Cæteri per Zagamum a fuga revocantur. Galatini Mehemeti se dedunt. Græci omnes et qui in urbe capta vivi superfuerunt, in naves aut castra Turcorum translati.

Omnibus ad expugnandum urbem, ut Mehemeti videbatur, rite instructis, caduceatorem, qui imperatori talia diceret, destinat: *Omnia ad expugnationem jam parata esse, et quod jamdiu ante decrevi,* **158** *deinceps efficiendi tempus adesse certiorem te facio. Incepti nostri exitum Deo, a cujus nutu pendet, credimus. Ad deditionem compellantibus nobis quid respondes? Urbe decedere tibi placet, et quocunque libuerit, cum aulæ tuæ proceribus, eorum supellectile ac divitiis, abire? hac etiam conditione ut nostri neuter populo damnum inferat? An obsistere ac repugnare tibi certum est? proindeque vitam divitiasque tuas, et suorum perdere, populum quoque captivum per omnes regiones a Turcis distrahendum prodere?* Imperator præsente senatu respondit: *Si pacem nobiscum majores tuos imitatus habere velis, gratias ob id Deo agimus. Illi equidem majores meos, velut parentes venerati, coluerunt ac observarunt: hanc urbem, apud quam ca-*

C Ἀπαρτίσας οὖν τὰ πάντα (86), ὡς αὐτῷ ἔδοκει, καλῶς, ἔπεμψεν ἔνδον λέγων τῷ βασιλεῖ· *Γίνωσκε τὰ τοῦ πολέμου ἤδη ἀπηρτίσθαι, καὶ καιρός ἐστιν ἀπὸ τοῦ νῦν πρᾶξαι τὸ ἐνθυμηθὲν πρὸ πολλοῦ παρ' ἡμῖν νῦν. Τὴν δὲ ἔκβασιν τοῦ σκοποῦ τῷ Θεῷ ἀφίεμεν. Τί λέγεις; βούλει καταλείπειν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν ἔνθα καὶ βούλει μετὰ καὶ τῶν σῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, καταλιπὼν τὸν δῆμον ἄζήμιον εἶναι καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ παρὰ σοῦ; ἢ ἀντιστῆναι, καὶ σὺν τῇ ζωῇ καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἀπολέσεις σύ τε καὶ οἱ μετὰ σοῦ, ὁ δὲ δῆμος αἰχμαλωτισθεὶς παρὰ τῶν Τούρκων διασπαρῶσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ;* Ὁ βασιλεὺς δὲ ἀπεκρίνατο σὺν τῇ συγκλήτῳ· *Εἰ μὲν βούλει, καθὼς καὶ οἱ πατέρες σου ἔζησαν, εἰρηνικῶς σὺν ἡμῖν συνζῆσαι καὶ σὺ, τῷ Θεῷ χάρις. Ἐκεῖνοι γὰρ τοὺς ἐμοὺς γονεῖς ὡς πατέρας ἐλόγιζον, καὶ οὕτως ἐτίμων, τὴν δὲ πόλιν ταύτην ὡς πατρίδα. Καὶ γὰρ ἐν καιρῷ*

D

Ismaelis Bullialdi notæ.

(85) *Κατεσκεύασε καὶ γέφυραν.* Leonardus Chiensis, Laonicus, lib. VIII, Leunclav. lib. XV, Phranzes lib. III, cap. 10, adeundi.

(86) *Ἀπαρτίσας οὖν τὰ πάντα.* Cap. proximo diximus quisnam fuerit ille legatus, et quo animo a Mehemete fuerit missus. Præter Laonicum adeundi Leonardus Chiensis, atque etiam Paulus Maurocenus *Historiæ Venetæ* lib. XXV.

Digitized by Google

περιστάσεως ἅπαντες ἐντὸς ταύτης εἰσιόντες ἐσώθησαν, καὶ οὐδεὶς ὁ ἀντισταλνων ἐμακροβίω. Ἔχε δὲ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἁρπαχθέντα ἀδίκως κάστρα καὶ γῆν, ὡς δίκαια. Καὶ ἀπόκοψον καὶ τοὺς φόρους (87) τόσους, ὅσους κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν κατ' ἔτος τοῦ δοῦναί σοι, καὶ ὑπελθε ἐν εἰρήνῃ. Τί γὰρ οἶδας εἰ θαρρῶν κερδᾶναι, εὑρεθῇς κερδανθείς ; Τὸ δὲ τὴν πόλιν σοι δοῦναι οὔτ' ἐμόν ἐστι, οὔτ' ἄλλου τῶν κατοικούντων ἐν ταύτῃ. Κοινῇ γὰρ γνώμῃ πάντες αὐτοπροαιρέτως ἀποθανοῦμεν, καὶ οὐ φεισόμεθα τῆς ζωῆς ἡμῶν.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ τύραννος, καὶ ἀπογνοὺς τὴν εἰρηνικὴν τῆς πόλεως προδοσίαν, ὥρισε διαλαλιὰς γενέσθαι ἐν πάσῃ τῇ στρατιᾷ· καὶ ἐδήλωσε τὴν ἡμέραν τοῦ πολέμου, ὁμόσας ὡς οὐκ ἔτ' ἄλλο χρῄζει κέρδος πλὴν τὰς οἰκοδομὰς, καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως· τὸν δ' ἄλλον ἅπαντα θησαυρὸν, καὶ αἰχμαλωσίαν ἔστωσαν ὑμῶν κέρδη. Τότε οἱ πάντες εὐφήμησαν. Ἐσπέρας δὲ γενομένης κήρυκας κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου στείλας, ἐπρόσταττε ἐν πάσῃ σκηνῇ φῶτα μεγάλα καὶ πυρκαϊὰς ἀνάψαι· καὶ τῶν φώτων ἀναφθέντων πάντας σὺν ἤχῳ καὶ βοῇ ἀλαλάξαι τὴν μιαρὰν αὐτῶν φωνὴν (88), τὴν δηλοῦσαν τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν. Καὶ ἦν ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι ξένον τέρας· τὰ γὰρ φῶτα ὑπερεκχυθέντα ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἔλαμπον, τὴν πᾶσαν πόλιν, τὸν Γαλατᾶν, τὰς νῆας ἁπάσας, καὶ τὰ πλοῖα πέρα τὸ Σκουτάριον. Καὶ ἐπιφάνεια πᾶσα τῆς ὑγρᾶς τοσοῦτον ὑπερήστραπτον, ὅσον εἴποι τις κεραυνοῦ δίκην. Καὶ γὰρ εἴθε ἦν κεραυνὸς, οὐ φωτίζων μόνον, ἀλλὰ καὶ καταχαίων καὶ δαπανῶν ! Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐδόκουν πῦρ ἐμπεσεῖν ἐν τῷ στρατεύματι. Καὶ κατέτρεχον ἕως τοῦ ἐρειπίου. Καὶ ὁρῶντες αὐτῶν τὰς ὀρχήσεις, καὶ τὰς εὐφροσύνους ἀκούοντες ἀλαλαγὰς τὰς γενομένας, προεώρων τὸ μέλλον, καὶ σὺν καρδίᾳ συντετριμμένῃ πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεγον, Κύριε, φεῖσαι ἡμᾶς τῆς δικαίας σου ἀπειλῆς, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἀντικειμένου. Οἱ δὲ δημόται μόνον ἰδόντες τὴν τοσαύτην θέαν, καὶ τὴν βοὴν ἀκούσαντες, ὡς ἠμιθανεῖς ἔπνεον, μὴ δυνάμενοι ἕλκειν πνεῦμα μήτ' ἀποφυσᾶν. Ὁ δὲ Ἰωάννης διὰ τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀγωνισάμενος, καὶ κελεύσας τὰς κληματίδας ἁπάσας τὰς εὑρισκομένας ἐν τῇ πόλει συναγαγεῖν καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς ἐρειπίοις, κατασκευάσας ἄλλην τάφρον ἔνδοθεν τοῦ φυλάττεσθαι τὰ τείχη τὰ φθαρέντα. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἰδόντες τὴν εἰσοδοέξοδον αὐτῶν φανερὰν γενομένην, καὶ μὴ δυναμένους ἐξιέναι ἔξω τῆς πύλης, καὶ ἀνθίστασθαι τοῖς Τούρκοις ἐν τῷ ἔξω κάστρῳ ἀπεκαλύπτους ὄντας τῶν τειχέων καταπεσόντων. Ἦσάν τινες τῶν γερόντων ἐπιστάμενοι παραπόρτιον ἓν, πρὸ πολλῶν

A *lamitate et ærumnis pressi salutem sibi quæsierunt, patriæ loco habuerunt, quorum etiam nullus qui oppugnatione illam tentavit, longævus fuit. Castris et regionibus, contra fas jusque nobis ereptis, tanquam juste partis fruere. Tributa annua, quam magna ac gravia pendere poterimus, impera, et pace constituta recede. Num spe lucri delusus, an aliis præda futurus sis omnino nescis ; urbem vero tibi dedere, neque penes me est, neque in civium cujusquam incolarumve potestate. Unum quippe universorum propositum est, ultro mori, nec vitæ nostræ parcere.*

Iis auditis, tyrannus deditione sponte facta urbem recipere desperavit : quamobrem copiis suis per castra oppugnationis diem edixit : quibus juratus significat, alia præda, præter mœnia et domos urbis, se non indigere ; thesauros ac mancipia cæteramque prædam militi suo dimittere. Ei hac de causa universæ copiæ cum plausu acclamarunt. Sub vesperam per universa castra tubicinibus missis, in tentoriis singulis lumina et ignes ingentes accendi jubet ; luminibusque accensis, cunctos vocem infandam, impie eorum religionis signum, clamore intenso ac alacri sonare. Portento quid simile videndum audiendumque oblatum est ; lucernæ etenim terra marique confertim dispositæ solis splendorem vincebant, totumque oppidum, Galatam, naves omnes, et navigia ultra Scutarium stantia illustrabant ; marisque superficies acriter ad fulgetri aut fulminis instar coruscabat. Ac utinam fulmine non solum collustrante, sed et comburente ac absumente classis et castra tyranni de cœlo tacta tunc fuissent ! Romæi incendio ardere castra rati, usque ad muri ruinam exploraturi processere : ex conspectis vero eorum saltationibus, plausu lætisque eorum vocibus auditis, quod futurum erat, conjecere : et ad Deum corde contriti sic clamavere : Parce nobis, Domine, justasque minas tuas averte, et e manibus oppugnantium **159** nos eripe. Plebs etiam hoc unico spectaculo ac vociferatione perterrita ac semimortua, respiratione velut intercepta ducens suspiria singultiebat. Joannes porro nocte illa strenue laboravit, omniaque sarmenta, quæ in urbe reperiri possent, comportari jussit, ut mœnium ruderibus injecta illa loricam ac munimentum, quo milites protegerentur, efficerent, fossamque intra ambitum ipse duceret, qua dirutam eorum partem tueretur. At Romæi interim dubii hærent, cernentes hostium conspectui patere viam, qua urbe egredi, inque eam remeare possent ; nec propterea liberum sibi esse ea erumpere, ut cum

Ismaelis Bullialdi notæ.

(87) *Καὶ ἀπόκοψον καὶ τοὺς φόρους.* Non conveniunt de hujus tributi solutione Ducas et Laonicus. Ille quippe Constantinum induci, quamlibet rectigalis annui summam pollicitum, quam tam Mehemetes imperaret : quod hunc respuisse supra narravit. Laonicus vero decem myriadas nummorum tributi nomine sibi solvi Mehemetem petiisse scribit.

(88) *Τὴν μιαρὰν αὐτῶν φωνήν.* Intelligit voces illas *Alla-hu*, id est, *Deus est*, et illas *Alla-hu-hekber*, id est *Deus magnus est*. Quas quidem Ducas μιαρὰν φωνὴν appellat, quia a pollutis impiorum labiis, Dei nomen contra ipsum, ejusque Ecclesiam usurpantibus, pronuntiatur.

Digitized by Google

Turcis in exteriore propugnaculo pugnarent, quod muro diruto corpora nuda hostibus objicerent, nec, quo se protegerent, haberent; senum itaque quorumdam indicio, porta subterranea, ante multos annos valde munita, in palatii parte inferiori imperatori innotescit, quam statim aperiri jubet: eaque Romani muris protecti eruptione facta in aggere extra muros cum Turcis pugnabant. Hæc autem cæca porta Cercoporta olim appellata fuit.

Tyrannus porro die Dominica urbem ab omni parte oppugnare cœpit, præliisque continuis a vespera per totam noctem Romæos exercuit ac fatigavit; erat autem illa Dominica festivitas Omnium sanctorum, Maii dies vicesimus septimus. Postquam illuxit ad horam usque diei novam remissius pugnatum: exercitum deinde in duo agmina a palatio usque ad portam Auream distribuit. Octoginta etiam biremes a Ligni porta usque ad Plateam collocat; cætera navigia, quæ ad duas columnas stabant, per ambitum circumacta fuere a porta Pulchra ultra arcem Megademetrium, et portam Parvam Hodegetriæ (id est viæ ductricis) monasterio vicinam; ultra portum etiam, quem circumdabant, usque ad Blanca locata erant. Unoquoque horum scalæ mœnium altitudini pares aliæque bellica instrumenta vehebantur. Post solis occasum classicum sonuit, et tyrannus ipse hora noctis secunda fidelissima juventute fortiter et acriter pugnante, decem millium suorum mancipiorum numero cinctus et equo insidens, in parte muri dejecta cominus pugnabat. A tergo vero et a lateribus supra centum equitum strenuorum millia aderant. In partibus vero inferioribus usque ad portæ Aureæ portum plures centum millibus milites locati erant; et a principis statione ad summam usque palatii partem alia quinquaginta millia militum id spatii occupabant. Navigia vero et pontem alia infinita multitudo tenebat. Obsessi quoque stationes ad propugnandum partiti erant. Imperator **160** et Joannes Justinianus mœnium partem dirutam, in aggere exteriori pugnantes, cum tribus Latinorum Romæorumque millibus tuebantur. Ad palatium cum quingentis magnus dux stabat. Mœnia vero, quæ mari objecta sunt, et propugnacula, a porta Lignea usque ad Pulchram,

Ὁ δὲ τύραννος ἤρξατο ἡμέρᾳ Κυριακῇ σθνάπτειν πόλεμον καθολικόν· καὶ δὴ ἑσπέρας γενομένης οὐκ ἔδωκεν ἀνάπαυσιν τοῖς Ῥωμαίοις τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ· ἦν γὰρ ἡ Κυριακὴ ἐκείνη τῶν ἁγίων Πάντων, ἄγων ὁ Μάϊος ἡμέρας κϛ'. Ἐπιφωσκούσης δὲ τῆς ἡμέρας συνῆψε πόλεμον οὐ τόσον ἄχρι ὥρας ἐννάτης. Μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην διεῖλε τὸν στρατὸν ἀπὸ τοῦ παλατίου μέχρι τῆς Χρυσῆς. Καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πλοῖα ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης ἄχρι τῆς Πλατέας (90)· τὰ δὲ ἕτερα ἱστάμενα ἐν τῷ διπλοκιονίῳ περιεκύκλωσαν ἀπὸ τῆς Ὡραίας πύλης (91), διαβάντα τὸν Μεγαδημήτριον (92) τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὴν πόρταν τὴν μικράν, τὴν ἐν τῇ μονῇ τῆς Ὁδηγητρίας (93). Καταβάντες τὸ μεγαπαλάτιον, καὶ διαβάντες τὸν λιμένα περιεκύκλωσαν ἄχρι τοῦ Βλάγκα (94). Ἕκαστον αὐτῶν ἔχον ἀνὰ κλίμακα ἰσόσταθμον τοῖς τείχεσι, καὶ παντοίαν ἄλλην παρασκευήν. Δύναντος οὖν τοῦ ἡλίου, τὸ ἐνυάλιον ἤχησε, καὶ αὐτὸς ὁ τύραννος ἐφ' ἵππου τῇ δευτέρᾳ ἑσπέρᾳ, καὶ ἦν ἡ παράταξις μεγάλη σφόδρα. Ἐμάχετο οὖν κατὰ πρόσωπον τῶν πεσόντων τειχέων σὺν τοῖς αὐτοῦ πιστοῖς δούλοις νέοις καὶ παναλκέσιν, ὑπερμαχοῦντες ὡς λέοντες ἐπέκειντο τῶν δέκα χιλιάδων. Ἐξόπισθεν δὲ καὶ ἐκ πλαγίων ἄνδρες μάχιμοι ἱππόται ὑπὲρ τὰς ρ' χιλιάδας. Ἐν δὲ τοῖς κάτω μέρεσιν ἄχρι τοῦ λιμένος τῆς Χρυσῆς ἕτεραι ἑκατὸν καὶ ἐπέκειντο· καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου οὗ ἵστητο ὁ ἡγεμὼν ἕως τοῦ παλατίου τὰς ἄκρας ἕτεραι πεντήκοντα χιλιάδες· καὶ εἰς τὰ πλοῖα καὶ τὴν γέφυραν ὑπὲρ ἀριθμόν. Οἱ δ' ἐντὸς καὶ αὐτοὶ διαμερισθέντες· ὁ μὲν ὁ βασιλεὺς σὺν τῷ Ἰωάννῃ Ἰουστινιανῷ ἐν τοῖς τείχεσι τοῖς πεσοῦσιν, ἔξω τοῦ κάστρου, ἐν τῷ περιβόλῳ, ἔχοντες μετ' αὐτοὺς Λατίνους καὶ Ῥωμαίους ὡς τρισχιλίους· ὁ δὲ μέγας Δούκας ἐν τῇ βασιλικῇ ἔχων ὡς πεντακοσίους. Τὰ δὲ πρὸς τὴν θάλασσαν τείχη, καὶ οἱ προμαχῶνες ἀπὸ τῆς Χυλίνης πόρτας ἕως τῆς ὡραίας τζαγράτοροι, καὶ τοξόται ἐπέκειντο πεντακοσίων. Ἀπὸ δὲ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(89) *Ἐκαλεῖτό ποτε Κερκοπόρτα.* De illa ne verbum quidem faciunt Gylius et Leunclavius. Videnda sunt quæ supra cap. 59 attulimus, ubi de Xyloporta mentio habetur.

(90) *Ἀπὸ τῆς Ξυλοπόρτης ἄχρι τῆς Πλατέας.* Hagio bazari, vulgo Ai-vazari appellatur his temporibus; vicina est Occidentali urbis anguli. Verum differt a porta Xylocerco appellata. Hæc quippe Xyloporta semper aperta fuit: at Xylocercos etiam Cantacuzeni temporibus, hujusque etiam obsidionis clausa erat. Platea Cynego vicina est.

(91) *Ἀπὸ τῆς Ὡραίας πύλης.* Pulchra porta appellabatur, quæ hodie *Backe-capi*, id est *Horti porta* vocatur, vel *Ciful-capi*, quod magna frequentia portæ illius proximi vici, ab Hebræis habitentur, qui per contumeliam *Ciful* appellantur.

(92) *Τὸν Μεγαδημήτριον.* Arx illa fuit in promontorio quod Bosphorus Thracius et sinus Ceratinus ambiunt: in quo hodie sultani Saraium ædificatum cernitur.

(93) *Τὴν ἐν τῇ μονῇ τῆς Ὁδηγητρίας.* Ex hoc loco et superiori cap. 11 colligere licet monasterium τῶν Ὁδηγῶν non longe fuisse dissitum a muris Bosphoro objectis.

(94) *Ἄχρι τοῦ Βλάγκα.* Non longe distat hic locus ab arce Heptapyrgo, *Iedi-cula* Turcice dicta.

Digitized by Google

τῆς Ὡραίας ποιῶν τὸν γύρον ὅλον ἄχρι τῆς Χρυσῆς πύλης ἐν ἑκάστῳ προμαχῶνι εἷς ἢ τοξότης, ἢ τζαγρότης, ἢ πετροβολιστής· πᾶσαν οὖν τὴν νύκτα διαβάντες ἀγρύπνως, μηδ' ὁπωσοῦν κοιμηθέντες. Οἱ δὲ Τοῦρκοι σὺν τῷ ἡγεμόνι ἔσπευδον πλησιάσαι τὰ τείχη, φέροντες κλίμακας ὑπὲρ ἀριθμὸν προκατασκευασθείσας. Ὁ τύραννος οὖν ἐξόπισθεν τῆς παρεμβολῆς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ ἐλαύνων πρὸς τὰ τείχη τοὺς τοξότας, πῇ μὲν κολακείοις ἐν λόγοις, πῇ δὲ ἀπειλῶν, οἱ δὲ τῆς πόλεως ἀντεμάχοντο ἀνδρείως ὅσον ἡ δύναμις. Ὁ δὲ Ἰωάννης γενναίως παρίστατο σὺν τοῖς αὐτοῦ, ἔχων καὶ τὸν βασιλέα ἔνοπλον, σὺν πάσῃ τῇ παρατάξει ἀντιμαχόμενοι.

A jaculatores et sagittarii plusquam quingenti propugnabant. In singulis denique propugnaculis, inter portas Pulchram et Aneam, per totum murorum ambitum, sagittarius unus, jaculator, vel sclopetarius impositus erat : totaque illa nocte vigilias egerunt. At Turci, conscitante principe suo, scalas ad subeundos muros infinitas admovere festinant. Tyrannus post aciem virgam ferream gestans, alias blandiendo, alias minitando sagittarios ad mœnia impellere, quorum impetum totis viribus obnitendo sustinebant obsessi, Joannes stipatus suis, et qui arma indutus imperator aderat cum copiis universis acriter prœliari.

Ὡς οὖν ἔμελλον μεταπεσεῖν τὰ τῆς τύχης ἀνδραγαθήματα ἐν χερσὶ τῶν Τούρκων, ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ μέσου τῆς παρεμβολῆς τῶν Ῥωμαίων τὸν στρατηγὸν αὐτῶν γίγαντα, καὶ ἰσχύοντα, καὶ ἄνθρωπον πολεμιστήν. Ἐπλήγη γὰρ διὰ μολυβδοβόλου ἐν τῇ χειρὶ ὄπισθεν τοῦ βραχίονος, ἔτι σκοτίας οὔσης, καὶ διατρήσας τὴν σιδηρᾶν χλαμύδα, καὶ ἧτις ὑπῆρχε κατεσκευασμένη ὡς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὅπλα, οὐκ ἠδύνατο ὑπὸ τῆς πληγῆς ἠρεμεῖν. Καὶ λέγει τῷ βασιλεῖ, Σπῆθι θαρσαλέως, ἐγὼ δὲ μέχρι τῆς νηὸς ἐλεύσομαι, κἀκεῖ ἰατρευθεὶς τάχος ἐπαναστρέψω. Ἦν γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ πληροῦσθαι τὰ διὰ τοῦ Ἱερεμίου λεχθέντα τοῖς Ἰουδαίοις· *Οὕτως ἐρεῖτε πρὸς Σεδεκίαν· Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ἰδοὺ ἐγὼ μεταστρέφω τὰ ὅπλα τὰ πολεμικὰ τὰ ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, ἐν οἷς ὑμεῖς πολεμεῖτε ἐν αὐτοῖς τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, καὶ τοὺς Χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς ἔξωθεν τοῦ τείχους· καὶ εἰσάξω αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον τῆς πόλεως ταύτης. Καὶ πολεμήσω ἐγὼ ὑμᾶς ἐν χειρὶ ἐκτεταμένῃ, ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, μετὰ θυμοῦ, καὶ ὀργῆς, καὶ παροξυσμοῦ μεγάλου· καὶ πατάξω τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ κτήνη θανάτῳ μεγάλῳ, καὶ ἀποθανοῦνται. Οὐ φείσομαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ οὐκ οἰκτείρω αὐτούς.* Ὁ βασιλεὺς δὲ ἰδὼν τὸν Ἰωάννην ἀναχωρήσαντα, ἐδειλίασε, καὶ οἱ μετ' αὐτόν· πλὴν ὅσον ἡ δύναμις ἀντεμάχοντο. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸ κατ' ὀλίγον προσεγγίσαντες τὰ τείχη ἀσπιδοφοροῦντες ἐτίθεσαν κλίμακας· πλὴν οὐδὲν ἦνυον· ἐκώλυον γὰρ αὐτοὺς λιθοβολοῦντες ἄνωθεν, ὡς οὖν ἐμποδιζόμενοι εἰστήκεσαν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάντες σὺν τῷ βασιλεῖ ἀντιπαρατάσσοντες ἦσαν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἅπασα ἡ δύναμις, καὶ ὁ σκοπὸς ἦν, τοῦ μὴ ἀφεῖναι τοὺς Τούρκους τὴν εἴσοδον γενέσθαι ἐκ τῶν καταπεσόντων τειχέων, ἕλαθον δι' ἄλλης ὁδοῦ τούτους εἰσάξας ὁ Θελήσας Θεός. Ἰδόντες γὰρ τὴν πύλην, ἣν προλαβόντες εἰρήκαμεν, ἀνεῳγμένην, καὶ εἰσπηδήσαντες ἐντὸς ἐκ τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν δορυφόρων τυράννου ὡς πεντήκοντα, καὶ ἀναβάντες ἐπάνω τῶν τειχέων, πῦρ πνέοντες, καὶ τοὺς συναντήσαντας κτείναντες, τοὺς ἀκροβολιστὰς ἔπεσον. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα φρίκης μεστόν. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι καὶ Λατῖνοι, οἱ κωλύοντες τοὺς τὰς κλίμακας πρυστλοῦντας τοῖς τείχεσι, οἱ μὲν παρὰ τῶν κατεκόπησαν, οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς καρμύσαντες

B Cum ergo ad Turcos fortuna prospera se moy conversura fuit, ex Romæorum acie media, decem gigantem bellicosum fortemque virum Deus abstulit, Is glande plumbea in manus parte posteriori antequam lucesceret vulneratus, perrupta chlamyde ferrea, armis Achillæis opere pari, præ dolore stare amplius non poterat. Imperatori ideo dixit : Firmiter ac strenue hic sta, vulnus curaturus ad navem me confero, hinque statim revertar. Illa quippe hora adimplenda erant, quæ Judæis a Jeremia dicta sunt : *Ad Sedekiam sic loquemini : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego tela bellica, quæ manibus vestris gestatis, quibus pugnatis adversus regem Babylonis et Chaldæos, qui obsidione muros vestros cinxerunt, in vos convertam : et in urbem mediam illos inducam.* C *In vos ira ac indignatione commotus, manum extensa, et brachio elato contra vos prœliabor; hujus urbis incolas feriam. Homines et jumenta strage magna interficientur : non parcam eis, neque ipsorum miserebor.* Imperator ejusque milites, quamvis eos, postquam Joannes recessit, pavor invasisset, totis tamen viribus resistebant. Verum Turci muris paulatim appropinquantes clypeis protecti scalas, nec tamen aliquo successu, admovere : lapidibus enim e superiori parte jacti deturbati ac obruti sunt, ut incepto desisterent, Romæi omnes et imperator ipse hostibus dum obsistunt, totisque viribus obnixi contendunt, ne Turci per muri ruinam viam sibi in urbem facerent, hi alia parte, ita volente Deo, clam in eam penetravere. **161** Conspecta enim, quam Cercoportam diximus, porta patente, quinquaginta ferme viri inter tyranni satellites insignes per eam irruperunt : qui postquam in muri pinnas evasere, cum ardore pugnantes obvios quosque, qui inde jaculabantur, cædunt. Horrendum tunc spectaculum oculis obversabatur : Romæorum etenim Latinorumque, Turcos scalas muris admoventes repulsantium, alii cæsi, alii clausis oculis præcipites e muris se dedere; membrisque contusis vita tandem acerbo fato privati sunt. Facile deinceps scalis applicatis in muros, aquilæ volanti similes, subierunt Turci.

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ τείχους ἔπιπτον, κατερρωγότες τὰ σώματα, καὶ δεινῶς τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἀποβάλλοντες. Τὰς δὲ κλίμακας ἀκωλύτως ἐπήγνυον, καὶ ἀνέβαινον ὡς ἑτοιμοπετόμενοι.

Nec ista interim quæ gerebantur, imperator eique militantes Romæi resciverant; quod longius ab eorum statione, qua Turci irruperunt, porta aberat, præsertim vero quia adversus oppugnantes toti intenti erant. Turci quippe vigiuti pugnis assueti contra Romæum unum bello minus, quam quivis eorum, aptum præliabantur, ac propterea Turcis resistere solummodo cogitabant. Cum itaque ex improviso e murorum parte superiori missilibus se peti ac necari sensissent, et Turcos in urbem penetrasse conspexissent, in partes interiores ejus tumultuantes fuga se recepere. Per portam vero, quæ Charsi dicitur, multitudine coarctatis ac oppressis non patente introitu, qui viribus ac robore præstabant, invalidorum corporibus calcatis pervasere. Tunc quoque tyranni acies Romæorum fuga animadversa, clamore sublato miserisque conculcatis ac cæsis, in urbem irrupit. Ad portam vero collapsorum animamque agentium corporibus obseptam cum devenissent, ingredi nequivere; per muri itaque ruinam plurimi via sibi quæsita obvios trucidarunt. Tunc imperator, omni abjecta spe, animo ac corpore fatiscens, clypeum ensemque manibus gestans, lamentabilem ac commiseratione dignam vocem emisit: *Nullusne adest Christianus qui caput mihi amputet?* ab omnibus quippe desertus erat. Simul cum his verbis Turcus quidam vulnus ei in faciem impressit, quo accepto nudum caput genamque alteram alii Turco præbuit. Lethali denique vulnere confossus, a tergo eum invadente alio, concidit: sic interfectum, nec pro imperatore agnitum, tanquam manipularem militem omiserunt. Porro dum in urbem hora diei prima nondum orto sole perrumpunt Turci, suorum tres solummodo desideraverunt. Urbem ingressi, et a Charisi porta ad palatium diffusi, obvios pariter ac fugientes interfecerunt. Numerumque militum, qui urbi tuendæ operam navarent, quinquaginta millia æquare Turci persuasi ac formidantes, duo illorum **162** millia neci dederunt. Quibus si compertum fuisset, universam bello aptam multitudinem octo millia non superare, nullus eorum periisset. Avaritiæ etenim adeo obnoxia hæc gens est, ut quilibet cædis paternæ vindictam omittat, auroque accepto sicarium liberum abire sinat: quanto magis cum, qui, nulla ipsis prius illata, ab eis injuriam patitur: confecto bello a multis, quibuscum collocutus sum, talia audivi: Terrore ac formidine ab eis qui in prima acie pugnaverant, perculsi, quotquot primi occurrerunt cecidimus: siquidem vero tantam in urbe militum infrequentiam ac paucitatem cognovissemus, omnes tanquam pecudes venumdatos distraxissemus.

Interea etiam tyranni Azapides, qui Ienitzeri vo-

A Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι σὺν τῷ βασιλεῖ οὐκ ἐγίνωσκον τὸ γενόμενον· ἦν γὰρ ἀπὸ μακρόθεν ἡ γενομένη τῶν Τούρκων εἴσοδος, καὶ ἄλλως ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀντιμαχόντων ἅπας ὁ σκοπὸς ἦν. Ἦσαν γὰρ ἀντιπνέμοῦντες ἄνδρες μάχιμοι Τοῦρκοι εἴκοσι πρὸς ἕνα Ῥωμαῖον, καὶ τοῦτον οὐ τόσον πολεμιστὴν ὡς τὸν τυχόντα Τοῦρκον. Πρὸς ἐκείνους γοῦν ἦν καὶ ὁ σκοπὸς, καὶ ἡ φροντίς. Τότε ἐξαίφνης ὁρῶσι βέλη ἐκ τῶν ἄνω κατιόντα, καὶ κατασφάττοντα τούτους. Ἀναβλέψαντες ὁρῶσι Τούρκους· ἰδόντες δὲ εἰς φυγὴν ἔνδον ἐτράπησαν. Καὶ μὴ δυνάμενοι εἰσελθεῖν διὰ τῆς πύλης τῆς ἐπονομαζομένης Χαρσοῦ, στενοχωρούμενοι διὰ τὸ πλῆθος, οἱ μὲν ἀλκὴν περισσοτέραν ἔχοντες, τοὺς ἀνάνδρους καταπατοῦντες, εἰσήρχοντο. Τότε ἡ τοῦ τυράννου παράταξις ἰδόντες
B τὴν τροπὴν τῶν Ῥωμαίων, μιᾷ φωνῇ βοήσαντες εἰσέδραμον, καταπατοῦντες τοὺς ἀθλίους, καὶ κατασφάττοντες. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν πύλην οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν· ἦν γὰρ φραγεῖσα ὑπὸ τῶν καταπεσόντων σωμάτων καὶ λειποψυχησάντων. Ἐκ τῶν τειχέων οὖν οἱ πλεῖστοι διὰ τῶν ἐρειπίων εἰσήρχοντο, καὶ τοὺς συναντῶντας κατέκοπτον. Ὁ βασιλεὺς οὖν ἀπαγορεύσας ἑαυτὸν, ἱστάμενος βαστάζων σπάθην καὶ ἀσπίδα εἶπε λόγον λύπης ἄξιον· *Οὐκ ἔστι τις τῶν Χριστιανῶν τοῦ λαβεῖν τὴν κεφαλήν μου ἀπ' ἐμοῦ;* ἦν γὰρ μονώτατος ἀπολειφθείς. Τότε εἷς τῶν Τούρκων δοὺς αὐτῷ κατὰ πρόσωπον, καὶ πλήξας, καὶ αὐτὸς τῷ Τούρκῳ ἑτέραν ἐχαρίσατο, τῶν ὄπισθεν δ' ἕτερος κατρίαν δοὺς
C πληγὴν, ἔπεσε κατὰ γῆς· οὐ γὰρ ᾔδεσαν ὅτι ὁ βασιλεύς ἐστι, ἀλλ' ὡς κοινὸν στρατιώτην τοῦτον θανατώσαντες ἀφῆκαν. Εἰσελθόντες δὲ οἱ Τοῦρκοι, πλὴν τριῶν ἐν τῇ εἰσελεύσει οὐδεὶς ἄλλος ἀπώλετο. Ἦν γὰρ ὥρα πρώτη τῆς ἡμέρας, οὔπω ὑπὲρ γῆν φανέντος. Εἰσελθόντων δὲ, καὶ διασκεδασθέντων ἀπὸ τῆς πύλης Χαρισοῦ ἕως τοῦ παλατίου τὸν ἀπαντήσαντα ἐφόνευον ὁμοίως καὶ τὸν φεύγοντα. Κατέσφαξαν οὖν ἄνδρας μαχίμους ἕως χιλιάδας δύο. Καὶ γὰρ οἱ Τοῦρκοι ἐδεδοίκεσαν· ἦσαν γὰρ ἀεὶ διαλογιζόμενοι, ὅτι ἐντὸς τῆς πόλεως τοὐλάχιστον ἔσονται πολεμισταὶ ὡς πεντηκοντακισχίλιοι. Ἐν τούτῳ τοὺς δισχιλίους κατέσφαξαν. Εἰ γὰρ ᾔδεσαν, ὅτι πᾶς τῶν ἐνόπλων στρατὸς οὐχ ὑπερβαίνει τοὺς ὀκτακισχιλίους, οὐκ ἂν ἀπώλεσάν τινα· φιλοχρή-
D ματον γὰρ ὂν τὸ γένος τοῦτο, εἰ καὶ φονεὺς πατρικὸς ἐμπέσοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, διὰ χρυσοῦ ἀπολύουσι· πόσῳ μᾶλλον ὁ μὴ ἀδικήσας, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ ἀδικούμενος; καὶ γὰρ μετὰ τὸν πόλεμον ἐνέτυχον ἐγὼ πολλοῖς, καὶ διηγήσαντό μοι, Πῶς φεύγοντες τοὺς ἔμπροσθεν, ἐσφάττομεν τοὺς προλαβόντας. Καὶ γὰρ εἰ ᾔδειμεν τοσαύτην ἀπορίαν ἀνδρῶν ὑπάρχουσαν ἐν τῇ πόλει, τοὺς πάντας ὡς πρόβατα πεπράκαμεν ἄν.

Οἱ δὲ τῆς αὐλῆς τοῦ τυράννου Ἀζάπιδες (95), οἱ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(95) Ἀζάπιδες. Hæc vox proprie significat pedites: et jenitzeri eo nomine appellari possunt, quod pedites etiam sint.

Digitized by Google

καὶ γενίτζαροι κέκληνται, οἱ μὲν ἐν τῷ παλατίῳ κατέδραμον, οἱ δὲ πρὸς τὴν μεγάλου Προδρόμου μονὴν, τὴν ἐπικεκλημένην Πέτραν, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῆς χώρας, ἐν ᾗ καὶ ἡ εἰκὼν τῆς παναγνου μου Θεομήτορος ἦν εὑρισκομένη τότε ἐκεῖ. Ὦ γλῶσσα, καὶ χεῖλη, ἡ μέλλουσα φθέγξασθαι τὰ τῇ εἰκόνι συμβάντα διὰ τὰς ἁμαρτίας σου! Ἀγωνιζόμενοι οἱ ἀποστάται τοῦ καταδραμεῖν καὶ ἄλλοθι, πέλεκυν ὁ εἷς τῶν ἀσεβῶν ἐκτείνας, ὑπουργούντων τῶν μιαρῶν χειρῶν αὐτοῦ, εἰς τέσσαρα διεῖλε, καὶ σὺν τῷ τυχόντι κόσμῳ, ἕκαστος τὸ ἴδιον μερίδιον ἔλαβε, κλῆρον βάλλοντες, καὶ τὰ τῆς μονῆς τίμια σκεύη ἁρπάσαντες ᾤχοντο. Καὶ εἰς τὴν τοῦ πρωτοστράτορος οἶκον ἐμβάντες, θησαυροὺς ἤνοιξαν τοὺς πρόπαλαι θησαυρισθέντας ἐξ ἡμερῶν παλαιῶν, ἐξυπνίζοντες τὰς εὐγενίδας ἐκ τῆς κοίτης· ἦν γὰρ ὁ Μάϊος φέρων εἴκοσι ἐννέα (96), καὶ ὁ πρωϊνὸς ὕπνος ἡδὺς ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν νέων καὶ νεανίδων. Ὡς χθὲς γὰρ καὶ πρότριτα θαῤῥοῦντες ἀμερίμνως ἐκοιτάζοντο. Τότε στῖφος πολὺ τῶν ἀσεβῶν ᾤχετο τὸν δρόμον, τὸν ἀπάγοντα ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἦν ἰδεῖν ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τι τέχνασμα. Πρωΐας γὰρ οὔσης, ἔτι λυκοφεγγούσης τῆς ἡμέρας, τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ εἰσβολῇ τῶν Τούρκων καὶ τῇ φυγῇ τῶν πολιτῶν ἔφθασαν φεύγοντες τοῦ καταλαβεῖν τὰς οἰκίας, καὶ προμηθεύσασθαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. Διαβαίνοντες οὖν τοὺς μέρεσι τοῦ Ταύρου (97) καὶ περαιοῦντες τὸν κίονα τοῦ Σταυροῦ, αἱματόφυρτοι ὄντες ἠρωτῶντο παρὰ τῶν γυναικῶν, τί ἄρα τὸ ἀποβάν. Ὡς οὖν ἤκουσαν τὴν ἀπευκταίαν ἐκείνην φωνὴν, Ἐκὸς τοῦ τείχους τῆς πόλεως; πολέμιοι κατεσφάττοντες τοὺς Ῥωμαίους· τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὑβρίσαντες, καὶ ἐξουθενίσαντες, ὡς ἀπαίσιον μηνυτήν· ὄπισθεν δὲ τούτου ἕτερον, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλον, ὅλους αἱματοφύρτους, ἔγνωσαν, ὅτι ἤγγικεν ἐν χείλεσι τὸ ποτήριον τῆς ὀργῆς Κυρίου. Πᾶσαι οὖν γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, μοναχοὶ, μονάζουσαι ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἔθεον, βαστάζοντες ἐν ταῖς ὠλέναις τὰ νήπια αὐτῶν, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἀφέντες τοὺς οἴκους αὐτῶν τῷ βουλομένῳ χωρεῖν. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἀγυιὰν ἐκείνην πεπυκνωμένην πλήρη ἀνθρώπων. Τὸ δὲ προσφεύγειν ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τοὺς πάντας, τί; ἦσαν πρὸ πολλῶν χρόνων ἀκούοντες παρά τινων ψευδομάντεων, πῶς μέλλει Τούρκοι; παρα-

A cantur, partim in palatium, partim in monasterium magni Præcursoris sancti Joannis Baptistæ, quæ Petra dicebatur, concursant. Alii monasterium regionis urbis, in quo tunc palam proposita conspiciebatur imago intemeratæ Matris Dei Dominæ meæ, invadunt. Qua lingua, quibusve labiis eloqui, quisquis tandem tu es, poteris ea quæ propter peccata tua imagini illi tunc contigerunt? Inter apostatas istos impios, alio currere diripiendi causa festinantes, unus acinace stricto eam, et quidquid ornamenti inerat, impuris manibus suis in frusta quatuor discidit, et sorte ducta suum quisque tulit: direpta tandem monasterii pretiosa supellectile abierunt. In domum deinde Protostratoris irruptione facta, thesauros multis annis con-
B gestos effractis arcis recluserunt, feminas nobiles somno lectoque exciterunt; Maii etenim mensis dies vicesimus nonus agebatur, adolescentium puellarumque palpebris suavis ac dulcis somnus antelucanus ea diei hora insidebat, cum securi ac rebus suis confisi, ut heri ac nudiustertius, somno indulgerent. Impiorum quoque densum agmen cursim et cum impetu in Magnam ecclesiam fertur: speciesque strategematis quædam inter istas turbas utrinque conspiciendam se dedit. Sub auroram quidem Romæi, Turcis in urbem irrumpentibus, civibusque terga dantibus, in domus suas uxorum ac liberorum saluti consulturi confugerunt, et dum cruentati per urbis regionem a Tauro denomina-
C tam, ultraque Crucis columnam transcurrunt, a feminis, quid rei esset, interrogantur. Primo quidem verba ista abominanda, hostes intra muros urbis penetrasse, ac Romæos ab ijs cæsos, asserenti fides non solum negata, sed etiam contumeliæ ac probra, ut in nuntium infaustum ac inauspicatum, jacta sunt. Ubi vero alterum, tertiumque a tergo subsequentes **163** totos cruore aspersos conspexere, tunc iræ Domini calicem labiis suis admotum esse demum senserunt. Omnes itaque viri, mulieres, monachi, et monjales in Magnam ecclesiam concursant; patres matresque familias sinu et ulnis infantes suos in illud templum gestantes, desertas domos suas reliquere: viamque eo ducentem hominum turba conferta plenam videre tum
D licuit. Quamobrem vero ad ecclesiam Magnam om-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(96) *Ὁ Μάϊος φέρων εἴκοσι ἐννέα.* Capta fuit Constantinopolis anno 1453, Maii 29, ut quoque Phranzes et Leonardus, qui obsidionem toleravere, fatentur: quare nulli chronologi contra horum auctoritatem audiendi sunt. Annus Hegiræ 857 tunc agebatur et Tziumadi-evel dies 20; incœperat autem annus ille Januarii die 12, 1453. Fuerunt itaque initia mensium, Muharam Januarii 12, Sepher Februarii 11, Rebi-alevel Martii 12, Rebi-alachir Aprilis 11, Tziumad-evel Maii 10, cujus proinde mensis dies 29 fuit Tziumad-evel dies 20.

Qui conferre volet Ducæ narrationem de expugnata Constantinopoli cum aliorum narrationibus, adeat Leonardum Chiensem cum Philippi Loniceri historia editum: Laonicum lib. VIII, Phranzem, qui accurate omnia, quæ ad urbis obsidionem pertinent, complexus est lib. III a cap. 12 ad 19. Justinianus porro apud plerosque male audit, et propter omissam muri propugnationem, accepto levi tantum vulnere, ignaviæ accusatur. Errorem etiam gravem admissum ab ipso notant: quod, loco cui præerat decedens, nullum, qui imperaret, substituit. In insula Chio inglorius postea obiit, ut tradit Petrus Bizarus *Historiæ S. P. Q. Genuensis* lib. XII. Augustinus Justinianus in *Annalibus*, et Folieta lib. X, vulnus lethale ipsum accepisse scribunt.

(97) *Τοῖς μέρεσι τοῦ Ταύρου.* Tauri regio est illa, in qua sultani Bajazitis meschita et balneæ ædificata sunt.

Digitized by Google

nes confugiebant? Ante multos annos a falsis quibusdam vatibus sub Turcorum jugum urbem mittendam esse audierant; ipsosque in eam vi irruputos, Romæosque trucidando, ad magni Constantini columnam usque processuros esse. Ubi eo ventum foret, angelum e cœlo descensurum, qui strictum gladium, simulque imperium viro cuidam obscuro, tenui admodum ac egeno, columnæ illi insidenti, talibus affatus cum verbis, traderet: Gladium hunc accipe, et populum Dei vindica; statimque terga daturos Turcos; quibus fugientibus Romæi magna strage edita instarent: illos urbe non solum, sed etiam ex Occidentis regionibus, ipsaque Anatolia, ad locum usque Monodendrium dictum in Persiæ finibus situm, expellerent. Hæc exitum habitura persuasi quidam ad ecclesiam currebant, aliosque sequi hortabantur. Hanc Romæi a multis jam annis opinionem, ut etiam factis docuerunt, præceperant, ut, si post se Crucis columnam relinquerent, iram Dei impendentem suis cervicibus declinarent. Quapropter in Magnam ecclesiam confugere. Templi itaque illius amplissimi cum inferior area, tum superiores pergulæ, vestibula, peristylia, omnesque anguli, horæ unius spatio turba virorum ac mulierum infinita referti fuere, cujus etiam portis clausis intus se multitudo loco freta, salutemque inde sperans continuit. Infelices ac miseri Romæi, templum illud, quod heri ac nudiustertius speluncam et altare hæreticorum appellabatis, quod nullus vestrum, ne polluereturadibat, ob celebratam in eo liturgiam ab iis qui concordiam Ecclesiarum amplectuntur, Deo nunc irato ac succensente, meritasque pœnas a vobis exigente, in illud velut salutis portum confugitis. Sed neque vindicti justæ Dei iræ pœnas luentes, intra viscera vestra pacis cogitatione et desiderio commovemini. In tanta siquidem clade ac calamitate, si angelus cœlo advenions vos ad hunc modum alloqueretur: *Pacem et concordiam Ecclesiæ dummodo colatis et amplectamini, hostes urbe pellam*; in eam conditionem haud consentiretis; ad quam etiam adducti, fiete tamen et simulate id ageretis. **164** Hujus sibi conscii sunt illi, qui paucos ante dies in Turcorum, quam Francorum potestatem devenire, satius esse dicebant.

A δοθῆναι ἡ πόλις, καὶ εἰσελθεῖν ἐντὸς μετὰ δυνάμεως, καὶ καταλάβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους παρ' αὐτῶν, ἄχρι τοῦ κίονος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου 98). Μετὰ δὲ ταῦτα καταβὰς ἄγγελος φέρων ῥομφαίαν, παραδώσει τὴν βασιλείαν σὺν τῇ ῥομφαίᾳ ἀνωνύμῳ τινὶ ἀνδρὶ, εὑρεθέντι τότε ἐν τῷ κίονι ἱσταμένῳ, λίαν ἀπερίττῳ καὶ πενιχρῷ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ· Λάβε τὴν ῥομφαίαν ταύτην, καὶ ἐκδίκησον τὸν λαὸν Κυρίου. Τότε τροπὴν ἔξονται οἱ Τοῦρκοι, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι καταδιώξουσιν αὐτοὺς κόπτοντες· καὶ ἐξελάσουσι καὶ ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἀπὸ τῆς δύσεως, καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν, ἄχρις ὁρίων Περσίας, ἐν τόπῳ καλουμένῳ Μονοδενδρίῳ. Ταῦτά τινες ὡς ἀποβησόμενα ἔχοντες ἔτρεχον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐσυμβούλευον τρέχειν. Αὕτη ἦν τῶν Ῥωμαίων ἡ σκέB ψις, ἣν καὶ πρὸ χρόνων πολλῶν ἦσαν μελετῶντες, τὸ νῦν πραχθὲν, ὅτι Εἰ καταλείψομεν τὸν κίονα τοῦ Σταυροῦ ἐξόπισθεν ἡμῶν, φευξόμεθα τῆς μελλούσης ὀργῆς. Καὶ αὕτη ἦν ἡ φυγὴ τῆς ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εἰσόδου. Ἐγένετο οὖν ἐν μιᾷ ὥρᾳ ὁ ὑπερμεγέθης ἐκεῖνος ναὸς πλήρης ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ κάτω καὶ ἄνω, καὶ ἐν τοῖς περιαυλίοις, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὄχλος ἀναρίθμητος. Κλείσαντες δὲ τὰς θύρας εἱστήκεσαν, τὴν παρ' αὐτῶ σωτηρίαν ἐλπίζοντες. Ὦ δύσηνοι Ῥωμαῖοι, ὦ ἄθλιοι, τὸν ναὸν ὃν ἐκαλεῖτε χθὲς, καὶ πρὸ τὴν χθὲς σπήλαιον καὶ βωμὸν αἱρετικῶν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ εἰσήρχετο ἐξ ὑμῶν ἐντὸς, ἵνα μὴ μιανθῇ, διὰ τὸ ἱερουργῆσαι ἔνδον τοὺς τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας C ἀσπαζομένους, νῦν ἕνεκα τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς ὡς σωτήριον λύτρον ἐνδύεσθε. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς δικαίας ὀργῆς ἐπελθούσης, ἐκίνησεν ἂν τὰ σπλάγχνα ὑμῶν πρὸς εἰρήνην. Καὶ γὰρ ἐν τοσαύτῃ περιστάσει, εἰ ἄγγελος κατήρχετο ἀπ' οὐρανοῦ, ἐρωτῶν ὑμᾶς· *Εἰ δέχεσθε τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν εἰρηνικὴν κατάστασιν τῆς Ἐκκλησίας, διώξω τοὺς ἐχθροὺς ἐκ τῆς πόλεως*· οὐκ ἂν συνετίθεσθε. Εἰ δὲ καὶ συνετίθεσθε, ψεῦδος ἂν ἦν τὸ συντιθέμενον; Ἐστιν οἱ λέγοντες πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν, Κρεῖττον ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας τῶν Τούρκων ἢ Φράγκων.

Interea vero Turci, dum discursant, cædunt, in servitutem rapiunt, ad templum illud hora diei prima nondum exacta pervenere. Valvas clausas securibus confestim deturbant ac dejiciunt: strictis deinde gladiis illud ingressi, ac populi multitudinem innumeram contuiti, mancipia nullo intercedente, vel obsistente, omnibus etiam seipsos pecudum more prodentibus, singuli vinciunt. Quis cladem ac calamitatem illam enarrabit? quis lamentabiles ejulationes infantiumque vagitus referet? quis matrum lacrymas patrumque fletus describet? Turcus de turba quivis delicatiorem interque monialem formosam contrectat. Vinctam abducit aliquis, quam validior superveniens

Τότε οἱ Τοῦρκοι κουρσεύοντες, σφάττοντες, αἰχμαλωτίζοντες, ἔφθασαν ἐν τῷ ναῷ, οὔπω πρώτης ὥρας παρελθούσης, καὶ εὑρόντες τὰς πύλας κεκλεισμένας, σὺν ταῖς πελέκεσιν ἔβαλον κάτω μὴ βραδύναντες. Ἐλθόντες δὲ ξιφήρεις ἐντὸς, καὶ ἰδόντες τὸν μυριάριθμον δῆμον, ἕκαστος τὸν ἰδιον αἰχμάλωτον ἐδέσμει. Οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖ ὁ ἀντιλέγων, ἢ ὁ μὴ προδιδοὺς ἑαυτὸν ὡς πρόβατον. Τίς ἐστιν ὃς διηγήσεται τὴν ἐκεῖ συμφοράν; Τίς τοὺς γεγονότας τότε κλαυθμοὺς καὶ φωνὰς τῶν νηπίων, καὶ τὰ σὺν βοῇ δάκρυα τῶν μητέρων, καὶ τῶν πατέρων τοὺς ὀδυρμούς τίς διηγήσεται; Ὁ τυχὼν Τοῦρκος τὴν τρυφερωτέραν ἐρευνᾷ, τὴν ὡραίαν ἐν μοναζούσαις προκαλεῖται μὲν εἷς· ἄλλο, δὲ δυνάστης ἁρπάζων ἐδέσμει, ἡ δὲ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(98) Ἄχρι τοῦ κίονος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Eadem est cum columna crucis; hodie *columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit.

Digitized by Google

τῆς ἁρπαγῆς καὶ τοῦ ἑλκυσμοῦ αἱ τρίχαι πλόκαμοι τριχῶν, στηθέων καὶ μασθῶν ἀποκαλύψεις, βραχιόνων ἐντάσεις. Τότε ἐδεσμεῖτο δούλη σὺν τῇ κυρίᾳ· δεσπότης σὺν τῷ ἀργυρωνήτῳ· ἀρχιμανδρίτης σὺν τῷ ὑποφωρῷ· τρυφεροὶ νέοι σὺν παρθένοις, παρθένοι ἃς οὐχ ἑώρα ἥλιος, παρθένοι ἃς ὁ γεννήσας μόλις ἔβλεπεν, ἑλκόμεναι· εἰ γὰρ καὶ βίᾳ ἀντωθοῦντο, καὶ ῥαβδιζόμεναι. Ἠβούλετο γὰρ ὁ σκυλεύσας εἰς τόπον ἄγειν, καὶ παρακαταθέμενος ἐν ἀσφαλείᾳ, στραφῆναι καὶ δευτέραν παῖδαν ποιῆσαι καὶ τρίτην. Ἐζιάζοντο οἱ ἅρπαγες, οἱ ἐκδικηταὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντας ἦν ἰδεῖν ἐν μιᾷ ὥρᾳ δεσμωθέντας, τοὺς μὲν ἀρρένας σὺν καλωδίοις, τὰς δὲ γυναῖκας σὺν τοῖς σουδαρίοις αὐτῶν. Καὶ ἦν ἰδεῖν ὁρμαθοὺς ἐξερχομένους ἀπείρου· ἐκ τοῦ ναοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἀδύτων τοῦ ναοῦ, ὥσπερ ἀγέλας, καὶ ποίμνια προβάτων, κλαίοντες, ὀδυρόμενοι, καὶ ὁ ἐλεῶν οὐκ ἦν. Τὰ δὲ τοῦ ναοῦ πῶς; τί εἴπω; ἢ τί λαλήσω; Ἐκολλήθη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου. Οὐ δύναμαι ἑλκῦσαι πνεῦμα, τοῦ στόματός μου σφραγέντος. Αὐθωρὸν οἱ κύνες τὰς ἁγίας εἰκόνας κατέκοψαν, τὸν κόσμον ἀφελόντες, τὰς ἁλύσεις, μανουάλια, ἐνδυτὰς τῆς ἁγίας τραπέζης. Τὰ φωτοδόχα ἀγγεῖα ἄλλα φθείροντες, ἕτερα λαμβάνοντες, τὰ τοῦ ἱεροῦ σκευοφυλακίου τίμια καὶ ἱερὰ σκεύη, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἐξ ἄλλης τιμίας ὕλης κατασκευασθέντα ἅπαντα ἐν μιᾷ ῥοπῇ συνήγαγον, ἀφέντες τὸν ναὸν ἔρημον καὶ γυμνόν, μηδ' ὁτιοῦν καταλείψαντες. Τότε ἐπληροῦντο καὶ ἐν τῇ νέᾳ Σιὼν τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἀμὼς τοῦ προφήτου λεγόμενα· *Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· Ἐκδικήσω ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια Βεθήλ. καὶ κατασκαφήσεται, τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου συντρίψω, καὶ πεσοῦνται ὑπὸ τὴν γῆν· καὶ τάξω τὸν οἶκον τὸν περίπτερον ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν θερινόν. Καὶ ἀπολοῦνται οἱ οἶκοι οἱ ἐλεφάντινοι, καὶ ἀφανισθήσονται οἶκοι ἕτεροι πολλοί, λέγει Κύριος. Ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ἐσφραν*θῶ *ἐν ταῖς ἑορταῖς* [πανηγύρεσι interl.] *ὑμῶν. Διότι εἰ ἐνέγκητέ μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας ὑμῶν, οὐκ ἐπιβλέψομαι. Μετάστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με. Ἥκει τὸ πέρας ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ· οὐκ ἔτι οὐ μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτόν, καὶ ὀλολύξει τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος. Ἀκούσατε δὴ ταῦτα οἱ ἐκβλίζοντες εἰς τὸ πρωῒ πένητα, καὶ καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἀπὸ τῆς γῆς. Οἱ λέγοντες, Πότε διελεύσεται ὁ μὴν, καὶ ἐμπολήσομεν; καὶ πότε ἥξει τὰ Σάββατα, καὶ ἀνοίξομεν θησαυροὺς, τοῦ ποιῆσαι μικρὸν τὸ μέτρον, καὶ τοῦ μεγαλῦναι στάθμιον, καὶ ποιῆσαι ζυγὸν ἄδικον, τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀργυρίῳ πτωχοὺς καὶ ταπεινοὺς ἀντ' ὑποδημάτων; ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ γῆς ἐν ἡμέρᾳ φωτός. Καὶ μετατρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πάσας τὰς ᾠδὰς ὑμῶν εἰς θρῆνον.*

Ἔτυχε γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς συν-

A abripit. Ad rapiendum trahendumque comæ ciri ac cincinni, pectus ac papillæ denudatæ, brachia etiam jactando extensa invitabant. Domina cum ancilla, herus cum mancipio suo empto vinciebantur. Archimandrita cum janitore suo; delicati ac teneri juvenes cum virginibus, quas solis ardor non infuscarat, quasque pater vix conspexerat; et si raptorem vi repellere conatæ fuissent, fuste verberatæ agebantur. Prædam quippe suam in locum tutum deducere volebat prædo, iterum tertioque ad diripiendum reversurus. Horæ unius spatium prædonibus istis, iræ divinæ ministris ac vindicibus, ad vincien dum omnes satis fuit. Mares equidem funibus revinctos, feminas vero fasciis earum redimiculisque alligatas; concatenatorum B deinde longos innumerosque ordines ejulantium, ærumnæque suæ illacrymantium e templo adytisque exeuntes intueri licebat; nec, qui eorum miseria ac calamitate tangeretur, ullus aderat. De templo autem quid loquar? Adhæsit lingua faucibus meis, ore obducto spiritum ducere nequeo. Canes illi sanctas imagines ornamentis, torquibus nempe et armillis ablatis, illico disruperunt. Sacram mensam contegentes mappas rapuerunt. Lucernis sustinendis vasa partim fregerunt, partim tulerunt. In sacrario pretiosa et sancta, quæ asservabantur, ex auro, argento aliave exim a materia vasa, temporis momento cuncta compilarunt ac convasarunt, omnibusque rebus spoliatum ac nudatum templum solitudine compleverunt. Tunc in nova Sion, C quæ per prophetam Amos Deus locutus est, exitum habuerunt: *Hæc dicit Dominus Deus omnipotens: De altaribus Bethel vindictam sumam, et cornua altaris suffossa cadent, terraque* **165** *obruentur; conteram et deturbabo domum altam seu pinnatam in æstiram. Peribunt domus eburneæ, multæque aliæ solo æquabuntur, dicit Dominus. Festivitates vestras aversatus sum, neque earum celebritates me delectant. Holocausta et victimas si mihi obtuleritis, propterea non respiciam. Odarum tuarum sonum apage a me, organorum tuorum psalmum non audiam. Dixitque mihi Dominus: Populi mei Israel finis adest; ultionem de illo amplius non differam. In illa die ululabunt templi laquearia, ait Dominus. Audite jam* D *ista vos qui pauperem mane affligebatis, mendicisque terræ imperabatis. Qui dicunt, Quando mensis exactus erit, ut vendamus? quando aderunt Sabbata, ut thesauros (horrea) aperiamus, imminutaque mensura merces (frumentum) in illis reconditas vendamus; pondus earum corruptarum interim augeamus, et libra ad fallendum corrupta, parva pecunia mendicos emamus, humilisque sortis homines pro calceis possideamus? Die illa, dicit Dominus, sol meridie occidet, et die lucido tenebræ terræ offundentur. Festivitates vestras in luctum convertam, et omnes cantus vestros in planctum et lamentationes.*

Horrenda equidem illa die, qua urbs expugnata

Digitized by Google

penitus absumpta est, sanctæ martyris Theodosiæ memoriam celebrari contigit : cujus solemnitati frequens populus interfuit ; plurimique viri ac feminæ ad sanctæ monumentum pervigilium egerunt. Ubi etiam illuxit, multæ mulieres conjuges suos comitatæ, ornatæ ac comptæ, cereos et incensum ad venerationem sanctæ ferentes, derepente et ex improviso in Turcorum laqueos sese induunt. Quomodo enim tam repentinam Dei iram temporis puncto urbem tam amplam pervadere persuaderi possent ? Qui in ea versati sunt, iis amplitudo urbis cognita est. Hi porro, quos diximus, minaces ignes ardentesque a Charsi sanctique Romani portis, palatii quoque partibus ubique diffundebantur. Classis vero, quæ in portu contra Turcos stabat, quominus in muros scalis subirent, prohibuit, illicque Turcis Romæi superiores, lapidibus ac missilibus ad horam usque diei tertiam eos infestavere, donec pars eorum, qui mane in urbem penetraverant, jamque prædas egerant, illuc accederent. Qui, ubi Romæos obnixe contra oppugnantes pugnare conspexerunt, totis pectoris viribus vociferando in superiorem muri partem evadunt. Romæi Turcis intra urbem conspectis, voce lamentabili, *Hei mihi*, missa, virilus ac robore destituti e muris præcipites cadere. Qui in navigiis Turci, **166** simul ac suos in urbem penetrasse animadverterunt, captam quoque intellexere, celeriterque admotis scalis muros scandunt, et in eam perveniunt ; portis deinde effractis, via omnibus irruentibus patuit. Magnus etiam dux ad Regiam portam, quam tuebatur, Turcos venisse cernens, domum suam paucis stipatus abiit. Eo enim deserto plerique diffugerant, domosque nondum assecuti multi capti sunt. Alii ædes suas desertas ingressi, abductis uxore et liberis, omnibusque opibus direptis, suspiriis ac planctui, quo miserias suas deflere possent, spatium haud invenere, manibusque post terga vinctis trahuntur. Alii domum se recipientes, cum conjugibus et liberis charissimis jamjam abducendis vinciuntur. Senes vero, qui domi vel morbo, vel ætatis imbecillitate detenti, foras exire nequibant, omnes viri feminæque immanitate fœda ac summa trucidati, infantesque recens nati per plateas projecti. Dux vero magnus ad liberos et uxorem agrotantem turri inclusos, et ab ingressu Turcos arcentes cum venisset, ipse interim, cum iis qui ipsum sequebantur, captus est. Militibus statim aliquot, qui illum ejusque domum custodirent, a tyranno missis, cum tota familia et domo asservatur ; Turcis porro, qui domum suam circumsedebant, multos nummos largitus est, ita ut jurejurando adactos ipsos emere videretur.

τελείας τῆς πόλεως ἑορτάζεσθαι καὶ πανηγυρίζειν τὴν μνήμην τῆς ὁσιομάρτυρος Θεοδοσίας (99). Ἐτελεῖτο οὖν ἑορτὴ πάνδημος · ἦσαν γὰρ καὶ ἀφ' ἑσπέρας πλεῖστοι καὶ πλεῖσται διανυκτερεύσαντές ἐν τῇ σορῷ τῆς ὁσίας. Οἱ πλείονες δὲ πρωΐ ἡμέρας γενομένης, αἱ γυναῖκες σὺν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν ἀπερχόμεναι εἰς προσκυνήσιν, φέρουσαι κηροὺς καὶ θυμιάματα, περικεκαλλωπισμέναι καὶ περικεκοσμημέναι οὖσαι, ἐξαίφνης ἐν ταῖς παγίσι τῶν Τούρκων ἐνέπεσον. Ποῦ γὰρ εἶχον ἐννοῆσαι τὴν ἐξαίφνης ὀργὴν εἰς τοσοῦτον εὖρος τῆς πόλεως ; Ἴσασι οἱ εἰδότες τὸ μέγεθος. Αὕτη ἡ ἀπειλή, ἣν εἰρήκαμεν. Ὑπῆρχεν ἀναφθεῖσα, καὶ καίουσα ἐκ τῆς Χαρσοῦ πύλης, καὶ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ, καὶ τοῦ μέρους τοῦ παλατίου. Ἡ δὲ τῶν πλοίων καὶ τοῦ λιμένος ἀντίστασις οὐκ ἐνεδίδου χώραν τοῖς Τούρκοις τοῦ στῆσαι τὰς κλίμακας ἐν τοῖς τείχεσιν. Ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι ἐπικρατέστεροι τῶν Τούρκων, βάλλοντες λίθοις καὶ βέλεσιν ἄχρι τρίτης ὥρας τῆς ἡμέρας · ἕως οὗ ἐλθὲν, καὶ κατάντησαν μέρος τῶν σκυλευόντων ἀπὸ πρωΐας ἐντὸς τῆς πόλεως, καὶ ἰδόντες τοὺς Ῥωμαίους πολεμίζοντας τοὺς ἔξω, καὶ φωνὴν ὅση δύναμις ἀφέντες, ἔδραμον ἐπάνω τῶν τειχῶν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς Τούρκους ἰδόντες ἐντὸς τῆς πόλεως, καὶ φωνὴν ἀφέντες ὀδυνηρὰν, τὸ *Οἴμοι*, ἀπὸ τοῦ τείχους κατέπιπτον. Οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖ πλέον ἰσχὺς, οὔτε δύναμις τοῖς Ῥωμαίοις. Τότε καὶ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις, ἐκπλαγέντες τοὺς Τούρκους ἐντὸς, ἔγνωσαν, ὅτι ἡ πόλις ἑάλω, καὶ ὡς ἐν τάχει τὰς κλίμακας θέντες, ἐντὸς ἐβάδισαν, καὶ τὰς πύλας κατεάξαντες ἅπαντες ἔνδον εἰσῆσαν. Ἰδὼν δὲ καὶ ὁ μέγας δοὺξ τοὺς Τούρκους ἐλθόντας οὗ ἵστατο τόπου, ἦν γὰρ ἐπιβλέπων τὴν βασιλικὴν πύλην, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον οἶκον ἀνεχώρησε σὺν ὀλίγοις · καὶ γὰρ ἦσαν ἅπαντες διασκεδασθέντες · καὶ οἱ μὲν πρὸ τοῦ τὴν οἰκίαν καταλαβεῖν ἠχμαλωτίζοντό · οἱ δὲ τὰς αὐτῶν οἰκίας καταλαβόντες ἐρήμους παίδων, καὶ γυναικὸς, καὶ πραγμάτων εὕρισκον · καὶ αὐτοὶ πρὸ τοῦ στοναχῆσαι καὶ κλαῦσαι, ἐδεσμοῦντο τὰς χεῖρας ὄπισθεν. Ἕτεροι ἐρχόμενοι εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν, καὶ εὑρίσκοντες τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα ἤδη ἀπαγόμενα, καὶ συνεδέδεντο, καὶ ἐδεσμοῦντο σὺν τοῖς φιλτάτοις καὶ ἐπὶ σύζυγῳ. Τοὺς δὲ γέροντας τοὺς ἐν οἴκῳ. τοὺς μὴ δυναμένους ἐξελθεῖν ἐκ τῆς οἰκίας ἢ διὰ νόσου ἢ διὰ γῆρους, πάντας καὶ πάσας ἀνελεῶς ἔσφαττον · τὰ βρέφη τὰ ἀρτιγέννητα ἐν ταῖς πλατείαις ἔῤῥιπτον. Ὁ δὲ μέγας δοὺξ, εὑρὼν τὰς θυγατέρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς υἱοὺς, καὶ τὴν γυναῖκα, ἣν γὰρ ἀσθενοῦσα, ἐν τῷ πύργῳ κεκλεισμένους, καὶ κωλύοντας τοῖς Τούρκοις τὴν εἴσοδον, αὐτὸς μὲν συνελήφθη σὺν τοῖς ὑπακολουθοῦσιν αὐτῷ · ὁ δὲ τύραννος πέμψας τινὰς ἐφύλαττον καὶ αὐτὸν, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ. Τοὺς δὲ καταλαβόντας, καὶ περικυκλώσαντας τὸν οἶκον αὐτοῦ Τούρκους ἔδωκεν ἱκανὰ ἀργύρια, ὥστε δοκεῖν ἐξαγοράζειν αὐτοὺς διὰ τὸν ὅρκον · ἐφυλάττετο οὖν παντοιῶς.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(99) *Μάρτυρος Θεοδοσίας*. Templum illius sanctæ in ea parte, quæ *Casan Bassa* hodie appellatur, ultra sinum Ceratinum sita, Galatæ adjacente, in meschitam postea conversum est. At quomodo potuerunt sinum transire cum Turci omnia littora complerent ?

Digitized by Google

Οἱ δὲ Τοῦρκοι ἅπαντες εἰσελθόντες ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτοὶ οἱ βόσκοντες τὰς ἡμιόνους, καὶ οἱ μάγειροι πάντες ἐξαντλοῦντες ἔφερον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ Ἰουστινιανὸς, ὃν φθάσας ὁ λόγος ἐπεμψεν ἐν τῇ νηΐ, τοῦ θεραπευθῆναι τὴν πληγὴν ἣν ὑπέστη, κατευθὺς ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ λιμένι, τινὲς τῶν αὐτοῦ φεύγοντες ἔδραμον λέγοντες, πῶς οἱ Τοῦρκοι εἰσίασιν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐσφάγη. Ἀκούσας τὸν πικρότατον καὶ δριμὺν λόγον οὗν, προστάττει τοὺς κήρυκας διὰ σαλπίγγων ἀνακαλεῖν τοὺς αὐτοῦ ὑπασπιστὰς καὶ συμπλώτας. Ὁμοίως καὶ αἱ λοιπαὶ νῆες ἑτοιμάζοντο. Ἦσαν γὰρ αἱ πλεῖσται ἀποβαλλόμεναι τοὺς ναυάρχους αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντας. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν ἐν τῇ παραθαλασσίᾳ τοῦ λιμένος, ὄνδρας, γυναῖκας, μοναστρίας, μονάζοντας βοώσας οἰκτρῶς, καὶ τύπτουσαι τὰ στήθη ἐδέοντο τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶ τοῦ ἀντιλαβέσθαι αὐτῶν. Ἀλλ' οὐκ ἦν δυνατόν· ἅπαξ ἐπροῤῥίσθη τοῦ πιεῖν τὸ ποτήριον τὸ πλῆρες τῆς ὀργῆς Κυρίου. Εἰ γὰρ καὶ νῆες ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐκ ἠδύναντο· καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ ἠσχολοῦντο τὰ πλοῖα τοῦ τυράννου ἐν τῇ πραΐδᾳ καὶ τῷ σκυλμῷ τῆς πόλεως, οὐκ ἂν ἀφέθη μία καὶ μόνον· ἀλλ' οἱ Τοῦρκοι ἁφέντες τὰ πλοῖα πάντες ἔνδον ἦσαν, καὶ οἱ Λατῖνοι ἄδειαν εὑρόντες ἐξῆρχοντο τοῦ λιμένος. Ὁ δὲ τύραννος ἔτριζε μὲν τοὺς ὀδόντας, ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο πλέον τι πρᾶξαι, καὶ ἄκων ἐκαρτέρει. Οἱ δὲ τοῦ Γαλατᾶ ἰδόντες ταύτην τὴν ἀνήκεστον συμφορὰν, καὶ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἔτρεχον ἐν τῷ αἰγιαλῷ, περισκοποῦντες τὰς βάλκας. Καὶ ὅπου ἔτυχον ἀκατίου εἰσερχόμενοι ἐν ταῖς ναυσὶν εἰσέδυον, ἀφέντες καὶ πράγματα καὶ οἰκίας. Ἦσαν δὲ πολλοὶ οἵτινες ἀπὸ τῆς βίας καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν τῷ βυθῷ παρέπεμψαν, καὶ ἄλλας δεινὰς ζημίας ὑπέστησαν. Εἷς τῶν τοῦ τυράννου μεσάζων, ὡς καὶ ἠγαπᾶτο τότε παρὰ τοῦ Μεχεμὲτ, αὐτὸ γὰρ ἦν ὁ συγχροτήσας τῷ τυράννῳ τὴν μάχην γενέσθαι, δραμὼν ἐν τοῖς τοῦ Γαλατᾶ μέρεσι, Ζάγανος αὐτῷ τὸ ὄνομα, ἐβόα· *Μὴ φεύγετε*, καὶ κατώμνυε τὴν κεφαλὴν τοῦ τυράννου ὁρκῶν, ὅτι *Μὴ φοβεῖσθε· ὑμεῖς γὰρ τοῦ ἡγεμόνος ἐστὲ φίλοι, καὶ ἔξετε τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνεπηρέαστον ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπου, καὶ τὰς συνθήκας, ἃς εἴχετε μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ μεθ' ἡμῶν κρειττόνως ἕξετε. καὶ ἄλλο μὴ φροντιεῖτε. Ἵνα μὴ εἰς ὀργὴν κινήσητε τὸν ἡγεμόνα.* Ταῦτα ὁ Ζάγανος εἰπὼν, ἐκώλυσε τοὺς Φράγκους τοῦ Γαλατᾶ μὴ ἀναχωρῆσαι. Πλὴν ὅσοι ἐδυνήθησαν φεύγειν ἔφυγον. Τότε συμβουλευθέντες οἱ λοιποὶ, ἔλαβον τὰς κλεῖς τοῦ κάστρου σὺν τῷ ποδεστάτῳ αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον προσκυνήσοντες τῷ τυράννῳ· καὶ προσκυνήσαντες, καὶ δόντες τὰς κλεῖς, αὐτὸς περιχαρῶς ἔλαβε, καὶ τούτους σὺν ἱλαροῖς λόγοις καὶ βλέμματι ἐπεμψεν. Αἱ δὲ νῆες τὰ ἱστία πτερώσαντες πέντε μόνον αἱ μεγάλαι, αἱ δὲ ἄλλαι οὐκ ἠδυνήθησαν ἐξελθεῖν, ἦσαν γὰρ νῆες ἀπολειφθεῖσαι, καὶ οἱ ναυάρχοι αὐτῶν φυγόντες σὺν ταῖς ἄλλαις ἐσώζοντο. Καὶ νῆες φυγοῦσαι, καὶ τοὺς ναυάρχους αἰχμαλώτους καταλιποῦσαι τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο. Ἐξελθοῦσαι οὖν ἐκ τοῦ λιμένος, καὶ

A Cæterum Turci, urbem promiscue intrantes, agasones etiam et fixæ ubique diripere ac prædam agere. Joanni vero Justiniano, quem ut vulnus curaret, in navem ablisse diximus, portum intranti affertur a suorum aliquot fuga arrepta accurrentibus, Turcos in urbem irrupisse, et imperatorem vulneribus occubuisse. Nuntio tam gravi et acerbo accepto, tubicines, ad milites suos navigationis comites revocandum, receptui canere jubet. Cæteræ pariter naves, quarum pleræque navarchos in servitutem actos amiserant, ad discessum se comparare. Spectaculum etiam miserandum in portus crepidine intuentibus oblatum, viri, mulieres, B moniales, et monachi lamentabiliter clamare, pectora tundere, vectores navium rogare ut se in eas susciperent. Verum hoc possibile non erat, quod semel decretum, ut iræ Domini plenum poculum haurirent. Nec, etiamsi nautis eos accipere propositum fuisset, id exsequi concessum; cum ne una quidem navis salva evadere potuisset, nisi tyranni clasis milites, sociique navales prædæ ac urbi diripiendæ intenti, dilapsi huc et illuc fuissent. At dum Turci per urbem discursant, e portu solvendi citra periculum tempus Latinis datum. Tyrannus **167** interim dentibus stridere, et ægre id ferre, cum plus præstare ipse nequiret. Galatini calamitatis hujus intolerabilis spectatores, cum uxoribus et liberis ad litus accurrunt, scaphas et C acatia circumspiciunt: et primo quoque obvio ad naves feruntur, easque, ædibus ac cunctis opibus derelictis, conscendunt. Multi etiam thesauros suos in profundum mare vi coacti abjecere, aliaque gravia damna sunt passi. Interea tyranni mesazontôn unus Zaganus nomine, Mehemeti tunc charus, quod oppugnationem decernentis consilium probasset ac laudasset, versus Galatam accurrens, voce contenta, per tyranni quoque caput juratus, his verbis a fuga revocabat: *Ne fugite, aut quidquam reformidate, principis amici cum sitis. Oppidum vestrum ab omni injuria et damno immune erit. Fœdera, quæ cum Romæorum imperatore inieratis, potiori vobis meliorique conditione nobiscum sociabuntur; aliud omne propositum omittite, ne principis iram in vos accendatis.* Iis dictis Zaganus Francos Galatinos, ne abirent, persuasit; quibus tamen, quotquot aufugere potuerunt, fidem haud habuere. Cæteri, qui oppidum non deseruerunt, habito consilio, magistratum comitati, tyrannum veneraturi clavesque ei oblaturi abeunt. Venerationis officio exhibito, traditas claves ipse lætus accepit, eosque grato sermone vultuque blando allocutus dimisit. Naves quinque magnæ tantum vela ventis dedere; cæteræ e portu solvere nequiverunt; quod a nautis, qui illas quinque saluti consulentes conscenderant, derelictæ essent. Quæ ergo aufugerunt naves, navarchis aliis captivis relictis, salvæ evasere, eque portu egressæ plenis velis flante Borea ferebantur, urbis calamitatem suspiriis ac lamentis prosecutæ. Actuariæ quoque Venetorum triremes vela fecerunt.

Digitized by Google

At universam populi multitudinem, a nautis spretam ac desertam, extra urbem nacti Turci classiarii, viros et mulieres in navigia deduxerunt : urbis vero reliqui incolæ extra mœnia abacti in castris pecudum more stabulabantur.

A ἀνέμου πνεύσαντος βορράου, τὰ ἱστία πλήρη γενόμενα ἔπλεον, σὺν ἀναστεναγμοῖς καὶ θρήνοις κλαίοντες τὴν τῆς πόλεως συμφοράν· ὁμοίως καὶ αἱ τριήρεις τῶν Βενετικῶν αἱ ἐμπορικαί. Τὸν δὲ λαὸν ἅπαντα οἱ τῶν πλοίων Τοῦρκοι ἔξω τῆς πόλεως εὑρόντες παρητιμασμένον, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας πάντας, ὅπου καὶ ἦσαν συναθροίσαντες, εἰς τὰ πλοῖα εἰσήγαγον. Ὁ δὲ λοιπὸς λαὸς τῆς πόλεως, ἔξω εἰς τὰς σκηνὰς τοῦ φοσάτου ἐμανδρίζετο.

168 CAPUT XL.

Mehemetes urbem ingreditur, et in S. Sophiæ templum venit, precesque suas ibi recitare Imamem jubet. Magnum ducem ad se vocatum alloquitur. Constantini caput agnitum columnæ in Augustio affigitur. Alia de magno duce et Orchane narratio. Mehemetes magnum ducem consolatur, et illustrium nomina describit. Magni ducis uxorem invisit, et blande alloquitur. Ad convivium natu minorem filiorum magni ducis venire jubet Mehemetes ; cum mittere filium magnus dux recusaret, Mehemetes ipsum interfici jussit. Magnus dux filios suos, ut mortem æquo ac forti animo subeant, hortatur, et ipse demum capite plectitur. Proceres omnes a Mehemete redempti, et interfecti.

Quæ hactenus narrata, ab hora diei prima ad octavam usque cuncta peracta sunt. Omni suspicione ac metu tunc remotis, tyrannus mesazontibus aliisque satrapis suis stipatus urbem intravit, ante et post etiam cinctus satellitum suorum ignem spirantium manu, qui Apolline sagittario præstantiores, herculea vi juvenes, singuli aliis decem pugnando pares erant. Ad Magnam ecclesiam ubi devenit, equo desilit, eam ingressus huc et illuc despiciens admirabundus attonitusque restitit. Turcum vero quemdam marmor confringere cum animadvertisset, interrogat, quare pavimentum sic corrumperet : respondit iste, fidei zelo id se facere. Extensa tum manu Turcum gladio, hæcce fatus, percutit : *Thesauri ac captivi vobis sufficiant, urbis porro ædificia mea sunt.* Pacti equidem cum militibus suis conventi tyrannum, thesauros exhaustos atque abductos captivos cernentem, pœnituit. Turcum porro illum semianimem pedibus tractum extra templi limina projecere. Ipse vero princeps unum ex impuris suis sacerdotibus vocatum ad se ambonem ascendere jussit, ubi profanas preces suas recitavit, principe filio iniquitatis, Antichristi præcursore super sacra mensa interim locato, precesque suas recitante. Proh calamitatem ! proh horrendum monstrum ! hei mihi quo loci res nostræ devenerunt ! heu ! heu ! quid vidimus ! Turcum impium sanctum altare pedibus calcantem, stantemque super apostolorum et martyrum reliquiis in eo repositis. Perhorrescat sol. Ubinam Agnus Dei ? ubi Filius et Verbum Patris super altari illo mactatus, manducatus, nec unquam consumptus ? Pro nothis et adulterinis revera æstimati sumus. Religionem nostram et cæremonias propter peccata nostra gentes floccifecerunt. Templum quod Verbi Dei sapientiæ nomini exstructum ac consecratum erat templum Sanctæ Trinitatis apellatum. **169**

Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐγεγόνεισαν ἀπὸ ὥρας πρώτης τῆς ἡμέρας ἕως ὥρας ὀγδόης. Τότε καὶ ὁ τύραννος (1), πᾶσαν ὑποψίαν καὶ φόβον ἀποθέμενος, B εἰσῆει ἐντὸς τῆς πόλεως σὺν τοῖς αὐτοῦ μεσάζουσι καὶ ἑτέροις σατράπαις, ἔχων ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν τοὺς αὐτοῦ δούλους πῦρ πνέοντας, πάντας τοξότας ὑπὲρ τὸν Ἀπόλλωνα, νέους Ἡρακλείδας, ὁ εἷς πρὸς δέκα ἀντιπαρατάξασθαι ἕτοιμος. Κατελθὼν δὲ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου, καὶ εἰσελθὼν ἐντὸς, ἐξέστη ἐπὶ τῇ θέᾳ. Εὑρὼν δὲ ἕνα τῶν Τούρκων κατεάξαντα μίαν τῶν μαρμάρων ἐκείνων, τὸν μὲν Τοῦρκον ἠρώτα τίνι τρόπῳ φθείρει τὸ ἔδαφος. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, Ἕνεκα πίστεως. Αὐτὸς δὲ τείνας τὴν χεῖρα παίει τῷ ξίφει τὸν Τοῦρκον, λέγων καὶ τοῦτο· Ἀρκεῖ ὑμῖν ὁ θησαυρὸς καὶ ἡ αἰχμαλωσία, αἱ δὲ οἰκοδομαὶ τῆς πόλεως ἐμὲ τυγχάνουσιν. Ἦν γὰρ ὁ τύραννος C μετανοήσας ἐπὶ τῇ συνθήκῃ τῇ γενομένῃ, ὁρῶν τὸν ἐξαντλούμενον θησαυρὸν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἄμετρον. Ἑλκύσαντες δὲ τὸν Τοῦρκον ἐκ τῶν πλίνθων ἔξω ἡμιθανῆ ἔρριψαν. Αὐτὸς δὲ κελεύσας ἕνα (2) τῶν αὐτοῦ μιαρῶν ἱερέων, ἀνέβη ὁ κληθεὶς ἐπ' ἀμβώνος, καὶ διελάλησε τὴν μιαρὰν αὐτοῦ προσευχήν. Ὁ δὲ υἱὸς τῆς ἀνομίας, ὁ πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου, ἀναβὰς ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης ἐποίησε τὴν προσευχήν. Βαβαὶ τῆς συμφορᾶς ! Θεὸ τοῦ φρικώδους τέρατος ! οἴμοι τί γεγόναμεν ; αἰ, αἰ, τί εἴδομεν ; Τοῦρκος ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, ἐν ᾧ λείψανα ἀποστόλων καὶ μαρτύρων τίθενται, καὶ ἐπάνω αὐτοῦ ἀσεβής ; Φρίξον, ἥλιε. Καὶ ποῦ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ποῦ ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Πατρὸς, D ὁ θυόμενος ἐπάνω καὶ ἐσθιόμενος, καὶ μηδέποτε δαπανώμενος ; Οὕτως εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν· ἡ λατρεία ἡμῶν εἰς οὐδὲν ἐλογίσθη τοῖς ἔθνεσι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ὁ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς ναὸς, καὶ τέμενος τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνομαζόμενος, καὶ Μεγάλη ἐκκλησία

Ismaelis Bullialdi notæ.

(1) *Τότε καὶ ὁ τύραννος.* Phranzes videtur nos a consentire cap. 18, lib. III. et eo ipso captæ urbis die illam ingressum esse Mehemetem affirmare. Alii, inter quos Leonardus et Bizarus, tertio ab urbe capta die intrasse illam asserunt.

(2) *Αὐτὸς δὲ κελεύσας ἕνα.* In templo S. Sophiæ recitatas ab Imama seu doctore Hutheas preces, die Veneris expugnationem urbis sequenti, qui fuit Junii dies primus, tradit Leunclavius, l. xv. *Primo post urbem captam Veneris die celebratum ad Aiam Sophiam (sic Turci scribunt) hoc est ad Hagiam seu Sanctam Sophiam, festum fuit longe maximum : conceptæque preces Hutheæ sultani Muhamedis nomine, pro ipsius tam incolumitate, quam prosperitate, ritu veteri, quo Turci suis omnia fausta principibus optare solent.*

Digitized by Google

καὶ νέα Σὼν, σήμερον βωμὸς Βερβάρων, καὶ οἶκος τοῦ Μωαμὲθ ἐπεκλήθη καὶ γέγονεν. Δικαία ἡ κρίσις σου, Κύριε. Ἐξελθὼν οὖν ἐκ τοῦ βωμοῦ, ἐζήτησε τὸν μεγαδοῦκα, καὶ αὐθὶς παρέστησαν αὐτόν. Ἐλθὼν οὖν καὶ προσκυνήσας, εἶπεν αὐτῷ· *Καλῶς ἐποιήσατε, τοῦ μὴ παραδοῦναι τὴν πόλιν. Ἴδε πόση ζημία ἐγεγόνει, πόσος ὄλεθρος, πόση αἰχμαλωσία.* Ὁ δὲ δοὺξ ἀπεκρίνατο· *Κύριε, οὐκ εἴχομεν τόσην ἡμεῖς ἐξουσίαν τοῦ διδόναι σε τὴν πόλιν, οὐδὲ βασιλεὺς αὐτός· ἄλλως ὅτι καὶ τινὲς τῶν σῶν ἐδυνάμουν τὸν βασιλέα ἐν λόγοις γήφοντες· Μὴ φοβοῦ* (3)· *οὐ γὰρ ἰσχύσει καθ' ὑμῶν.* Τοῦτο γοῦν ὑπέλαβεν ὁ τύραννος διὰ τὸν Χαλὶλ πασίαν, ἦν γὰρ τρέφων θυμὸν κατ' αὐτοῦ. Τότε ἀκούσας τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως, ἠρώτησεν εἰ ὁ βασιλεὺς ἀπέδρα (4) σὺν ταῖς ναυσί. Καὶ ὁ δοὺξ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὐκ οἶδεν· ἦν γὰρ αὐτὸς ἐν τῇ Βασιλικῇ πύλῃ τότε, ὅτε οἱ Τοῦρκοι συνήντησαν, εἰσελθόντες ἐν τῇ πύλῃ τῆς Χαρσοῦ, τῷ βασιλεῖ. Ἀποσπασθέντες οὖν ἐκ μέσου στρατοπέδου δύο νέοι, εὑρηκεν ὁ εἷς τῷ τυράννῳ· *Κύριε, ἐγὼ τοῦτον ἀπέκτεινα, βιαζόμενος οὖν τοῦ εἰσελθεῖν, καὶ ἁρπάσαι σὺν τοῖς σὺν ἐμοὶ, εἶασα αὐτὸν νεκρὸν καταλείψας.* Ὁ δ' ἄλλος εἶπεν· *Ἐγὼ τοῦτον ἐπάταξα πρῶτον.* Τότε ὁ τύραννος στείλας καὶ τοὺς δύο, ἐνετείλατο φέρειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Οἱ δὲ ταχυδρομήσαντες εὗρον, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τεμόντες παρέστησαν τῷ ἡγεμόνι. Ὁ δὲ τύραννος ἔφη πρὸς τὸν μεγαδοῦκα· Εἰπέ μοι τὸ ἀληθὲς, εἰ ἡ κεφαλὴ αὕτη ἐστὶ τοῦ βασιλέως σου. Τότε καταστοχασάμενος αὐτὴν εἶρηκεν, Ἐκείνου ἐστὶ, κύριε. Εἶδον οὖν αὐτὴν καὶ ἕτεροι, καὶ ἐγνώρισαν. Τότε προσήλωσαν αὐτὴν ἐν τῷ κίονι τοῦ Αὐγουστείου (5), καὶ ἕστατο ἕως ἑσπέρας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐκδείρας, καὶ ἀχύροις τὸ δέρμα στοιβάσας, ἔπεμψε πανταχοῦ, δεικνύων τὴν τῆς νίκης σύμβολον τῷ τῶν Περσῶν ἀρχηγῷ, καὶ τῶν Ἀράβων, καὶ τοῖς ἄλλοις Τούρκοις.

A ecclesia Magna, nova Sion, hodie in Barbarorum aram et Mohamedis domum re ac nomine transformata est. Quam rectum judicium tuum, Domine! Templo cum exiisset tyrannus, ad se venire ducem magnum jussit: qui illico adductus principem veneratus est. Hisce tyrannus eum allocutus est verbis: *Vos equidem, urbe mihi non dedita, egregie gessistis. Damnum ac jacturam quanta sint, æstimatione metiri, cæsorum immanem stragem, captivorumque numerum considera.* Is vis dux respondit: *Hac in urbe, domine, nec imperator, nedum ipse ego, tanta auctoritate pollebamus, ut illam tibi permittere penes nos fuerit: præcipue cum inter tuos nonnulli bonum animum nos habere juberent, scriptis ad imperatorem in hunc modum litteris: « Ne formida, neque enim viribus suis nos debellabit. »* Hæc ab Halide Bassa scripta suspicatus est tyrannus, in quem odio ac ira jam flagrabat. Imperatoris nomine audito, num aufugisset cum navibus interrogat. Id se ignorare dux respondit: ad portam siquidem regiam in statione tunc se fuisse, quando Turci, in urbem porta Charsi irruentes, imperatorem adorti sunt. E mediis castris duo juvenes mox excisi sunt, quorum alter tyranno dixit: *Domine, illum occidi, et cum turba a tergo urgente progredi vi cogerer, una cum meis commilitonibus prædam acturus, mortuum ipsum omisi.* Alter se priorem vulnus inflixisse jactavit. Ambos hosce juvenes tyrannus illico abire ad conquirendum, sibique ejus caput afferendum jussit. Mandato confestim paruere, inventique cadaveris amputatum caput principi attulere. Magnum ducem allocutus tyrannus, an revera hoc sit imperatoris caput, interrogat; ex indiciis agnitum, illius esse fassus est; aliisque conspectum pariter approbatum. Ab iis deinde columnæ, quæ in Augustio locata est, clavis affixum, ad vesperam usque ibi spectaculo fuit. Pellis denique detracta, paleaque referta, per Persarum Arabumque principum, aliorumque Turcorum ditiones, ut victoriæ symbolum, ostentanda ejus mandato circumfertur.

B

C

Ἕτεροι δέ φασιν, ὡς ὁ δοὺξ εὑρέθη μετὰ τοῦ Ὀρχὰν ἐν τῷ πύργῳ τῷ τοῦ καστελλίου τοῦ Φραντζεζίδων, κἀκεῖ παρεδόθησαν, ὁρῶντες ὡς οὐκ ἦν δυνατὸν ἀνθίστασθαι πλέον τοῖς Τούρκοις. Ὄντων δὲ πλείστων ἐκεῖ καὶ εὐγενῶν ἀρχόντων σὺν τῷ δουκὶ, ἠτήσατο ὁ Ὀρχὰν ἀπό τινος μοναχοῦ τὰ ἅμφια αὐτοῦ, καὶ φορέσας αὐτὰ ἔδωκε τῷ μοναχῷ τὰ αὐτοῦ· καὶ διὰ μιᾶς τοξοβολικῆς θυρίδος, ἔβαλεν ἑαυτὸν κατὰ γῆς ἔξω τῆς πόλεως· καὶ λαβόντες οἱ τῶν πλοίων, καὶ δεσμώσαντες, ἔβαλον ἐντὸς σὺν τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις. Οἱ δὲ τοῦ πύργου παραδοθέντες καὶ αὐτοὶ ἐντὸς τοῦ πλοίου ἐκείνου εἰσήχ-

D

Alii porro narrant, in turre, quam Franci tuebantur, ducem cum Orchane latitasse, ibique, cum Turcis resistendo impares se agnoscerent, in eorum potestatem deditione devenisse, plurimosque nobiles ac proceres cum duce illic adfuisse. Inter eos etiam, ut referunt, monachus erat, a quo vestes, quibus indutus erat, Orchanes petiit, illisque suas commutavit: per fenestram deinde quamdam sagittis emittendis accommodatam extra oppidi muros præcipitem se dedit; quem comprehensum naves vinxerunt, et cum cæteris **170** captivis navibus imposue-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(3) *Μὴ φοβοῦ.* Phranzes, lib. III, cap. 14, Halilem Bassam consilium Mehemetis patefecisse obsessis et animum ipsis addidisse narrat.

(4) *Εἰ ὁ βασιλεὺς ἀπέδρα.* Phranzes, lib. III, c. 18, agnitum imperatorem ex calceis purpureis, aquilisque in eis depictis scribit, qualibus uti imperatores consueverant.

(5) *Ἐν τῷ κίονι τοῦ Αὐγουστείου.* Forum Augustium non longe a S. Sophia ædificatum, et in quo columna a Justiniano erecta fuit, suaque statua equestris ei imposita. Procopius de ædificiis Justiniani, sermone I.

Digitized by Google

runt. Qui in turre erant cæteri et ipsi se Turcis permisere, inque navem eamdem abducti sunt. Ex his quidam captivus Romæus in libertatem se asserere sollicite satagens, talia navarcho dixit : *Si me libertati restitueris, Orchanem magnumque ducem hodie tibi tradere possum.* Hoc ut intellexit navarchus, cum libertate donaturum se juravit. Illico igitur Orchanes nigris vestibus indutus, captivi istius indicio proditus est. Navarchus itaque Orchanem illum esse pro comperto habens, caput ei amputavit. Vivum deinde magnum ducem, Orchanisque caput principi, in Cosmedio tum versanti, obtulit : qui navarcho gratiis actis, multa etiam largitus est. Magnum vero ducem sedere jussum consolatus est, ejusque liberos et uxorem per castra et classem a tubicine conquisitos adduci imperat. Singulis aspra mille distribuit princeps, demumque magnum ducem bene sperare hortatus, longo humanoque sermone ejus dolorem levat, dicitque : *Hunc adeo amplam urbem fidei tuæ regendam ac curandam credere volo, illustrioribusque, quam quos in imperatoris aula gessisti, honoribus honestabo, animum saltem ne despondeas.* Gratiis actis, ejusque manu deosculata, magnus dux domum suam abiit. Cum autem ab eo intellexisset Mehemetes nobilium illustriumque palatii et aulæ principis officialium nomina, singula descripsit; quos per classem et castra conquisitos, redemptosque mille aspris singulos, locum in unum conduxit. Postridie illius tenebrosæ diei, qua genus nostrum internecione deletum est, in urbem venit tyrannus, ducisque magni domum se contulit ; in cujus occursum dux processit, eumque veneratus excepit; eo tempore conjux ipsius morbo decumbebat, ad ægrotantis ergo lectum, sub ovis specie latens, accessit, et eam alloquitur his verbis : *Salve, mater, ne te, quos isti dies tulere, casus mœrore conficiant ; Dei decreto parentum, plura amissis tibi largiri possum, hoc unum, ut valeas, cura.* Ducis quoque magni filii ipsum adoraturi accesserunt : gratias demum de tanta humanitate ei cum egissent, exivit ipse, et urbem lustrando obiit. In ea penitus deserta, nec homo qui mutiret nec avis aut quadrupes, quæ vocem mitterent, exaudiebantur; domos solummodo scrutabantur, qui invalidi rapere quidquam et deprædari haud potuerant. Mutuis hac de causa cædibus se confoderunt multi, dum spolia sibi invicem rapiunt, quæ validiori ac robustiori, imbecillioribus lethali vulnere oppressis, cessere. Altera ab urbe capta die, Mali tricesima labente iterum eam intrant, et **171** prædæ reliquias corradunt. Tyrannus, majore urbis parte

Non extra rem fuerit, si hic indicemus quædam ex astrologia judiciaria petita oracula vel prædictiones circa Musulmanorum regnum, ut vanitas artis et eorum qui fallendos se illis hariolis bona fide tradunt, stultitia deprehendantur. In bibliotheca serenissimi Magni Hetruriæ Ducis Ferdinandi secundi exstat ms. liber cujus titulus est Παράδοσις εἰς τοὺς Περσικοὺς κανόνας τῆς ἀστρονομίας, et sic incipit, Ἡ τῶν Περσικῶν κανόνων σύστασις γέγονε, et in illo præterea quædam astrologica continentur; ex quo codice supra, cap. 12, allatum thema cœleste, ad tempus ἀναβάσεως Manuelis imperatoris constitutum, excerpsimus: atque etiam sequentia exscripsimus ex Stephani cujusdam Alexandrini astrologi, de Muhammede et illius de religione dogmatibus successoribusque ex astrorum positione vaticinio.

Στεφάνου φιλοσόφου, καὶ οἰκουμενικοῦ διδασκάλου, τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀποτέλεσματικὴ πραγματεία πρὸς Τιμόθεον τὸν αὐτοῦ μαθητήν, πρόφασιν μὲν ἔχουσα τὴν νεοφανῆ καὶ ἄθεον νομοθεσίαν τοῦ Μωάμεθ, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν μελλόντων προσαγορεύουσα.

Ὡς οἶσθα, ὦ εὐφυέστατε Τιμόθεε, ἡμῶν τὴν διατριβὴν ἐν τῷ παιδευτηριακῷ κηπιδίῳ ἐχόντων, ἐπέστη ἡμῖν ὁ σιδεσιμώτατος Ἐπιφάνιος ὁ Ἀραβικὸς ἔμπορος, ἄρτι τῆς Ἀραβίας ἀφικόμενος, καὶ χαίρειν ἡμᾶς προσαγορεύσαντα, ἀσμένως αὐτὸν καὶ ἡμεῖς καὶ φιλοφρόνως ἀντησπασάμεθα. Ἔφαμεν δὲ πρὸς αὐτόν· Εὖ ἥκεις, ὦ φίλε, καὶ τοῖς καλοῖς ἀγωγίμοις ἡμᾶς ξένιζε. Ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ μάλα φιλοτίμως ἀνταπεκρίνατο. Τί οὖν μάλιστα ἐνήνοχας, ἔφην, τοῖς φιλοσόφοις ἡμῖν; Φάναι δὲ τὸν ἔμπορον· Εἰ μέν τι καὶ ἄλλο οὐκ οἶδα, μάλιστα δὲ ὧν ἐτεθεάμην ἐπ' ἀλεξδαπῆς, τὴν ἐξήγησιν ἑτοίμην ἔχω, ξενοφωνοῦσαν ἡμᾶς καὶ ἐκπλήττουσαν, ἀπαγγεῖλαι. Πῶς; ἔχει αὐτή; ἦν δ' ἐγώ. Ὁ δὲ ἔφη πρὸς ἐμέ· Τὸν ἀστρολάβον διαρτᾷν ἐπίσκηψόν τινι τῶν σῶν φιτητῶν, καὶ τὴν ὡροσκοπικὴν μοῖραν γνῶθι, παρασημειούμενος καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν, καὶ τῶν κέντρων τὴν διευκρινημένην βεβαίωσιν, διὰ τὸ καινὸν διήγημα καὶ ξένον τὸ ἐπιχείρημα. Παραχρῆμα δὲ ἐγὼ τῷ ἐμῷ Σωφρονίῳ ἐνετειλάμην διαρτᾷν τὸν ἀστρολάβον· αὐτοῦ δὲ διαρτοῦντος, καὶ τὴν ὥραν πολυπραγμονοῦντος, ἀνοίξας τὸ στόμα ὁ ἔμπορος διηγεῖτο ἡμῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἔρημον τῆς Ἐθριβῶν (a) ἐφάνη τις ἀνὴρ ἐκ τῆς τῶν λεγομένων Κορρασιανῶν φυλῆς, τῆς τοῦ Ἰσμαὴλ γενεαλογίας, ὄνομα δὲ αὐτῷ Μωάμεδ· καὶ ἑαυτὸν εἶναι λέγει προφήτην. Ἐφάνη δὲ ἐν μηνὶ Φαρμουθὶ, ᾧ λέγεται Ῥωμαϊκῶς Ἀπρίλλιος τοῦ ,ϡλβ' ἀπ' ἀρχῆς Φιλίππου. Ἄγει δὲ καινοφωνίας, καὶ διδαχὴν ἐξηλλαγμένην· ὑπισχνεῖται δὲ τοῖς δεχομένοις αὐτοῦ τὴν διδαχὴν πολέμων νίκας, καὶ ἐχθρῶν ἐπικρατείας, καὶ παρ- δείσου τρυφήν. Ἐγὼ δὲ ταῦτα παριστορήσας, καὶ ἐμφοβος γεγονὼς, ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκιμήσει, πῶς δεξιᾷ κέχρηται τύχῃ, καὶ ἐν ἀνδραγαθίᾳ κραταιοῦται, ἐθέμην σκοπὸν ἀναθέσθαι σοι ταῦτα τῷ φιλοσόφῳ· ὅπως διὰ τῆς σοι δοθείσης σοφίας εὕρῃς τὴν εἰς αὐτὸν τοῦτον τὸν ἄνδρα γνῶσιν. Πεπυσμένος δὲ ἐγὼ αὐτὰ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, σύννους τε γέγονα παραχρῆμα· καὶ διαλύσας, ὡς οἶσθα, κατ' ἐκεῖνο τὸ τῆς παιδευτηρίου, καὶ τὸν ἄνδρα προπέμψας διηκριβωσάμην τὴν διὰ τοῦ ἀστρολάβου ἀναθεθεῖσάν

(a) Ms. codex Bibliothecæ Regiæ habet τοῦ Ἐθριμῶν

Digitized by Google

assumpserat; infinitis etiam dirisque imprecationibus in caput suum, posterosque jactatis percellebatur. Oraculum ipsi hæc voce *Mamaimi* nihil significante redditum. Quod vates sic interpretatus est: *Quot litterarum elementis hæc dictio barbara constat, tot ex tua stirpe imperatores regnabunt; urbi demum, ac posteris tuis imperium auferetur.* Nos itaque, qui ad hæc ultima tem-

A ἄσημον ἐξερεύξατο, MAMAIMI. Ὁ δὲ μάντις ἐξηγούμενος ἔλεγεν· *Ὅσα στοιχεῖα ἐν τῇ ἀσήμῳ λέξει τυγχάνουσι, τοσοῦτοι ἐκ τῆς σῆς σποροᾶς βασιλεῖς βασιλεύσουσι, καὶ τότε ἡ βασιλεία καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ἀπὸ τοῦ γένους σου ἀρθήσεται.* Τοῦτο οὖν ἡμεῖς, οἱ ἐν τῇ ὑστάτῃ τοῦ χρόνου φορᾷ φθάσαντες, καὶ ἰδόντες τὴν ἀπαίσιον καὶ φοβερὰν ἀπειλὴν τὴν γεντηθεῖσαν τῷ ἡμε-

Ismaelis Bullialdi notæ.

μοι ὡροσκοπικὴν μοῖραν. Καὶ δὴ τὰ κέντρα εὖ διαπηξάμενος, καὶ ἐπιγνοὺς τὰς ἐποχὰς τῶν πέντε πλανωμένων, ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἐπὶ πολλαῖς ἐνησχολήθην ἡμέραις ταῖς ἀποτελεσματικαῖς βίβλοις, καὶ μετὰ πολλοῦ μόχθου καὶ κόπου ἠδυνήθην γνῶναι τὴν τῶν μελλόντων διασαφήνειαν περί τε τοῦ προρρηθέντος ἀνδρὸς καὶ τῶν αὐτοῦ ὁμοφύλων, ἤτοι τὴν ποσότητα τῶν ἐτῶν τῆς αὐτῶν ἐπικρατείας, καὶ τοὺς χρόνους τῶν ἐν αὐτοῖς βασιλευσόντων μετὰ τῆς αὐτῶν ἐπισυναγωγῆς, καὶ ἄλλα τινὰ συμβησόμενα καθεξῆς ἐν ἰδίοις χειροῖς. Πρὸς δὲ τὸ γινώσκειν σε τὴν ἐξεργασίαν, καὶ ὃν ὑπεβάλομεν τρόπον εἰς τόδε τὸ χρῆμα, ὑπεθέμην τοῦ ζωδιακοῦ τὴν κέντρωσιν, καὶ τῶν ἀστέρων τὰς ἐποχάς, καὶ τὴν ἐξῆς ἀποτελεσματικὴν ἐπίνοιαν, καθὼς ὑποτέτακται. *Dum in hortulo scholastico, prout, optime Theophile, nosti, agebamus, honorandus admodum Epiphanius mercator Arabs, qui ex Arabia nuper advenerat, ad nos accessit; quem, ubi nos salutavit, ex animo ac benevole amplexi resaluavimus. Diximus porro illi: Opportune advenis, amice, pulchras etiam, quas attulisti, res nobiscum communica. Quibus honorifice respondit. Quas ergo, inquam, nobis philosophis res præcipue advexisti? Respondit mercator: Quamvis alia nesciam, quorum tamen in exteris regionibus spectator fui, narra ionem impræ ens instituere possum: quæ novitate sua, aures et animos auditorum ut omnes reddere possunt. Quidnam sit, dixi, edissere? Tunc ille Jube discipulorum tuorum unum, ut astrolabum appendat; tu horoscopi partem inquire, stellarumque motus adnota. Centris seu cardinibus signa accurate ascribe: siquidem hoc facere, propter casus inceptique portentosi novitatem, operæ pretium erit. Statim itaque, ut astrolabum aptaret, Sophronum meum jussi; appenso itaque horam curiose investigavit, cœpitque mercator de illis nobis disserere. In deserto Ktaribo, vir quidam ex Corthaianorum gente, quæ ab Ismaele deducit genus, innotuit nomine Mohamed, qui se prophetam prædicat. Ipse vero mense Pharmuti, qui Aprilis Romanis dicitur, anno a Philippi initio 952, in publicum prodiit. Novas voces ille, et dogmata e receptis diversissima invehit. In bello ac hostibus victorias, et paradisi delicias pollicetur iis qui doctrinam suam amplexati fuerint. Ista cum audiissem, pavorque mihi injectus esset, quod vir ille auctoritatem sibi compararet, prospera fortuna uteretur, et claris facinoribus potentiam stabiliret, ad te, qui philosophus es, ea referre statui; ut qua polles, a Deo tibi concessa sapientia, de illo viro, quæ futura sunt, cognoscas. Ab illo talia cum rescivissem, cogitabundus restiti, dimissis illico scholasticis, deductoque illico advena; astrolabo assignatam mihi horoscopi partem rectificavi. In cardinibus deinde collocatis rite signis: et planetarum animque, etiamque solis et lunæ locis computatis, multos dies in libris, quibus apotelesmata seu decreta continentur, evolvendis consumpsi; multoque labore ac molestia in futurorum cognitionem deveni, quæ viro illi prædicto, ipsiusque genti accidere poterunt: quot scilicet annis ipsorum imperium stabit; et singuli reges quot annos regnabunt, illorumque numerum: alia insuper quæ in temporibus suis deinceps ventura. Ut vero operationem, ex ejus, quem inivi, modum cognoscas, Zodiacum subjeci per cardines distributum; in eoque planetarum loca descripsi, et figuræ judicium prædictionemque subjeci.* Hactenus Stephanus, qui in sequentibus Mahometis sectatores Venereis relus delitos fore prævidet, ex Libræ signo in Orientis cardine posito: et quia ζυγὸς Græce appellatur, in servitutem gentes omnes ipsos redacturos. Ζυγὸς ἀντέλλων ζυγὸν δουλείας ἐπιφέρει πᾶσιν ἀνθρώποις. *Libra seu jugum exoriens cunctis hominibus servitutis jugum imponit.* Ex eo quoque cœli themate Stephanus regum numerum colligit. Κρόνος δὲ τὸν βασιλέων ἀπαρίθμησιν ποιήσει ἐκ τῆς τῶν αὐτοῦ μοιρῶν ἐποχῆς ἐν τῷ μεσουρανήματι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπέχει τὴν κδ' μοῖραν τοῦ Καρκίνου, ἤτις ἐστὶν ἐν ὁρίοις τῆς Ἀφροδίτης, διὰ τούτων εἰκοσιτεσσάρων σημαίνει τοὺς ἐπικρατοῦντας τοῦ ἔθνους τούτου. *Saturnus regum numerum definiet ratione partium signi quod in medio cœli positus occupat. Cum vero Cancri 24 partem in Veneris finibus occupet, his 24 gradibus significat illos qui genti illi dominaturi sunt.* Codex Florentinus reges 25 exhibet, imperium deinde ruiturum denuntiat. At codex Regius quem Parisiis habemus imperatores 48 describit, et ultimo regnante gentis Mahometanæ et Saracenicæ eversionem pollicetur; quæ quam firmis rationibus nitantur, et quam accurate eventus responderint assignato imperatorum numero, hujus artis fallacs adhuc obtemperantes decretis viderint: conferantque Ducæ Mamaimi cum Stephani apotelesmatico decreto. Monendi porro sunt lectores, judiciariæ astrologiæ studiosi, Stephanum thema illud cœleste erexisse anno mundi 6130 (non 6129, ut in margine codicis Regii legitur) ad diem Septemb. 2, hor. 3, post solis ortum anno Christi 621. In quo themate Libræ gradus 20 horoscopum occupat. Cancri grad. 22 in medio cœli reperitur. Sol tenet Virginis partem 9, m. 5, luna Capricorni gradum 12, m. 6; Saturnus Cancri grad. 23, m. 30; Jupiter Capricorni grad. 20. m. 39, Venus Leonis grad. 25, m. 6; Mercurius Virginis grad. 9, m. 5. Nodus ascendens seu caput Draconis Aquarii gr. 19, m. 50; pars fortunæ in Capricorni grad. 22, m. 9; quæ deberet reponi in Aquarii gradu 25, m. 1. Ex locis porro Saturni et lunæ certo concludimus, non posse convenire alii anno, quam Christi 621. Loca vero trium planetarum ad diem Septemb. 2, hora ante Meridiem tertia, ex Ptolemæi tabulis computavimus, quæ non eadem, ac Stephanus invenit, se nobis obtulerunt. Invenimus enim locum solis in Virginis gr. 8, m. 16, s. 55; lunæ in Capricorni gr. 20, m. 45, s. 22: Saturni in Cancri grad. 23, m. 45, s. 7. Juxta vero tabulas nostras Philolaicas erat sol in Virginis gr. 11, m. 56, s. 19; luna in Capricorni gr. 23, m. 44, s. 8, Saturnus in Cancri grad. 26, m. 55, s. 49. Constantinus Porphyrogenneta, lib. *De administratione imperii*, ad Romanum Porphyrogenitum F. suum, cap. 16, ad annum mundi 6130. indict. 10, Heraclii 12, Septembris diem 5, feriam 5, Stephanum thema cœleste constituisse tradit. Verum equidem est. Septemb. diem 5, eo anno fuisse feriam 5, sed si thema ad diem istam erectum est, tunc luna in Aquarium transierat, quod repugnat calculo et figuræ.

Digitized by Google

τέρῳ γένει, ὀνειροπολοῦντες ἐκδεχόμεθα τὴν ἀνάρυσιν. Καὶ δι' ἐπιθυμίας εἰς ἄκρον ζεούσης, ἱκετεύοντες τὸν παιδεύοντα καὶ πάλιν ἰώμενον Θεὸν, καὶ τὰ προῤῥηθέντα παρά τινων εὐλαβῶν ἀνδρῶν εἰς ἐκδοχὴν ἐλπίζοντες, γράφομεν καὶ τὰ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπειλὴν παρὰ τοῦ τυράννου γενόμενα. Ἀλλ' ἐπανίωμεν αὖθις εἰς τὸ τῆς ἱστορίας ἐλλεῖπον.

A pora vitam perduximus, quique horrendas ac formidabiles minas nostræ genti intentatas conspeximus, quasi per insomnium libertatem illius ac restaurationem exspectamus. Deoque, qui castigat et rursus sanat supplicantes, a viris sapientibus et prudentibus prædicta, fore ut exitum sortiantur ferventissimo animo sperantes; quæ a tyranno, post terrores a Deo nobis injectos, gesta sunt, scribimus. Verum ad historiam nostram pertexendam redeamus.

CAPUT XLIII.

Legati a magno magistro Rhodi ad Mehemetem missi de pace firmanda, re infecta redeunt, cum Mehemetes a Rhodiis tributum sibi solvi peteret. Cum legatis Mehemetis servus domesticus abit, qui cum magno magistro agat. Sed tributum denegante Rhodio delusus ad Mehemetem redit, qui ira accensus bellum Rhodiis indicit. Hamzas maris præfectus Chium proficiscitur, quædam vastat, ad se missos de controversiis transigendis abducit. Comm vastat : Rachiam frustra obsidet : cum Chiis paciscitur. Tumultus a Turcis in Chio excitatus, eorum triremis demersa. Hamzam reversum Mehemetes asperis verbis excipit. Chiis bellum indicit.

Ὁ γὰρ τύραννος ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἀφ' οὗ B γέγονε κύριος Κωνσταντινουπόλεως, ἔτος τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς ,ςϑξγ' ἐν τῇ Ἀδριανοῦ ὢν, ἔρχονται καὶ ἀπὸ Ῥόδου Φρέριοι (19), προσκυνήσοντες τῷ τυράννῳ σὺν δώροις ὅτι πλείστοις, καὶ συνθήκας ἐνόρκους αἰτήσαντες τοῦ ἐμπορεύεσθαι εἰς τὰ τῆς Καρίας καὶ Λυκίας μέρη οἱ γείτονες. Ὁμοίως καὶ οἱ Τοῦρκοι ἐν Ῥόδῳ ἀφόβως περαιοῦντες τὸν πορθμὸν, τὰ πρὸς χρείαν αὐτῶν ἀπὸ Ῥόδου, καὶ τῶν ταύτης νήσων ἐμπορευόμενοι ἐν ἀγάπῃ ὦσιν. Ὁ τύραννος φόρους ἠτήσατο· οἱ δὲ πρέσβεις ἀπελογήσαντο, ὡς περὶ τούτου οὐκ ἔστιν ἀπόκρισιν δοῦναι. Οἱ δὲ μεσάζοντες εἶπον· *Εἰ οὐ παραδέχεσθε φόρους διδόναι, οὐδὲ τὴν ἀγάπην τοῦ ἡγεμόνος ἔξετε. Καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐστι* C *κύριος τῶν νήσων ἁπασῶν, τῶν ἐν Αἰγαίῳ πελάγει κειμένων. Καὶ ὥσπερ Χῖοι, καὶ Λέσβιοι, Λήμνιοι, καὶ Ἴμβριοι, καὶ ἄλλαι νῆσοι ὑπετάγησαν, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. Εἰ δ' οὔ, μάχη καρτερὰ γένηται, καὶ τὴν νῆσον, καὶ τὰ πέριξ ἀφανιεῖ ὁ μέγας ἡγεμών.* Τότε οἱ ἀποκρισιάριοι ἀπεκρίναντο· *Ἐλθέτω μεθ' ἡμῶν εἷς τῶν τοῦ ἡγεμόνος δούλων, καὶ περὶ τούτου λεγέτω τῷ μεγάλῳ μαΐστορι· καὶ εἰ θελητὸν αὐτῷ ἐστι, δότω καὶ φόρους, καὶ ἄλλο εἴ τι ἂν λυσιτελῇ διὰ τὴν νῆσον. Τὸ δὲ ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν ἀπόκρισιν δοῦναι.* Ἤρεσεν οὖν ὁ λόγος, καὶ σὺν αὐτοῖς ἕνα τῶν περιφήμων αὐτοῦ δούλων ἔστειλεν, ἀποπέμψας αὐτοὺς ὡς ἐχρῆν. Ἐλθόντες δὲ ἐν Ῥόδῳ, καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἡγεμόνος καλῶς ἐνωτισθεὶς ὁ μέγας D μαΐστωρ ῥήματα, ἀπεκρίνατο, λέγων τῷ δούλῳ, ὡς· *Ἡ νῆσος αὕτη οὐκ ἔστιν ἐμὴ, εἰμὶ κἀγὼ εἰς ὑποταγὴν τοῦ πάππα, ὡς σὺ εἰς τὸν σὸν κύριον. Ὁ πάππας οὖν κελεύει μοι τοῦ μὴ δοῦναι φόρους τινὶ, οὐ μόνον τὸν σὸν ἡγεμόνα ὃς ἐστιν ἔθνους ἑτέρου, καὶ πίστεως οὐχ ὁμογενὴς καὶ ὁμόφρων, ἀλλ' οὐδένα τῶν βασιλέων τῶν ὁμογενῶν καὶ ὁμοπίστων. Λέγω οὖν οὕτως·*

Secundo, postquam urbis dominium adeptus est, anno, ab orbis creatione 6963 (Christi 1455), eum Adrianopoli commorantem, fratres militaris Hierosolymitani ordinis equites adeunt, donisque quamplurimis allatis venerati sunt. Pacta mutuo sacramento iniri petierunt, quibus commercium liberum in Cariæ et Lyciæ partibus, suæ ditioni finitimis, exercere possent; Turcisque vicissim tuto ac secure in Rhodum trajicere liceret : ut in ipsa, ejusque dominii insulis, sibi necessaria compararent, et inter se pacati ac amici **181** agerent. Exigebat ab iis tributum tyrannus; cui a legatis responsum, de hac re in mandatis se nihil habere. Monuere eos Mesazontes his verbis : *Nisi tributum pendere velitis, pax vobis et amicitia cum principe non intercedent; deinceps enim maris Ægæi insulis dominabitur. Quemadmodum Chii, Lesbii, Lemnii et Imbrii cæteræque insulæ imperata fecerunt, hoc exemplo ducti vos etiam obtemperate. Si parere recusaveritis, bellum grave inde orietur, insulamque vestram et circumjectas magnus princeps vastabit et evertet.* Illisce ab apocrisiariis responsum : *Accedat nobiscum aliquis e principis servis, de istis cum magno magistro acturus; et si ita sentiat, tributum annuum, et quidvis aliud, quod insulæ commodis conferat, pendatur : ad ista namque respondere non possumus.* Accepta fuit conditio, illique decore ac honeste dimissi : simulque domesticorum principis unus magni nominis vir, cum iis ad magnum magistrum destinatus est. Rhodum cum pervenissent, et magni principis sententiam ac propositum, ab ejus servo domestico clare percepisset magnus magister; ei respondit : *Hæc insula mea non est, papæ ego, ut tu domino tuo, subditus sum. Vetat me papa, non solum tuo principi, a genere et fide nostra alieno et dissentienti, verum etiam ulli regum gentis, ac reli-*

Ismaelis Bullialdi notæ.

(19) Ἔρχονται καὶ ἀπὸ Ῥόδου Φρέριοι. Jacobus Bosius, lib. VII, *Histor. militiæ Hierosolymit.*, cum Duca omnino sentit, et magnum magistrum audaci fortique animo respondisse, et vectigal Mehemeti pendere omnino renuisse.

Digitized by Google

gionis suæ solvere tributum. Siquidem ergo amicitiam mutuo a nobis cultam magnus cupit princeps, utpote finitimum potentemque monarcham, legatos quotannis eum venerandi munus obituros sumptibus meis mittam, et ita rite constitutæ res erunt; quibus si non acquiescit, viribus suis ex libidine experiatur. Istum demum satellitem ludibrio ac scommatibus habitum dimisit.

Iis intellectis tyrannus ira prætumidus acre bellum indixit, cunctisque, quantum possent, excurrendi, captivos iabigendi, devastandi ac populandi copiam fecit. Qui Cariam incolunt Turci biremimibus, aliisque navigiis triginta in Rhodum transvecti, partem quamdam insulæ latroniciis vexavere, abductis ex ea quadraginta captivis : similique excursione in Coum insulam facta prædam egere. Ineunte deinceps vere, classem ingentem triremium viginti quinque, biremium quinquaginta, centumque etiam et amplius monerium apparat; ita ut tota navibus 180 constaret : quæ mense Junio Callipoli solvit, Mitylenenque venit. Illi præerat amiralius Hamzas, quem apud suum patrem pincernæ munere olim functum toti Chersonêso et classi ducem Mehemetes præfecerat. Eum honorifice habuit Lesbi princeps, meque ad officia et obsequia, quæ decebat, ei præstanda destinavit. Portum quippe amiralius ingressus non **182** est; sed versa prora ad littus oppositum, ubi classis capax portus situ est, appulit; ne quoquo modo urbs turbaretur, ita sibi faciendum vir prudens, ac peritus Hamzas ratus . Missus itaque a Lesbi principe illum salutavi, donis multis aliisque, quotannis præstari solitis, benevolentiam conciliavi, fraternaque cum principe amicitia eum conjunxi. Dona porro oblata talia fuere : vestes sericæ et ex contexto panno VIII, argenti signati sex nummum millia, boves XX, verveces L, vini plusquam octingentæ mensuræ, panis subacti modii duo, panis mollis modius unus, casei ultra mille libras pondo, legumina insuper innumera. Dona quoque illius consessoribus, habita proportione, data. Cumque biduum in eo loco, qui Agiasmates dicitur, transegisset, velis expansis in Chium fertur. Eumdem modum, quem in Lesbo, tenuit, appulsa ad continentis littus insulæ oppositum classe; illum stationem ibi habentem Chii nullo honore, Lesbi principem nequaquam imitati, prosecuti sunt : quod paulo ante a tyranno spreti ac durius habiti fuissent, ob quadraginta nummorum millia, quæ Franciscus Draperius, inter Galatinos præcipuos unus, aluminis venditi pretium numerari sibi ac solvi petebat. Iste Franciscus cum classe et Hamza venerat; cui nisi debita pecunia a Chiis solveretur, totis viribus insulam ut invaderent, et omnia solo æquarent princeps injunxerat. Postridie ex littore insulæ opposito solvit classis, et ad templum sancti Isidori martyris progressa, jactis anchoris stationem habuit. Missis nuntiis Chii Hamzam salutarunt : quibus ipse ty-

A εἰ μὲν βούλεται τοῦ εἶναι φίλος, καὶ κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐμῶν ἀναλωμάτων πρέσβεις στέλλων, προσαγορεύω εἰς γείτονα, καὶ ἡγεμόνα μέγαν, ἰδοὺ καλόν· εἰ δ' οὔ, ποιησάτω ὃ δύναται. Ἀπέλυσεν οὖν τὸν δοῦλον σὺν τούτοις σκωπτικοῖς ῥήμασι.

Ἀκούσας δὲ ὁ τύραννος τοὺς λόγους τούτους, καὶ θυμοῦ πλήρης, μεστὸς γεγονώς, ἐκήρυξε μάχην καρτερὰν, καὶ τῷ βουλομένῳ ἐχαρίσατο τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ αἰχμαλωτίσαι, καὶ φθεῖραι ὅσον δύναιτο. Τότε οἱ τῆς ἐπαρχίας τῆς Καρίας οἰκοῦντες Τοῦρκοι ἐμβάντες ἐν διήρεσι, καὶ ἄλλοι ἀκατίοις ἕως τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὴν περαίαν διαβάντες, καὶ B εἰς ἓν μέρος τῆς νήσου λῃστρικῶς ἐπιβάντες ᾐχμαλώτευσαν ψυχὰς μ' καὶ ἐν νήσῳ τῇ Κῷ ὁμοίως. Ἔαρος δὲ ἐπελθόντος, στόλον ἀπαρτίζει μέγαν, τριήρεις κε', διήρεις ν', καὶ μονήρεις ἑκατὸν, καὶ πλέον· ὡς εἶναι τὰς πάσας ἀριθμουμένας μέχρι τῶν ρπ'. Καὶ τῷ Ἰουνίῳ μηνὶ ἐξελθόντες ἀπὸ τῆς Καλλιουπόλεως, ἦλθασιν ἐν Μιτυλήνῃ ἔχοντες Ἀμηραλῆν Χαμζᾶν πιγκέρνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃν αὐτὸς ἔπαρχον πάσης Χερρονήσου κατέστησε, καὶ καπιτάνεον στόλου. Ὁ δὲ ἡγεμὼν καλῶς αὐτὸν δεξιωσάμενος, ἔπεμψε γάρ με εἰς αὐτὸν τοῦ ποιῆσαι τὰ πρέποντα. Καὶ γὰρ οὐκ ἔνευσεν ἐν τῷ λιμένι, ἀλλὰ πρύμναν κρούσας τὴν περαίαν κατέλαβεν, ἵνα μὴ σύγχυσις ἐν τῇ πόλει γένηται, ἦν γὰρ κἀκεῖ λιμὴν C εἰς ὑποδοχὴν τοιούτου στόλου. Ὁ γὰρ ῥηθεὶς Χαμζᾶς ὑπῆρχεν εὐσυνείδητος ἄνθρωπος. Ὁ δὲ ἡγεμὼν στείλας ἐμὲ σὺν δώροις, καὶ ἱκανοῖς ἄλλοις τοῖς κατ' ἔθος διδομένοις, ἐδεξιωσάμην τὸν ἄνδρα, καὶ ὡς ἀδελφὸν τοῦ ἡγεμόνος πεποίηκα· ἦσαν γὰρ τὰ σταλθέντα ἱματισμοὶ σηρικοὶ, καὶ ἐξ ἐρίων ὑφαντοὶ ὀκτὼ, χάραγμα ἀργυροῦν χιλιάδες ς', βόες κ', πρόβατα ν', οἶνος ὑπὲρ τὰ ὀκτακόσια μέτρα, ἄρτοι πεφυρμένοι μοδίων β', ἄρτοι μαλακοὶ μοδίου ἑνὸς, τυροὶ ὑπὲρ τὰς χιλίας λίτρας ὀπῶραι ὑπὲρ μέτρον· ὁμοίως καὶ τοὺς συγκαθέδρους αὐτοῦ, κατὰ τὸ ἀνάλογον. Ποιήσας γοῦν ἡμέρας δύο εἰς τὸ Ἁγιασμάτην, οὕτως γὰρ καλεῖται τὸ τοῦ τόπου ὄνομα, καὶ τὰ ἱστία πτερώσας κάτεισιν ἐν Χίῳ. Κἀκεῖ οὕτω ποιήσας καὶ τὴν ἀντιπέραν διαβὰς, καὶ σταθεὶς, οὐκ ἐνεδείξαντο D οἱ Χῖοι τὴν φιλοτιμίαν, ἣν ὁ τῆς Λέσβου ἄρχων ἐποίησεν εἰς αὐτούς. Ἦσαν γὰρ οἱ Χῖοι πρὸ καιροῦ ὀλίγου παραβλεπόμενοι παρὰ τοῦ τυράννου ἕνεκα ὑποθέσεώς τινος νομισμάτων χιλιάδων τεσσαράκοντα, ἣν ἐνεκκλήτευσε Φραντζῆσκος Δραπέριος εἷς τῶν ἀρχόντων τοῦ Γαλατᾶ ἕνεκα τιμῆς στυπτηρίας, ὃς Φραντζῆσκος ἦν τῷ στόλῳ· καὶ τῷ Χαμζᾷ ὁ τύραννος ἐκέλευσεν, ὡς εἰ μὴ δοθῇ τὸ χρέος αὐτὸ τῷ Φραντζήσκῳ, καὶ τὴν Χίον αὐτὴν προσκρούσει, καὶ ἀφανίσει ὅσον ἡ δύναμις. Τῇ ἐπαύριον δὲ ἐγερθεὶς ὁ στόλος ἐκ τῆς περαίας ἦλθε, καὶ τὰς ἀγκύρας χαλάσας ἔστη ἐγγὺς τοῦ ναοῦ τοῦ μάρτυρος Ἰσιδώρου. Καὶ οἱ Χῖοι στείλαντές τινας προσηγόρευσαν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς τοὺς ὁρισμοὺς τοῦ τυράννου δοὺς αὐτοῖς, καὶ ἀναγνώσαντες ἀπεκρίθησαν, ὅτι Χρῖος ἡμεῖς

Digitized by Google

τῷ Φραντζήσκῳ οὔτε ἐχρεωστοῦμεν, οὔτε δίδομεν, καὶ ποίει ὡς βούλει. Τότε ὁ Χαμζᾶς ἐκβαλὼν Τούρκους, καὶ μερικὴν πραΐδαν ποιήσαντες εἰς τὰ πέριξ χωρία, καὶ ἐν ἀμπέλοις, καὶ κήποις ζημίαν, οὐ γὰρ εἶχον ἐν τῇ πόλει τί πρᾶξαι. Ἦν γὰρ τὸ ἔξω τῆς πόλεως πλῆθος ἀνδρῶν· τὸ δὲ ἐντὸς πλῆθος ἁρμάτων, καὶ Ἰταλῶν ὀξυθύμων, καὶ πρὸς σφαγὰς ἑτοίμων· ἡ δὲ πόλις περιεκύκλωτο τάφροις διπλοῖς εἰς εὖρος ἐκτεινούσαις πολὺ, καὶ εἰς βάθος ὑπὲρ ὀργυιὰς τρεῖς. Ὁ δὲ λιμὴν καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τὰς εἴκοσι νῆας τὰς ἐκ Γενούας, πᾶσαι πλῆρεις ἀνδρῶν καὶ ἁρμάτων. Τότε ἰδὼν ὁ Χαμζᾶς ὅτι οὐ δύναται ποιεῖν οὐδὲν, μηνύει τοῖς ἡγεμόσι τοῦ ἐλθεῖν ἐξ αὐτῶν εἷς, ἢτε καὶ δύο, συνᾶραι λόγον μετὰ τοῦ Φραντζήσκου ἐν μιᾷ τῶν τριήρεων, δοὺς πίστεις αὐτοῖς. Οἱ δὲ πιστεύσαντες αὐτὸν ἀπῆλθον δύο, εἷς ἐκ τῶν γερόντων Κύρικος ὀνόματι Ἰουστινίας, καὶ ἕτερος νέος. Ἐρχόμενοι δὲ ἐν τῷ στόλῳ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠνωχλοῦντο ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ, καὶ ἐπιέζοντο, λέγοντες καθ' ἑαυτούς· Εἰ μεταμεληθεὶς ὑπὸ τοῖς ὑποσχομένοις ὁ Τοῦρκος, καὶ βουληθείη ἆραι ἡμᾶς ἐν ταῖς τριήρεσι, τίς ἔσται ὁ ἀντειπὼν αὐτῷ, ὅτι κακῶς ἔπραξεν; Οὐδεὶς τῶν Τούρκων, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀνδρίαν τὸ δρᾶμα ἡγήσονται, καὶ σοφιστικὴν ἐνέργειαν. Ἐν τούτοις τοῖς βουλεύμασι καὶ ὁ στόλος ἦν ἤδη ἐγγύς. Ὅσον ἐπλησίασαν τὸν στόλον, τοσούτῳ καὶ ὁ φόβος ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν ἐνεπάγη. Οἱ δὲ στρέψαντες τὰς ἡνίας ἀντιστρόφως τοὺς ἵππους τρέχειν ἠνάγκαζον. Πλῆθος οὖν τῶν Τούρκων ἐν ταῖς ἀμπέλοις καὶ κήποις εὑρεθὲν, ἐκώλυσαν τὴν ὁδὸν ἔξω πηδήσαντες. Καὶ λαβόντες αὐτοὺς μηδὲν κωλυθέντες παρὰ τῶν ἑπακολουθούντων Φράγκων, ἀλλὰ καὶ βέλεσι βάλλοντες αὐτοὺς ἀπεδίωξαν, τοὺς δὲ δύο ἄρχοντας τῷ καπιτάνῳ παρέστησαν· λαβὼν αὐτοὺς ἐντὸς τῆς τριήρεος, καὶ τὰ; ἀγκύρας ἄραντες, καὶ τὰ ἱστία ὑψώσαντες πρὸς τὴν Ῥόδον ἔπλευν. Ἐλθόντες δὲ καὶ ἰδόντες ἀπὸ μακρόθεν τὴν πόλιν, καὶ τὸν λιμένα πλήρη νηῶν μεγάλων, πάσας εἰς παράταξίν ἐστώσας, καὶ τὴν πόλιν ὑπερμεγέθη, καὶ διπλῆν τὴν παρασκευὴν ἐννοήσαντες ἢ τῆς Χίου, εἰς τὴν νῆσον Κῶ τὴν θάλατταν ἔσχιζον· ἐκεῖ τοίνυν ἐξελθόντες, καὶ τὸ καθολικὸν πολίχνιον ἔρημον εὑρόντες, τὰ εὑρεθέντα ἐσκύλευον, καὶ μέρος γερόντων τε καὶ γραῶν εὑρόντες ἠρώτων περὶ τῶν πολιτῶν· οἱ δὲ ἔφησαν ἐν ἄλλῳ πολιχνίῳ, ὃ Ῥαχεία λέγεται (20), ἐν ἐκείνῳ ὡς ὀχυρωτάτῳ εἰσῆχθησαν· λαβόντες οὖν αὐτοὺς, καὶ εἰς τὴν Ῥαχείαν ὁ στόλος διαβάς, ἐξελθόντες τὰς σκηνὰς ἔπηξαν, καὶ τῇ ἐπαύριον ζητήσαντες τὸ πολίχνιον, καὶ ὅρκους τοῦ μὴ αἰχμαλωτεῦσαι. Ἦν δὲ ὁ τὴν διάλεκτον μεταχειριζόμενος ὁ Φραντζήσκος· οἱ δὲ τοῦ κάστρου Φρέριοι διὰ βε-

ranni mandata legenda porrigit; iis lectis se Francisco quidquam debere, ac solvere velle negant, cæterum, quod visum sibi fuerit, faciat. His actis in terram Turcos exponit Hamzas, vicos circumjectos partim deprædatur, vineta et hortos vastat: cum urbi damnum ullum inferre haud posset. Exteriora siquidem urbis propugnacula ingens hominum multitudo tuebatur; atque plurimi armati Itali animosi, et manu prompti intra mœnia aderant; quæ duplici per ambitum fossa latissima, et ultra tres orgyas alta circumdabantur. Ad portus custodiam naves plusquam viginti, vectoribus militibusque armatis instructæ, præsidebant. Adversus eos se nihil proficere, cum animadvertisset Hamzas, Chii principes viros hortatur, ut unum vel duos e suis, accepta fide in triremem mittant cum Francisco colloquturos. Fide data freti duo, senex unus Cyricus Justinias, juvenis alter, ad triremem se conferunt. Inter proficiscendum **183** autem ad classem, variis molestisque rationibus animos subeuntibus torquebantur, dum secum agitant, num promissorum pœnitentia actus Turcus, ipsos in triremi comprehensos abducere vellet; cui nullus inique ab ipso factum dicere, et apud eum intercedere auderet: nedum Turci, qui scelus ejusmodi generosum facinus ac stratagema prudens æstimaturi sunt. Dum de his deliberant, classi magis ac magis admotos, metus vehementior quoque invadit: flexis itaque habenis subditisque calcaribus in contrarium equos citant. At Turcorum per vineas et hortos palantium multitudo, quominus in urbem se referrent, occupatam viam intercepit. Comprehensi, Francis, qui ipsos comitabantur, cedentibus missilibusque repulsis ad classis ducem adducuntur: quos in triremem cum accepisset, sublatis anchoris, velisque explicatis Rhodum versus navigat. Illuc postquam advenere, urbem procul visam oculis lustrant, in portu naves magnas stare ad acie experiundum paratas, urbemque amplam deprehendunt; eamque, quam Chium, bellico apparatu duplo instructiorem rati ad Coum insulam navium cursum dirigunt. In insulam expositi, desertum oppidum nacti, residua illi inventa diripuere: cumque in senes aliquos, vetulasque incidissent, ab eis sciscitantur, quo se oppidani receperint: respondere isti, in aliam arcem Rachiam dictam, utpote tutissimam ac validissimam, eos aufugisse, quare secum avectis istis senibus Rachiam classis provehitur: et exscensu in terram facto, loca tentoriis capiunt. Postridie præsidiarios ad deditionem per caduceatorem compel-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(20) *Ὁ Ῥαχεία λέγεται.* Idem Bosius lib. VII, ad annum 1455, de bello Rhodiis indicto, et munito castro Narangia in insula Coo, quæ *Lango* vulgo dicitur: *Mandò il general del mare, con le galere et altri vascelli armati della religione a provedere la fortezza di Narangia nell'isola di Lango.* Rachia et Narangia ejusdem loci appellatio est a variis nationibus, diversimode enuntiata. Notandum autem et Bosium anno 1457 referre, obsessum fuisse a Turcis per 20 dies castrum Landimachium; quam obsidionem nescio num ea sit de qua Ducas hoc loco disserit; et fortasse in nomine loci error admissus ab alterutro fuerit, et a Bosio biennii parachronismus.

Digitized by Google

jant, dantque fidem ac jusjurandum, nullum captivum se abducturos, hocque negotium componendum transigendumque in se Franciscus receperat; at ordinis Hierosolymitani militaris fratres telis ac missilibus, nullo dato responso, eum repulerunt. Quamobrem Hamzas scalis ad subeundum in muros bellicis tormentis ac machinis omnique arte admotis, dies duos et viginti continuos arcem oppugnat; frustra tandem tentata expugnatione, Turcis quamplurimis cæsis, multis etiam alvi torminibus absumptis, abscessit. Is deinde inter navigandum cum Cyrieo collocutus, ad has conditiones ambas partes adduxit, ut ex Chii primoribus ad principem Adrianopolim aliqui, inter quos Cyricus adesset, mitterentur, qui totum negotium ei exponerent, et latæ a principe sententiæ constanter nec cunctati acquiescerent. Chium deinde appulsos domumque suam deductos Cyricus excepit, qui cum eo et suis decenter ac honeste se gesserant.

Verum fortuna torvis **184** ac iniquis oculis Chios respectans, quas ipsis tricas nectit! Temulenti Turci e triremibus prosilientes, turbas excitare, ac contumeliis afficere cœperunt, aliaque indecora et propudiosa patrare. Ex istis unus templum ingressus tectum scandit, tegulasque ex alto in solum dejectas ac deturbatas confringit. Quem, tam audacter tegulas conterere animadversum, quidam Italus percussit: ut opem percusso ferrent Turci alii accurrunt. Tumultu cognito Christiani Latini ac Romæi Turcos invadunt, partim gladiis, partim fustibus verberant; in fugam versi Turci biremem, qua Hamzas vehi solebat, cursim petunt. Ille quemquam e triremibus exire vetuerat, jussa spernenti supendii pœna indicta. Navalium sociorum alii fugientes in biremem intrant, alii in mare feruntur, insequentibus a tergo, cædentibusque Christianis, donec ad birenem ventum esset. Contestim Christiani ac Turci biremis latus alterum pondere suo prementes, eam propendere ac procumbere faciunt; versa tandem sursum carina, tectoque tabulato aquis immerso, navem in profundum detrusere Turci: tam qui tumultus auctores, quam qui extra noxiam erant, omnes aquis absorpti et exstincti sunt, quibus Hamzæ servus ei admodum charus, totique familiæ ejus regendæ præpositus, præerat. Tali casu mœstus admodum Hamzas fuit; eumquæ insulæ principes ægre ac graviter tulerunt. Vir equidem mansuetæ indolis iram suam repressit; principum insuper diligentia mitigatus, qui biremis, servi, et perditarum rerum pretium in duplum ei solverunt, placatumque pacifice abeuntem dimiserunt. Classem cum Mitylenem appulisset Hamzas, ab insulæ principe invitatus anchoras in portu jecit; cœnamque splendide ac opipare instructam, in triremem, in qua simul convivati sunt jussus attuli; postridie mane e portu solvit, et Callipolim versus, unde duobus integris mensibus abfuerat, navigat, indeque Adrianopolim proficiscitur. Tyrannus ob rem male gestam

λῶν καὶ ἀκροβολισμῶν τοῦτον ἐδίωξαν, μηδὲ ἀποκρισιν δόντες. Τότε ὁ Χαμζᾶς σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ δι' ἐπάλξεων καὶ διὰ κλιμάκων, καὶ διὰ προβόλων μηχανικῶν, καὶ διὰ πάσης ἄλλης μεθόδου καταπολεμήσας τὸ πολίχνιον ἡμέρας κβ', καὶ μηδὲν κερδήσας ἐπανέζευξε καταλιπὼν Τούρκους πολλοὺς, τοὺς μὲν παρὰ τοῦ πολιχνίου σφαγέντας, τοὺς δὲ κοιλιακῷ νοσήματι. Καθ' ὁδὸν δὲ ὁ Χαμζᾶς σὺν τῷ Κυρίκῳ λόγοις ὁμιλήσας, καὶ εἰς συμβιβάσεις ἐλθὼν, ἔστερξαν ἄμφω τὰ μέρη, τοῦ στεῖλαι ἐκ τῶν ἀρχόντων τῆς Χίου δύο εἰς τὸν ἡγεμόνα ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει, ἐξ ὧν ὁ εἷς εἶναι ὁ Κύρικος, καὶ τὴν πᾶσαν ἀγωγὴν αὐτῷ ἐπαγγείλωσι, καὶ τὸ ἀποφανθὲν παρ' αὐτῶν ἔσται βέβαιον. Ἐλθόντες δὲ ἐν Χίῳ ἀπέλυσεν αὐτοὺς εἰς τὰ ἴδια. Καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐφιλοτίμησαν καὶ αὐτὸν, καὶ τοὺς περὶ αὐτόν.

Ἡ δὲ τύχη βλέψασα βλοσυρῶς πρὸς τοὺς Χίους τί κλώθει; Ἐξελθόντες οἱ Τοῦρκοι ἐκ τῶν τριήρεων, καὶ μεθυσθέντες ἤρξαντο ὀχλαγωγεῖν, καὶ ὑβρίζειν, καὶ ἄλλας ἀσχημοσύνας ποιεῖν. Εἷς δὲ Τοῦρκος ἐν ναῷ τινι προσεγγίσας, ἤρξατο ῥίπτειν ἐκ τοῦ στέγους τὰς κεραμίδας κάτω, καὶ συντρίβειν αὐτάς. Ἰταλὸς δὲ εἷς ἰδὼν τὸν Τοῦρκον ἀδεῶς τὰ κεράμια συντρίβοντα, παίει τὸν Τοῦρκον· ἕτεροι δὲ Τοῦρκοι κατέδραμον εἰς βοήθειαν αὐτοῦ. Ὀρῶντες δὲ οἱ Χριστιανοὶ, Λατῖνοί τε καὶ Ῥωμαῖοι τὸν ὄχλον, πάντες εἰς τοὺς Τούρκους ἐπεπήδησαν, καὶ τοὺς μὲν ξίφει, τοὺς δὲ ξύλοις ἔπαιον. Οἱ δὲ Τοῦρκοι φεύγοντες ἐν τῇ διήρει εἰσέτρεχον. Ἦν γὰρ ἡ διήρης ἐκείνη τοῦ Χαμζᾶ. Ὁ δὲ Χαμζᾶς οὐκ εἴασέ τινα ἐξελθεῖν τῶν τριήρεων, ἀλλὰ φοῦρκαν ἠπείλει τὸν ἐξερχόμενον· οἱ δὲ τῆς διήρεος φεύγοντες, οἱ μὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ, οἱ δὲ ἐν τῇ διήρει. Καὶ οἱ μὲν Χριστιανοὶ ἔθεον ἐξόπισθεν παίοντες, ἄχρις οὗ ἐν τῇ διήρει προσήγγισαν. Καὶ δὴ πάντες Χριστιανοί τε καὶ Τοῦρκοι εἰς μίαν τῆς διήρεος πλευρὰν βαρυνθέντες, τὴν τρόπιν ἄνω, καὶ τὰ στέγη κάτω τῷ βυθῷ παρέπεμψαν. Πνιγέντες πάντες οἱ Τοῦρκοι, καὶ αἰτιατοὶ, καὶ ἀναίνιοι, ὧν ὁ πρωτεύων ὑπῆρχε τοῦ Χαμζᾶ δοῦλος, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀγαπώμενος, ὃν καὶ οἰκοδεσπότην τῆς οἰκίας αὐτοῦ κατέστησε. Ἐλυπήθη ὁ Χαμζᾶς εἰς τὸ συμβὰν, ὁμοίως καὶ οἱ τῆς νήσου ἄρχοντες. Ἠλγησε τὸ καλόγνωμον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἡ σπουδὴ τῶν ἀρχόντων, κατέπαυσε τὸν θυμὸν, δόντες αὐτῷ τὴν τιμὴν τῆς διήρεος, καὶ τοῦ δούλου, καὶ ὧν πραγμάτων ὅλεθρος γέγονεν ἐπὶ τὸ διπλοῦν, καὶ εἰρηνεύσαντες, αὐτὸν ἀπέλυσαν ἐν εἰρήνῃ. Ἐλθὼν δὲ ὁ στόλος ἐν Μιτυλήνῃ, μετεκαλέσατο αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, καὶ εἰσῆλθεν ἐν τῷ λιμένι. Σταλεὶς δ' ἐγὼ παρὰ τοῦ ἡγεμόνος, καὶ δεῖπνον εὐτρεπίσας πολυτελῆ εἰσῆλθον ἐν τῇ τριήρει, καὶ συνδειπνήσαντες· πρωῒ ἐξελθὼν τοῦ λιμένος πρὸς Καλλιούπολιν ἔπλεεν· δύο μῆνας ὅλους λιπὼν, ἀπὸ δὲ Καλλιουπόλεως εἰς Ἀδριανοῦ ἀφίκετο. Ὁ δὲ τύραννος θυμωθεὶς ἐπὶ τῇ δυστυχίᾳ τοῦ ταξιδίου, καὶ ὑβρίσας αὐτὸν, καὶ ἐξουθενήσας εἰπὼν, *Εἰ μὴ ἐγίνωσκον τὴν ἀγάπην, ἣν ἔτρεφεν ὁ πα-*

Digitized by Google

τήρ μου εἰς σέ, τὸ δέρμα σου ἂν ὀφελόμην ἐκ τῆς σαρκός σου, οὕτως εἰπὼν ἀπεδίωξεν. Μεθ' ἡμέρας δέ τινας, μαθὼν παρ' ἄλλων τὸ γεγονὸς ἐν τῇ διήρει, καὶ τὸν θάνατον δι' ἀτῆς πνιγμονῆς, καὶ πῶς οἱ Χῖοι ἦραν χεῖρα κατὰ τῶν Τούρκων, καὶ κατέσφαξαν αὐτούς, μετακαλεῖται τὸν Χαμζᾶν, καὶ μετὰ θυμοῦ ἠρώτα λέγων· *Ποῦ ἡ διήρης, ἡ παρὰ τῶν Χίων καταποντισθεῖσα, ὦ Χαμζᾶ;* Καὶ ὃς ὑπεκρίνατο *Κατεποντίσθη*, λέγων, *ὑπὸ τοῦ βυθοῦ.* Ὁ δὲ, *Ἐν τῷ πελάγει;* Ὁ δὲ Χαμζᾶς, *Οὐχί, κύριε, ἀλλ' ἐν τῷ λιμένι. Παρὰ τίνων; Παρὰ τῶν Λατίνων. Οἱ Τοῦρκοι, καὶ μὴ θέλοντός μου ἐξήλθασι, καὶ εἰσφλυγήσαντες ἤρξαντο κατασπᾶν τὰς θύρας, καὶ τὰ στέγη τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἰδόντες οἱ Λατῖνοι ἐκώλυον, οἱ δὲ καὶ μᾶλλον ἐπετίθεντο. Ὁ συρφετώδης οὖν ὄχλος καταδιώξας αὐτοὺς ἀτάκτως ἐν τῇ διήρει εἰσιόντες, καὶ παρακλίναντες ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει τοῦ πλοίου, χυθεῖσα ἡ θάλασσα ἐντὸς καὶ ὑπὸ τῆς μέθης μὴ δυνάμενοι ζυγοστατῆσαι ταύτην κατεποντίσθη, καὶ ἄρδην πάντας ἀπέπνιξε.* Τότε ὁ τύραννος λέγει τῷ Χαμζᾷ, *Καὶ διατί οὐκ εἰρηκάς μοι τὸ δρᾶμα;* Ὁ δέ· *Οὐκ ἠβουλήθην ἐν ἀθυμίᾳ μετασκευάσαί σοι, καὶ γὰρ ἡ ζημία ἐν ἐμοὶ ἐμερήσθη· τὸ πλοῖον ἐμὸν, οἱ δοῦλοι οἱ πεπνιγότες ἐμοὶ, τὰ ἐν τῷ πλοίῳ πάντα ἐμά. Τί εἶχον τοῦ ἀναγγεῖλαί σοι, κύριε; Ἐπλήγησαν μέρος Τούρκων, καὶ πάντες ἦσαν ἔνοχοι θανάτου, καὶ δικαίως ἀπώλοντο.* Τότε Χαμζᾶς παύσας τὰς ἀποκρίσεις, ὁ τύραννος κατὰ τῆς Χίου μάχην ἄσπονδον ἐκήρυξεν. Ὁ δὲ ῥηθεὶς Φραντζῆσκος παραστὰς ἐν τῷ βήματι ἠρωτήθη παρὰ τοῦ τυράννου, *Ποῦ αἱ τεσσαράκοντα χιλιάδες τὰ νομίσματα, ὦ Φραντζῆσκε;* ἦν γὰρ χρεωστῶν ταῦτα πρὸς τὸν τύραννον. Ὁ δέ· *Ὕπαγε, ἔσο ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦ χρέους ἐλεύθερος. Ἐγὼ γὰρ τοιοῦτός εἰμι ὡς ἐπὶ τὸ διπλοῦν ἀπαιτῆσαι τὸ ἐμὸν παρὰ τῶν Χίων, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ αἵματος τῶν Τούρκων.* Ὁ μὲν Φραντζῆσκος ἀσπασάμενος τὴν χεῖρα τοῦ τυράννου, καὶ λαβὼν ἔγγραφον ἀποφλητικὸν ἐξῆλθεν. Ὁ δὲ Χαμζᾶς ἐξεβλήθη τῆς Καλλιουπόλεως, καὶ ἐστάλθη ἐν Ἀτταλείᾳ τῆς Παμφυλίας τοῦ ἡγεμονεύειν ἐκεῖ. Κατὰ δὲ τῆς Χίου ἐκήρυξεν ἔχθραν καὶ μάχην ἄσπονδον.

A in expeditione navali iratus percitus, contumeliis ac probris eum incessit, hisque allocutus est : *Nisi te charum patri meo fuisse compertum haberem, pellem tibi vivo detrahi præciperem ;* et eum a se facessere continuo jussit. Paucos post dies, ea quæ in biremi successerant, Turcos aquis exstinctos interiisse, Chios manus in eos misisse, et aliquos occidisse, a quibusdam cum didicisset, Hamzam ad se accersitum iratus percontatur : *Hamza, ubinam biremis quam Chii demerserunt ?* respondit ille, *Aquis absorpta et obruta est.* Sciscitatur princeps, an inter navigandum **185** id actum ? *Nequaquam, domine,* respondit Hamzas, *sed dum in portu staret. A quibusnam ?* inquit princeps. *A Latinis,* dixit Hamzas ; *Turci namque mandatis meis* B *spretis e biremi exsiluere : haustoque largiter vino tepentes, ecclesiarum valvas revellere, tectaque deturbare cœperunt, vehementiusque opus urgent, dum Latini eis se opponunt. Plebis ergo infimæ turba, tumultuarie eos insecuta in biremem insilit, cujus in latus alterum impulsa aquam admittit : et cum ebrii ad æquilibrium erigere nequirent, in profundum mersa est, omnesque penitus aquis obruti ac exstincti fuere.* Ad Hamzam tyrannus dixit : *Quare de hoc casu non me monuisti ?* respondit ille : *Nolui molestiam tibi et animi ægritudinem afferre. Damnum enim rationibus meis solis nocet ; biremis et, qui interierunt, servi mei erant ; ad me quoque res cæteræ, quarum facta est jactura, pertinebant.* C *Qua de causa ad te de istis retulissem, domine ? Turci aliquot juste perierunt, omnes equidem obsequio corrupto morte plectendi.* Hactenus Hamzas respondit, et tyrannus bellum atrox Chiis indixit. Prædictus vero Franciscus, qui pro tribunali principis stabat, ab eo interrogatus est : *Francisce, ubinam quadraginta nummum millia exstant ?* (in ære enim principis tantæ pecuniæ nomine erat.) *Abi, in posterum ære isto alieno solutus eris : jus tuum in me transfero, quod a Chiis in duplum damnatis, pretiumque sanguinis Turcorum repetam.* Continuo Franciscus tyranni manum deosculatus, nomine, quo æri principis obnoxius erat, recepto exivit. Hamzas autem Callipoli pulsus, Attaliam Pamphyliæ, ut eam regeret, missus est : Chiis vero atroci bello indicto, hostem se professus est Mehemetes.

CAPUT XLIV.

Lesbi princeps obit, Ducas Mehemetem vectigal ei soluturus adit. Coactus Lesbi princeps Mehemetem adit, et tributum consueto amplius promittit : Thasum insulam Mehemeti relinquit. Classem adversus Chios mittit Mehemetes. Lesbii Turcas de piratarum adventu certiores facere tenentur. Genuzes maris præfectus litem Lesbi principi movet, et biremem unam sibi tradi petit Phocæa nova Turcis dedita. Decem millia aureorum a Lesbio exigere vult Mehemetes, interim Phocæam veterem ei eripit.

Ἐν δὲ τῷ ἔτει τούτῳ Ἰουνίου λ' τοῦ ,ςϡξγ' τέ- D Anno illo 6963 (Christi 1455), Junii die tricesima, Dorinus Gateluzus insulæ Lesbi princeps obiit : Augusti deinde die prima ab ejus filio novo principe Adrianopolim destinatus sum, ut tributa annua Lesbi ratione tria millia nummum, Lemni vero duo millia trecenta viginti quinque solverem ; hanc siquidem **186** insulam Lesbi principi, tributum, de quo inter eos convenerat, sti-

θνηκεν ὁ ἡγεμὼν τῆς νήσου Λέσβου Δόρινος ὁ Γατελοῦζος· καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου ἐστάλθην ἐγὼ παρὰ τοῦ νέου ἡγεμόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Δομινίκου τοῦ Γατελούζου ἐν Ἀδριανουπόλει, τοῦ δοῦναι τοὺς κατ' ἔτος διδομένους φόρους, τρισχίλια νομίσματα διὰ τὴν νῆσον Λέσβον, καὶ δισχίλια τριακόσια εἴκοσι πέντε διὰ τὴν νῆσον Λῆμνον. Ἦν γὰρ παρὰ

Digitized by Google

pulatus tyrannus concesserat. Æni toparchæ Imbrum insulam possidendam quoque dedit tributum annuum duorum millium aureorum nummium pondus. Principem igitur adoraturus, ut mos est, adiri, ejusque manum deosculatus, coram ipso, donec pransus esset, sedi : quo demum salutato recessi. Aureos nummos veziris postridie numeravi ; qui, solutione tributi facta, sic me interrogavere : *Ut se Mitylenes princeps habet ? Bene valet ?* respondi ego, *Firma is valetudine utitur, rosque salutat.* Ipsi instant, *Super sene totius insulæ domino regamus.* Ad ista dixi, *Diebus jam quadraginta obiit : qui vero nunc dominatur ante sex annos princeps renuntiatus est. Cum enim flaxa ac infirma valetudine pater ut plurimum de cumberet, filio suo principatu sponte decessit ; ab eoque tempore semel atque iterum principem magnum adoraturus, eique gratulaturus in urbem venit. Missa fac ista*, inquiunt, *hodie sic fit : nec ut Lesbi princeps appelletur, fieri potest, nisi postquam celsissimum principem adierit, et ab eo principatum impetraverit. Abi itaque et da operam ut illum huc conducas. Sin minus obtemperaverit, novit ille quid futurum sit.* Reversus itaque Mitylenem, cum aliquot præcipuis viris Latinis et Romæis Lesbi principem adduxi. Spe nostra in Deum reposita ex insula solvimus, et Chersonesum emensi Adrianopolim pervenimus. At princeps ob grassantem pestem sedes subinde mutabat : quippe ista pestiferi morbi contagio Chersoneso et toti Thraciæ ita infesta erat, ut in triviis insepulta cadavera jacerent. Cum itaque principem Philippopoli morari comperissemus, eo contendimus : postquam vero illuc advenimus, ipsum ante biduum inde ob vim morbi sævientem discessisse, et Sophiam versus movisse didicimus. Philippopoli itaque abeuntes montibus arduis ac asperis superatis, tridui itinere ad vicum quemdam Bulgarorum Izlati dictum ubi tyrannus castra habebat, pervenimus. Nobiles et satrapas Mahmutem, et Seidi Ahmetem Bassas plurima dona ostentantes convenimus ; postridie coram imperatore nos stitimus, cujus manum postquam deosculatus est Mitylenes princeps, subito ab eo exivimus. Sequenti die per Bassas suos tyrannus principi nostro significat, se postulare ut Thasus insula sibi dono detur. Cui se verbis opponere aut contrastare cum nequiret Lesbi princeps, eam concessit. Postridie aliud ab eo affertur, poscere nimirum duplo amplius annuum tributum consueto sibi solvi. Hoc graviter ferens Mitylenæus respondit : *Totam etiam Lesbum, si habere* **187** *sibi voluerit, accipere ille potest : quæ vero a me poscit, vires ac facultates meas longe superant : verumtamen domini, ut me hoc in negotio juvetis, vos rogo.* Mesazontes tyrannum hac de re

τοῦ τυράννου δοθεῖσα ἡ νῆσος αὐτῃ τῷ ἡγεμόνι Λέσβου, τοῦ δοῦναι κατ' ἔτος τὸν γεγραμμένον φόρον· τῷ δὲ ἡγεμόνι Αἴνου (21) τὴν νῆσον Ἴμβρον, τοῦ διδόναι καὶ αὐτὸς διὰ τὴν αὐτὴν νῆσον χίλια διακόσια χρυσᾶ νομίσματα. Ἐλθὼν οὖν κατὰ τὸ ἔθος προσκυνήσας τὸν ἡγεμόνα, ἀσπασάμενός τε τὴν χεῖρα, καὶ καθίσας ἐνώπιον μέχρις οὗ ἐβρώθη τὸ ἄριστον, καὶ προσκυνήσας ἀπῆλθον· ἐπὶ τὴν αὔριον δὲ λαβὼν τοὺς χρυσίνους ἦλθον καὶ παρέδωκα τούτους ἐν χερσὶ τῶν βεζιρίδων. Παραλαβόντες δὲ τοὺς φόρους, λέγουσιν ἐρωτῶντές με· *Πῶς ὁ ἡγεμὼν Μιτυλήνης; ἔχει καλῶς;* Ἐγὼ δὲ ἀπεκρινάμην, *Καλῶς ἔχει, καὶ ἀσπάζεται ὑμᾶς.* Οἱ δὲ, *Περὶ τοῦ γέροντος ἐρωτῶμεν τοῦ καθολικοῦ ἡγεμόνος.* Ἐγὼ δὲ πάλιν, *Ἐκεῖνος τέθνηκεν ἔχει σήμερον ἡμέρας μ'. Ὁ δὲ νῦν ἡγεμονεύων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν ἡγεμὼν πρὸ χρόνων ἕξ. Καὶ γὰρ κλινήρης ὢν ὁ πατὴρ, καὶ καρδκοιτος ἐδωρήσατο τὴν ἡγεμονίαν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ὃς καὶ ἦλθεν εἰς προσκύνησιν καὶ μίαν, καὶ δίς, καὶ ἐν τῇ πόλει φέρων προσαγορεύσεις χαροποιοὺς τῷ μεγάλῳ ἡγεμόνι.* Οἱ δὲ εἶπον· *Ἄφες ἃ λέγεις, σήμερον ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως κληθῆναι ἡγεμὼν Λέσβου, πλὴν τοῦ ἐλθεῖν, καὶ λαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου ἡγεμόνος· ἄπιθι τοίνυν καὶ λαβὼν αὐτὴν ἐλθέ. Εἰ δ' ἄλλως γένηται, ἐκεῖνος οἶδε τὸ μέλλον.* Στραφεὶς δὲ ἐγὼ ἐν Μιτυλήνῃ, καὶ λαβὼν τὸν ἡγεμόνα σὺν μερικοῖς ἄρχουσι Λατίνοις τε καὶ Ῥωμαίοις, ἀναθέντες εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἐξήλθομεν τῆς νήσου, καὶ διαβάντες τὴν Χερρόνησον ἤλθομεν εἰς Ἀδριανοῦ. Ὁ δὲ ἡγεμὼν τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων διὰ τὴν πληγὴν τοῦ βουβῶνος· ἦν γὰρ τῷ τότε καιρῷ ἐν τῇ Χερρονήσῳ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Θρᾴκῃ τοσαύτη λοιμώδης νόσος, ὡς ἀτάφους πολλοὺς ῥίπτεσθαι ἐν τοῖς τριόδοις. Μαθόντες οὖν ὅτι ὁ ἡγεμὼν ἐν τῇ Φιλιππουπόλει διάγει, κἀμεῖς ἐν αὐτῇ. Εὑρόντες δὲ τὸν ἡγεμόνα πρὸ δύο ἡμέρας ἀπάραντα, ἦν γὰρ καὶ ἐκεῖ τὸ δεινὸν τῆς νόσου, καὶ πρὸς τὰ τῆς Σοφίας μέρη στρατεύοντα, καὶ ἡμεῖς ἀπὸ Φιλίππου ἀπάραντες, καὶ δρομ δύσβατα διαβάντες, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἤλθομεν εἴς τινα κώμην Βουλγάρων Ἰζλατὴ καλουμένην. Ἐκεῖ καὶ τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ τυράννῳ κατυνεῦον ἦν. Ἐλθόντες δὲ καὶ σὺν δώροις πλείστοις ἐμφανισθέντες τοῖς πατρικίοις, τῷ τε Μαχμοὺτ Πασίᾳ, καὶ τῷ Σεϊτὴ Ἀχμὰτ Πασίᾳ, τῇ ἐπ' αὔριον τῷ ἡγεμόνι ἐμφανεῖς γεγόναμεν· καὶ ἀσπασάμενος ὁ Μιτυλήνης ἡγεμὼν τοῦ τυράννου χεῖρα, ἐξήλθομεν. Τῇ ἐπαύριον δὲ διὰ τῶν πατρικίων ῥήνυμα ἐγεγόνει πρὸς τὸν ἡμέτερον ἡγεμόνα παρὰ τοῦ τυράννου, ὡς ὅτι τὴν νῆσον Θάσον βούλεται (22), καὶ αἰτεῖ ταύτην παρ' αὐτοῦ τοῦ δωρήσασθαι. Ὁ δὲ Λέσβου μὴ ἔχων τί τοῦ ἀντειπεῖν, ἢ λαλῆσαι, τὴν νῆσον ἐδωρήσατο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἄλλο μήνυμα, ὅτι τοὺς φόρους, οὓς κατ' ἔτος ἐλάμβανε, βούλεται διπλασιάσαι. Ὁ δὲ

Ismaelis Bullialdi notæ.

(21) *Ἡγεμόνι Αἴνου.* Ænus urbs Thraciæ ad mare situm : oppositam habet Thasum insulam. Imbrus insula maris Ægæi hodie *Lembro.*

(22) *Θάσον βούλεται.* Thasus insula hodie *Tasso*, freto brevi a Thracia disjuncta.

Digitized by Google

ἡγεμὼν τῆς Μιτυλήνης ἐν τούτῳ δυσφορήσας ἀπελογήσατο, ὅτι, *Εἰ καὶ τὴν Λέσβον ἄπιν βούλεται λαβεῖν, ὑπὸ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν ἐστί. Πλὴν δ αἰτεῖ ὑπὲρ τὴν ἐμὴν δύναμίν ἐστιν. Πλὴν δέομαι, κύριοί μου, τοῦ δοῦναί μοι χεῖρα βοηθείας.* Τότε οἱ μεσάζοντες παρακαλέσαντες τὸν τύραννον, ἐπρόσθηκεν ἕτερα χίλια νομίσματα, καὶ οὐ πλέον· ἦν γὰρ κατ' ἔτος πληρῶν τρισχίλια νομίσματα, ἐγένοντο δὲ τετρακισχίλια. Τότε ἐνέδυσαν αὐτὸν χρυσοῦφαντον στολήν, καὶ ἡμᾶς σηρικὰ, καὶ ἐγγράφως ὁρκωμοσίας ποιήσαντες ἐξήλθομεν, καὶ δι' ἡμερῶν τρισκαίδεκα ἐν τῇ νήσῳ Λέσβῳ κατηντήσαμεν, δοξάσαντες ἅπαντες τὸν λυτρωσάμενον ἡμᾶς Θεὸν ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἀλάστορος.

A admonent, et placant, ita ut solis mille nummis tributum auxerit; annua itaque pensio, quæ hactenus trium millium fuerat, ad quatuor millia aucta est. Vestem auro intextam ipsum, nosque ejus domesticos ac comites sericas tum induerunt: conscriptis pactis sacramento mutuo firmatis discessimus, et die decimo tertio in Lesbum, collaudantes Deum, qui ex manibus iniqui nos salvos eripuerat, pervenimus.

Ὁ δὲ τύραννος, καθὼς προέφημεν, στόλον ἀπαρτίσας μικρὸν, τριήρεις δέκα, καὶ διήρεις ἑτέρας δέκα, ἔτι ὄντων ἡμῶν ἐν Φιλιππουπόλει, ἔχων στρατηγὸν Γενούζην ὀνόματι νεανίαν εὐειδῆ, ὃν καὶ προεχειρίσατο ἔπαρχον Καλλιουπόλεως (23), καὶ μέγαν κονσταῦλον τοῦ στόλου· καὶ ἀπάρας ἐξ Ἑλλησπόντου κατὰ τῆς Χίου ἔπλεε. Ἐλθὼν δὲ εἰς Τρωάδα, καὶ ἐκ τῆς Τρωάδος ἀρξαμένου τὰ ἱστία πτερῶσαι, καὶ ἰδοὺ λαίλαψ βαρὺς, καὶ ἦχος πνευμάτων πολύς. Ἀνέμου βαρέος πνέοντος, καὶ τὴν θάλατταν ἀναμοχλεύοντος, καὶ βίᾳ τοὺς ἐπιβάτας σὺν ταῖς ναυσὶν ἄλλην ὁδὸν τρέπειν κελευούσης, πέντε ἐκ τῶν εἴκοσι κατεποντίσθησαν, καὶ δύο ἐν ταῖς ἀκταῖς συνετρίβησαν· καὶ ὁ τοῦ κονσταύλου Γενούζη ναύκληρος δεινὸς ἐν τοιαύταις καὶ τοσαύταις ταραχαῖς, καὶ κλυδωνισμοῖς τῆς θαλάσσης, ἦν γὰρ Λατῖνος Ἱσπανὸς τῷ γένει, πρύμναν κρούσας, καὶ τὸ ῥόθιον τῶν κυμάτων ἡμέρως τε καὶ ἐντέχνως διὰ τῶν πηδαλίων σχίζων, ἔπλεε τῷ πελάγει. Καὶ διαβὰς τὴν Χίον ἀπὸ τῶν ἑσπερίων, καὶ περάσας τὰς Κυκλάδας νήσους ἐν ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ διὰ τῆς νυκτὸς εὐδίας γενομένης πρωῒ παραστάντες τὴν Χίον εἰς τὰ πρὸς ἕω, καὶ γνωρίσαντες ταύτην εἶναι τὴν νῆσον, χαριστηρίους ᾠδὰς ἀπέπεμψαν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ προφήτῃ αὐτῶν Μωάμεδ. Ὦ Θεοῦ κριμάτων ἄβυσσος! ἐν τῷ τοσούτῳ κλύδωνι, καὶ τῇ βιαίᾳ ταραχῇ τῆς θαλάσσης πῶς οὐ κατεποντίσθη ἡ ναῦς; Ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐσώθη ὁ μαθητὴς τοῦ τυράννου. Ἦν γὰρ μόνη ἡ τριήρης ἡ ἐξορισθεῖσα τοῦ Γενούζη. Αἱ δὲ λοιπαὶ διασωθεῖσαι κατένευσαν ἐν τῷ λιμένι τῆς Μιτυλήνης. Ἐρωτήσαντες δὲ περὶ τοῦ ἀρχηγοῦ, ὡς ἔμαθον ὅτι οὐκ ἐφάνη τοῖς ἐκεῖσε μέρεσιν, ἐν ἀδημονίᾳ ἦσαν. Τότε πρὸς ἑσπέραν ἤδη γενομένης τῆς ἡμέρας, ἐκ τῶν τῆς Χίου μερῶν ἀνεφάνη ὡς διήρεος ἅρμενον. Ἦν δὲ ἡ διήρης αὕτη τῆς Μιτυλήνης σταλεῖσα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἡγεμόνος ἐν τῇ Χίῳ, τοῦ μαθεῖν εἰ ἄρα ἐκ τῶν ἑσπερίων ἥλθασι λῃστρικαὶ νῆες τῶν Κατελάνων, ἵνα δώσωσι νόησιν τοῖς γείτοναις Τούρκοις τοῦ φυλαχθῆναι. Ἦν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο τὸ μήνυμα, δουλεία ἀνελεύθερος τῶν Λεσβίων. Ὅπως μὴ φθάσαντες δοῦναι λόγον τῆς ἐφόδου τῶν λῃστῶν, εἴ τις ἄρα ζημία γενήσεται ἐν τοῖς Τούρκοις, αὐτοὶ οἱ Λέσβιοι τὸ ἀνῆκον τοῖς Τούρκοις

Tyrannus, ut in superioribus dictum, dum Philippopoli morabamur, decem biremium totidemque triremium classem instruxerat, cui Genuzim formosum juvenem, Callipoleos quoque præfectura, ac Contostabuli magni dignitate auctum, præfecerat. Ille Hellesponto solvit et in Chium navigat; cum vero Troadis oris advectus vela dedisset ventis, turbine procelloso sonoroque circumvenitur. Venti salo incussi, fluctusque intumescentis impetus ac vehementia, vectores cum navibus cursum alio dirigere cogunt; e viginti navibus eversas quinque deprimunt; duæ insuper littoribus impactæ naufragio perierunt. Contostabli Genuzæ nauclerus navigandi peritus, hisce procellis ac maris insanientis agitationibus exercitus, Latinus quippe genere Hispanus erat, puppi velut satis fluctibus obversa, eorum impetum paulatim ac opportune gubernaculo frangere, ac per altum navigare; Chii deinde oram occidentalem Cycladasque insulas die illo prætervectus, sequenti nocte, reddita cœlo tranquillitate, Chii oram orientalem mane legere; qua agnita, hymni et cantici Deo et prophetæ suo decantati, et gratiæ ab ils actæ. O divini judicii profunditas! in tanta maris agitatione, tamque æstuante salo, quare navis illa fluctibus absorpta non est? propter peccata equidem nostra tyranni discipulus salvus evasit. Sola namque triremis, qua Genuzes vehebatur, a cæterarum cursu, quæ in portum Mitylenes integræ pervenerunt, aberrando sejuncta fuerat. Ibi sciscitantur ab incolis numquid de duce suo comperissent. Cumque illic conspectum non fuisse audiissent valde commoti ac perturbati restant. Sub vesperam, velum, quod biremis esse putabatur, a Chii partibus in conspectum se dat. Mitylenæa erat a principis Lesbi fratre in Chium missa, ut specularetur exploraretque, num Catalanorum prædatoriæ naves ab occidente advenissent, de his deinceps Turcos, ut sibi rebusque suis providerent, cavereniique, monituri. Jam ab initio Lesbii illiberali turpique servituti obnoxii, rem explorare, deque ea monere tenentur. Quod si de prædonum adventu certiores facere Turcos neglexerunt, damnum, quantumcunque his inferatur, resarcire, illis onus incumbit: idque

188

Ismaelis Bullialdi notæ.

(23) *Ἔπαρχον Καλλιουπόλεως.* Adnotavit Leunclavius temporibus illis Contostablum, seu Architthalassum, Bassam quoque fuisse seu gubernatorem Callipoleos.

Digitized by Google

ab ipsis præstandum a Pergami fluvii ostio usque ad Assum urbem, quæ hodie Machramion appellatur. Postquam biremis in portum subiit, aliud velum procul conspicitur, ex cujus amplitudine et colorum varietate, classis præfectum adesse conjectantibus lætitia injecta est. Is demum in portum devehitur, et in terram exscensu facto, sub tentoriis a servis suis erectis, a jactatione et æstu maris se refecit. Syr [id est, dominus] Nicolaus Gateluzus, principis Lesbi frater, apparato ad eum excipiendum convivio magno, ab arce ad Contostauli tentorium descendit; haudque diu illic moratus redit. Iratus tunc iniqui discipulus, fraudem ei hancce causam prætexendo struit. *Biremem*, inquit, *quam in hunc usque portum persecutus sum, et cuncta quæ ea vehuntur, mea esse assero* (ea quidem illustris et e præcipuis Chiorum familiis femina advecta erat, magni pretii mundo muliebri ex auro argentoque secum allato). *Illam, si domini mei amicitiam colere vobis propositum est, mihi restituite. Quod si facere recusaveritis, ad Amiram magnum jamjam scripturus sum.* Responderunt Mitylenæi: *Quas nectis causas, ignoramus; biremem in Chium propter alios usus nostros necessarios destinavimus; illa vero, de qua verba facis, femina nobilis multo jam tempore hic moratur.* Principis Mitylenes illa socrus erat, quam ab insula discessurus ille accersiverat, ut dominæ filiæ suæ adesset, et levandæ solitudinis causa tempus cum ea ageret: remque ita se habere verissimum est. His fide non adhibita Contostablus, quæ sibi visa sunt, Amiræ scripsit; indeque solvit, et Phocæam novam appulit: nuntioque misso præcipuos viros, magistratumque loci, ut ad eum conveniant, monet; at ipsi eum adituri processerant, antequam ab eo nuntius venisset. Illis Contostablus tyranni scripta mandata recitat, quibus ille, nisi arcem sponte dederent, omnibus servitutis jugum oppidique ruinam minitabatur. Oppidani attoniti, nulla ratione opposita aut responso dato, Turcos intra mœnia accipiunt. Genuenses mercatores, qui illic negotiabantur, direptis eorum bonis ac opibus, triremibus impositi; oppidanorum omnium censa capita, pueri puellæque circiter centum abducti. Arcis custodiæ Turcus impositus: ibique diebus quindecim transactis, Novembris die 15 anni 6964 (Christi 1455) e portu triremes **189** solverunt. Contostablus Callipolim appulsus Constantinopoli principem agere comperit: quare terrestri itinere captivis et pueris secum abductis eques eo proficiscitur. Mercatores isti, ubi principi Genuenses esse innotuerunt, ejus jussu venere. At Lesbi princeps Mitylenem profectus, de his quæ acciderant a fratre certior factus: ut-

A ἀποδώσουσιν· τὰ δὲ ὅρια τῆς δουλείας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Περγάμου (24) ἄχρι Ἀσσουπόλεως, ἣ νῦν καλεῖται Μαχράμιον. Εἰσελθοῦσα ἡ διήρης ἐν τῷ λιμένι, ἐξέθορε, καὶ ἕτερον ἄρμενον, καὶ ἰδόντες τὰ ἱππία εὐρύχωρα, καὶ κοκκινοβαφῆ, ὑπέλαβον τὸν στρατηγὸν εἶναι καὶ ἐχάρησαν. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῷ λιμένι, καὶ τέναν πήξαντες ἐν τῇ ξηρᾷ, ἐξῆλθε καὶ ἀνεπαύσατο ἐκ τοῦ πολλοῦ σάλου καὶ κλύδωνος. Ὁ δὲ ἀδελφὸς τοῦ ἡγεμόνος σὺρ Νικόλαος Γατελοῦζο; ποιήσας δοχὴν μεγάλην, κατῆλθεν ἀπὸ ταῦ κάστρου εἰς τὴν σκηνήν, καὶ μικρὸν καθίσας ἐπανῆλθε. Τότε ὁ τοῦ δολίου ἀλάστορος μαθητὴς ὀργισθείς, δόλον ῥάπτει κατ' αὐτοῦ λέγων, ὅτι *Ἡ διήρης ἦν ἐγὼ καταδιώξας ἤλαυνον ἕως ὧδε ἐμὴ ὑπάρχει, αὐτή τε καὶ τὰ ἐν αὐτῇ* (ὑπ-

B ἦρχε γοῦν ἐντὸς ἐν αὐτῇ μία τῶν γυναικῶν ἐκ τῶν ἀρχόντων τῆς Χίου ἡ ἐνδοξοτέρα, ἔχουσα μεθ' αὑτῆς κόσμον πολὺν χρυσοῦ τε, καὶ ἀργύρου). *Εἰ οὖν τοῦ ἐμοῦ κυρίου φίλοι ἐστέ, ἀπόδοτε ταύτην ἐμοί· εἰ δὲ μή γε, τῇ ὥρᾳ ταύτῃ γράφω ταῦτα τῷ μεγάλῳ Ἀμηρᾷ.* Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι *Οὐκ οἴδαμεν ὃ λέγεις· καὶ γὰρ δι' ἑτέρας ἡμετέρας χρείας ἐστάλθη ἡ διήρης ἀφ' ἡμῶν ἐν Χίῳ. Τὴν δὲ εὐγενίδα, ἣν σὺ λέγεις, πρὸ πολλοῦ ἐστιν ὧδε.* Ἦν γὰρ πενθερὰ τοῦ ἡγεμόνος (25), καὶ ὅτε ἔμελλεν ἐξελθεῖν, μετεκαλέσατο ταύτην τοῦ συνοδιάγειν μετὰ τῆς κυρίας καὶ θυγατρὸς αὐτῆς· καὶ γὰρ οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια. Ὁ δὲ στρατηγὸς ἀκούσας ταῦτα, καὶ μὴ πιστεύσας γράφει πρὸς τὸν Ἀμηρᾶν

C ἃ ἐβούλετο· καὶ ἀπάρας ἐκεῖθεν εἰς Φώκαιαν ἔρχεται τὴν ἐπονομαζομένην νέαν, καὶ στέλλει πρὸς τοὺς ἄρχοντας, καὶ πρὸς τὸν ποδεστάτον τῆς χώρας μήνυμα τοῦ ἐξελθεῖν, καὶ συνευρεθῆναι σὺν ἐκείνῳ. Ἐκεῖνοι δὲ καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸ μήνυμα ἐξῆλθασι, καὶ συνευρέθησαν. Ὁ δὲ στρατηγὸς δείξας αὐτοῖς καὶ ἀναγνοὺς τὰ πρόσταγμα τοῦ τυράννου, καὶ γὰρ ἦν γεγραμμένον ἐὰν οἰκειοθελῶς μὴ δώσωσι τὸ πολίχνιον, πάντας ἄρδην αἰχμαλωτίσωσι, καὶ τὴν πόλιν κατασκάψωσιν. Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄνευ λόγου

D ἢ ἀποκρίσεως προδόντες τὴν χώραν ἐντὸς εἰσῆλθαν. Καὶ τοὺς μὲν ἐμπόρους τῶν Γενουϊτῶν τοὺς εὑρεθέντας ἐκεῖ τὰς πραγματείας ἀφεῖλον, αὐτοὺς δὲ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔβαλον. Τοὺς δὲ πολίτας ἅπαντας καταγράψας, καὶ τοὺς παῖδας, καὶ παιδίσκας ἐγγὺς που ἑκατὸν ἀφελῶν, καὶ φύλακα τῷ πολιχνίῳ ἕνα τῶν Τούρκων ἐγκαταστήσας, καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας τελέσας ἐκεῖ, ἐξήλθασιν αἱ τριήρεις τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ,ςϡξδ' ἔτους. Φθάσασαι δὲ αἱ τριήρεις ἐν Καλλιουπόλει, καὶ μαθὼν ὁ στρατηγὸς, ὅτι ὁ ἡγεμὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει διάγει, καὶ αὐτὸς ἱππεύσας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους σὺν τοῖς παισὶ λαβὼν ᾤχετο. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἰδὼν τοὺς ἐμπόρους, καὶ μαθὼν αὐτοὺς Γενουΐτας

Ismaelis Bullialdi notæ.

(24) *Τοῦ ποταμοῦ Περγάμου.* Fluvius Pergamus hic appellatus, olim Caicus; qui Pergamum Galeni patriam præterlabitur; ab urbe illa his posterioribus sæculis nomen accepit.

(25) *Ἦν γὰρ πενθερὰ τοῦ ἡγεμόνος.* Uxor ergo fuit Paridis Justiniani Chii. Vide infra ad cap. seq. nota ultima.

Digitized by Google

εἶναι ἐκέλευσε πραθῆναι, ὃ καὶ ἐγένετο. Ὁ ἡγεμὼν δὲ τῆς Λέσβου ἐλθὼν ἐν Μιτυλήνῃ, καὶ μαθὼν παρὰ τοῦ αὐτοδέλφου τὰ συμβάντα, καὶ ὅπως ὁ στρατηγὸς ἐζήτει τὴν πενθερὰν αὐτοῦ, ὡς τῆς Χίου μίαν οὖσαν τῶν ἐκεῖ εὐγενίδων, καὶ τὰ ἐξῆς, στέλλει ἐμὲ ἀπολογησόμενον περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης. Ἐλθὼν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ διαλεχθεὶς ἐνώπιον τῶν βεζιρίδων σὺν τῷ στρατηγῷ Γενούζῃ, καὶ εἰπὼν ἐνόρκως ἐγὼ τὴν πᾶσαν ἀλήθειαν, καὶ ὁ Γενούζης ἐνόρκως τὸ πᾶν ψεῦδος, δεδικαίωτο ἐκεῖνος, καὶ κατεκρίθην ἐγώ. Κελεύει οὖν ὁ ἡγεμὼν ἐκ τῶν δύο τὸ ἓν ἐλέσθαι, ἢ δέκα χιλιάδας νομίσματα χρυσίου τῖσαι, ἢ μάχην γενέσθαι. Ἐγὼ ἀνθιστάμενος τῇ τοσαύτῃ ἀδικίᾳ, αὐτὸς διὰ προστάγματος, τινὸς μὴ γινώσκοντος, πέμψας ἕνα τῶν δούλων εἶλε Φώκαιαν τὴν παλαιὰν λεγομένην, ἥτις ὑπῆρχε τοῦ ἡγεμόνος Λέσβου, Δεκεμβρίου μηνὸς κδ' τοῦ ,ςϡξδ' ἔτους. Τότε μαθὼν ὁ τύραννος τὴν ἅλωσιν Φωκαίας ἀπέλυσεν ἐμὲ, καὶ τὴν δίκην κατέπαυσεν. Ἀπάρας δὲ ἀπὸ Κωνσταννινούπολιν τῇ κδ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς κατῆλθεν εἰς Αἶνον, καὶ ταύτην παρέλαβε, καὶ παῖδας, καὶ παιδίσκας λαβὼν ἐστράφη εἰς Ἀδριανούπολιν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς Αἴνου ἦν διάγων τῷ τότε καιρῷ ἐν Σαμοθράκῃ τῇ νήσῳ.

A que socrus sua, utpote Chia nobilis, aliaque a contostablo repetebantur : causam suam apud imperatorem ut agerem, me misit. Constantinopolim cum venissem apud veziros causam egi, et cum contostablo Genuza litigavi; quæcunque attuleram vera esse jurejurando affirmavi. Ille pariter, etsi falsa ac ficta juratus, quæ dixit vera esse asseruit; secundum quem, me victo, vindiciæ datæ sunt. Alterum etiam e duobus imperator eligendum proponit, aut aureorum nummorum decem millia solvere, aut, quod Lesbiis inferetur, bello se parare. Tam alienæ ab æquo et bono injuriæ cum obsisterem, ipse omnibus insciis suorum satellitum unum mittit, qui Phocæam veterem, ditionis Lesbii principis oppidum Decembris mensis 24 die anno mundi 6951 (Christi 1455) occupavit. Captam Phocæam ubi rescivit tyrannus absolutum me dimisit. Ipse Januarii die 24 Constantinopoli abiit, et ad Ænum movit; qua recepta, abductis pueris ætatis maribus ac feminis, Adrianopolim contendit, per id tempus insula Samothrace Æni principe commorante.

B

CAPUT XLV.

Chii bello petiti a Mehemete grandi ære pacem emunt. Lemnii Turcos advocant, eorumque princeps Nicolaus insula pellitur. Mehemetes Belogradum frustra obsidet. Callistus papa triremes ad opes insularibus ferendas mittit. Catalani insulas occupant, et Lesbius in suspictionem apud Mehemetem venit, occidentales ipsum advocasse. Legati a Comanis et Usun Hassane ad Mehemetem. Castrum septem turrium, vulgo Iedicula Constantinopoli constructum. Mehemetis in Moream projectio. Bezestanum Constantinopoli ædificatum. In Asiam trajicit Mehemetes. Ejus verba ad familiarem quendam suum curiosum Sinopes principem, et Trapezuntinum imperatorem ditionibus spoliatos in Europam trajecit. A Walacho tributa petit, qui ea dare negat, ad se missos palo transfigit. Turcos Hamzi duce ditionem suam invadentes cædit, vivos captos palo quoque transfigit. Mehemetes improspero successu in eum movet. Lesbum a principe Nicolao, qui Dominicum fratrem suum strangularat, repetit. In Lesbum transit Mehemetes, ad deditionem compellat, recedit, et obsidendæ Mitylenes onus Mahumeti vezirо imponit.

Ἔαρος δὲ ἀρχομένου κελεύει ὁ τύραννος στόλον μέγαν γενέσθαι κατὰ τῆς Χίου. Οἱ δὲ Χῖοι μαθόντες πέμπουσι πρέσβεις, καὶ πολλὰ καμόντες συνέθεντο δοῦναι ἕνεκα τῆς διήρεος καὶ τῶν σὺν αὐτῇ ἀπολωλότων Τούρκων χρυσίου νομίσματα τριάκοντα χιλιάδας, καὶ κατ' ἔτος φόρους δέκα χιλιάδας. Ποιήσαντες οὖν εἰρήνην τάχα ἀπῆεσαν. Οἱ Λήμνιοι δὲ κακογνωμήσαντες κατὰ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν Νικολάου, πέμπουσι κρύφα τινὰς τῶν ἀρχόντων, ζητῆσαι παρὰ τοῦ τυράννου ἕνα τῶν δούλων αὐτοῦ, τοῦ ἡγεμονεύειν τὴν νῆσον. Ὁ δὲ προθύμως τὸν λόγον ἀκούσας μηνύει τῷ εὐνούχῳ Ἰσμαὴλ τότε ἐπάρχῳ ὄντι Καλλιουπόλεως. Ἦν γὰρ ὁ Γενούζης ἐκβεβληκὼς, καὶ τὴν ἐπαρχίαν Καρίας ἐπιστατῶν. Ὁ δὲ Ἰσμαὴλ ἀντεισήχθη κονοσταῦλος, καὶ ἔπαρχος ἐν Χερρονήσῳ. Προστάττει οὖν τοῦ ἀπελθεῖν ἐν τῇ Λήμνῳ σὺν τριήρεσι, καὶ παραδοῦναι τὴν νῆσον Χαμζᾷ τῷ δούλῳ, τοῦ ἐπάρχειν καὶ διοικεῖν ἃ θέμις. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ὁ ἡγεμὼν τῆς Λέσβου στεῖλας μίαν τῶν διήρεων αὐτοῦ καὶ ναῦν σὺν ἀνδράσιν ἑκατὸν, ἢ καὶ πλέον, ἔχοντες; στρατηγοὺς Ἰωάννην Φουντάναν τινὰ, καὶ Σπινέταν Κουλουμπότου, ἀναθεὶς αὐτοῖς, ὡς εἰ δῶσι τοὺς Λημνίους μεταμεληθέντας εἰς ἃ πεπράχασιν, ἴλαρῶς πως εἰς αὐτοὺς βλέψουσι, καὶ διὰ γλυκέων ῥημάτων, καὶ συνθηκῶν πάλιν εἰς αὐτὸν τὴν νῆσον ἐπα-

C

D

Jam ver inierat, cum classem ingentem ad invadendam Chium instrui tyrannus imperat. Quare Chii bello se peti animadvertentes legatos destinant; **190** qui, postquam longis disputationibus certarunt, tandem paciscuntur, damni biremis demersæ Turcorumque, qui simul perierant, præstandi causa, triginta millia aureorum solvere, annuumque tributum decem millium aureorum pendere; pace demum composita abierunt. Interea Lemnii principi suo Nicolao infensi, e præcipuis viris aliquos ad tyrannum clam mittunt, qui eum rogarent ut suorum aliquem regendæ insulæ præficeret. Conditione avide accepta, eunucho Ismaeli Callipoleos et Chersonesi post exactum inde Genuzem Cariæque gubernandæ impositum, præfecto ac Contostablo hunc rerum statum declarat, jubetque ut in Lemnum triremibus navigat, et Hamzam insulæ secundum leges ex æquo et bono gubernandæ prætorem constituat. Dum hæc gerebantur, Lesbi princeps biremem unam simulque navem armatis centum pluribusve instructas, quarum Joannes Fontana et Spineta Columbotus duces erant, mittit; mandatque ut si exploratum habuerint Lemnios actorum suorum pœnitentia ducti, leniter ac mansuete cum iis agant, colloquiis blandis, conditionibusque æquis in insulæ posses-

Digitized by Google

sionem restituant. Sin minus id obtineri posset, fratrem suum Nicolaum, qui in vetere arce habitabat, secum assumerent, reverterenturque. Verum mandatis haud obsecuti, in terram armati exscendunt et hostiliter se gerunt. Lemnii itaque præter propter quingenti conscensis equis in fugam versos, partim cædunt, partim ad littus insecuti, tam strenue fugientibus instant, ut in mare, quo hausti sunt, præcipites se dare cogerent : quadraginta insuper capti : cæteri, qui in biremi et navi remanserant, Nicolao secum abducto in Lesbum renavigant. Post triduum Lemnum appulit Ismael, Hamzamque novum præfectum advexit ; et compertis, quæ nuper gesta erant, Lemnios laudat. Mense Maio anni 6964 [Christi 1456] Lesbios vinctos avehens Callipolim rediit : deque iis quæ in Lemno successerant tyrannum certiorem facit, inque Lesbios et eorum principem ira incendit. Impræsens vero ad Belogradum ingenti exercitu, machinarumque apparatu maximo expugnandam conversis cogitationibus expeditionem suscipit. Hac urbe obsidione cincta, globisque lapideis everso muro, navigiisque sexaginta fluvii navigatione intercepta, oppugnatio eo processit, ut Turci eam ingressi prædas jam agerent. At supra memoratus Jancus eadem die superato fluvio urbem intravit, hostesque insecutus, plerisque eorum cæsis vel vulneratis expulit. Eruptione etiam cum ingenti militum manu ex portis **191** facta, tormentis omnibus potitur : et Turcorum maxima strage edita, ipso etiam tyranno in femore vulnerato, intra urbem receptus Turcorum navigia demum incendit. Tyrannus contumeliam ac repulsam passus Adrianopolim remeat, bello se petiturum anno novo Belogradum minitatus ; hæcce porro anni prædicti mense Julio gesta sunt. Sequente Augusto, ut tributum, quod Lesbi princeps annuum pendit, solverem, missus sum. Eo numerato, quos Lemnii tanquam proditionis reos tradiderant, repetenti mihi negati : jubetque tyrannus ipsos Adrianopoli carceribus inclusos capite plecti ; dumque ad supplicium ducerentur, pœnitentia actus vænumdari imperat, milleque nummis væniere. Anno 6965 [Christi 1457] triremes undecim a papa Callisto missæ, cujus classis prætor erat Aquileiæ patriarcha, Roma advenerunt ; insulis Turcorum ditioni adjacentibus Rhodo, Chio, Lesbo, Lemno, Imbro, Samothracæ et Thaso opem laturæ. Rhodum, quod papæ subdita, nec Turcis tributa pendere pacta esset, primum appulsi, in Chium inde navigant ;

ναστραφῆναι ποιήσουσι· εἰ δὲ οὔ, λαβόντες τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Νικόλαον ἐπαναστρέψουσι· ἦν γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ παλαιοκάστρῳ αὐλιζόμενος. Οἱ δὲ οὐχ οὕτως πεπράχασιν, ἀλλ' ἐξελθόντες σὺν ὅπλοις ἐμάχοντο. Οἱ δὲ Λήμνιοι ἐξελθόντες ἐφιπποι ὡς πεντακόσιοι τούτους κατετροπώσαντο, καὶ τοὺς μὲν κατέσφαξαν, τοὺς δὲ τῇ θαλάσσῃ καταδιώξαντες ἀπέπνιξαν· αὐτοχειρὶ δὲ ἕως τεσσαράκοντα ἔλαβον. Οἱ δὲ καταλειφθέντες ἐν τῇ διήρει, καὶ τῇ νηῒ λαβόντες τὸν Νικόλαον εἰς Λέσβον ἀπῆσαν· καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς καὶ ὁ Ἰσμαὴλ ἐν τῇ Λήμνῳ ἄγων τὸν Καμζᾶν τὸν νέον ἔπαρχον. Μαθὼν δὲ τὰ γενόμενα ἐπῄνεσε τοὺς Λημνίους. Τοὺς δὲ Λεσβίους λαβὼν δεσμίους, ἐστράφη εἰς Καλλιούπολιν Μαΐῳ μηνὶ τοῦ ,ςϡξδ' ἔτους. Μηνύσας δὲ τῷ τυράννῳ τὰ συμβάντα ἐν Λήμνῳ, καὶ θυμοῦ πλησθεὶς κατὰ τῆς Λέσβου καὶ τοῦ ἡγεμόνος, αὐτὸς πρὸς Βελόγραδον ἔρχεται (26) σὺν δυνάμει βαρείᾳ, καὶ μηχανικαῖς παρασκευαῖς πλείσταις. Ἐλθὼν δὲ καὶ διὰ τῶν πετροβολισμῶν βαλὼν κάτω τὰ τείχη, ἔχων καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ πλοῖα ἕως ξ', εἰς τόσον κατηντήκει τὰ τοῦ πολέμου, ὡς καὶ ἐντὸς εἰσελθεῖν τοὺς Τούρκους, καὶ εἰς πραΐδαν ἄρξασθαι. Τότε ὁ Ἰάγγος, ὃν προλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλωσε, περάσας τὸν ποταμὸν. ἦν γὰρ φθάσας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ εἰσελθών, καὶ καταδιώξας αὐτοὺς, τοὺς μὲν σφάττων τοὺς δὲ πλήττων ἐξήλασε τῆς πόλεως. Ἐξελθὼν δὲ τῆς πύλης καὶ αὐτὸς σὺν στρατιώταις πλείστοις ἔλαβε τὴν πολεμικὴν πᾶσαν παρασκευήν. Καὶ πολλοὺς τῶν Τούρκων φονεύσας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν τύραννον πληγῆναι ἐν τῷ μηρῷ, τέλος ἐν τῇ πόλει ὑπέστρεψεν καὶ τὰ πλοῖα τῶν Τούρκων πυρὶ παρέδωκεν. Ὁ δὲ τύραννος κατηῤῥυμμένος ὑποστρέψας ἐν Ἀδριανουπόλει, τὸ ἐπιὸν ἔτος ἠπείλει κατὰ τοῦ Βελογράδου στρατεῦσαι. Ἦσαν δὲ ταῦτα γενόμενα μηνὶ Ἰουλίῳ αὐτοῦ ἔτους. Ἐν δὲ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ ἐπέμφθην ἐγὼ φέρων τὸ κατ' ἔτος διδόμενον τέλος παρὰ τοῦ ἡγεμόνος Λέσβου. Δοὺς δ' αὐτὰ, καὶ ζητήσας τοὺς, οὓς οἱ Λήμνιοι παρέδοσαν ὡς ἀπίστους, οὐκ ἠθέλησε δοῦναι· ἀλλὰ μᾶλλον ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀποτμηθῆναι, ἦσαν γὰρ ἐν Ἀδριανουπόλει ἐγκλειστοι. Ὡς δὲ ἀπήγαγον αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τῆς σφαγῆς, μεταμεληθεὶς ὁ τύραννος ἐκέλευσε πραθῆναι τούτους, καὶ ἠγοράσθησαν εἰς νομίσματα χίλια. Ἐν δὲ ,ςϡξ' ἔτει ἦλθασιν ἐκ τῆς Ῥώμης τριήρεις ἑνδεκα ἔχοντες ἀρχηγὸν πατριάρχην τῆς Ἀκουιλίας, πεμφθεῖσαι παρὰ τοῦ πάππα Καλλίστου (27) εἰς βοήθειαν τῶν νήσων τῶν πλησιαζόντων τοῖς Τούρκοις, οἷον Ῥό-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(26) *Πρὸς Βελόγραδον ἔρχεται.* De hac expeditione Hungarica Laonicus, lib. VIII, Phranzes lib. III, c. 21, Bonfinius Decad. III, lib. VIII, in principio. Ad annum Hegiræ 860 refertur a Leunclavio, qui cœpit anno christi 1455, Decemb. 11, feria 5, cum solis Cyclus esset 8, littera E ; obsidere eam cœpit Mehometes Junii die 13 ; Augusti die 6 Mohemetes expugnare adoritur : repulsus, castrisque exutus in fuga postridie se conjicit.

(27) *Παρὰ τοῦ πάππα Καλλίστου.* Bosius, lib. VII, *Histor. Militiæ Hierosolymitanæ*, narrat Petrum archiepiscopum Terracoënsem præfectum classis a papa missæ generalem fuisse ; qui pecuniis omnino destitutus Rhodum venit, ut mutuam pecuniam acciperet, ad stipendia classiariis solvenda ; ducatos illi quinque mille octingentos octoginta sex Rhodii mutuum, ut suis subveniret, dederunt.

Digitized by Google

δον, Χίον, Λέσβον, Λῆμνον, Ἴμβρον, Σαμοθράκην, καὶ Θάσον. Κατήντησαν οὖν ἐν Ῥόδῳ ὡς ὑπὸ τὸν πάππαν τελοῦσαν, καὶ φόρους μὴ θελήσασαν δοῦναι τοῖς Τούρκοις. Ἀπὸ δὲ Ῥόδου ἀπάραντες ἦλθασιν ἐν Χίῳ, αἰτοῦντες τοῦ μὴ δοῦναι φόρους τοῖς Τούρκοις, ἀλλὰ μάχην μᾶλλον ἐλέσθαι· οἱ δ' οὐκ ἐπίσθησαν. Ὁμοίως καὶ ἐν Λέσβῳ καὶ αὐτοὶ τὰ ὅμοια. Ἀπὸ δὲ Λέσβου ἀθροισθέντα τοῦ πάππα, τῶν Κατελάνων, καὶ ἑτέρων λῃστρικῶν πλοίων τὸν ἀριθμὸν ἕως μ', ἀπῆσσαν ἐν τῇ Λήμνῳ, καὶ παραλαβόντες τὴν νῆσον ἦλθασιν ἐν Σαμοθράκῃ (28), καὶ λαβόντες καὶ ταύτην εἰς Θάσον ἐγένοντο. Καὶ φύλακας ἐνθέντες ἐν ταῖς νήσοις, καὶ καλῶς ἀσφαλίσαντες εἰς Ῥόδον ὑπέστρεψαν. Τότε ὁ τύραννος μαθὼν τὰ γενόμενα τὴν πᾶσαν αἰτίαν τῷ ἡγεμόνι τῆς Λέσβου κατέγραψε, καὶ δὴ μάχην κρατερὰν ἐνστήσας κατ' αὐτοῦ, στόλον ἀπαρτίζει βαρὺν, καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ πέμπει τοῦτον ἐν Λέσβῳ, ἔχων ἀρχηγὸν τὸν Ἰσμαήλ. Καὶ δὴ ἐς Μήθυμναν ἐλθὼν, καὶ πολλὰς μεθόδους, καὶ μηχανικὰς πράξεις διά τε πετροβολισμοὺς καὶ κλίμακας, καὶ τοιχωρυχίας εἰσπράξας οὐδὲν ὠνήσατο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πολλοὺς ἀπεβάλετο τῶν οἰκείων, καὶ οὕτως ὑπέστρεψεν ἄπρακτος. Ἐν δὲ τῷ ,ςϠξς' ἔτει στέλλει πρὸς τοὺς δεσπότας Πελοποννήσου δοῦλον ἕνα, δι' ὁρισμοῦ φρικώδους διαλαμβάνων· *Πῶς ὑμεῖς οἰκειοθελῶς ὑπεσχέθητε τοῦ δοῦναί μοι φόρους κατ' ἔτος νομίσματα χιλιάδας δέκα, νῦν δὲ ὁρῶ ὑμᾶς καταφρονοῦντάς με, καὶ τῶν συνθηκῶν ἠμελήσατε; Ἐκ τῶν δύο οὖν ἕλεσθε τὸ κρεῖττον, ἢ τὰ κεχρεωστημένα πληρώσατε, καὶ ἔσται ἀγάπη ἐν μέσῳ ἡμῶν καὶ ὑμῶν, ἢ ταχέως ἐξέλθετε ἀφέντες τὸν τόπον ἐν τῇ ἐμῇ δεσποτείᾳ.* Καὶ γὰρ ἦσαν χρεωστοῦντες τριῶν ἐτῶν τέλος. Ἐν δὲ τῷ ἔτει τούτῳ ἐστάλησαν ἀποκρισιάριοι παρὰ τῶν Κωμάνων (29), παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὰ μέρη τῆς Ἀρμενίας, καὶ γειτνιάζοντος τοῖς Κόλχοις Οὐζοῦν Χασὰν (30), αἰτῶν παρ' αὐτοῦ τινὰ περιφρονήσεως πράγματα, λέγων κεχρεωστῆσθαι αὐτῷ τέλος ἐπέκεινα ἐτῶν ξ', τοῦ δοῦναι κατ' ἔτος χίλια σαγίσματα διὰ τοὺς ἵππους αὐτοῦ, καὶ χίλια ταγιστήρια, καὶ χίλια κεφαλοδέσμια, ἄτινα ἔταξε τοῦ δοῦναι κατ' ἔτος ὁ πάππας αὐτοῦ πρὸς τὸν πάππον ἐκεῖνον. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· *Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, κἀγὼ τῷ ἐπερχομένῳ ἔτει κομίσω ταῦτα σὺν ἐμοί, καὶ ἀποδώσω τὸ χρέος.* Ὁ δὲ τύραννος τῷ χειμῶνι ἐκείνῳ ἤρξατο οἰκοδομεῖν πρὸς τὸ ἄκρον τῆς πόλεως τὸ καλούμενον Χρυσέα πύλη (31) πολίχνιον, τὸ ὁ Ἰωάννης ὁ γέρων ὁ βασιλεὺς ἠβουλήθη

A hortanturque ne Turcis vectigal pendere, sed bello potius experiri velint; quibus Chii haud paruere. Lesbum pariter advecti eamdem ad incolas orationem habuere, simileque responsum ab iis tulere. Cum e Lesbo solvissent papæ triremes, Catalanorum aliorumque piratarum navibus adjunctis, quadraginta simul Lemnum appellunt, insulaque potiti Samothracem navigant; eaque capta Thasum feruntur. Præsidiis validis has insulas munierunt firmaruntque, et Rhodum deinceps redierunt. At tyrannus eorum gnarus, Lesbique principem auctorem suspicatus, atrox bellum in eum movere destinans, classem ingentem apparat; eamque mense Augusto in Lesbum Ismaele duce mittit. Is ergo Methymnam cum devenisset, multis artibus, machinis tormentisque muros tentasset, scalis etiam admotis ductisque cuniculis, re improspere gesta ac infecta, multis etiam suorum amissis pedem retulit. Anno 6966 [Christi 1457] ad Peloponnesi despotas satellitem unum cum horrendis mandatis destinat: *Quo animo decem millium nummorum vectigal annuum sponte polliciti mihi estis, cum nunc me a vobis sperni, pactaque negligi videam? Alterutrum quod vobis potius fuerit, eligite: vel soluto mihi vectigali* (cujus triennii integri pensiones debebantur) *amicitia et pax inter nos stabiles sint; vel locis, quæ occupatis, mihi decedite.* Eodem etiam anno a Comanis ad Mehemetem **192** apocrisiarii, atque ab Usum-Hasane Armeniæ partibus Colchidi finitimis imperante, res quasdam viles nulliusque pretii flagitantes venere. Ipsi enim asserebant deberi sibi sexaginta annorum pluriumve stipendia, quæ singulis annis Mehemetis avus Usun-Hasanis avo solvi præceperat, mille nimirum e quis insternendis stragula, mille tapetes, totidemque mitrarum redimicula. Respondit illis Mehemetes: *Securi redite, anno proximo mecum ista asferam, et debitum solvam.* Per illam hiemem in extrema urbis parte, ad Auream portam appellata, arcem construere cœpit tyrannus: quam Joannes senior olim conditurus, a Bajazite tyranni abavo vetitus est. Vere autem jam incunte, contractis simul copiis in Peloponnesum movit, Corinthus citra belli discrimen ab eo deditione recepta. De iis quæ gerebantur certiores facti despotæ, alter, Thomas nimirum, Italiam cum uxore et liberis petit; alter, Demetrius tyranno sponte se permisit, et eum veneratus est. Tota ergo Peloponneso subacta eique præfectis impositis Adrianopolim revertitur; Demetriumque cum tota ejus domo, cæterosque palatii officiales secum ab-

Ismaelis Bullialdi notæ.

(28) *Σαμοθράκη.* Samothrace insula est maris Ægæi Thraciæ continenti objecta.

(29) *Παρὰ τῶν Κωμάνων.* Comana Pontica urbs Cappadociæ, a qua incolæ Comani dicti sunt. Ptolemæus illius nomen et situm tradit in Asiæ Tabula I, ad ripam Iridis fluvii conditæ. Episc. fuit sub Nocæsareæ Ponti Polemoniaci metropolita.

(30) *Οὐζοῦν Χασάν.* Bosius, lib. VIII, hujus legationis meminit, quæ ab Usun-Chasane, id est Longo Hasane, ad Mehemetem missa est: denuntiabat, ut vult Bosius, Mehemeti ne Cappadociam, quam dotis nomine a socero suo Joanne Commeno Trapezuntis imperatore acceperat, evadere aggrederetur. Armenia major hic intelligenda est, quæ Colchidi finitima est.

(31) *Τὸ καλούμενον Χρυσέα πύλη.* Leunclavius, lib. XV; supra ad cap. 15, aliquid adnotavimus.

Digitized by Google

ducit ; eximios quoque ac divites viros ex Achaia, Lacedæmone aliisque provinciis transfert. At Albanorum proceres ac præcipuos interfecit : nec aliam arcem integram præter Monembasiam, etiamque invitus, reliquit. Maritima autem expeditione suscepta, missis in Ægæum mare et Cycladas insulas adversus hostes biremibus triremibusque circiter centum octoginta, cum nihil profecisset, ex Peloponneso familias bis mille, totidemque pueros transportat. Hi quidem militiæ tyronibus ascripti, familiis pars urbis Constantinopoleos habitanda concessa. Hiemem ipse partim Adrianopoli partim Constantinopoli transegit, navemque ingentis magnitudinis fabricari curavit. In urbe etiam theatrum exstruxit, quod vestium forum, Persice vero Bezestan, appellatur. Anno 6969 [Christi 1461] classem biremium triremiumque circiter ducentarum naviumque decem apparavit. Labente vero fretum ipse transvectus Prusam Bithyniæ venit, cunctis consilii ejus ignaris ; circa quod mirabile quoddam referam. Doctor legis ipsius, qui et judex judicum eo tempore erat, familiaritati, quæ ipsi cum principe intercedebat, reverentiæ etiam ab eo sibi exhibitæ confisus, cum solus ei adesset, audacter scisciatur : *Domine, hunc exercitum terra marique instructum,* **193** *quo movere jubes ?* Ille subiratus eum intuetur, dixitque : *Ilens tu hoc a me disce, si mihi constaret barbæ meæ pilum unum arcani mei conscium esse, avulsum eum igne me crematurum :* tam dissimulatus ac iracundus natura ipse erat. Hujus expeditionis fama, non solum qui Lycostomium incolunt Walachi, sed et Caphatini, Trapezuntii, Sinopenses, et Ægæi maris insulæ, Rhodus parvæque ei circumjectæ, territi erant. Chios etiam et Lesbos, quamvis vectigales, ejus inconstantem ac levem animum reformidabant. Princeps Bithynia discedens Ancyram Galatiæ petit, ubi castra cum posuisset, Sinopes principis filius cum donis quamplurimis ad eum a patre missus, servili habitu ac more venerabundus adit. Humane ac comiter a principe susceptus, quæcunque patri suo ab illo afferenda erant, nuntii munus ipse apud parentem obiturus audivit ; quæ ejusmodi fuere : *Patri tuo nuntia Sinopem mihi dedi valde me cupere : qua si sponte, nec vi coactus, decesserit, Philippopoleos præfecturam ipsi gratificatus donabo. Quod si parere recusaverit, brevi accedam.* Classis interea Pontico mari Sinopem advenit. Filius Ismaelis Sinopes principis ad patrem quoque profectus tyranni verba omnia retulit. Classem vero Sinopem appulsam esse

A τοῦ κτίσαι, καὶ ὁ Παγιαζὴτ ὁ τοῦ τυράννου πάππος ἐκώλυσεν αὐτόν. Τοῦ δὲ ἔαρος ἤδη ἐλθόντος, καὶ εἰς ἓν τὰς δυνάμεις ἀθροίσαντος ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ὥρμησε (32), καὶ πρῶτον Κόρινθον ἔσχεν ἄνευ πολέμου. Μαθόντες οὖν οἱ δεσπόται τὸ γεγονὸς, ὁ μὲν Θωμᾶς πρὸς Ἰταλίαν ἐχώρησε σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις· ὁ δὲ Δημήτριος παρεδόθη ἑκών, καὶ προσεκύνησε τῷ τυράννῳ. Παραλαβὼν οὖν πᾶσαν Πελοπόννησον, καὶ ἐγκαταστήσας ἀρχηγοὺς καὶ ἡγεμόνας, αὐτὸς εἰς τὴν Ἀδριανοῦ ὥρμησε, φέρων μετ' αὐτοῦ πανοικὶ τὸν Δημήτριον, ἄγων σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς τοῦ παλατίου, καὶ τοὺς λογάδας, καὶ εὐτυχεῖς πάσης Ἀχαΐας, Λακεδαιμονίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐπαρχιῶν. Τοὺς δὲ τῶν Ἀλβανῶν προῦχοντας πάντας κατέσφαξε, οὐκ ἄλλο τῶν πολιχνίων ἐάσας πλὴν
B Μονεμβασίαν, καὶ τοῦτο ἄκων, καὶ μὴ βουλόμενος. Τὴν δὲ διὰ θαλάσσης τῶν τριήρεων πρὸς ἐχθροὺς εἰσβολὴν, ἐν Αἰγαίῳ πελάγει διὰ τῶν Κυκλάδων νήσων ἔστειλε τὸν ἀριθμὸν ὡς ρπ' διήρεις καὶ τριήρεις μηδὲν ὠφεληθέντες, μετοικίσας ἐκ τῆς Πελοποννήσου φαμελίας δισχιλίας δήπου, καὶ παῖδας ἰσαρίθμους. Τοὺς μὲν παῖδας εἰς νεόλεκτον στρατὸν κατεγράψατο, τὰς δὲ οἰκίας ἐν τῷ τῆς πόλεως μέρει κατέθετο. Αὐτὸς οὖν τὸν χειμῶνα ἐν Ἀδριανουπόλει καὶ Κωνσταντινουπόλει διῆγε πήξας ναῦν ὑπερμεγέθη. Καὶ δομήσας θέατρον ἐν τῇ πόλει, ὃ καὶ βεστιοπρατήριον λέγεται, καὶ Περσιστὶ Πεζεστάνιον (33) ὀνομάζεται. Ἐν δὲ τῷ ϛϠξθ' ἔτει ἐποίησε στόλον τριήρεων καὶ διήρεων μέχρι που τὰ σ', καὶ
C νῆας ι'. Αὐτὸς δὲ τῷ ἔαρι τὸν πορθμὸν διαβὰς ἦκεν εἰς Προῦσαν τῆς Βιθυνίας, μὴ ἐπισταμένου τινὸς, μηδὲ νοήσαντος τὴν βουλήν· εἶπω καί τι παράδοξον. Ὁ νομοδιδάσκαλος αὐτοῦ, ὃς καὶ κριτὴς κριτῶν ὑπῆρχε τῷ τότε καιρῷ, θαρρήσας ὡς πρὸς τὴν πλησιότητα ἣν ἐκέκτητο πρὸς τὸν ἡγεμόνα, καὶ ὁ ἡγεμὼν πάλιν ὡς πρὸς τὴν εὐλάβειαν ἣν ἐδείκνυε πρὸς τὸν διδάσκαλον, τολμήσας λέγει τῷ ἡγεμόνι ἔτι ὄντων αὐτῶν καταμόνας· *Κύριε, τὴν παράταξιν ταύτην τὴν διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης ἑτοιμασθεῖσαν ποῦ κελεύεις φέρεσθαι ;* Ὁ δὲ ὀργίλως
D πως ἐμβλέψας εἰς αὐτὸν ἔφη· *Ἴσθι, ὦ οὗτος, εἰ ἤδειν ὅτι ἐκ τῶν τοῦ πώγωνός μου τριχῶν θριξ μία ἀπελάβετό μου τοῦ μυστηρίου, ἀποσπάσας ἂν αὐτὴν πυρὶ παρέδωκα.* Τοσοῦτον κρυφίους ὁ ἀνὴρ καὶ ὀργίλος. Φοβηθέντες πάντες οἱ οἰκοῦντες ἔν τε τῷ Λυκοστομίῳ (34) Βλάχοι· ἀλλὰ δὴ καὶ Καφᾶς, Τραπεζοῦς, καὶ οἱ Σινωπεῖς, αἵ τε νῆσοι τοῦ Αἰγαίου πελάγους, Ῥόδος καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς νησίδια. Χίος καὶ Λέσβος, εἰ καὶ τελοῦντες ἦσαν, ἀλλὰ τὴν ἀκαταστασίαν αὐτοῦ νινώσκοντες ἐτρόμαξαν.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(32) *Ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ὥρμησε.* Laonicus, lib. IX, et Phranzes prolixe libro III, capite 25 et 26.

(33) *Πεζεστάνιον.* Rerum merciumque omnis generis forum.

(34) *Λυκοστομίῳ.* Dom. Marius Niger commentar. 10, in Europam, Lycostomium ad Euxinum situm esse in Mysia inferiori docet. *Moncastro* hodie appellari volunt. Arpispolim dictam esse, id est Arpiorum civitatem, postea Lycostomum ab ostii Istri seu Danubii nomine, quod *os Lupi* significat, aiunt. Hodie, ut et priscis temporibus oppidum ibi situm est. In Ptolomæi Tabulis Arpis ad Pontum Euxinum paulo borealior est ostio Istri septentrionali.

Digitized by Google

Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀπάρας ἀπὸ Βιθυνίας ἦλθεν εἰς Ἀγκύραν τῆς Γαλατίας, κἀκεῖ τὰς σκηνὰς πήξας, ὁ τῆς Σινώπης ἡγεμὼν στείλας τὸν υἱὸν αὐτοῦ μετὰ πλείστης δωροφορίας, καὶ προϋπαντήσας αὐτῷ δουλικῶς προσεκύνησεν. Ὁ δὲ ὑπεδέξατο τοῦτον ἀσμένως, καὶ τὰ τῷ ἰδίῳ πατρὶ μηνυθησόμενα τοῦτο ἀπήγγειλε, καὶ αὐτὸν ὡς ἄγγελον τῶν ῥηθησομένων πάντα κατεῖπε, λέγων· *Ἀνάγγειλον τῷ πατρί σου, ὅτι τὴν Σινώπην βούλομαι* (35)· *καὶ εἰ μὲν ταύτην ἐλευθέρως παράσχοι, κἀγὼ χαριέντως ἀνταποδίδω αὐτῷ τὴν ἐπαρχίαν τῆς Φιλιππουπόλεως· εἰ δὲ οὔ, ἔρχομαι ταχύ.* Ὁ δὲ στόλος διὰ τῆς θαλάσσης τῆς Ποντικῆς ἔφθασεν ἐν Σινώπῃ. Ὁ υἱὸς δὲ τοῦ Ἰσμαὴλ ἡγεμόνος τῆς Σινώπης ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ ἀνήγγειλεν αὐτῷ πάντα τὰ λαληθέντα παρὰ τοῦ τυράννου. Τύραννος δὲ μαθὼν τὴν ἀνάδασιν τοῦ στόλου γεγονυῖαν ἐν Σινώπῃ, καὶ αὐτὸς διὰ ξηρᾶς εἰς αὐτὴν ὥδευεν. Ὁ δ' Ἰσμαὴλ ἀπορήσας ἐξῆλθε τῆς Σινώπης, καὶ προϋπαντήσας αὐτῷ καὶ δουλικῶς προσκυνήσας. Ἀσπασίως αὐτὸν ὁ τύραννος ὑπεδέξατο, κελεύσας πάντας τοὺς θησαυροὺς αὐτοῦ λαβεῖν, καὶ ἵππους, καὶ ἡμιόνους, καὶ καμήλους, καὶ ἄλλο εἴ τι ἐν τοῖς αὐτοῦ ταμείοις ἐκέκτητο, καὶ μὴ προσψαῦσαί τίς τι τῶν αὐτοῦ. Τὴν Σινώπην οὖν καλῶς ἐγκαταστήσας, καὶ ἡγεμόνα ἕνα τῶν δούλων αὐτοῦ χειροτονήσας αὐτὸς, εἰς τὰ τῆς Ἀρμενίας ἐνδότερα ἐχώρει. Ὁ δὲ προβρηθεὶς Οὐζοῦν Χασὰν ἡγεμὼν εἰς τὰ τῆς Περσίδος ὄρια ἐπάνω ὀρέων σὺν τοῖς αὐτοῦ διέτριβε, μὴ ἔχων ἰσχὺν καταπροσωπίσαι τῷ τυράννῳ. Περάσας δὲ τὴν Ἀρμενίαν, καὶ διαβὰς τὸν Φάσιδα ποταμὸν (36), χώρας τὰς μὲν εἶλε, τὰς δὲ οὐ δυνηθεὶς παρέδραμε, καὶ τὰ Καυκάσια ὄρη μετὰ πολλοῦ τοῦ κόπου καὶ τῆς ὑστερήσεως τῶν ἀναγκαίων ἀναβὰς κατῆλθεν εἰς Κόλχους. Καὶ δὴ εἰς Τραπεζοῦντα (37) ἀνελθὼν πέμπει τῷ βασιλεῖ Τραπεζοῦντος ἐκ τῶν δύο ἐλέσθαι τὸ κρεῖττον, ἢ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τῷ τυράννῳ ἄνευ ζημίας αὐτοῦ τινος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ θησαυρῶν, ἀργύρου, χρυσοῦ, χαλκοῦ καὶ παντοίου εἴδους ἄλλου, δούλων τε καὶ δουλίδων, καὶ πάσης ἄλλης κινητῆς ὑποστάσεως· ἢ σὺν τῇ βασιλείᾳ καὶ ταῦτα πάντα, καὶ τὴν ζωὴν ἀφαιρεθῆναι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, ἐξελθὼν πανοικὶ προσεκύνησεν. Ἦν γὰρ ὁ στόλος πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἀπάρας ἀπὸ Σινώπης εἰς Τραπεζοῦντα, ἀλλὰ καὶ πολεμῶν καθ' ἑκαστὴν οὐδὲν ἤνυεν, ἕως ὁ τύραννος διὰ ξηρᾶς κατήντησεν. Ἐξελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις προσεκύνησε. Ἦν δὲ οὗτος Δαβὶδ ὁ Κομνηνὸς, υἱὸς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἀδελ-

A tyrannus certior factus, terrestri quoque itinere eo contendit. Ismael animi anceps, opis ac consilii egenus, Sinope in occursum ejus egreditur, ac submisse adorat. A tyranno comiter benigneque susceptus, jussusque omnes thesauros suos auferre, equos, mulos, camelos cæteraque asportare, quæcunque in horreis et penu habebat, omnesque de illis quidquam contrectare vetiti. Rebus ergo Sinopensibus recte constitutis, prætore urbi uno mancipiorum suorum imposito, Armeniæ interiora petit. Interea prædictus princeps Usun-Hasan Persidis fines montanos cum suis occupaverat, viribusque inferior, quam ut acie concurrere cum tyranno posset, illic tempus transigebat. Peragrata Armenia Phasique flumine superato, regiones quasdam B debellavit ille, alias cum subigere non potuisset, transcurrit, montem Caucasum multo labore, cibariorum et necessariorum penuria artatus superavit, Colchosque devenit. Trapezuntem cum accessisset, illius imperatori per nuntium horum alterum, quod melius sibi æstimatione metiretur, eligendum proponit: vel se salvo, omnibus thesauris suis argenti, auri, æris cæterarumque rerum, servis etiam et ancillis omnique alia supellectile integris, imperium tyranno relinquere; vel cum imperio ista omnia **194** cum vita amittere. His auditis imperator urbe exit, illumque adorat. Classis equidem multis jam diebus Sinope solverat, et Trapezuntem appulsa quotidianis præliis urbem frustra tentaverat, donec tyrannus terrestri profectione eo venisC set. Urbe itaque imperator uxore ac liberis comitantibus excessit, et illum veneratus est. David Comnenus appellabatur, Alexii Comneni filius, Joannis decessoris sui frater; cum tota gente sua soceris, avunculis et nepotibus suis, cumque palatii nobilibus et proceribus, singulis supellectilem suam secum auferentibus, immobilibus bonis relictis, Constantinopolim triremibus vectus est. Mehemetes Trapezuntis rebus rite compositis, anno solido in illa expeditione transacto, reversus est. Anno 6970 (Christi 1462) Walachiæ vaivodæ per apocrisiarium injungit, ut ad se venerandum prompte ac diligenter accedat, adolescentes quingentos adducat, annuumque tributum aureorum nummorum decem millia afferat. Respondet Walachus se D nummos aureos solvendo paratos habere, adolescentes vero tradere non posse: impossibili porro propius esse, ut ipse ad adorandum abeat. Iis auditis, tyrannus exasperatus, illustrium procerum quemdam comite adjuncto secretario destinat,

Ismaelis Bullialdi notæ.

(35) *Τὴν Σινώπην βούλομαι.* Laonicus, lib. IX, Leuncl. lib. XV, Phranzes lib. III, cap. 27. Sinope urbs Helenoponti ad Pontum Euxinum sita, Amasiæ metropolitæ olim subdita.

(36) *Φάσιδα ποταμόν.* Phasis fluvius Colchidis.

(37) *Καὶ δὴ εἰς Τραπεζοῦντα.* Comnenorum Trapezuntium imperium annos 257 duravit, ab Alexio, qui anno 1204 urbe a Latinis capta Trapezunti regiam sedem collocavit, ad Davidem, qui anno 1461 a Mehemete imperio spoliatus est. Trapezus urbs Lazicæ metropolis, illius regionis incolæ Lazi dicti. Caucasus mons notissimus est in veterum libris, inter Euxinum Pontum et mare Caspium excurrens Sarmatiam Asiaticam ab Albania, Iberia et Colchide disterminat. Colchi hodie Lazi, Iberi et Albani Mengrelii appellantur.

Digitized by Google

mandatque ut tributum afferant, cæteris se prospecturum esse. Isti cum in Walachiam pervenissent, quæ in mandatis habebant, vaivodæ nuntiant. At ille comprehensos mortis inhumano, acerbo turpique genere, palo per anum transfixos affecit. Superato deinde Danubio copiis secum ductis in Dystræ regionem excurrit, turbamque infimæ plebis captivam in Walachiam trajecit; quos omnes eodem mortis genere pali transfixione plecti jussit. Finibus illis a tyranno quidam dux præfectusque constitutus, egregio aliquo facinore fortem se ac bellicosum approbare cupiens, ductis Turcorum decem millibus in Walachiam trajecit: cum istis Walachus manus conserit ac pugnat, et inter pugnandum partim internecione delet, partim vivos capit; quos omnes eorumque ducem Hamzam acerba pali pœna damnatos necavit. His compertis animi vertigine et æstu circumactus tyrannus, copias undequaque ad centum quinquaginta militum millia contrahit: per tempus vernum Adrianopoli profectus ad Danubii ripam venit; ibique castris positis, donec universæ copiæ se conjunxissent, substitit. Walachus interea omnes subditos suos in arcta loca silvisque obsita migrare jussit. Agrisque vastatis pecudes cæteraque animalia ad **195** partes interiores, Alanorum Hunnorumque fines abegit: se vero ac exercitum intra silvas densas, tutis locis occupatis, continuit. At tyranno Danubium transvecto septemque dierum itinere emenso, nec homines nec pecora occurrerunt, nulla cibaria, ne potus quidem, inventa. Cum vero in locum irriguum et opportune situm pervenisset, palos innumeros erectos depactosque conspicit, fructuum vice cadaveribus graves: in omnium medio Hamzam byssinis ac coccineis vestitum paloque transfixum. Hoc portento tyrannus obstupefactus ac territus, nocte ipsa, qua castra metatus est, fossis circumductis intra se continuit. Walachus summo mane copias in aciem dispositas ante diluculum deduxit: et cum ad castrorum dextrum cornu casu delatus fuisset, subito in ea irrupit, et donec dies appeteret, Turcorum ingentem stragem cæsis innumeris edidit. Turci in tenebrarum caligine trepidi, nec hostem dignoscentes, mutuis vulneribus se confodere. Ubi illuxit, intra castra sua Walachi recepti iis se continuere. Tyrannus castris tum motis turpiter recedens, et Danubium transvectus Adrianopolim regreditur. Anno 6971 [Christi 1462] classe triremium sexaginta naviumque septem instructa, mense Septembri in insulam Lesbum movet: terrestri vero profectione copiis secum ductis accedit. Insulam a Nico-

A φὸς Ἰωάννου Κομνηνοῦ τοῦ προβεβασιλευκότος· στείλας δὲ αὐτὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει σὺν ταῖς τριήρεσι παγγενεὶ μὲ ἑτέρους [ἑκύρους], θείους καὶ ἀνεψιοὺς αὐτοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἄρχουσι καὶ εὐγενέσι τοῦ παλατίου· φέρων ὁ καθεὶς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ ἄνευ τῶν ἀκινήτων. Αὐτὸς δὲ τὰ τῆς Τραπεζοῦντος καλῶς διοικήσας ἐπανεστράφη χρόνον τέλειον πληρώσας εἰς τὴν ἀποδημίαν αὐτήν. Ἐν δὲ τῷ ,ςϑο' πέμπει πρὸς τὸν βαΐβόδα Βλαχίας (38) ἀποκρισιάριον μηνύων αὐτῷ τοῦ ἐλθεῖν ἐν τάχει εἰς προσκύνησιν, ἔχων καὶ φέρων σὺν αὐτῷ παῖδας φ', καὶ τὸ κατ' ἔτος διδόμενον τέλος, ἤγουν χρυσίνους χιλιάδας δέκα. Αὐτὸς δὲ ἀπεκρίνατο τοὺς μὲν χρυσίνους ἑτοίμους ἔχει τοῦ δοῦναι, τοὺς δὲ παῖδας οὐ δύναται· τὸ δὲ αὐτὸς εἰς προσκύνησιν καὶ τοῦτο ἀδυνατώτερον. Ταῦτα ἀκούσας ὁ τύραννος ἠγριώθη, καὶ στείλας ἕνα τῶν ἐπιφανῶν σὺν ἑνὶ τῶν γραμματέων αὐτοῦ εἶπεν, Ἀγάγετέ μοι τοὺς φόρους, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐγὼ σκέψομαι. Οἱ δὲ ἐλθόντες, καὶ τῷ Βλάχῳ τὰ μηνυθέντα δηλώσαντες, πρῶτον αὐτοὺς ἐν πάλοις καθίησι, θάνατον ἀπάνθρωπον, ὀδυνηρὸν καὶ ἀσχήμονα· εἶτα περάσας σὺν δυνάμει κατέδραμεν ἐν τοῖς μέρεσι Δύστρας (39), καὶ πολλὸν λαὸν συρφετώδη λαβὼν ἐν Βλαχίᾳ περάσας, πάντας τὸν αὐτὸν θάνατον τῶν πάλων τὴν ζωὴν αὐτῶν ἐξεμέτρησε. Καὶ τῶν ἄκρων ἐκείνων εἷς ἀρχηγὸς τοῦ τυράννου, θέλων δεῖξαι ἀριστείαν τινὰ, περάσας εἰς Βλαχίαν σὺν χιλιάσι δέκα Τούρκων, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ὁ Βλάχος, οὓς μὲν ἐν πολέμῳ κτείνας ἔκτεινε, οὓς δὲ ζῶντας ἤγρευσε, πάντας τῷ τοῦ πάλου θανάτῳ, καὶ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν Χαμζᾶν πικρῶς κατεδίκασεν. Τούτων συνεὶς ὁ τύραννος καὶ πλήρης σκοτοδινίας καὶ ζάλης τυχὼν, ἀπανταχοῦ συναθροίσας δύναμιν ὑπὲρ τὰς ρν' χιλιάδας, τῷ καιρῷ τοῦ ἔαρος ἐξελθὼν ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ ἦλθεν εἰς Δάνουβιν, κἀκεῖ τὰς σκηνὰς πήξας, ἔστη ἕως οὗ πᾶσα ἡ δύναμις εἰς ἓν σῶμα γένηται. Ὁ δὲ Βλάχος καὶ αὐτὸς πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν εἰς κλεισούρας καὶ δενδρώδεις τόπους μετοικίσας, καὶ τοὺς κάμπους ἐρήμους ἀφεὶς, καὶ ζώων παντοίων τὰ γένη ἐν τοῖς ἐνδοτέροις ἐλάσας ὁρίοις τοῖς πρὸς Ἀλανοὺς καὶ Οὔννους (40), αὐτὸς ἐν τοῖς ἄλσεσι δασέσι καὶ ὀχυροῖς τόποις σὺν τῇ ὑπ' αὐτὸν στρατιᾷ διημέρευεν. Ὁ δὲ τύραννος περάσας τὸν Δάνουβιν καὶ ἐπέκεινα ζ' ἡμερῶν τόπον ἀνύσας, οὐχ εὗρε τὸ οἱονοῦν ἢ ἄνθρωπον ἢ ζῶον τὸ τυχὸν, ἢ τῶν τροφίμων τι ἢ ποτίμων. Φθάσας οὖν ἔν τινι τόπῳ λιβαδιαίῳ καὶ εὐθέτῳ, ὁρᾷ πάλους πεφυτευμένους μυριαρίθμους, βρίθοντας ἀντὶ καρπῶν νεκρὰ σώματα, καὶ τὸν Χαμζᾶν, ὃν προείπομεν, ἐν μέσῳ μετὰ βυσσίνων καὶ κοκκίνων, ὧν ἐφόρει, πεπερονημένων ἐν τῷ πάλῳ. Ἰδὼν οὖν τὴν ἀπειλὴν ταύτην ὁ τύραννος ἐξεπλάγη,

B

C

D

Ismaelis Bullialdi notæ.

(38) *Πέμπει πρὸς τὸν βαΐβόδα Βλαχίας.* Is erat Draculii sive Draculæ filius, Vladus seu Vladislaus appellatus. Laonicus lib. IX; non longe a fine. Leunclav. lib. XV.

(39) *Δύστρας.* Dystra olim Δουρόστολον λεγεών, Durostorum, Mysiæ inferioris urbs ad Danubium.

(40) *Ἀλάνους καὶ Οὔννους.* Alani in Sarmatia Europæa sedes habuerunt; Podolia hodie appellatur illa regio. Οὔννοι sunt Hungari qui Daciam occuparunt.

Digitized by Google

καὶ τῇ νυκτὶ φοβηθείς, ἐν ᾗ ἔπηξε τὰς σκηνας, τάφρους ἀνήγειρε, καὶ ἐν μέσῳ τῶν τάφρων ἔκειτο. Ὁ δὲ Βλάχος ὀρθρίσας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν καλῶς συνταξάμενος, ἔτι σκοτίας οὔσης κατῆλθε, καὶ τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ φοσσάτου τυχὸν εἰσῆλθεν ἐξαίφνης, καὶ ἕως πρωῒ ὑπὲρ ἀριθμὸν κατέκοψε. Καὶ πολλοὶ τῶν Τούρκων ἀλλήλους ἐφόνευον, ἕως οὗ ἡμέρα διηύγασε. Πρωΐας δὲ γενομένης οἱ μὲν Βλάχοι εἰς τὰς μάνδρας αὐτῶν εἰσελθόντες ἐκοιτάσθησαν· ὁ δὲ τύραννος ἐγερθεὶς κατῃσχυμμένος, καὶ περάσας τὸν Δάνουβιν ἦκεν εἰς Ἀδριανούπολιν. Ἐν δὲ τῷ ,ςϡοα' ἔτει στόλον ἀπαρτίσας τριήρεων καὶ διήρεων ἑξήκοντα καὶ νῆας ζ', κατῆλθεν ἐν τῇ νήσῳ Λέσβῳ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, καὶ αὐτὸς διὰ ξηρᾶς σὺν δυνάμει. Ἐλθὼν οὖν ᾐτήσατο τὴν νῆσον (41) παρὰ τοῦ κρατοῦντος Νικολάου τοῦ Γατελιούζου, ὃς ὑπῆρχεν ἀδελφὸς Δομινίκου (42) τοῦ προηγεμονεύσαντος, τὸν ὃν ὁ ῥηθεὶς Νικόλαος κατήγαγε τῆς ἡγεμονίας καὶ ἀπέπνιξεν. Αὐτὸς δὲ ἡγεμὼν κατέστη τῆς Λέσβου τέταρτον ἄγων ἔτος ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ. Ὁ δὲ Νικόλαος ἀσφαλῶς τὴν Μιτυλήνην ἐν τε πολεμικαῖς παρασκευαῖς καὶ ἁρμάτων πληθύϊ, καὶ τάφρων βοθύνων καὶ χωμάτων ἀνορύξεσι κατασκευάσας, μέσον ἐκάθητο σὺν πολεμισταῖς πλείστοις ὑπὲρ ἀριθμὸν χιλιάδων πέντε, καὶ συρφετώδη λαὸν σὺν γυναιξὶ καὶ παιδαρίοις ὑπὲρ ἀριθμὸν χιλιάδων κ'. Περάσας οὖν ὁ τύραννος ἀπὸ τοῦ Ἁγιασματίου, καὶ ζητήσας τὴν πόλιν σὺν τῇ νήσῳ, ἀπεκρίνατο ὁ Νικόλαος· Οὐκ ἔστι δυνατὸν παραδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὴν νῆσον, εἰ μὴ πρῶτον αὐτοὶ πολεμικῷ νόμῳ κτανθήσονται. Τότε πάλιν τὴν περαίαν διαβὰς ὁ τύραννος ἀφῆκε τὸν αὐτοῦ βεζίριν Μαχμοὺτ τοῦ πολιορκεῖν Μιτυλήνην. Καὶ δὴ τὰς πετροβόλους σκευὰς ἀντικρὺ παραστήσας, καὶ πετροβολῶν τὸ ἓν μέρος τῆς πόλεως τὸ λεγόμενον Μελανούδιον κατὰ γῆς ἔῤῥιψεν· ὁμοίως καὶ ἐξ ἄλλων μερῶν τοὺς προμαχῶνας καὶ πύργους. Ὁρῶντες οὖν οἱ ἐντός...

A lao Gateluzo, qui ei tunc dominabatur, sibi dedi poscit. Hic Dominici decessoris sui quem ditione spoliatum laqueo necaverat, frater erat, quartusque annus ab occupata dominatione agebatur. Nicolaus equidem Mitylenes securitati prospexerat; machinis bellicis omnis generis instructam armatorum valido præsidio firmaverat : fossis profundis aggeribusque munierat : ejus mœnibus cum quinque militum millibus pluribusve, turbæ quoque plebeiæ, adnumeratis mulieribus ac pueris, viginti millibus se tutabatur. Cum ab Hagiasmatio in insulam trajecisset tyrannus, urbemque et insulam sibi dedi postularet, respondit Nicolaus illas se prodere non posse, nisi prœliando ipse suique milites prius occubuissent. Hoc reddito responso in continentem remeavit tyrannus, et vezirum Mahmut obsidioni ac oppugnationi Mitylenes præfecit. Qui tormentis mœnia ita quassavit, ut eorum pars, quæ Melanudion appellatur, conciderit : in aliis etiam locis propugnacula et turres in solum corruerint. Oppidani his animadversis.....

B

Ismaelis Bullialdi notæ.

(41) *Ἐλθὼν οὖν ᾐτήσατο τὴν νῆσον.* Bosius hanc obsidionem ad annum 1457 refert, sed perperam, anno enim 1462 Mitylene oppugnata et dedita est, et tota Lesbos in potestatem Mehemetis venit. Bosius porro asserit, Mehemetem terra cum filio accessisse, et Luchini Catalusii nothi proditione Mitylenen occupavisse.

(42) *Ἀδελφὸς Δομινίκου.* Hic Dominicus duxerat uxorem Mariam, filiam Paridis Justiniani, qui inter præcipuos insulæ Chii opibus præstabat. Hanc Paridis filiam Mariam, cum in lepram incidisset, maritus a se non dimisit, eodemque lecto ac mensa cum ea semper usus est. Postea, cum Dominicus in insidias inimicorum suorum incidisset, et ex uxoris charissimæ amplexibus vi abreptus esset, ipsa miserum nusquam deseruit, mutuo amore maritum dilectissimum prosecuta. Videndus Augustinus Justinianus in *Annalibus Genuensibus*. Verum silentio transmisit, Dominicum a fratre suo Nicolao fuisse occisum.

C

Digitized by Google

ΧΡΟΝΙΚΟΝ ΣΥΝΤΟΜΟΝ.

—

196–198 CHRONICON BREVE

Ex Bibliothecæ Regiæ manuscripto libro.

—

Τὸ Ἄργος (43) γέγονε μητρόπολις ἐν ἔτει ,ςφιζ'. Ἰωάννης ἦν ὁ ἀναβιβασθεὶς μητροπολίτης εἰς πη' θρόνον. Γέγονε δὲ ὕστερον εἰς ρζ'.

Ἔτους ,ςχιε' παρέλαβον (44) οἱ Σαρακηνοὶ τὸν ἅγιον τάφον τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ,απε'.

Ἔτους ,ςψια' παρέλαβον οἱ Φράγγοι (45) τὴν Κωνσταντίνου πόλιν.

Ἔτους ,ςψξη' παρέλαβεν τὴν Κωνσταντίνου (δὺ) πόλιν ἀπὸ τοὺς Φράγγους κύριος Ἀνδρόνικος Παλαιολόγος.

Τῷ ,ςωνς' γέγονε τὸ μέγα θανατικόν (47).

Τῷ ,ςωνζ' ἦλθεν εἰς τὸν Μωραΐαν (48) ὁ δεσπότης ὁ Καντακουζηνός.

Τῷ ,ςωπ' γέγονε τὸ δεύτερον θανατικόν.

Τῷ ,ςωπβ' ἐγένετο τὸ τρίτον θανατικόν.

Τῷ ,ςωπη γέγονε κύριον Πάσχα (49), ἀπέθανε καὶ ὁ δεσπότης ὁ Καντακουζηνός.

Τῷ ,ςωιζ' γέγονε τὸ τέταρτον θανατικόν.

Ἦλθεν ὁ δεσπότης ὁ Παλαιολόγος (50) ὁ Πορφυρογεννήτης εἰς τὸν Μωραΐαν.

Ἦλθεν ὁ Βρανέζης (51) θελήματι τοῦ δεσπότου, καὶ ἐγύρισε τὸν Μωραΐαν.

A. M.	A. C.	
6597	1089	Argos metropolis facta. Joannes, qui ei Ecclesiæ tunc præerat, ad metropolitæ dignitatem provectus est, octogesimumque thronum seu locum obtinuit, qui ad centesimum septimum deinde depressus est.
6695	1187	Sanctum Domini sepulcrum occupaverunt Saraceni.
6711	1203	Franci Constantinopolim occupaverunt.
6768	1260	Dominus Andronicus Palæologus Constantinopolim, expulsis Francis, cepit.
6856	1348	Magna pestilentia grassata est.
6857	1349	Despota Cantacuzenus in Moream profectus est.
6880	1372	Secunda pestilentia.
6882	1374	Tertia pestilentia.
6888	1380	Festo Paschatis despota Cantacuzenus e vita migravit.
6896	1388	Quarta pestilentia.
		Despota Palæologus Porphyrogenitus in Moream accessit.
		Branezis in Moream venit, eamque ex voluntate Domini peragravit.

Ismaelis Bullialdi notæ.

(43) *Τὸ Ἄργος.* Hoc ab imperatore Alexio Comneno factum, qui anno 1081 regnare cœpit. Codinus in Expositione thronorum ab imp. Andronico seniore facta, Ὁ Ἄργους καὶ αὐτὸς πη' ὤν, ρε' γέγονε *Argorum metropolita cum octuagesimus octavus esset, ad centesimam quintam sedem depressus est.*

(44) *Παρέλαβον.* Contigit Octobris die 2 deditione Hierosolymæ facta, postquam obsessi obsidionem 14 dierum tolerassent. Saladinus ante receptam Hierosolymam Julii die 3 Guidonem regem præl o victum ceperat.

(45) *Παρ. οἱ Φράγγοι.* Error hic admissus est; contigit enim Christi anno 1204, mundi 6712.

(46) *Παρέλ. τὴν Κωνσταντίνου.* Ab Andronico Palæologo impossib le est ereptam fuisse Latinis Constantinopolim, cum bimulus tantum tunc fuerit, ut notavit Gregoras lib. IV, qui Cæsarem Alexium Strategopulum urbem astu ac quorumdam proditione occupavisse quoque docet. Error etiam in numeris deprehenditur: verum siquidem est anno Christi 1262 Latinos urbe exactos fuisse; anno vero 1260 cœpit Michael Palæologorum primus.

(47) *Μέγα θανατικόν.* Θανατικόν vulgo hodie dicitur pro peste et morbis contagiosis.

(48) *Ἦλθεν εἰς τὸν Μωραΐαν.* Hic Cantacuzenus Manuel appellabatur, eratque Joannis Cantacuzeni imp. filius. Phranz. lib. I, cap. 13.

(49) *Γέγονε κύριον Πάσχα.* Pascha fuit anno illo Martii 25, cyclo lunæ 13, solis 17, litteris A G. indict. 3.

(50) *Ὁ δεσπότης ὁ Παλαιολόγος.* Is erat Theodorus Porphyrogenitus, Joannis imp. filius, Manuelis frater. Phranz. lib. I cap. 15.

(51) *Ὁ Βρανέζης.* Adeundus Phranzes, lib. I, cap. 20.

Digitized by Google

Ἔτους ,ϛωιζ' παρέλαβεν ἡ ἐκλαμπροτάτη ἡμῶν ἀφεντία τὸ Ἀναύπλι (52).

Τῷ ,ϛωιθ' ἔτει γέγονε τὸ πέμπτον θανατικόν.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἦλθεν ὁ Βρανέζης εἰς τὴν Λακεδαιμονίαν, καὶ τότε εἰς τὸ Λέοντος, καὶ ἡνώθη μετὰ τοῦ Πρίγκιπος, καὶ ἀπῆγασιν καὶ ἐπῆραν τὴν Ἄκουβαν (53) τῇ Κυριακῇ τῆς Τυρινῆς.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐκατέβηκεν κύριος Δημήτριος ὁ Ῥάλ (54) μετὰ φοστάτον τοῦ Λέοντος (55), καὶ τῶν Ἀλβανιτῶν, καὶ ἐπίασεν τὸν Πρίγκιπα μηνὶ Ἰουνίῳ δ', καὶ τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ ἠγυράσθη.

Εἰς τὰ ,ατιδ' ἐσυμφώνησεν (56) ὁ δεσπότης τοῦ Μωραΐου μὲ τὴν ἀφεντίαν μας. Καὶ ἔδωσε ὁ δεσπότης τῆς ἀφεντίας μας τὸ Ἄργος καὶ τὸ Θερμίσον. Καὶ ἡ ἀφεντία μας ἔδωσε τοῦ δεσπότου τὰ Μέγρα, καὶ τὸν πύργον τοῦ Μυλοποτάμου.

Τῷ ,ϛϑε' ἔτει ἦλθεν ὁ Γιαγουπασᾶς (57) καὶ ὁ Μουρτάσης μὲ τὸ φοσάτον τὸ Τουρκικὸν χιλιάδες ξ' μηνὶ Ἰουνίῳ β' εἰς τὸ Ἄργος ἡμέρᾳ Σαββάτου, καὶ τῇ Κυριακῇ ὥρᾳ β', ἐπῆραν αὐτὸ, καὶ ἠχμαλώτισαν τὸν λαόν. Καὶ τῇ κα' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἦλθον εἰς τὸ Λέοντος καὶ ἐπολέμησαν. Καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν εὑρέθη εἰς τὸ Ἀναύπλι Δοῦκας ὁ Ἐπικερνός.

Τῷ ,ϛϑζ' γέγονε τὸ ἕκτον θανατικόν.

Τῷ ,ϛϑιβ' παρέλαβεν ὁ δεσπότης (58) Πορφυρογέννητος τὴν Κόρινθον, καὶ τὴν καστελλανίαν αὐτῆς, ἀπὸ τοὺς Φρερίους Ῥόδου μηνὸς Ἰουνίου ιδ'.

Τῷ ,ϛϑιε' ἔτει ἀπέθανεν ὁ δεσπότης ὁ Πορφυρογεννήτης.

Τῷ ,ϛϑιη' ἔτει γέγονε τὸ ἕβδομον θανατικόν. Τῷ αὐτῷ ἔτει ἀπέθανε κύριος Μανουὴλ ὁ μέγας δοῦκας.

A. M.	A. C.	
6897	1389	Illustrissima dominatio nostra (id est, respublica Veneta) Nauplium occupavit.
6899	1391	Quinta pestilentia.
		Eodem anno Lacedæmonem venit Branezis et in urbem Leontarim, cum principe junctus, Acuvam copias ambo duxerunt, eamque Dominica Tyrophagiæ, seu esus caseorum, id est, Quinquagesimæ, ceperunt.
		Eodem anno Demetrius Raoul cum exercitu ex Leontariis et Albanitis collecto Junii die 4 principem oppressit, et mense Decembri proditus est.
6902	1394	Moreæ despota fœdera pactus est cum dominis Venetis, iisque Argos et Thermisum concessit : qui ei vicissim Megra et Mylopotami turrim donaverunt.
6905	1397	Jacupes Bassa et Murtasis cum exercitu sexaginta millium Turcorum Junii die 2 Sabbato Argos venerunt. Postridie Dominica urbem ceperunt, incolasque manicipa ceperunt. Ejusdemque mensis 21 Leontarim venerunt eamque expugnarunt. Eodem tempore Ducas Epicernus Nauplii agebat.
6907	1399	Sexta pestilentia.
6912	1404	Idem despota Porphyrogenitus Corinthum ejusque regionem a Rhodiæ militiæ equitibus recepit Junii mensis 14.
6915	1407	Despota Porphyrogenitus obiit.
6918	1410	Septima pestilentia. Mortem obiit dominus Manuel magnus dux.

Ismaelis Bullialdi notæ

(52) *Ἀναύπλι.* Nauplium olim Ἀργείων ἐπίνειον. Hodie appellatur *Napoli di Romania.*

(53) *Ἄκουβαν.* Phranzes hujus loci meminit lib. III, cap. 22. Acuva seu Accumba in Helidis mediterraneis, olim Hypania appellata, Peloponnesi urbs. Tyrophagiæ Dominica fuit illo anno Februarii 7, Pascha Martii 28, cycl. lunæ 2, solis 26, littera C. Eodem anno Thessalonica a Bajazite capta. Ducas, cap. 13.

(54) *Δημήτριος ὁ Ῥάλ.* Phranzes de Joanne Raule, quem Georgium etiam Raulem appellarat, et de Michaele Raule, lib. III, cap. 26 et 28, mentionem facit; ex eadem forte gente erant ac ille qui Apocauchum occidit.

(55) *Τοῦ Λέοντος.* Vulgo Leontarium et Leontari ; Μεγάλη πόλις olim appellata. At in tabulis geographicis, Leontari longe a Megalopoli versus occasum distat. Albanitæ sunt Albani Peloponnesum incolentes, ut ad Ducæ caput 32 ostendimus.

(56) *Ἐσυμφώνησεν.* Ubi locus ille Thermisus appellatus in Græcia sit, mihi incompertum. Mylopotami turris, de qua hic fit mentio, pariter mihi incognita ; castrum insulæ Creæ hoc loco esse intelligendum, non facile persuadeor, cum in Peloponneso situm esse locum illum aut in Attica oporteat. Megra Megara olim appellata, locus est in Attica ad sinum Saronicum, vulgo *Golfo d'Egina.*

(57) *Ὁ Γιαγουπασᾶς.* Adeundus Phranzes, lib. I, cap. 20.

